BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
G
10
NAPOLI

XLVIII
9
10

ITALIA
SACRA.
Tomus III.

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIÆ

Et Inſularum adiacentium,

REBVSQVE AB IIS PRÆCLARE GESTIS

deducta ſerie ad noſtram vſque ætatem.

OPVS SINGVLARE

In quo Eccleſiarum origines, Vrbium conditiones, Principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur.

Tomus Tertius.

Complectens Metropolitanas earumq; ſuffraganeas Eccleſias, quæ in Hetruria nobiliſsima Italiæ Prouincia continentur.

AVTHORE D. FERDINANDO VGHELLO FLORENTINO
Abbate SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias Ordinis Ciſtercienſis,
Et Sacræ Indicis Congregationis Conſultore.

B. R.



NAPOLI

ROMÆ, APVD BERNARDINVM TANVM. M.DC.XLVII.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

SERENISSIMO
FERDINANDO II.
MAGNO
HETRVRIÆ DVCI.

D. FERDINANDVS VGHELLVS ABBAS FELIC. PRECATVR.

HÆC mea Sacra, ideoque togata Italia, cuius iam Tertium Volumen, ad tuum Regium fauorem adſpirat, SERENISSIME MAGNE DVX FERDINANDE, armatæ dudum Italiæ ęmula eſt, ac imitatrix, vt quemadmodum illa Fabianas Artes in ſuſcipiendo, adminiſtrandoque bello in TE ſuſpexit, venerata arbitrium eſt, decantauit victorias: ſic iſta tuis modò conſilijs gratulatur auream pacem, admiratur felicitatem, fortunatiora in futurum præſagit. Accipe omen, INVICTISSIME MAGNE DVX, dum illud ex Tuis virtutibus cum bonis omnibus præcipio, qui ſapientiſſimè didiciſti & pietatem ſuccingere armis, & pietatis conſilijs arma lenire. Nempe Hetruſcum erat, vtrumque opportunè iunxiſſe. Meritò igitur totius ipſe Hetruriæ generoſiſſimum, ac sereniſsimum germen, florenti, exultantique Hetruriæ ęquiſſimis imperijs dominaris, vt bellicoſæ Nationi, atque ad omnem pietatem vnicè factæ,

 pius,

pius, atque armipotens Princeps reſponderet. Hæc illa gens eſt, quę quondam æquè ſacrorum inſtitutione ac armis valuit, ita vt in vtraque fortuna, modò victa, modò victrix ſemper viſa ſit imperare. Priſcus ille Tarquinius, Romanorum Rex Quintus, vt Regnum Fraude partum firmaret, atque proferret, Hetruſcas opes, ad quas tanquam ſibi fatales ſolebat horrere, illatis armis perfregit; & tamen deinde à victis vltro Principatum deferentibus haud dedignatus eſt Coronam auream, Sellam Eburneam, Togam purpuream pictam, Sceptrumque ſucceſſuris Romanis Regibus inſigne futurum, ambitione tortus, victuſque accipere. Quod quid aliud eſſe dicemus, quàm ad cultum Regium victos victoribus præſcripſiſſe Leges? Sed quid, quòd ab ijſdem Hetruſcis, celebrem illam Inſtitutionem Sacrorum, Pontificum, Sacerdotum, Flaminum, in Albanos profluxiſſe narrant Latini ſcriptores, quam deinde Numa Pompilius ab illis acceptam, vel extortam, in Romanos Mores, quos iam plus æquo ad exemplum Romuli Conditoris ferocientes conabatur traducere ad manſuetudinem, non tam ex fictitiæ ſuæ illius Ægeriæ Deę admonitu, quàm ex Hetruſca diſciplina cenſuit conferendam? Itaque belligeri vbique & ſemper Hetruſci habiti ſunt, adeò verò religione præcipui, vt vbi poſuiſſent arma, vel infortunati congreſſus aduerſam tuliſſent fortunam, vincerent tamen cultu Deorum, ac pacis, bellique arbitri, victores cogerent iugum Religionis accipere. Hanc antiquiſſimam Populi laudem, auita, generoſaque æmulatione, ad miraculum excoluerunt Maiores illi Tui præclariſſimi viri, Leones, Clementes, Coſmi, Laurentij: item Coſmi, Franciſci, Ferdinandique, quos tota Italia, exterique Populi ad libramentum pacis, ac belli ſolebant tanquam Sacrum Oraculum conſulere, atque ex illorum conſilijs vel diuturna pace florere, vel ex cruento Marte de hoſtibus triumphare.

Impreſſere illi orbitam generoſæ ſuæ poſteritati, quam TV vix annos pubertatis egreſſus, viſus es non modò feli-

feliciter percurriſſe, ſed etiam extendiſſe ad metam præclariorem glorioſi laboris. Exercuerunt enim tui Principatus initia tria illa teterrima mala, quibus humana, ideoq; miſerabilis ſors non ſolet experiri maiora, contagioſa ſcilicet lues, annonæ caritas, importunique belli calamitas. In illa, trepidæ, ægrotantique Ciuitati, quà præſentia, quà opibus TE exhibuiſti Parentem: iam iam minitanti fami occurriſti aperiẽdo horrea, effundendo theſauros: bellum verò per promptiſſimos Duces, ac Sereniſs. Mathiam Fratrem tuum, belli fulmen, ita adminiſtraſti, vt planè oſtenderes, TE coactum erexiſſe mucronem, ac ſemel, & ſæpius iratos aliorum animos permulſiſſe ad pacem. Quæ vbi redijt, Pacis etiam aſſeclæ Artes extulere caput gratulabundæ, quæ hactenus ſub Ægide pugnantis Palladis videri poterant delituiſſe. In quibus ſi vllæ ſunt, quæ impenſiùs pacem colant, ſacræ certè haberi debent; in Sacris autem, quæ propiùs Aras attingunt, à quibus par eſt, quàm longiſsimè omnem abeſſe cruorem, bellicoſque tumultus. Quamobrem haud mirum eſt, ſi in omen olim Italicæ manſuræ concordiæ, Sacram hanc Seriem Hetruſcorum Præſulum TIBI detulerim, in qua modò intueri poſſis eorundem præclarè res geſtas, modò melioris ſęculi ſanctimoniam admirari, modò ſuſpicere plena pietatis conſilia, non ſemel arridere conſpirantibus ad pietatem tuendam, abominari quandoque ambitionem, quę Sacras Tiaras, cum minùs oportuit, armauit in prælium: denique intelligere, quàm ad ciuilem ſtatum optimè inſtituendum, optimè adminiſtrata, conſtitutaque Religio neceſſaria ſit, cuius vtique momenta, Ciuilium rerum lances, haud ſinunt exerrare à pondere.

Hæc verò probè noſſe, nemo non nouit ſpectare ad Principem, præcipuè pace florentem. Quamobrem æquè præſentes, atque futuros mihi acclamaturos cõfido, quòd TIBI Thuſcorum Duci Maximo, ipſe Thuſcus hoc Tertium de Sacra Thuſcia, poſt duos Summos Pontifices, quos non abſimilibus muneribus colui, volumen

lumen conſecrauerim. Munus enim præterquàm quòd tuæ in res Eccleſiaſticas debebatur pietati, tum etiam tua ingentia merita in gentem meam illud ipſum expoſtulare videbantur, meque monere, præter commune obſequium à ſubditis deferendum Principibus, peculiarem etiam quandam obligationem reſtare, quę ſingularibus beneficijs deuinctos ad grati animi ſignificationem ſolet vrgere. In quibus ſi me eſſe negem, haud abnuo, quin mortalium omnium iudicer ingratiſſimus. Annue igitur, MAGNE DVX FERDINANDE, & votis & muneri, Maieſtati tuæ proculdubio impari, ſed ex mea tenuitate fortaſſe pari. Sin minus: ſaltem locupleti teſti futuro, me, qualeſcunque potui, adhibuiſſe conatus, vt non viuerem, morererque ingratus. Vale, procede fortiter, intende proſperè, feliciter regna. Romæ Calendis Februarij Anno ſalutis humanæ M. DC. XLVII.

CAN-

CANDIDE LECTOR.

QVINQVE Sacræ noſtræ Italiæ Prouinçias Duobus iam Voluminibus amplexus, Tertium hinc peragam, aucta diligentia, propter magnitudinem rerum, & ipſo Volumine, quo, non modo nobiliſsima, ſed ampliſsima quoque Secunda Italiæ continetur Prouincia. De Hetruria igitur hic noſtra narratio erit, quæ non ſolum a cæteris diſſita, merito ſibi principem locum vindicabit; quia olim antiquiſſimum Regnum fuit, hodieque ſub Mediceis æquiſſimis, inuictiſſimiſque Principibus, ſub titulo Magni Ducatus, iuſtum Regnum æmulari videtur, ſed etiam quia tribus ſpectatiſſimæ ditionis Metropolitanis nobilitatur, Florentina videlicet, Piſana, atque Senenſi. Sedet illa Hetruriæ domina, præbetque Mediceis Magnis Ducibus ſplendidiorem Thronum: Piſæ, terra, marique victricibus circumlatis armis olim inclaruerunt, vt & ſi victoriarum felicitati diuturnitas colluſiſſet, futurum eſſet; vt clariſſimarum gentium magna imperia æquarent: Sena denique antiqua Ciuitas Virginis, vbique & ſemper viris ſanctis, doctis, & conſultiſſimis grauis fuit, atque ad magna, vt fines proferret, auſus extendit. De ijs *igitur*, ac deinceps de alijs Hetruriæ Eccleſijs eodem ordine dicere inſtituemus. Cæterum, vt non ſemel polliciti ſumus, ad calcem huius Tertij Tomi adiecimus nonnulla de rebus Piſanis Chronologice m.ſ. quæ apud me iam olim latebant, quorum ſtylus, quamuis incultus, & ferè rudis ſit; vt illorum temporum conſuetudo ferebat, tamen venerandæ antiquitatis amantes, in ijs legendis eruditam ſuam oblectabunt curioſitatem. *Hiſtoria* enim, ſicut verè ſenſit Plinius, *quoquo modo ſcripta delectat*. Certè poema illud Laurentij Veronenſis de *Bolearico bello*, quod infidelibus intulere Piſani, haud legentibus ingratum accidere poſſe videtur: tametſi enim aliquando inepto, ineruditoque pede decurrit, adeoque variam nobilemque rerum cognitionem ſecum vehit, quæ barbariem illam, quam doctiſſimi huius ſæculi purgatiſſimæ aures tantopere oderunt, detergere poſſe exiſtimatur. His igitur fruere amice Lector, & Vale.

VRBANVS.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVM ſicut exponi Nobis *nuper fecit dilectus filius Bernardinus Tanus librorum impreſſor Almæ Vrbis noſtræ, ipſe vnum Hymnos Sacros Breuiarij Romani S.D.N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate recognitos; ac alium librum à dilecto filio Ferdinando Vghello Monacho Ord. Ciſtercien. & Abbate Monaſterij SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias nuncupati propè, & extra muros Vrbis eiuſdem Ordinis compoſitum Italia Sacra de Epiſcopis Italiæ, & Inſularum adiacentium reſpectiuè intitulatos typis mandauerit, vereatur autem, ne alij qui ex alieno labore lucrum quærunt, eoſdem libros etiam imprimi curent in graue dicti Bernardini præiudicium, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, vt ſibi deſuper opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eiuſdem Bernardini indemnitati in præmiſſis conſulere, ipſumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volen. & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris; & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus extitit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendarum ſerie abſoluen. & abſolutam fore cenſen. ſupplicationibus huiuſmodi inclinati. Eidem Bernardino vt decennio proximo durante à prima na dictorum librorum, dummodo tamen illi antea à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici approbati ſint, impreſſione computan. Nemo tam in Vrbe quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate Nobis ſubiectus libros ſine ſpeciali dicti Bernardini, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere aut ab alio, vel alijs impreſſos vendere, ſeu venales habere, ſeu proponere poſſit, & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, inhibentes propterea vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum impreſſoribus ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia dicto Bernardino, aut eius hæredibus, & ſucceſſoribus, vel ab eis cauſam haben. præſentis, & pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicandorum, & eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne decennio huiuſmodi durante libros prædictos aut aliquam eorum partem tam in Vrbe, quàm in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico præd. ſine huiuſmodi licentia imprimere aut alibi ab alio, vel alijs impreſſos vendere, vel venales habere, ſeu proponere quoquo modo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici, quatenus eidem Bernardino eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam haben. huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocunque ab eodem Bernardino, ſeu alijs prædictis fuerint requiſiti pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramēto, confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alias roboratis priuilegijs, quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam in ipſo opere impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 15. Decembris 1643. Pontificatus noſtri anno vigeſimo primo.*

Facultas

Facultas Reuerendiſſimi Præſidis Congregationis S. Bernardi Italiæ Ordinis Ciſtercienſis.

NOs D. Cæſarius Vannozzius Florentinus Sacræ Theologiæ Doctor Abbas Ciſtelli Florentiæ, ac Præſidens Generalis Congregationis S. Bernardi in Italia Ordinis Ciſtercienſis, facultatem concedimus, vt Tertium Volumen, quod inſcribitur, *Italia Sacra, ſiue de Epiſcopis Italiæ, & Inſularum adiacentium &c.* a R. P. D. Ferdinando Vghello Sanctorum Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias, noſtræ Congregationis Abbate, & in Romana Curia Procuratori Generali, peruigili labore compoſitum, prælo committatur, ſi ijs, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu propria ſubſcripſimus, ac noſtro ſolito ſigillo firmauimus. Florentiæ in cœnobio noſtro S. Mariæ Magdalenæ Ciſtelli die 4. Octobris 1645.

D. Cæſarius Vannozzius Abbas & Præſidens.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij.
A. Sacratus Epiſcop. Comaclenſis Viceſgerens.

A P P R O B A T I O.

EX commiſſione Reuerendiſſ. Patris Fr. Vincentij Candidi Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici, legi Tomum Tertium Italiæ Sacræ à R. P. D. Ferdinando Vghello SS. Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias Abbate compoſitum, admiratuſque ſum hominis in colligendis vetuſtis monumentis ſolertiam, in diſponendis improbum laborem, in edendis felicitatem. Plurimum ei debent integræ hæ prouinciæ, quarum Eccleſias illuſtrat, & ſacros Antiſtites recenſet, vti vniuerſa etiam debebit Italia, vbi totum opus expleuerit, quod ſummè percupiunt docti, quique rerum antiquarum ſtudioſi. Vt volumen hoc typis committatur, nihil eſt quod impediat, nihil habet doctrinæ Catholicæ diſſonum, nihil bonis moribus aduerſum. Ex Collegio Romano S. Iſidori ſtrict. Obſer. Fratrum Minorum Hibernorum die 20. Nouembris 1645.

Fr. Lucas Vvaddingus.

Imprimatur.
Fr. Raymundus Capiſuccus Magiſter, & Socius Reuerendiſſ. P. Fr. Vincentij Candidi S. Palatij Apoſtolici Magiſtri Ord. Præd.

PROTESTATIO AVTHORIS.

CVM Sanctiſs. D. N. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Vniuerſalis inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij anni 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrarunt, geſta & miracula, vel reuelationes, ſeu quæcumque beneficia, tamquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur, Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quod ijs nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes auctorem. Huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia, quæ par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu, quicquid in hoc libro refero accipere, aut accipi ab vllo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate non autem diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantúmmodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS

ARCHIEPISCOPATVVM, ET EPISCOPATVVM
Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ recenſentur.

Florentia.	Fiorenza.	fol. 6
Piſa.	Piſa.	388
Sena.	Siena.	616

Aleria.	Aleria.	fol. 600
Adiacium.	Aiazzo.	595
Burgum S. Sepulchri.	Borgo S. Sepolchro.	249
Chiuſium.	Chiuſi.	665
Collis.	Colle.	260
Feſulæ.	Fieſole.	770
Groſſetum.	Groſſeto.	755
Maſſa.	Maſſa.	783
S. Miniatum.	S. Miniato.	344
Piſtorium.	Piſtoia.	351
Sagona.	Sagona.	607
Soana.	Souana.	813

ITALIA SACRA
FERD. VGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA SECVNDA,
SIVE HETRVRIA
Vbi tres Metropolitanæ, ac Principes Sedes cum earum ſuffraganeis accuratiſsimè deſcribuntur.

HETRVRIA, in Italicis Prouincijs, quas olim, vt refert Plinius, Octauianus Auguſtus diſtinxit, ſeptima, famaq; ac claritudine illuſtrior, à Tyberi flumine, vſq; ad Macram fines ſuos extendit: quanquam ante Romanum decus vltra Apenninum protulere imperium, vnde poſtea eiecti, fugatique à Gallis Hetruſci, inter illa duo flumina coacti ſunt imperare. Nos item ad exemplum Gallorum, ſed non hoſtiliter tamen, in eam ſelectiorem partem, quæ Magnis Ducibus feliciſſimam ſedem præbet, ſcribendo, Hetruriam totam compellemus, treſque eiuſdem principes, ac metropolitanas ſedes cum ſuis ſuffraganeis diſtinctè narrabimus, tum qua via, qua vi, & quando Chriſtiana ſacra ſuſceperunt, adiuncta dein earum Præſulum ſerie, qui immemorabili ſanctimoniæ exemplo earundem Eccleſiarum fundamenta iecere, extendemuſque narrationem vſq; ad hæc noſtra tempora, eos item laudando, qui per priſcorum ſanctiſſima veſtigia, ad eandem laudem anhelant. Cæterum cum plures ſcriptores ſint, tum in antiquis, tum in modernis, qui huius nobiliſſimæ Prouinciæ meminerunt, cuius ſcilicet originis fuerit, quod nomen A aliquando ſortita ſit, quam pro tempore fortunam tulerit, protuleritque Regnum, ad illos Lectorem amandabimus, contenti tantùm libaſſe, ſicut in cæteris Italicis Prouincijs, quæ ad pietatem Chriſtianam pertinent, nominaque, ac res geſtas præclarorum virorum, qui in illis ſanctiſſimis ſedibus ad excolendam pietatem Præſules floruerunt. Quod autem ea Prouincia à ſacrificijs Tuſcia dicta eſt, nil mirum videtur ſi iam inde ab Apoſtolorum temporibus Chriſtianis ſacris imbuta ſit, adeoque in illis profecerit, vt nulla iam Italica B Prouincia eſſe videatur, quæ cum illa poſſit conferri, ſiue numerum ſanctorum ſpectes, ſiue Antiſtitum, ſiue demum inſtitutorum Ordinum intuearis. Quamobrem nos quoque Liuium, Diodorum, alioſque quamplures imitati ſcriptores, qui Hetruriam opulentiſsimam, ac nobiliſſimam Prouinciam appellant, vtpote quæ viris, opibus, armiſque grauis ſemper extiterit, eandem non modo Italiæ, ſed totius Europæ florem iure optimo extollemus; ſiquidem non modo omnium C rerum vbertate, & copia nobilitatur, ſed quod caput eſt, magis diuino cultu, ita vt cum ſuis maioribus, huius temporis noſtri Hetruſci ſummopere videantur contendere, vt ſicut illi olim impenſius Idola colebant, ſic iſti diuino cultui promouendo omnem operam & ſtudium nauare videantur.

tut. Huic rei fidem faciunt tot nobiliſſima templa, quæ munificentia planè regia erecta cernuntur, atque inuidioſis opibus locupletata. Quod ipſum haud videatur mirum ijs, qui ingenia Hetruſca nouerunt. Inde Sanctorum Pontificum tot ſeminaria emerſerunt, ſanctimoniæ ſcholæ, quæ vberem ſanctorum ſegetem Pontificibus præbuerunt, qui in omni memoria innumeros propemodum Hetruſcos retulerunt in Cælitum albũ. Videnti igitur Euſtathius, cur Hetruriæ populos, gentem vtique piam, diuinoque cultui deditam, prædatricem, inhumanam, crudelemque appellet.

Hetruria antiquitus in duodecim populos partita narratur, quos priſci appellauere Ducatus, quibus qui imperabant, Lucumenæ, hoc eſt, Reges dicti ſunt, ſi Seruio credimus, deinde Hetruſcarum coloniarum induere cognomen. Hetruriæ hoc tempore maior, meliorque pars Magnis Ducibus patet: cuius tres principes, ac metropolitanæ ſedes cum duodecim, & octo c[illegible]bus numerantur, Florentina, Piſana, atque Senenſis. Inter quas haud erunt Aretium, Cortona, Mons Politianus, Volaterraque, ſicut etiam Luca, quæ Romanæ Prouinciæ cenſentur, à metropolitani excipiuntur imperio, Romanoque Pontifici immediatè ſubſunt; de quibus ſupra in primo Tomo. De ſingulis modo quæ remanent, narrabimus, haud ſeruato dignitatis, aut antiquitatis ordine, ſed ex more noſtro alphabetica ſerie tum Metropolitanas, tum Epiſcopales ſedes digeremus.

A Florentina igitur Metropolitana ſede ex ordine, tanquam principe totius Hetruriæ vrbe, thronoque Magnorum Ducum, hanc noſtram ſecundam Prouinciam auſpicabimur, eandem clauſuri Suanæ narratione, vt ex mirabili variantis fortunæ luſu, ea vrbs poſtrema miſerabiliſque ſpectetur, quæ olim illius poſtremæ Hetruriæ regionis habuit principatum.

METRO-

METROPOLITANA FLORENTINA SEDES.

Cuius ſuffraganei ſequentes ſunt,

Epiſcopatus.
- Burgenſis ad S. Sepulchrum.
- Collenſis.
- Feſulanus.
- Miniatenſis.
- Piſtorienſis.



FLORENTIA Hetruriæ caput, & Metropolis, Magnorum Ducum inclyta ſedes, ex Feſulanis ruinis, in explicata, lataque planicie, quam Arnus fluuius alluit, extulit muros, vtrinque nobiliſſimis oppoſitis ædificijs, quibus qui decurrit medius, idem Arnus rectum compellatur ad curſum. Quæ rurſus per Arnum diſſita, quatuor ſuperbiſſimi pontes, atque ad æternitatem fundati in commercium ciuile vtriuſque partis coniungunt. Ambitum habet ſeptem millium, & ſupra nonaginta millia alit mortalium, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata plateis, ædificijſque ſuperba; collibus cincta theatri inſtar ab Oriente & Septentrione amœniſſimis; qua Occidens eſt, pulchram habet planiciem. Splendore, & elegantia ſumma eſt, vt voce incertoque vulgi ſermone feratur, *Fiorenza bella, totius flos Italiæ*. Dicta autem Florentia, vt quidam volunt, quod ampliſſimum, floridumque Hetruriæ ſolum ſua conſtructione occupauerit; vel ideo quia à Romanis ſemel fundatę, eorundem ex flore coloniarum plurimum opum, ac fortunarum acceſſerit, vel certè ob florida excellentiaque in-

A colarum ingenia. Contendunt alij à Florio, ſiuè Florino Romanorum exercituũ ductatore egregio, Florentiæ nomen accepiſſe. Alij Poeticis fabulis propiores, ſtatim poſt diluuium à fluido ſolo narrant huiuſmodi populos Fluentinos fuiſſe dictos. Quam fabulam more ſuo videri poteſt Annius Viterbienſis diſſeminaſſe, vt noua effræni ingenio comminiſceretur, cum tamen commentum illud manifeſtè redarguat, quòd ſupra Triumuiratum Fluentinorum nulla mentio reperiatur.

B Quamobrem non immeritò in Hiſtoricis, variaque literatura excultis verſatiſſimus Cluerius ſuſpicatur, inſcitia librariorum, atque ſcriptorum, verbum illud ita inuerſum, corruptumque ad Hiſtoricos perueniſſe. Vt vt res ſit, in eam pulchritudinem ea ciuitas excreuit, vt præter Florentiam, nullum aliud nomen ei conuenire poſſe videatur. Latens adhuc eius origo eſt, Anniumq. plerique cordatorum derident, cum reijcit eiuſdẽ exordium in Ianum ſublimem poſt diluuium: neque item aliorum opinio placet, qui L. Sullæ Di-

C ctatoris milites volunt Florentiam conſtruxiſſe; cum per idem tempus eius magnitudinis Florentiam fuiſſe conſtet, vt Romanorum coloniam, vt Capua, aliæque ciuitates fecerunt, illic deductá excipere potuerit. Triumuiri etenim, M. Antonius ſcilicet, Lepidus, atque Octauianus Au-

guſtus illuc veteranos, emeritoſque milites deducendos, recreandoſque curarunt, illis Feſulanum agrum, viritim diuiſo, qui à Romana haud abſimile ſolum ſortiti, quaſi nouam Romam ædificare cœperunt, anno à condita Vrbe DCCXII. à reparata verò Salute, paulò pluſquàm XL. Hi ex Scaptia Tribu præcipui erant, qui Marti pulcherrimũ Templum exædificarũt, quod poſtea Ioanni Baptiſtæ, Chriſticolæ, vbi ſacro fonte ablueruntur fideles, conſecrarunt; alijſque ædificijs Capitolium, Forum, atque Amphitheatrum imitati ſunt, vt patriæ Romæ lenirent deſiderium. Quam deinde nouiter exortam ciuitatem, Florentiam appellarunt, tanquàm quæ quaſi flos erupiſſet, cæteriſque ciuitatibus ſuo decore, dignitateque pulchritudinem præripuiſſet. Quamobrem pro publico ciuitatis ſtemmate, candidum primum lilium habuerunt, quod deinde, cum in bello victores barbarico ſanguine maduiſſent, in rubrum verterunt, lilioque deinceps felici ſanè omine addidere leonem, præſagientes ei ciuitati, quæ princeps olim totius Hetruriæ futura erat, cum lenitate clementiæ ſuffecturas vires ad bellum. Ab ijs ergo certius, euidentiuſque Florentiæ deſumemus exordium, cui diuturniori annorum mora Romani dominati ſunt, cumque illorum florenti imperio, qua opibus, qua armis maximè floruit, donec Italia barbarorum attrita incurſionibus, & ipſa viſa eſt concidiſſe, ærumnas illas omnes experta, quas ſolet ſecum adferre excidium à ſuperbo victore illatum. Siquidem ſub Totila, ſi non in totum excisã, magna tamen ex parte deformata eſt, ad miſerabiles patriæ ruinas nobilitate marcente, donec à Magno Carolo, vt ſcribit Borghinus, munificentiſsimè reſarciretur. Ex Feſulanis itaque ruinis mirabiliter creuiſſe conſtat, cum ſcilicet vterq; populus conſociatis opibus, & Regno, in vnum coiuere Senatum, quem duo Conſules, centumque Patres explebant. Quam adminiſtrationis formam Florentini diu retinuerunt: poſtea verò cum Germanorum Imperatorum iugum excuſsiſſent, ſub Prioribus, vt tunc vocabant, Vexilliferoque, aut Dictatore noua Reſpublica ſtetit. Inde ex ea plena decoris libertate ſuis progreſsibus via longè lateque victricibus prolatis ſignis, nobiliores Reſpublicas ſubiugauit, ac melioris Hetruriæ partis imperium viurpauit. Ea felicitate vſa eſt, vſq; ad annum MDXXX. Inde feſſa bellis, ciuilibuſque diſcordijs propè attrita, ad Sereniſsimum Mediceorum Principum ſinum cõfugit, quorum primus Reipublicæ Dux Alexander Medices renuntiatus fuit, quem cum perfidiosè Laurentius affinis interfeciſſet, ad Coſimum Mediceum ex conſenſu Patrum Hetruſcum imperium deuolutũ eſt, anno MDXXXVI. Qui cum ſua prudentia, armiſque Senenſem deuictam Rempublicam, cætero imperio feliciſsimè adiunxiſſet, à Pio Quinto ciuitatis ſanctitatis Pontifice Magni Ducis Hetruriæ cognomẽtum promeruit; quem vtique titulum plenum decoris Franciſcus deinde filius; mox Ferdinandus Primus, tum Coſmus Secundus ſummorum Principum dignis virtutibus impleuerunt, hodieque implet Ferdinandus Secundus, Princeps ſanè omnis imperij ſuſtinendæ moli haud impar. Hactenus nos de Florentinæ vrbis ortu, progreſſuque parcè, & modicè narrauimus: qui vberiora ea de re deſiderat, cõſulat Leonardum Aretinum, Ioannem Carolum, Landinum, Ioannem Michaelem Bruium, Recordanum Maleſpinam, Boninſignium, Ioannem, Matthæum, & Philippum Villanios, Marcellum Adrianum, Raphaelem Volaterranum, Veſpaſianum, Fatium Vbertum, Poggium, Machiauellum, Iudocum Hundium, Iouium, Pontanum, Natalem Comitem, Paulum Minium, Paulum Merulam, Franciſcum Seortum, Nicolaum Baccetium, Archangelum Poccianctium, Siluanum Razium, Scipiones Ammiratos, Iacobum Nardum, Borghinum, Bartholomæum Scalam, Flauium Biondum, Leandrum Albertum, Angelum Politianum, Æneam Syluium, Petrum Leonem Caſellam, Vgolinum Verinum, Franciſcum Bocchium, Iacobum Gaddum, aliosque quamplures; qui omnes de origine, magnitudine, pulchritudine, viris illuſtribus, deque fortuna, bellique huius ampliſsimæ ciuitatis, vel ſparſim, vel ex inſtituto accuratè ſcripſerunt. In eamdem extant variorum elogia verſibus ſcripta, Petri Angeli Bargæi Piſani, Georgij Fabricij, Nicolai Reuineri, & Iulij Cæſaris Scaligeri, qui eius imaginem hiſce carminibus delineauit.

Parua fluentiſonis aggeſta Fluentia ripis
Mollia de nitido nomina flore capit.
Feſula regnabat ——— meliora ſecutus
Martius antiquas detulit amnis opes.
Diuitias Hera: Mercurius diſcrimina linguæ:
Mercurius varias ire, redire vias.
Ambitioſa, ferox, bellaria, flammea, Mauors
Pectora, magnificam docta Minerua manum:
Iuppiter oſtendit cœleſtes mentibus aulas;
Sirenum tribuit dulcis Apollo ſonum.
Vera vetus Romæ ſoboles, aliena requiris,
Mutua quæ proprias vertis ad arma manus.

Eius item mentio in antiquis auctoribus, Plinio Ptolemæo, Suida, Anton. Itin. Agathia, Procopio, Floro, Sex. Iulio Frontino, Tacitoque: quin & in vetuſtis lapidibus frequens eius memoria, è quibus duas hic apponam, quarum vna viſitur via Caſsia ad Tria Tuguria.

L. ACRISCHIO. L. F. ARN
ACTHO. FLORENTIA
EVOKATO TITI. AVG. MIL. LEG
X X I. MINEA
MILIT. ANN. XXXVI. VIX
ANN. LXXIX
M. ACRISCHIVS. L. F. ARN
SABINVS
T. F. C.

Alteram vetus codex Vaticanæ Bibliothecæ conſeruat.

A. SATRIVS
VRBICVS
VEXILLARIVS
7. POMPONI
DOMO. FLORENTIA
SILVANVM
EX. VOTO. POSVIT.

Et quidem præter aeris ſalubritatem fortunatamque opulentiam huic ciuitati nobiles ciues in omni

omni propè memoria maximo ornamento fuerit, ſiue belli, ſiue pacis artes tractarent, ita vt Bonifacius Octauus, cum à diuerſis gentibus miſſos ad ſe Florentinos legatos audiſſet, ſingulorum, omniumque laudata prudentia, Florentinam nationem pro quinto elemento habendam eſſe protuliſſe narretur. Quæ etiam ſi cætera abeſſent, vnius eius portentoſa nauigatione, de cuius nomine quarta pars orbis mortalium conſenſu, America denominata eſt, poterat illuſtrari. Multas honeſtas nobileſq; familias hinc tanquam ex vberrimo fonte, in alias Italiæ vrbes fuiſſe deriuatas docet Landinus. Humanitate demum Hetruſcos omnes Florentini ſuperant, quemadmodum & ſermonis elegantia, teſte Merula. Virorum ſingularium multorum genitrix fuit, eſtq; hodie Florẽtia, inter cæteros plures ſuo natali illam decorarunt, Claudianus Poeta,

Qui Stilicona ducem cecinit, Getioſque furores,

Dantes Aligerus, Franciſcus Petrarcha, Ioan. Boccaccius, Guido Caualcantes, Marſilius Ficinus, Accurſius ſtupendus Iuris Cæſarei enarrator, eiuſq. filius Franciſcus. Pictores, architectos, ſculptoreſq. inſignes, quorũ principes fuere Iottus Artis Reductor, Philippus Brunelleſcus, & diuinus ille Michael Angelus Bonarotus naturæ miraculũ. Itaq. ſiue ciuium nobilitatẽ ſpectes, ſiue ſoli amœnitatem, beatamque vbertatem intuearis, ſiue demum nobilium artium ſtudia, aliaſque inferiores artes deſideres, cum ijs vberius illuſtretur, adaugeaturq; vni auctrici ſuæ magnitudinis Romæ, tantummodo videtur concedere, quam iterum ſplendidiorum ædificiorum mole, ſparſaque multitudine victura erat, ſi vnius murorum continenti clauſtro contigiſſet finiri, vt Areoſtus eleganter, & verè.

„ Se ſotta vn mur, ſotto vn medeſmo nome
„ Fuſſero tutti i tuoi palagi ſparſi
„ Non ti ſarian da pareggiar due Rome.

At nil ſic æquè Florentiam illuſtrauit, quàm tot protuliſſe Sanctos, Sanctorumque Ordinum tot Fundatores, quinq; ſummos Pontifices, haud contemnendum Cardinalium numerum, pluresq; Epiſcopos, qui aliarũ nationum rexere Eccleſias.

Cæterum vt Florẽtia paulò ante Seruatoris aduentum cœpit aliquo in numero eſſe, ſic paulò poſt Chriſtianam fundatam ſalutem poteſt gloriari ſuſcepiſſe ſacra, hoc eſt, anno LVI. ipſomet ſcilicet tempore, cum impius, crudeliſq. Nero ſæuiret, Paulinus verò atq. Frontinus Chriſti Euãgelium ingenti animi ardore circumferrent, ab Apoſtolo Petro illuc directi, vt ex veteri memoria, traditioneq; Hetruſcorum hauſere plerique. Nec deeſt qui affirmet, ab Apoſtolo Petro Frontinum illis primum fuiſſe impoſitum Epiſcopum: quæ cum vetus traditio ſit, nec eidem abrogo fidem, nec aſtruo. at ſi verum eſt, vt ſæpius mecum ipſe reuolui, Petrum Apoſtolum, Ptolomæũ in Hetruriam Vrbicariam, Romulum verò in Annonariam, hoc eſt, ſeruulem, alumnos ſuos fidei Chriſtianæ diſſeminandæ cauſa olim legaſſe, illumque Nepeſæ fixiſſe ſedem, hunc autem Feſulas domicilium delegiſſe, omnino vero ſimile erit, vtrumque circumuicinas ciuitates lumine

A fidei illuſtraſſe, Romulumque potius conſediſſe Florentiæ, quàm Feſulis, cum per id tempus vſque ad poſtremam ferè deſolationem exciſæ eſſẽt. Potuit autem Romulus in circumuicina Feſulis, Caſtella lumen fidei inuexiſſe, Feſuliſque palmam tuliſſe martyrij, atque ideo eius ciuitatis primus cenſeri Epiſcopus, quod ibidem coronatus pariter ac ſepultus ſit. Cur non autem & Florentiæ primus, vel ſecundus Præſul fuiſſe dicatur, cum ibi etiam conſtet Euangelium diſſeminaſſe, cum item Volaterræ, Brixia, Bergomumque ſuum primum Epiſcopum fuiſſe affirment, quod ibi etiam Chriſti Euangelium circumtuliſſet? A Romulo igitur poſt Frontinum non modo prædicationis, ſed etiam Præſulum ſeriei ſumemus initium, vt pulchro præſagio Florentia à Romulo ad fidem

B Chriſti traducta dicatur, quæ olim à Romuli Regis proſapia, poſteriſquè fuerat ædificata. Haud autem abſurdum eſt arbitrari poſt Romulum plures à Pontificibus eidem ciuitati Florentiæ fuiſſe præfectos, qui illam Eccleſiam deſæuientibus tyrannis, quaſi in tranſcurſu regerent, informarentq. ad pietatem, quorum vſque ad Conſtantinum Magnum nulla certa memoria extat; tametſi per interualla aliquot Chriſtianos Florentiæ fuiſſe cõſtet, cum ſub Imperatore Decio Miniates vir ſanctiſsimus illuſtrem tulerit martyrij palmam, ad id loci, vbi Eccleſia eſt S. Candidæ ad Crucem ad Gorgum; ibi ſanctus cùm diuulſum à cætero corpore caput ſuis ipſe manibus tuliſſet, tranato Arno flumine, in vicinum euaſit collem, vbi Sancti Petri oratorium erat, quod poſtea de nomine Martyris S. Miniatis dixerunt. Florentiæ item ſub

C idem tempus, eademque Decij perſecutione paſſi ſunt Fabritius, Cornelius, Sixtus, ac Laurentius, quorum Martyrum ſanguine fides Chriſti mirificè irrigata creſcebat, ita vt vero ſimile etiam ſit, oues illas per idem tempus habuiſſe Paſtorem, cuius exemplo, atque adhortatione, pro Chriſto ſanguinem fundere non dubitarent, donec ad Imperij thronum Conſtantino Magno elato, redditaque Eccleſiæ pace, liberè aperteque Chriſtianam pietatem profiterentur.

Primus igitur poſt diuos Romulum atque Frõtinum, qui reperiatur Florentiæ Præſul, Felix eſt anno CCCXIII. ſub Melchiade Papa. Poſt quem Epiſcoporum ſeries continuata eſt, tametſi illorum, qui illam Eccleſiã adminiſtrarũt, nomina aliqua interciderint, ſiuè barbarorum incurſiones in cauſa fuerunt, ſiue parum curioſa vetuſtas id neglexit redigere in commentarios. Sub perſecutionis autem tempus ita Florentini animati erant, vt

D non ſolum profunderent ſanguinem, ſed tyrannorum ſpretis acerrimis edictis, quaquauerſum cælitibus conſecrata erigerent ſacella. In ijs Martis antiquiſsimum Templum fuit, quod repurgatum, & in Cathedralem deſignatum Sancto Ioãni Baptiſtæ conſecrandum curarunt. Sed cum inde fidelium multitudinẽ gliſcente, anguſtum videretur ad munia, Sanctæ Reparatæ Templum ſanè viſendum fundarunt, Arnulpho Lapo architecto, quod titulum Cathedralis haberet, teſtareturque Florentinos, victoriæ fructum contra Radagaſium, Reparatæ virgini ſe acceptum referre

ferre

ferre, qua ducentis millibus cæſis, patriæ optatiſſimam pepererunt libertatem.

Anno verò MCCXCIV. idem Sanctæ Reparatæ Cathedrale Templum, (quod hodie S. Mariæ Floridæ vocant) in eam magnitudinem, qua nunc ſpectatur, publico Senatorum Decreto excreuit: cuius longitudo CCCC. pedes excedit, latitudo tranſuerſalis partis CCCIV. altitudo CXL. illud autem miri decoris, atque excellentiæ marmora totum incruſtarunt, ad medium tranſuerſæ directæquè partis ſuperbiſſimo exurgente fornice, quem ad perennitatem, decuſque Hetruſcæ ſolertiæ Philippus Brunelleſchus architectatus eſt. Stupendi operis eſt hic fornix, id eſt, cupula, vel teſtudo, octogona hemiſphærij in modum faſtigiata, vix credibilis ei, qui oculos iudices habet altitudinis: vlnis enim alta eſt CLIV. præter turriculam ſuperimpoſitam, quam pergamenam dicunt, quæ in ſex & triginta vlnarum celſitudinem attollitur, ſcanditurquè ab humo quingentis viginti. Vnumquodque octo laterum LXXV. pedes protendi in longitudinem comperitur; intrinſecus tria ambulacra habet, quorum quod eſt infimum circum totam eique forinſecus reſpondet: aliud coronidis vice è marmore ſtructum, ita vt Templum totum intus exteriuſque ambiri poſſit. Auguſtiſsimus ille fornix illuſtratur arte excellentium duorum pictorum Vaſarij, & Zucchari; qui vltimum illud futurum Iudicium in arcu eius optime adumbrarunt. Turris marmorea quæ proximè templũ, centũ & quadraginta quatuor vlnarũ altitudine exurgit, operis eſt Iotti illius æui famoſi, per quem extincta pictura reuixit. Habet quatuor latera aperta, & muro templi nulla ex parte ſubhærens: in ea admirabilis ſculptura eſt e triplici marmore, albo, nigro & rubeo, diſpoſitæq. ſunt ſuis locis ſtatuæ. Arnulphus, Iottus & Brunelleſchus in eadem Eccleſia S. Reparatæ ciuium indulgentia humati, inter clariſſimos viros, diem nouiſſimũ expectant. Hæc illa famoſa Metropolis Florentina eſt, quam Martinus Quintus Columna Pontifex Maximus in Archiepiſcopatum ordinauit anno MCCCCXX. eidem Piſtorienſi, Feſulanoque adiunctis ſuffraganeis; quibus acceſſere deinde Burgenſis ad S. Sepulchrum, Collenſis, ac Sanminiatẽſis Epiſcopatus. Antequam Florentina Eccleſia in Metropolim erigeretur, eius Præſul Romano Pontifici immediatè ſubijciebatur. Numeroſo clero nobilitatur, Collegiumq; Canonicorum ex primaria ferè nobilitate lectũ, numerum XXXVII. & ampliùs explet; ſeminarium ſanè Epiſcoporum ac Præſulum, cum per id tempus, ac ſæpe alias ex illis ipſis non pauci ad aliarum Eccleſiarum cathedras moderandas à Pontificibus aſſumantur, purpuratique Senatores, & aliquando ſummi Pontifices euaſerint. Quinque dignitatibus exornatur, Archidiaconatu, Archipresbyteratu, ac Decanatu; quos præſentandi ius eſt apud Capitaneos Guelficæ partis. Præpoſitura autem lanificæ artis ius eſt: ſubdiaconatus verò ius patronatus eſt nobiliſſimæ Pucciorum familiæ. Quas ferè dignitates in Eccleſia Florentina Pius II. dicitur erexiſſe, vel potius reſtituiſſe anno MCCCCLXI. Iam olim eiuſmodi dignitates in Florentina Eccleſia vigebant, quarum princeps erat Præpoſitura: cum numeroſo clero plures beneficiati Sacerdotes habeantur in quibus ſunt, qui cæteram promiſcuam cleri turbam ad cantum, ad Eccleſiaſticos ritus, ad mores, ad amœniores literas inſtituant, ita vt nulli alteri Eccleſiarum Europæ cedere iam videatur. Nobiles collegiatas Eccleſias habet XII. in quibus Sancti Laurentij præcipua eſt, vtpotè cuius antiquiſſima fundatio eſt, cum iam olim antea Ambroſius Sanctus Mediolanenſis Epiſcopus illã D. Laurẽtio Martyri conſecrauerit, quamobrẽ Ambroſianam eam vocabant; tum quia à Medicea Sereniſſima gente in hanc, qua perſpicitur magnitudinem, pulchritudinemq; redacta. Magnorum Ducum continet ſepulchra, Mediceaque Bibliotheca inſtructiſſima manuſcriptis Hebraicis, Græcis, Latinis codicibus nobilitatur, atq; à Ferdinando Magno Hetruriæ Duce III. incepto illo ſacello, quod ſi ad faſtigium perduci aliquando contingat, futurum eſt, vt pro octauo mundi miraculo habeatur. Nec minus decoris eidem Eccleſiæ confert antiquum priſcorum Mediceorum ſacellum, in quo Michaelis Angeli Bonarotij ſigna ſtatuæq; diuinæ ſpectantur, quæ auro, omnibuſque ex Indico ſolo precioſis lapillis præponderare videntur. In hac item Eccleſia colit diuinum cultum ſpectabilis numerus Sacerdotum, atque Canonicorum. Aliæ quamplures Collegiatæ Eccleſiæ Florentiæ ſunt, ac Parochiales XLIV. ad numerum omnium Religioſorum XXXV. Cœnobia monialium verò non minus LX. Xenodochia XXXVI. præter Sanctam Mariam Nouam, ditiſſimi cenſus Hoſpitale à Portinaria gente prædiuite, & nobili fundatum, ac munificentiſſimè dotatum: nec deſunt alia tam extra, quam intra Florẽtiæ muros, quibus peregrini, & hoſpites excipiuntur. Infiniti propemodum operis eſſet, ſi nobiliora Templa vellemus ad amuſſim deſcribere, cum propemodum innumera ſint, quæ à nobiliſſimis, atque à priuatorum ciuium munificentia condita cernuntur. Hanc pleniorem cognitionem qui cupit, conſulat Paulũ Miniũ in ſuo de Floren. nobilitate libello. Academiam habet Florentia apud omnes Europæ populos celeberrimam. Fundamenta eius iecit Coſmus Medices, *Pater Patriæ* appellatus. Cœptam magno ſtudio auxit Laurentius Magnus, Coſmi nepos: quo duce Homerum in Italiam veniſſe ſcribit Epiſtola ad ipſum Marſilius Ficinus, ab eodem cum Ioanne Argyropylo, Demetrio Chalconidida, Pico, Politiano, aliiſque doctiſſimis viris, Florentiam euocatus. Bibliothecæ in ea vrbe multæ ſunt, & nobiles, præter Mediceam famoſiſſimam. Multi in ijs auctores, præſertim Græci, qui excuſi non ſunt, reperiuntur. Cæterum Archiepiſcopus Florentinus ampliſſima gaudet Iuriſdictione, habetq; circumiacentes diœceſes Senenſem, Aretinam, Volaterranam, Cortonenſem, Collenſem, Feſulam, Bononienſem, Fauentinam, Piſtorienſem, Lucanam, & Miniatenſem, à quibus omnibus ciuitatibus, dempta Bononia, vnius dumtaxat diei itinere diſtat. In diœceſi, ditioniſque temporalis Florentinæ ciuitatis, præter ditiſſimas Abbatias,

duo inſignia Cœnobia numerantur, quæ capita Ordinum ſunt, ſcilicet Vallisumbroſæ, & Mons Senarius; hic protulit per ſeptem Patritij generis Florentinos beatiſſimos viros, Fratres Seruitas, viros ſanctæ Chriſti Eccleſiæ planè ſalutares, qui per vniuerſam Italiam longe lateque Seruorum Beatiſsimæ Virginis Mariæ Ordinem ſub ſancti Auguſtini Regula propagarunt, vnde Reipublicæ Chriſtianæ maximi nati ſunt fructus: illud vero Vallisumbroſanos monachos, qui Ioãne Gualberto nobili Florentino duce monaſticam diſciplinã per Hetruriam mirifice illuſtrarunt. Nec minus viſendum eſt quinto ab vrbe Florentia milliario diſtans Cœnobium Septimianum, caput in Tuſcia Ciſterc. Ord. è cuius gremio adeo multi pietate, doctrinaque inſignes viri prodierunt, vt bonæ memoriæ in humanioribus literis præceptori meo Nicolao Baccettio Abbati viro eruditiſsimo vberem materiam ſcribendæ Hiſtoriæ præbuerint. Ad Epiſcopos vero Florentinos decretales epiſtolas plures ſummi Pontifices tranſmiſerunt, vt Gregorius VII. lib. 7. epiſt. 5. Alexander III. cap. 19. Cauſam de Teſtibus, & Innocentius III. cap. 5. de ſtatu monachorum, & cap. 8. de donationibus. Quorum Eccleſia magna, nobilis, ac famoſa, quæque memoratur à Martino V. in erectionis Archiepiſcopatus diplomate. Principes autem Florentinorũ Eccleſia Patronos habet SS. Zenobium Epiſcopum, Reparatam virginem, & martyrem, diuumque Antoninum Archipræſulem; vrbs vero ſanctũ Tutelarem veneratur Ioannem Baptiſtam Domini Præcurſorem. Tanto verò pietatis ſtudio erga Patronum ſuum arſere Florentini, vt non modo peruetuſtum illud templum olim à Romanis primis creſcentis Vrbis auſpicijs conditum, inanique Martis numini conſecratum ritè expiari iuſſerint, maximiſque muneribus ornarint, auxerintq. redditibus, vt Epiſcopatus princeps Eccleſia foret, cuius Præſules in nonnullis Concilijs non Florentini, ſed S. Ioannis Eccleſiæ ſubſcripti reperiantur, verum etiam in ſignato ære Præcurſoris imaginem percuſſerent, vt hodie vidimus, eius vrbis magni Duces ita nummos conflari, ſignariq. iuſſere, vt parte altera diui Tutelaris imago efformata, atque ex aduerſa gentilitia eorum ſtemmata, vrbiſque inſignia, quæ lilium ea forma, qua præteritarum ætatum maiores conſueuerant, efficta cernuntur. Huiuſmodi nummus in noſtro muſæolo aſſeruatur, ex quo illius excuſam formam hic apponendam duximus.



Cæterum Florentinæ Eccleſiæ annui prouentus ſummam 7000. ſcutatorum pertingunt. Taxatur vero in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 1541. Sed iam Præſulum Florentinorum ſeriem explicare aggrediamur, quam partim ex Vincentio Borghino diligenti ſanè ſcriptore eruimus, partim ex alijs ſcriptis, monumentiſque, quanta maxima potuimus diligentia, in hunc modum concinnauimus.

1. S. FRONTINVS, ſiue FRENTINVS à S. Petro Apoſtolorum Principe primus Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ordinatus à nonnullis traditur ann. Chriſti 56. Qui vna cum Paulino eius condiſcipulo ibidem Chriſti fidem cum cœpiſſet diſſeminare, ad cœlum euolauit, cuius acta inuidioſa conſumpſit vetuſtas.

2. S. ROMVLVS poſt Frontinum ſummo Dei beneficio in Hetruria ab eodem ſancto Petro Epiſcopus inſtitutus, Euangelium Volaterranis, Florentinis, Feſulaniſque populis prædicauit, tandem martyrio apud Feſulas coronatus ann. ſalutis noſtræ 90. die ſeptima Iulij, de quo infra in Feſulanis Epiſcopis.

3. S. FELIX Epiſcopus Florentinus poſt tot ſecula Romano interfuit Concilio contra Nouatianos celebrato an. 313. ſicut narrat Optatus Mileuitanus, vetereſque eiuſdem Concilij ſubſcriptiones fidem faciunt.

4. S. THEODORVS Epiſcopus Zenobij antecessor in Florentinis tabulis memoratur ad annum 361. cuius acta deſiderantur: ſpectatur tamen in Metropolitana Eccleſia eiuſdem S. Præſulis ſimulachrum inter cæteros diuos Tutelares. Meminit eiuſdem S. Simplicianus Epiſcopus in vita S. Zenobij.



5. S. ZENOBIVS Epiſcopus, & ciuis Florentinus è nobiliſſima, atque antiquiſſima gente Hieronyma, quæ etiam nunc fœta grauibus viris, ſuas opes dignitatemq. retinere videtur. Ad id dignitatis faſtigium electus fuit an. ferè 376. ſibique creditam Eccleſiam adminiſtrauit vſq. ad annum 407. dieque 25. Maij, plenus meritis, ac ſanctitate conſpicuus euolauit ad ſuperos propè Baſilicam Ambroſianam, vnde poſtea eius ſucceſſor Andreas eiuſdem ſanctiſſimum corpus in Cathedralem transferendum curauit. Cum verò ſępè in lenibus de Zenobio ab ijs, quæ typis mandarunt Ioannes Tortellus Aretinus, Mombritius, Petrus Natalis, Clemens Mazza, Surius, Lippomanus alijque recentiores diſſentire videantur, placuit ſanctiſsimi Præſulis, Tutelariſque noſtri puriſſima geſta, quæ congeſſit Laurentius Archiepiſcopus Amalphitanus, hic inſerere, vt in peruetuſto codi-

ce noſtri SS. Vincentij & Anaſtaſij Cœnobij in charta pergamena exarata proſtant: ſic enim ſe habent.

Laurentij Archiepiſcopi Amalphitani prologus in vitam S. Zenobij Epiſcopi.

HORTATVI veſtræ dilectionis, amabiliſſimi fratres, auditum mentis accommodans; ita virtutes & miracula communis patris Zenobij propoſui Chriſto duce dicere, quatenus potius ſimplicium mentes ad profectum ſpiritus quam ſapientum cor ad acumen ingenij prouocē. Cum ſit enim numeroſa populorum caterua, quæ mire inſudat Philoſophiæ ſtudijs, & rariſſimos eſſe conſtet, quibus cordi ſit dialecticam perſcrutari ſubtilitatem, oportet vtique nos, qui plurimorum B ſaluti conſulimus, ijs potius, qui multi, quam pauciſſimis prouidere. Eruditiſſimis ergo quibuſque ſupplico, quatenus illius charitatis reminiſcentes, quæ ſua non quærere comprobatur, vſitatis, & quodammodo ſimplicibus vtentem ſermonibus me patienter audiant, vt fraternæ comprobentur vtilitatis amatores exiſtere. Nulla vero ſit cuiquam depreecor ambiguitas de miraculis ſancti viri, quæ hic fautore Domino deſcribenda; quoniam partim illa didicimus à perſonis grauiſſimis, partim vero ſic per omnem Tuſciam hodieque rutilant, vt infidelibus ora claudere cogant & quodammodo reſerare. Qualiter autem ſacratiſſimis virtutibus vnicè viguerit, nunc maxime claret, quod ſemper exiſtenti feliciter adhærens diuinitati viua, vt C ita dicam, miracula per carnem ſuam humanitus mortuam demonſtraret aſſidue. Argumentum igitur trahentes ab effectibus agnouimus eum quondam virtutibus floruiſſe, qui nunc in cælo degens ariditatem noſtrarum mentium miraculorum ſuorum lætifluis exhibitionibus irrigat. Effectum namque eſt quod præcedens cauſa perficit, vt dies quem ſolis ortus efficit. Cum ergo claritatem miraculorum eius iugiter experti fuerimus, quid aliud nobis intelligi datur niſi quod virtutum pennis ad æthera ſubleuatus Soli Iuſtitiæ feliciter ſit coniunctus? Illius enim ſignorum viuax efficacia virtutibus eum fuiſſe repletū non modicis aſtruit. Virtutum vero poſſeſſio vitiorum maculis indicat D eum cunctis modis caruiſſe. Duo quippe inter ſe contraria, ſicut aiunt, vni eidemque ſubiecto ſimul ineſſe nequeunt. Sed præmiſſis ſatis eſt, itaque fauente Domino vitam eius enarrare aggredior.

INCIPIT VITA.

ZENOBIVS Florentinæ ciuitatis Epiſcopus indigena non ſolum carnis origine nobilis, ſed etiam mentis ingenuitate clariſſimus extitit. A puerilibus enim annis diuino ſe famulatui mancipans, ita literarum ſtudioſiſſimus euaſerat, vt quam validiſſimus Chriſti miles eſſet futurus, in ipſo quodammodo ſui tyrocinio demonſtraret. Denique maturis moribus adornans adhuc acerbulam ætatulam, de virtutibus ad virtutes inſigniter ambulabat, vt dubitares illum in Sion Deum Deorum feliciter eſſe viſurum, qui viam

A diuinorum mandatorum tam celerrime decurrebat. Cumque pueritiæ ſuæ decurſo tempore peruenisset ad annos pubertatis, agnouit ſagaciſſimus adoleſcens, non illo ſui corporis tendere deſideria, quo ſpiritus ardor properare cupiebat. Sicut enim egregius intonat Prædicator: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, & hæc ſibi inuicem aduerſantur. Videamus igitur quid Chriſti miles contra huiuſmodi conflictum peregerit, vt agnoſcamus in huius vitæ ſtadio non in vacuum decurriſſe. Tantum ergo carnem ſuam inedijs ſubiecit ſpiritui, vt diuino adiutus auxilio corpori ſuo non ſubijceretur vt famulus, ſed e diuerſo principaretur vt dominus. Caſtitati dans igitur operam cum Iob in debili- B tatibus fortiſſimis dicere poterat: *Statui in corde meo, vt nec quidem cogitarem de virgine.* Nouerat enim iam diuinis apprime literis eruditus, pudicitiæ virtutem eſſe præ cæteris amplectendam, qua dilapſa, virtutes reliquæ funditus extirpantur. Sed quia non valet igneus ardor extingui, cum lignorum pabula iugiter adminiſtrantur, vt tunc venerius tumor ſalutari deprimitur medicamine, cum dapes ſubtrahuntur mortiferum calorem ſubminiſtrantes: idcirco ieiunijs, & vigilijs artus ſuos congruentiſſime caſtigabat. Præterea virtus charitatis in eo ſibi proprium quodammodo conſtituerat habitaculum, ita vt vere poſſes dicere: In hoc iuuene caſtitatis, & geminæ dilectionis amatore Deus vtique requieſcit. Cum enim Dei In- C cum Euangeliſta non ambigat dicere. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus manet in eo.* Paulus quoque veridice aſtruat eum qui caſte viuit, templum eſſe Spiritus ſancti. Conſtat vtique beatiſſimum Zenobium eiuſmodi repletum virtutibus diuinitatis habitaculum extitiſſe. Præcipue cum tantæ manſuetudinis, tantæque humilitatis, quam conſtat eſſe virtutum cuſtodem, approbatur, vt quaſi ſpecialiter de ipſo dictum eſſe videretur: *Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper* Zenobium *humilem, & quietum, & trementem verba mea.* Nobilitate siquidem carnis, qua dicitur præ cæteris enituiſſe, calcata, ſic morum ingenuitate pollebat, vt in cæleſti curia iam tunc eſſet aureis literis inſignitus. D Quam vero liberalis in dandis eleemoſynis, & quam pius pauperum hoſpes fuerit in Domino, breuiloquio ſtudens omitto. ſcribam dicere, quia per collectiuum, ſicut aiunt, ſtatum, prudens lector in laude, quam præmiſimus, charitatis, hoc valet pleniter intueri. Nec enim charitatem, qua Deus, proximuſque diligitur, habere putandus eſt, qui, vt Euangeliſtæ ſermonibus vtar, viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo. Probatio quippe dilectionis, vt Gregorius ſedis ſuæ compar mirabiliter edocet, operis eſt exhibitio.

Talibus igitur virtutibus pollens cum plurimo tempore minoribus eſſet intentus officijs in Eccleſia Florentina, defuncto ipſius loci præſule, non ſolum a clero, ſed etiam ab vniuerſo populo ſolemniter ad Pontificatus apicem eſt electus. Nec vero licuit ei reniti, vel obſiſtere huiuſmodi electioni, quorum, vt præfatus ſum, ita conſenſu, & anni-

A anniſu omnium ſuorum conciuium fuerat poſtulatus ad eiuſdem Eccleſiæ gubernacula, vt palam daretur intelligi, diuinitus eum ad eiuſmodi fuiſſe officium inuitatum. Videns itaque ſe diuinis iuſsionibus nec poſſe, nec debere pertinaciter obluctari, præſulatus quidem officium canonicè ſumpſit, ſed humilitatis gratiam ſibi familiariſſimam non deſeruit. Prodeſſe enim magis quam præeſſe cupiēs, ita cūctis ſe humillimū exhibebat, vt non eſſet ambiguum, quam aſsiduus auditum mentis Euangelicæ ſententiæ commodaret, in qua videlicet dicitur: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Tanta vero dilectione Clerum ſibi commiſſum, ac reliquum populum dulciſſinus amplectebatur, vt quiſquis eorum dæmonicis, B aut humanis fluctuaret anguſtijs, ad illius ſolamen, velut ad portum trāquilliſsimum feſtinaret. Quos ille dulciter ſuſcipiens ita diuinarum ſcripturarum ſolabatur eloquijs, vt gauderent iſtiuſmodi patrem ſibi cælitus eſſe tributū qui filiorum diſcriminibus mirifica dulcedine ſubueniret. Prolixo quidem, ſicut præfatum eſt, tempore diſciplinis inſudans Eccleſiaſticis ſub aliorum regimine optime didicerat vnicuique languori mentium congrua ſermonis medicamina ſubrogare, meritoque præeſſe poterat, qui congruenter ſubeſſe didicerat. Si quando vero ſecularium potentia quemlibet ſibi ſubiectorum iniuſto iudicio comprimebat, non verebatur audacter illorum nequitiam redarguere tandiuq; facta quadam commixtione ſeueritatis, & lenitatis inſiſtebat, donec fauente Domino plerumque reuocaret ad viam iuſtitiæ, quos per iniquitatis deuia conſtabat incedere. C Iuſtus enim, quemadmodum diuina teſtatur auctoritas, tanquam leo confidens abſque terrore graditur. Et è contra quem grauiter conſcientiæ reatus accuſat, effugit nemine perſequente. Sanè iuris Eccleſiaſtici prædia ſibimet vſurpantes, non materialibus gladijs hic pater excellētiſsimus impugnabat, ſed efficacis armis orationis viriliter expugnabat. Vnde contigit, vt diuina potentia cernens inſontis famuli ſui patientiam, ſic quoſdam illorum ſeueriſſima vindicta multaret, vt amaro ſubito morientes interitu non ſolum priuatos quoſque, ſed etiam Reges ad obſequium ſancti viri quodammodo coegerint. Vnde profectò contigit ſacroſanctam Eccleſiam Florentinorum ab huiuſmodi perſonis cæteris amplius eſſe ditatam, vtpote qui viſa Patris Zenobij ſanctitate, conſpectaque diuina ſeueritate, quæ pro eo frequentiſsime pugnabat, non ei violenter auferre, ſed offerre ſuppliciter Eccleſiæ neceſſaria procurabant. D Denique regia poteſtas quę diebus illis Italiæ principabatur, in tantũ ſe proſternebat humiliate veſtigijs eius adorabilib. vt ijs temporibus Imperator ad lamenta pœnitentiæ cum ſuis magnatibus confugiens, æternum Imperatorem in eo venerabiliter adoraret; nec immerito. Ipſe namque Chriſtus Euangelica tuba intonuit inquiens: *Qui vos honorat, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit*. Et per Prophetam: *Qui vos*, inquit, *tangit*, id eſt, *cum dedecore tractat*, *pupillam proculdubio tangit oculi mei*. Quid plura? ſicut olim gaudebat Roma rerum maxima poeticè dicta de ſpolijs occiſorum, ſic exultabat Florentia

A de conuerſione multorum, perpetuum patrem victurorum. Vnde iure poterat inter eius reliqua præconia decantari. (*Refloret magno felix Florentia ſancto.*) Porro ne minoris eſſe videantur auctoritatis hæc, quæ ſicut prælibauimus, à Religioſiſsimis quibuſdam didicimus, qui veridicè aſſerebant hæc quidem antiquitus fuiſſe deſcripta, ſed incendio, qui caſu contigit, eſſe conſumpta, quid Paulinus ſanctus de Patre Zenobio referat audiamus. Inter reliquas enim virtutes, atq; miracula celeberrimi Patris Ambroſij ſubinrulit inquiens: In Tuſcia etiam ciuitate Florentia, vbi nunc ſanctus Zenobius eſt Epiſcopus, quia promiſerat ſe petentibus illis ſæpius viſitaturum, fre- B quenter ad altare, quod eſt in baſilica Ambroſiana, quæ ibidem ab ipſo conſtituta eſt, viſum orare, ſancto viro ſacerdote Zenobio referente, didicimus. En Paulinus qui tantæ pietatis extiterat, vt ſemetipſum barbaricæ genti ſeruū pro filio cuiuſdam viduæ traderet, aſſerit noſtrum Zenobium eſſe ſanctum. Neque putaret aliquis hoc eum tranſitorie dixiſſe, non pro veritatis aſſertione contra poſterorum dubietatem, vt prima ait: In ciuitate Florentina, vbi nunc vir ſanctus Zenobius eſt. Et poſt ſignanter addidit: Sancto viro ſacerdote Zenobio referente didicimus. Quis igitur audet huius veridico teſtimonio reluctari, per cuius os ad laudem eiuſdē noſtri Patroni Chriſtus vtique locutus; ſecundum illud videlicet quod egregius aſtruit prædicator: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? C Præterea diligenter inſpiciendum eſt, in quanto ſanctitatis degebat culmine, qui merebatur animam ſui conſacerdotis poſt carneum exceſſum ſpiritualibus oculis intueri. Oculis autem ſpiritualibus dixerim, non quod eum viſu corporeo nequaquam viderit, ſed quod intuitus eius itaiam ſpiritualis eſſet effectus, vt merito poſſet electorum ſpiritus contemplari. Scriptum quippe eſt: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Deus autem ſpiritus eſt. Non eſt ergo mirum, ſi luce ſanctitatis illuſtratus B. Zenobius, circumſcriptū videre potuit ſpiritū, qui incircū ſcriptu feliciter eſt viſurus. Iuxta illud quod ſcriptum eſt de electis: Regem in decore ſuo videbūt, id eſt, in ſua diuinitate poſt mundi terminum proprijs oculis ſunt viſuri, quem nunc per ſpeculum, & in ænigmate contemplantur. Nec prætereundum D quod ſanctus vir Ambroſius, quemadmodum deuote poſtulantibus Florentinis promiſerat, non ſolum viuus eos frequenter viſitare ſtuduit, ſed etiam mortuus. In qua profecto re magnis eſt Florentinorum populus laudibus extollendus. Cuius ingens profecto deuotio non ſolū ante mortem, ſed etiam poſt mortem ſancti viri remunerata eſt, dum frequenter apud eos & vt credendum eſt, pro eis orare viſus eſt, à quibus olim inuitatus non ſolum Florentiam venerat, ſed eos etiam reſuſcitatione cuiuſdam pueruli mire lætificauerat. Inter hos nimirum populos Eccleſiaſticum clerum arbitror aſtitiſſe, in quibus profecto renitebat vt ſidus clariſsimū noſter patronus Zenobius. Licet tunc temporis necdum eſſet pōtificali dignitate decoratus. Maxime cum legamus Eccle-

ſiam, quæ dicitur Ambroſiana, ſolemniter ab eodem reuerēdiſſimo Pontifice Ambroſio fuiſſe dedicatam, cum totius Florentinæ plebis lætitia. Vnde datur conijci ex tunc has geminas Eccleſię Dei columnas inuicem ſibi fuiſſe amicali fœdere copulatas. nec immerito. Scriptum eſt enim: Omne animal diligit ſimile ſibi. Quod vtique animal de homine prædicatur. Præterea videndum eſt qualiter ſanctitatem eximij Patris efficientiam quoque miraculorum liquidius propalauit.

Matrona quædā orationis gratia Romam proficiſcens à Galliæ partibus, audita laudabili fama Beati Præſulis Zenobij, priuſquam illo proficiſceretur, ad eum venire ſtuduit, vt tanti Patris benedictionibus frueretur. Cumque deuotionem illius attendens admirabilis Pontifex, ad mundi contemptum atq; cæleſtis eam regni deſiderium potius accendiſſet, illa veſtigijs proſtrata, rogare cœpit, vt eſſe memor illius in ſuis orationibus iugiter dignaretur. Præterea cum ad ſuum hoſpitium iam voti compos fœmina remeaſſet, ſuiſq; narraret quantæ ſanctitatis quantæq; facundiæ nec nō vnicæ morigerationis eſſet Epiſcopus, cuius benedictionem optauerat, filius eius quidem qui cum ea venerat, ſed ob moleſtiam, quam incurrebat in itinere, feſſus in lectulo recumbebat, ad eum deductus & illius ſe precibus humillime commendauit. Tunc vir Dei quem gratia pietatis inter reliquas virtutes commendabat, compaſſus illius infirmitati non ſolum interiorem refectionem ei tribuit, ſed etiam corporea liberaliter alimenta largitus eſt. Verum quia languor illius paulatim inualeſcebat, veritus homo Dei, ne labor itineris aut huius omnimodè attereret corpus, aut matris deuotionem frāgeret, ſecum miſericorditer eundem puerum detinere propoſuit, donec illius genitrix ab Apoſtolorum liminibus remearet, quod & factum eſt. Igitur ea proficiſcente Romam, tantam pietatis curam beatus Zenobius erga prædictum languidum exhibuit, vt altera mater inuentus eſſe videretur ad illius ſolatium. Sed quia diuina prouidētia ſicut reor, cōſtituerat, vt per eius mortem, immo reſurrectionem beatiſſimus Pater amplius eniteſceret, omnis huiuſmodi refectio, quæ vt medicinalis cura ſibi exhibebatur, non ei leuamen, ſed grauedinem inferebat. Interea Eccleſiaſticæ vtilitatis exigente negotio perrexit idem venerabilis Pontifex ad templum, quod erat in honorē Sancti Petri conſecratum, non paucis ſe clericis comitantibus. Vbi dum oratione præmiſſa quæ videbantur congrua peregiſſet, ob ſæpe nominatum infirmum, quem nimio febris ardore peruſtum reliquerat, cœpit gradu contentiore meare. Et ecce videlicet illius genitricē, quæ ipſo die reuerſa fuerat, ſparſis miſerabiliter capillis, atque magnis vlulatibus vociferantem ad ſe venire ſuiq; filioli iam exanime corpus infeliciter baiulare. Quo viſo vir clementiſſimus gradū continuo ſiſtit, addiſcenſq; matrē vna tantum hora poſt obitum filij remeaſſe, gemebundus efficitur. Mulier vero confeſtim pedibus illius aduoluta, filij cadauer ante faciem eius proiecit, voceq; lamentabili perſtrepit dicens: Vnicum meum, quem tuæ ſanctitati viuū commendaueram

A. viuum deprecor infelici matri reſtitue non defunctum. Qui gregis tui non ſolum Paſtor, ſed etiam Pater es, fac me quæſo matrum in numero computari: nam nimis infelix appellari mater amplius non valeo, quæ vno eodemq; momento pariter filium, & matris vocabulum perdidi: reuertens ab Apoſtolorum Eccleſijs, qui prædicationis lumine cunctum orbem illuſtrarunt, qualiter amiſſo lumine, quod præ oculis diligebam, orbata poſſum ad patriam remeare? His & huiuſmodi lamentationibus eadem muliebriter quidem flente, ſed viriliter in Domino confidente, cum non poſſet illam vir Domini ſuis à veſtigijs repellere, ſeſe lacrymoſus illic in orationem dedit, tandiuque vicinas ſibi diuinitatis aures pulſauit humillimus,
B donec ambo pariter ſurgerent, defunctus ſcilicet ab acerba morte & ſāctus ſenior ab oratione. Iam vero quis oratoria facultate præpotens digne poteſt enarrare, quantum ſubito fuerit natum gaudiū non ſolum parenti & qui reſuſcitatus fuerat, ſed etiā reliquis ad huiuſmodi ſpectaculū aſſiſtentibus. Cum ſcilicet vno eodemq; fere tempore viderent proprijs pedibus ambulantem, qui mortuus adductus fuerat manibus alienis. Quis itaque Deus magnus ſicut Deus noſter, qui famulum ſuæ diuinitati non ſegniter famulantem non ſolum in cælis, ſed etiam in terris glorificat, ſecundum illud ſcilicet quod veridice, vtpote ſummus veritas, eſt pollicitus: Ego glorificantes me glorificabo. Non eſt igitur infideliter admirandum, quod tam ef-
C ficax ſui famuli deprecatio fuerit, vt ſubito valuerit exanime corpuſculum ſuſcitare. Cum profecto liqueat eum ea illorum fuiſſe præcipuum numero, de quibus prophetice dicitur: Voluntatem timentium ſe, fidelis Dominus in verbis ſuis, clementiſſime faciet, orationes videlicet ipſorum mirabiliter audiens. Locus autem in quo contigit hoc inſigne miraculum, ob id quod orans illic almificus præſul genua ſua flexerit, hodieque Florentini ciues Geniculum vocitant. Tantaque reuerentia dignum iudicant lapidem, qui ſub eius poplite contigerat eſſe, vt fœditatem illic non permittant vel à beſtijs effici; maxime cum plerūq; contigerit illic eorum conſtringi vehicula, qui ſine debita reuerentia per locum illum non abſq; bonorum ſuorum damnoſitate tranſiebant. Aliud quoque ſimillimum huic non ſuperſedeo referre miraculum, eodem ſcilicet itinere, ſed non eisdem, vt ante nos a quodam dictum eſt vtens ve-
D ſtigijs. Cum enim venerabiliſſimus idem Pontifex matura iam confectus ætate, ſolis orationibus operam daret, ac per hoc vnà cum ſuis clericis etiam ſuburbanas Eccleſias circuiret. Quadam die cum egrederetur ad eiuſmodi ſtudiū, contigit eum repetiſſe quendam defunctum ante Florentinam portam, quæ ſita eſt contra aquilonem. Cumq; pauliſper ſubſtitiſſet atque more ſuo cœpiſſet orationem Deo fundere pro illius animæ redemptione, diuerſi ſexus & ætatis populi, qui illo conuenerant, nutu quodam, niſi fallor, tacti diuino cœpere prius muſſitando dicere: Non pater hic noſter ſanctiſſimus, quem conſtat iam reddidiſſe mortuum vitæ, poſſet hunc quoq; iuuenem ſuſcitare, ſi noſtra fides in huiuſmodi poſtulatione mini-

minime vacillaret. Cum ergo prece Pontifex abire cœpiſſet, omnium illorum corda quaſi vnum protinus ſunt effecta, terræque proſtrati lacrymoſiſque vocibus defuncti reſuſcitationem poſcentes ita concluſerunt illius iter, vt nullatenus poſſet ad Epiſcopum remeare. Triſtiſsimus itaque Pater effectus, vtpote vitium elationis tamquam peſtem maximā fugiens: Cur, inquit, filij mei tantum mihi ponderis imponitis, quantum fragilitas mentis meæ ſufferre non poteſt? An ignoratis hæc & eiuſmodi miracula non infimis & peccatoribus quorum ego ſum ſocius, ſed viris apud Dominum ſummis, & iuſtiſſimis conuenire? Cui populus è contra flebili voce ſupplicater: Qui puerum alienigenā clementer Domino largiente reſuſcitaſti, debes quoq; Pater honeſtiſſime propter iſtius infelicis reſurrectionem iuuenis, cui tota ſicut aſpicis tua compatitur ciuitas, omnipotentiſſimæ ſupplicare diuinitati.

Ad hæc ſanctus Dei aiebat non illud ſuæ fuiſſe virtutis, ſed potius maternæ deuotionis, quam fides adiuuit proculdubio validiſſima. Populo autem pariter reſpondente, quod fides vnius apud clementiſsimum Dominum valuit obtinere, omnium noſtrum profecto fidelibus miſericorditer concedetur, compulſus eſt almificus vir eorum annuere precibus. Præcepit itaque cunctæ multitudini, quæ aderat, tandiu Kyrie eleiſon deuotiſſime dicere, donec ipſe ſurgeret ab oratione, quam dicebat illorum poſſe precibus adiuuari. Quid plura? tamdiu ſitu iacuit humillimo, tamdiu lacrymoſis petitionibus inſtitit, tamdiu contemplationis pēna ſubleuatus ac Theodoto propinauit inſperatum, donec plebs viſa illius, qui mortuus fuerat ſubita oculorum apertione, nō iam Kyrie eleiſon, ſed Deo gratias, Deo gratias inclamaret. Lætiſſimus ergo protinus ad domum reuerſus eſt viuentium, qui cū plurimorum mœſtitia ducebatur ad tumulū defunctorum. Vellem præterea minores virtutes eius quæ nobis à quibuſdam veridicis relatæ ſunt, huic opuſculo aggregare, niſi magnopere faſtidio conſulens audientiū, ea quæ iam dicta ſūt, ſufficere crederem, maxime cum prudens lector argumentum trahens à maioribus, non ambigat eum parua facere potuiſſe, quem conſtat auctore Domino inſigniter patraſſe quamgrandia.

Ad eius ergo glorificatum obitum ſtylum vertimus, quem nimirum Deus omnipotens abſtractū à terris Arcadij, & Honorij temporibus, ad Cælorum gaudia reuocauit. Plenus enim dierum ſicut ſcriptura teſtatur in ſenectute bona, cum ſe cerneret inualeſcente languore morti proximum effici, mœſtiſsimum clerum & populum nihilominus lacrymoſum taliter allocutus eſt: Nolite dilectiſſimi filij nolite deprecor immoderata vos afficere triſtitia, quoniam quidem tempus eſt, vt viā patrum gradiens ad bonum Dominum peracto feſtinem ſeruitio, quinimmo gaudete me patrem veſtrum ad ipſum præcedere, cuius in quantum potero miſericordiā pro veſtris exceſsib. exorabo.

Admonita tantū meæ paruitatis in vnitate concordiæ ſatagite cuſtodite, ſi mihi vicariū dilectionis affectu cupitis reſtituere. His & talibus finitis alloquijs, eos pontificaliter benedixit ſubleuatiſq. ma-

A nib. ad Cælū orauit, ac deinde ſemetipſum ſignās; ita lætus animam exhalauit, vt diceres ad patriam ridens animā ridendo redire. Corpus autem ſacratiſsimum ipſo die quo defunctus eſt, octauo ſcilicet Kal. Iunij reconditum eſt in arca marmorea & poſitum eſt in Eccleſia S. Laurentij iuxta altare. Quod cum fuiſſet aliquot annorum curricula elapſis, ob infeſtationem quarundam gentium translatum in Sanctæ Reparatæ Baſilicam, tantam eius Deus ob meritum virtutem oſtendit; vt quædam arbor, quam feretrum eius cum adduceretur, tetigerat, continuo floruiſſet. Nonne videtur tibi Lector hæc arbor, & flores virtutum beati Zenobij demonſtraſſe et Florentinam ciuitatem indicaſſe præ multis alijs vrbibus ob eius

B reliquias varias gratias reflorere? Lætabiliter itaq; gaudeat Florentinus populus, & exultet in Domino, quia diuinitus accipere meruit hanc gemmam pretioſiſsimam excellentem cunctis terris opibus. Nec illud eſt obliuioſa prætermittendum ſegnitie quod iſtud ſacratiſsimum cadauer ad præfatam vſque portam ſeptentrionalem delatum tamdiu ſe non permiſſit vllatenus ab eodem loco moueri, quamdiu Pontifex, qui tunc temporis huic præerat vrbi, Deo polliceretur, vt non minus duodenario Clericorum numero, ad eiuſdem ſancti perpes obſequium deputaret. Video præterea fragilitatē mentis humanæ, quæ gaudere ſolet breuiloquio tot auditis miraculis poſſe laſſeſcere, ſed mihi curandum eſt, ne dum quaſi prouidus humanam offenſam refugio, diuinam male ſanus incurram. Vnde diſpoſui per quoddam quaſi meditullium

C Chriſto duce deambulare, quatenus & minora ſileam, & maiora, quæ poſt obitum ſuum patrauit, ſtudeam non ſegniter enarrare. Quidam puer Italicus aliquando magno febrium ardore peruſtus, in tantam ſitis anxietatem deuenerat, vt quadam nocte quaterdecies aquam biberet; ſed quia nimis accenſæ febris eam conſtat eſſe naturam, vt quo amplius biberit, eo minus ſatiat; idem puer anxius genitricem ſuam grauiter dormientem quinquies & ſexies, non ſine clamoris magnitudine vocitauit. Cumque mulier laſſabunda fuiſſet excitata, ſuoque dixiſſet filiolo: Quid vis, cur tantum vociferas? ille quaſi nec dum biberet aquam infeliciter poſtulauit. Denique nimio iam tædio mater illius obſeſſa, reſpōdit dicens: Dabo tibi diabolum, qui te præfocet. Nunquid non ſuffecit ingluuiei tuæ quaterdecies iam bibiſſe, meque nimia infelicem non quiuiſſe ſaltem paululum requieſcere? Igitur eodem ine-

D briata furore, aquam illi porrexit dicens: Bibe, bibe diabolum, qui te facit potum totiens poſtulare. Nulla itaque in medio mora; continuo ſpiritus malignus introiuit in puerum,

Cumque cœpiſſet acerrime vexare; quod vt aſpexit, eatenus procax mulier in terra proſtrata, luctu cœpit amariſſimo lamentari, ſeque cauſam fuiſſe calamitatis quæ puero contigit veraciter atteſtari. Propoſuit igitur eius genitor variorum ei medicaminum auxilia diligenter adhibere, quæ dū illi nec minimam quidem portiunculam incolumitatis erogarent, in ſummo diſcrimine poſitus quid deberet amplius facere, non ſolum viros, ſed

 etiam

etiam fœminas conſulebat. Vnde contigit quondam Religioſam mulierem ſaluberrimum ei conſilium præbere, dicendo: Ad Patris Zenobij ſacratiſsimum tumulum ſi proprium duxeris filium, ad effectum proculdubio tu poteris deſiderij peruenire. Dum enim cauſa orationis nuper illo perueniſſet, vidit quandam Florentinam ſic ab eo mirabiliter exauditam, vt ab oratione domum rediens, non filium ſuum ſolum, pro quo ſanctū poſtulauerat, ſanitati redditum inueniret, ſed etiam monile quoddam ſibi ſublatum in domo propria reperire. Talibus ille compertis Florentinam vnà cum nato proprio feſtinanter adijt ac religioſos clericos, qui familiarius ſæpe dicti Patris Eccleſiæ ſeruiebant, enixius obſecrauit, vt miſerrimum puerum, qui ſponte nollebat ingredi, violenter vſque ad altare Sancti Zenobij ducere dignarentur. Verum ſpiritus nequam in eo degens, cum formidaret ad ſanctum pertrahi, tantum ante fores repugnauit, tantum obſtitit, tantum reluctatus eſt, vt decennis puer vix poſſet à quodam validiſſimo viro vſque ad Tribunal deduci. Vbi dum pro eo in terra iacente fuſa cum lacrymis eſſet oratio, ſubito venter illius humanam normam intumeſcere viſus eſt, ac deinde reuerſus ad ſtatum priſtinum, tantum putoris effudit, vt palam daretur intelligi ſpiritum ab eo puerentem meritis ſancti fuiſſe Zenobij effugatum. Saniſsimus ergo ſurrexit puer à pauimento, & tribus iam elapſis diebus nihil cibi acceperat, manducare continuo poſtulauit, atque ad ſuam patriam cum patre iam lætiſſimo remeauit. Nec illud quod noſtris quoque diebus ac noſtris oculis ſuiſſe conſtat exhibitum.

Clericus enim famulatū præbens Eccleſiæ euidā multis alijs deuotius eidem famulatum præbentib. Eccleſiæ, dum eſſet multitudo, ſui languore ſeruuli contriſtatus acceſſit ad altare beati Zenobij, deprecatus intimi ſui cordis gemitibus, vt eiuſdem patris intercuetionibus illi ſanitas proueniret. Sed quia bonum mentis humanæ deſiderium, ſicut ante nos multo ſanctius & eloquentius dictum eſt, ſolet dilationibus augmentari atque augmentatum optata percipere, non eſt tunc idem clericus protinus exauditus. Verum quia non ſolum ſecularibus, ſed etiam diuinis literis erat non mediocriter imbutus, ac per hoc ſciens Euangelice dictū eſſe: Pulſate & aperietur vobis, non deſtitit per dies vndecim precibus aurem pulſare tonantis, auxiliū videlicet tanti Pontificis poſtulando, quem credebat eſſe diuinitatis auditui proximum. In quibus nimirum diebus duodecim horarum quidem pro eodem ſuo famulo pergebat Zenobij Patris ad aram, ſed medicamen exterius, vtpote medicinali peritus arte, competenter illi adhibere nullatenus omittebat. Cum vero cerneret tot elapſis diebus habilea quidem curationes admittere, ſed languorem nullatenus aprittere, ſtatuit in corde ſuo medicinalis temporis tunc ſtudia poſtponere & tantummodo laudabiliſſimi Præſulis auxiliū præſtolari. Cum ecce die duodecimo Sanctus ei per viſionem apparens ait: Diebus his præteritis idcirco puero tuo nequaquam ſanitatis donum tribuere volui, ne videretur potius terrena quam cæleſti curatione fuiſſe ſaluatus. Nunc autem, qua ſicut Pſalmographus intonat, vates. Stabiliter in vere Domino cogitatum tuum iactaſti, ſcias te nuncupatiue domini vocabulum non amittere. Sanabitur enim cito citius idem tuus ſeruus, quem tibi propitium arbitratis. Euigilans igitur præfatus clericus, quid ſibi per ſomnium dictum fuerit, prius multis hominibus fideliter nunciauit, ac deinde famuli ſui mirabilem incolumitatem videre promeruit. Libet interea mentis intuitum ad videndum ſancti huius gloriam diligenter ſuſtollere, qualiterque terreno pretio cæleſtia emerit contemplari. Ecce enim qui carnalibus obluctando illecebris omnipotenti Domino famulans tranſitoriā mundi gloriam declinauit, non tantum ſidereā feliciter poſſidet manſionem, ſed etiam in terris exhibendo tam lucinda miracula nimis magno fruitur honore. Beata plane poſſeſsio quā non auſert hoſtilis iniquitas, ſed incoecullam detinet immenſa felicitas. Cuius beatitudinem nulla diminutio titulat, quia nunquam illi ruinoſus ratus appropiat. Cui ſemper arridet optata proſperitas, quia numquam ei horribilis dominatur aduerſitas. Multa quidem, ſed & alia, quibus hic honorabiliſſimus Pater poſſet merito prædicari, ſed mihi Laurentio Amalphitanæ ſedis immerito Archiepiſcopo, qui hic exulans eius ſenſi præſidiū, magis libuit hæc pauca deſcribere, quam plurima non ſine macrologiæ vitio faſtidioſus excipienda narrata. Celebratur autem feſtiuitas eius octauo Kal. Iunij. Ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti qui viuit & regnat cum Patre in vnitate Spiritus ſancti. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Laurentius huius vitæ ſcriptor, ad Archiepiſcopalem ſedem Amalphitanam euectus eſt an. 1024. deceſſit vero ſub Leone IX. Romæ an. 1048. exul ab Eccleſia, ſepultus in æde beati Ioannis de Schola Græca, fuitque ſecundus Amalphitanus Archiepiſcopus, de quo in quarto Tomo huius noſtræ ſacræ Hiſtoriæ agemus.

Extat alia Zenobij Vita à S. Simpliciano Archiepiſcopo Mediolanenſi Ambroſij ſucceſſore, eiuſdem Zenobij ſynchrono conſcripta, eiuſdemque meminit Antoninus tit. 10. cap. 17. tametſi in ſupputatione temporum fallatur. Plureſq; ſunt qui Zenobij prolixè vitam ſcripſerunt, illoſq; conſulat Lector, ne eadem vſque ad tædium cogamur repetere. Eius venerandæ reliquiæ in Metropolitana honorificè requieſcunt, eiuſdemq. caput argentea fuſaq; imagine incluſum, populo ſpectandum, floribuſq, conſectandum proponitur, quod inde capitis expellendi dolorem promptiſsimam virtutem expectantur exire. Cæterum in tranſlatione corporis eiuſdem Sanctiſsimi Præſulis è Baſilica Ambroſiana, nunc S. Laurentij, ad Cathedralem, inſigne illud accidit miraculum, vt cum feretrum in vlmum aridam impegiſſet, repentina viriditate reuixit, explicuitq; folia, quo in loco ex granito columna deinde collocata eſt, ne admirādi facti aliquando interiret memoria, hac inſcriptione miraculum proloquente.

AN-

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI CCCC. VIII. DIE XXVI. IANVARII TEMPORE IMPERATORVM ARCADII, ET HONORII ANNO XI. FERIA QVINTA DVM DE BASILICA S. LAVRENTII AD MAIOREM ECCLESIAM FLORENTINAM CORPVS S. ZENOBII FLORENTINORVM EPISC. FERETRO PORTARETVR, ERAT HOC IN LOCO VLMVS ARBOR, ARIDA TVNC EXISTENS, QVAM CVM FERETRVM SANCTI CORPORIS TETIGISSET, SVBITO' FRONDES, AC FLORES MIRACVLOSE PRODVXIT, IN CVIVS MIRACVLI MEMORIAM, CHRISTIANI, CIVESQ. FLORENTINI IN LOCO SVBLATÆ ARBORIS HINC HANC COLVMNAM CVM CRVCE IN SIGNO NOTABILI EREXERVNT.

E 'qua inſcriptione liquidò eruitur, Zenobium Sanctum virum haud obijſſe anno 408. vt nonnulli ſunt arbitrati; incidit enim eius tranſlatio in diem 26. menſis Ianuarij eiuſdem anni. Ipſe verò finiuit die 25. menſis Maij, vt perſpicuum eſt. Tanta autem diuerſitas eſt in perquirenda ratione temporum in ijs, quæ ad hunc ſanctum pertinent, vt olli coniectura veritas indagatur, admodum difficulter videatur poſſe expiſcari. Igitur vero propius eſt ad Epiſcopatum aſcendiſſe illum, anno 394. obijſſe verò 407. vt ſupra docuimus.

Florentiæ ciuitatis Protector eſt, eiuſque feſtum ſolemni ritu celebratur, ad altare oblationes deferente Senatu, cuius coryphæi nobiles è Hieronyma gente alumni. Baronius in ſuis Annalibus arbitratur hunc Sanctum, à Zenobia Palmenorum Regina pugnaciſsima fœmina à Valeriano Imperatore deuicta, ſuam duxiſſe originem: Quam coniecturam ſi tantùm ea Zenobij nomine ipſe deducit, nil planè obſtat, quin multos Regum progeniem faciamus, qui Regum nomina, dum ſacro fonte ablueréntur, ſibi impoſita geſtaue. Vtcumque res ſit, conſtat Hieronymam gentem vbique & ſemper ſummæ dignitatis fuiſſe familiam, quæ præter cætera decora meritò gloriari poſſit Sanctum Zenobium habuiſſe alumnum, cuius ſãctitatis radijs, & patria Florentia, Hieronymaque gens mirificè nobilitatur. De qua noſter Vgolinus Varinus lib. 3. de illuſt. vrbis Florentiæ ſcriptum reliquit.

Hieronymi quam priſca domus fuit, ardua turris
Condita ſit teſtis totos iam mille per annos,
Quam ſacer antiſtes Tuſcæ Zenobius vrbis
Tam clara de ſtirpe ſatus, coluiſſe putatur.
Dixere hunc merito Syllanæ gentis alumnum.

Et in honorem Zenobij idem Varinus lib. 7. Epigrammatum ad Mathiam Pannoniæ Regem, qui in celebri Bibliotheca Franciſci Card. Barberini M. S. aſſeruatur, ſic cecinit.

Hetruſcæ antiſtes colitur Zenobius vrbis
Iſta Florentinis eſt celebranda dies.
Hic Auguſtini comes, Ambroſijque ſodalis.
Ingenio clarus, clarus & eloquio.
Legatum hunc Damaſus Biſanti miſit ad Arcem,
Cum Getico arderent Dardana tecta rege
Arrius Auſonia cum tamquam peſtis in vrbe
Serperet Eccleſiæ dira venena vomens.
Aſt opere, & ſermone potens Zenobius omnem
Peſtem exturbauit finibus Italiæ,
Non aliter cælo nubes aquilone ſereno
Pelluntur: mundo fulget & axe dies.
Sic tunc alma fides Chriſti candore niuali
Enituit, nullis commaculata notis.
Felix ò nimium Florentia Præſule tanto
Paſtoris mores nunc imitent tui
Vndecies centum orator Zenobius annos
Mitigat irati numina læſa Dei.
Vt patriæ parcat, venturoſque arceat hoſtes
Peccantis populi nec meminiſſe velit.
Innumeris erepta malis Florentia ſeruat
Ius libertatis, ſeruat imperium. (eſt.
Crimina noſtra preces nunc nunc ad culmina victus
Nequitiæ iam iam magna ruina manet
Deſeret iratus periturum paſtor ouile,
Ne fruſtra ingratis ſedulus oret opem.

Dum adhuc Zenobius in viuis ageret, duo ex eius diſciplina Eugenius Diaconus, & Creſcentius Presbyter nobiles alumni diſceſſerunt è vita, relatiq; poſtea ſunt ob ingentia ſanctitatis merita in numerum ſanctorum. Quorũ meminit Martyrol. 19. Aprilis, & 17. die Nouemb. de quibus Siluanus Razius in vitis ſanctorum Hetruriæ.

4. S. ANDREAS Zenobio ſucceſſit an. 407. Quot annos in Epiſcopatu vixerit ille, non ſatis conſtat. Eius feſtum celebratur die 26. menſis Febr. apud Martyrolog. Rom. cuius etiã mentio extat in vita S. Zenobij, vtpote qui S. Zenobij corpus in Cathedralem transferẽdum curauit. Cæterũ ex ipſius actibus nil certi iam reperitur. Interciderunt ſiquidem, ſiue ex vetuſtate temporum, ſiue ex mortalium incuria, ita vt etiam hic cum altero Andrea confundatur plerumque, qui poſt aliquot ſecula eandem Florentinam Eccleſiam gubernauit; probabilius tamen eſt duos fuiſſe Andreas, huncq; relatum fuiſſe in numerum ſanctorum. Poſt hunc Andream, ad multos annos Florentina ſedes aut vacauit, aut certè ex vetuſtatis inuidia non reperiuntur, qui in eius diuinum dixerũt.

5. S. MAVRITIVS Epiſcopus Florentinus à Totilæ militibus interemptus eſt, dum meliorem Italiæ partem deuaſtarent, eiuſdemq; nobiliores ciuitates ferro flammaque ſuccincti exciderent. In quibus etiam Florentia fuit, tametſi haud in totum exciſa fuerit, viſa tamen eſt, præter cæteras ærumnas, illam luctuoſam tuliſſe, cum per violentam mortem proprium Paſtorem amiſit anno 550. à reſtituta ſalute, die 28. Iunij, vt refert Ioannes Villanus, ex quo Siluanus Razius in vitis SS. Hetruſcorum. At de Florentiæ euerſione Totilæ ſæuiſſimè Regis iuſſu noſter Varinus lib. 1. de illuſtratione vrbis Florentiæ ita cecinit.

Aurea Phryxei intrabat tunc vellera monſtri
Exoriens Titan, Martis genitoris in ædem,
Murorum primus cum fundamenta colonus
Iecit, & erexit celſas ad ſidera turres;
Quas Getica euertit rabies, Lõbardus, & Hunus,
Cum ferus Auſonias turbauit Alaricus vrbes;
Sæuior & Totilas dominantis mœnia Romæ
Vertit, & æqua ſolo proſtrauit culmina, caſis
Ciuibus, & denſi texerunt marmora vepres.
Plurima tunc illis ceciderunt oppida bellis
Auſoniæ, Scythico conuulſa Aquileia furore:
Diues, & Altinum, & laceris Concordia muris
Principium tribuit Venetis, ſcopuliſq; remotis
Adria-

Adriaci ſedere maris, tutoque receſſu
Securi terræ ſedes poſuere perennes,
Si qua poteſt terræ ſedes durare perennis.

6. N. (cuius nomen non extat) Epiſcopus Florentinus, ad quem Pelagius Primus ſummus Pontifex literas dedit. Huius meminit Gratianus in Decret. ad diſtinctionem 33. tametſi nomen non proferat. Floruiſſe videtur circa annum 556. quo anno Pelagius Eccleſiam S. Mariæ Maioris Florentiæ conſecrauit die 17. Aprilis.

7. REPARATVS Epiſcopus Florentinus, ſub Agathone Papa concilio interfuit anno 679.

8. SPECIOSVS ciuis, ac Epiſcopus Florentinus. Hic ille eſt, qui anno 724. Sancti Ioannis Baptiſtæ Canonicis, Sanctæq; Reparatæ quamplurima paterna latifundia munificentiſſimè dono dedit, quæ prius ex hæreditate latè poſſederat, apud Sanctum Iulianum de Septimo, vt ipſe in ſubiecto donationis diplomate fatetur, quod ideo hic, tametſi inquinatè deſcriptum, apponendum curauimus, ne illius ſancti Epiſcopi memoria intercideret. Extat originale documentum in Archiuio Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ.

In nomine Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Regnante piiſſimo, atque perpetuo à Deo conſeruando Domno Luiprando Excellentiſſimo Rege gentis Lungubardorum anno feliciſſimo Regni eius duodecimo pro indictione ſeptima feliciter. Et ideo Chriſto auctore ego Speciosus Epiſcopus nimis peccator, & indignus per præſentem ſalutem, & æternam, ſic volo, atque diſpono, qualiter Domino adiuuante de Curte, & rebus in eis quæ ſunt poſitæ in loco fluuio Greue, vbi etiam Cintoria nominatur, infra plebe, & Epiſcopio B. Ioannis Baptiſtæ, vel Reparatæ Martyris, vnde ego Epiſcopus eſſe videor, ſeu infra plebe, & territorio Sancti Iuliani ſito Septimo, qui fuerunt genitoris, & genitricis meæ, exinde fieri debeat.

Ideo confirmo, & ſtatuo, atque offerſionis nomine offero, & trado tam ſupradicta Curte, quam & cum omnibus rebus ad ipſam pertinentibus . . . . . angarialibus, vineis, ſiluis, pratis, paſcuis, locis aquariis, vel vbicumque ad prædictam Curtem inueniri poteſt pertinentibus in Eccleſia & Canonica Beati Ioanis Baptiſtæ, tam ad ipſos Canonicos, qui modo pro tempore ſunt, quàm qui tunc futuri erunt, vt habeant, firmiterque teneant, poſſideant, laborare faciant, & ex ipſis frugibus communiter ſe reficiant, & hæc chartula offerſionis nomine firma & ſtabilis permaneat ſemper. Vnde precamur prædictos Canonicos, qui modo ſunt, aut in antea venturi erunt per timorem Domini, Sanctorumq; omnium, vt pro me meiſq; genitoribus Dominum deprecari non ceſſent, quatenus noſtra remittantur delicta, & conſequamur requiem ſempiternam. Ideo nec ego quidem Speciosus Epiſcopus, neq; vlli Epiſcopi, qui poſt meum deceſſum ſedem accepturi ſunt ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ habeamus licentiam, & poteſtatem præfata Curte, cum præfatis rebus ab illorum ſupradictorum Canonicorum poteſtate, vel dominio retollere, & aliorum hominum manibus deputare, nec per chartulam concambitionis, neque per conuenientiam libelli, neque per vllum incanium, niſi ſicut ſupra diximus ad illorum Canonicorum qui modo ſunt, aut in antea futuri ſunt vſque ad finem ſeculi maneant poteſtatem: & quod fieri non credo, ſi forſitan quislibet ex ſucceſſoribus meis, Epiſcopus, vel magna, paruaque perſona ſupraſcripta Curte cum tam dictis rebus de poteſtate ſupradictorum Canonicorum retollere, minuere, intentionare litis cauſationem immittere præſumpſerint, aut ſicut ſupradiximus, per chartulam Cambiationis, vel per conuenientiam libelli ab illorum dominio ſurripuerint tūc compondituri eſſe debeant pœna nummorum per argentum libras centum ipſis Canonicis. Inſuper hæc in die magni examinis ante tribunal æterni Iudicis, quando Chriſtus cum omnibus Angelis venerit iudicare ſeculum; mecum qui hæc pro me, meiſq. genitoribus Deo, & prædictis Canonicis obtuli, rationem conſtituturus adſiſtat, & taliter ei eueniat in hoc ſeculo, & in futuro, ſicut quondam euenit Ananiæ, & Saphiræ, qui defraudauerunt pretium agri, & poſuerunt ante pedes Apoſtolorum, & ſicut contigit Iudæ Eſcariotis, qui Chriſtum tradidit, cuius anima eius anima ſociata in infernum ſine fine poſsideat, & hanc offerſionis chartulam omni tempore in ſua maneat firmitate. Actum Florentiæ feliciter.

Ego Speciosus Epiſcopus hanc offerſionem à me factam manu ſubſcripſi.

Ego Deuſidi Archipresb. rogatus à D. Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Vtto Archidiaconus rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Alfuſus Primicerius rogatus à D. Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Cillica Presb. rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Ermінceo Diac. rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Nora indignus Presb. rogatus à D. Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Gandiſteo rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Alluſo Iſcaurino ſubſcripſi.

Ego Reparatus rogatus à D. Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Dardanus ſcriptor huius chartulæ poſt teſtium roborationem, compleui & dedi.)

9. THOMAS Epiſcopus Florentinus interfuit concilio Romano, ſub Zacharia Papa an. 743. vt habetur in antiquiſsimo M. S. codice Abbatiæ S. Saluatoris Montiſamiatæ, de quo etiam Baronius ad hunc annum. Huius Epiſcopi temporib. hæc vrbs per Carolum Magnum reædificari cœpta, priſtinum breui tempore antiquumuè recepit ſplendorem, de qua te ſic noſter Varinus lib. 1. de illuſt. eiuſdem vrbis.

Aſt vbi bis centum deſtruxit barbarus annos,
Funditus euertens Latias Deſiderius vrbes,
Belleuagi rectorum populi Pipinius heros
Venit in Italiam, felix ceu numen ab aſtris
Demiſſus, ſæuoſque afflixit cladibus hoſtes:
Cepit, & obſeſſo Papienſia mœnia Rege,
Barbaricamq; luem Latiis deleuit ab oris,
Redditaq. ablatis libertas tuta tyrannis
Oenotriæ, cultumq. Dei ſine ſorde recepit
Auſonis hæreſeos. miro complexus amore
Egregios CAROLVS Romanæ ſtirpis alumnos
Fouit, & inſigni charos celebrauit honore,
Maioremq; nouis præcinxit mœnibus vrbem:
Templa reſarcuit veteri decuſſa ruina;

Regi-

Reginaq; poli mirandas condidit ædes:
Ad noua diſperſos reuocauit mœnia ciues:
Quæque ſibi tutas altis in montibus arces
Ob ſubitos Martis caſus, diroſque tyrannos,
Fecerat: accerſit pubem: dat munera cunctis.
Et merito: quoniam Lõbarda per agmina victrix
Egregiam nauarat opem Syllana iuuentus.
Piſana appulerat magnus vix littora CARLVS,
Cum rerum dominos Lombardos depulit vrbe,
Tercentumq; equites princeps Florentia miſit
Præſidium Francis: quorum ſi geſta requiras,
Bella Sophocleo noſces ſcribenda cothurno:
Qui Mauros Calabrum pepulere è mõtibus hoſtes
Iidem ceperunt Papientia mœnia primi.
Syllanæ tunc creuit honos, & gloria pubis
Per Latium, priſcaſque animos rediuiua reſũpſit,
Succeſſuque nouum Floris cognomen adepta,
Et vetus amiſit, ſic aucta Fluentia nomen.

Anno 790. Thoma Epiſcopo adhuc viuente, qui in decimum ſeptimum Italiæ Regni Caroli Magni, ac decimũ Pipini eius filij incidit, Aſtroaldus, Adoualdus, & Adopoldus fratres, filij Ariperti quondam opulentiſſimi ciuis Florentini ampliſſima bona monaſterio D. Bartholomæi de Ripoli, quod duobus à Florentia milliaribus diſtat, contulere. Fundatum illud fuerat ab Adoualdo ipſorum proauo multis priuilegijs atque redditibus mirificè inſtructum ad ſuſtentandas moniales, quæ D. Benedicti colebant inſtituta, omnib. & in alijs diœceſanei auctoritate exemptum, præterquam quod Abbatiſſa Epiſcopi benedictione donanda erat. Donationis monumentum dignum viſum eſt poſteris tranſmitti, meiſque elucubrationibus inſinuari, non modo ad illius Cœnobij illuſtrandum decus, verum etiam ad maiorum noſtrorum pietatem in luce collocandam: adijciam tamen, antequam illud ſubijciam, legiſſe me Henrici quondam Imperatoris diploma, in gratiam eiuſdem monaſterij editum, quod forte inferius in ea tempora, quibus illi dies adſcripta eſt, conijciemus.

In nomine Domini. Regnante domino noſtro Carolo, & Pipino, eiuſque filio, viris excellentiſſimis, Regibus, anno Regni eorum in Italia ſeptimo decimo, & decimo: indictione decima tertia. Et ideo in Chriſti nomine, conſtat nos Atroald, Adonald, & Adopald, germani filij quõdam Atriperti, per præſentem: ſalutis magnum præmium animæ ordo exercet, qui in Sanctorum, ac venerabilibus locis benignè largitur. Recordantes nos de Dei miſericordia omnipotentis, vt pro paruis magna apud omnipotẽtem Dominum recipere mereamur: pro hac quippe ratione, offerſionis nomine, damus, concedimus in monaſterio noſtro S. Bartholomæi Apoſtoli, ſito decauata prupè Eccleſiam S. Petri, territorio Florentino, quod bon. mem. Adonald Biſauus noſter, priuilegij nomine, in ipſis proprijs rebus, à fundamentis conſtruxit, vbi nunc Deo dicata, Eufraſia Abbatiſſa amita noſtra, in congregatione de Sororibus, monachis deſeruire, pertinire videtur res, & ſubſtantias, quas ipſe quondam Adonald, & Atropald Biſauus, & auus noſter ibidem offerſionis nomine in dicto monaſterio obtulere .....

A largiente ibidem habendum, haberẽ voluerimus, & quod pro ipſo Biſauo, & auo noſtro ibidem aliquid eamde cõfirmatum eſt, per nos quidẽ pro futuris temporibus ſtabile, & firmum permaneat, per præſentem chartulam, quæ offerſionis eſt, firmamus, ſicut à præſenti nomine nunc decernimus, id eſt, caſæ, domus, cultus, quæ ipſe Biſauus noſter ibidem circa ipſum monaſterium ædificauit, ſimiliter cum alteris caſis, quas ibidem factæ erant cum ..... terra, atque prata, circa ipſum monaſterium, in vnum tenentes, ſicut vſque nunc ab ipſo monaſterio fuit poſſeſſa, cum intrinſecus, & extrinſecus, caſæ in Liuante campo maiore, recta ſtrata de meridiana parte, ſicut......
B partibus via decurrit, campum ipſum vnà cum caſellis, quæ intra ipſum campum eſſe videntur, nec non & campum vnum de terra prope caſas monaſterij de ſurgẽte parte, quod dicitur Viniale. Item ad ficao, caſa, & poſſeſſionem, quod Fauloni ſimiliter portioni, quæ rectæ fuerunt per quondam Alefridi, & Bucciolo, ſimiliter cum vines in flexo, quod eſt clauſura vna in integrum. Item ad Ims, campo vno de terra. Item caſa, & portionem, quæ recta fuit per Bonifridum, quæ eſt poſita propè Quarcula, vbi & Agello vocatur, vbi nunc reſidere videtur Sindipetro: item Sylua maiore in Farnito, cum vna alia petiola de Palatia propè ipſam Syluam poſitam. Item curte in Clanti cum integro Salingo, atque caſas, & portiones, ad ipſam curtem pertinentes oliua verò ex omnibus rebus nobis de Salingo pertinentibus; in
C territorio Florentino, per ſingula loca medietatem offerimus in ipſo monaſterio, excepto triginta libras olei, quantea tollere ſtatuimus nos, noſtri germani, vel noſtri hæredes, ita tamen vt oliua ipſa communiter cum parte monaſterij colligere debeamus, & hoc volumus, atque confirmamus, cum oratorio Beati Sancti Angeli, qui eſt fundatus, vbi dicitur ad Panienuls, vbi nunc Vulprã ſuus Presbyter deſeruire videtur, cum omnibus his, quæ ad ipſum oratorium pertinent........ & in dicto monaſterio Sancti Bartholomæi habẽdum res illis Salings, in loco campi, in integrum, de quantum ibidem ad ſalingum pertinet, ſimul cum caſis, & portionibus, quod regitur per dominum, & Vvaſtculo, qualiter nobis pertinent. Item & in Monte Maurillo volumus haberi ab ipſo Sancto monaſterio, caſam terticulam, Tegenti
D pertinentem, alia per Taghild, tertia per Bonuald tantum, ibique in ipſo loco firmamus ad ipſum monaſterium: quarta caſa, & portionem, & quod regi videtur per Fulcari, ſimul etiam Salingo illo, ibique in Monte Maurillo, quod vſque modo ab ipſo monaſterio fuit poſſeſſum, volumus vt & in antea ab ipſo Sãcto Monaſterio habeatur. Hæc autem ſuperius nominata, & decretis rebus, quæ præſentem chartulam offerſionis in prædicto monaſterio confirmamus, & iam præſens monaſteriũ, quam & noſtras res confirmamus in te, dicta Eufraſia Abbatiſſa diebus vitæ tuæ, in poteſtate tua habendum, taliq; tenore, vt poſt obitum Auſtripertæ germanæ noſtræ in regimine ſuccedat, & ſupergd amita noſtra æqualiter cum ipſa Auſtriperta, monaſterio, & rebus ibidem pertinentibus

bus ſuam habeant poteſtatem, & poſt deceſſum
ipſarum Auſtripertæ, & Gumpergæ, volumus, at-
que ſtatuimus, vt præſens monaſterium Sancti
Bartholomæi, cum omnibus noſtris rebus, ſiue
quod ibidem in antea acquiſitum, vel confirma-
tum fuerit, in poteſtate de cæteris monachabus,
quæ ibidem tum tempore fuerint congregatæ, tali-
que tenore, vt quæ cuncta Congregatio ibidem
perſiſtentium eligere ſecundum Deum voluerit,
ipſa ſit Abbatiſſa earum, atque ita in finem ſeculi,
per ipſarum electionem Abbatiſſa vna poſt aliam
ab ipſis monachabus eligatur, & in dicto mona-
ſterio vnà cum rebus ibidem pertinentibus, omni
tempore in ſua habeat poteſtate Abbatiſſa,
quæ pro tempore fuerit ab Epiſcopo ciuitatis ip-
ſius Florentiæ conſecrata: nam nullam aliam
imperationem ipſe Epiſcopus, vel ſucceſſores il-
lius habeant poteſtatem, & hoc tantum volumus,
vt in noſtra defenſione ſit ipſum monaſterium, &
res ibidem pertinentes tantum de omni aduer-
ſa parte defenſandum, nam nullam aliam violen-
tiam, nec imperationem, aut dationem abſq. ve-
ſtro permiſſo facere præſumamus noſtra aucto-
ritate.

Hæc omnia, vt ſuperius legitur, vt illibata, atq;
firma permaneant, & hoc volumus, atq; licentiã
tribuimus tibi noſtra Euſraſia Abbatiſſa amita no-
ſtra, vt poteſtatem habeas in pertinentijs de noſtra
ſubſtantia beneficium facere, & iuga ſeruitutis le-
uare, & per chartulam confirmare, qualiter cum
Deo melius præuideris, & nos tibi conſentientes
eſſe debeamus, & manum in chartula ipſa ſubſcri-
bere, quatenus ipſe beneficium ſtabile, & hoc pro-
mittimus nos, noſtri Atroald, Adonald, & Adel-
pad, tibi noſtræ Euſraſiæ Abbatiſſæ, & Auſtriper-
tæ germanæ noſtræ, vt ſi nos, vel filij hæredes
noſtri per nos, aut per aliam oppoſitam perſonã,
& qui cum noſtro facto veniat de ſuperius com-
prehenſis rebus, vobis ſubtrahere quæſierimus de
veſtra poteſtate, aut dominio, vel ipſo monaſte-
rio ſubtrahentes, aut tibi noſtræ Euſraſiæ Abbatiſ-
ſæ noluerimus conſentire in beneficium, vel in
iugum ſeruitutis alienationis, quam in pertinentijs
de ipſis rebus facere volueris, & manum in char-
tulis ipſis ponere, tunc approbata cauſa, & oſten-
ſa chartula ipſa, vel relecta per præſentes iudices, &
bonos homines tertia, & quarta vice, ſi non fue-
rimus emendati, & recordati, tunc compoſituri
eſſe promittimus parti veſtræ, pœnæ nomine auri
ſolidos mille, & ſi in hac calumnia, vel pœna de-
uenerimus, licentiam habeatis parentes, & ami-
cos veſtros, quales vos volueritis eligere, vt ipſa
compoſitio à nobis exigat, & in veſtram adhabeat
poteſtatem. Et ſi fortè poſt veſtrum deceſſum,
Abbatiſſa, vel Congregatio, quæ pro tempore
eodem Sancto monaſterio fuerit, de ſuperius com-
prehenſa rebus ſubtrahere quæſierimus, ſicut ſu-
perius promiſimus, tunc, vt ſupra dictum eſt, ad
oſtenſam, & relectam chartulam iſtã per præſen-
tes iudices, & bonos homines tertia vel quarta vi-
ce, ſi non fuerimus recordati, & emendati, com-
poſituri eſſe promittimus nos, & noſtris hæredi-
bus ad partem eiuſdem Abbatiſſæ, quæ pro tem-
pore in noſtro monaſterio fuerit pœnę nomine

A auri ſolidos trecentos, & poſt pœnã ipſã ſolutã,
præſens chartula qualiter ſuperius legitur, omni
tempore in ſua maneat firmitate, ſub pœna ipſa
poſita, & quod ſuperius minimè memorauimus,
nec quod fieri non credimus, ſi deuenerit, vt in
noſtra pœna parti veſtræ Euſraſiæ, & Auſtripertæ
deueniamus, ſicut ſuperius promiſimus, poſt ip-
ſam pœnam ſolutam præſens chartula promiſſio-
nis diebus vitæ in ſua permaneat firmitate. De
ante curte illa, domo, cultis in Tauernula, &
cum omnib. ad ipſam curtem pertinentibus, quod
ipſe auus noſter genitor tuus tibi . . . . . noſtræ
& quod Chriſtinę germanæ tuæ pro alio iud cato,
ad vſum fructuandum cõfirmauit diebus vitæ ve-
ſtræ poſt veſtrum deceſſum curtem ipſam in po-
B teſtatem de hiis hæredibus eius reuerti, ita . . . . .
& confirmamus nos germani, vt ſi noſtris hæredi-
bus, aut per oppoſitam perſonam curte ipſa, cum
omnib. ad ſe pertinentib. de poteſtate & impera-
tione tua Euſraſia ſubtrahere quæſierimus . . . . . .
promiſerimus vos eas in vita tua habere ad vſum
fructuarium, tunc in noſtra pœna vobis deuenia-
mus, ſicut vobis ſuperius de noſtris aliis rebus
promiſimus: poſt verò tuum deceſſum curte, &
omnia ad ſe pertinentia reuertatur in poteſtatem
noſtram, vel de hæredibus noſtris, & hoc comme-
morauimus, vt ſi contigerit inter homines, de
parte monaſterij, & alijs noſtris hominibus . . ,.
furto, & in noſtris, aut ab alia calumnia, tunc ſe-
cundum legem, iuſtitia exinde a partibus fieri de-
C beat, nam in noſtra pœna compoſitione pro
hoc Capitulo minime deueniamus. Inſuper qui-
cunque noſtrorum, ſeu per ſe, vel per quemlibet
hominem, vel quilibet alius, aut per maſculum,
aut fœminam, hoc voluerit infringere, quatenus
poſt deceſſum harum viuentium Eccleſia Beati
Bartholomæi redigatur ad alterum ordinem Ec-
cleſiaſticum, niſi ad monacharum Deo ſeruien-
tium, deſcendant ſuper eum omnes illæ male-
dictiones, quas Moyſes ſcripſit in Deuteronomio
& viuos deglutiat eos terra, ſicut Dathan.

Actum Florentiæ xiv, Die Menſis Iulij Ind. & Reg.
Exemplario fel.

*Ego Atroald in hac charta, quæ offerſionis, & pro-
miſſionis, vt ſupra legitur a nobis facta manu mea
ſubſcripſi.*

*Ego Adonald in hac charta, quæ offerſionis, vt ſupra
D legitur, a nobis facta manu mea ſubſcripſi.*

*Ego Adelpald in hac charta, quæ offerſionis, & pro-
miſſionis, vt ſupra legitur à nobis facta manu mea
ſubſcripſi.*

Manus Dummello filio quondam Anſelmi teſtis.

*Ego Gratolfo Notarius in hac Chartula, quæ offer-
ſionis, & promiſſionis rogatus,*

Atrualdo, & Adelpaldo, & Adonaldo ſubſcripſi.

*Ego Rimpertus in hac chartula offerſionis, & pro-
miſſionis rogatus,*

Atroaldo, & Adonaldo, Adepald ſubſcripſi.

*Ego Deodetto Notarius in hac Charta, quæ offerſio-
nis, & promiſſionis rogatus,*

Atroaldo, & Adonaldo, Adepald ſubſcripſi.

*Ego Atriperto Notarius Scriptor huius Chartulæ
poſt teſtium roborationem compleui exempla Chartulæ.*

*Ego Petrus Iudex Domini Imperatoris, qui exem-
plaria*

plaria illa, vnde hæc exemplaria facta ſint, vidi, legi, & hic manu mea ſubſcripſi.

Petrus Iudex Sacri Palatij, qui exempla illa, vnde iſta exempla facta eſt, vidi, legi, & hic manu mea ſubſcripſi.

Adalbertus Iudex, qui exẽplaria illa vnde exẽplaria iſta facta eſt vidi, & legi, & hic manu mea ſubſcr.

Ego Petrus Notarius, qui ad exemplaria, vnde iſta exemplaria facta eſt, vidi, legi, & in hac exemplaria fideliter exemplaui.

Efflorui tlongo tempore in eo Ripolano cœnobio apud moniales religioſa diſciplina, ſed cum omnia temporum iniuria labeſactari ſoleant, primus ille pietatis ardor deferbuit, ac flos veteris ſãctitatis emarcuit, ſatiuſq; viſum eſt Romanis Pontificibus moniales inde depellere, inductiſq; monachis Valliſumbroſanis, Abbatiæ titulo monaſterium decorare; quod ſemper poſtea, venerandæ huic congregationi monaſticæ in Hetruria diſciplinæ ſpeculo, ac lumini, coniunctum hæſit. Thoma ſedente plures aliæ Eccleſiæ in noua vrbis ædificatione, per Carolum Magnum fuerũt extructæ, quarum vnam ſanctis Apoſtolis dicatam, Turpinum Rhemenſem Archiepiſcopum, præſente Thoma, conſecraſſe referunt noſtra vetuſta monumẽta. Extat adhuc Eccleſia iſta, eſtque vna ex Collegiatis Eccleſijs iuspatronatus nobiliſſimæ Altouitæ familiæ, vbi iacet in nobili tumulo Antonius Altouita Archiepiſcopus Florentinus, de quo infra.

10 ALIPRANDVS ſiue Rambaldus Epiſcopus Florentinus in Cõcilio Romano ſub Eugenio Secundo anno 826. Hic præpoſito maioris Canonicæ Florentinæ, & pro ipſa Canonica recipiente perpetuum priuilegium conceſſit, cuius extat tantum memoria in tabulario Capitulari, vbi Rambaldus vocatur.

11 ARDINGVS ſiue Rodingus Florentinam Eccleſiã adminiſtrauit anno 853. In monumentis Capituli inclytæ recordationis Ardingus vocatur ſucceſſor Rambaldi: ipſe anteceſſoris inhærendo veſtigijs conceſſionem priuilegiorum ratam habuit, de qua probis viris Crani præpoſito, & Capitulo, & Canonicæ fecit publicum inſtrumentũ. Abbatiolam verò Sancti Andreæ, vt tunc vocabãt, in monaſterium erexit: hodie autem ſimplex Parochia eſt penes vetus emporium, cui Bertam comitis Hucipoldi filiam præfecit, vt ex ſequenti ſcripto maniſeſtiſſimè proditur ex eodem tabulario.

In nomine Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Lotharius, & Ludouicus diuina operante clementia Imperatores Auguſti anno Imperij eorum . . . . . trigeſimo tertio, quartodecimo Kal. Nouembris, Indictione prima.

Ego Rodingus nunc Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus .pp. dixi maniſeſta cauſa, vt & in omnibus veritas claret, quia dominus Ludouicus Sereniſſimus Auguſtus per ſuum præceptum, per meam petitionem confirmauit prædictæ domui ſancti Ioannis quandam Abbatiolam, vbi parua congregatio puellarum eſſe videtur, & eſt conſtructa intra eandem ciuitatem in honorem ſancti Andreæ, eo ordine, vt ego, aut mei ſucceſſores ad ipſum monaſteriũ ordinandum, &

A gubernandum ſecundum noſtrum propoſitum habuiſſemus poteſtatem. Poſtea autem me vidẽte ipſum monaſterium inordinatum eſſe, ſic ibi ordinaui Radburgam Deo deuotam, quæ fuit germana mea, vt ipſa ſecundum Dominum inibi Abbatiſſa permaneret, velut etiam ipſe dominus Imperator eam per ſuum confirmauit præceptum, ipſam diebus vitæ ſuæ alendũ, ac regendũ ſecundum primam præceptionem. Ipſa vero Radburga Abbatiſſa defuncta ipſum ſanctum locũ nobis inordinatum remanere viſum eſt. Prouidentes iuxta mercedem dominorum noſtrorum, iuxta dictam etiam ordinationem ipſius monaſterij, & iuxta illud præceptum, quod ipſe Dominus Imperator in ipſam noſtram Eccleſiam confirmauit,

B vt ego, aut mei ſucceſſores ipſum ordinare debuiſſemus vnà cum clericis ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ordinare, & confirmare, prouidi de Berta Deo deuota filia Huepoldi Comitis Palatij, vt tunc ioibi diebus vitæ tuæ Abbatiſſa, & Rectrix ipſius monaſterij eſſe debeas, iuxta inſtitutionem prædicti ordinatoris monaſterij, & iam per dictum præceptum domini Imperatoris ſecundum dominum inibi officialis . . . . & luminarijs faciendum per te, tuaſque miniſteriales, & ipſas monachas regendum, & gubernandum iuxta ipſius monaſterij inſtitutionem, & vna poſt aliam vſque in finem ſeculi de eadem congregatione videlicet

C vnde tu eam ſecundum Dominum inibi conſtitueris, ſimiliter & poſt te Abbatiſſas eligere debeas vna cum conſenſu Pontificis, qui in hanc ſanctam Eccleſiam tunc temporis ordinatus fuerit, vt ipſæ inibi dictæ Abbatiſſæ, & Rectrices ſimili modo, ſciat, & tu laborandum, imperandum', gubernandum, fruendum, & faciendum iuxta morem ipſius monaſterij quicquid volueris meliorandum, nam non peiorandum, & inibi libellarios mittere debeatis, vel alias conſcriptiones mittere, iuxta ipſius monaſterij conſtitutionem annue traditam, ad prædictam partem noſtræ Eccleſiæ reddere debeatis pro ipſo monaſterio veſtitum vnum bonum . . . . ſicut ipſi monaſterio in parte Palatij perſoluendum conſuetus fuit, & ipſe dominus Imperator conceſſit nobis. Nam alia ſuperimpoſita nihil facientes tibi, aut ad ſucceſſores tuos de

D parte noſtræ Eccleſiæ. ſed ſic perpetualiter permaneat per hãc ordinationẽ, ſicut noſtra decreuit voluntas. Quidem et ſpondeo me, ego ſupraſcriptus Rodingus Epiſcopus, vel mei ſucceſſores, vt ſi vos ita annue perſolueritis, & adimpleueritis iuxta ipſius monaſterij inſtitutionem, ſi ipſum monaſterium nobis pro quolibet capitulo retollere voluerimus, & ita ordinatum eſſe nón permiſerimus, ſicut ſuperius legitur, componitura vobis eſſe debeamus, ſucceſſoreſq; noſtri auri libras quinque. Quidem & ego Berta Deo dicata Abbatiſſa vna per licentiam datã prædicto Huepoldo domino genitori meo promitto me, & meas ſucceſſores, vt impleuerimus, & ſi ipſum monaſterium de prædicta Eccleſia veſtra, & dominium ſubtrahere quæſierimus, & non permanſerimus in ea omnia qualiter ſuperius legitur, tunc cõponere nos noſtraſque ſucceſſores eſſe promittimus à parte ipſius Eccleſiæ veſtræ; ſimiliter pœnam

C ſitri

auri libras quinque . Inde duæ chartulæ ordina-
tionis vno tenore ſcriptas, & eas per tibi traditas .
Actum in Ciuitate Florentiæ in eadem domo feliciter .

† *Ego Raaingus Epiſcopus manu mea ſubſcr.*
† *Ego Berta Abbatiſſa manu mea ſubſcripſi .*
† *Ego Huepoldus Comes Palatij pro mea largita-
te factum eſt .*
† *Ego Petrus Epiſcopus rogatus a ſupraſcriptis
manu mea ſubſcripſi .*
† *Ego Domitianus Preſb. & vice .*
† *Ego Theubaldus Diaconus ſubſcripſi*
† *Ego Aritpaldus Diaconus ſubſcripſi .*
† *Ego Roſchari Preſbyter ſubſcripſi.*
† *Ego Gambertus ſubſcripſi.*
† *Ego Vualbr. Archidiac. ſubſcripſi.*
Ego Rocchiſius Preb. ſubſcripſi.
† *Signum manus Amacriperti teſtis .*
† *Ego M ruingo rogatus ſubſcripſi .*
† *Ego Raimbaldus rogatus ſubſcripſi.*
† *Signum manus lAaris Vicecomitis teſtis.*
† *Signum manus Adalgauci Vaſſalli D. Alberti
Comitis teſtis ,*

*Ego Simperto Notarius Scriptor huius chartulæ, ex
iuſsione domini Imperatoris poſt tradita compleui, &
dedi .*

12 ANDREAS ſucceſſor Rodingij . Ille fuit
qui cum Carolus Caluus ab Aſpetto Mediolanen-
ſi Archiepiſcopo, diademate Regni inſigniretur,
auguſtiorem ſpeciem pompæ facturus interfuit
anno 876. in cuius etiã gratiam Ludouicus Impe-
rator ampliſſima indulta conceſſit, quibus quæ- C
cunque antea Carolus Magnus Florentinis Præſu-
libus munificentiſſime donauerat , rata habebat ,
confirmabatque . Idem in Abbatiſſam S. Andreæ
ordinauit Idembertam ſupramemoratæ Rodolin-
gæ propiorem affinem, vt in ſequenti monumen-
to proſpicitur .

☞ *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti* . Breue re-
cordationis quomodo in præſentia Sacerdo-
tum, leuitæ, & cleri miſſi de parte domini An-
dreæ Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopi, & per
eius conſenſum, & voluntatem Berta Deo dicata
Abbatiſſa filia bonæ memoriæ Vbaldi; qui fuit
Comes Palatij ſecundum ſuam firmitatem, & or-
dinationem, idem Berta nepſia ſua veſte Sanctæ
Religionis filia Vbaldi Comitis ad Abbatiſſam in
monaſterio Sancti Andreæ ſito intra hanc Florẽti-
nam ciuitatem, vt poſt deceſſum ipſius Bertæ, D
ipſa idem Berta ibidem ordinata, & confirmata
fuiſſet in ipſo monaſterio. Quam & in omnibus
rebus ibidem permanentibus in ſua habere de-
beat poteſtate, habendum , tenendum, regendum,
gubernandum, & in omnibus faciendum iuxta
illam chartulam ordinationis, quam bonæ memo-
riæ Rodingus Epiſcopus, in eam conſtituit, & ſe-
cundum illa præcepta, quæ dominus , & bonæ
recordationis dominus Ludouicus Imperator cõ-
ſtituit, & ipſa Berta idem , ibidem Abbatiſſa vna
cum congregatione monachatũ ibidem Deo fa-
mulanti : ibidem eas Abbatiſſas eligen. & per ſo-
num de ipſa campana, & thuribulum de ipſo mo-
naſterio eas inueſtiret iuxta ſuam firmitatem cum
conſenſu ipſius D. Andreæ Epiſcopi . factum eſt
hæc ibique ab ipſo monaſterio Sancti Andreæ in

A præſentia Petri Archipreſbyteri, & Diaberti Ar-
chidiaconi Faluſi, Diac . & Vice Domui, Maiper-
to Presbytero, Salomon. Diac. Primicerio, Mar-
mo Diac. miſſi idem Pontifici, Petrus Presbyter,
Agirandus Presbyter, Aproaldo Presbytero. Regi-
baldo Diac. Stephanus Notarius, & Scarmo Fluue-
ri filio bonæ memoriæ ,

Hic Andreas Florentinus Epiſcopus anno 870.
interfuit Iudicio quondam Lucenſi ad fauorem
Gerardi Epiſcopi Lucenſis, an. 15. Ludouici
2. Imp. ind. 3.

13 GRASVLPHVS circa annum 898. ad Ec-
cleſiam Florentinam aſſumptus eſt , in quo ipſo
anno à Lamberto Imperatore aliquot territorijs
donatus fuit , vt in ſequenti donatione plane
B legitur .


☞ *In nomine Sanctæ , & indiuiduæ Trinitatis .*
Lambertus diuina fauente clementia Impera-
tor Auguſtus, &c. Nouerit omnium fidelium Sã-
ctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumq; præſentium vide-
licet, & futurorum induſtria, quod interuentu , ac
petitione Do. genitricis noſtræ Agiltrudæ Seren.
Imperatricis conceſſimus , & condonauimus Ec-
cleſiæ B. Ioannis Epiſcopatui Florentino , cui
Graſulphus venerabilis Epiſcopus , auctore Deo
præeſſe videtur, id eſt, terra ad modios duodecim,
quæ dicitur Campus Regis prope ipſam Eccleſiam
pertinẽtem hactenus de Curte Regis, ita termina-
tã de duabus partibus, terrã ipſius Eccleſiæ de ter-
tia parte qua præcurrit fluuius Munione de quarta
C parte terrã Magiberti presbyteri, & Mauriperti , &
Floriperti. & de Conſortibus eorum . Item medio
loco petium terræ vnum pertinentem de Curte
Beneuentana ad modios ſex pertinentẽ de Curte
Beneuentana prope Eccleſiam S. Miniati , vbi re-
quieſcunt Sanctorum corpora nouem, quatenus
in perpetuum in iure, & poteſtate ipſius Eccleſiæ
prædictã terrã cum ſuis terminationibus iure pro-
prietario poſſideat, ſicut vſque modo à parte pu-
blica poſſeſſa fuiſſe dignoſcitur , habeatque idem
Præſul Graſulphus , & qui pro tempore ibidem
Pontifex fuerit, ex noſtra Imperiali auctoritate ad
honorem eiuſdem Florentini Epiſcopatus, pote-
ſtatem iam dictam terram tenere, poſſidere , ven-
dere, mancipare , donare, & quicquid voluerit
facere, vt laus, & decus Eccleſiæ ſemper Chriſto
miſerante accreſcat. Si autem, quod minimè cre-
D dimus , aliquis miniſter publicus , aut quælibet
perſona parua, vel magna hoc noſtræ pietatis , &
conceſſionis præceptum in aliquo violare tenta-
uerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras tri-
ginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem
parti eiuſdem Eccleſiæ , & vt verius credatur , &
diligentius ab omnibus obſeruetur , manu pro-
pria ſubſignauimus , noſtroque annulo iuſſimus
inſigniri .

*Signum Domini Lamberti Sereniſsimi Imperatoris
Auguſti .*

*Andreas Notarius ad vicem Armolonis Archican-
cellarij recognoui, & conſubſcripſi .*

*Data anno Incarnationis Domini 898. domini
quoque Lamberti piiſſimi Imperatoris. 7. decimo ſe-
cundo Kal. Iunij Indictione prima . Actum Rauennæ
in Dei nomine feliciter Amen .*

In honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Berengarius diuina fauente clementia Rex. Si venerabilium locorum diuino mancipatis Epiſcopatibus munus quodlibet noſtræ dapſilitatis cõſecimus, præmia ſine fine manſura Domino largiente percipere nos ambigimus. Quapropter omniũ fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumq; præſentium ſcilicet, & futurorum nouerit induſtria quoniam interuentu, ac petitione Zenobij venerabilis Epiſcopi, & dilecti conſiliarij noſtri conceſſimus, & condonauimus Eccleſiæ Sanctorum Ioannis, & Miniati, qui caput eſt Florentini Epiſcopatus, cui auctore Deo Graſulphus Epiſcopus præeſſe videtur. Terrã videlicet ad modios duodecim, quæ dicitur Cãpus Regis prope ipſam Eccleſiã S. Ioannis poſitam, hactenus pertinentem de curte Regis ſita Florentiæ, & ita determinatur; de duabus partibus terrã ipſius Eccleſiæ ex tertia parte præcurrit fluuius Munione. de quarta verò parte terra qua Magiberti, & Mauriperti, & Flroiperti, eorumque conſortium. Aliam quoque petiam terræ, ad modios ſex hactenus pertinentem de curte Beneuentana, poſitam prope Eccleſiam ſancti Miniati, & eſt ipſa terra circumdata de omni parte terra beati Miniati; in cuius Eccleſia ſanctorum corpora octo quieſcunt, de noſtro iure, & poteſtate prædictam terram, ſicut ſuperius legitur, etiam ſuis terminationibus in ius, & poteſtatem ipſius Eccleſiæ modis omnibus transfundimus, & perdonamus, vt Præſul ipſius Eccleſiæ habeat, teneat, atque poſſideat, poteſtatemque habeat ad honorem iam dicti Epiſcopatus donandi, vendendi, commutandi, ſeu mancipandi remota totius poteſtatis inquietudine exẽpla. Si quis igitur, quod minimè credimus, contra hoc noſtræ conceſſionis præceptum inſurgere tentauerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem parti ipſius Eccleſiæ. Vt autem verius credatur, & diligentius ab omnibus obſeruetur, manu propria roboratum, annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari exempla.

Signum Domini  *Berengarij glorioſiſſimi Regis.*

Martinus, &c. Ad vicem Petri Epiſcopi, & Archicancellarij recognoui.

Data 7. Kal. Maij anno Incarnationis Domini 899. domini autem Berengarij glorioſiſſimi Regis 12. Indictione ſecunda. Actum Papiæ in Dei honorem feliciter.

Idem repetitur Graſulphus an. 905. in Conuentu Epiſcoporum Romæ habito à Benedicto quarto Papa coram Ludouico quarto Imperatore pro Petro Epiſcopo Lucenſi: de qua re ſupra documentum retulimus in primo Tomo.

14 RAIMBALDVS Epiſcopus Florentinus, anno 930. Plebaniam Signinã ſuis Canonicis donauit, eamque donationem ſua ſubſcriptione cum ſexdecim Canonicis ratam habuit, de quibus ſeptem presbyteri Cardinales nominantur. Contigit mihi videre aliquot locationes inſtrumentaq; ſub hoc Epiſcopo condita, præcipue autem anno 941. aliaque ante annum 930. Quæ cum inquinatiſſime conſcripta ſint, minuſq; videantur ad hiſtoriam ſpectare, neglexi hic illa adſcribere.

15 SICHELMVS Raimbaldo ſucceſſit, qui anno 967. donationem ſui anteceſſoris ratam habuit. Cuius vigore Plebania Signina cathedralis Canonici donabantur. Quod cum viſendum ſane monumentum mihi videretur, hic adſcribendum curaui, ex capituli tabulario.

Dum in Dei nomine in Ciuitate Florentina in Atrio domus Epiſcopatus B. Ioannis Epiſcopio ipſius Ciuitatis, pro data licentia Sichelmo Epiſcopo in iudicio redderet Federicus Vaſſus, ac miſſus domini Imperatoris ſingulorum bonorum iuſtitias faciendas, ac deliberandas reſidentibus cum eo Huberto Sanctæ Parmenſis Eccleſiæ, Guido, Zenobio Feſulenſis Eccleſiæ, Rainerio Suanroſis Sanctarum dicti Epiſcopi, Adalberto comite, Petro Ingefredo Alcriportronaris, &c. Rodiloodo vicecomite, Rainerio Comite, Gherardo, Vgo, Petro, Rainerio, Ioannes, Leo Tenſio, Ioannis, & Anſuberto Troſſeramo Notarijs domini Imperatoris Supporoteſio, Artio, Gerardo, Teudonico, & Aſtio Viciuighildo, Sichelmo, Arderaldo, Rainerio, Petro, Raimberto, Raineri Vici Celmo, Guimaldo, Lamberto, Vildebrando, Petro, Gerardo, & Atto Teudo, & reliquis, ibique eorum venerunt præſentia Petrus, Dominicus, Leo, Martinus, Presbyteri, Thudo Rodilando Manfredus Diaconus, & Canonicus, & oſtenderunt ibi in eodem Iudicio, vna ſimul cum Petro Iudice, & Aduocato ipſorundem Canonicis chartula vna offerſionis, in qua continebatur in ea ab ordine, ſicut hic ſubter legitur.

In nomine Domini, Otho gratia Dei Imperator Auguſtus anno Imperij eius tertio menſe Iulio Indictione ſeptima feliciter. Dum fragilitatis humani generis vltima vice temporis ſubitanea tranſpoſitio ventura apparet, vt non in quemquam imparatum, nec ſine aliquo boni operis reſpectu migrare de hoc ſeculo liceat, præparare oportet ſibi viam ſalutis, per quam valeamus ante magnũ Tribunal Chriſti peruenire; & ideoque ego Dei nomine manifeſtus ſum Raimbaldus Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quia per remedium animæ b. m. anteceſſoris mei, & animæ meæ, ſeu per remedium animæ de ſucceſſoribus mei per hãc chartulam offerimus nomine ad vna fruendum debere, & offerre atque tradere prouid in commune de Eccleſia veſtra Sancti Ioannis Baptiſtæ, id eſt Eccleſia quæ eſt Plebes noſtra Sancti Laurentij, & Sancti Ioannis Baptiſtæ cum Curte, & caſis omnibus illis, quæ eſt prima in loco, & in ea . . . . vero ipſis d . . . quamq; & de maſſaritijs cum fundamentis, & vniuerſis fabricis ſuis caſis, hortis, terris, vineis, ſiluis, virgis pratis, porticis, ſiluis, oliuetis, rebus cultis, & incultis, & viculis, ſimulque Eccleſijs, & viculis ſub gentis ipſius Plebæ noſtræ in integrum cum

omnibus,& in omnibus,& rebus quãtis vbique,& A
in quibuslibet locis,& vocabulis,& appẽdicijs ad
Plebem,& iſtam cortem, & iam dictas Eccleſias,
& ſimiles ſanè pertinentes,aut pertinere debeant,
in integrum in ipſa Canonica dare, & offerre vi-
deor in omnem redditum, & debitum, & debi-a-
tionem,illam quatenus ſingulis hominibus,qui sũt
habitatores in villis nuncupatis in loco prato Pe-
gnano, ſeu Lecore, ſeu in loco Labricinio, Cor-
liano, Domeſiano, Tarbacino, S. Angelo, Bru-
mognona,Ciolatico,vel pro alijs villis,quę a dicta
iſta Plebe, & omnibus,vbi habitant,ſunt, aut vbi
fuerunt conſuetudo, tum vino laboris, oleo, be-
ſtijs, argentum, pouamenta, ſeuamenta, vel qua-
liacunque mobilia quæ dici, aut nominari poſſe-
mus,quę ad ipſam Plebem,aut in ante fuit omnia,
& omnibus in integrum in ipſa Canonica dare,
& offerre præiudi, vt ipſi Canonici quomodo sũt B
aut erunt eorum ſucceſſoribus ſemper permaneat
poteſtas in omnibus prædictis caſis,& rebus cum
mobilibus,& ſamilijs,quæ ad iſtã Plebẽ ſunt perti-
nentes, aut pertinere debent, ipſi Canonici quo-
modo ſunt,aut in antea fuerunt,habeant habendi,
imperandi, laborare faciendi,cenſu formandi in
ipſa iſta plebe per veſtram diſpoſitionem officium
Dei, & luminaria, & miſſas,& incenſum fieri de-
beant, facultatem, & licentiam, & poteſtatem
habeatis vos Canonici, vel veſtri ſucceſſores,
vel cui vos dederitis, vel habere decreueritis, ſic
permaneat,poteſtatem, & in ipſa Eccleſia veſtra
monilios io ſui ibidem mittendum, & omnes mo-
nilios, quam ibidem inueneritis, quæ de iſta Ple-
be, & de iſta Curte pertinet, aut pertinere debet
foras trahendum, & tollendum, & faciendi ex-
inde vos, vel ſucceſſores veſtri exinde omnibus C
quot vobis placuerit, & qualea exinde fecerittia
ſtabiles permaneat ſemper: nans ego Raimbaldus
Epiſcopus non habeam licentiam, & poteſtatem,
neque ego præd. Raimbaldus Epiſcopus, neque
mei ſucceſſores de iſta Plebe, cum iſta Curte,&
cum omnibus ibidem pertinentibus, ſicut ſupra-
dictum eſt, non habeant licentiam, nec poteſta-
tem, nec in cambio, neque pro libello, nec per
nullum beneficium dare debeas, niſi iſti cano-
nici quomodo ſunt, aut in ante fuerunt, habeant
ad confirmandum, & faciendum quod volueritis,
& ſi forſitan ego Raimbaldus Epiſcopus, vel
mei ſucceſſores, qui hoc ſcriptum offerimus
diſrumpere, aut contraire, aut diſminuere, aut in
cambio, aut pro libello, aut pro quolibet ſcri-
ptum &c. ſubmouerit, & non permiſerit omnia
qualiter ſuperius legitur, aut ſcriptum eſt, Deum D
omnipotentem eainde habeant tributorem, & cũ
Iuda Scariothe habeant rationem in die Iudicij,
& trecentorum decem, & octo Sanctorum Patrũ
qui Canonica conſtituerunt, & duodecim Apo-
ſtolorum, & omnium . . . . Sanctorum occur-
rãt in offenſionem, & maledictionem. Ideo volo
atque confirmamus, vt Sacerdotes quomodo in
ipſa Canonica ſunt, vel eorum ſucceſſores, in-
cenſum,& luminaria,& officium Sacerdotale di-
uinũ,& Miſſam,& pſalmorũ vigilias facere debeãt,
& ſi neglexerint, & non fecerint, Deum illorum
requirant,& ſi forſitan ego qui ſupra Raimbaldus

Epiſcopus, vel ſucceſſores mei de iſta Plebe,
& de iſta Curte, & de omnibus iſtis caſis, & rebus
& ſimulque cum Eccleſijs, & ſimilibus, quæ ſunt
ſubiecta ipſius Plebis noſtræ, aut de debito, vel
redditu, quem conſuetudo reddendi aliquis
Ego Raimbertus Epiſcopus, vel ſucceſſores
mei ſubtrahere quæſierimus, & omnia quæ ſupe-
rius legũtur,nõ obſeruauerimus,aut nos cõtradice
mus, ita ſicut ſuperius legitur, ante Tribunal Chri-
ſti deducat rationem, & inſuper componat ipſius
Canonicæ argentum denarios ſolidos ducentos,&
per hanc chartulam offerimus vſq; in finem ſeculi
firma,& illibata permaneat. *Actum Florentiæ felici-
ter, &c. Ludo Archidiaconus ſubſcripſi. Ioannes de
vice Domus ſubſcripſi. Ego Dominicus Presbyter Ca-
nonicus, & Cardinalis ſubſcripſi. Ego Petrus Presby-
ter Canonicus,& Cardinalis. Ego Silueſter Presbyter
Canonicus, & Cardinalis. Ego Albertus Presbyter Ca-
nonicus,& Cardinalis. Ego Petrus Presbyter,& Canoni
cus ſub. Ego Vgo Presbyter,& Cardinalis. Ego Petrus
Diaconus, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Leo Presbyter,
& Canonicus ſubſcripſi. Ego Martinus Presbyter Ca-
nonicus ſubſcripſi. Ego Dominicus Presbyter Canoni-
cus ſubſcripſi. Ego Petrus Presbyter Canonicus ſubſc.
Ego Ioannes Subdiaconus,& Canonicus ſubſcr. Ego
Altipartus Iudex Domini Imperatoris ſubſcripſi. Ego
Gerardus Notarius rogatus à Rembaldo Epiſcopo ſub.
Ego Petrus Notarius, & Scriba ſubſcripſi. Ego Petrus
Notarius Domini Imperatoris ſcripto poſt traditum
impleui.* Chartula ipſa ibi offerimus in iudicio o-
ſtenta, & ab ordine, &c. interrogati. Ipſe Pe-
trus, Dominicus, Leo, Martinus Presbyteri, Hido,
Rodilandn, Sicoſtedus, Diaconi, & Canonici
Eccleſ. Epiſcopat. Sancti Ioannis,& Petrus Iudex
aduocatus eorum ab his Iudicibus, & auditores
pro . . . . chartula ipſa offerimus, ibi in Iudicio
oſtenderunt; qui dixerunt verè chartula ipſa offeri-
mus huc in iudicio vobis oſtendimus præſentibus
vt ne quislibet homo aduerſus ſuos eainde aliquid
dicere poſſit quod nos eam ſilens, aut occulta, vel
concluſioſa habuiſſemus, aut detenuiſſemus, &
. . . . Eccleſia illa, cui vocabulum eſt S. Lau-
rentij, & Sancti Ioannis plebem baptiſmale ſita
loco, vbi dicitur Exinea cum omnibus caſis,& re-
bus, ſeu redditũum, & debitionum ad eum perti-
nentibus, habemus, & detinemus ac para præno-
minata Canonica ſequenter ipſa offerimus chartu-
la,& ſi quislibet homo ad cauſas nos exinde ali-
quid dicere velit, parati ſumus hic vobis pręſẽtibus
cum eo in rationem ſtandum, & legitimè fieri
curandũ,& quod plus eſt, quærimus, vt dicat nobis
iſte Sichelmo venerabilis Guido, & Petrus Iudex,
& aduocatus eius,& ipſius Epiſcopij, qui hic præ-
ſẽtes ſunt ſi chartula ipſa offerimus,quã hic in Iu-
dicio oſtendimus, ſi bona, & veras eſt, & legibus
facta eſt, aut ſi prædictus Raimbaldus qui fuit
Epiſcopus, & fieri rogauit, & manu ſua firmauit
Eccleſia illa, cui vocabulum eſt Sancti Laurentij,
& Sancti Ioannis Baptiſtæ cum omnibus caſis, &
rebus ſeu redditum, ſeu debitionum ad eam perti-
nentibus nobis, vel pars prædicta canonica con-
cedere aut contradicere vult quibus ipſe Do-
minus Sichelmus Epiſcopus, & prædictus Petrus
Iudex eius,& ipſius Epiſcopij aduocatus, profeſſi,
& mani-

& manifeſti dixerunt, verè chartula ipſa offerſionis quam hic in iudicio oſtendiſtis, bona, & vera, & legalis facta eſt, & præd. Raimbaldus, qui fuit Epiſcopus, fieri rogauit, & manu ſua firmauit, ac prædicta Eccleſia pleba Sancti Laurentij, & Ioannis cum omnibus ſuis coſis, & chartis, ſeu redditum, & debitionum, atque rebus ad eam pertinentibus vobis, vel pars prænominata Canonica, veſtriſque ſucceſſoribus, non intendimus, neque contradicere quærimus neque per ſcriptiones, neque per vllum argumentum, ingeniū, ſeu vt diximus veſter quis Canonicus ac pars prædicta Canonica veſtriſque ſucceſſoribus ſequenter ipſa offerſionis pagina eſſe debeat, & cum ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Iudex eius, & ipſius Epiſcopij aduocatus profeſsi, & manifeſti dixerāt certum eorum amori paruit quis iudicibus, & auditoribus, & iudicauerunt, vt viſa eorum altercatione, & ipſius Domini Sichelmi Epiſcopi, & Petri eius, & ipſius Epiſcopij aduocati, ipſe Petrus, Dominicus, Leo Marious Presbyteri Huido Rodilando, Manfredus, Dacius, & Canonici, Eccleſia vero ipſius Sancti Laurentij, & Sancti Ioannis, Pleba Baptiſmale cū omnibus coſis, & chartis, ſeu redditum, & debitionum, cum omnibus rebus ad eum pertinentibus habeant, & detineant ſequenter ipſa offerſionis pagina, & maneat inde ſecutus, & indemnis, ſine contradictione ipſiua Sichelmi Epiſcopi, & Petri eius, & ipſius Epiſcopij aduocati, vel pars prædicti Epiſcopij, nam ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Iudex, & aduocatus eius, & ipſius Epiſcopij, vel pars prædicti Epiſcopatus manentes inde omni tempore tacitos & contentos, ac remotos, & inſuper ipſe Fridericus Vaſſus, & miſſus Domini Imperatoris pro parte, quam in ſuis detinebat montibus, miſit bonam Domini Imperatoris ſuper Eccleſia illa Sancti Laurentij, & Sancti Ioannis plebe Baptiſmale, & ſi inſuper coſis, & omnibus rebus, ſeu redditum, & debitionum ad eum pertinentibus in marcuas duo millia, & nullus quislibet homo magnus, paruuſq; pro vna prænouinati Canonici, & cæteriſque Canonicis eorumque ſucceſſoribus de prædicta Eccleſia Sancti Laurentij, & Sancti Ioannis plebe Baptiſmale cum omnibus chartis, & cauſis, ſeu redditū, & debitionū cū omnibus rebus ad eum pertinentibus deuenire præſumpat, qui vero fecerit, prædicta duo mille marcuas auri compoſiturū ſe agnoſcat medietatem pars Cameræ Domini Imperatoris, & medietatem prædicti Canonici, qui in ipſa Domus Canonici præſentes fuerint, eiuſque ſucceſſoribus: eo modo finita eſt cauſa. vnde bona noſtra pro ſecuritate, & ad futuram obſeruationē eorundē Canonicorū oſtendēdā fieri iuſſimus. *Ideo, & ego Terpertus Notarius Domini Imperatoris, & iuſſione Friderici miſſi Domini Imperatoris, ſeu Iudicum admonitionem ſcripſi anno Regni Domini noſtri Othonis glorioſiſsimi Imperatoris Auguſti, anno Regni eius in Italia ſexto, ſeptimo Kal. Iulij Indict.* 10.

Ego Fridericus Miſſus ſubſcripſi.

Zenobius Epiſcopus Feſulanenſis Eccleſiæ interfui.

† *Ego Rolandus Vicecomes ibi fui ſubſcripſi.*

† *Hubertus Epiſcopus Parmenſis ſubſcripſi.*

† *Rainerius Epiſcopus Suanenſis Eccleſiæ interfui.*

A † *Lugefredus Iudex D. Imperatoris interfui.*

† *Ego Rolandus Iudex D. Imperatoris interfui.*

† *Ego Rogembaldus Diaconus, & Primicerius int.*

† *Benedictus Iudex D. Imperatoris interfui.*

† *Petrus Iudex D. Imperatoris interfui.*

† *Petrus Iudex D. Imperatoris interfui.*

† *Petrus Notarius, & Scabinio interfui.*

† *Hugo Notarius interfui.*

† *Ancibertus Notarius D. Imperatoris interfui.*

† *Ego Ioannes Notarius interfui.*

† *Ego Hubertus interfui.*

† *Ego Rainerius ibi fui.*

† *Ego Raimbaldus Notarius domini Imperatoris ibi fui.*

B Temporibus Sichelmi, Vvilla comitiſſa marchionis Bonifacij filia, mater Hugonis Hetruriæ marchionis, ex inſtinctu pietatis Sichelmi Epiſcopi, celebre cœnobium Florentinum Sanctæ Mariæ dicatum Ord. S. Benedicti, paruo diſtantem ab Eccleſia Cathedrali, à fundamentis munificenter erexit circa annum à nato Chriſto 989. qui vltimus fuit noſtri Sichelmi, paulo ante quam Hugo filius eius Boniſolatij Abbatiam decimo ab hac vrbe milliario, cœpiſſet ædificare, quæ haud procul à Monteſenario hodie poſt Benedictinos, Ciſtercienſis Ordinis eſt: vbi cum ſolutiſſimis moribus eſſet Hugo terribili diuinæ iuſtitiæ viſu admonitus, puriorem vitam inſtituit. Eius rei hiſtoria hiſce verbis erudite narratur à noſtro Abbate Nicolao Baccetio lib. 3. Septimianæ Hiſt. *Monaſterium Boniſolatij vetuſtæ fundationis eſt, Hugoniſq;* C *Comitis admirando, geminoque viſo nobilitatum. Hic ille Hugo eſt, cuius ſupra cum laude meminimus. Hunc auitam iuriſdictionem Hetruſcam frænantem inter beata vitæ copias moderationis fræno exutum iuuenilis abſtulit error, vt amatoria ſequeretur. Palpitabat tamen inter illas iucunditates erga Deiparam Virginem, quam olim impensè coluerat, qualecumque obſequium, cultuſq; ille tametſi remiſſus effecerat, vt cunctanter peccaret, cunctandoq; obnoxium vitijs latus haud inuito admonitionibus expugnandum præberet, quod ita diuinitus accidiſſe nonnulli commemorant.*

Oblectabat aliquādo ſeſe ad Arni vallem venatione, & quæ latebant in ſylua Caſtri ſuperioris, vt vocant, immiſſis canibus, tenſiſq; in gyrum plagis feras vrgebat; cum repente exilijt ceruorum hinnulus, qui effuſa fuga Hugonem prædæ auidum ita deuium egit, vt ſero longius à ſuis equo D delatum, magnoq; in vitæ diſcrimine verſari ſe animaduerterit. Hæſit diu, equoque tandem deſiluit, mox præ laſſitudine humi cubantem, inopemque conſilij deliquium pené animi cepit, ac paulo poſt eo periculo functum, adeo vehemens fames inceſſit, vt huc, illucque torqueret oculos. viſurus an infrugifera ſylua præberet, quo interim famem leniret. Scilicet hæc eſt diuinæ prouidentiæ ratio, ibi ſuauius apparere, vbi maius propiuſque diſcrimen ſuis viribus diffiſos cœperit vrgere.

Æſtuanti affuit aliquando tandem, quam remiſſiori cultu venerabatur, Deipara Virgo, in ſpecie humana maiori. Quamquam enim paganicè culta incederet, ſimplexque nodus comarum decentiorq; collecta veſtis non abhorreret à ſyluis;

fidemq;

fidemq; facerent itineris longioris; ita tamen facie, oculiſq; nitebat, vt & inculta nemoris beare, & quaſi luna cum vberiori luce perfunditur, exterrà nubes os videretur preferre. Mirantem cœleſte lumen inſperato affulſiſſe ſyluis, ac penè fame enectum inuitauit illa comiter ad quæſitiſsima obſonia, quæ vaſe immundo manu geſtabat: ſed inhiantem ad epulas, ſordes terrebant. Vt vero diuina Puella cunctantem animaduertit, contractiori fronte, obiurgantiſque ſpecie ſubintulit, æquè ſibi minus placere obſequium, quod cæteræ vitæ ſordes dehoneſtarent. Caſtigatus ille deiecit oculos, hæc verò euanuit.

Cæterum cum euaſiſſet ad ſuos (vt eſt ad monita tenax humana mortalitas) arguentis ſe Puellæ oblitus; deuiuſque veſania ad ingenium redijt. ſed altero horribiliori non multo poſt caſtigatus ſerò quidem, ſed tamen ſerio ſe reſpexit.

Venantem ſiquidem aliquando, nubibus obducto cœlo, tætrior vox oppreſſit, errantemque demum ambagioſum nemus, vbi poſtea Cœnobium Boniſolatij ædificatum eſt, excepit. Inde circulatis oculis viſus eſt ſibi videre ardentem ſpecum, ac latebroſam, in qua complures fabri neſcio quid ignitum, ingentium malleorum ictibus ad incudem mollirent, effingerentq;. Acceſſit, vidit, obſtupuit: hominum ſcilicet ignita corpora pro ferro procudi: atque vt fabrorum intenderat ars, varias brutorum formas exprimere. Alienam dum vicem dolet, aduenit lætabundus ex præda, qui hominem humeris ſublatum incudi torquendum admouit. Cui ille qui operi vrgendo præerat: Et quæ te, malum! hactenus mora tenuit, quo minus huc ad iamdiu promerita tormenta Hugonem comitem luxu diffluentem deportares? num tardas, num ceſſas, num te iterum ad deſtinatam prædam tormentis impello? Quibus auditis expauit comes, reſumptoque ſenſim animo (vt eſt deuia mens ad audendum procliuis) proceſſit exploraturus, an prædones eſſent, qui viatoribus parandis inſidijs huiuſmodi quæſiuiſſent latibula, an vero ex inferis progreſſi dæmones, qui ſui terrendi horrendum ſanè mortalibus oculis exhiberent ſpectaculum, & ſimul exclamat: Quamdiu vos, vos inquam, quādiu patiar humani generis pernicies, lues, eiectamenta ſcelerum. Num humanę ſocietatis penitus obliti, adeo diuina, humanaque iura contempſiſtis, vt quod nos, latebræ, ſylua tegunt, diuinam vltionem euadere poſſe putetis? erratis, erratis: pluraq; volentem loqui princeps dæmon abrumpit contractaque ad ſeueritatem fronte: Quando, inquit, aliena te timari delectat, quos vides latrones non ſunt, ſed eius, quam modo ſanctè commemorasti, vltionis diuinæ adminiſtri, qui leuioribus ijs in animabus diſcruciandis modo fallunt tempus, in Comitem Hugonem diuinæ iuſtitiæ penitus immemorem mox admoturi tormenta maiora. Nec dicto ſegnius euanuit ſpectrum: Comitique ſanior reddita mens eſt: indeque digreſſum, nemorum illorum accola Eugenius excepit hoſpitio; cumque eo, vt ægrum animum conſolaretur, multa diſſeruit de diuina iuſtitia, de damnatorum pœnis, deque æterna felicitate San-

A ctorum. Ergo meliori ſpe erectus Hugo, vbi primum diluxit, adiuncto ſibi eremita ſocio celeri curſu contendit Florentiam, conuocatiſque primo quoque tempore ciuitatis Epiſcopo Sichelmo ſpectatæque virtutis viro M. Roberto eiuſdem Epiſcopi affine, omnia ea ordine narrat, rogatque ea de re ſingulos ſententiam. Tanquam inter ſaxum, & ſacrum anxium iubent omnes bono animo eſſe, in eoque conſpirant ſplendidis muneribus placandum eſſe numen, omnique munere Deo gratius, nouam ad omnem pietatem vitam inſtituendam; quibus Florentinus Præſul ex imo trahens ſuſpiria, adiecit: Bene habet, inquiens, Hugo Comes, patrem expertus Deum, non iudicem qui ſi etiam dum flagellat, pater eſt, quam demum

B amanter tecum egit, cui non ad ſentiendum intentauit flagellum ſed præmōſtrauit tantum? Vltro ergo ſequere inuitantem; ne ſentias flagellantem. Vnde egregie animatus Hugo, nil prius habuit, quam vt elueris animi ſordibus, effuſiſque, quos regie poſſidebat, theſauris, quæ improbè peccaſſet, effuſa in Deum pietate redimeret. Itaq; munificētia planè regia aliquot monaſteria diuerſis in Hetruriæ locis conſtruenda curauit. In quibus Boniſolatium cœnobium fuit, vbi cœleſti viſo admonitus tandem reſipuit. Monaſterium primum Caſſinenſibus attributum eſt; poſtea ſub auſpicijs Antonij Vrſij Florentini Epiſcopi, cum alumnis atq; Abbate qui illic degebant, quique amauerant Septimianum monaſticum candorem, tranſijt ad

C Ciſtercienſes. Dominabatur per ea tempora late toti mugello Vbaldinorum gens inclyta, ita vt circumadiectis alpibus minitabundo milite inſtructi contra quemcunque Ciſalpinæ Galliæ impetum vniuerſam Hetruriam tutam præſtarent. Cum ergo de huiuſmodi monaſterio fundando cogitaſſet Hugo Comes, fundum ab Vbaldinis, datis literis petijt, ne inuitis dominis pietati, priuatiſque votis videretur litare. Cuius æquiſſimis poſtulatis adeò ſplendidè clariſſima illa gens aſſenſa eſt, vt etiam gratis ampliſſimum pretium pollicenti tribuendum cenſuerit. Amplam munificamque donationem Hugo Comes collaudat, admiraturq; vel eo nomine, quod cum familia potens claraque opibus ſecum ipſa per id tempus pugnaret, tamen in ſe ornando, demerendoq; vnanimi cōſenſu conſpiraſſet. Cæterum tam Vbaldinorum ceſsionis,

D quam comitis gratiarum actionis teſtatæ, ſamplæque literæ extant in eius genus Hiſtoria, quam noſtra memoria Hetruſcis literis conſignauit Ioannes Baptiſta Laurentij filius Vbaldinus eleganter, & vere. Quam qui conſulet, nec de Hugone fundatore, nec de Vbaldinorum liberalitate planè poterit dubitare. Monaſterium ab vrbe Florentia X. non amplius milliarijs diſtat ad Montis Senarij radices deflectitq; dextrorſum à via militari, quæ trans Alpes vrbem Bononiam ducit. Iter totum, vſque dum Cœnobium ſubeas, prætalti, ac infrugiferi colles exaſperant: niſi qua forte annoſa quercus, nec ſatis procera, quippe quæ inter prægrandia ſaxa conetur exurgere, pellendo frigori ſatis amplum prouentum polliceatur. Nec mitiorem Monaſterio ſedem fecere colles. Siquidem à meridie ita ſublimibus, hiſpidiſque caſtaneis referti

immi-

imminent monaſterio; vt non niſi prouectum adultumque liberius hauriat diem: à Septentrione per humiliores quidem colles, non tamen minus ſenticoſos arbuſtiſque ſylueſtribus impeditos liberior ei patet in Mugellum, iucũdiſsimum terræ tractum, proſpectus. Hactenus Baccettius.

Adeo ætas illa Sichelmo Epiſcopo Florentinã Eccleſiam moderãte pietatis ferax fuit, vt per idem ferè tempus, quo Hugo marchio Florentinam Boniſolatij aliaſque ſex Abbatias ædificare occęperat, comes Loctharius ex Comitibus Albertis famoſam illam Abbatiam ſancti Saluatoris de Septimo quinto ab vrbe Florentia milliario ditiſſimo cenſu dotatam conſtruxit, eandemque inuidioſis opibus auxit comes Guillelmus, in quibus comitatus Stalis fuit, vt erudite narrat noſter Baccettius lib. p. ſept. Hiſt. Nec parum valuiſſe credendũ eſt pietatis ſtudium Sichelmi ſancti Paſtoris, eum eo agente inſtiganteque per totam Florentinam Diœceſim noua Templa per id tempus conſtructa cernantur. Adeo in vtramque partem Paſtorum valet exemplum. Cæterum Sichelmus reperitur ſubſcriptus erectioni Archiepiſcopatus Magdeburgenſis anno 968. Ioanne XI. ſedente in Rauennati Concilio.

16 S. PODIVM Sichelmus excepit anno 989. qui cultum diuinum mirabiliter prouexiſſe narratur, nec fortunarum acceſſionem neglexit. Multis enim ſuæ iuriſdictionis caſtellis circumdedit muros, plenuſque bonis operibus euolauit ad Cœlum an. 1002. die 28. menſis Maij, quo ipſo die eius feſtum ſolemniter agitant Florentini, eiuſdemque memoria in Martyrologio Romano fuit relata. Corpus autem à Catacumba S. Zenobij. Cum Florentiæ deflagraſſet Archiuium, præclara etiam Podij geſta perierunt. Illud autem conſtat, quod Podio ſuperſtite, plures eius ſanctitatis, quæ latè peruagata erat, ſuauiſſimo odore perfuſi ingentia bona in Sancti Ioannis canonicos contulere, in quo inſignis, atque effuſa Mariæ Teutonis vxoris liberalitas extitit, cuius donationis fragmentum ab ipſo, viro, ac iudicibus cõfirmatæ ita exorditur.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti an. ab Incarnatione nongenteſimo nonageſimo menſe Februario Indict. 3. feliciter.

Et ideo Chriſto auctore ego Maria filia B. M. Benevardi coniux Teuti filij b. m. Petroni, qui adueniente me vna cum ipſo viro in Domũ Sancti Ioannis in præſentia de iam dicto viro meo interrogata ſum à Vuido Iudice Sacri Palatij, ſi aliqua violentia ab ipſo viro meo, ſeu & ab aliqua homine paſſa fuiſſem, ſed ego profeſſa, & manifeſta ſum quod per nullius hominis diſtrictionem neq; de ipſo viro meo patiente violentiã non ſum paſſa, niſi quod certa, & ſpontanea mea voluntate pro remedio animæ meæ per hanc chartulam offerſionis nomine dare, & offerre atque tradere prædia in Eccleſia Domus S. Ioannis Baptiſtæ, ſita intra hanc Florentinam ciuitatem, vbi modo D. Podo Epiſcopus præeſſe videtur.

Item Comites Bernardum, Rinerium, Gaufridumque fratres, Guillam q; Comitiſſam Rainerij vxorem in Ciuitate, inque territorio Senenſi multa Podio ſuperſtite Eccleſiæ Florentinæ prædia fuiſſe delargitos circa annum 995. Anno 993. qui

A in tertium Podij Pontificatus incurrit, Vvilla Comitiſſa, Hugonis marchionis mater, ob inſignem pietatem, qua ornata erat, celeberrimam Florentinam Abbatiam, quam olim conſilijs Sichelmi Epiſcopi excitauerat, magnificentiſsimo cultu bonis ampliſsimis cumulauit, ad quod ſacrum opus eam Podium ſanctiſsimum Præſulem incendiſſe par eſt credere. Donatio e tabulario eruta ab Honorato Falconcino nobili Volaterrano eiuſdem Monaſterij Abbate germano fratre Petſij D. Stephani Equitis, Magni Hetruriæ Ducis à ſecretis, viro ingenuo, litteris expolito, atq; venerandæ antiquitatis amatore, mihi tranſmiſſa, ita iacet.

In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Otho gratia Dei Imperator Auguſtus
B filius domini Othonis, anno Imperij eius XI. pridie Kal. Iunij Indict. VI. diuinæ gratiæ munere, & ſupernæ virtutis auxilio à faucibus dæmonicæ poteſtatis eruat nos miſericors Dominus, æternæ patriæ gaudijs faciat cohæredes, ſedulis admonitionibus, crebriſque præceptis informet. Vnde eſt illud: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam. Et ne quis de via ad eum perueniendi, vel qualis ab eo recipiendi eſſet facultas, dubitaret, quod promiſit ipſe certam oſtendit formulam, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis, & tamen hoc idem quod docuit, ſegniter quis agere hortatur ipſe alibi, cum dixit: Vigilate, & orate quia neſcitis diem neq; horã. Hanc vocem ſcilicet
C ita omnes debemus frequentiſsimè meditari, quatenus ſemper præ oculis mentis habeatur: oportet enim ſingulis quis omnipotentis Dei miſericordiam huiuſmodi diuitijs, vel quibuſcumque temporalibus adiumentis nouerit conſolatus; ex his, qui acceperunt ab eo, quamtũlibet illi conferre cum grauarum actione, à quo ſibi nouit cuncta quæ habet cõceſſa, quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet, quod vt credi poſſit, dominicis inſtruimor documentis, quia mulierem duo minuta offerentem plus cæteris omnibus aſſeruit obtuliſſe.

Vndè ego in Dei nomine Vvilla Comitiſſa lege viuente Salica filia domini Boniſacij, qui fuit Marchio, optimum duxi pro animæ meæ remedio ædificare Eccleſiam, Monaſterium à fundamentis in proprio territorio meo in honorem B. Mariæ
D Virginis ſitam intra ciuitatem Florentinam iuxta muros ipſius ciuitatis, vbi in ipſum ſanctum locum de rebus meis aliquid offerre, et confirmare volo, vbi per hanc offerſionis paginam pro animæ meæ remedio offero Deo, & ipſius Eccleſiæ Monaſterio S. Mariæ in primis fundamentum illud, in quo ipſa Domini Eccleſia ſita eſſe videtur vna cum omnibus caſis ſeu curte, tota inſuper comprehenſa recta ipſa Eccleſia, cui cohæret ei ex vna parte murus ipſius ciuitatis, & alia via publica de tertia parte curte, & caſa . . . . . Et de quarta igitur perque, & caſa . . . . Hæc autem prædicta fundamenta, in quibus ipſa Domini Eccleſia ſita eſſe videtur cum caſis, & curte, & cum omnibus ſuper ſe habentibus tota inſuper cõprehenſa, qualiter ab omni parte circumdata eſt per deſignata loca cum fundamentis, & omnibus ædificijs,

ficijs, vel vniuerſis ſabricis ſuis quod eſt inq;toiq; per menſuram ad iuſtam perticam menſuratam ſcalarum centum in integrum cum inferioribus, & ſuperioribus, ſeu cum acceſsionibus, & ingreſsione ſua, & qualis ſuperius menſura, & cohærentia diſcernitur, Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio S. Mariæ offerre præuidi vna cũ omnibus alijs caſis, & terris, ſeu rebus meis illis, quas habeo in præfata ciuitate Florentiæ, caſis, & terris, ſeu rebus meis ipſis, cum fundamentis omnibus ædificijs, cum vniuerſis fabricis ſuis, omnia & in omnibus rebus quantum in præfata ciuitate Florentiæ mihi per quemcumque ordinem eſt pertinens, in integrum pro animæ meæ remedio offero Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio Sanctæ Mariæ, ſeu etiam offero Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio S. Mariæ, id eſt XXI. inter caſas, & caſinas, ſeu rebus meis illis maſſeritijs, quas habeo infra comitatum, & territorium Florentinũ, & Feſulanũ, locaq; que dicitur Otto, ex ipſis eſſe videtur in Mõte domini, quas quidem Theuto ad manus ſuas habuit, quatuor ex ipſis in loco Cignoci, qui ſunt inter tot cultus ſeu per menſuram ad iuſtam perticam menſuratur modiorum centum viginti, & duo, ex ipſis in loco Bibione, & tres ex ipſis in villa magna, & quatuor ex ipſis in loco Marinæ quas Azo filius quõdam Sigirij ad manus ſuas habuit. Hæc autem prænominata XXI. inter caſas, & caſinas ſeu res illas maſſeritijs in ſingulis denominatur, & vocabulis ſuperius dictis cum fundamentis, & omnibus ædificijs, vel vniuerſis fabricis ſuis ſeu curtibus, hortis, terris, vineis, oliuetis, ſiluis, virgaſtris, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia in omnibus rebus, quantas vbique in quibuslibet locis vel vocabulis ad præfatas caſas, & caſinas, ſeu rebus maſſeritijs ipſis ſunt pertinentes, vel aſpicientes de ſanctis hominibus ad manus ſuorum habere, & detinere videatur in integrum Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio offerre præuidi vna cum omnibus caſis, & terris, ſeu paſcuis, quas habeo in loco, in finibus, vbi dicitur Montemulinaio propè Vettinula, caſis, & omnibus rebus ipſis cum fundamentis, & omnibus ædificijs, vel vniuerſis fabricis ſuis, ſeu cunctis hortis, & terris, & vineis, ſiluis, virgaſtris, pratis, paſcuis cultis rebus vel incultis, omnia, & in omnibus rebus, quantas vbique in quolibet loco, vel vocabulo, quantum mihi in præfato Montemulinaio per quẽcũq; ordinem, vel in eius finibus eſt pertinens in integrum Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio offerre præuidi. Ita offero Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio S. Mariæ pro remedio animæ meæ id eſt quatuor caſas, & curtes, ſeu rebus meis illis tam donnicatis, quam & maſſeritijs, quas habere video in præſcripto comitatu Florentino, & Feſulano. Prima curte dicitur ſigna cum caſtello, & Eccleſia cum XL. manſis ad ipſam curtem pertinentibus, quæ ſunt de pertinentijs de mille, & de terris apertis modiorum quingentorum. Secunda autem curte dicitur a Gricue cum caſtello quod dicitur Scandiccio, & cum Eccleſia, ſeu cum XXX. manſi, quæ ad ipſam curtem ſunt pertinentes, quod ſunt de pertinentijs de ipſa curte, deculta res per menſuram ad iuſtam perticam menſuratur modiorum trecentorum, & de terris apertis modiorum quingentorum. Tertia curte, dicitur Bibiano cum caſtello ibi ædificato, & cum decem manſis, quæ ad ipſam curtem ſunt pertinentibus, de pertinẽtes de ipſa curte, deculta res per menſuram ad iuſtam perticam menſuratur modiorum centum, & de terris agreſtibus modiorum mille. Quarta dicitur curte Gamperghe cum mãſo vno, & cum ſuo donnicato, quod eſt deculta res per menſuram ad iuſtam perticam menſuratur modiorum XX. & de terris agreſtibus modiorum duo. Hæc autem prænominata quatuor caſas, & curtes donnicatas vnà cum ſupradictis caſtellis, & Eccleſijs, caſis, & rebus cum donnicatis, quod & maſſeritijs, cum fundamentis, & omnibus ædificijs vniuerſiſque fabricis ſuis, ſeu curte, hortis, terris, vineis, oliuetis, ſiluis, virgaſtris, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, omnia, & in omnibus rebus tam donnicatis, quam etiam maſſeritijs, cum ſeruis, & ancillis quantis vbique in quibuslibet locis, vel vocatur ad præſcriptas caſas, & curtes donnicatas, & a prænominatis caſis, & rebus maſſeritijs ſunt pertinẽtes, & vel aſpicientes, in integrum ſibi Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio Abbatem, ac patrẽ ſeu monachos, & presbyteros ſecundum regulam ſancti Benedicti ibi eligere, & ordinare atque confirmare volo, & omnibus ſupradictis caſis, & curtis, ſeu caſtellis, & Eccleſijs cum omnibus eorum donnicatis, quam et maſſeritijs, ſeu familijs quod ſuperius legitur, in ipſum almum locum, vel de illo Abbas, rector, & cuſtos, qui ibi pro tempore fuerit, ſint poteſtas eis habendi, tenendi, impetrandi, laborare faciendi, & ad partem eiuſdem monaſterij poſſidendi, & vſufructuandi, etiam pro animæ meæ remedio ſic eſſe inſtituo, vt omni tempore die noctuque orationes ſeu miſſarum ſolemnia atque nocturna vigilantia in ipſa domini Eccleſia monaſterij facere ſeu canere debeãt ſecundum regulam ſancti Benedicti, vt omni tempore ille Abbas, cuſtos, & rector, qui in ipſo ſancto monaſterio eſſe videtur vna cum ipſa congregatione ſeruorum Dei, qui ibidem congregati fuerint, ibidem Dei omnipotentis deprecẽtur miſericordiã in pſalmis, hymnis, & miſſis, ſeu orationibus, & nocturnis vigilijs pro animæ meæ remedio, vt mihi omnipotẽs Deus pius, & miſericors eſſe dignetur, & pro eorũ orationibus veniã & indulgentiam peccatorum meorum obtinere merear. Et taliter volo, atque ſic eſſe inſtituo, vt ille Abbas, rector, & cuſtos, qui in ipſum ſanctum locũ pro tẽpore fuerit, non habeat poteſtatem neque licentiam de omnibus ſupradictis caſis, & curtis, ſeu caſtellis, & Eccleſijs, ſeu familijs, cum rebus donnicatis, & maſſeritijs ad ipſam domini Eccleſiam monaſterij pertinentibus, nec vendere, nec donare, nec cõmutare, nec per vllum argumentum ingenium alienare, nec dare, nec minuere, ſed ad ipſum ſanctum monaſterium, eiuſque Rectorem ſint poteſtatem habendi, & fruendi, ſicuti ſupra inſertũ eſt quia ſic in omnibus mea decreuit voluntas. Inſuper ego quis Vvilla comitiſſa ac pars ipſius Eccleſiæ monaſterij Sanctæ Mariæ, vel ad illum Abbatem, ſeu rectorem, & cuſtodem, qui in ipſum ſcilicet almum locum pro tempore

pore fuerit, omnia quæ ſupra leguntur, legitimam facio veſtituram per cultellum, fiſtucum, nodatum vuantonem, & vuaſorem terræ, atque ramum arboris me ea inde foris expuli, & verpui, & ab ſeſitum feci, & ipſius Eccleſiæ monaſterio ad proprietatem, ſicut ſuperius legitur, ad habendum concesſi. Si quis vero, quod futurum non credo, ſi ego ipſa quæ Vvilla Comitiſſa, quod abſit, aut vllus de hæredibus aut prohæredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc offerſionis paginam ire quandoque tentauerit, aut eam quocunque ingenio corrumpere, aut retollere, aut minuere de omnibus, quæ ſuperius legũtur, inferimus parti ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, vel ſuis Rectoribus eorumque ſucceſſoribus mulctam, quæ eſt pœna auri optimi libras mille argenti pondera decem millia. Qui omnibæc a quæ ſuperius legantur, minuere, aut ſubtrahere, vel intentionare, aut fraudare tentauerit, aut alienare, vel infringere quæſierit, ſeu delere voluerit, deleat nomen eius omnipotens Deus de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribatur, fiat particeps cum Datan, & Abiron quando aperuit terra os ſuum, & deglutiuit eos: fiat ſocius cũ Anania, & Saphira, qui fraudauerunt pecuniam domini, ſit deprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Sancti Spiritus venundare voluit: ſit particeps cum Iuda Iſchariotis, qui propter cupiditatẽ vendidit Dominum, & Magiſtrum: ſit ſeparatus à conſortio iuſtorum, & in die iudicij non reſurgat in numero illorum, & inſuper omni iræ Dei ſit incurſutus. Atramentario, penna, & pergamena manibus meis de terra eleuaui, & Theuperto Notario, & Iudici domini Imperatoris ad ſcribendum tradidi, & ſcribere rogaui, & teſtibus obtuli roborandum, vt in ſuo permaneat robore, & firmitate, cum ſtipulatione ſubnixa.

Actum Piſarum Signum Dominæ ſupradictæ Vvillæ Comitiſſæ, quæ hanc offerſionis paginam fieri rogauit, & ea relecta complacuit.

Signum Domini Stephani, & Vvalterij, ſeu Ottulini lege viuente Salica teſtis.

Signum Domini Bernardi filij Domini Gherardi & item Bernardi ſimiliter lege viuente Salica Teſtis.

Ego Andreas Notarius rogatus à Vvilla Comitiſſa tt. ſubſcripſi.

N. Goffredus Iudex D. Imper. rogatus à Vvilla Comitiſſa in toto ſubſcripſi.

Leo Iudex D. Imper. rogatus tt. &c. Ego Gottefredus rogatus tt. &c.

Ego Ratelrado Vicecomes rogatus Teſtis.

Ego Vvalterius rogatus Teſtis CG.

. . . . . Iudex D. Imper. de hac pagina offerſionis rogatus à dicta Vvilla Comitiſſa tt. &c.

Cupertus Notarius, & Iudex D. Imper. poſt traditam compleui, & dedi 10. Kal. Ianuarij.

Hugo marchio anno 995. donationem magnificam in eandem Abbatiam Florentinam, à Vvilla matre conditam, liberaliter contulit, Podio Epiſcopo ſuadente, pluribus bonis prædijſque amplificauit. Anno vero 996. eandem donationem ratam habuit, aliaque addidit bona, totque opibus ornauit vt fundatoris potius, quam benefactoris tituli gloria ipſi adſcribenda videatur. Ferunt ita

A donationes à ſuis originalibus delibatæ ex tabulario eiuſdem Abbatiæ.

In nomine Dei æterni. Otto gratia Dei III. Imp. Auguſtus anno Imperij eius primo menſis Ianuarij Indict. IX. diuinæ gratiæ munere, & ſupernæ virtutis auxilio à faucibus dæmonicæ poteſtatis adiuti, vt nos miſericers Dominus æternæ patriæ gaudijs faciat cohæredes, ſedulis commonitionibus crebriſque præceptis informet. Vnde eſt illud: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis & ego requieſcere vos faciam. Et ne quis de via ad eum perueniendi vel qualiter ab eo recipiendi eſſet facultas dubitauerit, quod promiſit ipſe, certis oſtendit formulis cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis, & tamen hoc B idem, quod docuit ſegniter quis agere hortatur ipſe Dominus cum dixit: Vigilate, & orate quia neſcitis diem neque horam. Hanc vocem ſcilicet ita omnes debemus frequentiſſimè meditari, quatenus ſemper præ oculis mentis habeatur. Oportet enim ſingulis, quis omnipotentis Dei miſericordia, huius mundi diuitijs vel quibuſcunque temporalibus adiumentis nouerit cõſolatus ex his quæ acceperit ab eo quantũlibet illi conferre, à quo ſibi noſcit cuncta quæ habet, conceſſa. Quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet; quod vt credi poſſit, dominicis inſtruimur documentis cũ mulierem duo minuta deuote offerentem plus omnibus afferentibus aſſeruit attuliſſe. Vnde ego In Dei nomine Hugo glorioſiſsimus marchio fi- C lius domini Alberti, qui fuit itidem marchio, optimum duxi pro animæ meæ remedio offerre Deo, & tibi Eccleſiæ, & monaſterio ſanctæ Mariæ, quæ eſt poſita in ciuitate Florentina, quod genitrix mea à fundamẽtis extruxit, id eſt, Caſtello de Colle de Monte, & Burgo, & Eccleſia Sancti Martini, & curte, & donnicato, quod eſt poſita in loco qui dicitur Bibiano cum ſortis, & rebus ibidem pertinentibus, quæ ſunt poſita in prænominatis locis. Vna regitur per Audream, alia per Balduinum presbyterum; tertia per Analbertum, quarta per Gregorium, quinta per Gratianum presbyterum, ſexta per Ioannem, ſeptimam per Baldum, octaua per Leoprandum presbyterum, nona per Petrum, X. per illum Gratianum presbyterum, XI. per Petrum presbyterum, XII. per Petrum Iudicem, XIII. per Ioannem, XIV. per Petrum pres- D byterum, XV. per Ioannem, XVI. per Dominicũ, XVII. per Ioannem, XVIII. per Venerium, XIX. per Petrum, XX. per Ioannem, XXI. per Ioannem XXII. per Genaſium, XXIII. per Dominicum, XXIV. per Stephanum, XXV. per Theutum, XXVI. per Leonem presbyterum XXVII. per Stantium, XXVIII. per Stephanum, XXIX. per Vrſum, XXX. per Omalinm, XXXI. per Ioannem XXXII. per Arnolphum, XXXIII. per Petrum, XXXIV. per Lapum, XXXV. per Petrum, XXXVI. per Vrſum, XXXVII. per Dominicum cum illa caſa infrà illud burgum, qui detinet, Berru cum caſa infrà illud caſtellum, & caſa in burgo, qui fuit Hoſpitale cum ipſa Eccleſia, ideo prædicta curte cũ ipſa Eccleſia, & cum ſortis, & rebus, & cum caſis, & ædificijs, ſeu fundamentis, curtibus, hortis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, ſalice-

tis tam donnicatis, quam maſſeritiis, & vniuerſis fabricis ſuis, oliuetis, caſtagnetis, cum terminationibus, & acceſſionibus, & ingreſſibus earũ, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus, & cum omni iure ac adiacentia, & pertinentia earum, & integritate ſua, omnia, & in omnibus, vbicumque de iam dictis curtibus, & pertinentijs eſſe inueniuntur, in integrum tranſactis nominibus tibi Deo, & iam ſactæ Eccleſiæ, & monaſterio Sanctæ Mariæ pro anima mea offero vel de eius rectore, qui ibidem pro tempore fuerit, omnia que ſupra leguntur à parte ipſius Eccleſiæ ſit poteſtas habendi, & tenendi, poſsidendi, laborare faciendi, impetandi, & & fruendi, & pro animæ meæ remedio deuotæ orationes fieri debeãt omni tempore ibidem Deo B omnipotentis miſericordia in pſalmis, hymnis, ſeu miſsis, & orationibus, & nocturnis vigilantijs, vt mihi omnipotens Deus, pius, & miſericors eſſe dignetur, & per eorum orationes, qui in ipſo Monaſterio conſtituti fuerint, indulgentiã peccatorum meorum merear obtinere, & ita volo, & ſic eſſe inſtituo ab illo Abbate vel rectore, qui in ipſo ſancto loco pro tempore fuerit, vel eorum ſucceſſorum non habeant poteſtatem neque licentiam de omnibus quæ ſupra legũtur, quas in ipſa Eccleſia, quæ pro anima mea offero, vendere, neque donare, neque commutare, neque vllo argumenti ingenio alienare, nec dare, nec minuere, ſed in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſanctæ Mariæ, eius Rectori ſit poteſtas habendi, fruendi, ſicut inſuper impetaui, quia ſic in omnibus mea decreuit voluntas. C Et inſuper ego qui Hugo marchio a parte ipſius Eccleſiæ, & monaſterij ſanctæ Mariæ, vel ad illum Rectorem, qui in illo ſancto loco pro tempore fuerit, de omnibus quæ ſupra leguntur facio veſtituram, & traditionem, & per cultellum fiſtucũ nodatum, & vuantonem terræ, atque ramos arboris me exinde foris expuli, & verui, & abſitum feci, & ipſius Eccleſiæ, & monaſterio S. Mariæ ad proprietatẽ, ſicuti ſupra legitur ad habendum, religioni ſi vero quod futurũ nõ credo, ſi ego Hugo marchio, quod abſit, aut vllus de hæredibus; aut pro hæredibus meis ſe qualibet oppoſita perſona, quæ contra hanc chartulam offerſionis ire tentauerit quandoque aut eam retollere, vel minuere, vel corrumpere, de omni quod ſupra legitur, quæſierimus, inferamus à portione ipſius D Eccleſiæ, & monaſterij ſanctæ Mariæ, & ſuis rectoribus, & ſucceſſoribus, mulctam, quę eſt pœna auri optimi libras tres, argenti pondera ſex, qui ad omnia, quæ ſuperius legĩtur, minuere, aut ſubtrahere, vel fraudare tentauerit, aut alienare quæſierit, deleat omnipotens Deus nomen eius de libro viuentium; & cũ iuſtis nõ ſcribatur, fiat particeps cũ Datan, & Abiron, quando aperuit terra, os ſuũ, & deglutiuit eos, fiat ſocius cũ Anania, & Saphira qui fraudauerunt pecuniã domini ſui, ſit comprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Spiritus Sancti venundare voluit, ſit particeps cum Iuda Iſchariote, qui per cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum, ſit ſeparatus à conſortio iuſtorum, vt in die iudicij non reſurgat.

Actum in loco Foſci. Vgo Marchio C.

Signum manibus Ranaldi, & Vberti, & Bozzi, & Vberti lege viuente Rituaria rog. teſt. Ego Albertus Notarius rogatus Teſtis ſubſcr. Petrus rogatus Teſtis. Suarizo rogatus Teſtis. Ioannes rogatus Teſtis.

Ego Ioannes Notarius ſcrip. poſt traditam compleui.

Secunda vero donatio eſt huiuſmodi ex eodem tabulario.

In nomine Domini N. Ieſu Chriſti Dei æterni. Anno ab incarnatione eius nongenteſimo nonageſimo quinto, quintodecimo Kal. Maij Indict. VIII. Otto dei gratia Imp. Aug. anno 12. Imperij eius. diuinæ gratiæ munere, & ſupernæ virtutis auxilio, a faucibus dæmonicæ poteſtatis eruat omnipotens, & miſericors Deus, æternæ patriæ faciat cohæredes, ſedulis admonitionibus crebriſque præceptis informet. Vnde eſt illud: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam: Et ne quis de via ad eum perueniendi, vel qualiter ab eo recipiendi eſſet facultas dubitaret; quod promiſit ipſe, certis oſtendit formulis cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis, & tamen hoc idem quod docuit, ſegniter quis agere hortatur ipſe alibi, cum dixit: Vigilate & orate, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc vocem ſcilicet ita omnes debemus frequẽtiſsimè meditari, quatenus ſemper præ oculis mentis habeatur. Oportet enim ſingulis quis omnipotentis Dei miſericordiam huius mundi diuitijs vel quibuſcunque temporalibus adiumentis nouerit conſolatus, ex his quæ acceperunt ab eo, quantũlibet illi conferre cum gratiarum actione, à quo ſibi noſcit cuncta, quæ habet, conceſſa, quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet. Quod vt credi poſſit, dominicis inſtruimur documentis, quia mulierem duo minuta deuotè offerentem plus cæteris omnibus offerentibus aſſeruit attuliſſe. Vnde ego in Dei nomine Hugo glorioſiſſimus marchio filius D. Vberti, qui fuit marchio, lege viuente Salica, optimum duxi pro animæ meæ remedio offerre Deo, & tibi Eccleſiæ, & monaſterio ſanctæ Mariæ ſemper Virginis, quæ eſt constructa intra ciuitatem Florentiæ, quam D. Vvilla, quæ fuit genitrix mea, à fundamẽtis conſtruxit, id eſt caſa, & curte mea illi donnicata, quam habeo infra territorium, & comitatum Florentinum, loco qui dicitur Lueo cum caſtello illo, quod ibi eſt ædificatum, & cum Eccleſia ſancti Clementis ibi constructa, vna cum terris, & vineis, ſeu donnicatis illis, qui ad ipsã pertinent, & cũ ducentis, & octo inter caſas, & caſinas, ſeu rebus maſſeritijs, quæ ad ipſas curtes, & ædes, ſeu caſtella ſunt pertinentes, & cum omnium ſuarum pertinent. ſeu integritatibus ſuis, denique ipſa caſa, & curte, & donnicata, & prædicto caſtello, ſeu Eccleſia, & cum terris, & vineis, ſeu donnicatis, ſiue prædictis ducentis, & octo inter caſas, & caſinas, & rebus maſſeritijs, quæ ad ipſam curtem, & caſtellũ, & Eccleſiã ſunt pertinentes, tam donnicatis, quã maſſeritijs, cũ fundamẽtis, & omnibus ædificijs vel vniuerſis fabricis ſuis, ſeu curte, & hortis, terris, vineis, ſiluis oliuetis, virgareis, pratis, paſc. cultis rebus, vel incultis, ſiue mobilibus, vel ĩmobilibus, ſeu ſe mouentibus tam ſeruum quam etiam ancillam, ſiue nutriminibus tam maiorum quam minorum, quaſcumque res vbicumque in quolibet loco, vel voca-

vocabulo ad ipſas caſas, cuctes, donnicata, & prædictũ caſtel lũ etiam dictã Eccleſiã, ad prædictãs caſas, & maſſeritias ſuot pertinentes, vel aſpicientes vna cum omnibua eorũ pertinen. & adiacen. ſeu integritatibus ſuis io iotegrum tranſactis oominibus tibi Deo, & iam ſacłæ Eccleſiæ, & monaſterio ſemper Virginis Mariæ offero, vel eius Rectoribus, qui ibi pro tempore fueriot, omoia quæ ſnperius leguntur, ad partem ipſius Eccleſiæ, & monaſterij ſit poteſtas habendi, teoendi, poſſidendi, imperandi, laborare faciendi, & vſufructuandi. Er pro animæ meæ remedio die noctuque orationes fieri debeant omoi tempore ibidem Deo omnipotenti miſericordie io pſalmis, hymnis, ſeu miſſis, & orationibus, & nocturna vigilantia, vt mihi omnipotens Deus, pius, & miſericors eſſe dignetur pro eorum orationibus, qui in ipſo monaſterio cooſtituti fuerint, vt indulgentiam peccatorum meorum obtinere merear: & taliter volo, & ſic eſſe ioſtituo, vt illi Abbates, vel rectores, qui in ipſo ſancto loco pro tempore fuerint, vel eius ſucceſſores, nõ habeant poteſtatem oeque licentiam de omnibus, quæ ſuperius leguntur, quæ in ipſa Eccleſia offero, veodendi, neque donãdi neq; permutãdi, neq; per vllũ argumentũ aut iogeniũ alieoandi, nec dãdi, nec minuẽdi, ſed in ipſa Eccleſia, & monaſterio S. Mariæ eius rectoribus ſit poteſtas habendi, fruendi ſicut ſuperius, quia ſic in omnibus mea decreuit voluotas. Inſuper ego qui Hugo marchio ad partem ipſius Eccleſiæ monaſterij ſanctæ Mariæ, vel ad illum rectorem, qui in ipſo ſancto loco pro tempore fuerit, de omnibus quæ ſuperius leguntur, legitimam facio veſtituram, & traditionem, per cultellum, & feſtucum, nodatum, & vuatooem, terræ, atque ramum arboris, me exinde foris expuli, & verpui, & ab ſe ſitũ feci, & ipſius Eccleſiæ, & monaſterio ad proprietatem, ſicut ſuperius legitur ad habendom reliqui. Si quis vero, quod futurum eſſe oon credo, ſi ego qui Hugo marchio, quod abſit, aut vllus de hæredibus, & pro hæredibus meis, magna aut parua perſona cootra hanc chartulam offerſionis meæ ire quandoque tentauerit, aut etiam reddere vel minuere de omnibus quæ ſuperius leguntur, quæſierimus, inſeramus ad partem ipſius Eccleſiæ, & mooaſterij ſanctæ Mariæ, vel ſuis rectoribus, eorumque ſucceſſoribus mulctam, quod eſt pœna auri optimi libras treceentas argenti poodera mille, qui omnibus his, quæ ſuperius leguntur, miouere, aut ſubtrahere, vel fraudare tentauerit, aut alienare quæſierit, aut delere voluerit, deleat omnip. Deus nomeo eius de libro viuentium, & cum iuſtis noo ſcribatur, fiat particeps cum Datan, & Abiron, quæ aperuit terra os ſuum, & deglutiuit eos, fiat ſocius cum Anania, & Saphira, qui fraudauerunt pecuniam Domioi, ſit deprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Sancti Spiritus venuodare voluit, ſit particeps cum Iuda Iſcariotis, qui per cupiditatem veodidit Dominum, & Magiſtrum, ſit ſeparatus a cooſortio iuſtorum, & in die iudicij non reſurgat in numero illorum, & quod repetimus, & vindicare noo valeamus. ſed præſens hæc chartula offerſionis diuturnis temporibus firma permaneat . . . .

A eum adſtipulatione ſubnixa attamentaria penna, & pergamena maoibus meis dextra leuaui, & Gerardo Notario, & Iudici domini Imperatoris ad ſcribendum tradidi, & ſcribere rogaui, & teſtibus obtuli roborandum.

Actum Luca Hugo marchio tt. ſig. manus lege viuente Saliga T.

Signum domini Ghiſalberti, & Ioannis lege viuente ſaliga ſig. manus Emaldi lege viuente ſaliga tt. ſig. Vvarnerij lege viuente ſaliga tt. ſig. ſeudi Iud. D. Imper. tt.

Altebertus Iud. D. Imp. Bonizo Iud. D. Imp.

Ego Gerardus Not. & Iud. D. Imp. poſt traditam compleui, & reddidi.

B Anoo 998. Otho 3. Imp. eum Gampertum preabyterom, atque Azonem diaconum ſibi deuincire vellet, ſaoctorum Saluatoris, Donati, Martinique ædes in loco, cui Septimi nomen eſt, in Imperialem clientelam admiſit, omniaque ipſorũ bona a nullo temerari occupariue vetuit. Agebat tunc in viuis Podio Epiſcopus, cuius precibus Otho adductus eſt, vt eodem beneficio Azonem ornaret. Breuiſſima eſt priuilegij ſeries, ſed non ſpernenda, continet enim appellatioois rationem illi loco impoſitæ, cui oomen Septimi hæſit hactenus, vbi Abbatia ſancti Saluatoris Septimiana nuncupata aſſurgit: quæ non à ſeptimo numero, quod ſeptima Abbatia foret, à comite Hugone Hetruriæ marchione excitata, vt aliqui ſcripta tradidere, C ſed ex ipſo loco ab vrbe ſeptem milliaribus diſſito dictoque ad ſeptimum lapidem, ſuſcepit, cuius rei mentio non modo in hoc Othoniano diplomate ſit, verum in peruetuſtis etiam alijs documentis, antequam cœnobium cooderetur, cõfectis, hoc vero in oumeris alijs ſtipatum in Abbatiæ illius tabulario aſſeruatur, cui duo cerei ſigilli appenſi, in quorum altero Othonis patris, in altero Henrici Bauari adoptiui filij adhuc impuberis effigies expreſſæ cernũtur, circumadiectæ vero literæ, quæ ſũmo labore perleguntur, has voces ferũt. Noua Imperij Romani illũ . . . reliquũ edax vetuſtas deleuit ſuppleri que debẽt. Noua Imperij Romani illuminatio quibus verbis expreſſum videtur Romanum Imperiũ, quod vetuſtæ ætatis Othonis teoebris obrutum erat, naſcente Henrico, atque illo illuſtri ſpleodore terris affuſo, eius ſanctitate D miraculiſue orbe colluſtrato, io Imperij lucem feliciſſime eductum fuiſſe.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho. Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus fidelibus præſentibus, & futuris. Notum eſſe volumus, quoniam pro Dei amore Gumpertum Presbyterum, & Azonem Diaconum, cum Eccleſia ſancti Saluatoris, & ſancti Donati, & ſancti Martini, & omnibus eius pertinentijs, quæ eſt ſita in loco qui vocatur Septimus, & cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, acquiſitis, & acquirendis, iure eius pertinentibus ſub noſtro mundeburdio recepimus. Ideoque iubemus, vt nullus Epiſcopus, marchio, comes nullaque noſtri Imperij magna paruaque perſona præfatos Gumpertum presbyterum, & Azonem diaconum de omnibus quæ ſupra leguntur, inquietare, moleſtare vel diueſtire, ſine legali præſumat iudicio. Si quis igitur huiuſmodi Mundeburdy violator extiterit, ſciat ſe compoſi-

turum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & aliam medietatem præfatis Gumperto presbytero, & Azoni diacono.

Quod vt verius credatur, noſtro ſigillo iuſsimus ſigillari.

Heribertus Cancellarius vice Petri Epiſcopi notaui.

Data IIX. id. Iulij anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVIII. Indict. XI. anno III. Othonis Regni XV. Imp. III. Actum Piſtoriæ feliciter.

Ab Hugone etiam Hetruriæ marchione, de quo ſupra piam inſtitutionem narrauimus, Abbatiolam ſancti Andreæ obtinuit Podium ex conceſſione ſuorum prædeceſſorum tunc cenſibus obſtrictam menſæ ſuorum canonicorum, qui in canonica S. Ioannis, quam S. Saluatoris, S. Zenobij, ſanctæque Reparatæ olim appellauerunt, ex certis inſtitutis, regulaque tunc conuiuebant ſub ſeruituram. Conceſsionis hoc ſequens diploma repertum in tabulario Florentini capituli, hic exſcribendum curauimus.

In nomine Domini Dei æterni. Podio diuina largiente clementia S. Florentinæ Eccleſiæ immeritus Epiſcopus, omnibus fidelibus Eccleſiarum in Domino continuam ſalutem. Minime latere arbitramur prudentes, quibus nota eſt lectio autenticorum librorum veteris Teſtamenti, quia legitur in calce vltimi libri Paralipomenon, & in exordio primi Eſdræ, quem quidam Malachiam prophetam autumãt, quod filij Iſrael ducti fuerunt captiui in Babyloniã per manũ Nabuchodonoſor Regis, cum Iechonia Rege ſuo, & poſt ſeptuaginta annos, miſertus Dominus populo ſuo, Darius Rex Perſarum ſuggeſsit omni Iſraeli in captiuitate degenti, vt quicumque vellet in Hieruſalem licentiam repedandi ad ædificandam Domum Domini, & muros ciuitatis, haberet, dicens: Rex Cœlorũ omnia Regna mundi tradidit mihi, & nunc ſiquis eſt Domini, redeat, & Tẽplum eius quod eſt Hieruſalem dedicet. Quadam die inuitatus acceſsi ad ferculum domini Hugonis ducis nobiliſſimi epulaturus cum eo, cumq; inter prandẽdũ, & loquẽdũ multa de diuinis Hiſtorijs deducerentur in medium, contigit vt detepente ſermonibus noſtris interueniret lectio prædictorum librorum, & cum ventum, eſſet vbi legitur, quod prædictus tyrannus recordatus eſt Domini cœli, & quod cauſa illius timoris cunctos captiuitate detentos libertate donaret; tunc prænominatus dux, & marchio, quo audacior nullus, ab intimo pectore diuino tactus ſpiritu ſuſpiria larga trahens, inter cætera adiecit: Si gentilis non agnoſcens veritatem, quæ Chriſtus eſt, eum tanta dulcedine Deum cœli nominauit, atq; pro eius reuerentia longa pœnitudine alligatos, diutius oneratos, dimiſit ad propria? quid nobis faciendum eſt, qui relicto gentilitatis cultu, ab ipſis cunabulis cum lacte de incarnatione noſtri Redemptoris, & noſtra liberatione per eius mortem audiuimus? Itaque ego inutilis ſpeculator, qui præſens aderam, cui hæc, quæ ſubiecta ſunt, animo inſidebant, humiliter reſpondi: O chariſſime exemplum illud nunc in opere, quod laudaſti, de deuotione. Habebat quidem tunc temporis iam dictus dux Abbatiolam vnam infra mœnia Florentinæ ciuitatis, dono meorum anteceſſorum libellario nomine, in honorem ſancti Andreæ Apoſtoli conſtructam, quam mox ſupplici meo rogatu, & precibus, atq; multiplici hortatu ſuæ conſortis dominæ Iudithæ ſemper benedictæ, mihi reſtituit, & meæ Eccleſiæ vſui, & vtilitati tradidit; eo videlicet ordine, vt eam neceſſitatibus canonicorum meorum præſentium, & futurorum pro remedio animarum vtriuſque, ducis videlicet & eius coniugis, & pro ſalute mea, meorumq; ſucceſſorum tribuere, quod me facturum illico bono animo sũ pollicitus. Quapropter dictam Abbatiolam in honorem Beati Andreæ fundatam infra Florentinam vrbem ſtatim cum omnibus ſuis pertinentijs in canonica Florẽtinæ Eccleſiæ dono, & largior, quatenus ipſi canonici, tum qui nunc ſunt, tum qui in ea ordinati fuerint in futuris temporibus, ex fructibus ipſius terræ, redditu, vel cenſu quotidianam habeant refectionem, neque volo, vt aliquis de ipſis canonicis habeat poteſtatem de ipſis rebus libellarios facere aut aliquid donare, aut ex his quæ Dominus exinde dederit, audeat inter alios diuidere, & ſi qui horũ fecerint donationem, vel diuiſionem eorum, iubeo irrita fieri, ſed cenſeo, ſtatuo, & confirmo, quod vnus, vel duo clerici, quos ego elegero, habeãt poteſtatem de omnibus illis rebus cibum carnium, & piſcium comparandi, & infra clauſtra canonicæ eis ad conueſcendum tribuendi, quatenus vnanimiter comedentes, & bibentes gratias, & laudes referãt, & pro incolumitate domini ducis Hugonis, & ſuæ coniugis, & vtriuſque prolis, & noſtra noſtrorumque ſucceſſorum Dominum exorent. Poſt deceſſum vero illorum clericorum, quos ego ad illud miniſterium ordinauero, habeant ipſi canonici poteſtatem ordinare aliquem ex ſua congregatione timentẽ Deum, & qui ex iam dicto miniſterio eis fideliter deſeruiat, in quo nõ ſit zelotypia neque fraus, neque doloſitas, & ſi inter ſe ita diſcordes fuerint, vt quæ iuſsi atque ordinaui, adimplere noluerint, tunc ſucceſſores noſtri timorem Domini præ oculis habentes, ita eum ordinent, vt meam voluntatem in omnibus impleant, & oculos diuinæ maieſtatis non offendant. Si quis autem hanc noſtram ordinationem, & teſtamenti firmitatem temerarius violator, ſiue Imperator, ſiue Rex, dux, marchio, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, aut quælibet alia perſona magna, vel parua, clericorum vel laicorum infringere voluerit, aut temptauerit, cum Necatoribus egentium, aut cum Iuda traditore Domini hæreditatem infernalem recipiat, & maledictionem æternæ maledictionis acquirat. Conſeruator autem beatorum ſpirituum conſortium ſine fine poſſideat.

Podio S. Florentinæ Eccleſiæ inutilis Epiſcopus in hac ordinatione, & teſtamenti ſtatione ſubſcripſi & ad ſcribendum alios curaui.

Hugo marchio &c.

Leo Iudex D. Imperatoris ſubſcripſi.

Petrus iudex ſubſcripſi.

Manopertus iudex D. Imperatoris ſubſcripſi.

Sigefredus iudex D. Imperatoris ſubſcripſi.

27 VIDO aut GVIDO Podio defuncto immediatè ſucceſsit, cuiuſque eius ad Eccleſiam Florentinam aſſumptio, circa annum 1002. eoq;

Præſule

Præſule Piſtorij defunctus eſt magnus ille Hugo Hetruriæ marchio, bonoque dolo Florentiam delatus in Abbatia à ſe donata honorificè conditus iacet. Grati vero erga conditorē ſuum Benedictini monachi cineres eius marmoreo inſigni monumento in Templo cohoneſtarunt, appoſitis inſignibus, & iconico eius ſimulacro inſcriptoq; titulo. Diem præterea Hugonis anniuerſarium, qui D. Thomæ feſtus eſt, memoriæ eius dicatum omni cum pompa, & honoris genere monachi concelebrare hodieque ſolent.

Diſſenſere plerique in marchionis Hugonis obitus tempore, cum aliqui illum coniecerint in annum 1001. alij in ſequentem retulerint, alij in 1004. alij in 1006. reiecerint, nec defuere qui ad annum 1013. vitam produxiſſe aſſerant inconſulte: omnium magis veritati conſentanea opinio maioribuſque rationibus fulta ea eſt, quæ anno 1001. die 21. Decembris obijſſe tradit, ac monumento vetuſto ex Martyrologio M. S. canonicorum Lucenſium biſce verbis confirmatur: Hugo marchio in Tuſcia moritur anno 1001. remque illuſtrat hoc anno extinctum fuiſſe, diploma breuiſſimum ab Othone tertio Imperatore ineunte anno 1002. datum, quo pro ſalute animarum Hugonis ac Vvillæ matris bona Abbatiæ ſanctæ Mariæ, in qua ſepultus fuerat Hugo, attributa confirmat, Abbatiam imperialem liberamque appellat. Quod diploma ita ſonat in originali, in quo illud ſingulare apparet, dum Otho Apoſtolorum ſeruus inſcribitur.

In Nomine ſancta, & indiuiduæ Trinitatis.

Otho ſeruus Apoſtolorum. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus atque futuris, quod nos propter Dei omnip. amorem, & ob remediū animæ marchionis Hugonis, monaſt. S. Mariæ, quod mater ſua Vvilla conſtruxit, omnia quæ A illi collata eſſe noſcuntur, per hoc noſtrum præceptum corroboramus, in quo præeſt Marinus Abbas confrater. Itaque iam dicto monaſterio in ciuitate Florentina ſito vniuerſa prædia illuc per chartarum munitiones pertinen. nominatiue caſtellum de Segna, Greue, Viclo, Bibiano, Liuo, Ledecha cum omnibus eorū pertinentijs. Inſuper curtes Mōtē Dom. Radda, Daſuſſi, duas curtes Bibione Frācidione Mōte molin. Facię, omnia iſta, & cætera, quæ pertinent ad eandem Abbatiam, prædicto Abbati Marino eiuſq; ſucceſſoribus, & monachis in eodem cœnobio ſecundum regulam S. Benedicti degentibus, firma corroboranius tradi tione. Præcipimus itaque quod nullus dux, marchio, comes, vicecomes, ſiue aliquis homo ſiue B magnus, ſiue paruus eandem Abbatiam de ſuis rebus inquietare, moleſtare, vel diſueſtire præſumat. Ipſa vero Abbatia Regalis, vel Imperialis libera æternaliter permaneat. Si quis igitur hoc præceptum fregerit, componat centum libras auri optimi, medietatem cameræ noſtræ, ac medietatem prædicto monaſterio: quod vt verius credatur, hanc paginam manu noſtra roboratam ſigillari iuſſimus. Sig. D. Othonis Cæſaris inuicti. Horibergno Cancel. recognouit vice Petri Epiſcopi.

Datum 6. Idus Ianuarij anno Dominicæ Incarnationis MII. indict. XV. anno 3. Othonis Regni XVIII. anno imperij VI. actum in Paterno.

Conditum eſt primo marchionis corpus in capſa ferrea, cumque inuerſa in terram facie, ſupina C negligentia, in ea repoſitum fuiſſet, ab eodem marchione cœleſti viſo monaſterij Abbas admonitus eſt, refoſſoque loculo, illud conuerſo in cœlū vultu compoſuit: cuius rei Petrus Damianus in ſuis Epiſtolis mentionem fecit, nec multo poſt erectum illi eſt ſepulcbrum porphyreticum atq; huiuſmodi affixum Epitaphium.

F	LVCTVAT IN TERRI	S	QVI SEMPER VIVERE QVÆRI	T
L	VMINIS ET STABIL	I	NON MANET ILLE GRAD	V
E	N EGO DIVES VGO D	V	X FVLTI NOMINE CLARV	S
R	EXI IVRA PI	E	TEGMINE CARNIS IN HO	C
E	T DOCVI MITE	M	PARVVM SVB FASCE COEG	I
M	E RAPTOR FVRT	A	PAVIT AMARE MAL	A
A	FRVM ME COLVIT RE	G	NVM ET QVI REXERAT ILLV	D
R	OMA MIHI PARV	I	T VT PATER HANC DOMV	I
I	STE TAMEN TVMVLV	S	ME CLAVDIT MARMORE PARVV	S
T	VSCA MANVS FLORE	T	MORTIS HONORE SVB HO	C
V	T ME POENÆ ARDO	R	NON VRAT LECTOR ADOR	A
M	VNDO CORDE DE	V	M QVI BONA CVNCTA REGI	T
		M	ORE BENIGNO.	

Effluentibus poſtea aliquot ſeculis monachi, cum tanti benefactoris oſſa, cui nomen conditoris potius debebatur, quamuis incluſa porphyro pro meritis parum magnificè haberi cernerent, ea in ſanctuarij ſiniſtra parte collocauere, atque marmoreo elegantiſſimo opere ſepulcrum excitarunt: adiectaque hac epigraphe anno 1481. eius memoriam conſecrarunt.

Vgo-

D. O. M.

Vgonis Ottonis tertij Affini, ac
Camerti Marchionis And bergenſi.
Qui D. Benedicto hoc olim et ſex
alia Cœnobia condidit. Pij huius
Loci monachi, de ſe benemeriti.
Sepulchrum vetuſtate attritum
Inſtaurauit Anno ſalutis
MCCCCLXXXI.

Pulcherrimum hoc grati in tantum marchionem animi opus admirationem pluribus conciliauit, cum, non modo inter ſuperbiſſima huius vrbis verum totius Italiæ ſepulchra, ac vetera nobiliſſima monumenta collocari poſſit, nec exiguam ab omnibus monachi gratiam collegere, cum poſtea in ſuo clauſtro eiuſdem marchionis ſimulacrum ſumma arte expolitum è marmore erexerunt, vbi ſequens ſpectatur inſcriptio.

Vgoni
Hetruriæ Camertium
Spoletanorumq;
Duci et Marchioni
Alberti Marchionis filio
Ottonis Italiæ Regis
Nepoti
Abbatia Florent.
Magnificentiſſ.
Pientiſſimoq; fund.
IϽCXVI. a morte Anno
Statuam erexit
Poſt honorarium Monumentum
Poſt ſolemnia anniuerſariæ
laudationis parentationiſq;
Poſt quotidianas inferias
Grati animi
Empidoſio
A. D. CIϽIϽCXVII.

Ego ſanè in præclariſſimo horum monachorũ facinore præterire non poſſum, quin eos à calumnia ingrati animi à Baronio ipſis inuſta vindicem, dum retulit ſuis Annalibus tom. 11. eos ſepulchrum illud porphyreticum, in quo tot annis Hugonis oſſa iacuerãt, nobiliſſimo ciui Florentino tradidiſſe, qui eo ad hortum adornandum vſus fuerit; cum nobiliſſima Imperatorum, ac ſanctiſſimorum virorum ſepulchra iniurijs temporum, in vſus minus decoros conuerſa videamus, hoc vero Hugonis ſepulchrum non ingrati animi vitio inde amotum ſit, ſed ad recolenda ſuauiſſima memoria illius beneficia, longe nobilius ipſius cineribus fuerit excitatum, atque annis ſingulis magno nobilitatis concurſu Diui Thomæ Apoſtoli feſto recurrentem ipſius obitus diem ſumma religione celebrent, elegantiſſimaque oratione illius encomia illuſtrent. Sed parcimus præclariſſimi ſcriptoris erga laudatiſſimum, atque de Eccleſia ob ſuam pietatem optime meritum marchionem zelo, qui haud bene de tota re inſtructus, nec ſepulchri noui conſpecta elegantia, ac magnificentia, monachos ingrati animi ira ſuccenſus perſtrinxit, cum illos potius extollere laudibus debuiſſet, ob tanti principis à ſilentio hominũ; obliuioneq;

A memoriam vindicatam. Remitti etiam tanti viri auctoritati poteſt, ea carpſiſſe, quæ ob adulteratas traditiones plus fuci, quam veri obtinent, nec ita Baronio mirum videri debuit, Hugonis vitam cum aliquo errore deſcriptam fuiſſe, in nouoq; illo Epitaphio marchionis Magdeburgienſis nomen affingi, cum illuſtre, & conſpicuum ſit, non traxiſſe è Germania genus, vt eorum temporum auctores aſſerebant, cum alij recentiores in historia verſatiſſimi in huius Hugonis vita in errorem impegerint, eoque tempore quo renouatum Epitaphium eſt, non ita inueſtigandæ veritatis ſtudium vigebat, & vt ferebat ætas, vulgi ſermonibus corrupta inquinataq; erroribus traditione fultis temerè credebatur, ſed hanc digreſſionem mittamus, alijs
B aſperſam ingratæ mentis vitij labem eruditiſſima diligentia diluendam detergendamque relinquamus. Guidoni qui magno virtutum ſplendore in Florentina Eccleſia, quam paucis annis rexit, adminiſtrãda effulſerat, has exuuias reliquit, nec alia ad nos de eo cognitio emanauit, quam quod Podio ſucceſſerit, inclytoque marchioni ſepulchrum excitari viderit.

18 N.... poſt Vvidonem hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit, cuius nomen non exprimitur in Lamberti ſucceſſoris documento, vt infra videbimus, in quo Podium quartum ſuum prædeceſſorem appellat, vnde poſt Podium, vel Vvidonem, alterum Epiſcopum ante Ildebrandum neceſſe eſt interceſſiſſe.

C 19 ILDEBRANDVS ſecutus eſt, primaque eius memoria occurrit in anno 1008. Eius temporibus, qui ſumma prudentiæ laude Eccleſiam ſuã adminiſtrabat, comes Boniſacius nobiliſſimam ac ſolemnem donationem in D. Mariæ Abbatiam contulit, quæ eadem illa eſt, quam Vvilla comitiſſa condiderat, cuius ſeries è ſuo exemplari eruta & ſequentibus verbis expreſſa eſt, è quibus elici nõ poteſt, vt aliqui ſcriptis mandarunt, hunc Boniſacium marchionis Hugonis fratrem extitiſſe.

☞ *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ab Incarnatione eius anno nono poſt mille pridie idus Auguſti Indictione VIII.* Ego quidem Boniſacius inclytus marchio filius D. Alberti, qui fuit comes, quia profeſſus ſum legem viuere Ribuariorum, quia per Dei timorem, & Ss. Patruũ, & æternã retributionem animam meam libenti animo, & cum bona
D & ſpontanea mea voluntate, ſine vllam vim pati, & nullo me penitus cogente, aut vim inferente, ſed meo deliberatus arbitrio, a præſenti die iuxta legem meã Ribuariorum per hanc chartulam offerſionis dare, & offerre, atque tradere prævidi in perpetuum in Eccleſia, & monaſterio ſanctæ Mariæ cum alijs vocabulis, ſcilicet quæ eſt conſtructa in ciuitate Florentiæ, vbi modo D. Marinus Abbas præeſt, id eſt, curte, & caſtello cum omnium iurium ſuorum pertinentijs, & adiacentijs iuris mei, quod eſt poſitum in loco Brollo, ſicut mihi in integrum ſucceſſit de pagis genitoris mei, & mihi modo liber eſt pertinens, atque dare, & offerre prævidi in integrum curtem cum omnibus iuribus ſuis, & pertinentijs, quæ eſt poſita in loco Radda. Atque ſimiliter dare videor curtem, & caſtellum cum omnibus ſui pertinentijs

in loco

in loco Elgnano, & Seiano, ſed dare, & tradere videor terras, & res meas in loco Peſalla, & in loco Boiano, id eſt, prænominatis omnibus, curte, & caſtello cum ſuis pertinentijs, cum curte, & donnicatis, & omnibus rebus adiacentibus, & pertinentibus earum, cum caſis, curte, hortali, atque vineis, campis, paſcuis, pratis, filiceris, cultis rebus vel incultis, diuiſis, & indiuiſis, mobilibus, & immobilibus, ſeſeque mouentibus aquis, aquarum decurſibus tam in montibus, quam in planis, rupis, rupinis, molendinis, piſcareis, omnia, & in omnibus vbicunque per loca, & caſali, vel vocabulis, appenditijs de ipſis curte, & caſtello cum omnibus iuribus ſuis, & pertinen. & adiacen. ſicut ſupra legitur, pertin. & mihi, pro quouis modo eſt pertinen., in integrum per hanc chartulam offerſionis iuxta legem meam Ribuariorum per cultellum, fiſtucum, nodatum, vvantonem, vvaſonem terræ, atque ramos arboris iuxta legem meam Rituariorum, facio legitimam traditionem, & veſtituram ad partem iam dictæ Eccleſiæ, & monaſterio in eorum ordine, vt ſi me Dominus ſine filijs, & filiabus de legitimo matrimonio migrare iuſſerit ipſis rebus, ſicut ſupra legitur, poſt meum deceſſum, per hanc chartulam offerſionis, in perpetuum iam dicta Eccleſia habeat, teneat, & poſſideat pro anima mea. Et ſi forſitan Dominus mihi filios aut filias de legitima coniuge habere iuſſerit, ipſas res, ſicut ſupra legitur, habeant, & teneant ad eorum iura proprietatis diebus vitæ illorum, & ſi ipſi eorum ſine filijs, & filiabus migrati fuerint, hæc chartula offertionis in ſuo robore permaneat, atque perſiſtat, ſi hæc omnia fuerint, vt ſupra legitur, poſt meum deceſſum, ſi filios aut filias de legitimo matrimonio non habuerim, vllus de hæredibus, aut prohæredibus meis, ſeu vllus de parentibus meis, aut alia quælibet perſona magna, vel parua hanc chartam offerſionis irrumpere, aut violare tentauerit, aut de ipſis rebus ſicut ſupra legitur retollere, aut cõtradicere præſũpſerit quouis aut modo ingenio ab ipſa iam dicta Eccleſia, monaſterio aut ab ipſo Abbate, qui ibidem pro tempore aderit, inferimus partis ipſius Eccleſiæ, & monaſterij mulctam, quæ eſt pœna auri optimi libras CCC. argenti pondera DC. & poſt pœna ſoluta omnia, & ſingula ſupradicta, vt ſupra legũtur omni tempore maneant in ſua firmitate atque perſiſtant cum ſtipulatione ſubnixa. Et pergamenam, pennã, atramentarium iuxta legem meam Rituariorum de terra leuaui, & Rolando Notario ad ſcribendum dedi, & eam talibus Teſtibus ſubſcribere rogaui, atque his ſunt legum per meos, & octo attulit ad roborandum.

Actum in loco Planorio territorio Mutinenſi. Bonifacius Marchio in CC. ſignũ ſub. manus Gherardi filij quõd. Adalberti te. rog. teſtis ad omnia cui relectus eſt.

Ego Thomas dat. non. Ego Petrus filio alio rog. ſubſ.

Signum ss. Lincardo filius quondam Lamberto rog. teſtis ad omnia cui relectus eſt. Signum ſſ. manus Rodelandus filius q. Vvidi rogatus teſtis ad omnia cui relectus eſt. Ego Rolandus Notarius Imp. poſt traditam compleui &c.

Ildebrandus vero inſignis vir fuit, pietatiſque ſingularis, cuius temporibus ex Feſulanis ruinis

A mirum in modum Florentia creuit anno 1010. De qua re Varinus noſter ſic cecinit.

Aſt vbi Syllanos felix concordia ciues
Altius euexit, Feſulæ venere redactæ,
Sub iuga, tunc populi creuit numeroſa propago.
Vrbs inimica potens, viciuaq; mœnibus olim
Martigenæ, vlterius fines efferre negabat
Ac veluti quondam veteres auxere Sabini
Sub Tatio Romam: ſic vrbs Feſulana relicto
Vertice victricem tandem migrauit in Vrbem.

Poſt exciſas Feſulas mirum in modum creuiſſe, diuinum cultum, pietatéque Florentinorum ſub piiſſimo Ildebrando Præſule, vetus, & conſtans hiſtoricorũ opinio eſt: teſtantur hoc tot templa, cœnobiaque eo ſeculo ab ipſis ædificata, auctaque

B inuidioſis fortunis, quæ ſuis priuilegijs indultiſque firmarunt Otho, Henricuſque Imperatores.

Ildebrandus autem inter cætera pietatis officia quibus inclaruit, collabentem S. Miniatis martyris Baſilicam reſtaurauit, ac magnificè exornauit. Cæterum vt eius piæ munificentiæ perẽnaret memoria, illorumque iugularetur error, qui eius Baſilicæ magnificam reſtaurationem in Henricum Imperatorem, ac Cunigundam eius vxorem inſignis pietatis fœminam retulerunt, hanc antiquam ſcripturam hic ſubijciendam curauimus, in qua apertiſſime eius ædificationis tota gloria in Ildebrandum redundat, qui etiam ibi à ſe monachorum Collegium inſtitutum, à Florentinorum Præſulum arbitrio dependere decreuit.

C ☞ *In nomine Domini Amen*. Anno ab Incarnatione eius tertiodecimo poſt mille, Imperijque Henrici Romanorum Auguſti quinto Kal. Maij Indictione vndecima. Dum ego Ildebrandus nulla meritorum prærogatiua ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Antiſtes oratoria noſtræ ſedis propria circũirem, atque quæ neglecta inuenirem, meliorare ſatagerem, inueni Eccleſiam non longe ab vrbe ſitam in honorem ſancti Miniatis martyris dedicatam, antiquituſque vocabulo monaſterij inſignitam, quam quia nimia vetuſtate neglectam, atque pene deſtructam inueni, qualiter renouare potuiſſem, anxie cogitare cœpi. Hæc autem ad agenda ideo maxime deſiderio ardebam, quia venerabile corpus dicti martyris ibi repoſitum audieram. Quapropter meum ſeniorem ſcilicet Imperatorem adire ſtudui, quatenus illius cõſilio iuuamineque animatus perficere valerem quod deſiderarem.

D Qui meo deſiderio, diuina inſpirante clementia non modice congaudens, monaſterium, in prænõminata Eccleſia ſicut antiquitus fuerat, me conſtituere admonuit, ſeque mihi fauere promiſit. Reuerſus igitur ad noſtram ſedem, ſuæ Beatitudinis accepta licentia, Canonicis totique clero, nec non & laicis noſtræ ciuitatis meum velle innotui, cõſiliumq; quod ab Imperatore, meiſque fratribus Epiſcopis acceperam, per ordinem patefeci; quod placuit omnibus. Itaque ad peragenda, quæ præmeditaueram, cunctorum accendebatur animus. Reuoluens igitur animo fragilẽ noſtræ mortalitatis naturam, vitæque metam omnibus incertam, induciarum occaſionibus poſtpoſitis, ordinationi cœpi inſiſtere præcogitati operis. Inchoato igitur diu deſiderato opere pretioſiſſimas gemmas audi-

tu tantum antea ex parte cognitas plenius quam audieramus viſibiliter in præfata conditas Eccleſia non tam, vt decuit, inuenimus, corpus videlicet venerabile beati Miniatis martyris, plurimorumq; eadem martyrij palma coronatorum, vnde noſtrū magis, ac magis accendebatur deſiderium: confeſſionem vero conſtituentes, ſacratiſſimumque reliquiarum theſaurum eleuantes, iuxta noſtræ qualitatem poſſibilitatis, & reuerentiam recondimus, & quomodo ibidem Deo ſeruientes viuere potuiſſent, ordinauimus. Ego quidem Ildebrandus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Præſul indignus, pro Dei amore, meæque remedio animæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorū meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Florentinæ ciuitatis, nec non pro anima Henrici Imperatoris ſenioris mei, ſuæque præclaræ coniugis Cunigundæ, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſeu Regum iſtius Regni Italici, ſeu pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus ad prælibatum monaſterium dederunt, vel datum ſunt, & pro omni populo Chriſtiano, ſæpe dictam ſancti Miniatis martyris Eccleſiam ſancti Ioannis, quæ ſita eſt infra territorium de plebe S. Reparatæ ſita in ciuitate Florentiæ, ad monaſticum ordinem confirmo, atque vna cum conſenſu, & auctoritate Sacerdotum, Leuitarum, omniumque canonicorum, totiuſque cleri, nec non & cum beneuolentia laicorum iſtius Florentinæ ciuitatis, omnia quæ ad eandem Eccleſiam, ſiue monaſterium ſancti Miniatis pertinent, aut pertinebunt, ad recreandum neceſſitatem fratrum ibidem ſub regula, vel Abbate Deo ſeruientium perpetualiter concedo, locum videlicet, & montem, in quo poſitum eſt monaſterium, qui antiquitus Florentinus vocabatur, nunc vero Mons ſancti Miniatis, vna cum omnibus adiacentibus, & pertinentibus, & in circuitu ipſius, quam etiam infra ipſum montem, ſiue in alijs locis cum ſeruis, & ancillis, & aldionibus vtriuſque ſexus illius Eccleſiæ vbicumque eſſe inueniantur, ſeu caſis, curtis, capellis, ſortibus, & donnicatis, ſiluis, terris, vineis, & omnibus rebus ad præfatam Eccleſiam pertinentibus vbicumque per loca, & caſalia, & vocabula, & confinia inueniantur, Eccleſiæ, monaſterioque S. Miniatis concedo atq; confirmo: ſimiliter conſtituo, atque ibidem concedo cœnobium S. Andreæ, quod eſt poſitum in ciuitate Florentiæ, prope forum Domini Regis, & prope arcum cum omnibus ſibi pertinentibus, caſis, curtis, ſortibus, donnicatis, Seruis, ancillis, aldionibus vtriuſque ſexus, terris, vineis, tam intus, quam foris ciuitatem vbique per loca, & caſalia, & vocabula, ſeu appendicia, & infra. Similiter concedo caſtellum, & curtem, quæ vocatur Mons altus cum omnibus ſibi pertinentibus, &c. Similiter medietatem quoq; caſtelli, quod vocatur Mons acutus, &c. ſimiliter do curtem, quæ vocatur Lonnano cum omnibus ibidem ad ſanctū Ioannem pertinentibus, cum vna capella in integro, quæ nominatur ſancti Miniatis, & quartam partem de alia capella, quæ vocatur S. Saluatoris.

Ego Ildeprandus ſancta Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quæ ſupra leguntur, confirmando ſubſcripſi.

Gerardus Archipresbyter conſenſi, & ſubſcr. &c.

A At non contentus Ildebrandus, Miniatenſe templum, cœnobiumque conſtruxiſſe, magnam etiam eidē dotē, cenſuſq; dixit, vt ſarto tecto cōſeruādo templo ſatis forent, eiſdemque monachi, qui D. Benedicti Regulam profitebantur, alerentur. Anno vero 1024. ſub vitæ finem, eidem monaſterio, ac monachis, quæ in hoc donationis diplomate continentur, munifice donauit, cuius adhuc exēplar in Archiuio monaſterij Montis Oliueti Florentiæ aſſeruatur.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Anno ab Incarnatione eius vigeſimo quarto poſt mille, & anno Imperij Henrici Imperatoris Auguſti vndecimo, menſe Aprilis Indictione ſeptima.

Veruntamen de æterna Beatitudine oportet omne
B humanum genus ſemper cogitare, vnde hic, & in futuro ſeculo apud omnipotentem Dominū locū refrigerij inuenire mereantur: & ideo auxiliante Domino ego quidem Ildebrandus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quia pro Dei timore, & remedio animæ meæ, & remedio animarum anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum meorum Epiſcoporum iſtius Eccleſiæ, & domus noſtræ S. Ioannis vna cum conſenſu, & auctoritate ſacerdotum, & Leuitarum, atque cleri ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, per hanc chartulam cōcedo, & confirmo in Eccleſia, & monaſterio beati Miniatis martyris, quem ego Ildebrandus Epiſcopus quaſi ad monaſticum ordinem confirmaui, & eſt poſita ipſa Eccleſia, & monaſteriū in loco, & vocabulo
C Monte ſancti Miniatis infra territorium de plebe S. Reparatæ de ciuitate Florentia. Item cū omnibus adiacentibus, & pertinentibus ipſius Eccleſiæ, & monaſterij, tam in circuitu ipſius Eccleſiæ, quam & infra ipſum montē, ſiue & in alijs locis, cum ſeruis, & ancillis, & aldionibus vtriuſque ſexus ipſius Eccleſiæ vbicumque eſſe inueniantur, ſeu caſis, curtis, capellis, ſortis donnicatis, ſiluis, terris, vineis, & omnibus rebus, ad prædictā Eccleſiā, & monaſteriū pertinentibus vbicumque per loca, & caſalia, & vocabula inueniantur, vna cum Eccleſia, & plebe, quæ eſt in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ, quæ eſt poſita ibi prope ipſam Eccleſiam, & monaſterium. Similiter ibidē conſtituo, atque concedo cœnobium S. Andreæ
D quod eſt poſitum in ciuitate Florentia prope forū D. Regis, & prope arcam, cum omnibus ibi pertinentibus caſis, curtis, ſortis donnicatis, terris, vineis, ſeruis, & ancillis, vbicumque exinde pertinentes eſſe inueniantur. Similiter ibidem concedo Eccleſiā S. Felicitatis, quæ eſt poſita prope Capo de monte, cum cœmeterio, & certis terris, & vineis quæcumque de ipſa Eccleſia tenet Ioannes presbyter, & filij Vrſi presbyteri. Nec non & omnem decimationem meam propriam de meo donnicato per omnes meas curtes, & caſas, vna cum caſtello, & curte, qui Mons altus dicitur, cum omnibus ſibi pertinentibus, terris, vineis, ſiluis donnicatis, & vna capella infra ipſum caſtellū poſita in honorē ſancti Bartholomæi, & ſancti Miniatis, & terris, & ſilua in loco Caternano, quæ fuit à dicto filio bonæ memoriæ, & ſorte integra in loco Acuana, quæ fuit de ipſo a dicto per chartulam offerſionis Eccleſiæ noſtræ dedit, & tradidit, & in-

tegra curte,ſortibus, & donnicatis, terris,& vineis, quę Epiſcopo ſita in loco Ducio, quibus concambiauit cum Florentio, & Ioãne Georgij filijs Bartholomæi Martini,& cum ipſo caſtello,& curte,& ſortibus,& ſilua,& rebus illis infra territoriũ de plebe ſancti Andreæ ſita Ducio, & medietate de caſtello,quod vocatur Mons acutus cũ omnibus ſibi pertinentibus, quod eſt poſitũ infra territoriũ de plebe S.Martini, ſita Viminicio,& vna cum integra curte,& domnicato,& ſortibus de loco Caſentino, vbi,& Lonnano vocatur vna cum integra capella, quæ eſt in honorem ſancti Miniatis, & quartam partem de alia capella, quæ vocatur ſancti Saluatoris, cum terris, vineis, caſis, ſortibus, alpibus, & donnicatis,ſiue appendicialibus ad eandem curtem,quæ vocatur Lonnano pertinentibus infra territoriũ de plebe S.Mariæ, ſita Staia, & S. Martini ſita Terdinula, curte quoque de . . . . quæ eſt poſita infra territoriũ de plebe ſancti Andreæ ſita in Poio, ſeu capella in honorem ſancti Miniatis, quæ eſt poſita prope Fluuiũ Arnũ,& prope locũ, qui dicitur Capraria, ſeu curte integra cum ſortibus,&doon icatis ibidem pertinentibus, quod eſt infra territoriũ de plebe ſancti Ioanois ſita Suffignano vna cum Eccleſia,ſita in honorem ſancti Petri in loco qui dicitur Cauellianas, ſeu illam partem, quam acquiſiuit de Eccleſia ſanctæ Mariæ ſita Padulæ cum terris, & vineis ibidem pertinentibus,atque Eccleſia B. Mariæ in loco Licio, prope Petriolũ, quod eſt infra territoriũ de plebe S. Stephani, ſita vno pane,ſeu terra, & ſilua, quod eſt caſtagnetũ, quod ego per cambium acquiſiui, quod eſt poſitum prope caſtellum, quod dicitur Petra Menſula infra territoriũ de plebe ſancti Petri, ſita Vallia. Similiter in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſancti Miniatis omnem redditum, qui annualiter exierit de mercato illo, quem egò inſtitui prope iſtam ciuitatem Florentiam. Ibidem concedo capellam vnam, quam ego contraxi, & conſecraui in honorem ſancti Maioli confeſſoris, in loco qui dicitur curte Frida infra territorium S. Petri ſitũ Baſillæ. Ideo cũ prædictis omnibus caſis, & Eccleſijs,caſtellis,curtis,ſortibus,& dõnicatis,& omnibus illis rebus, vna cum domibus, ædificijs ſuorum, & omnia ſuper ſe, & infra ſe habentibus vbicunque de omnibus prædictis rebus pertinentibus, ſicut ſuperius legitur, & inuenitur in his, quæ præſcripta habentur,ſancto Miniati, ſuoque monaſterio deuote offero,& quæcunque illuc vnquã dedi per vim chartulę ſcriptione perpetualiter cõfirmo,& pro Dei amore,Filijq; retributione vt in futuro exinde remunerari mereatur de meis vſibus præſentialiter ſubtraho,& in poteſtatẽ,vſumque prædicti monaſterij ſancti Miniatis,& Abbatis, qui ibidem pro tempore ordinatus ſuerit, nec non ſpiritualium fratrum, quos ibi Deus in eundem locum congregare dignatus fuerit, in integrũ poſſidendum concedo, nec non firmiter conſtituo vt nulla perſona hominum, de prædicto monaſterio,ſeu de præfatis rebus poteſtatem,aut aliquod dominium nullo modo habere poſſit, excepto Abbate, quem ego, aut ſucceſſores mei ad ius atque ſub defenſione ſancti Ioannis ibidem ordinatus. Si quis vero de meis ſucceſſoribus, ſiue

A cuiuſcumque ordinis ſit, hanc chartulam corrũpere præſumpſerit, eaq; quæ in ea corroborata ſun ipſi Eccleſiæ, & monaſterio ſancti Miniatis pro malo ingenio abſtrahere præſumpſerit, cum Iuda traditore mancipetur, & ſocietur, & cum onere magno perpetuo pœnas mortis ſentiat,ſed inſuper componiturus, & ſoluturus eſſe debeat prædictæ Eccleſiæ, & monaſterio S. Miniatis martyria Chriſti pœnã nummorũ de bono auro libras centum. Hanc vero chartulam ego Petrus Notarius per rogatum ipſius D.Ildebrandi Epiſcopi ſcribẽdo,atque laudando confirmaui. Acta Florentiæ exemplaria.

Ego Ildeprandus S. Io. ſeruus, & indignus Epiſcopus a me facta fuit, &c.

B *Gherardus Archipresbyter conſenſi, & adfui.*

Ego Rainerius rogatus teſtis.

Ego Gottifredus Vicecomes rogatus teſtis.

Ego David Vice dominus rogatus teſtis.

Ego Petrus Primicerius adfui.

Haldebertus Iudex ſubſcripſi.

Ego Petrus Notarius Scriptor poſt tradita compleui.

Petrus Iudex domini Imperatoris autentica huius exemplaris vidi, & legi, & hoc exemplar propria manus inſcriptione roborando ſubſcripſi.

Hugo Iudex D. Imperatoris autentica illa vidi, & legi, & in hac exemplata manu mea ſubſcripſi.

Haldebertus Iudex qui autentica illa vidi, & legi
C *& in hac exemplata manu mea ſubſcripſi.*

Ego Albertus Notarius qui autentica illa vidi, & legi, & quicquid in ea vidi, & legi, in hac exemplata fideliter exemplaui.

20 LAMBERTVS viſus eſt detersiſſe mœrorem,quem Florentini hauſerant ex Ildeprandi deceſſu anno 1025. Cæterũ Lambertus vbi primum ad Florentinam ſedem ſubuectus eſt, tamquam monaſterij ſancti Miniatis dominus Abbatiolam ſancti Andreæ Petro Primicerio attribuit. Cauit autem ne ex hac donatione a monaſterio ſancti Miniatis intelligeretur diuulſa, vt ex hac eius ordinatione liquido conſtat, quæ extat in capituli tabulario.

☞ *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Anno ab incarnatione eius vigeſimo quinto poſt mille, & quarto nonas Auguſti, Indictione octaua.
D Ideoq; Lambertus venerabilis ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ſecundum conuenientiam noſtram, & quia dare, atque haben. &c. Et Eccleſia ipſa reconcianda, & per vos Sacerdotes officium miſſam,orationem,incenſum,& luminaria dia noctuque in ipſa Eccleſia,ipſa faciendum,tenendum, fruendum, ſeu habendum dare prouidi vobis, Petro Primicerio Andreæ filio, & Sichelmo clerico, & Petro, & Gotardo, & Ildeprando filij Alberghæ, & ipſã integrã Eccleſiã, & oratoriũ illud quod eſt in honorem ſancti Andreæ, quod eſt ſitũ in ciuitate Florentia prope arcũ vna cum offerta,& mortuorum, & cœmeterio de ipſa Eccleſia, vna cum caſa,& terra, quæ eſt ſita prope ipſam Eccleſiam, ſedet terra illa, quæ dicitur Piſcinale, ibique prope ipſã Eccleſiã iuxta caſã habitationis tuæ, qui ſupra Petrus primicerius, & fini terra, & caſa Rainerij filij Gerardi, & Rodulphi nepotis ſui, & prope caſam Giudetti nunc filij . . . . .

in media via, & prope illum parcum, ſed & decimationem illam Petrus Primicerius ad iura de ipſa eccleſia detineus de loco quidem iuxta eccleſiam, & rebus prædictis, vnà cum omnibus ædificijs ſuotum, vel omnia ſuper ſe, & intra ſe habentibus prædicta eccleſia, & monaſterio noſtro ſancti Miniatis in integrum ſicut ſuperius legitur eas vobis Petrus Primicerius, & ipſi, & a veſtris hæredibus, aut qui de vobis ſuper alium vixerit, dare, & firmare prouidi, & mihi Lamberto Epiſcopo, & meis ſucceſſoribus, & poſteris, & ipſi Petro Primicerio, & ipſis veſtris hæredibus inter vos toti dare debetis penſionem pro ipſa eccleſia, & rebus illis omni anno in feſtiuitate ipſius ſancti Andreæ, ibique ad ipſam eccleſiam, aut ad ipſum monaſterium noſtrum ſancti Miniatis, vnde ipſa eccleſia pertinent ad miniſteriale, aut apposito, vel admiſſo ipſius eccleſiæ, & monaſterium S. Miniatis per vos, aut miſſum veſtri argentum denarij viginti, & quatuor boni, & pend. . . & non am plius, & ſi vos adimplentes, & ſi ego Lambertus Epiſcopus, vel de meis ſucceſſoribus, vobis ipſis Petro Primicerio, & de hæredibus veſtris de ipſa eccleſia, & rebus illis, tam de mobili, quam de immobili, mouere, aut minuere, vel retollere, aut amplius quam ſupra legitur vobis ſuperimponere præſumpſerimus, tunc componituri vobis eſſe pœnam debeamus nummorum de bono argento libras viginti. Quidem & vos Petrus primicerius, & Sicbelmus Petrus Gherardus vobis offerti ſumus, quia omnia vt ſuperius legitur ſic inter nos conueniant, nam ſi tollerimus nos, vel noſtri hæredes dare, & adimplere pro omni anno, ibique & ipſa eccleſia, vel a monaſterio ipſius ſancti Miniatis ad appoſito, vel a miniſteriali, aut a miſſo ipſius eccleſiæ illa penſione, ſicut ſupra legitur; & ſi illa eccleſia, & rebus dimittere præſumpſerimus, aut ſi officiis opus miſſa, & traditione; incenſum, & luminaria, oſterſiones, aut per vos tres ſacerdotes in ipſa eccleſia facere neglexerimus, tunc illa prædicta pœna libras viginti parti veſtræ componere debeamus, vnde duo libelli ſcripti ſunt.

Actum Florentiæ, &c.

† *Ego Lambertus Epiſcopus.*

† *Ego Petrus Primicerius a nobis facti, &c.*

† *Ego Sichelmus Clericus a nobis facti, &c.*

† *Ego Petrus a nobis facti, &c.*

† *Ego Gherardus a nobis facti, &c.*

† *Ego Leo Abbas de Monaſterio ſancti Miniatis, in hoc libella conſenſi, &c.*

† *Ego Thenſo Presbyter, & Monachus conſenſi &c.*

† *Ego Ottriſo Presbyter, & Monachus conſenſi, &c.*

† *Ego Ioannes Presbyter, & Monachus conſenſi, &c.*

Signi manus prædicti Ildebrandi, qui hunc libellum, ſicut ſupra legitur, fieri rogaui, &c.

† *Ego Daccitio Vice dominus rogatus teſtis, &c.*

Signi manus Theoderici filij b.m. Theoderici rogatus teſtis.

Ego Haldebertus Iudex ſubſcripſi.

Ego Florentius Notarius Scriptor poſt tradita compleui.

A *Supradicti Petrus Primicerius, & Sichelmus, & Petrus Gherardi, & Ildebrandi filij Alberghæ, eccleſia S. Andreæ in ciuitate Florentia, vna cum offerta mortuorum, & cœmeterio, qui de ipſa eccleſia, & oratorio, & decimationem, quam ipſe Petrus donauit, &c.*

Anno vero 1028. idem Lambertus ex ſingulari pietatis ſtudio, munificentiam æmulaturus Ildebrandi anteceſſoris, non modo, quæ vita functus huic donauerat monaſterio, rata habuit, ſed etiam addidit multo maiora, ſolemnique diplomate firmauit, vt in ſubiecto liberalitatis monumento perſpicitur, ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Opportunum valde eſt, vt vnuſquiſque homo de ſalute animæ ſuæ tanto ſit ſolicitior, B quanto magis de hora vocationis exiat incertus. Quam vocationis horam Veritatis voce ſtudioſè obſeruare iubemur, cum in Euangelio fatuis virginibus ad nuptias Regis intrare volentibus, oleumque in ſuis lampadibus non habentibus terribili admonitione præcipitur: Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc terribilem ſententiam ego Lambertus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ quamlibet non æquis meritis Epiſcopus, mente reuoluens, meique Præſulatus ordinem magno pondere grauatus præcauens pro viribus in quantum Deus dederit, cordis intentionem ad has æterni Regis nuptias bonorum profectus operum vigilando, atque ad reparandos Eccleſiarum mihi commiſſarum honores, C ſummo conamine dirigere ſtudui. Cumque multis inſiſterem operibus, & ſecularibus curis preſſus, deuotionem mentis in tutum reuolui, hic namque locus multorum Martyrum patrocinio luculentus, tanto eſt ſaluandis animabus habilior, quanto & a ſeculari tumultu remotior, & ſanctorum ibi quieſcentium, & religione ſacratior. Quamuis enim præcipuorum Martyrum fuiſſet ibi eximius principatus, vſque tamen ad noſtri prædeceſſoris felicis memoriæ Ildeprandi tempora incultus iacuit, & inordinatus permanſit. Prælibatus igitur Antiſtes Monaſterium ibi fieri decreuit, ordinauitque in eodem loco fratribus, & Abbate ibi præpoſito, vitæ neceſſaria in quantum valuit decenter miniſtrare curauit, qui quouſque vixerit, prædijs, alijſque muneribus D pauperis loci ſurgentem ſpeciem ampliauit, & quoniam quæ fuerant neceſſaria, mortis meta interueniente explere non valuit, mihi, qui ſucceſſionis cathedram in præfata eccleſia teneo, partem ad ſacri loci reparationem, atque augumentum credo relictam a Domino. Non enim diffido me participem fore tantæ remunerationis, ſi adiutorium impendere ſatago tam ſacræ, venerandæque ordinationi. Ergo imprimis omnia quæcumque fel. mem. Ildeprandus Epiſcopus prælibato Monaſterio contulit; ego Lambertus Epiſcopus nulla neceſſitate, nec alicuius rei ſuggeſtione infectus, ſed corde perfecto, & animo volente pro Dei amore, meæque remedio animæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Florentinæ ciuitatis, necnon & pro anima Conradi Imperatoris Sereniſſimi Senioris

mei

mei, necnon & pro anima ſuæ præclaræ coniugis Giſlæ excellentiſſimæ Imperatricis, necnon & pro ſalute Henrici filij ſui, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſiue Regum iſtius regni, atque pro ſalute, & remedio animarum Ducum, ſeu marchionum Tuſciæ, & pro ſalute, & incolumitate clariſsimi marchionis Boniſatij, necnon & pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus prælibato Monaſterio aliquod beneficium fecerunt, vel facturi ſunt, concedo, confirmo, & in perpetuum vigere exopto, eo videlicet ordine, vt ſi forſitan, quod abſit, aut ego aliuſue ex meis ſucceſſoribus quacumq; occaſione tollere voluerit, aut imminuere aliquid ex ijs, quæ præfatæ Eccleſiæ fuerunt, vel quæ nominatus Antiſtes inibi contulit, vel quæ ego, Domino iuuante, per hanc donationis, & confirmationis chartam dare modo videor, vel daturus ſum, partem habeat cum Iuda traditore, & ſit anathema Maranta. Concedo igitur præfatæ eccleſiæ ſancti Miniatis martyris, quæ ſita eſt infra Plebem ſanctæ Reparatæ ciuitatis Florentiæ cum auctoritate, & conſenſu ſacerdotum, vel leuitarum, & totius cleri noſtri Epiſcopatus, curtem quamdam de proprijs prædijs ſancti Ioannis, quæ Morelli dicitur, quæ eſt infra territorium Plebis . . . . vna cum ſortibus, & domnicatis, terris, & vineis, & omnibus rebus illis, quæ prædictæ curti pertinent. Similiter concedo præfati monaſterij proprio ſancti Ioannis Baptiſtæ Florentini Præſuli ius, & eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli ſitam in burgo Senenſi, vbi Camullia dicitur, cum cœmeterio, caſis, terris, & vineis, quæ ſunt poſitæ iuxta eccleſiam iam dictam, & prope eccleſiam ſancti Baſilij, & in alijs locis eiuſdem burgi, & aliam terram cum caſa prope arcum, vbi dicitur Taberna, & integrum manſum in loco, qui Cellulæ dicitur, quod erectū fuit per Lamiſcium Maſſarium, & poſtea per Bonizonem Dom. . . . . & infra territorium plebis ſanctæ Mariæ ſitæ in ciuitate Senenſi, & aliud manſum, quod eſt in caſali, cuius Mincis vocabulum eſt, quod erectū fuit per Ildum Maſſarium, & eſt in territorio plebis S. . . Quæ idem prædicta eccleſia ſancti Petri cum cœmeterio, terris, domibus, & vineis loci eiuſdem Seneuſis, & cum manſis ſupradictis pro animabus ſuis remedium, Bernardus, & Rainerius, & Vvalfredus . . . & comitis, & Vvilla comitiſſa coniux Rainerij patruelis iſtorum offerſionis cauſa ſancto Ioanni Præſulatus noſtri conceſſerunt tempore Podonis Quarti prædeceſſoris noſtri. Et ego hoc monaſterio tribuo, & pro animabus illis redemptionem, & parentum ſuorum viuorum, & mortuorum, & in perpetuum fratres in præfato monaſterio ſub Abbatis imperio Deo ſeruientes perenniter fruantur, habeant, & legaliter ad ius ſancti Ioannis prædicti præſulatus, & meum, meorumque ſucceſſorum omnium teneantur, omnium hominum inquietudine remota. Et quoniam ſcio quoſdam vel modo, aut in futuro diaboli ſpiritu plenos, quicumque ille eſt, vel fuerit, qui præfatum monaſterium in hoc paruo noſtro munere inquietare voluerit, aut tollere, vel diminuere, in infernali pœna cum Iuda Chriſti proditore in perpetuum maneat. Hanc vtique noſtram donationem & anterioris noſtri tali tenore contribuo, & confirmo, vt ſi iſte Leopardus eiuſdem ſancti Miniatis Abbas, aut aliquis ſucceſſor eius voluerit, & conſiliatus fuerit, aut aliquis monachorum ibi ordinatorum, vt iſtam noſtram donationem, vel anteceſſoris noſtri, aut prælibatum monaſterium de iure ſancti Ioannis Epiſcopatus noſtri aliqua poteſtate abſtrahat contra meam, & ſucceſſorum meorum omnium voluntatem, maledictionē, nulla impediente poteſtate, habeat. Ego, & mei ſucceſſores prædictum monaſterium, cum ſuis pertinentijs ad voluntatem, & poteſtâtem noſtram præcipuè & poſtea Abbatem, qualem nobis placuerit abſque ſimoniaca hæreſi ordinare, vnde duas chartulas fieri iuſſimus, quarum alteram prędicto monaſterio dedimus, alteram vero in noſtro epiſcopio reſeruari iuſsimus ad rerum notitiam pro futuris temporibus.

Data anno Dominicæ Incarnationis vigeſimo octauo poſt mille, & anno Imperij Domini Conradi Sereniſsimi Imperatoris ſecundo in menſe Iulij, indictione vndecima feliciter exemplata.

† *Ego Lambertus ſanctæ Florentinæ ſedis, quamuis immeritus Antiſtes in hac ordinatione, & confirmatione, non ali quo compulſus timore, nec alicuius muneris donatione ſuggeſta a me facta fuit.*

† *Ego Sigeto Diaconus, & Cantor confirmo.*

† *Ego Gerardus Archipresbyter conſenſi, adfui, &c.*

† *Ego Petrus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Primicerius affirmo, & huic ordinationi præbui aſſenſum ſcribendi, &c.*

† *Rotocator Præpoſitus conſenſi ſponte, &c.*

† *Ego Rogembardus Presbyter, & Canonicus affirmo, &c.*

† *Ego Bonano Presbyter, & Canonicus conſenſi, &c.*

† *Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus confirmando conſenſi, &c.*

† *Ego Gerardus Subdiaconus, & Canonicus affirmo.*

† *Ego Gerardus Subdiaconus, & Canonicus affirmo.*

† *Ego Sichelmus Acolythus, & Canonicus huic ordinationi conſenſi.*

† *Ego David vicedominus conſenſi, &c.*

† *Ego Hugo Iudex, & Aduocatus affirmaui, &c.*

Petrus Iudex Domini Imperatoris, &c.

Habelbertus Iudex in hac paginicula propria iuſſione Domini, & inclyti Lamberti Magni Præſulis manu mea hic ſubter ſcripſi.

Ego Vvidus Archidiaconus, & huius ſancti Decreti voluntarius ſcriptor aſſenſum præbui, & iure completionis has litteras ſubnotaui.

Piè, ſanctèque Florentinam Eccleſiam rexit Lambertus vſque ad annum 1032. in quo ipſo anno rerum humanarum pertæſus, cum ſe paſtorali munere abdicaſſet, vitam monaſticam inſtituit profiteri, in quo vitæ genere cum incomparabili probitatis exemplum præſentibus, poſteriſ-

A que peregrinaſſet, vt pie vixerat, ſanctè etiam vita functus eſt. Huius meminit doctiſſimus Petrus Damianus, cum ſcriptis litteris apud Nicolaum Secundum Pontificem ſe excuſaret, cur & ipſe ad exemplum Lamberti munere Epiſcopali monaſticæ vitæ amore vltro abdicet.

21 Poſt Lambertum, ATHO Florentinam ſedem obtinuit, Præſul æterna memoria dignus. Hic ſtatim ad Epiſcopatum aſſumptus, nil magis cordi habuit, quam ſuos Canonicos ex certo inſtituto conuiuentes fouere, ac augere. Itaq; cum multas eiſdem opes attribuiſſet, etiam illorum domicilium ita ordinauit, diſtinxit, vt Benedictum Nonum Pontificem ea de re certiorem fecerit, volueritque ab eo firmari, quæ ipſe ſanxiſſet. Eius B petitionis epiſtolam hic libenter ſubijciendam curauimus, quod ab ijs Præſulibus exemplo olim futura ſit ſuper gregem ſuum inuigilandi, promouendique ad pietatem. Originale extat in Florentinæ Eccleſiæ tabulario apud Canonicos.

Sanctiſſimo, & omni veneratione colendo Domino noſtro Beatiſſimo Benedicto Nono, opere, & nomine, Acto ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, perpetuum in Domino famulatum.

Cum conſtet omnes in huius exilij peregrinatione viuentes perpetuo ſubſiſtere nō poſſe, & poſt ſolutionem carnis vitalem portionem animabus hominum remanere, ſiue iuſtis ad gloriam, ſiue impijs ad pœnam, neceſſarium eſt a temporalibus bonis animū remouere, atq; æternæ beatitudinis præmia iuſtitiæ opera aſſequi ſtudere, C quatenus in illa cœleſti gloria bonorum operum mercedem quiſque obtineat, & Angelorum cœtibus adiunctus æternæ felicitatis perfruatur gaudijs, qui hic mente ſedula retractare ſtuduit Salomonis ſententiam monentis: Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia valet apud Inferos, quo tu properas. Et in Euangelio: Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Et alibi: Videte ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbato. Quod ego Acto ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus mente pertractans, meiq; honoris pondera grauia eſſe cognoſcens, licet curis ſæcularibus grauatus vltra placitus, ſtudio tamen ſermonum, & operum ad reparandos Eccleſiæ mihi commiſſæ honores, pro meæ paruitatis modulo animi intentionem direxi, quatenus in illo D tremendo examine pro talento mihi credito a Domino merear audire: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituo, &c. Inter diuerſas igitur, ac varias curas poſitus, dum ad meliorem ſtatum reparare omnia ſtudeo, ordinata regere, inordinata ordinare ad Canonicorum ordinem vſque deueni, quem partem regulari tramite, partem vero, vt antiquus mos Eccleſiæ obtinuit, non decenter militare cognoui. Quod ego videns valde lætatus ſum, quoniam canonicus ordo ab initio mihi placuit, percunctari fratres magno cœpi deſiderio, quibus in rebus noſtrum vellent adiutorium, quod facere ardenti deſiderabam animo, fratres vero petierunt, vt primitus, quæ ab antiquis Epiſcopis in Florentina commiſſa ſunt Ca- A nonica, per decreti confirmationem paginam. Nos itaque per huius decreti inuiolabilem paginam confirmamus in prædicta Canonica quicquid temporibus retroactis, ſiue ab eiuſdem eccleſiæ Pontificibus, ſiue a fidelibus Chriſtianis, Regibus, vel Ducibus, ſeu etiam priuatis, & militantibus conceſſa ſunt, iuxta Florentinæ vrbis Pratum Regis, campum Regis, cum manſis, & territorijs omnibus, quæ modo in Florentina curte habet, & retinet prædicta Canonica; curtem de Cintoria totam, ſicut ipſi habere, & tenere videntur, & illam partem eis reddimus, quam Primicerius contra Canonica inſtituta vſurpare auſus eſt, Plebem è Sina, cum curte, & manſis, & territorijs omnibus, & decimationibus, quæ- B cumque ad eamdem plebem, & curtem pertinere videntur. Inſuper totum, quod Reuizo filius Lepiſti, pro ſalute animæ ſuæ, in eccleſia ſancti Ioannis contulit, vel in eadem canonica terram ſancti Proculi in prædicta plebe, quam Dauizo Vicedominus, eiuſque nepos Ioannes pro ſalute animæ ſuæ prædictæ contulerant Canonicæ; curtem de Laco, quæ eſt infra plebem ſancti Petri ſituatam, &c. cum omnibus adiacentibus, & pertinentibus ſuis, necnon vbicumque in omni noſtro epiſcopatu aliquid habeo, vel tenere modo videtur Canonica, fideli largitione confirmo. Præterea nos tam ſacræ religioni manum miſericordiæ adhibere cupientes ad communem vtilitatem fratrum dedimus, quicquid Gerardus archi- C preſbyter pro beneficio a noſtra eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam quæ in manſis, & in prædijs, necnon & quæcunque Stephanus Abbas, ex beneficio tenuit, iure perpetuo habendum eidem Canonicæ donaui. Similiter & quæcumque primicerij bona fuerunt in integrum neceſſitatibus fratrum habenda contradidi. Hanc igitur Canonicam ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, diuino amore augere, & perficere ſtudui, vt quaſi lucerna omnibus meis epiſcopij membris fratres in ea ordinati radios veri luminis infundant, & non ſolum pro ſalute viuorum, verum etiam debito mortis ſolutis Domino omnipotenti hoſtias placationis offerre dignas præualeant, necnon pro remedio animæ meæ, ſpeque futuræ remunerationis, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, D ſeu etiam omnium fidelium Chriſtianorum. Ne igitur omnia, quæ prædixi, quæ dedi, vel quæ Domino largiente daturus ſum, ad communem fratrum vtilitatem conferre curaui, vt ſimul manducandi, & bibendi, ſimul etiam dormiendi, ſecundum canonicam auctoritatem voluntatem habeant, neque diuiſi per cellulas, aut hoſpitia propriam voluntatem ſectentur, ſed ſub præpoſiti regula, quem nos ipſi ordinauimus, vel alienis alij Domini, cuſtodiæ quicquid dederint, ſiue in victu, ſiue in veſtitu, ſecundum ſacræ regulæ diſtributionem cum gratiarum actione communiter omnes capiant. Hanc denique ordinationis noſtræ paginam tibi ſanctiſſime Pater B. vel tuis ſucceſſoribus perpetua defenſione committo, & canonicam Florentinam Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis tuitione ſuppono, eo videlicet modo,

modo, vt ſi forſitan, quod abſit; aut ego, aut aliquis meus ſucceſſor, ſeu quæcumque perſona aliqua occaſione tollere, aut minuere, ſeu ad proprium vſum tranſmutare voluerit aliquid ex his, quæ præſata Canonica tenet, ſeu etiam quæcumque nos ibi conceſſimus, vt ſuperius continetur. Et inſuper plebem ſancti Hippolyti ſita Elſa, vel quæcumque Domino adiuuante daturi erimus, Præpoſitus, qui pro tempore fuerit, vel quiuis è fratribus liberam licentiam habeat Romanam appellare Sedem, Romana poſtulare patrocinia, & noſtro ſanctiſſimo adiutorio victoriam obtineat, & illæſa permaneat nunc, & ſemper, & per omnia ſecula. Quod ſi aliquis temerarius de prædicta Canonica tollere, vel minuere, vel de ijs, quæ habet, vel quæ ſibi dedimus, aut daturi ſumus, molitus fuerit, ſit damnatus maledictione Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & omnium ſanctorũ, & ſanctarum Dei, & partem habeat cum Iuda traditore, & ſit damnatus anathemate Maranta, & viuentes deglutiat eos terra, & Abbiron in ſeditione, &c. Quicumque ex ſupradictis violare aliquid præſumpſerit, & quicumque molitus fuerit tollere campum, & hortum, quæ nos Canonicæ dedimus, quæ eſt in noſtro domnicato, iuxta eccleſiam ſanctæ Reparatæ, & quicumque contra cambiationem de omnibus terris, quæ prælibatæ Canonicæ pertinent, facere auſus fuerit abſque voluntate, & conſenſu Reuerendi Præpoſiti, vel alterius, qui pro tempore fuerit, cæterorumque fratrum, qui in eadem eccleſia Domino militaut.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ Incarnationis trigeſimo ſexto poſt mille, præſidente in Pontificatu Romano glorioſiſſimo PP. Benedicto Nono, anno Præſulatus eiuſdem quarto, Imperante Conrado Sereniſſimo Auguſto, anno Imperij eius decimo, menſe Nouembris, indictione quinta feliciter.

† *Ego Benedictus ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Præſul, ſecundum prælibatam petitionem filij noſtri Actonis Epiſcopi confirmans hoc ſub defenſione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum Pontificum prædictam Canonicam ſuſcepi, &c.*

† *Ego Acto, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ epiſcopus, hanc decreti paginam a me factam, propria manu roboraui, &c.*

† *Benedictus Archiminiſter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

† *Petrus, quem dicunt epiſcopum S. Ruſinæ, confirmans hoc decretum ſubſcripſi, &c.*

† *Petrus diaconus S.R.E. ſubſcripſi, &c.*

† *Rolandus PP. ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

† *Dominicus ſanctæ Lauicanæ Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi, &c.*

Ioannes S. Portuenſis Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi, &c.

† *Ego Ioannes S. Florentinæ Eccleſiæ presbyter, & Card. ſubſcripſi, &c.*

† *Ego Petrus presbyter ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

Leo diaconus S.R.E. ſubſcripſi, &c.

† *Guido, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ dictus Archipresbyter, huic ſalubri commendatiſsimi robur ſi potuit, ſubſcribendo augeri manum ſuam extraneam ab ea minime fecit, &c.*

† *Ego Bernardus electus Archidiaconus conſenſi, ſubſcripſi, &c.*

† *Gerardus Archidiaconus S. Florentinæ Eccleſiæ, ſubſcripſi, &c.*

† *Ego Florentius ſubdiaconus, & canonicus S. Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

† *Ego Ioannes ſubdiaconus S. Florentinæ Eccleſiæ, ſubſcripſi, &c.*

Ego Rolo, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ diaconus & cantor præpoſitus, huius decreti fidus ſcriptor extiti, & demum propria manu roboraui, &c.

Cæterum Benedictus Pontifex ſequenti diplomate bona omnia ab Athone epiſcopo Canonicis conceſſa perpetuo confirmauit.

BENEDICTVS EPISCOPVS *Seruus ſeruorum Dei, Dilecto in Chriſto Rolando, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Præpoſito, alijſque Canonicis, & confratribus tuis, & ſucceſſoribus in perpetuum.*

Si iuſtis ſeruorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, procul dubio Apoſtolica præcepta ſeruamus. Quapropter inclinati precibus tuis, fili chariſſime; confirmamus, atque corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus Canonicis, quicquid in pagina conceſſimus, & confirmationis, quam videtur vobis feciſſe Epiſcopus nobis præſentibus ſcriptum eſſe conſtat, donec tamen in ipſa veſtra Canonica ita in modo ſeruatur regula, quam ſcilicet Canonicam tuendam, & defendendam per eamdem paginam ipſe videtur Epiſcopus, noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum Apoſtolicæ auctoritati tuendam, & defendendam commiſit, atque ſuppoſuit, vt quæ ea, & ſecuri ab omni læſione permanere valeatis deſiderio; hac itaque petitione tua inclinati diximus te præpoſitum, tuoſque ſucceſſores canonicam vitam ducturos, ſub noſtræ Apoſtolicæ defenſionis munimine ſuſcipimus, cum & bona omnia, curtes, & terras, quę veſtra & habet, & habitura eſt Canonica, videlicet & iuxta Florentinam vrbem Pratum Regis, cum manſis, & territorijs omnibus, quæ modo in Florentina curte habet, & retinet prædicta veſtra Canonica, curtem ſancti Andreæ, cum omnibus ſibi pertinentibus, curtem de Quinto, curtem de Cintoria totam, ſicut ipſi tenere, & habere videmini, & illam partem, quam Petrus Primicerius contra Canonica inſtituta vſurpare viſus eſt, plebem de Exinea, cum curte, & manſis, & omnibus territorijs, & decimationibus quæcumque ad eamdem plebem, vel curtem pertinere videntur. Inſuper totam, quod Theuzo filius Lepiſti pro ſalute animæ ſuæ in Eccleſia S. Ioannis contulit, vel in eadem Canonica. Terram ſancti Proculi in prædicta plebe, curtem, quæ eſt infra plebem ſancti Petri ſita Valeam, cum omnibus adiacentijs, & pertinentijs ſuis, necnon & vbicumque in eodem epiſcopatu aliquid tunc, vel tenere videtur ipſa Canonica, & quicquid Gerardus Archipresbyter pro beneficio ab ipſa Florentina Eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam

in

in manſis, & in prędijs, necnon & quæcumque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit. Similiter & quæcunque Primicerij beneficia fuerunt, atque plebem ſancti Hippolyti ſitam Elſæ; itemque campum, & hortum, qui eſt iuxta eccleſiam ſanctæ Reparatæ. Quæ omnia ſicut iam Gerardo veſtro Epiſcopo, vobis conceſſa ſunt, & confirmata. Ita nos tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabilimus in perpetuum, cum omnibus veſtris mobilibus rebus, ſeſeque mouentibus, quas modo habetis, vel vobis vbique pertinent, & in antea, Domino iuuante, iuſtè, & legaliter acquirere potueritis, ſiue ab eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, ſiue ab alijs hominibus publicis, & priuatis. Præcipientes igitur iubemus, & Apoſtolica auctoritate confirmamus, vt neque Epiſcopus eiuſdem ciuitatis, neque vlla parua, vel magna perſona habeat de veſtris rebus iuſte, vel legaliter vobis pertinentibus, vt dum canonice vixeritis, diſueſtire, moleſtare, inquietare, vel aliquam minorationem vobis inferre. Quod ſi quis temerarius auſus fuerit, niſi infra quadraginta dierum ſpatium emendauerit, anathematis vinculo obligetur, & a Regno Dei alienatus, vſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero cuſtos noſtræ ſanctionis extiterit, benedictionem, & gratiam omnipotentis Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & noſtram habeat.

✠ *Bene valete, &c.*

Sed non contentus Atho etiam ipſe donaſſe, quòd donationes prædeceſſorum ſuorum Canonicis factas liberaliſsime ratas habuit, confirmauitque hoc ſubiecto diplomate.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Sicut in huius vitæ via poſitis verſutia antiqui hoſtis non deſunt offenſionum ſcandala, ita nimirum, quia noſtris meritis ſaluari non poſſumus, ſed ſemper recurrendum eſt ad ſanctorum ſuffragia. Non eſt enim (vt ait Iob) qui viuat, & non peccet, & iam ſi vita eius vnius diei fuerit ſuper terram. Et Iacobus Apoſtolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quia ergo quotidie offendimus, quia vſu malę conſuetudinis inuoluimur, ſanctorum implorare oportet iuuamina, ſanctisque eorum locis larga conferre beneficia, quatenus eorum fulti iuuamine pignoris pœnitentiæ fructus ſic agamus in itinere, vt non priuemur æternæ beatitudinis gaudijs, &c. Quod ego Ath. ſanctæ Florenſis Eccleſiæ Epiſcopus, quamlibet peccator, & immeritus, aſſequi multum deſidero, & in quantum facultas ſupperit monaſterio ſanctiſſimi Miniatis martyris, ſociorumque eius, quorum copioſa multitudine pollet ſacratiſſimus locus ille, manum miſericordiæ quotidie adhibere delectat, & ad ſubſidium fratrum ibi famulantium, & quæ poſſumus de die in diem quamlibet exigua addendo præbere. Sicut enim felicis memorię Ildebrandus Epiſcopus, cuius labore, & ſtudio ad Cœnobij Saluatoris vſum ſublimatus eſt locus ille omnis, quæ per decreti ſeriem, ſeu cuiuſcumque obligationis titulum ibi contulit, & antiquitus collata ſunt, valida, & firmiſsima in æternum vigere optauit, atque ſanci-

A uit, atque poſt eum ſucceſſor ſuus Lambertus b.m. Epiſcopus per monita ſcripturarum addidit, ne fructu æternæ remunerationis de tam ſancto opere fraudaretur. Ita ego Ath. Epiſcopus omnia quæcumque in hoc venerabili loco iampridem a me per decreti paginam data ſunt, confirmo, corroboro, atque vt in æternum illibata ad vſum fratrum ibi Deo famulantium firmiter permaneant exopto. Quia vero, vt prædixi, animus ardet aliqua addere, quæ fratrum neceſsitatibus valeant ſuffragari, omnipotentis iuuamine plebem ſancti Andreę in loco Ducio pręlibato monaſterio conferre curaui, cum terris eidem pertinentibus, atque eius tota decimatione vbicumque per diœceſim eiuſdem plebis eſſe conſtat, omnique ſui

B iuris integritate quemadmodum antiquitus habuit, ita tamen vt diſtrictum, & poteſtatem illarum eccleſiarum illi reſtituere, quas Ildeprandus Epiſcopus plebi de monte Feſulis addere contra antiquum vſum voluit. Contuli præterea domum vnam in ciuitate Florentina, iuxta portam S. Mariæ prope forum, quam Ioannes, qui Morandus vocatur, detinet, cuius termini iſti ſunt, ex vno latere via publica, & alia via, qua itur ad eccleſiam ſanctæ Mariæ ſupra portam, de tertio latere eſt domus Florentij Clerici, de quarto vero latere eſt domus prædicti Morandi, & Stephani Diaconi quondam fratris eius. Necnon contuli medietatem plebis ſancti Ioannis, quæ ſita eſt in loco Remulo: dedi præterea terram quamdam in loco

C poſito, quam Vrſus Presbyter detinuit. Quamquam enim valde exigua ſunt, quæ in præſenti pagina tam venerabili loco addere pro temporis opportunitate ſtudui, tamen apud omnipotentis cenſuram iudicis, qui in retributione eorum non ſubſtantiam penſat, me magna recipere B. Miniatis martyris precibus, ſociorumque eius ſuffragantibus meritis Florentinæ vrbis populus non ſolum animarum, verumetiam corporum ſalubre conſequitur diuina poſtulante præſidium. Et quoniam in ſancta Eccleſia cum bonis, & malis permixtis, quod bonorum obſeruauerit pars, malos, & peruerſos homines temerare, ſi præualent, dubium non eſt. Idcirco qui hanc noſtræ paruæ donationis temerare, vel frangere chartulam præſumpſerit, cum Iuda, qui Dominum tradidit, & cum Anania, & Saphira æterni ſupplicij perſoluant

D debitas pœnas, ſicut enim inter ſacrilegos deputantur, qui vaſa ſacra diuinis cultibus mancipata furantur, vel aliquo modo ab Eccleſia diripiunt, ſic nimirum ſacrilegi nominandi ſunt, quicumque a fidelibus viris ſacris Eccleſijs iure collata peruerſa mente præſumunt violare. Ideoque neceſſarium, quia noſtris meritis ſaluari non poſſumus, niſi ſanctorum iuuemur patrocinijs, loca ipſorum illibata conſeruare, ea vero, quæ illis oblata ſunt potius augere, quam aliqua fraude decipere, quatenus non cum impijs, & ſceleratis damnemur, ſed cum ſanctis, & Deum timentibus regnum cœlorum adipiſci mereamur.

Actum Florentiæ feliciter.

Atho ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus hoc decretum a me factum propria manu roboraui.

Ego

Ego Petrus presbyter, & canonicus conſenſi.
Ego Amalber Presb. Canonicus. & Card. conſenſi.
Ego Florentius Presb. Canonicus conſenſi.
Ego Ioannes Diaconus, & Canonicus conſenſi.
Ego Ioannes Diaconus Canonicus, & Card. conſenſi.
Ego Vgo Subdiaconus Canonicus conſenſi.
Ego . . . . Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Diaconus, cantorumque præpoſitus huius decreti dictator, atque ſcriptor prælibati Epiſcopi Athi rogatu &c.

Nec pietatem munificentiamque inferiorem erga Miniatenſe cœnobium Atho monſtrauit, cum eidem omnia, quæ a ſuis prædeceſſoribus donata fuerant, Diœceſim ſuam perluſtrando, confirmauit, adauxitque nouis, ingentibusque opibus eidem monaſterio attributis, quo illic monachi commodius, impenſiuſque diuinum opus vigerent. Documentum extat cum alijs ſupra relatis in Capituli Tabulario.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Dum diuinis cultibus vigilanter intenditur, ad contemplanda ſublimia animi intentio continuo ducitur, tantoque liberius conditoris ſui conſpectibus mens placere præualet, quanto hanc nullo rerum ſecularium onere anguſtant. Quod quia Eccleſiarum Dei rectoribus ex ſacræ ſcripturæ mandato indicitur, vt diuinis ſtudijs ſemper inhæreant, ſic tamen ſecularis actio eſt agenda ex neceſſitate, quatenus deſiderium cœleſtis patriæ non præpediat ex voluntate. Hoc nimirum geminæ diſcretionis ſtudium, ego Atho ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus licet immeritus, eum metu præcauens ad illius refugium mentis intentionem prona voluntate direxi, qui in Euangelio diſcipulis ait: Sine me nihil poteſtis facere, vt ipſe dirigat vias noſtras ſecundum eloquium ſuum, & non dominetur noſtri omnis iniuſtitia. Tum enim via noſtra rectè dirigitur, ſi præceptis Dominicis non contraimus, ſi locis ſanctis diuino cultui mancipatis debitos honores, & reuerentiam exhibemus. Non enim ſufficere ad cuncta nos poſſe credimus, quæ noſtro officio competunt, niſi ſanctorum adiuti ſuffragio Sponſus, de quo in canticis canticorum dicitur: Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum, data miſericordiæ manu ad exequenda præceptorum ſuorum veſtigia poſſe currere faciat. Ergo vt noſtri Pontificatus curſus, Domino miſerante, decenter incedat, & canonice polleat, monaſterium ſancti Miniatis martyris à prædeceſſoribus noſtris ordinatum, & prout tempus permiſit, excultum totis viribus ad maiora prouehere ſtudui, quatenus fratres ibidem diuino cultui mancipati tanto liberius omnipotenti Domino obſequi præualeant, quanto eos conſtat liberalitatis noſtræ manu nullius honeſtæ vtilitatis, & neceſſitatis egere. Iſte nimirum ſanctus locus multorum martyrum patrocinio cōſpicuus tanto eſt ſaluandis animabus vtilior, quanto & à ſeculari tumultu remotior, & ſanctorum ibi requieſcentium ſit religione ſacratior. Quamuis enim præcipuorum martyrum locus extitiſſet ſacris meritis eximius, & miraculorum laude conſpicuus, tamen vſque ad tempora Ildeprandi fel. mem. Epiſcopi, cui ego tertius ſucceſſor in Pontificali cathedra exiſto, non vt decebat tales, tantoſq;

A martyres, ordinationis laude pollebat. Prælibatus igitur Antiſtes monaſterium ibi faciendum decreuit, ordinatiſque in eodem loco fratribus, ſub Abbatis cuſtodia ad laudem Dei, & ſanctorum martyrum ibi quieſcentium vitæ neceſſaria prout valuit, decenter adhibuit. Qui quouſq; vixit, prædijs pluribuſque muneribus pauperem, & ſurgentem locum ampliauit. Et quoniam quæ fuerant neceſſaria, mortis meta interueniente explere non valuit, mihi qui ſucceſſoris cathedram in præfata Eccleſia teneo, ad augumentum ſacri loci partem credo relictam a Domino, non enim diffido me participem tātæ remunerationis, ſi adiutorium exhibeo tam ſacræ ordinationi. Ergo in primis quæcumque fel. mem. Ildeprandus Epiſcopus per decreti paginam prælibato monaſterio contulit, ſeu

B alio quocumque modo, ac poſt eum Lambertus eiuſdem ſucceſſor ſanctæ memoriæ Præſul, ego Atho Epiſcopus &c. corde perfecto, & animo volente pro Dei amore, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum, iſtius videlicet Florentinæ ciuitatis, nec non & pro anima Conradi Sereniſſimi Imperatoris domini, & ordinatoris mei, ſuæque præclaræ coniugis Giſlæ excellentiſs. Imperatricis, nec non & pro ſalute Henrici Regis clariſſimi filij ſui, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſeu regum iſtius regni atque pro ſalute, & pro remedio animarum ducum, ſeu marchionum Tuſciæ, & pro ſalute, &

C incolumitate Bonifatij eximij marchionis, nec non & pro animabus illorum omnium, qui de ſuis rebus prædicto monaſterio aliquod beneficium dederunt, vel daturi ſunt omnia in integrum concedo, confirmo, & in perpetuum vigere exopto, & litanias vniuerſalium plebium noſtri Epiſcopatus, quemadmodum iam Ildeprandus Epiſcopus annualiter cenſuit, ſimili modo confirmans concedo; eo videlicet ordine, vt ſi forſitan, quod abſit, aut ego, aut ex meis ſucceſſoribus aliquis quacunq; occaſione tollere voluerit, aut imminuere aliquid ex his, quæ præfatæ Eccleſiæ fuerunt, vel quæ præfati Antiſtites inibi contulerunt, vel quæ ego Domino iuuante per hanc confirmationis, & donationis chartam do, vel daturus ſum, partem habeat

D cum Iuda traditore, & ſit anathema Maranta. Concedo præterea iam ſępè nominatæ Eccleſiæ S. Miniatis martyris caſtrum quoddā, quod collis Reli dicitur, quod eſt intra plebem ſancti Alexandri martyris ſitam . . . . . cum curte, donnicato, & manſis, & omnibus ibidem pertinentibus, ſicut Ildeprandus Epiſcopus eandem curtem habendam ſtatuit, & ſiluam de Montauini, cum omnibus ibidem pertinentibus, & vnam petiam cuiuſdam terræ, quæ eſt infra curtem de Quinto, ſicut Ioannes filius Petri, & Petrus quidem Ioannis per libellum tenuerunt. Quoniam ad communem fratrum ibidem Domino famulantium vſum conferre ſtudui, neque . . . . . quod contuli, ſed pro temporis opportunitate, quod potui prona voluntate conceſſi. Quis enim tam venerabili ſanctiſſimorum loco manum miſericordiæ non adhibeat? vbi præclara tam eximiorū martyrū merita tutulātur? vbi infirmi quotidie per ſuffragia martyrum

tyrũ plurima cõſequuntur Domino largiẽte ſanitatum beneficia? vbi peregrinorũ, & hoſpitũ turba quaſi in proprijs domibus receptionis, & refocillationis adipiſcũtur neceſſaria fomenta? vbi infirmi aluntur, vbi pauperes beneficio alimoniæ ſatiãtur? Fiant ibi nempe laudes aſſiduæ, & obſeruationes, juges, & orationes continuæ pro ſalute viuentium ſeu etiam morientium fidelium. Quæ in conſpectu diuinæ clementiæ tanto acceptabilius aſſumuntur, quanto & voluntate, & opere fratres ibi famulantes à ſecularibus curis conſtat fore remotiores. Quia enim quid hodie eueniet neſcimus, quid cras futurum ſit animæ forte omnino ignoramus, ſupereſt, vt indulta tempora rapiamus, bonisque operibus quibus poſſumus innitamur, & quia noſtris meritis ſaluari non poſſumus, ſanctorum illorum protegamur iuuamine, quorum ſacra loca veneranda ſuffragamur operibus, & pia voluntate. Ideirco deprecor eos, qui ſibi inuicem in noſtra ſede ſuccedent, vt huic ſancto loco manum miſericordiæ adhibeant, ſemperque in melius creſcere faciant, fratrumque neceſſitatibus pro viribus ſuccurrant, quatenus in die tremendi examinis ſancti Miniatis martyris, ſociorumque eius tueãtur præſidijs, quorum in terris patrocinia fide, & operatione præcipue voluerunt, & hunc ſanctum locum intactum, & illibatum ad honorem Dei omnipotentis, ſanctorumque martyrum ibi quieſcentium reddiderunt. Si quis vero quæcumque prædicta ſunt, non obſeruauerit, & quæ ego cum auctoritate ſacerdotum, & leuitarum, totiuſque noſtræ Eccleſiæ ordinis contuli, fideliter non obſeruauerit, ſed ſubtrahere voluerit aliquid ex ijs, quæ præſcripta ſunt. Quicumque ille fuerit, ſiue meus ſucceſſor, ſiue aliquis, omnes maledictiones quæ in Deuteronomio ſcriptæ ſunt, veniant ſuper eum, & in æterna damnatione Iudæ proditori in tormentis iungatur, qui Dominum tradidit, & vendidit.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo trigeſimo ſeptimo Indictione quinta domino Corrado Sereniſſimo Imperatore anno Imperij eius vndecimo. Menſe Februario.

Hacto Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus hoc decretum a me factum inſcriptione propriæ manus ſponte confirmo, &c.

† *Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſubſc.*

Ego Ioannes Diaconus Canonicus, & Cardinalis conſenſi, & ſubſcripſi.

Guido S. Florentinæ Eccleſiæ electus Archipresb. confirmo, & ſubſcripſi.

Ioannes Diaconus, & Canonicus conſenſi, & ſub.

† *Ego Adam Presbyter cuſtos, & Canonicus conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Omolbertus Presbyter Canonicus, & Cardinalis, conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Rodulphus Iudex ſubſcripſi.*

Ego Petrus Iudex Sacri Palatij ſubſc.

Ego Adalbertus Iudex in hac paginula manu mea ſubſcripſi.

Ego . . . . . . Vice dominus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Vicecomes ſubſcripſi.

Ego Ioannes ſubſcripſi.

Ego Bozo S. Florentinæ Eccleſiæ, Cæterumque præpoſitus aſſenſum præbui, atque huius decreti fidelis ſcriptor extiti, & manu propria litterarum donatione tradita compleui feliciter.


Adeo autem Athò Epiſcopus ad vnam pietatem fouendam incumbebat, vt quæ ipſe antea donaſſet, atque firmaſſet, per ſũmum Pontificem Benedictum nonum, Conradumque Imperatorem ſtabilienda curauerit eo ipſo anno 1037. vt ex hac ſubiecta ſcriptura clare proſpicitur, ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Conradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si ſanctarum Dei Eccleſiarum curam gerere ſtuduerimus, ſtatum Imperij noſtri ſtabilius permanere, & æternæ remunerationis nos accepturos præmium minimè dubitamus. Proinde omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum fidelium præſentium, & futurorum comperiat ſolertia interuentu, ac petitione Giſlæ Imperatricis noſtræ dilectæ coniugis, & Bonifatij noſtri fideliſſimi marchionis Canonicos ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ noſtram adijſſe clementiam, deprecantes vt pro Dei amore, noſtrique Imperij ſalute Sancti Ioannis Eccleſiæ, eorumque neceſſitatibus ſubueniremus. Horum dignis petitionibus annuentes prout iuſte, & legaliter poſſumus, concedimus, & per hanc noſtræ auctoritatis paginam confirmamus eiſdem canonicis terram eiuſdem canonicæ cum omni ſua integritate, nominatiuè duas Plebes, vnam de Celſino ſanctæ Hieruſalem in curte ſua, alteram ſancti Laurentij ſitam Exinea cum curte ſua, & infra eamdem Plebem prædictam cum capella, quæ Teuzo filius Lepti dedit ſancto Ioanni, & eidem canonicæ pro ſalute animæ ſuæ. Curtem etiam de lacu, quam dedit Sichelmus Epiſcopus cum omnibus ſuis pertinentijs, quæ eſt infra Plebem ſancti Petri in Valca, & ſancti Seueri; curtem vero de Centaurea, quam Speciosſus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus prælibatæ canonicæ contulit, eodem modo ſicut diſpoſuit habend. cum omnibus pertinentijs ſuis, campum regis, pratum regis, manſas duas in Carminiaro: medietatem ſortis, quæ eſt in Vezzano, manſam vnam de terra, ſanctam Mariam Nouellam. Inſuper confirmamus in eadem canonica quæcumq; temporibus retroactis, ſiue ab eiuſdem Eccleſiæ Pontificibus, ſiue fidelibus Chriſtianis Regibus, vel Ducibus ſeu etiam priuatis, & militantibus conceſſa ſunt. Præterea ea omnia ad vtilitatem fratrum eiuſdem canonicæ corroborando donamus, quæcumque Atho venerab. Epiſcopus eiuſdem Eccleſiæ per decreti paginam eidem canonicæ contulit, eo videlicet ordine vt tam præſentes, quam futuri Sacerdotes, leuitæ, ſubdiaconi, ſeu clerici ibidem Deo ſanctoque Ioanni canonice deſeruientes iam dictas terras, aliaque omnia ſuperius dicta per huius noſtri præcepti auctoritatem habeant, teneant, firmiterque poſſideant, omnium hominum contradictione remota. Præcipientes igitur iubemus, vt nullus Epiſcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullaque noſtri regni magna, vel parua perſona eiuſdem Eccleſiæ canonicos de prædictis rebus diſueſtire, inquietare, moleſtare præſumat ſine legali iudicio, ſed liceat eos quiete, & pacifice ſub noſtra defenſione viuere, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huius noſtri præcepti paginam infringere temptauerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & me-

& medietatem prædictis canonicis. Quod vt verius credatur, diligentiusque ab omnibus abſeruetur, manu propria confirmantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Dom. Corradi Inuictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti



Kaddottus Cancellarius vice Herimanni Archiepiſcopi, & Archicancellarij recognoui

Datum 6. Idus Iulij Indictione quinta anno Dominicæ Incarnationis 1027.

Anno D. Corradi Regni decimo tertio Imperij vndecimo. Actum Veronæ feliciter Amen.

Atho vero anno 1038. iterata liberalitate canonicis ſuis caſtellum cum ijs quæ ad ipſum ſpectare videbantur, dono dedit, Plebania ſancti Petri adiecta, cuius donationis hoc ſubiectum condidit inſtrumentum, quod extat in eodem tabulario.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Christi trigeſimo octauo poſt mille. Corradogratia Dei Imperatore Auguſto anno Imperij eius duodecimo, & decimo Kalendas Septembris Indictione ſexta feliciter opitulante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Ego quidem Atho ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus per conſenſum, & auctoritatem Sacerdotum, & Leuitarum noſtræ canonicæ ordinationis, & in præſentia Iudicum, & interuentu bonorum hominum per hanc paginam, chartula dotium dono, concedo, atque confirmo in canonica de Eccleſia, & domo ſancti Ioannis de ciuitate Florentia, vbi modo dominus Rolandus præpoſitus eſſe videtur, id eſt integrũ caſtellũ, & curtẽ, & plebẽ ſancti Petri cum facultatibus, & pertinentijs ſuis, qua eſt in loco poſitæ, qui dicitur Buſſille cum curtis, & donnicatis, terris, vineis, & decimatione, offerta, & mortuorum oraculis, titulis, & capellis, & omnibus integritatibus, & pertinẽtijs, & adiacẽtijs pro quibuſlibet locis, vel vocabulis, domibus, rebus ad ipſũ integrum caſtellum, & curtem, & Plebem ſunt pertinentes, & vbicumque eſſe inueniuntur, & donicatiue cum integra curte ſancti Antonini, & cum ſuis pertinẽtijs, excepto quod berteus filius Ioãnis in beneficio habet, & detinet, nam alijs de prædictis rebus excepta via, ſed omnia in integrum ſicut ſup legitur in ipſa ſancta noſtra canonica, dare, & ordinare, confirmare prouidi, vt omni tempore ipſi canonici, qui modo ibi regulariter conſiſtunt, aut pro tempore ad iura de ipſa canonica regulares teneant, & fruantur, & faciant exinde omni tempore quicquid congruum, etiam ſi apertum fuerit ipſi Rolando præpoſito, & ſuis ſucceſſoribus cum conſenſu canonicorum libellario m côcedantur, ac ſalua penſione ipſius canonicæ recipiendo, & modis omnibus bene deponendum, & ordinandum, iuxta quod melius præuidetior pro c ſeruatio e prædictæ canonicæ. Et ego quidem Atho Epiſcopus, nec mei poſteri ſucceſſores pro nullo modo habeamus licentiam, nec poteſtatẽ in prædicta curte, & caſtello, & Plebe, & omnibus rebus, quæ ad ipſas pertinent, & omnia quæ leguntur de poteſtate de prædicta canonica, & canonici ſicut ſupra dixi, nihil vel ab ipſo Rolando Præpoſito, vel a ſuis ſucceſſoribus retollere, vel contendere, aut minuere, ſed ſemper ibidem omni tempore quieto, & pacifico ordine in ipſa canonica permaneant ſine vlla veſtri contradictione, vel aliqua vſuali noſtra minoratione, & quod facturum eſſe non querendo. Ego quidem Atho Epiſcopus, vel mei poſteri, & ſucceſſores noſtri, vt pro noſtra ſubmittente perſona, vel pro noſtro facto, aut dato, vel ingenio, ipſa prædicta integra curte, & caſtello, & Plebe, & cæteris prædictis rebus cum eorum pertinentijs ſicut ſupradictum eſt de poteſtate de prædicta noſtra cannnica, & præpoſitus, & canonicis, qui in tempore regulariter viuere iuſſi fuerint, tollere, aut contendere, vel minuere præſumpſerimus, vt compoſituri, & daturi eſſe debeamus. Ego Atho Epiſcopus, vel mei poſteri, & ſucceſſores ab ipſo Rolando Præpoſito, & ſuis ſucceſſoribus, & ab ipſis canonicis qui regulariter viuunt prædictæ canonicæ pœna numm. de bono auro libras decem, & hæc chartula dotis, & donationis, & confirmationis noſtræ meo ordine firma permaneat, & propter honorẽ Epiſcopatus mei, nec mihi liceat nullo tempore nolle quod voluiſſet, quod a me ſemel factum, vel conſcript . . . iurandum inuiolabiliter conſeruare, & adimplere promitto cum ſtipulatione ſubſcripta. Actum Florentiæ feliciter.

† *Atho Dei gratia Epiſcopus hanc chartulam donationis, & confirmationis a me factam ſubſcripſi, & roboraui &c.*

† *Ego Rolandus Præpoſitus S. Florentina Canonica Eccleſia conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſubſ.*

Ego Ioannes Presbyter Canonicus, & Cardinalis conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Petrus Iudex domini Imperatoris ſubſcr.

Ego Petrus Presbyter, & Canonicus conſenſi, & ſubſcripſi, &c.

† *Ego Petrus Iudex Sacri Palatij ſubſcripſi.*

Ego Gerardus Canonicus, & Diac. ſubſcripſi.

Ego Henricus Canonicus, & ſubdiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.

† *Ego Ioannes rogatus teſtis ſubſcr.*

† *Ego Ioannes Notarius ſcriptor poſt tradita compleui.*

Anno 1044. Athone ſedente, ſequentem ſcripſit Epiſtolam Benedictus 9. Oberto Abbati ſancti Miniatis, eidemque ac ſucceſſoribus omnia bona ab Ildebrando, Lamberto, & Athone Florentinis Epiſcopis conceſſa confirmauit. Huius Epiſtolæ originale extat in eodem Florentino tabulario.

BENEDICTVS EPISCOPVS

Seruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio Oberto venerabili Abbati monaſterij ſancti Miniatis Florentini tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in Domino ſalutem. Valde bonum videtur ſi poſtu-

ſi poſtulantibus a noſtra Apoſtolica Sede tuitionē piorum locorū libenter concedamus tu autē fili chariſsime quia poſtulasti a nobis quatenus munimen ac defenſionem Apoſtolicam monaſterio ſancti Miniatis, cui præeſſe meruiſti dignatione ſolita pro noſtro præcepto ſolita daremus. Nos autem idcirco ſanctum piumque iudicamus non negari debemus, ſed voluntate promptiſsima largiri. Ideo inclinati precibus tuis concedimus tam tibi quam etiam tuis ſucceſſoribus tuitionē Apoſtolicam adiudicamus omnes homines ibidem monaſterio aduerſantes, aut læſione violentiam facientes in rebus ipſius Monaſterij facultates vel facturorum præcedentia tempora, vt nullus Rex, nullus Imperator, nullus Præſul, nullus Dux, nullus marchio, nullus comes, nullus vicecomes, & parua nulla perſona aliquid tale audeat præſumere, ſcilicet in rebus, quas Epiſcopi Florentini, videlicet Ildebrandus, Lambertus, & Atho ipſi monaſterio conceſſerint, aut alij homines pro ſua animæ tribuerint, vel quæ tu ipſe ibidem acquiſiuiſti, & amodo acquirere poteris ſtatuētes Apoſtolica cenſura, vt ſi quis publica, vel parua perſona, magna vel parua in illis omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus tuiſq; ſucceſſoribus moleſtare, inquietare, aut de veſtris manibus rumpere temptauerit, ſit anathematis vinculo innodatus, & noſtra Apoſtolica maledictione damnatus donec ſatisfactionē ſaluam faciat commiſſorum. Qui vero cuſtos roborationis huius noſtræ tuitionis, defenſionis confirmationiſque extiterit, benedictionem, & gratiam a iuſto iudice Domino Deo noſtro conſequi mereatur. Scripta per manum Sergij Notarij, & Sacri noſtri Palatij, menſe Aprile Indictione xij. Valete.

Exceſsit Atho circiter annum Domini 1046. ſepultus iacet in Cathedrali.



22 GERARDVS natione Burgundio, ſiue Sabaudienſis, poſt obitum Athonis circa annum 1046. ad Epiſcopatum Florentinum euectus eſt, atque is ille fuit, qui ob rariſsimas animi dotes, probitatiſque famam an. 1058. ope, atque fauore Ildebrandi Cardinalis, ſub nomine Nicolai II. ad Apoſtolicam Sedem aſcendit. Quod autem Romanus Pontifex Stephanus mortuus eſt Florentiæ, Epiſcopus vero Florentinus creatus eſt Papa, Petrus Damiani ita eiuſmodi triſticho luſit, cuius hic inſcriptus eſt titulus: De Florentia, in qua Papa Stephanus obijt, & Nicolaus Papa ex eadem proceſſit.

Parua virum vidua debet Florentia Romæ:
Quæ tenet extinctum, cogatur reddere viuum.
Sic, noua Bethleis lux mundo fluxit ab oris.

quod parua tunc ciuitas eſſet Florentia. Huius autē

A temporibus Victor II. Pontifex Maximus Florentiæ habuit generale concilium, primumque concilium fuit, quod in ea vrbe fuerit celebratum Henrico Imperatore præſente anno 1055. Idemque Victor anno 1057. Florentiæ vita functus eſt ac tumulatus eſt apud ſanctam Reparatam, vbi etiam conditus iacet Stephanus nonus, qui eidem ſucceſſerat, cum adepti Pontificatus nondum octo menſes expleſſet; cui cum deinde noſter Gerardus ſucceſsiſſet, fixiſſetque ſedem Florentiæ, ibidem anno 1062. defunctus, eodem ſepulchro apud ſanctam Reparatam cum ſuis anteceſſoribus excipitur. In Florentino throno ſedente Gerardo floruit Rolandus Eccleſiæ Florentinæ Præpoſi-
B tus, vir magnæ exiſtimationis, & famæ, ad quem Gregorius VI. hanc ſubiectam epiſtolam dedit.

GREGORIVS EPISCOPVS

Seruus ſeruorum Dei.

Rolando Florentinæ Canonicæ Præpoſito, tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in Domino ſalutem. Oportet bene merentibus digna rependere beneficia, & illos accumulare donis, quorum deuota conſtat eſſe ſeruitus. Tu autem fili chariſsime, quia parum aliquid decreuiſti a nobis expoſcere, libenter & ipſi decreuimus annuere: etenim multum laboris, diu, vtique ponderis iamiam ſuſtinuiſti pro nobis, adeo vt non paruis, ſed magnis etiam muneribus dignus inueniaris. Tua vero petitio eſt, vt Eccleſia ſancti Donnini poſita
C in comitatu Florentino iuxta fluuium Arnum in Epiſcopatu ſancti Ioannis in territorio plebis ſancti Martini in Brozzo iuris noſtræ S.R.E. cum omnibus eiuſdem pertinentijs, vbicumque inueniri poſſunt, concedatur ab Apoſtolatu noſtro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus canonicis in veſtra canonica ſeruituris in perpetuum. Quod ſcilicet ſatis nobis videatur parum, quia non poteſt eſſe ſeruitus adæquata. Concedimus igitur tam vobis, quam veſtræ canonicæ veſtriſque ſucceſſoribus canonicis in eadem Canonica ſeruituris eccleſiam ipſam ſancti Donnini, cum omnibus ſuis pertinentijs, ſuiſque redditibus vbicumque et lege, & ratione competere poſſunt, ita tamen vt ſingulis quibuſque annis penſionem exinde noſtro Palatio inferatis ſolidum auri vnum, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ne vllus noſtrorum ſucceſſorum Pon-
D tificum, aut vlla magna, paruaque perſona contra hoc noſtrum paruum donum agere præſumat. Quod ſi fecerit, non ſolum anathemati ſubijciat noſtro, ſed etiam damnum trium librarum auri perſoluat, cuius dimidium noſtro Palatio inferatur, reliquum vero vobis debeatur. Si quis vero huius noſtræ præceptionis cautus obſeruator extiterit, benedictione noſtra largius redundet. Scripta per manum Ioannis Scriniarij, & Notarij noſtri Lateranenſis Palatij. Bene valete.

Datum XII. Kal Martij per manus Petri Diaconi Bibliothecarij, & Cancellarij ſanctæ Apoſtolicæ Sedis anno Pontificatus D. Gregorij Papæ Sexti primo Ind. 14.

Anno 1048. ſub eodem Gerardo Epiſcopo celeberrimum D. Saluij nomine inſignitum monaſterium duorum tantum a Florentia milliarium interuallo a D. Ioanne Gualberto Vallisumbroſani ordinis fundatore conditum eſt in eodem omni-

no

no loco, in quo olim in D. Saluij Epiſcopi Ambianenſis paruum oratorium fuerat excitatum. Extruxit magnis operibus illud monaſterium Rolandus ciuis Florentinus nobiliſſimus, magniſque amplificatum redditibus, eidem tradidit ſancto, vt in eo religioſa diſciplina viri pij perpolirentur, qui ſimoniacam peſtem, quæ tum graſſabatur, exemplo ſuo, ac zelo præfocarent; nec ſuſcepto egregio operi perducendo Gerardus Epiſcopus ſtudio ſuo, ac beneficentia defuit. Nouis, & magnis opibus poſtea auctum fuit a Bernardo Vbertorũ familia inſigni viro, dum in ſeculo adhuc ageret, ac paulo ante quam mundo nuntium glorioſiſſime remitteret, ſeque in Valle vmbroſa regulari diſciplina D. Ioanni Gualberto excolendum daret, qui poſtmodum cum ſuauiſſimum virtutum odorem omnibus afflaret, Valliſvmbroſanus Abbas creatus, dein ſacra purpura a Romano Pontifice ſub presbyteri Cardinalis titulo decoratus, ac demum gerendæ Parmenſi Eccleſiæ admotus, maximis miraculis effulſit, ob quæ in SS. numero ſolemni pompa repoſitus eſt, de quo infra in Epiſcopis Parmenſibus. Hic nobis fundati D. Saluij monaſterij initia, atque a Bernardo donationem factam adducere viſum eſt, vt tanti monumenti, quod ex ſanctæ Praxedis cœnobij tabulario eliciumus, memoriam poſteritati conſecremus. Pertulit hoc monaſterium non multo poſtquam erectum fuiſſet, grauiſſima damna a Petro Papienſi Epiſcopo Florentino, vulgo dicto Simoniaco, eiuſque ſequacibus iniuſta. Inſtauratum poſtea refloruit, atque ad annum 1517. illud monachi tenuere: quo aſſentiente Michaele della Toſa Abbate, traductis aliò monachis, eius ordinis moniales in illud inductæ ſunt, Abbatialis vero titulus a Leone Decimo Valliſvmbroſanæ familiæ ſummis Præfectis ad ſecuturas omnes ætates attributus. Verum cum in huius eccleſiæ D. Saluio Ambianenſi Epiſcopo dedicatæ ſermone verſemur, ab inſtituto non abhorrere mihi viſum eſt percenſeri vti ſacra eius lipſana Florentiam translata, atque in dicta abbatia recondita fuerint. Celebrant veterum monumenta, poſteriſque tradidere, bello Nortmannico ardente in Gallijs, duos Ambianenſes monachos armorum furore pulſos è ſua eccleſia, in qua quidem D. Saluij corpus tuto loco conditum erat, eius autem brachium a reliquo corpore abſciſſum; alio in loco verſabatur, quod ipſi ne a militibus diriperetur, ſecum extulere: cumque Romam peterent, Florentiæ mœnibus proximi accederent, obrepente oculis ex defatigatione itineris; ſomno ſeſe ſub quercus vmbram projcere, atque ita ducta nocte, cum effulgente die ad proſequendum iter vellent aſſurgere, loco mouere ſe non potuerunt, diuinoque agnito, adoratoque conſilio, prodigium, & quem gererent ſacrum theſaurum, prætereuntibus populis pateſecere, eo accurrit Epiſcopus Gerardus, eiuſq; opera, populorumque pia liberalitate oratorium D. Saluio ſacrum excitatum eſt: eiuſque dies feſtus 21. Ianuarij celebratur, quo etiam die Romanum Martyrologium eius mentionem edidit. Donationis monumenta tum Rolandi, tum Bernardi de Vbertis in hæc verba leguntur in citato tabulario, ſeu papyracio codice apud Valliſvmbroſ. monachos.

A

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Cum diuinæ liberalitatis permiſſionibus, loca ſacra diuinis cultibus mancipata, ad humanæ dominationis iura deueniunt, dignum eſt, vt eo tenore tractentur, quo ædificata eſſe creduntur. Extra ordinem quippe omnimodis eſſe cernitur, vt res diuina, ad ſui dedecus poteſtati hominis ſubijciatur, & fiat ſeculare, & profanum, quod ſpirituale fuit, & ſanctificatum. Diuinis igitur conſtitutionibus homines ſubditi, ſicut ſe cuſtodire cupiunt, ne a bonorum celſitudine, ad deteriora rapiantur, ſic loca venerabilia cauere debent, ne ſine ſuis honoribus, ad vſus ſeculares aliquatenus detrahantur. Quapropter ego Rolandus, qui & Moro vocatus, filius bonæ memoriæ Theuti, inſpirante Deo, volo & ipſo auxiliante, diſpono, vt pro timore Dei, & animæ meæ, & vxoris meæ Adalectæ, & genitoris, & genitricis meæ, & omnium meorum parentum præteritorum, præſentium, atque futurorum eccleſia, & oratorium ſancti Saluij, quod eſt in loco, cui Paratinulæ nomen eſt, infra plebem ſanctæ Reparatæ ciuitatis Florentinæ a modo, & deinceps fiat monaſterium monachorum ordinis ſancti Benedicti, in omnibus, in quantum loci poſſibilitas permiſerit, ſeruientium regulæ in pſalmis, & hymnis, orationibus, & miſſis, in incenſis, & luminaribus, & in omnibus eccleſiaſticis cultibus qui ab ipſis debent fieri, quatenus ibi Deo ſic deſeruiant, vt honor omnis Chriſtianæ religionis, & nobis proficiat, & omnibus, ad quorum ſalutem ipſe locus venerabilis inſtruitur. Concedo ibi atque reſtituo in ipſa eccleſia omnem mei iuris portionem, quæ mihi per ſucceſſionem, vel aliquod ingenium, de eadem eccleſia cum ſua pertinentia pertinere videntur, quæ ipſius oratorij pertinentia fuerunt, & ſunt, tam in Paratinula, quam in alijs locis ipſius plebis, ſicut bon. mem. Petrus presbyter, qui fuit cuſtos ipſius eccleſiæ, detinuit, & eo tenore, vt omni tempore, quo neceſſe fuerit ibi Abbatem ſecundum ſacras conſtitutiones, & ſancti Benedicti normam, cum reliquis conſortibus eiuſdem loci, tam ego, quam hæredes mei, & qui nati ex ipſis legitimè fuerint, debeamus ordinare. Inſuper concedo, & tribuo, ac proprietario iure in perpetuum poſſidendum præfatæ eccleſiæ conſtituo meam portionem de terra, prope eandem eccleſiam ſitam, ſicut muro antiquo per circuitum cingitur, quæ recta fuit per Martinum de curte, & nunc regitur per filios eius Petrum, & Ioannem. Si quis vero de noſtra generatione fuerit, cui ordinatio ipſius Abbatis legaliter euenerit, qui aut per ſimoniacam hæreſim eum ordinare voluerit, aut aliqua calliditate, ſeu factione ab illis ſe ſubtraxerit, qui canonicè, & regulariter ordinare voluerint. Aut ſi prædictum locum, & res ibidem pertinentes moleſtauerit, detraxerit, aut minuerit, vel alienauerit, ſemper ſit alienus, & extraneus a prædicti loci tam dominatione, quam poteſtate, & ad ipſos deueniat, qui ordinare voluerint ſecundum eccleſiaſticam auctoritatem. Abbas itaque, & fratres in

A prædicto loco iuſtè, & religioſè conſiſtentes, nullam licentiam, vel poteſtatem habeant prædictum locum, aut res ibidem pertinentes contra nos, vel hæredes noſtros, aut eos, qui ex ipſis legitimè nati fuerint, commendare, aut infiduciare, aut quocumqua modo locare, vel dicitur, quo illi ſancto loco, & nobis debeat aliquo modo nocere. Si quis autem Abbas contra Dei auctoritatem ibi fuerit poſitus, poteſtatem habeamus omnes, vt a monaſterio eijciatur, regulariter alio ibidem conſtituendo. De rebus vero prædicti monaſterij ſi male locatæ, aut datæ fuerint, iubeo, vt nulla negligentia habeatur, ſed reſtituantur, & reuocentur ad vtilitatem fratrum. Si quis autem eorũ Abbatem ibi bene ordinatum, aut fratres ibi Deo ſeruientes, B & in bonis operibus ibi regulariter perſeuerantes moleſtauerit, aut eiecerit, componere debeat ad ſupradicti oratorij partem boni argenti monetæ publicæ denariorum libras decem, itaut eiectus reuertatur, & ipſo cum fratribus commorante, in ſua quiete manentibus: quæ omnia in duabus chartis ſcribi rogaui, quorum vnam eſſe monaſterij, & alteram reponere in ſcrineis volui.

Actum in loco Parentinula, prope eandem eccleſiam territorio Florentino, anno Dominicæ Incarnationis quadrageſimo octauo poſt mille, & anno ſecundo Imperij domini Henrici, gratia Dei Imperatoris Auguſti, ſexto decimo Kalendas Maij, indictione prima.

Signum manus prædicti Rolandi, qui hanc chartu- C *lam dotis, ſeu conceſſionis fieri rogauit, vt ſupra.*

Petrus iudex domini Henrici Imperatoris interfui, & ſubſcripſi.

Signa manuum Martini filij Ioannis, & Donati filij Boni rogatorum teſtium.

Signa manuum Benedicti filij Corbuli, & Ildebrandi filij Tazzi rogatorum teſtium.

Albertus notarius ſcriptor huius chartulæ dotis poſt traditionem compleui, & dedi.

Donatio vero Bernardi de Vbertis, eidem monaſterio poſt annum trigeſimum ſeptimum, verbatim ita prorſus ſe habet.

In nomine Domini Dei æterni, anno ab Incarnatione eius octuageſimo quinto poſt mille, Kalendis Iulij, indictione octaua.

Chriſto auctore profiteor ego Bernardus fi- D lius bonæ memoriæ Biuronis, quia pro Dei timore, & pro timore Dei Genitricis glorioſiſſimæ Mariæ, & omnium ſanctorum, & pro remedio animæ meæ, & prædicti genitoris mei, & genitricis meæ, & pro remedio animæ meæ, & prædicti genitoris mei Boriandi filij Sichelmi glorioſiſſimi mei amici per hanc chartulam offerſionis do, trado, & offero, atque confirmo in eccleſia, & monaſterio ſancti Saluij, vbi modo Dominicus Abbas præeſſe videtur, ideſt integras caſas, & terras, & burgora, quæ ego habere, & tenere viſus ſum, vel alij pro me, & per quodlibet ingenium pertinent, & in quo ſunt poſitæ ipſæ caſæ, & terræ, & burgora infra, & iuxta Florentinam ciuitatem, porta aurea, atque terræ petiam vnam, totam ad vnam tenens, quæ poſita eſt in loco, qui nominatur Perilaſium, & iuxta ipſum

A Perilaſium, quæ terra decernitur de vna parte decurrit ei via, & de alia parte decurrit ei via, & finis prædictum Perilaſium, de tertia parte eſt finis terræ de filijs Bentij, de quarta parte eſt finis terræ, quæ fuit de filijs Cantatelli, & Segnaricti nepotum Rainaldi, & eſt exinde anguloſa, de iſta petia integram medietatem, & alia verò medietas eſt prędicti monaſterij, atque do, & offero, & confirmo in iam dictam eccleſiam, & monaſterium, ideſt integras terras, ſortes, & domnicata, quæ ego habere, & tenere viſus ſum, vel alij pro me, & mihi quolibet modo pertinent infra fines, & loca, quę vocantur Arretri, terram, & res, quam detinuit Baruncul9, & Morenbonus, & filius eius, ſeu do, trado, & offero in iam dictam eccleſiam, B & monaſterium, integram curtem, caſas, terras, vineas, ſortes, & domnicata, quæ vocantur ipſa curtis Greue, vnà cum terris, vineis, ſortibus, & domnicatis, & maſſaritijs, vniuerſiſque rebus, quas ad prædictam curtem pertinent, ſicut ego habere, & tenere viſus ſum, & mihi pertinent per quodlibet ingenium, vbicumque inuenta fuerint. Atque caſtellum, & curtes, terras, & vineas & ſortes, atque domnicata, quæ ego habere, & tenere videor, & mihi quolibet modo pertinent in loco Lucardo, & in villula infra plebem ſanctæ Mariæ ſitam Ciliciano, vel in alijs plebibus, ſeu curtes, & terras, & res meas infra fines, & loca poſitas, quę vocantur Mucillo, cum caſtello, & curte, quæ vocatur ſancti Ioannis maioris, & in Grezano, ideo C prædictas curtes, & caſtella, & terras, vnà cum iuribus, & iacentijs, & pertinentijs earum, atque omnes prænominatas caſas, & terras, & vineas, ſortes, & domnicata, vnà cum omnibus ſuis ędificijs ſuper ſe, & infra ſe habentibus vbicumque de prænominatis terris, & rebus inueniuntur eſſe in integrum, ſicut dictum eſt in prædicta eccleſia, & monaſterio ſancti Saluij prænominatas terras, & res do, trado, offero, atque confirmo, vt omni tempore prænominatæ caſæ, & terræ, & res, curtes, & caſtella in proprietate prædictæ eccleſiæ, & monaſterij permaneant, atque ibidem firmæ, & ſtabiles ſemper ſint, & quod fieri non credo, ſi forſitan ego, qui ſupra Bernardus, vel mei hæredes, aut ſubmiſſa perſona, quam nos miſerimus, vel cum quolibet noſtro facto veniat, per quodlibet ingenium, cui nos eas dediſſemus, D aut dederimus, quod ad prædictam eccleſiam, & monaſterium, ſuoſque rectores in aliquid eamde contendere, aut retollere, vel minuere, aut intentionare præſumpſerimus, aut ſi eas nos ad partem eiuſdem eccleſiæ, & monaſterij, ab homine omni, & fæmina defendere non potuerimus, & non defenſauerimus, tunc dupla tanta, & talis iam dicta res, qualis tunc ipſa fuerit ſub æſtimatione in conſimilibus locis, vnà cum omnibus ſuis ædificijs de noſtris proprijs rebus, ad partem eiuſdem eccleſiæ, & monaſterij reſtituere, & perſoluere debeamus. Et ſi opportunum fuerit ad partem eiuſdem eccleſiæ, licentiam, & poteſtatem habeat, vnà cum iſta chartula cauſam exinde agendum, finem ponendum, reſponſum reddendum, & vſque ad veram legem perducendum, quam melius potuerit, ſicut ego facere debui,

Actum

Actum prope iam dictum monaſterium S. Saluij, &c.

Ego Bernardus pro timore tuo Domine Ieſu hanc chartulam pro remedio animæ meæ, & prædicti Bonandi libenter a me factam. †

Signum manuum Petri Ruſſo bon. mem. Ioannis, & Boni filij bon. mem. Grimaldi, & Bernardi filij Sichelmi, & Pagani filij Imilliæ rogati teſtes.

Ego Ioannes notarius ſcriptor poſt tradita compleui.

Hoc eodem anno 1049. Leo Nonus priuilegium conceſſit Septimiano cœnobio, a Gerardo Epiſcopo noſtro rogatus, atque tenoris eſt proximè ſequentis.

LEO EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Petro Abbati monaſterij ſancti Saluatoris in Septimo, ſuiſque ſucceſſoribus Abbatibus perpetuam benedictionem & ſalutem. Conuenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus, beneuola compaſſione ſuccurrere, & petentium deſiderijs congruum impertiri ſuffragium. Propterea inclinati precibus veſtris per huius noſtræ præceptionis ſeriem confirmamus, & corroboramus tibi monaſterium ipſum ſancti Saluatoris cum omnibus bonis eius mobilibus, & immobilibus, ſeſeque mouentibus, quæcumque ad eum iuſtè, & legaliter pertinent. Necnon etiam cenſemus, vt ſecurum, ipſum monaſterium ab omni læſione ſit, & ſine moleſtia ſit Epiſcopi. Et vt ordinationes presbyterorum, vel cæterorum graduum in eodem monaſterio a quolibet Catholico Epiſcopo tribuatur. Et vt eleemoſynæ tam viuorum, quam & mortuorum ſine calumnia epiſcopi eidem monaſterio tribuatur, & vt de poſſeſſione monaſterij decima a vobis accipiatur. Et quicunque ſe ad monaſterium ſepeliri petierit, a monachis ſepeliatur. Et vt præter ab Apoſtolico, ne iudicetur, nec ad ſynodum Abbas vocetur, ſicut nec ab alio conſecrationem accipit. Statuentes apoſtolica cenſura, vt nullum noſtrum ſucceſſorum Pontificum, nullus marchio, nullus dux, nullus comes, nullus Epiſcopus, nulla prætereа perſona hominum magna, vel parua, contra hanc noſtram præceptionem agere præſumat. Quod quicumque fecerit, anathematis vinculo ſeriatur. Qui verò cuſtos, & obſeruator huius noſtræ præceptionis fuerit, benedictionem a Domino Deo conſequatur.

Datum xiv. Kalend. Maij per manus Petri diaconi bibliothecarij, & cancellarij ſanctæ Apoſtolicæ ſedis anno domini Leonis Noni Papæ primo indict. 2.

Gerardo ſedente anno 1058. aſſurrexit nobiliſſima quædam matrona Thebergа nomine, quæ extincto viro, vitæ religioſæ ſe addixit, ampliſſimamque donationem contulit in canonicos ſancti Ioannis Epiſcopij, cuius præpoſituram gerebat Martinus: in eius verò donationis documento inſinuatur, eos canonicos regularibus inſtitutis ſtrictos fuiſſe, illudque in pluribus alijs monumentis, ſcripturiſque innumeris in capitulari tabulario conditis inſpexi, è quibus in eam opinionem deflexi, quæ fragili antea fundamento innixa videbatur, omnium ſcilicet, imo vero maiorem totius Italiæ cathedralium partem ante annum

A Chriſti milleſimum centeſimum, religioſis inſtitutis excultos canonicos habuiſſe, qui cum deinceps deflorеſcente pietate de regulari obſeruantia paulatim remiſiſſent, ad communem ſeculi vitæ rationem modo in his, modo in alijs deflexere, adeo vt nullæ iam in noſtra Italia cathedrales Eccleſiæ regularibus canonicis inſtituantur, vltimæ vero Peruſinæ, atque Eugubinæ Cathedrales ſub Leone Decimo ſecularizatæ fuerunt, quarum canonici ad communem ſeculi viuendi normam ſunt traducti: ſolus canonicorum regularium ordo in monaſterijs integer perſiſtit, nec poſt tot ſeculorum iniuriam, regularem priſtinæ vitæ florem amiſit; teſtis erit nobilis canonicorum regularium Lateranenſium congregatio, vnitum regularis B clericorum diſciplinæ in cathedralibus olim inſtitutæ monumentum. Thebergæ verò pia in regulares Florentinæ Eccleſiæ canonicos liberalitas ijs verbis in originali documento exprimitur.

In nomine Domini Dei æterni.

Anno ab Incarnatione eius quinquageſimo octauo poſt mille, xij. Kalendas Octobris, indictione vndecima. Auxiliante Domino noſtro IeſuChriſto, profitēs profiteor Theberga filia b. m. Athi, qui Albertus fuit vocatus, & coniux Rolandi filij bon. mem. Athi, velle ſanctæ religionis induta, lege viuente Romana per bonam, & ſpontaneam voluntatē per vim vocis tranſlationis, perpetualiſque tranſactionis, ſeu firmamentum, quem & paginam pro remedio animæ meæ, & animę de C ipſo viro meo, per hanc chartulam offertionis nomine a præſenti die dare, & tradere, atque offerre prævidi in canonica regularis de eccleſia, & domui ſancti Ioannis ſita in ciuitate Florentia, vbi modo Martinus præpoſitus præeſſe videtur, idest integrę tres ſortes, cum rebus illis omnibus, quæ ſunt poſitæ: vna ex ipſis in loco, vbi dicitur Sala, quę recta fuit per Petrum Stephani: alia eſt poſita in loco limite, quę recta fuit per Vrſum de limite. Tertia ſorte, in loco vbi dicitur Pitema . . . quæ recta fuit per Ioannem Martini: & ſunt ipſæ ſortes infra territoriū de plebe ſancti Martini ſita Brozi. Ideo prædictæ ſortes cum omnibus ædificijs ſuis ſuper ſe, & infra ſe habentibus, vbicunq; de ipſis ſortibus pertinentes eſſe inueniuntur omnia in integrum in ipſa canonica regularis dare, & tradere, atque offerre prævidi, in tali tenore, vt nullus Epiſcopus de ipſo epiſcopio, aut præ- D poſitus de ipſa canonica non habeant licentiam, nec poteſtatem prænominatæ ſortis, & rerum in aliam partem, neque per cambium, neque per libellum, aut in beneficium, neque per vllum ingenium dandum, aut alienandum, ſed ſemper ſint in poteſtate, & ad vſum, & redditum de illis canonicis, qui modo, aut in antea in prædicta canonica ad inſtar primitiuæ Eccleſiæ cōmuniter viuentes regulam SS. Patrum canonicè obſeruant, & obſeruaturi ſunt. Et ſi forſitan Epiſcopus de ipſo epiſcopio, vel præpoſitus de ipſa canonica, prænominatæ ſortis, & rebus, in aliam partem per vllum . . . alienauerint, vel eas de poteſtate, & vſum, & redditum dicti canonici, qui modo, aut in antea in ipſa canonica regulariter vixerint, vt . . . præſumpſerint tam

dare

dictæ ſortis, terris, & rebus, veniant, & reuertant in proprietatem, & poteſtatem meam, vel hæredibus, aut propinquioribus parentibus meis . . fuerint ſine alicuius contradictione, & ipſis licentiam, & poteſtatem habeant prænominatas res vendere in qua parte melius potuerint, & . . . quem exinde tollere præſumpſerint, dare, & expendere debeant ad pauperes, & in eccleſias, & ad clericos in quali parte ad opus Dei melius prǫuiderint; & ſi forſitan ego, quæ ſupra Thetberga, vel mei hæredes, aut ſubmiſſa perſona, quam nos miſerimus, vel qui cuiuſ quolibet noſtro facto veniat, per quodlibet ingenium, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus, qui ad prædicta canonica vel ad canonici, qui modo, aut in antea ibidem regulariter viuunt, de iam dicta ſorte, & rebus tollere contendere, vel minuere præſumpſerimus, aut ſi ſub vnoquoque homine, & fœmina a parte ipſius canonicæ non defenſauerimus, abſit auertat diuina potentia, & omnia, quæ ſupra leguntur, non obſeruauerimus, & non adimpleuerimus, tūc dupla tantis, & talibus terris, ſortibus, & rebus quales tunc ipſis fuerint ſub æſtimatione in conſimilibus locis de noſtris proprijs rebus a parte ipſius canonicæ reſtituere, & perſoluere debeamus. Et ſi opportunum fuerit ad illum præpoſitum, qui modo in ipſa canonica eſt, vel ad illos, qui in antea fuerint, cum eorum aduocatoribus, cauſa eandem agendum, finem ponendum, reſponſum reddendum, & vſque ad veram legem perducendum, quam melius potuerint, ſicut . . . facere debui conſtipulatione ſubnixa.

Actum Florentiæ.

Manus prædictæ Thetberghæ, quæ hanc chartulam, ſicut ſuper legitur fieri rogauit.

Manuum Petroni filij Ioanni Perghize, & Corberi filij Donati, & Petri . . . filij Mutelliſe rogatorum teſtium.

Manuum Vberti, & Euppulengi filij Moroni, & Guidoni filij Ghiſi rogatorum teſtium.

Albertus notarius ſcriptor poſt tradita compleui.

Theiberga, ſeu Tisberga, vt vidimus, canonicorum benefactrix, illa eadem eſſe putatur, quæ paulo poſt ſanctæ Felicitatis monaſterij ordinis ſancti Benedicti celeberrimi euaſit Abbatiſſa, meruitque pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus in eodem cœnobio a Nicolao Secundo reædificato ſequenti priuilegio exornari.

NICOLAVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Theibergæ Abbatiſſæ monaſterij ſanctæ Felicitatis iuxta Florentiam ſiti, ſibique ſucceſſuris, & in ſancto propoſito permanſuris in perpetuum.

Quoniam omnipotentis dignatio ſuo gratuito munere, nullo digno præcedente opere, ad hoc noſtram humilitatem dignata eſt prouehere, quatenus per nos vbique terrarum proprio ſanguine redemptæ Eccleſiæ lumen adminiſtraret indeficiens: profecto rationabile ducimus, cooperante ipſo, de quo loqui præſumimus, ſecundum proprias vires vnicuique acceptum talentum diſtribuere, ne apparente ipſius maieſtate (quod abſit) ſine acquiſito lucro, velut inutilis ſeruus videamur remeare. Quod vtique diuinam

A miſericordiam conſequi poſſe ſperamus, ſi membris eius adhuc per fidem in terra cœleſtia anhelamus præſidia, quæ poſſumus, ſereno affectu ſuppeditare curamus. Sic enim, ſic profecto, & ſupernum noſtræ fragilitatis conciliamus auxilium, & pura intra cordis hoſpitium manente intentione hominum conſequimur fauorem honeſtum. Cum licet vniuerſis debitores ſimus gentibus fidei lumine clarentibus; domeſticis quoque noſtris beneuolentiæ ſtudio ſingularem curam impendimus, Magiſtrum gentium ſequentes, qui bonum opus adimpleri præcepit in omnes, ad domeſticos fidei maxime. Monaſterium itaque ſanctæ Felicitatis cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, quod noſtra epiſcopalis ſimplex adhuc diſpenſa-

B tio quorūdam prǫdeceſſorum noſtrorum negligentia deſtructum, coaptato nobilium ſanctimonialiū pluriмarum collegio reædificare curauit ex integro; nunc etiam ſecundum Apoſtolicæ ſedis, cui deſeruimus, valentiam, per noſtras manus dedicatum, ſtabilitate perſeueranti roboramus, & confirmamus, atque vt perpetua vigeat religione, ſequeſtrata prauorum infeſtatione, omnipotentis Dei committimus tutelæ. Cui etiam ſicut dignum nobis videtur, quia in curia Florentinorum Epiſcoporum ſua prædia nequiter ſunt diſtracta, & ſacrilegorum quorundam temeritate inuaſa, concedimus, & Apoſtolica auctoritate ſtabilimus manſos, & fundos, venerabili loco pia deuotione oblatos, & offerendos, vbicunque veraci relatio-

C ne eius nomini fuerint titulati, ſuoque iuri religioſa ſollicitudine inueſtiti, atq; inueſtiendi. Liberum præterea idem reddimus monaſteriū, atq; abſolutum ab omni ſeculari, & mundana conditione, ſiue diſtrictione, ne liceat alicui magnæ, paruæque perſonæ a nobis reſtituta prædia, firmiterque ſtabilita decimales prouentus ſcilicet, & quoſdam a nobis conceſſos aliquo ingenio inuadere, aut aliqua fraude ſubripere, ſiue diminuere. Fiſcum denique, ſeu debitam ſubiectionem exigere: ſed maneat venerabilis locus, noſtra tutela firmatus in ſancto propoſito, nullique alij ſit obnoxius, niſi Florentino Epiſcopo, qui memor noſtræ deuotionis, ſuæque fragilitatis, iuſtitiæ norma ſeruata, ſecundum Doctoris gentium præceptum,

D eiſdem ſanctimonialibus honorem congruum exhibendo, nil præter blandum dominium requirat ex debito. Si autem (quod non credimus) aliquis temerarius hanc apoſtolicam ſanctionem crudeli mente tentauerit infringere, noſtramque inſtitutionem, ſecundum locum lædendo caſſare, niſi admonitus reſipuerit, ac dignè emendauerit, anathematis gladio percutiatur ab omnipotenti diuinitate, iaculata ſibi de cælo vltione in hac præſenti carne, interficiatque eum Deus ſpiritu oris ſui, dum venerit iudicare ſeculum. Qui vero noſtræ roborationis pius conſeruator extiterit, in ſecundo aduentu mereatur illam melliſſuam vocem audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Præterea, vt hæc pagina fidem legentibus aſtruat, & propriæ manus ſubſcriptione, & apoſtolici ſigilli munire ſtuduimus impreſſione.

✠ *Sigillum Nicolai Papæ.*

Ego

Ego Bonifacius Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ioannes Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Petrus Lauicanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Brunus Prænestinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Petrus Peccator monachus ſubſcripſi.

Hic eſt Petrus Damiani (inquit Baronius) quē videas ſeorſum a Cardinalibus ſubſcribere diplomati voluiſſe, & abſque titulo Oſtienſis epiſcopatus, quo ſe cauiſſe contenderat, ex quo libellum renunciationis dediſſet Nicolao Pontifici, vt ſuo loco ſuperius dictum eſt, poſt ſubſcriptiones iſta ibi leguntur.

Datum Florentiæ vi id. Ianuarij, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MLIX. per manus Humberti ſanctæ Eccleſiæ Siluæ candidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ ſedis bibliothecarij, anno primo pontificatus Domini Papæ Nicolai ſecundi, indictione decimatertia.

Hoc eodem anno Nicolaus eamdem Eccleſiam S. Felicitatis vi. idus Nouembris ſolemni ritu conſecrauit, ad cuius memoriam nuper hæc inſcriptio in marmore inciſa eſt, legiturque ad parietes eiuſdem eccleſiæ.

TEMPLVM HOC DEO, ET B. FELICITATI DICATVM
ET ANNIS IAM DCC. ET VLTRA PERACTIS
SACRIS HISCE VIRGINIBVS ROM. PONT. NICOLAVS II.
QVI EORVM MONAST. FERE DESTRVCTVM
DVM EPISCOPALI MVNERE FVNGERETVR COOPTATO
NOBILIVM SANCTIMONIALIVM COLLEGIO
REÆDIFICANDVM CVRAVERAT SVMMVS PONTIFEX
FACTVS ANNO D. MLIX. VII. ID. NOVEMB.
QVÆ FVIT DIES DOMINICA POST FESTVM OMNIVM
SANCTORVM SOLEMNITER CONSECRAVIT
QVARVM RERVM NE MEMORIA PEREAT SANCTES ASSETATVS
EIVSDEM TEMPLI PRIOR MONVMENT. HOC PON. CVR.
ANN. D. M.DC.

S. Felicitatis hæc peruetuſta eccleſia vna eſt ex triginta ſex parochijs, vnaque ex duodecim Collegiatis huius vrbis Eccleſijs, quas Carolus Magnus in noua ciuitatis reædificatione inſtituit, fundauitque ſub priore, clericorum collegium diuinum in ea perſoluit officium; monaſterium vero, quod templo adiacet, moniales ſub Abbatiſſæ diſciplina, & Diui Benedicti inſtituto poſſident. In eo claruit ſanctitate B. Berta de Bardis, quæ aliqua per Hetruriam Benedictini monialium cœnobia ad priſtinam viuendi formam reduxit.

Gerardus autem tametſi ad ſummum pontificatum aſcendiſſet, dum tamen vixit, Eccleſiam Florentinam gubernare perrexit, deceſſit verò Florentiæ ſe conuoluente Iunio die 7. an. 1061. ſepultuſque eſt in cathedrali templo ſanctæ Reparatæ. Hunc crediderim ego illum venerabilem Epiſcopum eſſe, quem S. Petrus Damiani Scachis colluſorem reprehendiſſe memorat in epiſtola ad Alexandrum Secundum & Ildebrandum Archidiaconum, quam Virgam Aſſur cognominenuncupauit.

23 PETRVS Ticinenſis cognomento Simoniacus, Theuzonis Mediçbarbę filius, malis artibus poſt exceſſum Nicolai ſecundi in hāc ſedem irrepſit, qui epiſcopatum iniit anno 1062. Filij ſimoniam detexiſſe patrem narrat Andreas Ianuenſis in actis ſancti Ioannis Gualberti, cap. 62. *Circa hæc tempora, inquit, contigit, vt quidam nobilis vir nomine Theuzo Medinbarba, pater videlicet Petri Epiſcopi Florentini, cauſa viſitandi filium: Florentini clam inſidiantes dicere tentando cœperunt: Domine Theuzo, multum pretij pro filij tui dignitate Regi contuliſti? Quibus ille vtpote ſimpliciſſimus homo cœpit iureiurando dicere: Per corpus ſancti Syri, nec vnum molendinum poteſt homo in domo Domini mei Regis habere ſine magno pretio, nedum talem conſequi epiſcopatum, per ſanctum Syrum, ſic ter mille libras dedi, ſicut vnum nummum.*

Cæterum vbi populus Florentinus ſui Præſulis ſimoniacum ſcelus ſubodoratus eſt, illum quammaximè exoſum habuit, cumque ſeniorem partem Vallisvmbroſani monachi, ac ſanctus Ioannes Gualberti, qui tunc viuebat, ſouerent, publiciſque in concionibus ſcelus inſectarentur, populus in diuerſa ſtudia abijt, fœdeque diſcisſus eſt, itaut pars Petrum defenderet, pars ſequeretur monachorum arbitrium, eorumque qui rectè ſentiebāt. Itaque cum ea conſternatio animorum in fœdum exitium eruptura videretur, Alexander Secundus Pontifex miſſo Petro Damiani Oſtienſi Epiſcopo, conatus eſt exulceratis animis facere medicinam, ſed nequicquam: infecta etenim re rediit Legatus,

abomi-

abominatus vtique illos, qui Epiſcopum ſuum, A nondum ab Apoſtolica ſede damnatum, aduerſabantur: quamobrem prolixam admodum apologiam ea de re, tum ad populum Florentinum, tum vero ad Theuzonem monachum incluſum malorum omnium auctorem, perſcripſit. Cumque poſt abſceſſum legati partium ſtudia ſæuius excitarent, vt veritas erueretur, prouocarunt ad pyram, vt ſcilicet ille, qui per ignem tranſiret illæſus, vera narrare crederetur. Igitur eligitur Septimianum cœnobium, quinto ab vrbe Florentia milliario diſtans, ſuccenditur pyra, flammæ in multa volumina glomerantur; zelo fidei accenſus ingreditur Petrus Vallisumbroſanus, tranſijt illæſus, eodem etiam reuerſurus, ni populus certior factus reditum prohibuiſſet. Quod facinus ſecundum Baronij computationem patrauit Petrus anno 1063. B Hic ille Petrus eſt ſancti Ioãnis Gualberti nobilis alumnus qui ob illuſtre ignis prodigium Petrus Igneus dictus eſt, qui poſtea renunciatus eſt Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, & in albo beatorum adſcriptus, vt ſupra retulimus in primo Tomo. Atque ita Petrus Petrum eiecit è ſede Alexandro ſecundo Pontifice ita cenſente. Interim ſimoniaci criminis damnatus Petrus adeo æquo animo iuſtiſſimam tulit ſententiam, vt etiam tonſus intra Septimianum clauſtrum voluerit vitam monaſticam profiteri, reconciliatis monachis, & ab iiſdem ad communionem receptus. Meminit facti Baronius tom. xi. Annalium ſuorum, prolixeque narratur in vita ſancti Ioannis Gualberti ab Athone C Piſtorienſi Epiſcopo conſcripta, inque Septimiana hiſtoria noſtri Baccetij, & in Epiſtola populi Florentini ad Alexandrum II. quam recitat Baronius: in Thoma Boſio de ſignis Eccl. lib. 9. ſig. 35. c. 5. ſed omnium diligentiam ſuperauit Deſiderius Abbas Montis Caſini, qui poſtea Victor 3. fuit Pontifex Maximus in lib. 3. ſuorum dialogorum M.S. quam ipſam narrationem hic ſubijciendam cenſuimus, ſic enim ſe habet:

☞ Quod Dominus in Euangelio dicit: Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, quotidie cernimus adimpleri, & antiqua nouis temporibus innouari. Hæc itaque, quæ dicturus ſum, adeo clara ſunt, vt non ſolum in Florentina diœceſi, in qua facta noſcuntur, verum etiam in tota Tuſcia, ac in Vrbe, quæ caput eſt mundi Roma, conſtet eſſe notiſſima. D Petrus quidam clericus dictus eſt, qui occulte data pecunia, regio adminiculo, in prædicta Florentina ciuitate cathedram Epiſcopatus accepit. Cum denique à clericis, & populo, vt Epiſcopum decebat, benigne fuiſſet ſuſceptus, poſt non multum ſpatium temporis, fama per eiuſdem Epiſcopatus diœceſim increbuit, quod ſimoniacæ hæreſis peſte fœdatus, quod gratis, Domino iubente, accipere, & dare ſtatutum eſt, pecunia mercatus fuit; cumque tam horrenda tamque execranda fama primitus ad Religioſum, dehinc ad aures vulgi perueniſſet, cœperunt ſe plures ab eius communione ſubtrahere, Romanoque Pontifici, quæ ſuper hac re cognouerant, diuino exardeſcente zelo ſtuduerunt inſinuare. Qui Epiſcoporum concilio congregato, eundem Epiſcopum, vt rem diligenter agnoſceret, conuocauit, ſed cũ ſe Synodo præſentaſſet, accuſatoribus vndique acclamantibus, ſacramento ſeſe purgare nitebatur. Cumque coram præſentibus res aliquantulum agitata fuiſſet, datæ induciæ ſunt, vt per eaſdem forſitan inductus diuinum expaueſcens iudicium, quod pertinaciter denegabat, humiliter confiteretur: quatenus ab æterno non remoueretur altari, ſi ab hoc præſenti, cui miniſtrare iuſtè non poterat, ſe abſtinuiſſet. Interim populus in duas diuiditur partes, quarum altera, quæ amorem Dei muneribus præferebat, clericos, & religioſos monachos, qui contra Epiſcopum rem comprobandam ſuſceperant; altera vero, quæ munera, & fauorẽ diligebat, Epiſcopũ eſt ſecuta. Cum crebro igitur inter ſe altercaretur populus, & altera alteri obſtaret parti, in tãtũ exorta augebatur contentio, vt inter ſe dimicantibus ſæpe etiam vſque ad effuſionem ſanguinis venirent. Cumque hæc diutius agerentur, & neutra pars parti cederet, Ioannes reuerendiſſimus Abbas monaſterij, quæ Vmbroſa vallis dicitur, ſæpe ad hunc conflictum aduocatus, zelo Dei ductus, ſuis cum monachis veniebat. Qui exhortando, prædicando, diuini examinationẽ iudicij intentando, Epiſcopum admonere non ceſſabat, quatenus de perpetrata culpa pœnitentiam ageret, & ſacerdotio minime legaliter acquiſito, humiliter cederet, ne ſibi, ſuiſque ſubiectis, quibus incremento eſſe debuerat, detrimento foret. Illud de Euangelio ei ſæpe proponens, quomodo Dominus Ieſus vendentes, & ementes columbas de Templo proiecerit, cathedraſque ſubuerterit, & æs nũmulariorum effuderit, videlicet demonſtrans, vt quicumque Spiritus ſancti donum (quod per columbam ſignificatur) ductus auaritia, vel vana gloria elatus pretio acquirere, vel vendere tentauerit, ab illo cœleſti Templo, & æterno Altari ſe procul dubio eliminandum nouerit. Sed ille nihilominus præſentis vitæ honoris cupidus, pro nihilo monita ſancti viri ducebat, imò pertinaciter & armis, & verbis, omnibuſque modis, quibus poterat, ſe defendere nitebatur. Cumque ibidem venerabilis Abbas incaſſum procedere ſua verba videret, vtraque parte populi aduocata: Quoniam, inquit, verba non proſunt, veniamus ad ſigna, conſtituatur rogus, & igne ſuppoſito accendatur, per quem vnus è noſtris ingrediatur, vt vtrum vera, an falſa ſint, quæ de Epiſcopo dicimus, domino diſcernẽte probetur. Placet vtriq; parti ſententia. Rogus mox duodecim pedũ menſura extruitur, intra quẽ parua ſemita, qua vnius tãtũ hominis perſona trãſire poſſet, relinquitur, quæ etiã ex accenſis lignis, ne aliquis ibi locus à flãma vacaret, conſternitur. Interim autem dum hæc præparantur, præfatus Abbas Ioannes Petro ſuo diſcipulo, reuerendiſſimo videlicet viro, qui poſtmodum in Albanenſi vrbe Epiſcopus ordinatus eſt, quique etiam adhuc ſupereſt, eamdem Eccleſiam regens, præcepit, vt indutus ſacris ſanctis veſtibus omnipotenti Deo ſacrificium offerret, & ſic demum confiſus de miſericordia Dei per accenſi rogi flammas indubitanter intraret. Qui iuſſis patris obtemperans, poſtquam Deo ſacrificium obtulit, caſula ſe expolians, ad ignem venit, & ma-

& magna vocé: Oro, inquit, Deus omnipotens ſi Petrus, qui Epiſcopus dicitur, ſimoniaca eſt peſte fœdatus, ne Eccleſia tua amplius polluatur, iudicio ſancti Spiritus oſtende virtutem, & illæſum me per hunc ignem tranſire concede. Quod ſi nos fallacia pleni, cauſa inuidiæ ducti, hanc contra eum tulimus quæſtionem, ardor iſtius ignis me tua gratia derelictum conſumat. Hæc dicens, & ſanctæ crucis ſe ſignaculo muniens, per medias flammas conſtanter ingreſſus eſt. Cum igitur vndique eſſet flammis circumdatus, ita ut à nemine protſus videretur, & omnes eum iam conſumptum putarent, ſubito ex alia parte, Chriſti comitante gratia, egrediens proſiliuit: ita vt non modo veſtimenta, ſed nec capillus quidem læſus ab igne in aliquo videretur, ſed vt idem venerabilis vir poſtea referebat, cum per medias flammas graderetur, mappula de manu eius cecidit, cumque iam penè egredi ex igne deberet, vidit ſe mappulam in manibus non geſtare, & in ignem ſibi eam ſeccidiſſe conſiderans, per medias iterum flammas reuertitur, & ſecum mappulam extrahens reportauit. Tunc omnes qui aderant, viſo tam maximo, tam obſtupendo miraculo, immenſas Deo gratias agentes, mox diuerſa pars vna effecta, præfatum Epiſcopum ab eccleſia pellunt qui poſtea pœnitentia ductus, mutata veſte ſub ſanctæ conuerſationis regula religioſam agere vitam viſus eſt. Hactenus Deſiderius.

24 Poſt Petri Simoniaci depoſitionem Alexandrum Pontificem eodem anno 1063. Florentinam Eccleſiam regendam attribuiſſe alteri PETRO eius nominis ſecundo, viro catholico, & venerabili, clara eius æui monumenta oſtendunt; ab anno namque 1064. vſque ad 1068. quibus Petrus alius longe diuerſus a Simoniaco reperitur Epiſcopus Florentinus, quem virum pietate clarum, & venerabilem vocat ipſe idem Simoniaci eiector Alexander Papa ſuis Epiſtolis ad illum datis anno 1067. quas modo ſubijciemus. Petrus enim, quem ad diſtinctionem Simoniaci, catholicum placuit appellare, ille eſt qui die 15. ianuarij 1064. Petro cœnobij Florentini Abbati, Eccleſiam S. Proculi cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, ſub annuo cenſu duodecim denariorũ argenti, in feſto S. Ioannis Epiſcopatui ſoluendorum contulit vt perhibent eius monaſterij documenta. Idem memoratur in diplomate, quod confecit idem Petrus Abbas de reſtitutione hoſpitalis ſancti Nicolai, his verbis, quibus ait

Et pro animabus antecessorum meorum Abbatum, ſeu ſucceſſorum iſtius Abbatiæ, & pro animabus monachorum fratrum viuorum, & mortuorum, & cuſtodis illius hoſpitalis: nec non pro anima Hugonis marchionis ſuæque genitricis Vvillæ huiuſque monaſterij ædificatricis. Nec non pro ſalute Goteſridi excellentiſſimi Ducis, quin etiam pro anima ſuæ dilectiſſimæ coniugis Beatricis; atque pro ſalute Petri Florentini venerabilis Epiſcopi, a quo quandam decimationem, quam eidem hoſpitali contulimus gratia huius hoſpitalitatis acquiſiuimus. Atque pro remuneratione Tranſmundi Feſſulani Epiſcopi, & Leonis Piſtorienſis Epiſcopi. &c.

Anno 1067. hic venerabilis Petrus, ſub pietatis affectu, cum populus Florentinus Baſilicam ſancti Petri maiorem inſtauraſſet, exornaſſetque, ibidem, inſigne virginum cœnobium extruxiſſetq; Petrus fauit illius pijs conatibus, omniaque indulta donationeſque Eccleſiæ illi factas confirmauit, prolixaque humanitate, ac liberalitate moniales illas, quæ ex regula diui Benedicti vitam inſtituerant, protegendas ſuſcepit, vt ex hoc fideli tranſũpto perſpici poteſt, cuius originale in canonicæ Archiuio conſeruatur cũ reliquis ſupra memoratis monumentis.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

☞ Petrus Florentinus Epiſcopus, Orthodoxæ fidei propriũ eſt, ſacræ religionis ſtudijs indeſinenter incumbere, & ſacra loca diuinis cultibus mancipata ſouendo iuuare, cuius quidem operis inſtantia licet omnibus cultoribus Chriſti debita veneratione ritè conueniat, maxime tamen illis competit, quibus pro ſalute animarum alicuius Eccleſiæ cura traditur, ſiue Epiſcopus. Neque enim ſufficit Chriſti ſacerdotibus ſolum prædicationi inſiſtere, niſi etiam ſtudeant de manu fructificare, hoc eſt, eleemoſynam facere, cæteraque bona pro viribus explere. Et quia mihi immerito diuina miſericordia Florentini Epiſcopatus regimen largiri dignata eſt, aſſiduis precibus flagito, quatenus omnipotentis iuuamine iniunctũ mihi officium ſic peragam, vt in die tremendi examinis pro talento mihi credito à Domino audire merear: Euge ſerue bone, & fidelis &c. Ergo quia tempus eſt, vt ea quæ propoſui, ſoluam. Eſt quædam Eccleſia in honorem ſancti Petri non longe à Florẽtina vrbe poſitá, Florentinorum ſumptibus decorata, ſacie innouata, quam in pulchriorem morum elegantiam redegi, deſiderans ancillarum Dei ibidem ex canonicorum noſtrorum conſilio, nec non religioſorum multorum in perpetuum ordini profecturum, cum omnibus terris, & rebus ſibi pertinentibus, cuius bonæ intentionis nouitatem, quia noſtræ ſubiectura eſt ordinationi, diſpoſui opem ferre pro tempore, & prædictum venerabilem locum noſtra munificentia iuuare, quatenus ancillarum Dei per acceſſum futuri temporis in Dei laudibus concreſcat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra, & diabolo fiant maxima detrimenta. Deuota itaque mente ad ſaluationem ancillarum Dei animum intendi, & portum ſalutis, ne naufragium incurrant, præparari curaui, meiq; omnem Epiſcopatus populum, quorũ cura mihi, quamlibet indigno cõmiſſa eſt, deuotiſſime inuitans, in hoc vnanimes eſſe volo, conteſtor, & rogo. Sed quoniam donationis noſtræ exiguitas ad victũ ancillarum Dei ibidem Deo ſeruientium minime ſufficiebat, contigit diuina miſeratione vt quædam potens, ac nobilis matrona Giſla nomine, dudum pro amore huius ſanctæ ordinationis ſerena multa de prædijs ſuis prædicto venerabili loco concedens offerret, in quo omnipotenti Domino quatuor filias ſuas ſanctimoniales in perpetuum obtulit ſeruituras. Cuius quidẽ ſanctæ deuotionis ſponte annuens, vniuerſa quæ dedit ad victum ancillarum Dei ibi Deo ſeruientium in præſentia D. Gottifredi ducis, & marchionis noſtri, & Gregorij Veſcellæ Epiſcopi, & cancellarij regis, atque

omnium clericorum,& laicorum Florentinæ ciuitatis confirmaui,& roboraui. Similiq; modo confirmo, quæ fauente Domino in futuro tẽpore ſum daturus,nec nõ quæcũq; de nouo vſui ſeruarũ ſiue ancillarum Dei cõtulit,ſiue collatura eſt tẽpore ſequenti. Hoc denique noſtræ ordinationis decretum diuina protectione munitum firmamus,& ſub Dei tuitione reponimus,vt nullius ſacrilegi temeraria manus hoc tam ſanctum opus impunè violare præſumat, ſed quicumque violauerit, & non cito emendauerit,anathematis gladio feriatur: & neque mihi,neque alicui meorum ſucceſſorum aditus pateat huius cœnobij propoſitum infringere, aut violare, vel in alium vſum ſimulata ſanctitate, vel ſub obtentu religionis tranſmutare, ſed quicumque hoc fecerit, anathematis vinculo innodatus futuræ vitæ careat &c. & hoc ſeculo cum lamentis cæcitate mulctetur. Inſuper centum libras auri optimi regiæ poteſtati, quæ pro tempore fuerit,& præfato venerabili loco ſe compoſiturum agnoſcat. Quicumque autem ſolamen huic ſancto exhibuerit operi,in cœleſti regno beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis,& beati Petri Principis Apoſtolorum, & ſanctæ Agnetis virginis, & omnium ſimul ſanctorum mereatur contubernio perfrui. Actum Florentiæ feliciter.

Ego Petrus ſanctæ Florentinæ ſedis humilis Epiſcopus huius noſtri decreti paginam propriæ manus ſubſcriptione confirmans roboraui.

Ego Tranſmundus Epiſcopus Feſulanus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſubſc.

Ego Theobaldus cantor conſenſi,& ſubſc.

Ego Gerardus Canonicus conſenſi,& ſubſc.

Ego Ioannes ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Canonicus conſenſi, & ſubſc.

Ego Petrus Canonicus, & Subdiaconus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ conſenſi,& ſubſcripſi.

Ego Rodulphus Canonicus conſenſi,& ſubſc. &c.

Paulo poſt hanc confirmationem, anno 1067. ab Alexandro ſecundo Pontifice impetrauit, vt etiam beneficio Apoſtolicæ ſedis haberetur pro rata, a quo hanc ſubiectam epiſtolam ea de re gratioſam accepit; ex eodem tabulario.

ALEXANDER EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Chariſsimo fratri Petro Florentino Epiſcopo,ſuiſque ſucceſſoribus. Pia poſtulatio voluntatis affectu debet proſequenti compleri, quatenus & deuotius,& ſincerius laudabiliter innoteſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat, & quia fraternitas tua inſinuauit ſanctæ Apoſtolicæ Sedi, ſe ad communem ſanctimonialium vſum in Eccleſia ſancti Petri ſita in ſuburbio Florentinæ ciuitatis monaſterium conſtituiſſe,& prædiorum tam a te quam etiam à quadam religioſa fœmina nomine Giſla nonnulla beneficia eidem Eccleſiæ collata eſſe,non ſolum deuotionis tuæ ſtudium laudamus, ſed ordinationis tuæ conſtitutionem, quam interim per donationis paginam eidem Eccleſiæ feciſti, auctoritatis Apoſtolicæ priuilegio confirmamus,atque in perpetuum ratum,firmumque fore corroboramus, etiam præfatæ Eccleſiæ tum ea, quæ nunc iuſte tenet, quæque a prænominata matrona collata ſunt, quam quæ ab eadem,ſeu cæteris in futurum iuſte conferenda ſunt fidelibus. Sub

A *diuini igitur Iudicij obteſtatione ſtatuimus, vt neque Rex, neque dux, marchio, comes, vicecomes, ſed neque Epiſcopus, aut aliqua præditus dignitate, poſtremo nulla magna paruaq; perſona ſub cuiuslibet cauſæ,& occaſionis ſpecie huius noſtræ Apoſtolicæ ſanctionis decretum infringere, ſeu ea, quæ iam iuſte collata ſunt, quæque in futurum ſunt iuſte conferenda,aliquo modo, ac ſtudio minuere,vel auferre præſumat. Quod ſi aliquis temerario auſu hanc confirmationis noſtræ paginam violare præſumpſerit. & admonitus a te ſeu a ſucceſſoribus tuis emendare contempſerit,auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri,& Pauli ſciat ſe excommunicatum, & pœna centum librarum auri mulctandum: at vero qui obſeruator extiterit, repleatur abundantia Apoſto-*
B *licæ benedictionis. Datum Laterani aj. Kal. Iunij. per manum Petri S. R. E. Subdiaconi, & Bibliothecarij anno ſexto Pontificatus D. Alexandri Papæ ſecundi, ab incarnatione vero Domini MLXVII. indict. V.*

Idem Petrus Epiſcopus reperitur ſubſcriptus in quodam iudicio Lucæ habito a Beatrice comitiſſa ad fauorem Brochardi Lucenſis archidiaconi an. 1068. die 8. idus Iulij. Poſt hæc nulla alia de Petro hoc venerabili Epiſcopo mentio habetur: oportuit illum ex hac mortali vita obijſſe poſt annum 1068. de quo etiam apud noſtrates nulla memoria exiſtit,immo fere omnes,poſt Simoniacũ referunt Rodulphum quemdam Tudertinum Epiſcopum, Alexandri ſecundi Pontificis iuſſu, Epiſcopatus Florentini rem adminiſtrãdam ſuſcepiſſe
C & ad annum vſque 1071. ſatis perbelle inſtituiſſe. Quomodo autem fieri potuerit,vt Rodulphus Epiſcopatũ adminiſtrauerit, dum in eo Petrus re,& nomine Venerabilis pacificè præſideret? Quomodo etiam potuerit Simoniacus ille ſtupendo ignis miraculo reus, et ex concilij ſententia ab Alexandro tamquam ſimoniacus, & inuaſor Florentinæ Eccleſiæ, iuxta ſanctiones canonicas perpetuo depoſitus, ſtatim ad ipſam dignitatem ab eodem Pontifice reuocari, venerabilis, cultorque pietatis acclamari? iudicent periti: ego vero Petrum ſecundum merito catholicum,ſimoniaco Petro ſucceſſiſſe exiſtimo anno 1063. iuxta meliorem ſupputationẽ, poſt hunc circa annum 1069. Rodulphum Tudertinum Epiſcopum eam Eccleſiam adminiſtraſſe vſque ad an. 1071. quo Raynerius,Petri Venerabilis ſucceſſor, Epiſcopus renun-
D ciatus eſt. Viderit ergo Lector,cui de his fidẽ magis accommodare placeat. Cæterum factum eſt ex amanuenſis noſtri vitio, vt Rodulphi Epiſcopi Tudertini, de quo modo egimus, altum ſilentium tenuerit noſtra Tudertinorum Præſulum ſeries in primo tomo noſtræ huius ſacræ hiſtoriæ concinnata. Claruit is ſub Nicolao,& Alexandro ſecundo Pontif. ad eam ſedem euectus ex canonico Florentino, teſte Andrea Ianuenſi, quem ſanctum vocat. Eius etiam meminit Atho Piſtorienſis Epiſcopus in vita ſancti Ioannis Gualberti cap. 67. *Rodulphum*, ait, *Epiſcopum Papa poſtea Mediolanum miſit cum viris eruditis, vt,cunctis catholicis id omnino petentibus, Epiſcopali officio ſubueniret, ad conſolãda corda fideliũ diu catholico Paſtore deſtituta.* Defunctus videtur Rodulphus circa an. 1073. cui ſucceſſit Gotefridus in Tudertina ſede.

25 RAYNERIVS ciuis Florentinus ſublectus eſt anno 1071. vir vtique doctiſſimus, multæque exiſtimationis, ſed quem peculiares aliquando opiniones tranſuerſum agerent. Siquidem Raynerius in illis fuit, qui credebant mundum breui deſiturum, iamque Antichriſtum fuiſſe natum, quod prodigijs, belliſque, atque ſcelerum magnitudine colligebat, quibus tunc orbis vniuerſus laborare videbatur. Qua ipſe doctrina non modo populum Florentinum deterruit, ſed ſcriptis etiam literis per alias ciuitates ſpargendam curauit. Quamobrem temeritatis reprehenſus eſt a Paſchali Secundo, ſub quo vult Borghinus Florentiæ celebratum fuiſſe generale concilium anno 1104. Genebrardus vero, & Cotiolanus in Breu. chronolog. ex Sabell. anno 1105. Præſide Paſchali, vna cum 340. Epiſcopis contra illius loci Epiſcopum, quem male Fluentium vocant. Ad hunc Epiſcopū literas dedit Gregorius Septimus lib. 1. epiſt. 5. vt nubens conſanguineo mulier amittat in pœnam inſtrumenta dotalia. Prima memoria, quæ huius Epiſcopi extet, reperitur anno 1073. cum ipſe per diploma ratas haberet omnes donationes prædeceſſorum ſuorum factas eccleſiæ ſancti Petri maioris, quas ipſe ea ſua largitate adauxit, vt ex ſubiecta ſcriptura eruta ex originali perſpicitur.

Anno ab Incarnatione Domini ſeptuageſimo tertio poſt mille, quinto Kalend. Decembris, indictione vndecima.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Raynerius nutu Dei Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Orthodoxæ fidei proprium eſt ſacræ religionis ſtudijs indeſinenter incumbere, & ſacra loca diuinis cultibus mancipata fouendo iuuare, cuius quidem operis inſtantia, licet omnibus cultoribus Chriſti debita veneratione ritè conueniat, maximè tamen illis competit, quibus pro ſalute animarum alicuius eccleſiæ cura traditur, ſiue Epiſcopus. Neque enim ſatis eſt Chriſti ſacerdotibus tantum prædicationi inſiſtere, niſi etiam ſtudeant de manu fructificare, hoc eſt eleemoſynam facere, cæteraque bona pro viribus explere. Et quia mihi immerito diuina miſericordia Florentini epiſcopatus regimen largiri dignata eſt, aſſiduis flagito precibus, quatenus omnipotentis iuuamine iniunctum mihi officium ſic peragam, vt in die tremendi examinis pro talento mihi tradito audire merear: Euge, ſerue bone, & fidelis, &c. Ergo quia tempus eſt, vt ea, quæ propoſui, ſoluam. Eſt quædam eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ Cardinalis in honorem ſanctiſſimi Petri a Florentina vrbe poſita ad orientalem portam Florentinorum ſumptibus decorata, facie innouata, quam in pulchriorem morum elegantiam fructificare deſiderans, ancillarum Dei vſibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate, atque canonicorum noſtrorum conſilio, necnon religioſorum virorum in perpetuum profutura, cum omnibus terris, & rebus iure ſibi pertinentibus. Tum etiam cōcedimus huic venerabili loco quicquid Rodulphus bonæ memoriæ genitor illius, cuius paulo inferius deuotionem explicare curabimus, ab anteceſſoribus iuſtè habuit, quod iſta non detinet, videlicet in Cánapátia, & in Valia, & in Capititu, ſeu in horum locorum appendicijs: concedimus ei etiam eccleſiam beatæ Mariæ Ferlauſæ, quæ ita dicta eſt, & eccleſiam beati Petri in Horlagio, & eccleſiam ſancti Benignij, & eccleſiam ſancti Felicis prope flumen . . . . cum omnibus rebus, & caſis ad ſupradictas eccleſias, & curtes pertinentibus, cuius denique limitationis, quia noſtra ſubſecuta eſt ordinatio nouitatem diſpoſitionis opem ferre pro tempore & prædictum venerabilem locum noſtra munificentia iuuare, quatenus ancillarum Dei per acceſſum futuri temporis, in Dei laudibus concreſcat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra. Deuota itaque mente ad ſaluationem ancillarum Dei animum intendi, & portum ſalutis, ne naufragium incurrant, præparari curaui, mecumque omnem Florentini epiſcopatus clerum in ſynodalem conuentum recedentem, quorum cura mihi licet indigno commiſſa eſt, deuotiſſimè coniunctas in hoc vnanimes eſſe volo, conteſtor, & rogo. Sed quoniam ordinationis noſtræ exiguitas ad victum ancillarum Dei ibidem Deo ſeruientium minimè ſufficere creditur, contigit, vt quædam potens, & nobiliſſima matrona, Giſla nomine, diuina inſpiratione dudum in amore huius ſanctæ ordinationis feruens nonnulla de prædijs, videlicet medietatem curtis Florentinæ ſibi pertinentis, excepto in commutatione dato, & ea portione, quæ Curidaria nuncupatur, ſui quælibet de deditione mancipato. Caſtellum quoque Petticatiæ cum curtis, & eccleſijs, & omnium medietate, quæ Pagano filio Ioannis iure pertinent. Caſtrum etiam Aquatiæ cum curtis, & eccleſijs, & turri, & medietatem omnium, quæ prædicto Pagano pertinent. Similiter caſtrum, quod vulgo Caput de Corſa nuncupatur, excepto quod datum eſt ab eo abbatiæ ſanctę Mariæ Florentinæ, & monaſterio ſanctæ Felicitatis, & curtem, & eccleſias, & quicquid ibidem hactenus tenuit, & habuit, & quicquid habet, & tenet in curte montis Ronzoli: medietatem curtis ſimiliter Pergariæ mihi pertinentem, & quicquid in Columbaria de Vetia Carza, excepto dato Canonicæ Florentinæ, & quicquid habet in monte Morello, & quicquid prædij in caſtro Terni prædicto venerabili loco concedens offert. In quo omnipotenti Deo tres filias ſuas ſanctimoniales in perpetuum obtulit ſeruituras. Cuius quidem ſanctæ deuotioni ſponte annuens, vniuerſa, quæ eccleſiæ, vel teſtamento, vel cambio, vel iuſta qualibet rogatione data, vel danda ſint, confirmo, laudo, & corroboro, probante, & corroborante conſynodali conuentu totius epiſcopatus, coram ſancto altari ſanctæ Reparatæ virginis, vndique eo adunata. Hoc denique apoſtolicæ iuſſionis, noſtræque ordinationis decretum diuina protectione munitum, mandamus, firmamus, eidemque ſupponimus, vt nullius ſacrilegi temeraria manus violare præſumat. Sed ſi forte (quod abſit) aliquis diabolica febre, hypocriſi, vel qualibet ſimulata ſanctitate tentare, & violare præſumpſerit, & non infra quinquageſimum, vel ſexageſimum diem emendauerit, vel emendare ſtu-

du-rit, omnis anathematis a ſancto Moyſe, ſiue a ſanctis Patribus conſtituti vinculo ſeriatur. Inſuper centum auri libras regiæ poteſtati, quæ pro tempore fuerit, & præfato venerabili loco, tamen in omnibus ſaluo ſemper bonore Florentini Epiſcopi, ſoluere cogatur, & ab Eccleſia Dei ſequeſtratus, mundum circuire non ceſſet, nuſquam præterea ei locus pateat, niſi cum Datao, & Abiron, & Iuda ad futurum Dei iudicium, vbi fletus erit, & ſtridor dentium. Hoc etiam ratum, ſtabileque firmamus, & de eadem congregatione monaſterij Abbatiſſa a ſororibus eligatur, Auſtiri tamen dignitate prælata, quamdiu inter eas tali digna officio omnibus placens inueniri poterit. Quicumque autem huic ſancto, & venerabili loco ſeruientibus operã exhibere ſtuduerit, illorũ contubernio mereatur præfici, quibus in futuro examine omnipotens Dominus dicturus eſt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, &c.

Actum Florentiæ feliciter.

† *Ego Ioannes Tuſculanenſis indignus Epiſcopus, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinalis rogatu Florentini Epiſcopi ſubſcripſi.*

† *Ego Raynerius ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus indignus, huius noſtri decreti paginam propriæ manus ſubſcriptione confirmans roboraui.*

† *Ego Gotifredus Peruſinus Epiſcopus hoc decretum laudans ſubſcripſi.*

† *Ego Bernardus indignus Archidiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Petrus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ canonicus, & leuita indignus huic ordinationi voluntarie conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Razo S. Florentinæ Eccleſiæ archipresbyter ſubſcripſi.*

† *Ego Martinus presbyter. & præpoſitus conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Ioannes leuita, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Paulus ſubdiaconus, & canonicus interfui & ſubſcripſi.*

† *Ego Guido clericus, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Dodo presbyter conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Presb. Gratianus conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Theobaldus cantor conſenſi, & ſubſcripſi.*

† *Ego Petrus presb. & canonicus interfui, & ſubſcripſi.*

Eodem anno 1073. die 12. Iulij initio Raynerij pontificatus in Paſſiniano vetuſto cœnobio agri Florentini olim a ſancto Zenobio Epiſcopo ædificato, vita functus eſt S. Ioannes Gualbertus, caput, atque fundator ordinis Vallisvmbroſæ, non modo in Hetruria, ſed per totam Italiam celebris, vnde tot illuſtres homines tum pietate, tum doctrina extitere, qui monaſticum ordinem, cum pene collaberetur, erexerunt, adauxeruntque. Sancti Gualberti vitam prolixè, & erudite nuper in lucem emiſit doctus Diegus de Franchis eius ordinis Abbas, vt alibi diximus.

Anno 1076. cum Florentię Gregorius Septimus verſaretur, Raynerij epiſcopi precibus impulſus, omnes donationes a Gerardo Epiſcopo, qui ſub Nicolai Secundi nomine ſummi Pontificis inſulas geſſit, præpoſito, ac canonicis ſacrarum ſancti Ioannis ædium factas, tum ab alijs præſulibus, piiſque hominibus editas, prædeceſſorum Pontificum confirmationes corroborauit. Pulcherrimum diploma eſt, atque vt æternitate donetur digniſſimum, cuius exemplar ex capitulari tabulario deſumptum eſt, quod mihi cum pluribus alijs reconditis monumentis Franciſcus Maria Gualterottus canonicus metropolitanæ baſilicæ, vir nobilis, & in omnibus politioribus literis verſatiſſimus, communicauit, qui ſua ſingulari vrbanitate, dum inter viuos eſſet, me ſibi coniunctiſſimi amoris vinculo adſtrinxit. diplomatis tenor eſt huiuſmodi.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei Martino S. Florentinæ Eccleſiæ præpoſito, alijſque confratribus canonicis, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Si iuſtis ſeruorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, proculdubio apoſtolica præcepta ſeruamus. Quapropter interueniente confratre noſtro Raynerio Epiſcopo veſtro, confirmamus, atque corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, quicquid in pagina conceſſionis, & confirmationis, quam veſter fecit vobis Gerardus, tunc Epiſcopus, poſtea Romanæ ſedis Pontifex, reſcriptum eſſe conſtat, vel veſtræ canonicæ. Quam ſcilicet canonicam tuendam, & defendendam per eamdem paginam ipſe veſter Epiſcopus ſanctiſſimi prædeceſſoris mei Leonis Papæ, ſuorumque ſucceſſorum auctoritati tuendam, & defendendam commiſit, atque ſuppoſuit, vt quieti, & ſecuri ab omni læſione permanere valeatis. Deſiderio itaque, ac petitione tua, vt diximus, inclinati, & præpoſitum, atque ſucceſſores canonicam vitam ducturos ſub noſtræ apoſtolicæ defenſionis munimine ſuſcipimus. Et bona omnia, quæ veſtra & habet, & habitura eſt, & ſibi pertinent Canonica, videlicet curtes, terras, & iuxta Florentinam vrbem pratum regis, campum regis totum cum manſis, & territorijs omnibus, quæ in Florentina curte habet, & retinet, vel ſibi pertinent prædicta veſtra canonica, curtem ſancti Andreæ cum omnibus ſibi pertinentibus, curtem de Quinto, curtem de Cintoria, cum omnibus ſuis pertinentijs, & illam partem, quam Petrus Primicerius contra canonica inſtituta vſurpare viſus eſt, plebem de Empnea cum curte, & manſis, & omnibus territorijs, & decimationibus, quæcumque ad eandem plebem, vel curtem pertinere videntur. Inſuper totum, quod Thenzo filius Lepizi pro ſalute animæ ſuæ in eccleſia ſancti Ioannis contulit, vel in eadem canonica; terram ſancti Proculi in prædicta plebe, curtem de Iaeu, quæ eſt infra plebem ſancti Petri ſitam Valiam, cum omnibus adiacentijs, & pertinentijs ſuis, campum nihilominus Randi; ſimiliter eccleſiam ſancti Petri, quæ dicitur Cantuari cum ſuis pertinentijs: quam Gerardus venerabilis Epiſcopus Florentinæ Eccleſiæ prælibatæ contulit canonicæ. Necnon vbicumque aliquid habere, vel tenere, aut ſibi pertinere videtur, ipſa veſtra Canonica;

nica: & quicquid Gerardus archipreſbyter pro beneficio, & ipſa Florentina Eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam quæ in manſis, & in prædijs, necnon & quæcunque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit. Similiter & quæcumque Primicerij beneficia fuere; atque plebem ſancti Hippolyti ſitam Elſæ: itemque campum & hortum, qui eſt iuxta eccleſiam ſanctæ Reparatæ, ſeu etiam curtes, & eccleſias, atque caſtellum in territorio plebium ſancti Ioannis maioris, & ſancti Laurentij, & ſancti Caſsiani a finibus iugi Alpium Mucellenſium vſque in fluuium Seuæ, quæ Hieremias filius Ildeprandi pro ſua, filijque ſui anima per chartulam offerſionis prælibatæ contulit canonicæ: curtes, & caſas, ſortes, & domnicata, & eccleſiam ſancti Martini cum omnibus ſibi pertinentibus rebus in villa de Bagnolo, quæ ſcitur eſſe infra plebem ſanctæ Mariæ de Pinita, quæ dedere homines de Rufina in prædicta canonica. Eccleſiam ſancti Ambroſij cum ſuis pertinentijs, eccleſiam ſanctæ Mariæ nouellæ cum rebus ſuis, caſtrum de Scharaboni, manſum vnum in Conciano, & quicquid in prædicta canonica dedit Imelda in ciuitate Feſulana intus, & extra curtem de Petramala cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, & terrã, quæ dedit Theberga vxor Rodulphi, & præterea ſicut ſupra diximus, quæcumque veſtra canonica iuſtè nunc habet, aut in poſterum Domino annuente habere contigerit in quibuslibet rebus mobilibus, vel immobilibus, ſiue ab eiuſdem ciuitatis Epiſcopo datis, ſiue ab alijs hominibus publicis, vel priuatis tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabilimus in perpetuum. Hæc igitur omnia; quæ huius præcepti decretique noſtri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo quo es ordine, locoque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, apoſtolica auctoritate in perpetuum ſeruanda decernimus. Siquis vero Regum, ſacerdotum, clericorum, iudicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam temerario auſu venire tentauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi ea, quæ ab illo ſunt male ablata, reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleuerit, a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, amen.

Signum Gregorij Papæ Septimi, miſerationes tuæ Domine, ſuper omnia opera eius.

Datum Florentiæ v. Kal. Ianuarij per manus Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac bibliothecarij anno iv. pontificatus domini Gregorij vij. Papæ. Anno videlicet Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, indictione xiv.

Anno 1077. Rayneri noſtri præſtantiſſimi Præſulis temporibus in canonicos D. Ioannis, cum Rozo illius eccleſiæ archipresbyteratum gereret,

A ea donatio Gerardi comitis Ildeprandi filij deriuata eſt, qua oppidi Campiani pars cum iuribus omnibus annexis transfuſa eſt, donationis ſententia hæc eſt e capitulari tabulario deprompta.

In nomine Domini Dei æterni; anno ab Incarnatione eius ſeptuageſimo ſeptimo poſt mille prid. Kal. Mar. ind. prima Chriſto auctore.

Ego quidem Gerardus comes, filius bonæ memoriæ Ildeprandi, qui fuit comes, pro Dei timore, & remedio animæ meæ per hanc chartulam offerſionis a præſenti die do, trado, & offero, atque confirmo in canonica regulari, de eccleſia, & domo ſancti Ioannis ſita infra Florentinam ciuitatem, vbi nunc Rozo præpoſitus præeſſe videtur. Item integram tertiam portionem
B de integro caſtello, & monte caſis, terris, quod vocatur ipſum caſtellum Campiano: cum integra tertia portione de terris, quæ domnicatæ, ſunt infra curtem de ipſo caſtello: atque cum integra tertia parte de terra, & eccleſijs in iam dicta curte poſitę, atque de integris vndecim partibus integram tertiam portionem, ſiue quantum plus mihi exinde pertinet, de integris ſortibus, & manſis, & terris, & ſiluis, & rebus alijs, quæ ad iam dictam curtem, & caſtellum ſunt pertinentes, cum omni iure, & adiacentijs, & pertinentijs earum: atque cum maſſaritijs, & vniuerſis rebus: & ſunt prædictum caſtellum, & iam dictæ res infra plebem ſancti Ioannis ſitã Petruio, videlicet per alias plebes. Ideo prænominatum caſtellum, & præ-
C dictæ terræ, & res, vnà cum omnibus ſuis ædificijs ſupra ſe, & infra ſe habentes, vbicumque per loca, & vocabula de prænominatis terris, vineis, ſortibus, donnicatis, & rebus ſunt pertinentes. Atque do, trado, & offero in ſupradicta canonica omnes ſeruos, & ancillas meas intra prædictam curtem, & caſtellum habitantes, omnia in integrum, ſicut ſupra legitur. In ſupradicta canonica do, trado, & offero prædictas res, & perſonas, atque confirmo, vt omni tempore iam dictum caſtellum, & ſupradictæ res, & terræ, & perſonæ in proprietate iam dictæ canonicæ permaneant, & faciant pars prædictæ canonicæ de prædictis rebus, & perſonis a præſenti die proprietario nomine quicquid placuit abſque mea,
D qui ſum Gerardus comes, meorumque hæredum contradictione. Et qualiter fieri non credo, ſi forſitan ego, qui ſupra Gerardus comes, vel mei hæredes, aut ſubmiſſa perſona, quam nos miſerimus, id eſt, quicumque quolibet noſtro iuſſu veniat per quodlibet ingenium, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus, qui a prædicta canonica, ſuiſque rectoribus in aliquo exinde contendere, aut retollere, vel minuere, aut intentionare præſumpſerimus, aut ſi eos nos ad partem ſupradictæ canonicæ ab omni homine, & fœmina defendere non potuerimus, & non defenſauerimus, tunc duplicia tanta, & tales iam dicta res, qualea tunc ipſę fuerint, ipſæ terræ ſub exiſtimatione, in conſimilibus locis, vnà cum omnibus eorum ædificijs . . . proprijs rebus: & ipſæ perſonæ vnà cum filijs, & filiabus ſi habuerimus, de noſtris ſeruis, & ancillis proprietario iure ad partem ſupradictæ canonicæ reſtituere, & perſoluere debea-

beamus. Et ſi oppoꝛtunum fuerit ad partem ſupradictæ canonicæ, licentiam, & poteſtatem habeant vna cum iſta corſula; rectores eiuſdē canonicæ cauſam exinde agendum, finem ponendum, reſponſum rectè dandum, & vſque ad veram legem perducendum, quam melius potuerint: ſicut ego facere debui.

Actum Florentiæ prædictæ.

Signum ſupradicti Gerardi comitis, qui hanc chartulam, ſicut ſupra legitur, fieri rogauit.

Petrus iudex ſacri palatij pro amore, & timore Dei omnipotentis, manu mea libenter ſubſcripſi.

Ego Florentius iudex ſacri palatij interfui, ac ſubſcripſi.

Ego Gerardus notarius rogatus teſtis.

Manus Rolandi filij bon. mem. Florentij filij Ioannis.

Ego Ioannes notarius ſcriptor poſt tradita compleui.

Prædictus Gerardus comes diſpoſuit, & ordinauit, vt chartula iſta ex tenore permaneat, vt ſi ipſe Gerardus comes moreretur abſque filijs legitimis maſculis, tunc prædictum caſtellum, & curtem, & res, & perſonas habeat prædicta canonica iure proprietatis, abſque vlla occaſione: & ſi iam dictus Gerardus habuerit filios legitimos maſculinos, & ipſi moriantur abſque filijs legitimis maſculinis, tunc prænominatæ res veniant in proprietatem ſupradictæ canonicæ ſine aliqua calumnia.

Anno ſequenti 1078. Aznui Septimiano Abbati, Gregorius Septimus priuilegium dedit Raynerij epiſcopi intuitu, quod affero è tabulario eiuſdem monaſterij.

GREGORIVS EPISCOPVS *ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Azoni Abbati ſancti Saluatoris conſtructi in loco qui dicitur Septimo, ſuiſque ſucceſſoribus ibi regulariter promouendis in perpetuum.*

Memores diuinæ gratiæ circa nos maniſeſte cognouimus, quam beneuola conceſſione rectis deſiderijs, & iuſtis petitionibus eo adeſcendere debeamus, & ita adminiſtrationem nobis creditæ diſpenſationis ad multorum vtilitatem exhibendo dilatare, ſicut deſuper erogato lucro ab eo mercedem accipere cupimus; cuius talentorum gratuita bonitate ſua dona ſuſcipimus. Quapropter dilectiſſime fili ſicut tua, & fratrum tuorum deuotio poſtulauit, ſuſcipientes, ſicut & prædeceſſores noſtri, præfatum monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, in tutelam, & defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per huius noſtri decreti paginam ad corroborandum Deo auctore ſtatum eius, apoſtolicæ tuitionis priuilegium tibi concedimus. Confirmamus omnia, quæ eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata ſunt, vel in futurum Deo miſerante collata fuerint, cuiuſcumque modi poſſeſſiones, aut bona ſunt, tam in rebus mobilibus, quam immobilibus, & poſtremo vniuerſa, quæ nunc legaliter acquiſita poſſidet, & in poſterum Deo opitulante acquirere potuerit. Proinde apoſtolica auctoritate cenſemus, atque ſtatuimus, vt nullus Regum, vel Imperatorum, ducum, marchionum, comitum, caſtaldionum,

A nullus antiſtitum, vel quacumque dignitate præditus, aut aliqua perſona ſecularis, vel eccleſiaſtica, magna, vel parua audeat præfatum monaſterium a ſui ordinis, ac firmitatis ſtabilitate diuellere, aut bona ſibi pertinentia pro ſua rapacitate, vel violentia, aut iniquæ dominationis oppreſſione inuadere, vel diripere, vel inde auferre, ſiue ſuis vſibus impiis temeritate applicando, vel alijs quaſi pijs de cauſis pro ſuæ auaritiæ excuſatione concedendo, ſed cuncta, quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam a te, quam ab eis, qui in tuo officio, locoque ſucceſſerint, perenni tempore illibata, ac ſine infeſtatione aliqua volumus, ac decernimus poſſideri, eorum quidem vſibus, pro quorum ſuſtentatione, gubernationeque conceſſa ſunt modis omnibus profutura. Item B conſtituimus, vt obeunte Abbate, non alius ibi quacunque obreptionis aſtutia ordinetur, niſi quem fratres eiuſdem cœnobij ſecundum timorem Dei elegerint, maxime de eadem congregatione, ſi idoneus inuentus fuerit, Quod ſi talis qui huic regimini congruat, inter eos inueniri non poſſit, aliunde ſibi patrem, & magiſtrum expectent; qui non ab alio niſi a Romano Pontifice, ſecundum conſuetudinem priorum Abbatum conſecretur, neque alterius, niſi eiuſdem Romani Pontificis ſubdatur iudicio. Conſecrationes autem eccleſiarum, & ordinationes clericorum præfato cœnobio pertinentium, ab Epiſcopo, in cuius diœceſi eſt, accipiant; ita tamen ſi ipſi Epiſcopus canoC nice ordinatus, aut a Romana Eccleſia tunc excommunicatus non fuerit, & ordinationem gratis fecerit. Sin autem aliquid horum obſtiterit, Abbas ad qualemcumque catholicum Epiſcopum ei placuerit, cauſa conſecrationis, & ordinationis, tam locorum, quam perſonarum liceuter pergat; liceatque Epiſcopo canonice, quod rogatus ab eo fuerit, peragere. Hæc igitur omnia, quæ huius præcepti, decretique noſtri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo quo es ordine, locoque ſucceſſerint, in perpetuum ſeruanda decernimus. Si quis vero Regum, Imperatorum, clericorum, iudicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam cognoſcens contra eam temerario auſu venire tentauerit, poteſtatis, honoriſD que ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi ea quæ ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicitè acta defleuerit, a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Domini noſtri redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ patris inueniant.

Datum Laterani iv. idus Ianuarij per manus Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac bibliothecarij, anno quinto pontificatus D. Gregorij Septimi Papæ, ab Incarnatione vero Domini 1078. indictione prima.

Anno verò 1085. Rozoni archipresbytero, eiuſdemque canonicis donauit plebaniam ſancti

Ste-

Stephani in Pane, ad liberalitatem hanc inuitatus a canonicorum cathedralis moderatione, qui tunc conuiuebant. Scilicet, vt ea acceſsione in communi conuictu poſſent perdurare decentius. In cuius donationis gratiam hanc chartam confecit.

Raynerius Dei gratia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto Rozoni archipresbytero, ac Florentinæ canonicæ beatiſsimi Ioannis Baptiſtæ præpoſito, ſuiſque ſucceſſoribus, & confratribus in eadem canonica primitiuæ Eccleſiæ vitam ſequentibus donationis decretum in perpetuum.

Paſtoralis officij cura nos admonet omnibus præcipue nobis commiſsis piam ſolicitudinem impendere, eorumque neceſsitatibus prouidendo charitatis moderatione ſubuenire, & quia ipſa charitas non quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum quærens, & miniſtrans omnia omnibus, ſe præbet, voluntarios nos ducit prælibatæ canonicæ quiddam, quod nimium neceſſarium perſpeximus, dotis largitione conferre, quatenus fratres eiuſdem canonicæ præſentes, & futuri Deo omnipotenti ſedula meditatione legis eius inceſſanter valeant deſeruire. Pro ſalute itaque animæ meæ, meorumque prædeceſſorum, ac ſubſequentium animarum requie terram nomine Cupitium, in qua fuit ſilua, & nunc eſt ſtirpetum, poſita in territorio plebis ſancti Stephani in Pane, quæ ita diſcernitur, ab orientali parte adhæret terra ſibi filiorum Zenonis, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, quam detinent filij Paganucci, & filius Petri iudicis, & terra nepotum Guinaldi; a meridiana plaga collimitat ſibi terra filiorum Griffi, & Vguli de ſancto Stephano, eorumque conſortum, & Ruſtici filij Bonatij, eiuſque fratuelium, & eſt foſſa inter medium; ab occidua parte eſt terra S. Ioannis Baptiſtæ, quam detinent filij Martini, & Ildeprandi de areu, & terra, quæ fuit nepotum Adunaldi, & nepotum Aibi; ab aquilone adhæret, & ſimiliter terra beatiſsimi Ioannis, quæ a vicedominis, & a Guidone filio prædicti Petri iudicis tenetur, & eſt in hoc latere Anguloni, ipſam, & omnia, quæ ſuper eam ſunt, tibi Rozoni præpoſito, tuiſque confratribus ad veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum communem vtilitatem damus, donamus, concedimus, largimur, & in perpetuum habendum, vti per hanc decreti paginam confirmamus, & ſtabilimus, itaut ad communem vtilitatem fratrum in eadem canonica conuiuentium ſemper maneat, & ſi aliquando data, & alienata ab vtilitate fratrum fuerit, in noſtram, noſtrorumque ſucceſſorum poteſtatem continuo recurrat. Vt vero hoc, quod ſemel ſtatuimus, per Chriſti miſericordiam inuiolabile permaneat ſemper, tam nobis, quam & noſtris ſucceſſoribus poteſtatem auferimus præfatam donationem ipſi canonicæ beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ tollere, & ſi nos, vel noſtri ſucceſſores, quod abſit, prædictam terram, vel quæ ſuper eam ſunt, vobis, ſiue veſtris ſucceſſoribus abſtulerimus, tunc tibi prænominato præpoſito, tuiſque ſucceſſoribus a parte præfatæ canonicæ beatiſsimi Ioannis Baptiſtæ nomine pœnæ ſexaginta libras optimi argenti daturos nos obligamus. Quin etiam quicunque huius noſtri priuilegij paginam temerario auſu, & iniqua deliberatione, vel prauo ſtudio fregerit, ſuiſque ad quadrageſimum diem, ſi requiſitus fuerit ſatis, faciendo non emendauerit, vinculo excommunicationis, & anathematis alligetur, & cum Herodiade aſſocietur. Qui verò huius noſtræ conceſsionis, ac donationis pius conſeruator, & integer defenſor extiterit, omnipotentis Dei gratiam, & ſanctiſsimi Ioannis Baptiſtæ adiutorium, defenſionem, & protectionem habere valeat: vt autem hæc pagina noſtra vera eſſe credatur, propriæ ſubſcriptione manus ipſam firmari curauimus.

Ego Raynerius ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ indignus epiſcopus, hoc noſtræ donationis decretum libens firmaui, propriaque manu ſubſcripſi.

Ego Godefridus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ canonicus, & indignus Peruſinus epiſcopus, huic decreto propria manu ſubſcripſi.

Ego Razo archipresb. & pp. in hoc mihi facto decreto ſubſcripſi.

Ego Ranizo presbyter, & canonicus libenter ſubſcripſi.

Ego Gerardus presb. & canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter, & canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego presb. Gratianus canonicus ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter, & cuſtos ſancti Ioannis ſubſcripſi.

Ego Sichelmus presbyter ſubſcripſi.

Ego Theobaldus eiuſdem eccleſiæ canonicus, & cantor conſenſi, & libenter ſubſcripſi.

Ego Ioannes diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Petrus canonicus, & indignus diaconus voluntariè ſubſcripſi.

Ego Rolandus diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Petrus diaconus ſubſcr.

Ego Gerardus ſubdiaconus, & canonicus ſubſcr.

Ego Ioannes ſubdiaconus, & canonicus ſubſcr.

Ego ſubdiaconus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi.

Ego Petrus ſubdiaconus feci, & ſubſcripſi.

Ego Petrus ſubdiaconus, & canonicus voluntariè ſubſcripſi.

Ego Gerardus ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Henricus ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Bonactus clericus, & canonicus voluntariè ſubſcripſi.

Ego Petrus lector, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Guido vicedominus huic decreto conſentiens ſubſcripſi.

Ego Albizo Cauſidicus, & vicedominus libens, & laudans huic decreto ſubſcripſi.

Ego Petrus Vicedominus conſenſi huic decreto ſubſcripſi.

Ego Petrus S. Florentinæ Eccleſiæ qualiſcunque canonicus, & leuita indignus iuſſu Domini Raynerij Præſulis ſcriptor huic decreti paginæ dati, atque confirmati anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octuageſimo quinto, indict. 8. menſe aprilis libentiſſimè ſubſcripſi.

Anno 1086. auguſto menſe de conſenſu Raynerij Epiſcopi apud municipium Luci in Mucellano territorio Florentinæ diœceſis primum ordi-

nis Camaldulenſis ſanctimonialium fœminarum monaſterium ſub D. Petri Apoſtolorum Principis tutela ædificatum eſt a Rodulpho Generali eremi Camaldulenſis Priore. Raynerius deinde cœnobij inſtitutionem diœceſano iure comprobauit, decimas remiſit, ac bona omnia libera cœnobio in perpetuum eſſe decreuit; inſtitutionem, progreſſum, eiuſdemque monaſterij ſanctimoniam hiſce verbis commemorat Auguſtinus lib. 1. c. 55. Hiſtoriarum Camaldulen.

Interea, inquit, cum ſacra Camalduli eremus multa ſtabilia bona ex largitione Chriſti fidelium, & maximè ex teſtamento Gothedij Gothici comitis caſtellorum Luci, & Cantameculi, in Mucellano acquiſiuiſſet, contigit Rodulphum Priorem eo contende poſſeſſionem illorum adipiſcendi gratia. Qui cum apud municipium Luci Fanum ſancti Petri Apoſtolorum Principis precum ad Deum fundendarum gratia fuiſſet ingreſſus; Spiritus ſancti oraculo admonetur, vt illic primum ordinis Camaldulen. ſanctimonialium fœminarum monaſterium inſtituat. Itaque Rodulphus diuina peragens mandata, ven. Collegium fœminarum illic loci inſtituit ſecundum ſacræ eremi, & ordinis Camaldulen. conſuetudinem menſe aug. 1086. Quibus Beatricem prioriſſam primam præſeciri viuendi præcipuam formam præſcripſit, eaſque de ipſis bonis, ac fundis ſacræ eremi donauit, cum conditione, vt ſemper ſacræ eremo ſubiectæ ſint, & eius Priori, nec locum, aut vitam mutare poſsint: ſecus ab omni ſuo iure cadant, & omnia ad ſacram eremum reuertantur, vt conſtat ex pagina eius inſtitutionis, ac donationis, quæ in ipſo cœnobio aſſeruatur. Porrò inter primas illic ordinatas moniales Cunidia vxor ipſius Gothidij comitis grauiſsima valde, ac religioſiſsima fœmina locum venerabilem maximopere illuſtrauit. Quapropter Vvido comes Vvidonis comitis filius, & ſimul cum Lamberto archipresbytero ciuitatis Lucæ, protectionem ſacri noui cœnobij illico ſuſcipere voluit, illudque pro remedio animarum omnium ſuorum ab omni ſeculari vſu abſoluit; cum edicto ne quis venerabili loco, & eius perſonis, & bonis moleſtiam irrogaret ſub pœna librarum cendicariæ, vt eius verbis vtar, Lucenſis. Anno 1101. Raynerius Epiſcopus Florentinus profectus, ac ſanctimoniæ religioſarum mulierum ſama impulſus, cœnobij inſtitutionem diœceſano iure comprobauit, eaſque pro ſe, ac requie illorum, qui monaſterij inſtituendi auctores fuerant, preces, ac ſuffragia iugiter Deo optimo maximo fundere rogauit. Remiſit item illis decimas, ac bona omnia libera cœnobio in perpetuum eſſe decreuit, quotquot religioſa vtriuſque ſexus deuotio fidelium ſacro loco offerre voluerit. Sub idem tempus Zabulina comitiſſa Landulphi comitis vxor cupiens ad Dei famulatum in cœnobium ſancti Petri venire, dilargita eſt venerabili loco liberæ donationis inter viuos titulo integram ſuam portionem caſtellorum, iurium, eccleſiarum, terrarum, & vniuerſarum rerum, quæ ad ſe hæreditario paterno iure pertinerent: quotquot ſcilicet poſita eſſent infra Marchiam, vt eius verbis vtar, Tuſciæ tam in diœceſi Florentina, quam Feſulana. Præcipuè verò curtem, & caſtellum montis Raginaldi, curtem, & caſtellum Gragnani, curtem, & caſtellum Luci, curtem, & caſtellum Riofridij poſitum in agro ſanctæ Mariæ nouellæ, ſancti Leonis Flacilliani, ſancti Ioannis maioris, & ſanctæ Mariæ in Colſenatia, exceptis ſeruis, & ancillis ſuis. Actum non longe a caſtello, quod vocatur Plano, Iudicaria Florentina ſexto nonas octobris manu Ghebidij notarij. Ea autem donatione cœnobium adeo locupletatum eſt, vt ſequenti anno Lucenſes ſanctimoniales per medium ſuorum procuratorum emerint a Bernardo, & Theoderico Gregij filiis Vgonis, & a Gemma Vbaldi comitis vxor reliquam integram portionẽ curtis, & caſtelli Luci, vnà cum eccleſia S. Laurentij, & S. Nicolai. Item reſiduam portionem curtis, & caſtelli Riofridij cum eccleſia ſanctę Mariæ. Item reſiduam portionem curtis, & caſtelli Cantameruli, necnon caſtelli Riocornoclarij, & trium plebium. Actum in caſtello montis Corbuli Iudicaria Florentina manu Ioannis notarij 1102. His acceſſit donatio alterius portionis, quã fecit Raynerius Ardinghi comes addens ob venerationem ſacri loci curtem Larciani, & quicquid ad eum pertinebat in partibus Mucelli. Menſe februarij 1104. In ſequenti anno Mathilda ducatrix reſidens in villa Sæuia iuris reddendi gratia, fama religionis cœnobij Luci instincta eius patrocinium ſuſcepit, ac publici præconis voce imperauit, ne quis moleſtiam venerabili loco, aut eius perſonis, & bonis inferre præſumeret: præcipuè occaſione donationis, quã fecerant comitiſſæ Zabulina vxor Theoderici, Caſdia vxor Raynerij Ardingi, & Parenza Donati.

Datum nonis octobris manu Pandulphi notarij, cum ſubſcriptione eius manus, quæ ſic ſe habet: Eſt ſic Mathilda Dei gratia, ſi quid eſt.

Creſcente ſic in dies cœnobij Luci opinione, Paſchalis Secundus Papa eius ſanctimoniæ ndo rem compertum habens, rogatus ab ipſo Priore Rodulpho eiſdem Apoſtolicæ ſedis præſidium præſtare, vt in Dei ſeruitio felicius ſtabilirentur, locum, perſonas, & bona ampliſsimo apoſtolico priuilegio complexus eſt, ac eccleſiaſtica libertate donauit. Datum apud Biblenam, quinto nonas octobris anno nono, per manum Ioannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconus Card. anno iv. Henricus IV. Imperator eidem cœnobio priuilegium conceſsit. Datum iuxta forum Pompilij, interuentu Federici Colonienſis Archiepiſcopi, prohibens ne quis dux, vel marchio, aut comes ipſi cœnobio in aliquo audeat eſſe moleſtus. Anno 1127. Gothifredus Epiſcopus Florentinus cœnobium Luci, bona, ac perſonas ab epiſcopali iuriſdictione abſoluit 16. martij manu Ildeprandi notarij: anno 1146. Eugenius Tertius Papa confirmationem priuilegiorum conceſsit, addens ius ſepulturæ liberum. Datum apud ſanctum Geneſium, ſeptimo idus februarij, cum ſubſcriptione octo Cardinalium, & duorum Epiſcoporum. anno 1185. Vrbanus Tertius Papa ruſus priuilegia confirmat. Datum Veronæ iij. idus martij. anno 1246. Alexander Quartus Papa itidem priuilegia confirmat, anno ſecundo. Datum Venetijs in Riuoalto.

Pro-

Froximo auguſti menſe Federicus Imperator priuilegia Imperatoria confirmauit, & longe amplificauit. Datum apud Podium Bonitium, & recognitum per manum Gottfredi Imperialis Aulæ Cancellarij vice reuerendiſſimi Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarij. Anno 1223. facta eſt cõſecratio templi ipſius cœnobij à Simone Archiepiſcopo Rauen. & Ioanne Pontifice Floren. ſolemni valde ritu 4. Id. ſeptem. & indulgentię templum in die celebritatis adeuntibus 80. dierum conceſſæ. Anno 1473. Xiſtus 4. Papa confirmauit ancillis Chriſti Baſilicas ſancti Nicolai, & ſancti Georgij per literas Apoſtolicas quarum executio facta eſt per Abbatem ſancti Felicis in placea in Palatio Archiepiſcopali Florentino die 2. Iun. per manum Alexandri Raynaldi Braciesij Notarij. Inter Chriſti ſamulas, quæ monaſterium Luci magna ſanctimonia coluere, fuit patrum memoria Ven. Magdalena Abbatiſſa, cuius vita, ſelixque valde tranſitus a Petro Delphino ſuis in Epiſtolis recenſetur. Hactenus ille.

Anno 1098. in comparanda ſacra in Terram ſanctam expeditione non parum adiumenti attulit Raynerij Epiſcopi noſtri, qui eloquentiæ gloria florebat, induſtria, & in diuino verbo diſſeminando zelus. Delibatum enim Hetruſcæ nobilitatis florem, vt crucem indueret, accendit, & ad Terram ſanctam è Saracenorum manibus eripiendam cum Godifredo Bullione in arma generoſe prouolaret. Retulere Florentini eam gloriam, vt ex ijs omnium generoſiſſimus in Hieroſolymæ mœnia primus aſſiliret irrumperetque. Is fuit è Pazziorũ nobiliſſima familia lectiſſimus miles à Godifredo murali corona ornatus, eamque cum ſacro igne in Patriam cũ attuliſſet, in D. Blaſij templo, vt pulcherrimum monumentum ad ſuam æternitati conſeruandam gloriam collocauit, ſolemnique pompa traduxit. Hactenus Pazziorum familia annis ſingulis ſabbato ſancto, concinentibus triumphum Chriſti ſacerdotibus, nouum ignem attrito eo lapide Hieroſolymitano, qui vulgo ignis ſacer dicitur, religioſe accendit, eumque in metropolitanam ædem ſolemni ritu tripudioque venuſtiſſimo traducit, ad commendandam ſtrenui inuictique eorum militis memoriam, qui morem illum in patriam induxit. Meminit facti Villanus noſter in Hiſtorijs; Varinus vero lib. p. tam præclarum tacious meritis laudibus efferre aggreſſus lib. pr. de illuſt. vrbis Florentiæ, ſic autem Florentinorum in ſacro bello virtutem enarrat:

Nec non magnanimo duce ſub Bulione profecta
Florentina phalanx geſſit felicia bella,
Alta Palaeſtinæ tranſcendit mœnia Sion,
Primaque poſt Regem muris victricia ſigna
Impoſuit meruitque auratæ dona coronæ
Cæleſtemque ignem noſtram tranſuexit in ædem.

Et lib. 3. Pazziam familiam, eundemque Pactij militis virtutem, atcumque factum hiſce carminibus laudat.

Pactia progenies Thuſcis è montibus orta,
Antiqua atque potens, caſtellaque plurima rexit
Sub ditione ſua: cuius de ſanguine miles
Sub duce Gofredo conſcendit mœnia Sion
Primus: & hinc cauſa eſt, trino quod lampas in illo

A *Sacra accendatur, priſcum quæ ſeruat honorem.*

At quam pius, quamq; liberalis hic Præſul, Florentinusque populus erga Eccleſiam fuerit, vix explicari poteſt, ſiquidem per ea tempora ad promouendum diuinum cultum videbantur effundere opes non dilargiri. In quibus cum maxime enituerit comitiſſa Mathilda, eius donationem hic attexendam curauimus, tempore Raynerij Epiſcopi, Rotlandique præpoſiti Florentini ab ipſa confirmatam.

Dum in Dei nomine in ciuitate Florentia, in Palatio Domus ſancti Ioannis in iudicio reſidente Domina Mathilda Dei gratia Dux, & marchioniſſa, reſidentibus cum ea Vvidone comite filio bonæ memoriæ Vardonis, & Arderico, & Vbaldo, & Theuzone, & Beniamino, & Bellin- B *cione, & Ildebrando, & Donato cauſidicis, & Sichelmo, & Lamberto Notarijs, & ſtantibus cum eis Sichelmo filio Adelricæ, & Gerardo filio Leacuzi, & Ioanne filio bonæ memoriæ Vgonis filij Ioannis, & Ioanne filio bonæ memoriæ Donati, & Gerardo Caponcocalo, & Bonifacino, & Ioanne filio bonæ memoriæ Ronlandi, & Ronlãdo filio Gualberti, & Guittone, & Ildebrando nepotibus Iocli, & Gerardo Caſtaldio D. Mathildę, & Ioãne & Petro qq. filijs bonæ memoriæ Briccoli, & aliorum plurium præſentia. Guido filius bonæ memoriæ Bonifacij per lignum quod ſua tenebat manu refluctuauit in manus prædicti Guidonis comitis omnes terras, & res, quas perpetuo detinebat ab eodem Vvidone comite in curte de Campiano, & tunc ipſe Vvido comes exinde inueſtiuit Azonem Presbyterum, & Vgonem, & Rodul-* C *phum Canonicos, & conſeruatores Eccleſiæ ſanctæ Reparatæ, ſitæ in ciuitate Florentia, in qua D. Ronlandus reſidet Præpoſitus, & ſtatim ipſi clerici cœperunt quærere mercedem ab ipſa D. Mathilda Dei gratia Duce, & marchioniſſa, vt bonorum ſuorum ſemper ſuper præſcriptis terris, & rebus, &c. mitteret. Tunc ipſa D. Mathilda Dei gratia Dux, & marchioniſſa miſit bonum ſuum, &c. ſuper præſcripto Azone Presbytero, & ſuper prædictis terris, & rebus, vt nulla perſona iam dictam Eccleſiam ſanctæ Reparatæ, ſuoſque rectores exinde diuertere, aut moleſtare præſumat ſine Legali iudicio, & qui hoc fecerit, quinquaginta libras bonorum denariorum Lucentinum compoſiturum agnoſcat, medietatem parti publicæ, & reliquam medietatem Eccleſiæ ſanctæ Reparatæ, ſuiſque rectoribus. Et ego Petrus Notarius, & iuſſiſſimæ D. Mathildæ Dei gratia Ducis, &* D *marchioniſſæ, & iudicum admonitione ſcripſi anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo nono, ſexto nonas Martij, Indictione octaua.*



Ego Ardericus iudex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Teuzo iudex quia me præſente factum eſt, ſubſc.
Ego Vbaldus Aduocatus interfui, & ſubſcripſi.

Sub eodem Raynerio Florentiæ fato functus eſt Contradus Cæſar, filius Henrici Imperatoris

totis 1101. tumulatuſque eſt in cathedrali. Extremis Raynerij diebus orta inter cleros Florentinæ Eccleſiæ eſt diſſenſio, ob laudabilem conſuetudinem in diuinis celebrandis ab ipſis prætermiſſam. Paſchalis II. ijſdem ſequentem ſcripſit Epiſtolam, vt ad veterem conſuetudinem reuocaret.

PASCHALIS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Florentinis clericis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Antiquum morem veſtræ matricis Eccleſiæ fuiſſe audiuimus, quod clerici de canonicis, & de capellis tam in Dominicis diebus, quam in præcipuis feſtiuitatibus in proceſsionibus, & in officio maioris miſſæ vſque ad perlectum Euangelium ſoliti erant conuenire. Nunc vero neſcimus qua occaſione ab hac debita obedientia, & honeſta eiuſdem Eccleſiæ conſuetudine vos ſubtraxiſtis, quod nobis ſchiſma, & Eccleſiæ diuiſio eſſe videtur. Mandamus igitur vobis, atque præcipimus, vt ad primam Eccleſiæ conſuetudinem redeatis, ne canonicam Eccleſiæ ſententiam incurratis. Datum Laterani tertio idus Martij.

Habemus Raynerij temporibus factam à Paſchali bonorum confirmationem Florentinæ Abbatiæ, non deſpiciendam ſane ob ſuam vetuſtatem locorumque maiorem diſtinctionem, quæ in donatione Vgoniana ſupra a nobis relata edita fuerat: hæc vero diplomatis ſententia eſt, cuius exemplar in huius monaſterij tabulario continebatur.

PASCHALIS EPISCOPVS Seruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio Ioanni Abbati Florentini monaſterij, quod ſanctæ Mariæ dicitur, eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu &c. vſque noſcuntur. Videlicet caſtrum viclum cum curte, & eccleſijs, & omnibus pertinentijs. Caſtrum de Signa, & tertiam partem caſtri de Grumulo, cum eccleſijs, & pertinentijs earum. Curtem de Greue cum Eccleſia ſancti Martini, cæteriſque poſſeſſionibus ſuis: eccleſiam ſancti Bartholomæi cum curte, & terra Benzonis, & Azæ vxoris eius de Radda. Inſuper & terras eiuſdem de Petitio, ſeu in quibuſcumque locis cum omnibus pertinentijs ſuis. Caſtrũ Radda cũ curte, & eccleſijs, & omnibus pertin. Caſtri de Tignano tertiam partẽ cũ eccleſijs, & pertinentijs: Eccleſiæ S. Nicolai in campo Clarentis, cum curte, proprietatibus, & adiacentijs: caſtrum de Collemontis cum curte, & omnibus pertinentijs: curtem Cauetini cum omnibus ſuis poſſeſsionibus. Caſtrum Bibianum cum curte, & eccleſijs, & omnibus ad eam pertinentibus: Eccleſiam ſancti Martini in loco Confinenti cum pertinentijs ſuis: eccleſiam ſancti Martini, quæ eſt infra ciuitatem iuxta prælibatum monaſterium cum caſis, terris, & omnibus pertinẽtijs ſuis. Eccleſiam ſancti Martini in Menſula cum omnibus pertinentijs ſuis. Curtem Montis Domini, cum omnibus ad eam pertinentibus. Curtem de Mandria cum pertinentijs ſuis. Terram Ioannis filij Theudi cum caſis, & reliquis poſſeſſionibus, ſicut Maria, & Donatus filius monaſterio contulerunt. Caſas, & terras Ioannis filij Bogæ: Eccleſiam S. Proculi cum terris, & domibus circa ſe. Terram quoque in Podio Riui frigidi, & quidquid Bonifacius Benedicti Abbatis frater eidem monaſterio con-

A tulerunt. Caſas, & terras Ioannis filij Bogæ, qui eccleſiæ ſancti Proculi obtulit. Præterea quæcumque hodie Pontificum conceſſione, principum liberalitate, vel oblatione fidelium, vel alijs iuſtis modis idem cœnobium poſſidet, ſiue in futurum iuſte ac canonice poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Laborum quoque veſtrorum decimas, præter quorumlibet contradictionem, tam vobis, quam ſucceſſoribus veſtris in monaſtica religione permanentibus, habendis concedimus. Conſecrationes Altarium, ſiue Baſilicarum, ordinationes monachorum ſeu clericorum monaſterio pertinentium a Florentino accipietis Epiſcopo, ſiquidem gratiam Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis, &
B ſine prauitatis moleſtia voluerit exhibere. Alioqui liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate, quæ poſtulatis; indulgeat. Porro Epiſcoporum, ſeu Epiſcopalium miniſtrorum actiones omnes ab eccleſijs ſiue clericis eiuſdem monaſterij remouemus, ſepulturam quoque eiuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, vt eorum, qui illic ſepeliri deſiderauerint, deuotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excõmunicati ſint, nullus obſiſtat. Si qua ergo &c. cunctis autem. &c. Amen.

Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Florentiæ per manum Ioannis S.R.E. Diac. Card. ac Biblioth. an. Dominicæ Incarnationis 1108.
C 8. *Kal. Octob. indictione primæ Pontificatus vero D. Paſchalis 2. Papæ anno 9.*

Vixit Raynerius in Florẽtina ſede ad 42. annos, eſſœtæque ætatis vitam finiuit 1113. ſepultuſque eſt in templo ſancto Ioanni Baptiſtæ ſacro in marmoreo ſepulchro, cum hoc Epitaphio, quod adhuc proſtat legentibus.

Vos qui tranſitis clauſum, qui ſcire veniſtis,
Hos verſus legite, vos, qui tranſitis.
Florentinorum Paſtor, Doctorque bonorum
Raynerius Præſul Florentinorum.
Vir bonus, & iuſtus, ſapiens, formaque venuſtus,
Ipſe fuit patiens, vir bonus, & iuſtus.
Sedit in hac vrbe pandens Cæleſtia turbæ,
Sexies Septenis ſedit in hac vrbe.
D *Biſſenam Iulius lucem ſparſerat orbi,*
Tranſijt hac vita biſſenam Iulius
Anno milleno centeno, terdecimoque,
Hoc tegitur lapide.



16 GODIFREDVS è nobiliſſima gente Comitalbertorum Alberti comitis filius Raynerij ſucceſſor

ſor fuit anno 1113. vir vtique præſtantium virtutum, famæque ſingularis. Hic Eccleſiã ſuã magnis acceſſionibus auxit, nec tamen inuidiæ liuorem euitare potuit optimus Præſul; nam Archidiaconus, alijque de clero Florentino tumultuarij viri, eum in populo ſimoniæ vitio laborantem declararunt, ſed cum ægre tuliſſet Goſredus ſerena recte conſcientia, Archidiaconum, cæteroſque famæ ſuæ detractores coram Paſchale II. prouocauit ad iudicium, à quo diligenter criminationis cauſa diſcuſſa Goſredum tanquam catholicum Epiſcopum canonice electum, falſoque criminatum abſoluit: accuſatores iuxta ſanctorum patrum, conciliorumque ſanctiones, ab officio remouit, vt in ſequenti ad clerum, populumque Florentinum ſcripta Epiſtola idem innuit Paſchalis anno 1116.

PASCHALIS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Clero, & populo Florentino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iamdudum apud nos confrater noſter G. Epiſcopus veſter querelam ſuam depoſuit aduerſus Eccleſiæ veſtræ Archidiaconum, & eius ſocios, videlicet Ioannem Priorem Eccleſiæ ſancti Laurentij, & Petrum ſancti Petri de Scaradio, & Rambaldum ſancti Stephani Priorem, quod eum in populo criminaretur ſimoniacæ prauitatis. Miſſis itaque litteris vtrique parti agendæ cauſæ terminum dedimus, cum in termino veniſſet Epiſcopus, illi ad præſentiam noſtram minime acceſſerunt, terrorem captionis in itinere prætendentes. Nos autem vt eis huiuſce occaſionis diuerticula tolleremus, per eundem Epiſcopum, & per Epiſcopum Volterranum ducatum eis omnino tutum prouidere curauimus: Archidiaconus quidem, & Beati Laurentij Prior ad noſtram præſentiam conuenerunt, cæteri alij nec venerunt, nec pro ſe nuntios tranſmiſſerunt, tunc præſentibus eis aduerſus eos Epiſcopus queſtus eſt, quod ſe ipſius obedientiæ, communionique ſubtraxerint, quod ipſum in populo ſimoniaci flagitij criminati ſint, quod eius execrati ſint conſecrationes, quod aduerſus eum conſpirationem in conuenticulis fecerint. Porro illi, præmiſſo tractationis ſpatio, ſe accuſatores Epiſcopi, aut illius criminis probatores penitus negauerunt. Collectiones clericorum ſeu laicorum in Eccleſiaſticis feciſſe aſſeruerunt, ſed propter inquirendum rumoris illius, qui contra Epiſcopum increbuerat, veritatem; in quibus nimirum collectionibus conſpirationis conuenticula intelliximus, in cæteris quoque ſe offendiſſe confeſſi ſunt. Prolata ſunt igitur his cauſis congruentia ſanctorũ Patrum diuerſa Capitula, Anthiochenæ videlicet Synodi quintum, de his qui ſe a miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt; item de conſpiratione ſeu coniuratione Chalcedonienſis Synodi octauum decimum, & Calliſti Papæ ad Epiſcopos per Galliam conſtitutos, cuius initium eſt: Conſpiraticnum crimina veſtris in partibus vigere audiuimus. Item Alexandri Papæ de his, qui ſanctos perſequuntur, aut amouere, aut dilacerare nituntur. Item Stephani Papæ de his, qui aduerſus Patres armantur, & qui fratres calumniantur. Nos ergo tantorum Patrum auctoritatibus inſtructi, præfatos viros tamquam propria confeſſione conuictos, ab officijs, ſeu dignitatibus ſuis ſententia iudiciali remouemus, niſi eis in poſterum miſericordia ſubueniatur Eccleſiæ alijſque etiam, qui vocati venire ad noſtrã præſentiam neglexerunt, idem iudicium irrogamus, quoniam eiſdem videntur capitulis irretiti, æquum eſt enim, vt delationem ſententiæ de abſentia non lucrentur, quia confitetur de omnibus quiſque, ſi ſubterfugere iudicium dilationibus putat. Omnibus igitur vobis præſentium literarum auctoritate præcipimus, vt Epiſcopum veſtrum tanquam, per Dei gratiam Catholicum vnanimi concordia diligatis, & vereamini. Si qui vero clericorum, aut laicorum temeraria deinceps præſumptione ſuper huiuſmodi Epiſcopum infeſtauerint, nouerint ſe pertinacia ſua clerici quidem depoſitione mulctandos; laici vero excommunicationi ſubijciendos. Data Laterani 5. non. martij Indict. 9.

Contalbertorum autem nobilis, ac perantiqua proſapia, cuius hic Goſredus alumnus erat, quæque per Hetruriam olim late dominata eſt, adhuc Florentiæ viget, tametſi ſplendida fortuna, opeſque abſceſſerint, horum ſublunarium ex more, quæ dicto citius euaneſcunt, & cadunt. Fuiſſe autem Godeſridũ ex hac nobiliſſima gente, teſtatur quædam pertaniqua ſcriptura, qua neſcio quid confirmauerat, 1142. quo ipſo tempore potuit obijſſe; hæc autem ſcriptura adhuc in Archiuio reformationum Florentiæ aſſeruatur, quam Carolus Strozza patritius Florentinus expiſcatus fuit, nobiſque exemplar ex originali, ex fide expreſſum hic ſubijciendum conceſſit, in quo liquido patet Goſredi parentem ex comite illo Lothario, qui Septimianam Abbatiam fundauit, ſuam duxiſſe originem.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Gottifredus Dei gratia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, merito in Chriſto venerabili ſorori, ac Deo dicatæ E. Abbatiſſæ Eccleſiæ B. Thomæ Apoſtoli Caprariæ ſitæ, ſuiſque ſororibus, eiuſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Licet Paſtoralis officij auctoritate nobis commiſſis Eccleſijs ſolertem prouiſionem inceſſanter debeamus; veſtræ tamen Eccleſiæ, cui Deo propitio bono Chriſti odore præſidetis, vt perpetua religione, ſtabilique ſecuritate conſiſtat, flagranti deſiderio, vigili cura, pij ſtudij ſolicitudinem impendere curamus, quandoquidem fideles, fidei ardore, Chriſtique amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cœleſtis Patriæ deſiderium, ſuis proprijs facultatibus ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam, quanto magis nos eaſdem res Eccleſiæ, cum ſint vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, augere, tueri, atque impoſterum contra prauorum inſidias, quaſi clypei munitionem opponere, cum tunc maxime Pontifices dici debeant, cum votis fidelium, & animarum tranſitibus pontem faciunt ad ſalutis viaticum. His itaque, alijſque diuinis auctoritatibu præmoniti, veſtriſque precibus, & petitionibus moniti quantum Deo donante ad noſtrum ius noſtrumque ſpectat officium, concedimus, firmamus, & ſtabilimus, & inconcuſſo fundamento vobis, ſancimus, omnem videlicet decimationem in integrum, quam comes Albertus pater meus, & frater eius comes Ildebrandus pater veſter conceſſerunt, & chartulam offerſionis tradere, atque offerre vobis veſtræque Eccleſiæ viſi ſunt in loco Fa-

bians, aut vbicumque, ſimilitér & prædia, & omnia veſtra, quocunque modo à vobis, vel per vos iuſte detenta, & acquiſita aut acquirenda. Quicumque ergo huius noſtræ conceſſionis pius conſeruator, & integer defenſerit, omnipotentis Dei gratiam, omniumque ſanctorum eius benedictionem, & noſtram habeat. Qui vero temerario auſu infringere conatus fuerit, ſiue magna, paruaque perſona, niſi digna emendatione, quod deliquerit correctum fuerit, auctoritate Patris, Filij, & Spiritus Sancti excōmunicatum, & anathematizatum ſe nouerit eſſe. Vt autem hoc immobiliter, & perpetuo vigeat, præſentem paginam noſtro ſigillo iuſsimus inſigniri, noſtraque noſtrorumque ſubſcriptione muniri.

† *Ego Gottifredus Dei gratia Epiſcopus Florentinus a me facto ſubſcripſi.*
† *Ego Ioannes S. F. Eccleſiæ Presbyter firmaui, & ſubſcripſi.*
† *Ego Vghiccio Canonicus, & Diaconus interfui, & ſubſcripſi.*
† *Ego Vliuarius Canonicus firmaui, & ſubſcr.*
† *Ego Ioannes Ildebrandi Canonicus S. Ioannis interfui, & ſubſcripſi.*
Ego Beniaminus Iudex, quia coram me præſente hoc actum eſt, ideo ſubſc.
Ego Sichelmus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Rainaldus iudex firmaui, & ſubſcripſi.
Ego Vgo iudex qui dicitur de Bella interfui, & ſubſcripſi.
Ego Henricus vnus ex Florentina aduocatione cauſidicus, iubente eodem, qui ſtatuit hæc omnia ſupradicta, Domino Gottifredo epiſcopo Florentino.

Factum eſt hoc an. Dominicæ Incarnationis 1142. *ſecundo Idus nouemb. Indict. 6. feliciter, &c.*

Anno vero ſuperiori 1139. Gofredus in cathedrali Synodum celebrauerat, in qua multa ſalubriter ſanxit, confirmauitque, clero id poſtulante, ſcripta ad id, hac, quæ ſubijcitur Epiſtola, quæ in Archiuio adhue Abbatiæ Septimi aſſeruatur.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Gotifredus Diuina fauēte clementia Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, chariſsimis, ac dilectiſsimis in Chriſto fratribus, & filijs Plebanis omnibus Florentini Epiſcopatus ſuis contemporaneis, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum, & cum mundo manſuris priuilegium, ſincerum, & ſanctum deſiderium, piæque poſtulatio voluntatis ex intimis viſceribus effectu debet proſequente impleri. Ac Ideo ego Gotifredus Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, vobis in Chriſto chariſſimis fratribus Plebanis omnibus noſtri Epiſcopatus, veſtriſque ſucceſſoribus per huius chartæ priuilegium id quod petijſtis a nobis in Synodo cum toto noſtro clericatu reſidentibus, confirmamus, & ſtabilimus, & vt inuiolabiliter in perpetuū maneat iure & rationabiliter ordinantes epiſcopali auctoritate præcipimus, ſecundum quod a P. donno noſtro Archidiacono, & octo Plebanis, ac noſtris vicedominis inuentum, & conſtitutum, & confirmatum eſt, videlicet, vt nec nos nec noſtris ſucceſſores vos amplius aggrauare valeant, vel in aliquo plus a vobis exigā, præterquam quod ab antiquis

A per vnumquemque conſtitutum eſt. Non enim volumus, ſicut nec iuſtum eſt ad conſequentiam, vel ad exemplū trahi id quod pro raro accidit, & id quod ex diſpēſatione ineuitabili neceſſitate coarctādè aliquando, & ad momentum temporis ſolūdo factum eſt, maximè cum . . . mores conſenſu vtentium, comprobati legis vigoris obtineant, & conſuetudinis, vſuique longæus firmiſſima habeatur auctoritas. Secundum itaque, quod noſtri antiquiores iuris ſtrenui, & præclari ad memoriam ex antiqua conſuetudine reducunt. Ita vobis iam ſupra nominatis plebanis, veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabiliter ordinamus, & ſub anathematis vinculo conſtringimus,
B & coarctamus tam nos ipſos, ſi aliquando frangere auſi fuerimus, quam omnes noſtros ſucceſſores, ſi inuiolabiliter non cuſtodierint, & non obſeruauerint, nec erit fas, vel licentia in aliquo tempore hoc non obſeruari. Cum abſit, & ab omni ſacerdote abeſſe debeat, vt ſtatuta ſuorum ſacerdotum in qualibet Eccleſia . . , infringere, &c. audeat.

Ego Gotifredus, Dei gratia, Florentinus epiſcopus tibi pleb. T. S. Stephani in campo Pauli, tuiſque ſucceſſoribus hoc priuilegium confirmo, ſaluo omni vſu, quem eccleſia ſancti Ioannis tempore beatæ memoriæ R. epiſcopi habuit, & circa viginti . . tertio anno.
Ego Ioannes ſacerdos, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.
C *Ego Vgiccio canonicus, & diaconus interfui, & ſubſcripſi.*
Ego Gualfridus canonicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Vgo iudex, qui dicitur Ebabella interfui, & ſubſcripſi.
Ego Vox Vicedominus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Rogerius iudex interfui, & ideo ſubſcripſi.
Ego Iulius canonicus, & diaconus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Raynaldus iudex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Petrus Vicedominus interfui, & ſubſcripſi.
Datum Florentiæ, per manus Petri ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Archidiaconi xvij. Kalendas iulij anno milleſimo centeſimo trigeſimo nono, indictione ſecunda, &c.

Cœnobio etiam ſancti Ambroſij eccleſiam
D ſancti Michaelis dono dedit Gofredus anno 1141. Quam quidem donationem cum cæteris Innocentius Secundus Pontifex diplomate confirmauit.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Dilectæ filiæ Cæciliæ Abbatiſſæ monaſterij ſancti Ambroſij de Petra plana, eiuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum manſuris.

Ad hoc vniuerſalis Eccleſia, &c. vſque fatigentur. Eapropter dilectæ in Domino filiæ, veſtris rationabilibus poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum beati Ambroſij monaſterium, quod in Florentino epiſcopatu ſitum eſt, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſtè, &

canonicè poſſidet, aut in futurum conceſsione A
Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu iuſtis alijs modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſuccedentibus illibata permaneant. In quibus & eccleſiam ſancti Michaelis in Palchito ſitam infra ciuitatem Florentinam, cum omnibus ſuis appendicijs a Godefrido Epiſcopo Florentino vobis canonicè conceſſam, & ſuo ſcripto firmatam proprio nomine duximus adnotandam, ſalua Eccleſiæ Florentinæ canonica reuerentia. Recipiendi etiam oblationes tam pro viuis, quam pro defunctis abſque alicuius contradictione liberam vobis concedimus facultatem. Sepulturam quoque ipſius liberam eſſe ſancimus, vt quicumque ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati B
ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia matris Eccleſiæ. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat præfatum veſtrum cœnobium temere perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur veſtris, & aliorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profuturam. Si qua igitur eccleſiaſtica, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gerardus presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi. C
Ego Anſelmus presb. Card. tit. ſancti Laurentij in Lucina ſubſcripſi.
Ego Martinus presb. Card. tit. ſancti Stephani in Caelio monte ſubſcripſi.
Ego Boethius presb. Card. tit. ſancti Clementis ſubſcripſi.
Ego Goizo presbyter Card. tit. ſanctæ Cæciliæ ſubſcripſi.
Ego Thomas presbyter Cardinalis tit. Veſtinæ ſubſcripſi.
Ego Gregorius diaconus Cardinalis ſanctorum Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Otho diaconus Card. S. Gregorij ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Vaſſalus diaconus Cardinalis ſancti Euſtachij ſubſcripſi.
Ego Vbaldus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata ſubſcripſi. D
Ego Octauianus diaconus Cardinalis tit. ſancti Nicolai in carcere ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Almerici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis, & Cancellarij, quarto nonas Maij, indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno MCXLI. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ Secundi anno xij. &c.

Cæterum Lotharius Imperator Godefrido proindeque eius ſucceſſoribus confirmauit hæc Caſtella, montis Iouis, ac montis Aeuti. Hic ille Florentinus Epiſcopus eſt, de quo D. Bernardus Eugenio Papæ Tertio lib. 4. de conſideratione rem facetam narrat: vt nimirum magnis honoribus Florentiæ excepto Martino presbytero Cardinale, qui e Danica legatione reuerſus, ad Innocentium Secundum Piſis agentem ſe conferebat, & ob inſignem rerum humanarum contemptum, tanta egeſtate laborabat, vt equo ad perficiendum iter careret: qua re animaduerſa Godefridus Epiſcopus poſt exhibita effuſi in eum amoris ſigna, equo donauit. Nec multo poſt Epiſcopus ad diſceptandam litem aulam pontificiam adijt, eumque amicorum beneuolentiam prohicere affectaret, maiori ſpe, ac libertate Martinum ſalutauit, cum accepti beneficij memoriam grato menti altiſſimè hærere exiſtimaret, vetiſſimaque ea ſententia ſit beneficia apud improbos in aqua, apud cæteros probos ſculpantur in ſilice. At Martinus Epiſcopi conſilium ſubodoratus, ne a iuſtitiæ tramite deflecteret, ſuamque corrumperet integritatem, ocyus ſubiecit, equum ſuum, qui in ſtabulo erat, reciperet, latuiſſe ipſum, litem in curia exercere, quod ſi olfeciſſet, munus nunquam attigiſſet.

Deceſſit Godefridus anno 1142.

27 ACTIVS, ſiue Athus, eius nominis ſecundus, Godefrido ſucceſſit circa annum 1143. eiuſdemque memoria extat. Huius Epiſcopi temporibus Eugenius Tertius Pontifex, ſaluo directo iure Epiſcopi Florentini, ſub protectione ſanctæ Apoſtolicæ ſedis ſanctum Petrum maiorem excepit. Cuius rei hæc extat gratioſa bulla, quam hic ſubijciendam curauimus, indulta anno 1151. hoc eſt anno Athonis epiſcopatus viij.

EVGENIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Dilectæ in Chriſto filiæ Magdalenæ Abbatiſſæ monaſterij ſancti Petri maioris, quod in ſuburbio ciuitatis Florentiæ ſitum eſt, eiuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris regulariter inſtituendis in perpetuum. Religioſis deſiderijs dignum eſt facilem præbere conſenſum, &c. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis; eccleſiam S. Felicis, quæ iuxta Ema poſita eſt, & vniuerſas poſſeſſiones, quas nobilis mulier Giſla monaſterio veſtro rationabili prudentia, & deuotionis intuitu contulit. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur earum, pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua Florentini Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum, &c. cunctis autem. &c. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Ymarus Tuſculanenſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Vgo Oſtienſis epiſc. ſubſ.
Ego GG. presb. Cardinalis S. Caliſti ſubſcripſi.
Ego Vbaldus presbyter Cardinalis tit. . . . ſubſcripſi.
Ego Ariſbertus presb. Cardinalis tit. ſanctæ Anaſtaſiæ ſubſcripſi.
Ego Iulius presb. Cardinalis tit. ſancti Marcelli ſubſcripſi.
Ego Vbaldus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Bernardus presb. Card. ſancti Clementis ſubſcripſi.
Ego Octauianus presb. Card. tit ſanctæ Cæciliæ ſubſcripſi.

Ego

Ego Rolandus presb. Card. tit. ſancti Marci ſubſcripſi.

Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Stephani in Calio monte ſubſcripſi.

Ego Ioannes presb. Card. tit. SS. Ioannis, & Pauli ſubſcripſi.

Ego Henricus presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei ſubſcripſi.

Ego Oddo diaconus Card. S. Georgij ad velum aureum ſubſcripſi.

Ego Rodulphus diaconus Cardin. ſancti Angeli ſubſcripſi.

Ego Gregorius diaconus Card. ſanctæ Mariæ in porticu ſubſcripſi.

Ego Hyacinthus diaconus Card. ſanctæ Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Ioannes diaconus Card. ſanctorum Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.

Datum per manum Bolognini ſanctæ Romanæ Ecclaſiæ ſcriptoris, ſeptimo Kal. maij, indict. xiv. Incarnationis Dominicæ anno 1151. pontificatus vero Domini Eugenij Papæ Tertij anno ſeptimo.

Ex monumento in Oprandi Abbatis ſancti Saluij gratiam ab Azone Epiſcopo anno 1154. confecto colligitur hunc Epiſcopum grauiſſimis negotijs implicitum fuiſſe, ob quæ ſæpius Romam petere coactus, vt obeundi muneris libertati reſtitueretur, cenſuræque, quam contraxerat, religione, ob quam ab exercenda dignitate ſubmotus erat, liberaretur; eumque Abbas, cæterique religioſi illius cœnobij ſuam illi operam liberaliſſimè explicuiſſent, ne reddendæ gratiæ loco, monaſterium oneraret, vel illius grauandi occaſionem poſteris porrigeret, declarationem ſubiecto documento contentam edidit, eamque ſuo, aliorumque capitularium chirographo communiuit.

Azo, Dei gratia, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto fratri Oprando Abbati ſancti Saluij, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Rationis ordo expoſtulat, & ſacræ legis ſanxit auctoritas, vt ea, quæ intuitu charitatis, & pietatis inſtinctu aliquando fiunt, ad vſum peruerſitatis minimè conuertantur. Iniuſtum eſt enim, vt ea, quæ ex gratia, & charitate aliquoties dantur, ad debitam poſtea peruerti debeant coactionem. Eapropter dilecte in Chriſto frater Oprande Abbas ſancti Saluij, experti charitatem tuam in neceſſitate noſtra, qua grauabamur pro expenſis, quas pro eccleſiaſtico officio recuperando, Romam ſæpe eundo, & redeundo fecimus, tibi, tuiſque ſucceſſoribus prouidentes, pro beneficio nobis collato, nolumus aliquam conſuetudinem eccleſiæ ſancti Saluij inde ſuccreſcere, aut aliquod detrimentum a me, vel a meis ſucceſſoribus poſtmodum prouenire.

Conſtituimus igitur, atque præſentis decreti pagina roboramus, aliquam pecuniariam exactionem præfato monaſterio a me, vel a meis ſucceſſoribus minimè in poſterum fieri, aut aliquod grauamen imponi, ſed Eccleſiam illam immunem, & liberam ab omni iugo exactionis perpetuo eſſe decernimus, atque ſancimus.

Nolumus enim, vt aliquis ſucceſſorum noſtrorum, ab Eccleſia illa aliquid per exactionem repoſcat, aut quaſi per debitum a fratribus ibi Deo ſeruientibus aliquid exigat. Promittimus itaque, atque pontificali auctoritate firmamus, neque nos, neque ſucceſſores noſtros, a ſe præfato monaſterio aliquid hac occaſione exigere, aut aliquam iniuſtam conſuetudinem fratribus ibi commorantibus poſtmodum imponere. Qui verò hoc ſtudioſè infringere poſt huius noſtræ promiſsionis, & confirmationis cognitionem tentauerit, reum ſe de perpetrata iniquitate, & a corpore, & ſanguine Domini alienum eſſe cognoſcat.

Vt autem hæc pagina verius credatur, propriæ manus ſubſcriptione voluimus roborare, & ad omnium notitiam, ſigillo noſtræ Eccleſiæ confirmare, epiſcopali auctoritate complacuit.

Ego Azo Florentinus epiſcopus hoc priuilegium feci propria ſubſcribendo manu, corroborando firmaui.

Ego Gerardus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ, Dei gratia archipresb.

Ego Petrus presb. & canonicus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ.

Ego Ildeprandus presb. & canonicus interfui, ideoque ſubſcr.

Datum per manum Alberti ſanctæ Florentinæ eccleſiæ archidiaconi, & præpoſiti anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, pridie Kal. aprilis, ind. 2.

Hoc ipſo anno 1154. vel proximo ineunte, ex hac vita Azo diſceſsit, cum anno 1156. Ambroſius ipſi agendis Florentinæ Eccleſiæ gubernaculis ſucceſsiſſe reperiamus: me certè latet, quo fulti ſint fundamento aliqui, qui in manuſcript. Præſulum catalogis ante hæc tempora perfunctum tradidere, cum exploratum ſit anno 1155. adhuc ſuperſtitem vita extitiſſe.

28 AMBROSIVS Florentinus monachus, decimuſque Abbas Vallisvmbroſæ, Epiſcopus Florentinus electus eſt anno 1155. Contendunt alij perueniſſe ad ſedem anno 1157. in eaque perſeueraſſe vſque ad annum 1158. dieque 20. maij obijſſe, cum epiſcopatum ſimul, ac cœnobium ſanctiſsimè adminiſtraſſet. Ab Adriano Quarto ampliſsimum obtinuit priuilegium anno 1156. viciſsimque monialibus ſancti Petri maioris alterum indulſit, quo eius monaſterij omnia bona confirmabantur, vt in ſubiecto diplomate videre eſt.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Ambroſius, Dei gratia, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilectæ in Chriſto filiæ Magdalenæ, ſancti Petri maioris Abbatiſſæ, ſibique in eodem monaſterio regulariter ſuccedentibus, &c.

Rationis ordo expoſtulat, & ſacræ legis ſanxit auctoritas deſiderijs iuſta poſcentibus pia compaſsione ſuccurrere, & votis legitima deſiderantium, &c. charitatis congruum impertiri ſuffragium. Tunc enim deuotionis noſtræ famulatus Deo gratus impenditur, cum ex charitatis radice procedens prouectibus poſtulantium inſtinctu extenditur. Eapropter dilecta in Chriſto filia Magdalena deuotionem tuam, & tuarum ſororum er-

ga

A ga nos, & Eccleſiam ſancti Ioannis attendentes, vt in monaſterio, cui, Deo auctore, deſeruis, religio copioſius augeatur, eius iuſtis petitionibus clementer annuimus, & eidem monaſterio, præſentis priuilegij ſcripto communimus, ſtatuentes, vt quæcumque bona eadem eccleſia in præſentia iuſtè, & canonicè poſsidet, aut in futuro, Domino auxiliante, rationabiliter poterit adipiſci, firma ſibi, ac poſtmodum ſuccedentibus, & illibata permaneant eorum, pro quorum ſuſtentatione, atque gubernatione oblata ſunt vſibus profutura, inter quę proprio quædam duximus notanda vocabulo, eccleſiam videlicet beati Felicis, quæ eſt iuxta Emam poſita cum omni iure ſuo: ordinationem quoque ipſius eccleſiæ, ſecundum regulam

B beati Benedicti ſibi, & poſtmodum ſuccedentibus, noſtra auctoritate concedimus, ſalua tamen in omnibus Florentini Epiſcopi debita obedientia, & conſueta reuerentia. Poſſeſsiones quoque omnes, quas quædam nobilis, & religioſa mulier nomine Giſla eidem eccleſiæ contulit. Quæ vtique omnia decernimus, atque præſentis priuilegij pagina confirmamus, & tam ea, quæ a prænominata matrona collata ſunt, quam quæ a cæteris fidelibus in futuro iuſtè ſunt conferenda iam dictę beati Petri eccleſiæ ſine alicuius hominis contradictione firmiter teneant, atque poſsideant. Ad pręſentis autem priuilegij, & conſtitutionis confirmationem decernimus, vt prælatum monaſterium per ſingulos annos in feſtiuitate beati Ioannis

C Baptiſtæ pro ſupradicta eccleſia beati Felicis, quatuor libras ceræ nobis, & ſucceſſoribus noſtris cenſualiter perſoluant. Si qua ergo eccleſiaſtica, ſecularisue perſona huius noſtri decreti paginam ſciens auſu temerario contraire, aut infringere tentauerit, ſeu hæc, & omnia, quæ iam ſunt iuſte collata, quæque in futuro ſunt conferenda, aliquo malo ſtudio minuere, vel auferre præſumpſerit, Dei etiam indignationem incurrat, & corporis, ac ſanguinis Domini ſe reum eſſe cognoſcat, atque in extremo examine diuinæ vltioni ſubiaceat: ſeruantibus autem, quod a nobis ſtatutum eſt, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Ambroſius ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ epiſcopus a me facto ſubſcripſi.

D *Ego presb. Azo, & canonicus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ interfui, & ſubſcripſi.*

Ego Petrus presb. & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego presb. Guido, & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego Rogerius presbyter, & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego presb. Ildeprandus, & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vgucio canonicus, & diaconus ſubſcripſi.

Ego Vgo canonicus, & diaconus ſubſcripſi.

Ego Vgo canonicus, & diaconus ſubſcripſi.

Ego Oliuarius ſubdiaconus, & canonicus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ laudo, & ſubſcripſi.

Ego Petrus ſubdiaconus, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vicedominus eiuſdem eccleſiæ ſubdiaconus interfui, & ſubſcripſi.

Ego magiſter Iulius ſubdiaconus, & canonicus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ interfui, & ſubſcripſi.

Data per manum Alberti Florentini archidiaconi, ann. Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, indict. iv. &c.

Cæterum Ambroſius apud Adrianum Pontificem gratioſus fuit, ſubque Apoſtolicæ ſedis protectione Florentinum epiſcopatum excepit, reuocauitque conceſsionem Epiſcopo Senenſi indultam de plebania Podij Boniti anno 1156. xv. Kalendas maij.

Eodem anno 1156. quo Ambroſius tot priuilegis monaſterij ſancti Petri corroborauit, & ſuam etiá donationi factæ a Godefrido anteceſſore Epiſcopo cœnobij ſancti Saluij, quod a ſuis anteceſſoribus ingentibus beneficijs ornatum fuerat, auctoritatem adiecit, Oprando Abbati, & fratribus D. Nicolai eccleſiam, cum ijs omnibus, quæ ad eam ſpectarent, obnoxiam eſſe iuſsit, eamque ſuę, ſucceſſorumque auctoritati ſubduxit: cuius rei monumentum è ſuo exemplari in papyraceo lib. Vallisvmbroſanæ congregationis contecto erutum eſt in hunc, vt ſequitur, modum.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Ambroſius, Dei gratia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto fratri Oprando Abbati monaſterij ſancti Saluij, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc nobis eccleſiaſticæ diſpenſationis cura a Deo commiſſa eſt, vt religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Tunc enim iniunctum officium ritè proſequimur, cum his qui contemptu mundi curis, diuino ſunt obſequio mancipati, pietatis intuitu ſubuenimus. Eapropter dilecte in Chriſto frater Oprande, tuis ac fratrum tuorum iuſtis poſtulationibus clementer annuentes, eccleſiam beati Nicolai ſitam Corſu arſa, cum his, quæ nunc poſsidet, & quæ in futuro, Deo propitio, poterit rationabiliter adipiſci, tibi & ſucceſſoribus tuis noſtra auctoritate confirmamus, & præſentis decreti pagina roboramus. Abſoluimus quoque eandem Eccleſiam, ab omni prorſus pecuniaria exactione, & ab omni debito, & ſeruitio, quantum ad nos attinet, & ad plebem noſtram, liberamus, atque immunem, & liberam eſſe decernimus, quod bonæ memoriæ Godefridum prędeceſſorem noſtrum ſuo priuilegio feciſſe cognouimus. Non liceat itaque nobis, vel ſucceſſoribus noſtris aliquid ſtipendiorum a præfata Eccleſia exigere, aut aliquod iniuſtum grauamen fratribus imponere. Qui vero hoc infringere poſt huius noſtræ conceſſionis, & abſolutionis, cognitionem tentauerit, reum ſe de perpetrata iniquitate, & a ſacratiſsimo corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti alienum cognoſcat. Vt autem hæc pagina verius credatur, proprię manus ſubſcriptione voluimus roborare, & ad omnium notitiam, ſigillo noſtro confirmare, pontificali auctoritate complacuit.

Ego Ambroſius, Dei gratia, Florentinæ Eccleſiæ epiſcopus

ſcopus a me facto.

Ego Gerardus, Dei gratia, S. Flor. Eccl. vt officiarius, & archipresb.

Ego Ildeprandus eiuſdem eccleſiæ canonicus.

Ego Vgo canonicus & diaconus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ.

Ego Vbaldus diaconus, & canonicus eiuſdem Florentinæ eccleſiæ.

Datum per manum Alberti ſanctæ Florentinæ eccl. archidiaconi, & præpoſiti anno Dominicæ Incarnationis M C L VI. xi. Kalend. nouembris, indictione quinta.

29 IVLIVS ſucceſſor Ambroſio ann. 1158. De hoc Iulio dubitat Borghinus, an idem ſit cum illo altero Iulio, qui poſt hunc, qui ſequitur, Zenobium ſedit, ſed cum horum duorum dignitas inciderit in ſchiſma inter Alexandrum, & Victorem Pſeudopontificem, dicendum eſt, vnum tantum fuiſſe Iulium, qui prius fauore Imperatoris intruſus fuerit, ac poſt reconciliationem factam, poſt Zenobium verum Epiſcopum, ab excommunicatione expiatus ſederit. Euenit id 1174. in quo ipſo anno Zenobius vita functus eſt, vixitque deinde Iulius vſque ad annum 1181. niſi forte velimus hoc ipſum aſſerere de Zenobio. Cum enim Ludouicus Cauitellus in annalibus Cremonæ ſchiſma illud commemoraſſet, narrat etiam, d numeratque Epiſcopos ab Alexandro depoſitos, in quibus Epiſcopus Florentinus fuit, cuius non prodit nomen, ac proinde cauſam dedit de vtroque dubitandi. Non alia ad poſteros de Iulio Epiſcopo transfuſa eſt memoria, quam quod Alexandro Papa interceſſore, monaſterio ſancti Saluij eccleſiam, ac parochiam ſancti Iacobi, conſentiente capitulo, attribuit, pluribuſque oneribus exemerit, cuius rei gratia adiectum a nobis hiſtoriæ monumentum confectum eſt, quod Vrbanus Tertius poſtea ratum, firmumque dato ad Gilbertum Abbatem diplomate eſſe ſanxit. Gilbertus verò ea forma, qua in publicas tabulas donatio relata conſpicitur, cum Iulio compromiſit.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Iulius, Dei gratia, ſanctæ Florentinæ eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto filio Gilberto ſancti Saluij Abbati, ſuiſque in eodem monaſterio regulariter ſuccedentibus in perpetuum.

Rationis ordo expoſtulat, & ſacræ legis ſanxit auctoritas, deſiderijs iuſta poſcentium pia compaſſione ſuccurrere, & votis legitima deſiderantium intuitu charitatis, religionis, & honeſtatis, congruum impertiri ſuffragium. Tunc videlicet deuotionis noſtræ famulatus Deo gratus impenditur, cum ex charitatis radice procedens pronectibus poſtulantium, inſtinctu pietatis extenditur. Eapropter dilecte in Chriſto fili Gilberte ſancti Saluij Abbas venerande, deuotionem tuam, & fratrum tuorum erga nos, & eccleſiam beati Ioannis Baptiſtæ attendentes, vt in monaſterio, cui, Deo auctore, deſeruis, religio copioſius augeatur, tuis, tuorumque fratrum iuſtis poſtulationibus, & noſtrorum venerabilium fratrum archipresbyteri, & præpoſiti precibus interuenientibus, intuitu pietatis, religionis, & honeſta-

A tis clementer annuimus, & eccleſiam in noſtræ ciuitatis ſuburbio multum vtilem, & ſancti Saluij monaſterio admodum neceſſariam, domini quoque Papæ Alexandri interuentu conceſſimus, & quod ſatis ſancti Saluij eccleſiæ vtilius fuit, parochiam eidem eccleſiæ Dei reuerentia, & prædictorum precibus aſſignauimus, quam parochiam, ſi certis limitibus indiſſolubiliter certificaretur, atque terminaretur, curamus ſcilicet totũ campum, quem ſancti Saluij conſtat eſſe allodium, & omnes maſſaritias, quæ nunc ibi ſunt, vel in futuro erunt, infra ſita deſignata loca, hoc modo, de duabus ſiquidem partibus currit via, de tertio latere determinat Perilaſio, de quarto eſt murus ciuitatis, & foſſa iuxta iſta deſignata quidem loca, B cõcedimus firmamus, & ſtabilimus præfatum oratorium, eccleſiam, & parochiam prædictis limitibus, & certis terminis limitatam annuimus, & confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communiuimus. Sepulturam quoque prædictæ parochiæ tibi, tuiſque ſucceſſoribus liberam eſſe concedimus, ſtatuentes, vt quæcumque bona prædicta eccleſia iuſtè, & canonicè poſsidet, aut in futurum iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prælatam eccleſiam; & monaſterium ſancti Saluij temere perturbare, aut eius bona auferre, vel ablata retinere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & C integra conſeruentur. Salua nimirum in omnibus, & per omnia diœceſani iuriſdictione, & Florentini Epiſcopi auctoritate, & reuerentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſsimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat; atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & D apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Iulius Florentinæ eccleſiæ Epiſcopus, licet indignus hoc ſcriptum a me factum comprobaui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Bernardus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ præpoſitus, & prior ſancti Laurentij, licet indignus, huic priuilegio aſſenſum præbui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Rogerius ſanctæ Florentinæ eccleſiæ archipreſbyter, huic priuilegio aſſenſum præbui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Nicolaus eiuſdem eccl. canonicus, & ſacerdos hic ſubſcripſi.

Ego Bonifacius eccleſiæ Florentinæ diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego magiſter Guido Florent. eccl. canonicus, & diaconus ſubſcr.

Ego Paganus eccl. Flor. canonicus ſubſcripſi.

VRBANVS EPISCOPVS

Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Gilberto Abbati, & conuentui ſancti Saluij Floren. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Iuſtis petentium deſiderijs facilem nos conuenit præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter, dilecte in Domino fili, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, eccleſiam ſancti Iacobi, ſitam in ciuitate Florentiæ a bonæ recordationis Iulio quondam eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, de conſenſu capituli Florentini, eccleſiæ veſtræ conceſſam, cum ſepultura, & parochia eius, cum limitibus certis, qui in chartula, quam idem Epiſcopus de illa vobis, & eccleſiæ ſancti Saluij donatione tradidit, leguntur expreſſe, ſicut eã iuſtè, ac ſine controuerſia poſsidetis, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, vt nulli omnino hominum ſit licitum hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario aliquatenus contraire.

Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

Datum Veronæ 4. nonas maij.

30 ZENOBIVS Epiſcopus Florentinus, reperitur anno 1161. de quo ſupra mentionem fecimus, poſt cuius exceſſum, ſiue poſt degradationem iterum Iulius ad ſedem euectus eſt, quam obtinuit vſque ad annum 1181. vt ſupra docuimus. Cum vero nil aliud in funeſtis hiſce temporibus occurrat, quæ conglobatæ vndique calamitates ſchiſmatis obruebant, quam ferè nudum Zenobij Epiſcopi noſtri nomen, abs re non abhorrere mihi viſum eſt è tenebris, ſilentioque hominum, duorum conciuium Zenobij memoriam vindicare, ad nouam dignitatem, ſplendoremque patriæ noſtræ affundendum. Primus erit B. Dauid ſancti Bernardi Abbatis diſcipulus in hac nobiliſſima ciuitate Florentiæ natus, qui cum ætatis longioris annos monaſticam excoluiſſet vitam, onuſtus meritis, claruſque miraculis in Hermenrodenſi Germaniæ cœnobio corporis vinculis ſolutus in cælum euolauit an. 1179. xj. decembris. Illius vita ab ſynchrono auctore conſcripta nuper Nicolai Heeſij viri erudītiſſimi opera in manipulo rerum memorabilium eiuſdem monaſterij typis cuſa in lucem emanauit. Plures auctores illius mentionem fecerunt, inter cæteros Cæſarius Hieſterbachenſis nonnullos nouerat, qui cum ſancto illo viro egerant, non ille tamen, aliique eius patriam ſcriptis tradidere, eoque omnes perſuaſerat opinio, Gallum, aut Germanum extitiſſe. Vnicus tantummodo doctiſſimus Aubertus Miræus, qui ſancti vitam manuſcript. perlegerat, in ſuo Ciſtercienſi chronico Florentinum natione fuiſſe, ijs verbis memoriæ conſecrarat: *B. Dauid natione Florentinus, primum Claræuallis, poſtea Hermenrodenſis monachus, &c.* quæ verba pluribus patriam indicare obſcurius viſa, cum regnum, è quo oriundus eſſet, non diſtinxiſſet, nonnulli vero Germanum ex vrbe Confluentia Treuiris vicina oriundum fuiſſe diuinarunt: verum huiuſmodi ſcrupulum ipſius res geſtæ in lucem editæ exemerunt, vbi auctor ſynchronus recenſet, vt ſeculi obtrito faſtu religioſam vitam amplexus, recepto in Gallijs ſancti Bernardi beneficio Ciſtercienſis familiæ habitu, in Claræuallenſi monaſterio monaſtica ſe diſciplina illi tradidit: natione Tranſalpinum è Florentina Lõgobardorum vrbe oriundum fuiſſe narrat, cum perſpicuum ſit, in Gallijs Italos omnes, vt ſæpius Lõgobardos nuncupari, ſic & collegium pro Florentinis, Italiſque alumnis Pariſijs ab Andrea Gino Malpilio Florentino Cardinali Epiſcopo Atrebatenſi in ſuo palatio excitatum Longobardorum nuncupatur; in fronte collegij iſta epigraphe:

Ginus Atrebatum Præſul, qui Florida lucem
Ora ſuo dederat nobilis Arnus ſinu.
Has Italis ſacras Muſarum condidit ædes,
Quas Lombarda nouo nomine turba tenet.

Dauid ergo noſter, Florentiæ Thuſcorum natus cum adoleſcentia floreret, anno circiter ſalutis 1130, in Gallias ſtudiorum cauſa profectus, ſancti Bernardi ſanctitatis opinione, quæ latè percurrebat, illectus, exuto priori conſilio, ad eum ſe contulit, ſummiſque contendit precibus, vt ſuorum numero monachorum adſcriberet, qui vix ad eius vota ob delicatioris corpuſculi habitum inflecti potuit: admiſſum, ac multis laboribus tentata eius patientia, eximiaque virtute perſpecta ad Hermenrodenſem in Germaniam paulo poſt condendam abbatiam miſit, vbi breui virtutum ſuarum exemplis ingentem ad populum exiſtimationem probatis, tum apud Fridericum primum Imperatorem, aliosque Germaniæ Principes ita collegit, vt poſt annos quadraginta in nauanda diuinæ gloriæ opera ductos, anno, vt dictum eſt 1179. in cælum meritas palmas collecturus euolauit; cumque in dies illius ſanctitatis gloria inclareſceret, eius oſſa anno 1204. loculo plumbeo incluſa in honorificentiore ſepulchro marmoreo in eccleſia eiuſdem cœnobij repoſita fuere, eiuſque feſtus dies 11. decembris eccleſiaſtico ritu inſtitutus celebratur. Huius viri ſanctitatis agnitus ſplendor incredibili me gaudio perfudit, non modo, quod è mea nobiliſſima patria, quæ viros ſanctitate illuſtres omnibus ſeculis peperit, oriundus fuerit, verum etiam, quod in eodem Ciſtercienſi ordine, in quo verſor, regulari eadem obſeruantia a ſancto Bernardo excultus multo ante tempore fuerit, quam ordo Ciſtercienſis ſuas propagines Florentiæ diffunderet, cum ille monaſticum habitum induerit anno 1132. Ciſtercienſes vero Gregorij Noni iuſſu, anno 1236. Ardingi Epiſcopi Florentini temporibus, vt ſuo dicetur loco, primam coloniam ad Abbatiam Septimianam, tantum quinque milliaribus ab ea vrbe diſſitam, propagarint. Dauidis noſtri Cæſarius Hieſterbachenſis ſuis in dialogis præclaram mentionem edidit libro primo cap. 4. & lib. 2. cap. 55. De eo Petrus Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ; Ioannes Abbas in catalog. Sanctorum Ordinis, Manriquez lib. 3. Laureæ Euangel. Ioannes de Aſſigny Abbas Niuelenſis lib. de viris illuſt. ordin.

l Ciſter-

Ciſtercienſis; Miræus in chronicon, Chryſoſtomus Henriquez in menologio Ciſtercienſi, alijque præter Gaſparum Iogellinum noſtrum in notitia Abbatiarum ordinis Ciſtercienſis, & Nicolaum Heeſij. Porro de clauſtro Hermenrodenſi nobili monaſterio in archidiœceſi Treuirenſi, ab Alberone Archiepiſcopo anno 1133. condito conſuli poteſt idem Heeſius apud eundem Iogellinum eruditiſſimum virum, nobiſque amiciſſimum.

Dauidi conſpicuo ſanctitatis monacho Florentia oriundo, cæloque Zenobij Epiſcopi temporibus transfuſo, alterum doctrina, dignitateq; Cardinalitia illuſtrem concivem coniungamus, cuius hactenus patria incognita fuit Panuino, Ciacconio, alijſque, qui de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſcripſere. Is extitit M. Laborans ciuis Florentinus in oppido, cui Pontormum nomen eſt, ſeptimo ab vrbe milliario natus, qui primis adoleſcentiæ annis Gallias petijt, vt literis ingenium perpoliret, qui cum ſtudia libare cœpiſſet, muſarum ſuauitate delibutus, ſtrenuam adeo adipiſcendis ſcientijs nauauit operam, vt doctoratus lauream in Pariſienſi academia compararet; cumque eius doctrinæ fama late increbreſceret, ab Alexandro Tertio creatus eſt diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Porticu 1179. mox presbyter Cardinalis ad titulum ſanctæ Mariæ Transtyberim. Legati munere ſub eodem Alexandro, Vrbanoque Tertio ſæpius in Longobardia perfunctus, ſedente tandem Clemente Tertio, vltimo ipſius pontificatus anno, qui fuit ſalutis 1191. relicto ingenti ſui deſiderio, cum ſumma prudentiæ, doctrinæ, virtutumque omnium laude extinctus eſt. Transfudit ille ad poſteros plura ingenij ſui monumenta, ac inter alia inſigne illud de *Iuſti, iuſtitiæque rationibus* opus quadripartitum, edidit aliud *de vera liberalitate* ad Hugonem Archiepiſcopum Panormitanum, necnon volumen congeſſit decreta Pontificum, quod inſcripſit *Compilatio decretorum ad Petrum Præſulem Pampilonenſem*. Extat manuſcript. in tabulario Canonicorum baſilicæ Vaticanæ, vbi ipſe auctor, è qua patria eſſet oriundus, verbis ſequentibus enarrat pag. 139. *Ad Floridum Florentiæ patriæ mihi natale ſolum, & ad Vallem Arniſana Pontorma natiuitatis meæ nobile caſtrũ, cui nomen indidit viciniſſimus ei pons, & fluuius Orma. De Francorum climate per Alemanniam regreſſum feliciter a ſcholis habens, a quodam fauſta memor. pio viro, cui ſit in cælo palatium, decenti gratitudine fui receptus hoſpitio, &c.* Hic vero titulus libro præfigitur, *Compilatio decretorum Laborantis Cardinalis ad Petrum Præſulem Pampilonenſem*; ad calcem adiectus eſt annus, quo librum conſcripſerit, his verbis: *Edidit hoc opus Laborans anno 1182. vltimo die aprilis*. In eo codice huius Cardinalis effigies ſuis coloribus expreſſa, atq; adumbrata cernitur, quam nos tum ad lectoris voluptatem, tum ad tanti, tamque celebris concivis illuſtrandam memoriam, qui patriam maximorum ſemper ingeniorum altricem, ſuis natalibus, ac ſcriptis ornauit, incidi, typiſque commendari aliquando curabimus, in noſtro de Purpuratis viris Florentinis commentario.

A 31 BERNARDVS Epiſcopus Florentinus creatus eſt anno 1182. ac vixiſſe creditur vſque ad annum 1189. Huic a Lucio tertio Pontifice maximo plebania Mortarenſis confirmata eſt anno 1182. 4. Kal. Ianuarij. Sequenti vero anno fuit inſcriptum ſequens diploma eiuſdem Lucij Papæ ad fauorem monaſterij ſanctiſſimæ Trinitatis de Florentia ordinis Valliſumbroſæ, opera Bernardi Epiſcopi, cuius tenor eſt huiuſmodi.

LVCIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Hieronymo Abbati monaſterij ſanctæ Trinitatis Florentinæ, eiuſque fratribus, tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſsis in perpetuum.

B Quotiens a nobis petitur, &c. vſque impertimur. Eapropter dilecti &c. vſq; annuimus. Et præfatum monaſterium ſanctæ Trinitatis Florentinæ, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, &c. vſq; cõmunimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem fratrum Valliſumbroſæ, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona ibidem monaſterium in præſentiarum iuſtè, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione, &c.
C vſque fidelium, vel alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum parochia ſua, certis terminis diffinitam. Curtem de Ripule, & de Varliano, curtem de Lignaria, curtem de monte cum omnibus earum pertinentijs: agros de Mugnone, & de Turri cum ſuis pertinentijs; ſane noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos e ſeculo fugientes liberos, & abſolutos ad conuerſionem recipere, & eos abſq;
D contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem, fas ſit abſque Abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communium literarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare. Inhibemus inſuper, vt nullus infra terminos Parochiæ veſtræ, ſine aſſenſu diœceſani Epiſcopi, & veſtro Eccleſiam, vel oratorium de nouo conſtruere audeat ſaluis tamen priuilegijs Romanæ Eccleſiæ. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excõmunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſ-

ſorum

ſterium, nullus ibi, qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum fas ſit præfatum monaſterium temere &c. vſque profutura. Salua auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur &c. cognoſcat, & a ſacratiſs. &c. vſque ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco &c. vſque inueniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Theodinus Portuen. & ſanctæ Ruffinæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Henricus Albanen. Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Presbyter Cardinalis tit. Sancti Marci ſubſcripſi.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi.

Ego Laborans Presbyter Card. ſanctæ Mariæ Tranſtyberim tit. Calliſti ſubſcripſi.

Ego Pandulphus Presbyter Card. tit. Baſilicæ XII. Apoſtolorum ſubſcripſi.

Ego Iacobus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Gratianus Diac. Card. ſanctorum Coſmæ, & Damiani ſubſcripſi.

Ego Bobo Diaconus Cardinalis ſancti Angeli ſubſcripſi.

Ego Soffridus S. Mariæ in Vialata Diac. Cardinalis, & Cancellarius 12. Kal. martij, Indict. 11. Incarnationis Dominicæ anno 1183. Pontificatus vero D. Lucij Papæ tertij anno tertio.

Huius Epiſcopi temporibus, Algiſius Archiepiſcopus Mediolanenſis aliquot donationes Eccleſiæ ſancti Ambroſij Florentiæ à ſuis prædeceſſoribus factas ratas habuit anno 1183.

Algiſius Dei gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Dilectæ in Chriſto filiæ Abelinæ Abbatiſſæ monaſterij ſancti Ambroſij ſiti in ſuburbio Florentinæ ciuitatis, eiuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris &c.

Peruenit ad aures noſtras, quod monaſterium, in quo eſtis diuinis obſequijs mancipatæ, antiquam prædeceſſorum noſtrum conceſſionem quarundam poſſeſſionum, quas Mediolanenſis Eccleſia, cui licet indigni præſidemus, in loco qui dicitur Cintoria, & alijs locis, tam Florentini, quam Feſulanenſis Epiſcopus habebat emphyteutico iure ſub annuo cenſu, meruerit, nobiles quoſdam timorem Dei ante oculos non habentes ſuperius iam dictas poſſeſſiones occupare, & iram Dei omnipotentis, & beatiſſimi confeſſoris Ambroſij Patroni noſtri non timentes incurrere. Quoniam igitur & antiquorum fratrum noſtrorum relatione manifeſtum accepimus, conceſſionem, ſeu donationem prædictarum poſſeſſionum à prædeceſſoribus noſtris veſtro factā eſſe monaſterio, & nos ea quæ a prædeceſſoribus noſtris facta eſſe noſcuntur, noſtræ auctoritatis robore debemus confirmare, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, conceſſionem, ſeu donationem poſſeſſionum prædictarum, prout eſt a prædeceſſoribus noſtris iure emphyteutico, vel aliquo alio iure facta vobis & per vos monaſterio veſtro, ſub āntiquo, & ſolito cenſu confirmamus, & conferimus, & præſentis ſcripti communimus patrocinio, ius, & actiones agendi experiendique in rebus principalibus, & in retentis ſeruitijs, ſub eodem cenſu vobis concedentes. Decernimus ergo, vt nulli clerico, vel laico liceat vos ſuper prædictarum poſſeſſionum conceſſione, vel donatione perturbare vel huic noſtræ confirmationi contrauenire. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæculariſuè perſona contra huius noſtræ confirmationis paginam, & conceſſionem prædeceſſorum noſtrorum venire temptauerit, & vos ſuper iam dictis poſſeſſionibus auſu temerario perturbare, & commonita a ſua non deſtiterit præſumptione, iram Dei omnipotentis, & beatiſſimi Ambroſij, ac noſtram ſe nouerit incurſurum, & in extremo examine diuinæ ſubiaceat vltioni, ſuique honoris, & dignitatis periculum incurrat. Quibuſcunq; autē iura veſtra ſuper prænominata conceſſione, ſeu donatione, & hac noſtra confirmatione ſeruantibus, pax multiplicetur, & gratia Domini noſtri Ieſu Ghriſti. Amen. Amen.

Ego Algiſius Mediolanenſi Archiepiſcopus ſubſcr.

Ego Petrus presbyter ſubſcripſi.

Ego Otho diaconus, & Vicedominus ſubſcripſi.

Ego Guiſcardus diaconus ſubſcripſi.

Ego Vbertus ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Lanterius canonicus ſanctæ Mariæ ſubſcripſi.

Ego Philipus presbyter ſubſcripſi.

Ego Rolandus ſanctę Mediolanenſis eccleſię cancellarij ſubſcripſi.

Ego Oddo diaconus ſubſcr.

Ego Guertus Iudex, & Reip. Medi̇olan. conſul. ſubſcripſi.

Ego Viſcardus presb. ſubſcripſi.

Ego Albericus presbyter ſubſcripſi.

Ego Heiſprandus iudex, & conſul. Mediolan. ſubſcripſi.

Ego Ardericus dictus Bonatę iudex ſubſcripſi.

Ego Ioannes iudex ſubſcripſi.

Ego Magiſter Arduini ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Albertus ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Vbertus ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Ioannes de mandato Domini Vgonis presbyteri ſubſcripſi.

Datum per manum Magiſtri Rolandi Mediolanenſis eccleſiæ diaconi, & cancellarij anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo tertio menſe februario indict. prima, &c.

Hic Algiſius Pirouanus Archiepiſcopus Mediolanenſis eſt, cui Lambertus Cribellus ſucceſsit, qui poſtea Vrbanus Tertius fuit: in catalogo Mediolanenſium Epiſcoporum dicitur electus anno 1181. ſed ex ſupraſcripta confirmatione colligitur vixiſſe illum 1183. nec potuit ei ſucceſsiſſe Lambertus, niſi eodem anno, hoc eſt 1183.

32. PETRVS Florentinam Eccleſiam rexit 1189. vſque ad 1205. in quo ipſo anno deceſsit, nec præter aliquot conceſsiones aliquid reperitur de eo. Quo Epiſcopo viuente Cæleſtinus Tertius monaſterium ſancti Petri maioris protegendum ſuſcepit, in eum hoc edicto diplomate,

CAELESTINVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis in Chriſto filiolis Mariæ Abbatiſſæ, & ſororibus monaſterij ſancti Petri maioris, quod in ſuburbio ciuitatis Florentiæ ſitum eſt tam preſentibus, quam futuris in perpetuum.

Prudentibus virginibus, quæ ſub habitu Religionis accenſis lampadibus per opera ſanctitatis iugiter ſe præparant ire obuiam ſponſo, ſedes Apoſtolica debet præſidium imperciri, vt tanto firmius valeant in propoſito religioſo perſiſtere, quanto terrenorum fluctuum tempeſtate Apoſtolica conceſsione fuerint propenſius communitæ. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris iuſtis petitionibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium ſancti Petri maioris, quod in ſuburbio Florentinæ ciuitatis conſiſtit ad exemplar felicis recordationis Anaſtaſij P. P. prædeceſſoris noſtri, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, vt quaſcunque poſſeſsiones, & quæcunque bona, quæ dictum monaſterium in præſenti iuſtè, & canonicè poſsidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & ijs, quæ poſt vos conceſſerint, illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiã videlicet S. Felicis ſitã iuxta Emam, quam bo. mem. Azo quondam Florentinus Epiſcopus canonicè vobis, iuxta regulam B. Benedicti habendam in perpetuum, & regendam, diſponendamque conceſsit: vniuerſas poſſeſsiones, quas nobilis mulier Giſla monaſterio veſtro rationabiliter contulit, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & confirmata vobis, & ijs, quæ poſt vos ſucceſſerint, & inconcuſſa perpetuis temporibus decernimus permanere, ſtatuentes, vt nec vobis, nec ijs quæ poſt vos ſucceſſerint, eamdem Eccleſiam liceat quolibet titulo à veſtro monaſterio alienare. Decernimus ergo &c. ſi qua igitur &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Cæleſtinus Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ ſubſcripſi.
Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ioannes Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Pandulphus Baſilicæ 12. Apoſtolorum presbyter Cardin.
Ego Mel. tit. ſanctorum Ioannis, & Pauli presbyter Cardinalis.
Ego Ioannes tit. ſancti Clementis Tuſconen. Epiſcopus.
Ego Romanus tit. ſancti Anaſtaſiæ presb. Card.
Ego Lotharius ſanctorum Sergij, & Bacchi diaconus Cardinalis.
Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ, & Damiani diaconus Card.
Ego Gerardus ſancti Adriani diaconus Card.
Ego Ioannes S. Theodori diaconus Card.
Ego Gregorius ſancti Gregorij ad Velum aureum diaconus Card.
Ego Nicolaus ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis.

Datum Laterani per manum Merſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi . . . Kal. aprilis indict. x. Incarnationis Dominicæ anno 1192. pontificatus Domini Cæleſtini Papæ Tertij anno primo.

Eodem anno Cæleſtinus Papa II. Lanfranco Abbati Boniſolatij ſuiſque ſucceſſoribus ſequens indulsit Priuilegium è Tabulario eiuſdem monaſterij deſumptum. Hæc eſt illa Abbatia ab Hugone Hetruriæ marchione conſtructa, Podio Epiſcopo Florentino iubente, de qua ſupra narrationẽ inſtituimus. Diploma vero eſt huius tenoris.

CAELESTINVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Lanfranco Abbati ſanctæ Mariæ de Bonoſolatio eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum

Quoniam ſine veræ cultu Religionis, &c. vſque permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Decimationes videlicet quas hactenus canonicè poſſidetis: quod habetis in monte Caroſo, & curte eiuſdem Caſtri. In petra Menſola, & curte in Aquaricu, & quicquid habetis in valle de Caræa. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet irreptionis aſtutia, vel violentia præponatur. Sed liceat vobis communi conſilio, vel parti ſanioris conſilij ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam abſque vllius contradictione Abbatem eligere. Clericos autem ſiue laicos liberos ſeculariter viuentes ad conuerſionem ſuſcipiendi abſq; alicuius contradictione facultatem & licẽtiam habeatis. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotionis & extremæ voluntatis quicumque ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat; ſalua tamen iuſtitia matricis Eccleſiæ. Ad iudicium autẽ huius a ſede Apoſtolica perceptæ protectionis, 12. denarios Lucenſis monetæ, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, annis ſingulis perſoluetis. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat idẽ monaſteriũ temere perturbare aut eius poſſeſsiones auferre, vel abbatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtijs fatigare ſed omnia integra conſeruẽtur eorum pro quorum gubernatione, ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura; ſalua Diœceſani epiſcopi canonica iuſtitia, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen.

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Petrus presbyter card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Vbaldus presb. card. tit. S. Praxedis.
Ego Guido presb. card. tit. ſancti Laurentij in Damaſo.
Ego Manfredus presb. card. tit. ſanctæ Sabinæ.
Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anaſtaſiæ.
Ego Guido diac. cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani.
Ego Rodulphus diaconus cardinalis tit. ſanctæ Luciæ in ſeptaſalis.
Ego Ioannes diac. card. ſanctæ Mariæ Nouæ.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri cardinalis, ac Bibliothecarij 4. Kalendas martij Indictione 10. Incarnationis Dominicæ anno 1192. Pontificatus vero Domini Cæleſtini Papæ II. anno primo.

Temporibus etiam huius Epiſcopi brachium ſancti Philippi Apoſtoli Florentiam delatum eſt, cum

cũ pluribus alijs reliquijs, quæ in Cathedrali eccle-
ſia honorifice aſſeruantur. Meminit huius Epiſco-
pi Innocentius III. c. 5. de ſtatu monachorum,&
c. 5. & 8. de donationibus.
33 IOANNES Velliternẽſis canonicus regula-
ris, cũ Lucæ prioris S. Fridiani munere fungeretur,
ad hanc Eccleſiam aſſumptus eſt poſt Petri exceſ-
ſum an. 1205. ac annos 25. in ea dignitate ſuper-
ſtes fuit, deceſſit autem 1230. In tuendis Epiſco-
patus fortunis maxime valuit, ſiquidem multa re-
cuperauit, quæ Florentino Epiſcopatui ex negli-
gentia ſuorum prædeceſſorum deceſſerant, eaque
de re multa condita ab eo inſtrumenta in Archiuio
canonicorum adhuc viſuntur, quæ hic adſcribere
non libuit. Hic primus fuit, qui Prætorem in
ſuis terris, oppidiſque tuendo iuri inſtituit, qui
mos deinde Florentiã & in totam Italiam pruden
tum conſilio deriuatus eſt. Implicitam diuturnam
que litem cum Senenſi Epiſcopo exercuit de Po-
dij Bonitij plebania, retulitque ea de re victoriam
Innocentio III. ſummo Pontifice ſedente 12. an.
ſui Pontificatus 13. Kal. Iulij: denique Pontifex
omnia priuilegia Eccleſiæ Florentinæ indulta con-
firmauit anno 1208. 12. Kal. iulij. Denique Præ-
ſul fuit ſummæ exiſtimationis, inque explicandis
negotijs ſingularis prudentiæ, qui inter cætera præ-
clara facinora, illud etiam tandem effecit, vt clerus
etiam ad antiquam, priſcamque formam viuendi
traduceretur. Ioanni Epiſcopo an. 1211. Innocen-
tius III. Piſanorũ negotiũ Sardiniæ præsidentium
commiſit, & contra ſancti Petri Patrimonij inua-
ſores claſſem ſubmiſit teſte Bzouio Annal. Eccl.
Sequenti vero anno Ioannes ad ſe venientẽ ſanctũ
Franciſcum lætus excepit, ſtuduitque vt a nobili
gente Vbaldina Nemoris cœnobium peruetuſtum
olim ab eadem anno Chriſti ſexcenteſimo prope
oppidum Scarpariæ ad quartũdecimum a Floren-
tia lapidem pro Baſilianis monachis extructum ei-
dem ſancto fratribuſque ſuis traderetur; quibus
tandem anno 1221 intra vrbem receptis, permiſit
ſane cœnobij ædificationem apud ædem ſanctæ
Crucis, quod nobilis Spinellorum Florentina fa-
milia ſubſtruxit auguſtiſsime, è quo inter alios illu-
ſtres viros prodijt Ioannes Parens nobilis Floren-
tinus, qui primus poſt S. Franciſcum ordinis ge-
neralis miniſter fuit, cuius meminit eruditus no-
ſter Lucas Vvadingus tom. pr. Annal. Minor. de
quo etiam ita Varinus cecinit lib. 3.

Illinc & priſci ſtirpem traxere Parentes,
Ex hac inſignis morum probitate Ioannes
Iuris interpres, Franciſci dogmata primus
Rexit, & extremos Præſul moderatus Iberos.

Nec prætereundum quod eodem ipſo anno Se-
raphici patris admonitu, & pia Præſulis Ioannis a-
liorumque ciuium liberalitate Florentiæ ſub diui
Pauli nomine nobile Xenodochium ædificatum
eſt, primique accolæ infirmis ſeruiẽtes ab eodem
ſancto Minorum fratrũ habitu ſunt induti; Tertij-
que fratres ſunt appellati, deinceps Tertiariorum
ordo initium ſumpſit, vt in monumentis eiuſdem
Xenodochij ſcriptum inueni.

Hoc eodem anno 1221. 6. idus nouembris
præſente Raynaldo Epiſcopo Cardinali Oſtienſi
Apoſtolicæ ſedis in Hetruria legato fratribus ord.

A Prædicatorum Epiſcopus Ioannes Eccleſiam ſan-
ctæ Mariæ Nouellæ dono dedit, canonicis cathe-
dralis totoque cleri capitulo aſſenſum præbente,
quam pro toto fratrum collegio diuoque Domini-
co recepit Vbaldinus prior. Sederant ij primum
nõ longe ab vrbe in Ripolana planitie apud orato-
rium a Deuſdedit Florentino ciue extructum,
vbi enim ad mẽſes paucos manſiſſent, intra vrbem
ab Epiſcopo ciuibuſq; euocati apud Eccleſiam
ſancti Pancratij martyris, mox ad ſancti Pauli æ-
dem, inde ad ſanctæ Mariæ Nouellæ migrarunt;
vbi ampliſsimum cœnobium, templumque venu-
ſtiſsimum cœptum eſt ædificari a beato Ioanne Sa
lernitano ſancti Dominici diſcipulo, qui cum duo
decim fratribus primus in hac vrbe cũ appuliſſet,
B ordinem ſanctum ſummopere illuſtrauit, ibidẽque
1225. ad cælum emigrauit, iacetque ſumma reli-
gione in eadem Eccleſia, cuius iſta ſubſcriptio in
marmoreo ſepulchro ſpectatur.

Beati Ioannis Salernij hic ſunt oſſa locata, cuius ca-
put cum multis Diuorum reliquijs in ſacrario ſeruatur.
Hic autem a diuo Dominico, Prædicatorum familiæ
principe atque auctore cum 12. ſocijs in hanc vrbem
miſſus, auguſtum hoc templum, & cœnobium publice
ædificatum primus coluit atque inſtruxit, & gregem
antiſtes rexit, & vita moribus, præceptis, veraque do-
ctrina, & poſtremo miraculis fulſit, & Chriſtianam
pietatem decorauit.

De hoc celeberrimo cœnobio S.M.Nouellę, ex
quo tamquam ex equo Troiano illuſtres viri in
C omni genere prodiere, ſcripſit Io. Caroli, Thomas
Maluenda in Annal. Ord, Præd. Bzouius in Eccl.
Annal. Michael Pius, alijque.

Sed vt erat Ioannes valde pius in pauperes, ſic
in ædificandis oratorijs, regularium ue monaſterijs
qua vi qua pecunia potuit liberalis, munificusque
apparuit. Felix ſane Præſul, cuius tempore Flo-
rentinam Eccleſiam diui Cœnobiarchæ Franci-
ſcus, & Dominicus Chriſtiani orbis fulgidiſsi-
mæ ſtellæ ſua decorarunt præſentia, quorum aſ-
ſeclas amplexus, eis domicilium perpetuo ſtabili-
uit, vt vrbis noſtræ eſſent ſalutare præſidium. Cõ-
ſecrauerat item olim vna cum Raynerio Epiſcopo
Feſulano Eccleſiam ſancti Iacobi in campo Cor-
bolino, Hieroſolymitanæ militiæ equitum nobi-
D lem commendam anno 1206. in qua ſub maiori
Altari ſacra lipſana beati Petri de Imola equitis
Hieroſolymitani ſumma cum veneratione aſſer-
uantur; cuius meminit Lucas Ferrinus in catalo-
go Eccleſiarum, piorumque locorum Florentinæ
vrbis. Sub eodem Ioãne Epiſcopo apud Caſtrum
Florentinum anno 1222. ſpiritum Deo reddidit
ſancta Verdiana virgo incluſa ordinis Valliſum-
broſæ. Clemens ſeptimus Pontifex vita, & mi-
raculis illius examinatis, vt officio Eccleſiaſtico
illam venerarentur, conceſsit. Eius res geſtæ ha-
bentur apud Syluanum Razium de ſanctis He-
truriæ, in quibus narratur Ardingum fuiſſe illum
Florentinum Epiſcopum, qui ad S. virginem in-
uiſendã cũ aduenisset, binoſq; ſerpẽtes apud eam
ad excitandã patientiã inuentos expellere inſtituiſ-
ſet, ab ipſa exoratus intactos dimiſit. Hæc non Ar-
dingo ſed Ioanni contigiſſe fatendum eſt. Ar-
dingus enim ad hanc eccleſiam regẽdam erectus
eſt a

eſt a Gregorio Nono defuncto Ioanne an. 1230. vt videbimus: Verdiana vero ad cælum deuolauit anno 1222. Honorio Tertio Pontifice, ac Ioanne præſule Florentino. Conſecrationi eccleſiæ ſanctorum Vincentij, & Anaſtaſij extra muros Romanos interfuit ſub Honorio Tertio Pontifice, vt in prægrandi tabula marmorea eiuſdem eccleſiæ legitur. Anno verò 1221. eccleſiam ſancti Fridiani Abbati Septimi donauit, parochiamque eidem annexam eccleſiæ: in cuius rei gratiam hoc diploma procurandum curauit, quod in archiuio eiuſdem monaſterij adhuc aſſeruatur.

Ioannes, diuina prouidentia, Epiſcopus Florentinus, venerabilibus in Chriſto fratri, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & fratribus in perpetuum.

Iuſtis poſtulantium deſiderijs, quæ a rationis tramite non diſcordant, ſed ad honeſtatem pertinent, & ſalutem recipiunt animarum, nos conuenit aurem præbere benignam, & ea fauorabiliter effectu proſequente complere. Quapropter veſtris pijs poſtulationibus, cum fratribus noſtris grato concurrentes aſſenſu, atque attendentes eccleſiam ſancti Fridiani Florent. in ſpiritualibus, & temporalibus reparatione, atque inſtauratione plurimum indigere, ipſam eccleſiam, cum omnibus parochianis ſuis, & parochia vniuerſa vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ad officiandum per proprium ſacerdotem, præterquam per monachum, niſi de noſtra licentia ſpeciali ordinandum, & diſponendum, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus concedimus, ſalua debita iuſtitia, & reuerentia domini Florentini Epiſcopi, ſuique Capituli per omnia, quæ nobis tenentur aliæ parochiales eccleſiæ per Florentinam diœceſim conſtitutæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel eidem in aliquo temerè contraire. Si quis autem contra conceſſionem iſtam temere venire tentauerit, aut eam infringere voluerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Ioannis Baptiſtæ, atque Philippi Apoſtoli, Vincentij, atque Zenobij, & omnium ſanctorum incurrat. Cunctis autem eidem eccleſiæ ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. amen.

Datum in palatio ſupradicti D. Epiſcopi Florentini MCCXXI. iij. id. decemb. indict. decima, præſentibus Buondelmonte iudice, filio Baterelli, & Bonella Odoaldi, & Lotherio Ceriteno, & Buondelmonte Ficalli iudic. & Reſtoro Baciabecchi, & alijs præſulibus.

Ego Ioannes Florentinus Epiſcopus ſupradictæ conceſſioni ſubſcripſi.

Ego Olanus præpoſitus Florentinus ſubſcripſi.

Ego Magiſter Buoninſegna Florentinus archidiaconus teſtis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Barus Florentinus archipresb. ſubſcripſi.

Ego presb. Ruſticus Florentinus canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Gentilis Florentinæ Eccleſiæ canonicus, præfatæ conceſſioni conſenſum, &c. ideoque ſubſcripſi.

Ego presbyter Iacobus Florentinus canonicus ſubſcripſi.

Ego presbyter Ilex Florentinus canonicus ſubſcripſi.

Ego presbyter Iacobus Florentinus cantor ſubſcr.

Ego Mugnairus Florentinus canonicus ſubſcripſi.

Ego Buoninſegna Florentinus canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Raynerius iudex, & notarius his omnibus dum agerentur interfui; & ex mandato, & præcepto ſupradicti D. Epiſcopi in publicam ſcripturam ſupradicta omnia redegi.

Anno 1224. cum in creando ſancti Apollinaris Rectore, fœdiſſima ſeditio fuiſſet exorta, ipſe ita effecit, vt ſtudiorum in diuerſa abeuntium æſtu ſedato, idoneus Rector præficeretur. In cuius rei gratiam minax monitorium diuulgauit in eos, qui auſi fuiſſent legitimam electionem impedire. Quod hic exſcribendum curauimus.

In Dei nomine. Amen.

Nos Ioannes, diuina prouidentia, Florentinus Epiſcopus. Propter multa illicita, & inconuenientia varia, quæ fieri audiuimus in eccleſia, & de eccleſia ſancti Apollinaris, excommunicamus, & maledicimus ex parte Dei omnipotentis, & noſtra omnes illos clericos, vel laicos, qui fecerunt, aut facient aliquam electionem de aliquo clerico, aut monacho in dicta eccleſia ſancti Apollinaris, vel qui fecerit, aut facient aliqua . . . de aliqua electione facta, vel facienda de prælati ipſius eccleſię conſenſu electionem factam a dilecto fratre noſtro B. archipresbytero Florentino, de Raynerio canonico S. Laurentij, quem elegit in Prælatum, & Rectorem eccleſiæ ſupradictæ, & omnem electionem, & tractatum factum, vel qui fieret de aliquo Prælato in ipſa eccleſia, ab aliqua perſona, præter electionem Raynerij ſupradicti tanquam illegitimum, & penitus illicitum Epiſcopali auctoritate annullamus ex toto, & ipſam electionem, & tractatum omnino reuocamus, &c. confirmantes excommunicationem, quam fecit auctoritate noſtra archipresbyter ſupradictus apud eamdem eccleſiam proxima die menſis præſentis, ſcilicet proxima præteritum xij. Kalendas martij excommunicando eos videlicet, qui aliquam iniuriam, vel moleſtiam fecerint dicto Raynerio de electione a ſe facta de ipſo, vel qui aliter attentare contra dictam electionem factam de ipſo Raynerio ab eodem archipresbytero. Facta fuit hæc excommunicatio, atque confirmatio a dicto D. Epiſcopo Florentino in palatio epiſcopatus, præſentibus teſtibus domino Gentile canonico Florentino, domino Ildeprando Adimarium, & Gerardo Gei 1224. vj. Kal. martij, indict. 12.


Ego Ioannes Florentinus Epiſcopus ſupradictus ſubſ.

Ego Iacobus ſuperior, cuſtos, iudex, & notarius hanc excommunicationem, &c. & confirmationem me præſente a dicto D. Epiſcopo factam publicè ſcripſi de mandato dicti D. Epiſcopi, &c.

Ioannes vero cum protuliſſet ætatem vſque ad annum 1230. plenus meritis deceſſit, attulitque decedens bonis omnibus luctum propemodum inconſolabilem, ſepultuſque eſt apud S. Ioannem Baptiſtam in marmoreo ſepulchro, vbi etiam hæc duo carmina leguntur.

„ *Patria Velletrum ſancti fuit illa Ioannis;*
„ *Qui iacet hic Præſul, cui pax ſit omnibus annis.*

M. AR-



34 M. ARDINGHVS ex Papienſi canonico electus eſt Epiſcopus Florentinus a Gregorio Nono anno 1230. quod ipſum liquido oſtendit bulla ſcripta ad Curatores epiſcopatus Florentini, qui Vicedomini vocabantur. Quorum munus ex antiquo priuilegio ad illos ſpectabat; qui ex Toſia, Portigianaque familia erant, qui ſtatum poſt exceſſum Epiſcopi adminiſtrandum epiſcopatum ſuſcipiebant. Ad hos igitur huius tenoris bulla directa fuit.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Vicedominis Florentini Epiſcopatus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Nouerit deuotio veſtra, quod nos dilectum filium magiſtrum Ardinghum canonicum Papienſem Eccleſiæ Florentinæ prouidimus in Paſtorem. Quocirca deuotioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus res, & negotia ipſius Eccleſiæ, & illa maximè, quæ ad Florentinum epiſcopatum pertinent, ſolicitè, ac fideliter ſicut hactenus procuretis; ita quod vobis eum fauorabilem reddere, ac promereri benedictionem noſtram meritò valeatis.

Datum Laterani non. iunij, pontificatus noſtri anno quarto.

Borghinus, alijque aſſerunt Ardinghum natione Ticinenſem, eiuſdemque ciuitatis canonicum extitiſſe, cum ad hanc dignitatem euectus eſt. Verum cum in peruetuſto inſtrumentorum codice manuſcript. Ardinghi temporibus confectorum anno 1243. incidiſſem, in cuius regimine gentilitia eius inſignia, ſcilicet nonnullæ candidæ pilæ in nigra parma expreſſæ videbantur, quæ Foraboſchorum peruetuſtæ, ac nobilis familiæ Florentinæ ſtemmata olim fuere, in animum induxi Ardinghum non Ticinenſem, ſed Florentinum ciuem è Foraboſcha familia ex canonico Ticinenſi ad patriæ ſedem moderandam aſſumptum fuiſſe. Noſtra autem opinio ex eo etiam confirmatur, quod in Gregorij ſupra relato diplomate, Ardinghus non ciuis, ſed tantum Ticinenſis canonicus nuncupetur; & in perantiquo Florentinorum Præſulum catalogo, ab incerto auctore conſcripto, quod manuſcript. extat apud me, Ardinghum ex ciue Florentino, & canonico Ticinenſi ad patriæ inſulam aſcendiſſe narratur. Codex vbi Ardinghi ſtemmata depicta ſpectantur, in Archiepiſcopali ſanctiori tabulario aſſeruatur, cuius auctoritate hac ſic animo, vt tanti Epiſcopi vitæ integritate

A conſpicuâ gloriam lubentiſſimè patriæ reſtituerem.

Ardinghus itaque cum ſibi commiſſæ Eccleſiæ gubernacula ſuſcepiſſet, clerum, canonicoſque primum ad puriorem viuendi formam reduxit, vniuerſam ſuam inuiſit eccleſiam, eaſque leges tulit, quas ſalubres arbitratus eſt gregi ſibi commiſſo, canonicas vero has, quæ ſequuntur, præſcripſit.

In Dei omnipotentis nomine Amen.

Nos Ardinghus, benignitate diuina, Florentinus Epiſcopus ad reformationem maioris Eccleſiæ Florentinæ libenter cum affectione ſpiritus incedentes, vt vlterius Christi gratia fauente, ſtatu eius laudabilius ordinato, tam ipſa,
B quam illius canonici, tanquam fratres habitantes in vnum in pace maneant, ac quiete, de conſilio ipſius capituli, & conſenſu, conſiderata conſuetudine loci, & præfatæ canonicæ ſcriptis, & approbatis, cum ſicut omnibus intelligentibus ſtatuimus, & ordinamus in primis, atque ſententialiter diffinimus, quod Paganus Plebanus de Feghine hinc ad octo dies proximos reddat, & reſtituat, & ponat in theſauro dictæ canonicæ, quicquid olim habuit, & percepit de præbenda primi anni ſui canonicatus integrè, videlicet panem, & vinum, & fructus omnes, denarios, & res alias ſine diminutione aliqua, vel ſubtractione.

Item, quod Philippus canonicus Florentinus eodem modo reddat, & reſtituat, & ponat in
C theſauro eiuſdem eccleſiæ vſque ad terminum ſupradictum integrè fructus omnes, & quos habuit, & percepit de præbenda ſua in primo anno poſt obitum bonæ memoriæ B. quondam Archidiaconi Florentini, in cuius præbenda nouerit ſucceſſiſſe de iure totum illius præbendæ reddere teneatur, quod illud conſtat ad canonicos perueniſſe.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes pariter canonici Florentini diuina officia locis ſingulis conſtitutis ex deuotione, qua conuenit, ſtudeant amodo celebrare, & ſiquis matutinis, miſſis ſolemnibus ad populum, & veſperis neglexerit intereſſe, pro qualibet vice, quomodocumque defecit eſſe ad officia in prædictis locis, vel eorum aliquo, pœnam, quam nobis Epiſcopo inferre
D placebit, incurrat.

Item ſtatuimus, & ordinamus, atque præcipimus, quod ſimul iaceant omnes canonici, ſi ſani erunt, in vno & eodem dormitorio.

Item, quod omnes comedant ſimul in vno & eodem refectorio, niſi aliquando, & raro aliquis eorum propè bonum hoſpitem diſcedat.

Item ſtatuimus, quod ordinentur omnes, & ad illos feſtinent ordines promoueri, in quibus eorum anteceſſores erant, quibus in iure canonicatus ſuccedant.

Item ſtatuimus; quod ſi quis canonicorum poſt Kal. maij vſque ad feſtum ſanctorum omniũ diſceſſerit, vel receſſerit, habeant præbendam integrè illius anni, ille, vel illi, quibus eam in vltima voluntate legauerit; ſi vero deceſſerit inteſtatus, dictæ canonicæ, videlicet ad theſaurum eius remaneat expedire. Et vnuſquiſque quicquam

aliud

aliud habet de bonis Eccleſiæ, vel ad ipſum pertinent, eccleſiæ ſimiliter remaneat canonicæ.

Item ſtatuimus, quod inter magiſtrum Ioannem, & Hugulinum canonicos, qui cauſa ſtudij ſunt abſentes, vnum vicarium ſacerdotem, vel alium, qui magis, & capitulo videbitur expediṫ, curam faciant pro ſe in canonica ſupradicta, & D. Ruſticium vicarium eſſe in ordine ſacerdotij, & idem ſtatuimus in alijs, qui aliquando fuerint abſentes, ſalua conſtitutione D. Papæ.

Item ſtatuimus, quod in dormitorio canonicæ nullus alius iaceat præter canonicos, & vicarios abſentium, niſi tres, vel quatuor ſeruitores pro communi conſtituti.

Item ſtatuimus, quod poſtquam aliquis fuerit aſſumptus in canonicum Flor. a capit. fructus præbendę illius integre ad theſaurũ Eccl. peruenire, & ipſe canonicus ſubſtitutus, & aſſumptus eã ad theſaurũ ipſum pecuniã libere paoatur, nec pœniteat cum ſecundum conſuetudinem antiquam ipſius eccleſiæ nihil debet de ipſis percipere anno primo, hoc intellecto habito, quod prębenda mortui poſt Kal. Martij non intelligatur in iſta.

Item ſtatuimus, & præcipimus, quod quicumque habet, & tenet aliquam ſpecialem domum, vel cameram de canonica ſupradicta, eam ipſi canonicæ, & capitulo reſtituat, & dimittat liberè in communi, & nominatim Opizinã dimittat domum, quæ eſt iuxta cameram Ruſticij, quam olim tenuit, & fecit M. Boninſegna Archidiaconus Florentiæ. Et dominus Bernardus dimittat, & reſtituat corticellam, & domunculam, quæ dicitur Brondiſio, quam olim tenebat Gentilis in clauſtro exteriori, & cameram, quæ eſt in dormitorio, vbi morabatur Gentilis, & ſimiliter dimittat ſtabulum, quod olim fuit D. Ruſticij, & dictus Opizinus adhuc etiam dimittat cameram, quam tenet intus in clauſtro ſub dormitorio communi.

Item ſtatuimus, quod omnes illi, qui debent reſtituere præbendas, communi reddant, & reſtituant eas hinc ad octo dies proximos.

Item ſtatuimus, quod illa domus, quam tenet modo Paganus in clauſtro exteriori, debeat eſſe ad commodum infirmorum, ita quod quicumque canonicus infirmaretur, iaceat ibi.

Item ſtatuimus, quod quilibet faciat ſeptimanam ſuam tam in choro, quam ad altare ſecundum ordinem ſuum.

Et hæc omnia præcipimus, vt dicta ſunt obſeruari, ſalua in his omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate.

Tandem conſuetudines omnes approbamus, & conſuetas de proceſſionibus, litanijs, feſtiuitatibus præcipuis maioris eccleſiæ ſingulis ordinatis diebus Paſchalibus, & ſolemnibus concilio primo die Quadrageſimæ, & die Iouis ſancti, & die ſabbati ſancti valere volumus, & ſeruari tam circa canonicos maioris eccleſiæ, quam alios clericos ciuitatis. Et hæc omnia, & ſingula ſupradicta ordinamus, ſtatuimus, & præcipimus ſub pœna officij, & beneficij, & excommunicationis inuiolabiliter obſeruari, ita quod excommunicationis pœna ad normam intellectus Epiſco-

A pi referatur, & intelligatur.

Acta ſunt hæc omnia, vt ſuperius continentur, a dicto D. Epiſcopo in dormitorio maioris canonicæ Floren. anno ab Incarnatione Domini 1231. quartodecimo Kal. decembris, indictione quinta, præſentibus teſtibus M. Henrico vicario dicti D. Epiſcopi, D. Petro de ſancto Fridiano curato, & presbytero, Raynerio canonico ſancti Iacobi, dicti D. Epiſcopi capellano. Et in præſentia domini Cæſarini præpoſiti, magiſtri Boninſegnæ archipresbyteri, D. Mugnai archidiaconi, & D. Orlandi presbyteri Pacis, Bernardi Opizoni, Pagani, & Philippi canonicorum Florent. Qui omnes præpoſitus, archipresbyter, archidiaconi, &c. & canonici omnes conſenſerunt, & ea omnia, vt dicta

B ſunt, approbauerunt, ſic & ſtatui, & ordinari volentes, ſed D. Paganus excepit, quod in nullo conſentiebat, vel approbabat, quod teneretur reddere præbendam a ſe perceptam, aut dimittere domum prædictam, & quod in nullo volebat contra appellationem a ſe factam venire: & D. Philippus excepit, quod volebat reddere præbendam; & ei, quod deſuper præbenda ſpecialiter ſibi teneret iniuſtum, non conſentiebat. Veruntamen alia quæcumque prædicta ſunt illi ſimul cum alijs approbabant. Et tunc dictus D. Epiſcopus iterum coram omnibus prædictis canonicis, & teſtibus rogauit, monuit, & præcepit, eorum reſtituerent præbendas, & domos, ſeu cameras dimitterẽt communi, ſic vt per ipſum erat ſupra ſtatutum hinc

C ad octo dies proximos, alioquin quicumque hoc non faceret, & contumax eſſet, excommunicationis ſententiæ ſupponebat, & ſuppoſuit.

Ego Ardinghus Florentinus Epiſcopus ſupradicta ordinaui, & ſtatui, & ſubſcripſi.

Ego Iacobus imperiali auctoritate iudex ordinarius, & notarius publicus prædicta omnia a dicto Domino Epiſcopo me præſente acta, de mandato ſuo ſcripſi, & in publicam formam redegi, ideoque ſubſcripſi, &c.

Ardinghi leges, ad maiorem Florentinæ Eccleſiæ gloriam, perpetuamque ſtabilitatem, Gregorius Nonus hoc diplomate confirmauit, quod in regiſtro Vaticano eiuſdem Pontificis aſſeruatur.

GREGORIVS EPISCOPVS

D *ſeruus ſeruorum Dei, &c. Capitulo Florentino, &c.*

Cum a nobis petitur, &c. vſq; effectum. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noſter Epiſcopus Florentinus ad reformationem, ac ſtatum Eccleſiæ veſtræ diligenter intendens, deliberatione prouida ſtatuit in eadem, vt omnes ſingulis boris canonicis deuotione, qua conuenit, diuinis cuncti officijs intereſſe, & ſimul ſi ſani fueritis, comedatis in refectorio, & in dormitorio dormiatis, & vt omnes canonici ad illos ordines ordinentur, in quibus erãt anteceſſores eorum, quibus in iure canonicatus ſuccedunt, adijciens, vt ſi quis canonicorum deceſſerit inteſtatus, fructus præbendæ illius, ac quicquid aliud habet de bonis Eccleſię, in communem canonicorum theſaurum integrè conuertantur, & poſtquam aliquis fuerit in canonicum Florenti-

num

num aſſumptus, fructus præbendæ primi anni ſubſtituti canonici cedant ſine diminutione qualibet in theſaurum eccleſiæ antedictæ. Statuit etiam, vt canonici, quos ſtudiorum, vel alia cauſa probabili de voluntate capituli, vel maioris, vel ſanioris partis ipſius abijſſe contigerit, vicarios dimittant idoneos loco ſui, qui & velint, & valeant eidem eccleſiæ deſeruire, conſtitutionibus Apoſtolicis in omnibus ſemper ſaluis, & quod nullus, niſi canonicus in canonicorum dormitorio iaceat, præter vicarios prædictorum abſentium, & tres, aut quatuor ſeruentes pro communi ſeruitio conſtitutos; ſtatuentes nihilominus, vt quilibet iuxta ordinem ſuum tam in choro, quam ad altare faciat ſeptimanam. Præcepit inſuper, vt quicumque canonicorum habet aliquam domum vel cameram eccleſiæ ſpecialem, eam pro communi vtilitate capituli reſtituat liberè, ac dimittat, & vt domus quam tenet Paganus canonicus in clauſtro exteriori, deputetur infirmis, ita videlicet, vt iaceant ibi canonici, quos de cætero contigerit infirmari: omnes conſuetudines approbatas de proceſſionibus, litanijs in feſtiuitatibus præcipuis maioris eccleſiæ, ac diebus paſchalibus, & ſolemnibus ordinatis à ſynodo in principio quadrageſimæ celebranda præcipiens obſeruari. Quare fuit ex parte veſtra nobis humiliter ſupplicatum, vt ſtatuta huiuſmodi apoſtolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur veſtris poſtulationibus benignum impertientes aſſenſum, ſtatuta ipſa ſicut prouide facta ſunt, & in inſtrumento confecto exinde perſpeximus contineri, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. hanc paginam noſtræ confirmationis, &c. ſi quis autem, &c.

Datum Reat. 5. Kal. febr. pontificatus noſtri anno quinto.

Eodem anno 1231. Kalendis Ianuarij, Florentiæ ingens miraculum patratum eſt, & fortaſſe hactenus inauditum. Cum enim Vguccio ſacerdos veteris probitatis factum feciſſet, neque ſatis ob deſidem plerunque ſenectutem, calicem eluiſſet, ſanguinis reliquiæ, quæ in fundo deſederant, poſtridie inuentæ ſunt concreuiſſe in ſanguinem. Res admiranda non modo monialibus, quæ illic diuinum officium excolunt, innotuit, ſed populo etiam, atque adeo Ardingho ipſi Epiſcopo, qui poſt diligentem, accuratamque inquiſitionem reliquias illas cryſtallino vaſculo, ad fidelium excitandam pietatem, includendas curauit. Cæterum ſub Ardingho magis, quam ſub Ioanne id euenisſe contra Ammiratum Florentinarum hiſtoriarum libro primo narraui: quoniam Ardinghus ad huiuſmodi epiſcopatum adlectus fuit anno 1230. non autem 1231. vt ex ſuperiori bulla Pontificis Gregorij liquido patet; quam anno eiuſdem pontificatus quarto dimanaſſe conſtat, nonis martij, quod incidit in annum 1230. Auſpicantur enim Pontifices annum à die ſuæ creationis, cumque illud ad alterius principium verterit, inde ſecundi exordium ſumunt, ſicque progrediuntur deinceps. Cum igitur anno 1227. Gregorium ſuſtuliſſent ad ſedem die 20. menſis martij, eiuſ-

A dem Pontificatus annus quartus in annum 1230. cadit. Anno vero 1233. ordinis Seruorum ſanctæ Mariæ ſeptem nobiles Florentini fundamenta iecere, Bonfilius ſcilicet Monaldus, Ioannes Manettus, Benedictus Antellenſis, Bartholomæus Amideus, Ricouerus de Vguccionibus, Gerardinus Soſtegnius, Alexiuſque Falconerius: quos non modo hoc ipſum conantes exemplo, verbiſque animauit Ardinghus, tanquam Deiparæ Virginis cultor præcipuus, ſed etiam effuſis opibus pios illuſtrium virorum conatus promouit. Primum enim paruum ſacellum, vbi modo templum diuę Annuntiatæ ſacrum, ac illuſtre cœnobium ſpectatur, ſeueriorem vitam exordientibus liberaliter
B attribuit, partemque montis Senarij donauit mox eremiticam vitam inſtituturis. Mirifici inde extitere illius celebris ordinis vbique gentium, ac ſalutares progreſſus, itaut non modo Ardingho laudi fuerit inchoato operi adiutrices porrexiſſe manus, ſed vrbi etiam Florentinæ ſempiterno decori, adeo ſalutares progenuiſſe ciues, qui ſplendore vitæ contempto, vni moderationi animi, vnique pietati colendæ, ad aliorum exemplum tam enixè ſtuderent. Conſule Archangelum Gianum, qui prolixè, diſtrictèque in annalibus Seruorum hoc ipſum ex propoſito narrat.

Eodem anno ſtatuta nonnulla contra quoſdam hæreticos ab Ardingho ſalubriter ſtabilita Gregorius Nonus confirmauit, eidemque Epiſcopo
C ſequentem ſcripſit epiſtolam.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Epiſcopo Florentino.

Dolentes audiuimus, & referimus cum mœrore, quod inimicus humani generis ſalutis fidelium inuidus, quoſdam hæreſiarchas perditionis filios in ſubuerſionem fidei Catholicæ inter Florentinos dicitur ſtatuiſſe, qui vt ſoli tecta ſapere, ac iuſtè viuere videantur, magiſterium Eccleſiæ Romanæ refugiunt, doctrinam euangelicam, apoſtolicam, & propheticam deputantes, & nouis adinuentionibus auditorum corda ſeducunt trahendo poſt ſe ſimplices, & indoctos, vt cœci cœcis ducatum præbentes, tam duces, quam ducti immo ſeductores potius, & ſeducti in perditionis æternæ foueam dilabantur. Quia vero morbus iſte ſicut cancer ſerpere conſueuit, &
D ideo fortius eſt cauendum, ne inter dictos Florentinos latius diuulgetur, cum etiam modicum fermentum totam maſſam corrumpat, fraternitatem tuam rogamus, hortamur, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatuta per vos contra hæreticos promulgata ex parte noſtra exhibens poteſtati, & conſilio Florentino, eos prudenter moneas, & inducas, vt ſicut reputari volunt, & haberi fideles, ſtatuta ipſa recipiant humiliter, & deuotè, ac faciant eadem inter alia ciuitatis Florentinæ ſtatuta conſcribi, ita quod de capitularibus ſuis nunquam vlterius abradantur, & ſub certa pœna ab vniuerſis, & ſingulis firmiter obſeruari, de quibus etiam inuiolabiliter obſeruandis dicta poteſtas, & ſucceſſores ſui præſtent ſine difficultate qualibet iuramentum eis, qui contra præſumpſerint, puniendis, iuxta ſui capituli conſtituta contra hæreticos, credentes, receptatores, &

ſtatutes eorum ad denunciationem tuam, prout A
eis per te denunciatum fuerit proceſſuri, damnum
ſi quid eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis fuerit irrogatum, infra menſem poſt denunciationem eius, cui illatum fuerit, emandari nihilominus faciendo. Pro quibus omnibus liberius exequendis, tam præfatam poteſtatem, quam ſucceſſores ſuos præſtare volumus ſimile iuramentum. Quod ſi prædicti poteſtas, & conſilium monitis tuis acquieſcere fortè contempſerint, tu eos ad præmiſſa per cenſuras eccleſiaſticas appellatione remota compellas.

Datum Laterani iv. Kal. maij anno ſeptimo.

Quænam hoc tempore Florentiæ hæreſis inualeret, & qua vi, conſilioue ex ea vrbe illam ſanctus Petrus Veronenſis profligarit, qui tum illic B
pro fidei negocijs cõmorabatur, hiſce verbis narratur in vita eiuſdem ſancti martyris apud Flaminium. Erat Florentiæ non paruus numerus illorum, qui Deum non eſſe creatorem viſibilium aſſerebant. Hos D. Petrus Veronenſis magnus ſanctæ fidei propugnator modis quibus poterat proſequabatur, exagitabat, ac delere ſtudebat. In illos igitur auctoritate Gregor. Pont. Chriſtifidelium multitudinem concitauit, & nobili Rubeorum familiæ, cui præcipuè negotium hoc demandatum fuit vexillum cruce inſignitum dedit: quod ad prælatum certamen iturí Chriſtiani ſequerentur. Collecta itaque ingenti multitudine armatorum itum aduerſus hæreticos eſt; & otto acri certamine citra Arnum, in loco, qui Puteus aquæ dicabatur, vltra fluuium illos profligarunt, & in C
platea ſanctæ Felicitatis proſtrauerunt, reliquos autem ex vrbe fugarunt. A recenti victoria D. Petrus collegium militiæ Ieſu Chriſti apud Florentinos inſtituit, & ſacroſanctum illud vexillum ei pro magno munere reliquit, quod hactenus Florentiæ ſeruatur, & in feſto eiuſdem ſancti oſtenditur. Ibidem Florentiæ cum in foro, quod Vetus appellant, D. Petrus in magna frequentia populi concionaretur, & Satanas forma equi nigerrimis, & ferocißimi aſſumpta curſu concitatiſſimo in forum irrumpens terrore populis incuſſo concionem perturbare, & tractum animarum impedire voluiſſet: ille fraudem maligni agnouit, atque vnico ſigno crucis oppoſito malignitatem effugauit. Extat in eodem foro pictura, quæ miraculum illud exhibet: alibi autem in columna marmorea eminet D
diui ſtatua, quæ victoriam de hæreticis atteſtatur.

Alia eodem anno ad eundem Epiſcopum legitur epiſtola in regeſto Vaticano, in qua antiqua conſuetudo Epiſcopi Florentini ſyndicos, & procuratores conſtituendi, abſque capituli conſenſu confirmatur. en epiſtola:

Significaſti nobis, quod licet de antiqua conſuetudine Eccleſia Florentina prædeceſſores tui procuratores, & ſyndicos conſtituerint in cauſis ſuis aſſenſu capituli minimè requiſito, præſertim cum bona epiſcopalia à bonis eiuſdem capituli penitus ſint diuiſa, nonnulli tamen per malitiam aſſerentes te poteſtatem conſtituendi ſine aſſenſu dicti capituli, procuratores, vel ſyndicos non habere, procuratores tuos in cauſis Eccleſiæ Florentinæ recipere contradicunt; ſuper quo tibi poſtulaſti per ſedem apoſtolicam prouideri. Tuis igitur iuſtis petitionibus inclinati, tibi præſentibus indulgemus, vt in cauſis tuis liberè conſtituere valeas procuratores, & ſyndicos, prout hactenus fieri conſueuit. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. ſi quis autem, &c.

Datum Anagni 6. Kalendas nouembris anno ſeptimo.

Cæterum Ardinghus, non modo locuples in egentes, calamitoſoſque opes prolixius ſpargebat, verum etiam, quæ alij aliquando fuiſſent elargiti, fauorabilibus diplomatibus confirmare ſolebat, ne litium turbinibus aliquando paterent: Itaque quod olim iam Rambaldus Florentinis canonicis dono dederat, hoc ſubiecto diplomate voluit rata eſſe.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Nos Ardinghus, benignitate diuina, Florentinus Epiſcopus. Attendentes deuotionem veſtram dilecti fratres canonici, præpoſitus & capitulum Florentinũ, & cupientes vobis, & eccleſiæ veſtræ, tanquam membris noſtris principalibus ſemper gratum, ſicut & conuenit exhibere; vt per hoc vos ad noſtri deuotionem fortius attendatis, conceſſionem eccleſiæ veſtræ factam in temporalibus, & etiam in decimationibus olim a bonæ memoriæ Rambaldo prędeceſſore noſtro quõdam Epiſcopo Florentino de plebe; ac de plebeo de Signia vobis, & eiuſdem canonicæ veſtræ gratuito confirmamus, adijcientes vobis, & veſtris ſucceſſoribus in perpetuum de noſtra gratia ſpeciali, vt in eadem plebe, ſeu cura ſpiritualia de cætero ſolummodo habeatis in inſtitutionem, & deſtitutionem, tam in plebano, quam in canonicis præſentibus, & futuris confirmationem, reformationem, inquiſitionem, excommunicationem, & abſolutionem ſuper prædictis omnibus, & ſingulis confirmatis, & conceſſis ex prædicta occaſione. Cætera autem ſpiritualia omnia nobis reſeruamus, & vt poſſimus ibidem corrigere, & reformare, ſi vos admonitione præmiſſa fueritis negligentes, ſaluis ſemper in omnibus Apoſtolicæ ſedis reuerentia, & honore. Acta fuit hæc confirmatio, additio, & conceſſio a dicto domino Epiſcopo, ſecundum quod ſuperius continetur, præſentibus D. canonicæ præpoſito, & D. Opizonio Pagano, Bernardo plebano, & Vgolino canonico Florentino, qui prædicta omnia ſicut ſuperius ſunt confirmata, & conceſſa per dictum dominum Epiſcopum, & etiam reſeruat, quæ reſeruata eſſe voluerunt, & approbauerunt libenter, & eorum ſeruate voluntatem. Anno ab Incarnatione Domini 1234. id. februarij, Indictione octaua, in præſentia Rab. Caroli de ſancto Lazaro, & præd. Ildeprandi canonici S. Iacobi de vltra Arnum, & Laurentij canonici ſancti Ioannis maioris teſtium ad prædicta omnia rogatorum, &c.

Item poſt, eodem anno 5. nonas martij, indictione eadem, acta eodem loco præſentibus teſtibus presbytero Bonciuene de ſancto Stephano, presbytero Ventura de Campi, & Correſio canonico ſancti Ioannis maioris: dominus Mugnaius archidiaconus, & dominus Orlandus canonicus Florentinus hæc omnia, & ſingula voluerunt, & approbauerunt, ſicut alij canonici ſupradicti ſeu omnia.

omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt, & eis omnibus conſentientibus.

Ego Ardinghus Epiſcopus Florentinus huic conceſsioni interfui, & ſubſcripſi &c. eidem a me facta &c.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate Iudex, & notarius publicus prædictis omnibus dum agerentur rogatus interfui, & ea de mandato prædicti D. Epiſcopi, & præpoſiti, atque canonici Florentini publicè ſcripſi.

Tametſi autem Ardinghus nouis fundãdis ordinibus prolixius operã daret, in eo præcipue tamen laborabat, vt veteres religioſorũ ordines, quorum inſigniter lapſi mores eſſẽt, ad priſtinã rigoris diſciplinã reuocarentur. Cũ igitur in Septimo peranti-quo cœnobio Benedictini monachi declinaſſent à regula, quã ſemel profeſsi fuerãt, inque dies laberẽtur in peius, itaut Ioãnis Gualberti, ſanctiſsimi viri in illis paulo ante reformãdis in irritum viderentur cecidiſſe conatus, Ardinghus cum Florentinæ Reipublicæ Patribus ita egit, vt illis eiectis, illuc florentis ſanctimoniæ monachi Ciſterciẽſes introducerẽtur. Conatum iuuit quam maxime Iacobus Pecoraria Cardinalis Præneſtinus, olim è Ciſtercienſi monacho ad Purpuram euocatus, tunc in Hetruria Legatus, vt inter Florentinos, Senenſeſque implacabilibus bellis æſtuantes pacem componeret, cuius denique fauore res belle ſucceſsit. Siquidem è ſancti Galgani celebri Cœnobio in Senenſi Agro, euocata Ciſtercienſium monachorum colonia, in Septimo deinceps mirum in modum refloruit diuinum obſequium. Accidit id anno 1236. in cuius rei gratiam ſubiectum diploma ad Ardinghum a VIIII. Gregorio Pont. Max. dimanauit.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Venerab. fratri Ardingho Epiſcopo Florentino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut accepimus monaſterium ſancti Saluatoris de Septimo ordinis ſancti Benedicti tuæ diœceſis, cui auctoritate noſtra inquiſitionis officium impendiſti, non potuit in eodem ordine reformari, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in eodem ſicut tibi viua voce recolimus iniunxiſſe, ſublato difficultatis, & appellationis obſtaculo, Ciſtercienſem ordinem, per quem ibi deuotionis thura redoleant, & decor exuberet honeſtatis, plantare procures eiuſdem monaſterij monachos, qui voluerint habitum ordinis memorati ſuſcipere in alijs monaſterijs ſui ordinis collocando, contradictores per cenſura Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Viterbij XV. Kal. aprilis Pontificatus noſtri anno 9.

Meminit facti ex propoſito in ſua Septimiana hiſtoria noſter Baccetius lib. pr. Ardinghus autem non modo in Septimo Ciſtercienſes monachos introducendos curauit, ſed etiam quæ Septimiano cœnobio ſuperiores Pontifices dono dederant, vt Gregorius VIIII. rata haberet, obtinuit.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Abbati S. Saluatoris de Septimo, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſsis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito reuo-

A cet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enerueт. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium ſancti Saluatoris de Septimo, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri protectione, & noſtra ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti regulã, atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum à vobis poſt concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſtè ac pacificè poſſi-
B det, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſancti Saluatoris, ſitam in Gallano cum ſuis pertinentijs, Eccleſiam ſancti Saluatoris in Vallebona cum pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſancti Stephani iuxta Caſtrum Sommariæ cum pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſancti Martini, quæ eſt in la Palma cum pertinentijs ſuis. In curte de Turri Eccleſias ſancti Laurentij, & ſancti Martini, & ſancti Michaelis. In curte de monte
C Bagnoli Eccleſiam ſancti Laurentij, Eccleſiam ſancti Fridiani Florentiæ cum pertinentijs ſuis, & hoſpitale de Strada cum pertinentijs ſuis, quæ idẽ monaſterium habuit, antequam Ciſtercienſis ordinis ſuſciperet inſtituta, & omnia quæ habetis in Padula, & in Parochia ſancti Columbani, & in curte de Ficecchio, & ad Tillianum, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, vſuagijs, & paſcuis in baſco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de hortis, & virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere,
D vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos è ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eo monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem vero non abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos monachos vel conuerſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare ſiue alio modo alienare abſque conſenſu totius capituli, vel maioris, aut ſanioris partis illius. Si quæ vero donationes, aut alienationes aliter, quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hoc etiam prohibemus, ne aliquis monachus, ſiue con-

uerſus ſub profeſſione veſtræ domus aſtrictus ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & maioris partis capituli veſtri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecunias mutuo accipiat vltra ſummam Capituli veſtri prouidentia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus veſtræ vtilitatem. Quod ſi facere forte præſumpſerit, non teneatur pro ijs conuentus aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis proprijs, ſiue ciuilia, ſiue criminalia contineant quæſtionum, fratrum veſtrorum teſtimonijs vti, ne pro defectu teſtium ius veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne vllus Epiſcopus vel quælibet alia perſona ad Synodos, vel conuentus forenſes vos ire, vel iudicio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubiacere compellat, nec ad domus veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſa tractandi, vel conuentus aliquos publicos conuocandi venire præſumat, nec regularem electionem Abbatis veſtri impediat aut de inſtituendo, vel remouendo eo, qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si vero Epiſcopus, in cuius parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate, ac deuotione, qua conuenit, requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia quæ ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios nouitios benedicere, & alia quæ ad officium ſuum pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adijcientes, vt in recipiendis profeſſionibus, quæ a benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint Epiſcopi forma, & expreſſione contenti, quæ ab origine ordinis noſcitur inſtituta, vt ſcilicet Abbates ipſi Epiſcopo ſaluo ordine ſuo iure profiteri debeant, & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionē facere compellantur. Pro conſecrationibus vero altarium, vel eccleſiarū ſiue pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus a vobis obtentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus debeat impendere. Alioquin liceat vobis quemcumque Catholicum malueritis adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis quod poſtulatis, impendat. Quod ſi ſedes diœceſani Epiſcopi forte vacauerit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen, vt ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullū præiudicium generetur. Quia vero interdum proprij Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, vt diximus gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, conſecrationes altarium, ordinationem monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi, vel alij Eccleſiarum rectores in monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgauerint, ſiue etiam in mercenarios

A veſtros pro eo, quod ſicut dictum eſt, decimas non perſoluitis, ſiue aliqua occaſione eorum, quæ Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alij feriantur, eandem protulerit ſententiam, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus irritandam, nec literæ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra indulta Apoſtolicorum priuilegiorum conſtiterint impetrari. Præterea cum commune Interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro monaſterio, excluſis excōmunicatis, & interdictis, diuina officia celebrare.
B Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non & libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a regibus, & principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omnino homini
C &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Datum Viterbij per manum magiſtri Guillelmi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vicecancellarij 2. non. octobris indict. 11. Incarnationis Dominicæ an. MCCXXXVII. Pontificatus vero Domini Gregorij Papæ Noni anno vndecimo.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Ioannes tit. S. Praxedis presb. card.
Ego Sinibaldus tit. ſancti Laurentij in Lucina presb. card.
Ego Stephanus ſanctæ Mariæ Transtyberim tit. ſancti Calliſti presb. card.
Ego Iacobus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Romanus Portuenſis, & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus.
D *Ego Raynerius ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus card.*
Ego Ægidius SS. Coſmæ, & Damiani diac. card.
Ego Fr. Iacobus Prænestinus Epiſcopus.

Anno 1238. idem Gregorius ad Federicum Imp. miſit Legatum Ardinghum noſtrum Epiſcopum, qui illum oraret, ne iura gentium violaret, vtque Petrum Saracenum ſuum legatum captiuum liberaret: tum deinde vt arma contra ciues confœderatos deponeret, remque iudicio Eccleſiæ permitteret: tertio vt ea in Saracenos conuerteret, Terramque ſanctam ne amplius in manibus Saracenorum relinqueret, neue pacis aut induciarum fœdera ſecundo cum illis iniret. Quod ſi Apoſtolica mandata contemneret, non niſi grauiſſimam Eccleſiæ manum expectaret. Hæc omnia ſurdo ingerebat Gregorius, inquit Bzouius ex epiſt. 129. Lateran. iij. non. iun.

An-

Anno vero 1247. Ardinghus a Gregorio Nono Pontifice Maximo poteſtate ad id ſibi facta, Iacobo Septimiano Abbati, eiuſdemque monaſterij monachis aliquot latifundia vendidiſſe narratur, vt diuturnioris, aduerſæque valetudinis detrimenta detergeret. Cuius venditionis Cangellus præpoſitus Pratenſis ſententiam tulit condiditque proceſſum.

Anno Domini 1247. iij. Kal. maij, indict. quinta, Ardinghus Epiſcopus Florentinus pro expenſis ſibi neceſſarijs in ſua ægritudine, qua præſentialiter laborat, cum vicarius princeps ſecularis abſtuliſſet ei fructus ſuos, & prouentus plurimos, ſicut expediebat ei habere denarios pro dicta ſua ægritudine præſentiali expendendos, vendidit poſſeſſionem quamdam monaſterij Septimi, & Iacobo Abbati pro eis recipienti F. Paulo cõuerſo ali . . . habita licentia a ſummo Pontifice, vt patet ex literis eiuſdem Pontificis ante multos annos abtentis.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Præpoſito . . Pratenſis diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte venerabilis fratris noſtri A. . . . Florentini Epiſcopi fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt pro vtilioribus permutandi, & vendendi poſſeſſionem quandam & redditus eccleſiæ ſuæ ſibi concedere licentiam dignemur. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi hoc eidem eccleſiæ videris expedire, præfato Epiſcopo auctoritate noſtra concedas licentiam poſtulatam.

Datum Romæ 10. Kalend. martij, pontificatus noſtri anno quinto.

Anno 1132. 7. Kal. nouembris, indict. 6. D. Langellus Pratenſis præpoſitus ſub hac forma dedit præfato D. Epiſcopo licentiam.

In Dei nomine. Amen.

Nos Cangellus, Dei gratia, Pratenſis Præpoſitus. Cum ex mandato ſummi Pontificis nobis iniuncto vobis venerande Pater domine Ardinghe Epiſcope Florentine, pro vtilioribus permutandi, & vendendi poſſeſſiones quaſdam, & redditus eccleſiæ veſtræ, ſi hoc eidem eccleſiæ noſcamus expedire, concedere licentiam teneamur, ſicut ex parte veſtra ſibi extitit ſupplicatum. Quia pro certo noſcimus vos habere colonos, quaſdam poſſeſſiones, & redditus minus vtiles, ex quibus nullos, vel paruos redditus percipitis annuatim. Immo cum res fugitiua ſit, labori ſubtrahant ſe libenter a ſeruitijs dominorum ſerui, & poſſis carere illis, vendendi, ac permutandi eos, & eas pro melioribus, ac magis vtilibus, auctoritate domini Papæ, qua fungimur, licentiam vobis concedimus poſtulatam, &c.

Eodem ipſo anno, eademque die, cum fato vrgente, Ardinghus penè eximeretur de viuis, bonorum ſuorum, vt vocant, mobilium, & illorum, quæ apud Septimianos Ciſtercienſes depoſuerat, per donationem inter viuos, prædictos monachos hæredes inſtituit, deque huiuſmodi donatione ſubiectum condidit inſtrumentum in monaſterio ſancti Miniatis.

In Dei nomine.

Anno ab Incarnatione Domini 1247. tertio Kal. maij, indictione quinta.

A D. Ardinghus benignitate diuina Florentinus Epiſcopus licet æger corpore, ſanus tamen mente, ſua memorans nouiſſima, quia voluit, ſicut dixit, ne monaſterium ſancti Saluatoris de Septimo ordinis Ciſtercienſis aliquo tempore, vel ab aliqua perſona litem, vel brigam habeat, ſeu aliquod nocumentum de aliquibus rebus ſuis, quas olim apud ipſum per ſe, vel per alium deponi feciſſet, cum intentio ſua ſemper fuerit, vt dixit, quod prædictum monaſterium, & Abbas, atque conuentus ipſius res, & bona illa deberent habere ſub pietatis intuitu, & pro animæ ſuæ ſalute; præſentialiter per hoc publicum inſtrumentum, ſanciuit, conceſſit, reliquit, pro reuerentia Ieſu Chriſti, & pietatis intuitu, atque donauit irreuocabiliter inter viuos, F. Paulo Ciſtercienſis

B ordinis nunc Caſtaldo ſuo pro ipſius monaſterio, Abbate, atque conuentu, recipienti integrè omnes res, & bona, ſiue pecuniam, ſiue quaſcumque res alias, quas hactenus depoſuiſſet, vel feciſſet deponi apud eos per quamcunque perſonam vel perſonas, quatenus habeant ea ſibi vlterius prædicto monaſterio benedicta, & conceſſa in nomine Ieſu Chriſti, eoſque Abbatem, conuentum, vel monaſterium ab omni reſtitutione ipſarum rerum facienda ſibi, vel epiſcopatui Forentino abſoluit, & liberauit omnino. Et ad maiorem euidentiam rei de hac donatione, & conceſſione iuſſit confici præſens publicum inſtrumentum.

C *Acta ſunt hæc apud monaſterium ſancti Miniatis ad montem præſentibus teſtibus domino Azone plebano plebis ſancti Ioannis maioris presbytero Ventura de ſancta Felicitate, Giannobene Conon, plebis de Decimo, & Benuenutonotario filio Mainetti.*

Ego Benuenutus ſacri palatij notarius, prædictis dum agerentur rogatus interfui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Iacobus, Imperiali auctoritate iudex, & notarius publicus, hæc omnia a dicto domino Epiſcopo me præſente acta, de mandato ſuo rogaui, & imbreuiaui, eaque poſtmodum infraſcripto Bonagiuntæ notario ſcribenda, & publicanda mandaui, & commiſi, ideoque his a me rogatis, & ab eo ſcriptis ſubſcripſi.

Ego Bonagiunta Barnetti Imperiali auctoritate notarius publicus, hæc rogata, & imbreuiata a Iacobo iudice, & notario ſupraſcripto de mandato, & commiſſione ſua, hic ſcripſi, & publicaui, ideoque me ſub-

D *ſcripſi.*

Porro quam ſalutaris vir fuerit Ardinghus Septimiano cœnobio hæc ſubiecta verba, quæ in antiquiſſimis illius monaſterij membranis adhuc leguntur, abundè teſtantur.

Dominus Ardinghus Florentinus Epiſcopus ſpecialis amator, & benefactor huius monaſterij, conuentum in victu, & veſtitu a ſui principio ſuſtinuit, & inter multa alia bona, quæ fecit, quamdam poſſeſſionem emit apud S. Martinum pro monaſterio, & quaſdam de ſuis libris hic reliquit, qui fuerunt valoris . . CC.

Paulo vero poſt Ardinghum deceſſiſſe credibile eſt, hoc eſt anno 1249. vt ex eius ſucceſſoris initijs perſpicuè colligi poteſt, quo anno Seruitis fratribus templum D. Annunciatæ ædificare cœperat, primum lapidem benedixit, iecitque Ardingho præſente Petrus diaconus Cardinalis S. Geor-

gij ad velum aureum Apoſtolicę ſedis de latere legatus. Templum ſanè toto orbe venerandum omnique tempore ciuium, & exterorum concurſu celebre. Eo ægri vt ad medicum confluunt, certè ad quem melius? tot, tantiſque reſtituta ſanitas diuinitus, & quicunque ſincere opem ſubſidiumque malis ſuis implorarunt, acceperunt. Indicio ſunt myriades votiuarum tabellarum, ſignorumque, quibus totum templum onuſtum eſt: ea ſunt monumenta, ſpem vt in rebus humanis fallacem, ita in Deo, diuaq. eius Matre fixam, vanam nunquam fuiſſe. Facit religionem iſtam loci imago Angeli diuæ Mariæ Aue dicentis, quam pinxiſſe D. Lucas perhibetur. Hæc vulgaris iuxta, ac falſa fama eſt: verior illa, inquit Bocchius, nec miraculo minor. Pictorem ferunt, probum, ac pium hominem, cæteri quidem corporis imaginem ſua manu excellenter pinxiſſe; cum vero operis præſtantiſſimi referret ipſe D. Virginis vultus efformandus, anxium animo, ac ſeu diffidentem arti, ſeu formam ſolicitè excogitantem, paulispet obdormijſſe, a ſomno cum ad opus rediret, vidiſſe abſolutã faciem omnibus numeris admirabili elegãtia, creditumq; haud falsò, diuinitus admotam fuiſſe manum, cum humana accedere potuerit nulla. Atque vt tanto cælitus demiſſo operi humani omnes honores haberẽtur in pretioſo altari collocatum eſt ad læuam templi. Claudunt altare quatuor alabaſtrinæ columnæ, illuminant triginta ex argento lampades, vt taceam bina argentea maximi ponderis candelabra, cæteraque infiniti valoris donaria ab Hetruſcis principibus ſumma religione collata. Atqui poſt aliqua ſecula ſacrauit Guillelmus Cardinalis Rothomagenſis monachus ordinis ſancti Benedicti, ad parietes hæc legitur inſcriptio.

GVILLELMVS CARDINALIS RO-
THOMAGENSIS, CVM SVPERNI
IN TERRIS NVNCII MVNERE
FVNGERETVR INNVMERIS MI-
RACVLIS, LOCIQVE RELIGIONE
MOTVS HANC ANNVNCIATÆ
ARAM SVMMA CVM CELEBRITA-
TE, ET SOLEMNI POMPA SACRA-
VIT.
A. S. MCCCCLII.

Templi vniuerſi ornatus, ac ſplendor in ſacellis plurimum elucet, omnibuſque præſtat intimũ, quod Ioannes Bologna ſummi nominis ſculptor, ſibi, ſuæque artis ſtudioſis conſtruxit è fuſco lapide diſpoſitis iucundiſsima ratione columnis, & è pario marmore exculptis ſtatuis, & ex ære fuſis tabellis Chriſti perpeſſos cruciatus referentibus. Numerandum quoq; inter elegantias templi huius, ſepulchrũ Baccij Bandinelli, diui Iacobi equitis præclariſsimi ſtatuarij, ſuum iuxta opus, ſtatuam ſcilicet Chriſti Seruatoris cubantis. Monaſterium, quod templo adiacet pulcherrimum; iam inde pia Ardinghi liberalitate, vt diximus, Seruitæ poſsident, illudque ſuo religioſo natali plures ſanctitate præclari, tot infulati, totque in omni ſcientiarum genere viri præſtantes illuſtrarunt. Nec prætereundum pro coronide Ardinghi, quod eo Præſule Florentiæ obijt anno 1246. B. Humiliana ex illuſtri Cerchiorum familia ordinis Minorum.

A



B

34 PHILIPPVS Fontana Ferrarienſis, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, poſt deceſſum Ardinghi ad Florentinam Eccleſiam translatus anno 1250. inſecutoque anno 1251. Archiepiſcopatum Rauennatem aſſecutus eſt. Huius Epiſcopi Borghinus non meminit, futurumque erat, vt eius omnino memoria intercideret, niſi Ioannis Antonij Vignalis ſeduli archiuiſtæ Florentini archiepiſcopatus diligentia illam iuſsiſſet lucem aſpicere. Comperit enim quamdam huius Epiſcopi conſtitutionem, alteramque illius ſucceſſoris Ioannis, cum ſcilicet Humiliati fratres a ſancto Donato a
C Tarſi in ſanctæ Luciæ ſacellum tranſlati fuerunt, vbi mentio huius Philippi extat, antea Florentini Epiſcopi, ac deinceps Archiepiſcopi Rauennatis, quæ vt diuturnius aſſeruetur, hic exſcribendam curauimus è ſanctiori Florentinæ Eccleſiæ tabulario.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Philippus, miſeratione diuina, Florentinus Epiſcopus electus viro religioſo præpoſito ſancti Michaelis de Alexandria, & eius conuentui ordinis Humiliatorum ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Veſtris benignis petitionibus grato concurrentes animo, intuitu religionis, & ordinis veſtri, ac venerabilis Patris D. Octauiani ſanctæ Mariæ in via lata diaconi Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legati precibus inducti, capellam ſanctæ Luciæ poſitam extra muros ciuitatis Florentinæ iuxta
D Arnum ad epiſcopatum noſtrum ſpectantem, cum omnibus poſſeſſionibus, iuribus, actionibus, & omnibus alijs ad dictam capellam pertinentibus damus, & concedimus, & donamus vobis, & ordini veſtro, epiſcopalibus iuribus nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruatis, & annuo cenſu, ſcilicet vnius ſcerei de libra, quem epiſcopatui noſtro in feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ præſtari volumus, in ſignum vniuerſalis dominij, ita quod collegium, ſiue fratres eccleſiæ ſancti Donati, in quo commorantur, poſsitis ad dictam capellam transferre, cum ibi habilius, & melius valeant commorari, quam in prædicta eccleſia ſancti Donati. Dantes inſuper vobis licentiam, vt in eodem fundo dictæ eccleſiæ, ſi neceſſe fuerit, poſsitis aliam eccleſiam de nouo fundare. Item volumus, & ſtatuimus, atque ordinamus, quod nec vos, nec ſucceſſores

veſtri

veſtri poſsint bona immobilia dictæ capellæ, ſeu alia iura alienare, vel donare alicui perſonæ, vel dictam eccleſiam alteri ſupponere, vel ſubiecere. Et ſi vel vos, vel ſucceſſores veſtri contra iſta aliquid feceritis in præiudicium noſtrum, aut dictæ capellæ, ipſo iure liberè ad Epiſcopatum noſtrum redeant, & licitum ſit nobis, & ſucceſſoribus noſtris dictam eccleſiam cum omnibus iuribus, & poſſeſſionibus ſuis ad Epiſcopatum noſtrum auctoritate propria reuocare. Ad hęc intuitu religionis veſtræ, nolumus vos, vel ſucceſſores veſtros, aut Rectorem, vel fratres, qui pro tempore fuerint in dicta capella, ad manualem obedientiam teneri nobis, aut ſucceſſoribus noſtris: ad aliam tamen obedientiam nihilominus teneamini, & ad maiorem firmitatem habendam, & ad perpetuam rei memoriam hanc præſentem conceſsionem, & donationem manu publ. ſcribi fecimus, & noſtri ſigilli munimine roborari:

Actum in domo monaſterij Epiſcopatus Ferrarienſis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, indictione octaua, die ſexto intrante februario. præſentibus
D. Bono presbytero Cardinali, &
Flore cantore ſanctæ Rauennatis Eccleſiæ.
Salomone canonico Fauentino.
Vgolino canonico Pratenſi.
Viuiano notario Florentino.
Fratre Pœnitentia.
Vgolino Madonnæ, &
Tignoſino de Caſtiglione teſtibus vocatis.

Ego Bartholomæus Bonaccurſij Guidonis Arpinelli Imperiali auctoritate notarius interfui, & vt ſupra legitur, de mandato prædicti domini Electi ſcripſi, & publicaui, & ad maiorem firmitatem, ſigillum meum appoſui.

Philippo Præſule Florentiæ obijt B. Bonagiunta Manettus primus ordinis Seruorum Generalis anno 1250. è qua gente Iannottus ſcientia, & virtute apud omnes clariſſimus, de quo hæc Varinus lib. 3.

Iampridem Benetina domus ſubmerſa profundo eſt:
Ex hac egregius multa virtute Manettus
Ortus longa ſua tribuit cognomina gente.
Ingenij per ſe celebrem Iannotius vnus,
Longius illuſtrem Romana per oppida facit.

Iannotti vitam ſcripſit Veſpaſianus Florentinus, extat manuſcript. de quo etiam Archangelus Pocciancius de ſcript. Florent.



36 IOANNES de Mangiadoris a ſancto Miniate ad Tudeſcum, Archidiaconus antea Lucenſis

A ab Innocentio Quarto, cum ſupra memoratus Philippus ad Rauennatem Eccleſiam transferretur, ad Florentinam ſedem ſubuectus eſt 1251. ex fauore Octauiani Cardinalis Vbaldini, cuius erat familiaris, cuius opera factum eſt, vt ad illud munus è multis ſeligeretur. Extat huius Epiſcopi electio in formulario Martini de Ebulo Innocentij Quarti Cancellarij in Vatic. biblioth. cuius exemplar hic exſcribendum curaui.

Octauianus S. Mariæ in via lata diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato.

Si ad notos, & cognitos, quos tibi coniunctos præſertim ex familiari cõiunctione nexus charitatis aſtringit, debes, & habes, ſicut habere te credimus integræ dilectionis affectum, inter præcipua

B profectuum tuorum emolumenta recenſes eos condignos ſub fauore tui nominis prouehi ſucceſſorum incrementis, & congruis honorum gradibus promoueri. Hæc eſt enim potiſsima, & deſiderabilis diuinitus data muneris gratia in ijs, qui gloria, & honore alios antecellunt, quod ipſorum plenitudinis acceptæ de ſupernis irrigidum per cõmunionis augmentum concreſcat in plurimis, quia quot eorum felicitas participata clarificat, tot celebritatum titulis fit præſignis. Tuis igitur debet votis accedere, quia proculdubio accreſcit honorem dilecti filij Ioannis electi Florentini, quondam Archidiaconi Lucenſis promotio charitati, qui vt eum charum habeas, & a tuis non excipias bonis eius indubitata fide, tam noſtro,

C quam publico creditorum imperio ſibi diutius eſt adhuc in minoribus conſtituto, id deuotæ familiaritatis obſequio meruiſſe: vnde eſt, quod credere firmiter debes, quod in aſſumptione ipſius ex pluribus ad regimen Eccleſiæ Florentinæ, ſuæ idoneitatis meritis, tuæ beneuolentiæ gratis, quã obtinere dignoſcitur, fuiſſe reſpectum, ac penſatum in eius fuiſſe perſonam, quod cum ius erga te ſuæ firmis ſinceritas, & deuotio approbata, eius promotio nec a tuis affectibus diſcreparet. Intereſt itaque gratitudinis tuæ diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ de promotione eiuſmodi ad gratias inclinare, quæ in amico domeſtico id tuo prorogauit affectu, ad quod pro illa in quantum permiſiſſet honeſtas præter forſitan . . Nihilominus prudentiam tuam rogandam duximus, & monendam per apoſtolica tibi ſcripta

D mandantes, quatenus eumdem Electum pro noſtra, & ſedis Apoſtolicæ reuerentia, & eius qui ad ea habet puritatis affectum in plenum fauorem beneuolentiæ congratulationis aſſumens, ipſum, & commiſſam ſibi Eccleſiam chariſſimis tuæ charitatis viſceribus habeas commendatas. Ita quod nos quibus id acceptum erit, & gratum, ex hac circumſpectione dignis in Domino debeamus laudibus commendare, & alij tibi deuoti de tua beneuolentia ſpem concipiant certiorem, &c.

Ad hunc ipſum Ioannem idem Innocentius literas dedit, cum illum in Galliam deſignaret legatum contra fautores Friderici Secundi, præcipuè autem contra Piſtorienſes eiuſdem Imperatoris ſequaces, quos denique fauore Mangiadori Florentini ſuffulti iuſtis collatis ſignis, vicerunt. Epiſtolam autem pontificiam, rei, quam dicimus te-

teſtem hic ſubijciendam curauimus; ex eodem formulario.

Epiſcopo Florentino. Si in proſequendis Eccleſiæ Romanæ negocijs, ad quæ ipſa tuum petijt obſequium confidenter, tardus, & negligens inueneris, notari quod volumus, potes minus gratis gratia. quæ eadem Eccleſia te præuenit, & rei ſpei, quam de tua deuotione gerimus non reſpondet. Nuper quidem ad te, vt ad terram Graſagnanam accedens, etiam recipere Eccleſiæ Romanæ nomine gubernandam, & dil. fil. Poteſtatem, & communem Lucanum ad dimittendam illam omnino, iuxta quod per literas ab eis noſtras exegimus, coarctares, noſtrum emanauit ſub certa forma mandatum, quod ſicut admirantes recepimus; ſurdis, vt ita dicamus, auribus tranſmiſiſti, qui ad hoc aſſurgere iucunda promptitudine tenebaris. Quocirca fraternitati tuæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in executione illius negotij abſque vlla proteſtatione procedas iuxta directarum ad te prius continentiam literarum quod ſecunda iuſsio ſi te inobedientem inuenerit, aduerſus immeritam contemptus contumaciam, non immerita Apoſtolicæ indignationis aculeos excitabis.

Cæterum ex eodem formulario, alterius epiſtolæ Innocentij Papæ ad eumdem Ioannem exemplar eruimus, vbi illum non tam Electum, quam abſolutè Epiſcopum Florentinum appellat, illique eorum, quæ præceperat, negligentiam exprobrat, adhortaturque, vt exequi vellet, quæ ſibi fuerant imperata. Inde collige, lector, quam hic Ioannes in turbulentiſſimis illis temporibus Catholicæ Eccleſiæ vſui foret. fidem aſtruat ijs quæ dicimus, ſubiecta epiſtola.

Electo Florentino. Feruoris tui promptitudinem, quam clara operis tui probant teſtimonia, in Eccleſiæ negocijs promouendis, dignis in Domino laudibus commendamus. Nuntiat enim nobis frequens rumor, & celebris, quæ egregia ſtudia ſilentio ſubeſſe non patimur, quod ſtrenuè agis in omnibus, quæ incumbunt. Vnde merito & gratia tibi theſaurizatur, & fama. Hortamur igitur tuam ſolicitudinem in idipſum per apoſtolica ſcripta tibi mandantes, quatenus quod ad promotionem libertatis Eccleſiæ, & releuationem ſtatus Italiæ neceſſarium, & vtile fore proſpexeris, indefeſſa vigilantia proſequaris. Noueris autem nos, poteſtatem, conſilium, & communem Piſtorienſem litteratorie admonere, vt recedentes a Tyrannide Friderici quondam Imperatoris, iuſte Dei iudicio reprobati, ad gremium Matris Eccleſiæ reuertantur. Alioquin ciuitatem ipſorum Epiſcoporum deſtituemus honore, ad grauiora nihilominus contra eos, niſi reſipuerint, proceſſuri. Cura ergo vt eædem literæ in ipſorum notitiam, vel præſentationem, ſi fieri poterit, vel per denunciationem publicam proferantur.

Datum, &c.

Eodem anno, hoc eſt 1251. Ioannes Epiſcopus fratres Humiliatos de ſancto Donato a Turrim, vbi extra ciuitatem commorabantur, tranſtulit ad ſacellum S. Luciæ, & Euſebij, eiſdem paulo ante a Philippo Fontana attributum, vbi poſteà templum omnibus ſanctis conſecratum erectum fuit, cum ſatis decenti cœnobio. Quoniam autem in hac ipſa ordinatione mentio habetur Philippi Fontanæ, quondam Florentini Epiſcopi, hic minus

A grauatè curauimus ſubijciendam e Florentino tabulario.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Sicut fratrum Humiliatorũ ſancti Michaelis de Alexãdria laudabilis, & probata religio plantata nuper in diœceſi Florentina grande ſatis, & placitum Deo, & gentibus ciuitati Florentiæ in ſpiritualibus, & temporalibus attulit incremẽtum; per quod & ciuitas ipſa floret, & vberius & omnes religioſi, cæterique fideles in obſequijs Ieſu Chriſti fortius illorum attenduntur exempla, ſic decet nos Ioannem, ſola gratia, & miſeratione diuina Florentinum Epiſcopum ad eorum commoda gratanti animo flectere aures noſtras, & manũ apponere cum effectu, vt in quantum cum Deo, &

B honeſtate permittitur, fauorem a nobis ſemper inueniant, & gratiam ſpecialem. Nos itaque attendentes, quod ipſi fratres ad eccleſiam ſancti Donati a Turrim, quæ dudum per felicis memoriæ anteceſſorem noſtrum A. quondam Epiſcopum Florentinum eorum fuerat vſibus deputata, exercere non poſſint commode artem ſuam, videlicet lanificium, texere pannos, & vendere, ac alia operari, ex quibus poſſent percipere alimenta, cum de labore manuum ſuarum viuant, non petentes eleemoſynas, ſed dantes eas indigentibus affluenter, pro eo quod locus ille diſtat a ciuitate non modicum, vnde minorem habent frequentiam ciuium mercatorum; deliberauimus ad eorum ſupplicationum inſtantiam illos prope ciuitatem re-

C ducere, vbi gratioſius poterint ſeruire Deo. & maior exibit odor, & forma de actibus eorundem, & latius etiam poterunt artis ſuæ gerere mercantiam. Quare nos Epiſcopus, in nomine Ieſu Chriſti reſtituta nobis ab ipſis eccleſia ſancti Donati prædicta cum ſuis pertinentijs vniuerſis, damus, & concedimus in cambium, & permutationem eius tibi viro venerabili domino Amico, Dei gratia, Præpoſito eccleſię ſancti Michaelis de Alexandria, ordinis Humiliatorum fratrum pro ipſa eccleſia, & ordine recipienti, & pro tuis ſucceſſoribus in perpetuum capellam ſanctæ Luciæ de ſancto Euſebio cum ſuis pertinentijs vniuerſis: quæ ſiquidem capella continuata eſt, & propinqua cum veſtro oratorio, & eccleſia, quam ædificare intenditis ad honorem ſanctorum omnium, ſicut dicitis, ipſamque capellam ordini veſtro, & religioni ſubijci-

D mus, vt habeatis eam vlterius manualem vobis, & teneatis in ordine, & pro ordine ſupradicto, modo, & forma in cunctis videlicet quod teneatis eã ſolummodo pro ipſo veſtro ordine, & nulli alteri religioni, vel ordini, ſeu perſonæ, vel loco eam poſſitis concedere, vel ſubdere, vel aliquo modo alienare; nec vendere poſſeſsiones ad ipſam eccleſiam pertinentes, abſque noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum licentia ſpeciali, & quod annuatim pro expenſis procurationum, quæ fient pro Epiſcopo, & Epiſcopatu Florentino, vel pro Eccleſia Romana, ſuiſque legatis, vel nuncijs, quindecim ſolidos Piſanorum paruorum, & non amplius in feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ annis ſingulis nobis ſoluere teneamini; & inſuper vnum cereum vnius libræ ceræ, pro cenſu, in recognitionem iuris epiſcopalis in eodem feſto nobis annua-

tum

ſim perſolutis, ſed ab omnibus alijs exactionibus ſitis modis omnibus pro ipſa Eccleſia liberi, & exempti, ita quod nihil nobis pro Epiſcopatu, vel clero Florentino pro ipſa capella reddere teneamini. Promittimus quoque ſtipulatione ſolemni obligando nos pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus & omnia bona Epiſcopatus præſentia, & futura, tibi prædicto præpoſito recipienti, vt ſupra, dictam conceſſionem ſemper habere firmam, & ratam, & non imbrigare, nec moleſtare res conceſſas, nec amplius pro eis exigere, quam continetur ſuperius, ſed eas ab omni perſona, & loco de iure defendere, & expedire, & te præpoſitum, tuamque Eccleſiam, totumque conuentum, & ordinem ſemper indemnes reddere, & conſeruare promittimus, ſub pœna, & oblig. Romani Pontificis, vel alterius cuiuſcumque perſonæ, ſub qua magis poſſumus conueniri, vel conſtringi per ipſam. Si vero aduerſus ea, quæ dicta ſunt, quicquam datum, aut factum apparuerit, quod contra hæc ſit, vel ſi ita non defenderimus vel non obſeruauerimus nos, & ſucceſſores noſtri omnia, & ſingula, vt ſupradicta ſunt, promittimus tibi domino Amico Præpoſito recipienti, vt ſupra, dare, & ſoluere nomine pœnæ duplum eius, vnde lis aut briga mota fuerit, quotieſcumque fallere contigerit, & inſuper centum marcas boni, & puri argenti, & omnia damna, & expenſa eadem cauſa reſarcire, & pœna ſoluta, vel commiſſa ſeu non, damniſque, & expenſis reſtitutis, ſeu non, prædicta omnia, & ſingula nihilominus firma, & rata tenere promittimus: pro qua vero datione, & conceſſione, & pro præſenti contractu, & pro omnibus, & ſingulis ſupradictis confitemur nos in veritate recepiſſe præſentialiter, & habuiſſe a te domino Amico Præpoſito tuoque conuentu reſtitutionem Eccleſiæ ſancti Donati de Turri, cum ſuis pertinentijs vniuerſis, quæ tibi vt dictum eſt per anteceſſorem noſtrum conceſſa olim exiſtunt, & ſubmiſſa, ſicut in inſtrumento noſtro inde ſcripto per manum Iacobi iudicis, & notarij plenius, & latius continetur. Et renunciamus in ijs exceptioni non datæ, & reſtitutæ rei, forique priuilegio, & omni legum Iuris, & conſtituti auxilio canonico, & ciuili, & omni exceptioni generali, & ſpeciali nobis, vel noſtris ſucceſſoribus modo aliquo competentibus. Præterea conceſſionem, quam de prædicta capella cum ſuis pertinentijs *a Magiſtro Philippo anteceſſore noſtro, tunc Florentino electo, & nunc Archiepiſcopo Rauennate* dicitis habuiſſe; ratam habemus, & gratam, & inſuper ad maioris firmitatis augumentum nihilominus de nouo concedimus eamdem tibi, tuiſque ſucceſſoribus, vt ſupra continetur.

Acta ſunt hæc omnia ſupradicta in Palatio Epiſcopatus Florentini ſub anno Domini MCCLI. indictione XI. 3. id ſeptembris, præſentibus teſtibus ad hæc rogatis dominis Caponſanio Archipresbytero Florentino Orlando priore ſancti Stephani Mainito priore ſanctorum Apoſtolorum, Raynerio Plebano ſancti Petri in Pixide, & T. Plebano de Padule, Gottulo de monte Murlo & Alberto clerico, & familiaribus D. Epiſcopi ſupradicti. Coram quibus teſtibus in continenti Iacobus de Cerreto index, & notarius infraſcriptus præd. D. Epiſcopo

A *volenti, & confitenti prædicta, ſicut ei licebat. per guarentiſiam ex tenore capituli conſtitutionis Florentinæ ciuitatis diſtricte nomine iuramenti præcepit, eis tamen reuerentia ſalua, & ita obſeruet, & faciat omnia ſupradicta, vt ſuperius continentur.*

Ego Ioannes Florentinus Epiſcopus prædicta omnia feci, & conceſſi, ideoque ſubſcripſi, & propria manu firmaui

Ego Bonuenutus ſacri Palatij notarius prædictis omnibus dum agerentur rogatus interfui ideoque ſubſcripſi.

Ego Iacobus imperiali auctoritate ordinarius iudex & publicus notarius hæc omnia me præſente acta rogaui, & imbreuiaui rogatus, eaque poſtmodum infraſcripto Iacobo notario ſcribenda. & publi-
B *canda mandaui, & commiſi, ideoque ijs a me rogatis, & ab eodem Iacobo de mea iuſſione ſcriptis ſubſcripſi.*

Ego Iacobus notarius publicus hæc omnia rogata, & imbreuiata a Iacobo de Cerreto iudice, & notario ſupradicto de mandato, & commiſſione ſua ſcripſi, & in publicam formam redegi, ideoque ſubſcripſi.

Item poſtea, eodem anno, & menſe 5. Id. ſeptemb. Indict. ead. Acta ſunt omnia infraſcripta apud S. Luciam prædictam, in præſentia dominorum T. Plebani de Padule, Gottuli de monte Murlo, Ardinghelli, & Bonſignoris de ordine Pœni-
C tentium, & Fr. Albertini teſtium ad infraſcripta omnia rogatorum, prædictus dominus Ioannes ſola gratia, & miſeratione diuina Florentinus Epiſcopus perſonaliter accedens ad dictam Eccleſiam ſanctæ Luciæ induxit in corporalem poſſeſſionem eundem dominum Amicum præpoſitum illius Eccleſiæ ſanctæ Luciæ, tam pro ipſa Eccleſia quam pro omnibus pertinentijs memoratæ Eccleſiæ, ponendo eum in ſede, & dicenti ſibi: Accipe corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ huius pro te tuoque conuentu, & omnium pertinentium eiuſdem, quam ſiquidem poſſeſſionem Eccleſiæ dictus Præpoſitus pro ſua Eccleſia corporaliter apprehendit.

Ego Iacobus Imper. auctoritate ordinarius iu-
D dex, publicuſque notarius hæc me præſente acta rogaui rogatus, atque poſtmodum infraſcripto Iacobo notario ſcribenda, & publicanda mandaui, & commiſi, ideoque ijs à me rogatis, & ab eo ſcriptis ſubſcripſi.

Ego Iacobus publicus notarius hæc omnia rogata, & imbreuiata a Iacobo de Cerreto iudice, & notario ſupradicto mandato, & commiſſione ſua ſcripſi, & in publicam formam redegi: ideoque &c.

Anno 1252, Innocentius Pontifex non ſemel a noſtro Ioanne Epiſcopo rogatus, pacem cupiens in Hetruria inter Guelphos, Ghibellinoſq; perpetuo ſtabilire, ſequentem Florentinis ciuibus epiſtolam ſcripſit: cuius tenoris forma viſa eſt digna, quæ huc ex Vaticani regeſto transferatur his verbis concepta.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Poteſtati, conſilio, & communi Florentino.

E Inter omnia noſtræ ſolicitudinis ſtudia hoc nouimus eſſe præcipuũ, vt inter diſcordes, quos idem Chriſtiani nominis titulus, & eiuſdem fidei profeſſio conſortes efficit, pacis conſilia cogitemus, ſcimus enim quod nõ in pace veneratione cõgrua non colitur pacis auctor per diſſenſiones, & ſchiſmata populorum, fidei religio deficit, morum peruertitur diſciplina, & ſalus non proficit animarum. Ideoque nos qui tam remotos quam proximos deſideramus inuicem eſſe pacificos, inter illos præcipue reconciliationis ſpiritum ſuſcitare debemus, in quorum commotionibus Romanæ Eccleſiæ turbatur ex vicinitate tranquillitas, & ex compaſſione charitatis eius viſcera quo materniùs, eo amatiùs commouentur. Sane poſtquam ad partes iſtas rediuimus de partibus Gallicanis circumſpicientes prouinciam Tuſciæ laceris in ſe ipſa partibus fluctuare, ac in ipſa effrænem ferri debacchari licentiam, & mutuo populos eius furore colliſi, infremuimus quidem ſpiritu, & vehementer ſuper his dolore pulſante cor noſtrum ſenſimus, & ad excogitanda remedia, quibus mala incongruentia ſopirentur, nos, & fratres noſtri appoſuimus intentius mentes noſtras. Et vt nobis communiter mediantibus excluſa triſtium peſte bellorum deſiderabilis pacis iucunditas proueniret, ad præſentiam noſtram partes curauimus euocari diſcordes, vt per idoneas perſonas ſufficiẽtes ad conſummationem negotij mandatum procuratorium aſſerentes coram nobis ſalubribus communis concordiæ tractatibus intereſſent, Eccleſiæ pariturae conſilijs, & mandatis in vnum fœdus amoris eiuſdem prouinciæ populos, quos inimicus homo per ſchiſmata, ſeditioneſque disiunxerat, maternis affectibus coniungere geſtientis. Verum ſecreto diuinæ commotionis, vt credimus, permittente iudicio, quia forſitan nondum condigna vexatio auditui reddiderat intellectum, nec ad purum fæces exinaniuerat peccatorũ, clauſis auribus vocem noſtram audire vocati, & verbum pacis contumaci ſpiritu reſpuentes, aliquos qui ſalutaria oris noſtri verba reciperent, ad ſedem Apoſtolicam mittere contempſerunt. Cumque partes ipſæ dudum aduerſus ſe in partibus Montanæ conſtarent hoſtiliter vires ſuas, & caſtris alterutrius in conſpicuo poſitis ad diſcrimen certaminis iram cominus colligerent animorum, audiuit, & horruit Mater Eccleſia; & ſatagens occurrere tot ſtragibus corporum, tot animarum exitijs, quæ poterant euenire, & confidens quod ad pacis propoſitum, incuſſa forte vtriſque malorum vtrinque imminentium formidine, ipſius ſtudia iuuarentur, inſtitit & illuc protinus dilectis filijs R. ſancti Angeli, & I. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. celebribus quidem Eccleſiæ Dei membris de latere noſtro miſsis pacem diſcordibus nunciauit. Sed lege peccati obtemperare neſcia rationi, vtramque partem ne ſanis conſilijs, ſalubribus monitis, & paternis intenderent iuſſionibus, obfirmante, ſpreti ſunt hinc, & inde tanti pacis angeli, qui non inuenientes ſuper quos requieſceret pax ipſorum, nullum ſui fructum laboris præter piæ intentionis meritum retulerunt. Quot autem mala paſſa ſuit hæc inſtantiæ noſtræ repulſa, poſtquam fuerint

A ſubſecuta, quæ quidem noſtræ diligentiæ remedia excluſiſſent, ſi contempta non eſſent, effuſus ſanguis, quem de terra clamare in cœlum credimus contra eos, qui ſua conſilija noſtra, & fratrum noſtrorum pacis ſtudia diſsiparunt, compeditorum gemitus æterni Tribunal iudicis in eos vtique commouens, qui malignis bellorum ſuggeſtionibus diſſolui captiuitatis ſuæ vincula non permittunt, & ad vltimum regionis mœror crebris depopulationibus deformatæ labores inanes, & ſumptus ſteriles proteſtantur. Sed inconſultus calor iracundiæ ſurijs prouocatus, & odiorum agitatus impulſibus etiam ab iis, qui patiuntur hæc, ſentiri non poſſunt, quia dum viuendi, vel vlciſcendi cupiditas per improuiſa trahit præcipitia irritatos, nõ

B auditur pater ſalubriter reuocans, nec mater agnoſcitur oſtendens pereuntibus vbera pietatis, ſed vtroque calcato, quod bellicus furor ſuggerit, hoc proſequendi temeritas ſanum cenſet. Porro ſi alterutri decertantium ſucceſſus Martis interdum arrideat non debet is in ſecuritatis iactantiam, donec finalis belli reſtat euentus, efferri, & pacis mediatorem excludere, vt irreuincibilis triumphator. Pendet enim adhuc volubilis fortuna certaminis, nec eum ſuis dedit fidem muneribus, vt non debeant reuocari, & in eius retorqueri ſinum, qui de his æmulo inuidebat. Ludit ſiquidem deſuper in rebus humanis inuiſibilis ſpeculator, dum eo permittente vel occulto diſponente iudicio vincitur, & vincit ab altero reuictus vterque, ac tandem

C præter ſpem qui vicerat, ſuperatur, pro eo quod iuxta ſapientis eloquium: Non eſt fortium bellum, cum caſus, & tempus in omnibus inopinabilia operentur. Si vero alterutrum obmilitantium caſus fortaſſe depreſſerit, vt aduerſarius in aliquibus inferior videatur, is proculdubio interdum ſibi deterius conſulit, quando de caſu inſurgere ſatagit continuo in victorem, & vires ad reparationem ſtatus proprij opportunas in vltionem ſtatutis aduerſarij properus reluctator expendit, cũ tempora fatigatum reſouendi vigorem præcedere oporteat tempora vindicandi, & ſæpe contingat, quod per propriam ignominiam nimia animoſe proſequitur grauiores vlciſcendi cauſas incurrit. Sanè propter præmiſſas tam verborum noſtrorum quam Cardinalium prædictorum repulſas ſorte

D fuerat a ſalubribus repellentium prædicationibus deſiſtendum, ſed improbi eſt circa filios, & irreuincibilis paternæ pietatis affectus, ab eorum redargutionibus, obſecrationibus, & increpationibus importunis deſiſtere neſciens, donec ſe in conſilia referant meliora, & morbi ceſſet pernicies, quæ dormire in nobis vigilem ſolicitudinem non permittit, ſed ita nos vrget aſſidue, quod ſi aliarum rerum neceſſaria occupatio, & ineuitabilia paterentur, non pigeret nos corporaliter in medias partes inſtantis exterminij, quod indubium concertantium periculum imminet, proſilire, vt aduerſos prouinciæ huiuſmodi parietes mutuæ in nobis, immo in Chriſto, reconciliationis fœdere iungeremus. Sed ſere idem vel tantumdem prouidimus faciendum, eas videlicet ad hoc mittendo literis noſtri partes, in quibus erga vos, & ſalutis veſtræ cauſam feruor noſtræ intentionis patenter

eluceat

eluceat, ac per operis, ſermoniſque potentiam, compenſatione non minima præſentiæ noſtræ in illis auctoritas ſentiatur. Ecce igitur venerabilem fratrem Albanenſem Epiſcopum, & dilectum filium Guillelmum ſancti Euſtachij diaconum Cardinales noſtros, magna vtique, ac inſigna Eccleſiæ Dei membra, licet eorum præſentia carere ad præſens ſine moleſtia non poſſimus, tamen noſtris veſtra commoda præferentes, ad partes veſtras in pacis pulchritudine reparandas, de fratrum noſtrorum conſilio deſtinamus, totis euſdem affectibus, & plenis deſiderijs ad commiſſum eis communis boni negotium conſequendũ. Quocirca vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attẽte ac in remiſsionẽ vobis iniungimus peccatorum, quatenus parcentes vobis ipſis, & patriæ miſerentes, veſtros velitis prouidis conſilijs temperare calores, & ſuper pacis negotio, & ſtatu prouinciæ reformandis, eorum velitis filialiter ſuſcipere monita, exaudire, conſilia, & mandatis, ac iuſsionibus obedire, ita quod non videamini mortem potius quam ſalutem affectare communem, & veſtra Mater Eccleſia vos tamquam beneuolos filios ob hoc ſpecialiter intimæ charitatis brachijs amplectatur. Alioquin cœlum, & terram contra rebelles luminis in teſtimonium inuocabimus, quod ſi ſponte pereundum eligitis, mundæ erunt a veſtro ſanguine manus noſtræ, & vos apud Deum, & homines non ſolum malorum veſtrorum, ſed & noſtrarum ſuper vos tet eritis lacrymarum. Nos quoque ſententias, quas ijdem Epiſcopus, & Cardinales tulerint in rebelles, ratas habebimus, & faciemus vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari, alias cõtra pertinacium duritiam confringendam nihilominus proceſſuri.

Datum Peruſij ſeptimo Kalendas ſeptembris anno decimo.

Hic tandem Ioannes Epiſcopus pacis auctor fuiſſe creditur, quæ inter eoſdem Guelphos Ghibellinoſque poſt tot labores ſancita eſt a Gregorio Decimo Papa: ad cuius rei memoriam a nobili Mozziorum familia, Florentiæ in proprio ſolo Eccleſia ſancti Gregorij a fundamentis eſt erecta anno 1273. de qua re ſic loquitur vetus ibidem ad parietes appoſita inſcriptio.

Gregorio Decimo Papæ ſancti ſub honore
Gregorij primo pro Chriſti fundor amore.
Hic Gibellina cum Guelfis pace patrata,
Ceſſauere minæ, ſub qua ſum luce creata,
Luce duodena Iulij radiante ſerena.
Bis ſexcenteno Domini cum ſeptingenteno,
Anno ternoque, præſente volente vtroque
Byzantinorum Domino ſimul, & Siculorum
Mille ducenis tribus, & ſeptuagenis
Gregorio bella decimo fuit iſta Capella
Pacis fundata Mozzis ædificata.

Ibidem alia de conſecratione eiuſdem Eccleſiæ legitur inſcriptio.

Anno Domini MCCCXXVIII. die Dominica vltima ſeptembris V. C. D. Latinus Oſtienſis, & Velliternenſis Epiſcopus Apoſtolica Sedis Legatus conſecrauit Eccleſiam iſtam, & altare aſſiſtentibus venerabilibus patribus Archiepiſcopis Barenſi, & Piſano, Epiſcopo Lucano, & multitudine infinita cleri, & populi, & ſtatuit indulgentiam tali die anno VII. XL. dierum, & omni die VIII. XL. dierum, & dicti venerabiles patres quilibet illorum XL. dierum annuatim conſecrationis die, & in feſto ſancti Gregorij.

Anno 1265. Eccleſiam ſanctæ Claræ, & cœnobium monialium Minoritarum a fundamentis extruxit prope Romanam portam Octauianus Card. Vbaldinus in Hetruria Legatus; vbi primam Abbatiſſam inſtituit Ioannes Epiſcopus Claram Vbaldinam Cardinalis amitam ab alio eiuſdem inſtituti cœnobio, quod Monticelli vocant vnico ab vrbe lapide ſito euocatam, vt cæteris monialibus ſanctimonia vitæ, aliarumq; virtutũ claritudine præeſſet, & prodeſſet; quippe quæ in priori cœnobio poſt beatam Agnetem diuæ Claræ Aſsiſienſis ſororem Abbatiſſæ munere ſumma ſui nominis laude diu functa fuerat: quæ cum dies ſuos clausiſſet in pace in nouo hoc monaſterio condita, eius cineres a fidelibus venerantur. Ioanne Præſule, eoque etiam defuncto in diutino illo Eccleſiæ Florentinæ interregno, inſignes viri Florentini ea hac vita migrarunt, inter quos ſex ex Seruitanæ religionis præcipui fundatores recenſentur, beati ſcilicet Bunagiunta Manettus primus Generalis, Bonfilius Monaldus 1257. Amideus de Amideis 1266. Manettus de Anſella 1268. Suſtegnus de Suſtegnis, & Raynerius Vguccionus anno 1282. hi omnes apud Montem Senarium vita functi ibidem requieſcunt. Accurſius vero Florentinus primus vniuerſi Iuris gloſſator, & adhuc vltimus: licet anno ætatis 33. cœpiſſet ſtudio legum nauare operam, tamen ſummus euaſit Iuriſconſultus an. natus 78. mortuus eſt Bonon. 1279. vbi iacet in eccleſia S. Franciſci, cum Franciſco filio, de quo ita cecinit Varinus lib. 2.

Iuriſconſultus interpres Accurſius omnes
Excelluit, breuibuſque notis ænigmata legum
Expoſuit, nulluſque error reperitur in illis.

Primum vero lapidem eccleſiæ Carmelitarum noſtrum Ioannem ieciſſe ſcribit Ferrinius in catalogo anno 1275. die 3. Ianuarij, vbi male ſcribi puto 1275. melius 1274. nam ille triduo ante exceſſerat, vt vetus calendarium notat. Deceſſit autem Ioannes poſtrema die decembris anno 1274. vir ſanè memorandus, ac ſanctis moribus: poſt cuius exceſſum Florentina ſedes per duodecim ipſos annos vacua manſit. Florentini enim per id tempus, Ghibellini ſcilicet, & Guelphi inuicem rupere fœdus, quod Gregorius Decimus paulo ante ſanctiſſimè iunxerat. Quamobrem Pontifex ira exæſtuans Florentia exceſſit, percuſſamque ob rebellionem anathemate ciuitatem, viduauit paſtore. Tametſi autem capituli ſenatores multoties iuiſſent ad venam, nullum tamen ob diuerſa aduerſaque ſtudia partium euexerunt ad ſedem; altera enim pars Schiattam Vbaldinum ſelegerat, altera Lotharium della Toſa, ſed in vtrumque paria effuſa ſuffragia effecerunt, vt nemini illorum fuerit dignitas adiudicata. Denique poſt diuturnam illam vacationem ad ſedem Florentinam ab Honorio Quarto euectus eſt, qui proximè ſequitur.



36 Fr. IACOBVS Caſtelbonus Peruſinus, quem nonnulli Ranucij de Alexijs filium fuiſſe tradunt, ordinis Prædicatorum prior ſanctæ Sabinæ de Vrbe anno 1286. ſubrogatur ab Honorio, a quo ſcriptum eſt hoc diploma ex reg. Vatic. ep. 4. fol. 133. anno 2.

Dilecto filio fratri Iacobo de Peruſio electo Florentino.

Debitū officij noſtri cōtinua nos pulſat inſtātia, &c. Sanè dudum Eccl. Florent. Paſtoris ſolatio deſtituta, capitulum ipſius Eccleſiæ duas electiones, vnam videlicet de ſchiatta de Vbaldinis Bononien. Leodien. reliquam vero de Lothario della Toſa dictæ Florentinæ Eccleſiarum canonicis in diſcordia celebrarunt. Negocio igitur electionem earundem per appellationes ad ſedem Apoſtolicam deuoluto, poſt diuerſos proceſſus apud ſedem eamdem habitos in eadem ſchiatta, & Lotharius prædicti omne ius, quod eis ex electionibus huiuſmodi competebat, ſponte, ac liberè in noſtris manibus reſignarunt. Hos autem reſignationibus ipſis receptis, attendentes, quod ſi prædictæ Eccleſiæ Florentinæ prouiſio differretur multis ſubijceretur periculis, & grauia in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſubiret, ac volentes propter hoc ei de paſtore idoneo celeriter prouidere, ad perſonam tuam noſtræ mentis oculos duximus dirigendos, & conſiderantes, quod cum ſis vir literarum ſciencia præditus, morum honeſtate præclarus, conſilio prouidus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, acceptuſque nobis, & fratribus noſtris tuæ meritò probitatis, prædicta Eccleſia Florentina per te poterit diuina cooperante gratia, ſalubriter gubernari, te tunc Priorem fratrum Prædicatorum ſanctæ Sabinæ de Vrbe, prædictæ eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem præficimus, de fratrum eorumdem conſilio, & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tibique curam, & adminiſtrationem dictæ Eccleſiæ Florentinæ in ſpiritualibus, & temporalibus duximus committendam, ſperantes, quod tua circumſpectione laudabili, & prouidentia circumſpecta eadem Eccleſia Florentina tam circa ſpiritualia, quā temporalia huiuſmodi gratis tribuente Domino proficiet incrementis. Volumus itaque, ac diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Eccleſiam de prædictæ ſedis, & noſtro fauore confiſus cum diuinæ gratia benedictionis accedas, & ſuper gregem dominicum in illa tibi commiſſum noſtris vigilias, diligens, ſollicituſque cuſtodias, vt liber inuadendi aditus non pateat inuaſori. Beatus ſiquidem eris, ſi Dominus in ſuſpicabili hora venturus, te inuenerit ſic agentem, quia curſu conſummato, qui ſuo labori proponitur, & horam fide ſeruata, quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te immarceſcibili corona iuſtitiæ decorabit.

Datum Romæ apud S. Sebaſtiani 5. Kalen. iunij anno ſecundo,

Inijt Iacobus ſui Epiſcopatus ſolemni ritu poſſeſſionem die octaua menſis iulij eiuſdem anni, & maiori populi Florentini lætitia, quo diuturnior vacationis moleſtia fuerat, ſed cum vix ad quadraginta dies præfuiſſet, ſpem omnem exultantis populi breuitas illa pontificatus abrupit, vacauitque ſedes ad menſes octo. Ipſe vero ſepultus eſt apud ſuos Prædicatores.



38 ANDREAS Mozzius nobilis Florentinus in Iacobi deinde locum, concordibus maiorum canonicorum votis, reiecta poſtulatione alterius partis capituli de perſona Thomæ Epiſcopi Piſtorienſis, ſuffectus eſt anno 1287. Quam electionem ratam habuit idem Honorius Quartus, 4. calendas ianuarij ex regeſto Vaticano epiſtola 203. fol. 185. ab Andrea Theſaurariæ dignitas; quæ adnexam habebat præbendam canonicatus in Eccleſia Florentina conſtituta dicitur, vel potius cōfirmata: cum enim anno 1293. nouam hanc dignitatem, & ad eam nouiter a capitulo adlectum Aldobrandinum Caualcantem confirmaſſe lego in documento, quod extat in capitulari tabulario huius tenoris.

In Dei nomine. Amen.

Nos Andreas, Dei, & Apoſtolica gratia, Epiſcopus Florentinus, viſa, & diligenter examinata forma ordinationis, & creationis dignitatis theſaurariæ in Eccleſia Florentina, & electionis, & prouiſionis ipſius dignitatis factæ nobili viro domino Aldobrandino de Caualcantibus, & acceptatione, & conſenſu eiuſdem electi, ac receptione facta de eo per canonicos, & capitulum Florentinum, & omnibus, & ſingulis in prædictis, & circa prędicta factis, & geſtis, prout in inſtrumentis ſcriptis per ſer Ioannem noſtrum notarium infraſcriptum, plenius continetur, & habita ſuper ijs deliberatione ſolemni, conſiderantes prædicta omnia ad diuini cultus augmentum, & honorificentiam Eccleſiæ Florentinæ ſpectare, & ſufficientiam, & idoneitatem perſonæ dicti Aldobrandini, ex fa-

nilia-

miliaritate, & conuerſatiòne quam diutius nobiſcum habuit, ſatis nota, quia nobis conſtat prædictam creationem ipſius dignitatis, electionem prędicti Aldobrandini, & receptionem, & omnia, & ſingula in prædictis, & circa prædicta geſta rite, & canonice, ac legitime concurriſſe, Chriſti nomine inuocato ad honorem, & reuerentiam omnipotentis Dei, beatæ Mariæ Virginis, beatorum Ioannis, Zenobij, ſanctæ Reparatæ patronorum noſtrorum, & Eccleſia Florentina, & ad honorem & reuerentiam Apoſtolicæ ſedis, ac Epiſcopatus, & Eccleſiæ Florentinæ, & honorificentiam, & pacificum ſtatũ ipſius Eccleſiæ, ipſam creationem dignitatis theſaurariæ electionem, & electam perſonam ad ipſam dignitatem, & officium theſaurariæ admittimus, approbamus, & confirmamus, ac noſtra pontificali auctoritate perpetuo roboramus.

Actum Florentiæ in Epiſcopali palatio, præſentibus domino Angelo canonico Aretino officiali prædicti domini Epiſcopi, & domino Parigio plebano plebis de Vallia capellano eiuſdem venerabilis patris, teſtibus ad hæc vocatis, anno Incarnationis Domini · a milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, indictione ſexta, die ſecunda menſis ſeptembris.

Ego Ioannes olim Præfectus de Podio Bonczi, auctoritate Imperiali iudex, & notarius publicus, & dicti domini Epiſcopi ſcriba, prædicta omnia, quibus interfui, de ipſius domini Epiſcopi mandato ſcripſi, & publicaui.

Theſaurarius muneris nomen eſt, non dignitatis: curat ipſe ſacram ſupellectilem, a theſauro Eccleſiæ cuſtodiendo appellatur, & Cimeliarcha Græco nomine dicitur, ideſt rerum pretioſarum aſſeruator, & cuſtos. De iure communi Theſaurarium non eſſe dignitatem, ſed officium eccleſiaſticum habere tradunt, *Rebuff. in praxi titul. ſecul. benefic.* de conſuetudine vero, & omnium ferè Eccleſiarum cathedralium ſtatutis inter dignitates referri cœpit, vt habet *Abb. in cap. de multa num.* 23. *verſ. ſecus de præben.* Hæc dignitas hodie non extat in Florentina Eccleſia, quam Pius Secundus nec inſtituit, nec reſtituit in noua aliarum quinque dignitatum erectione anno 1461. Quando vero in ea Eccleſia deſierit eſſe, monumenta noſtra altum tenuere ſilentium, pauci mihi Theſaurarij ab Andreæ inſtitutione, vel nulli obuij fuerunt. Obtinuit Andreas Epiſcopatum vſque ad annum 1295. id. ſeptembris, ac deinceps ad Vicentinam Eccleſiam translatus eſt, vbi deceſsit, moriensque præcepit ſuum cadauer deferri Florentiam in eccleſia ſancti Gregorij a ſua Mozzia gente fundata ſepeliendum, vbi etiam nunc illius ſpectatur depoſitum cum ſequentibus verbis.

SEPVLCRVM VENERABILIS PATRIS DOMINI ANDREÆ DE MOZZIS DEI GRATIA EPISCOPI FLORENTINI, ET VICENTINI.

Huius Epiſcopi temporibus, eiuſdemque conſilio Fulco Portinarius nobilis Florentinus celeberrimi ſanctæ Mariæ nouæ Xenodochij anno 1287. narratur fundamenta iecisſe. In quod cum dein-

A ceps opus Florentina pietas propemodum effudiſſet opes, in Xenodochium nulli alteri conferendum euaſit, Portinariæ gentis decus perenne futurum. Fundationis eiuſdem meminit Honorius Quartus in fauorabili diplomate pro eodem ſcripto, quod extat in regeſto Vatic. epiſtola. 25, fol. 137 pontif. 2.

Priori ſecularis eccleſiæ ſancti Petri Scharadij Florentini.

Significauit nobis Fulco de Portinarijs ciuis Florentinus, quod ipſe nuper quoddam hoſpitale ad opus pauperum, & infirmorum foris muros ciuitatis Florentinæ incepit ædificare opere ſumptuoſo. Verum cum intra ambitum ad ædificationem huiuſmodi opportunũ fratres ordinis de pœ-

B nitentia Ieſu Chriſti Florentin. quamdam petiam terræ non magni valoris, ſine qua huiuſmodi opus nequit cõmodè conſummari, obtinere noſcantur, quæ ipſis tempore domui, vel horto nequaquam cõiuncta, multum vtilis non exiſtit loco, cuius aliam eis magis vtilem dictus ciuis, vt exhibere paratus, idem ciuis nobis humiliter ſupplicauit, vt ſubuenire in hac parte ſibi de opportuno remedio dignaremur. Licet itaque præfatus ordo ſit de illis ordinibus, quos generale concilium nouiſſime celebratum Lugduni decreuit . . . certo modo, quorumcumque perſonis alienationem omnem domorum, & locorum, ac cæterorum bonorum abſque Apoſtolicæ ſedis ſpecialis licentia interdixit. Nos tamen dictis fratribus pio compatientes affectu, & ſic intendentes in huiuſmodi ne-

C gotio prouidere, quod ijdem fratres non grauentur inuiti: volumus, & per apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ſi quod de conſtructione dicti hoſpitalis, & huiuſmodi permutatione præmittitur, verum eſſe compereris, dictis fratribus conſentiendi permutationi eidem auctoritate noſtra licentiam largiaris, & eis conſenſum in illa præſtantibus permutationem ipſam permittas, & facias conſummari.

Datum Romæ apud ſanctam Sabinam, x. Kal. iunij anno ſecundo.

Porro de Portinaria gente peruetuſta, deque Fulcone Xenodochij fundatore, ſic Varinus noſter lib. 3. de illuſt. vrbis Florentiæ.

Quaque tenet Porta nomen deducit ab altis
Auctorem Feſulis, opibuſque, & ſanguine clara,
D *Atque huius de ſtirpe nepos celeberrima Fulcus*
Condidit ære ſuo Mariæ de nomine templa,
Donauitque agros, & prædia multa reliquit.
Illic ægroti, ſimul & curantur egeni
Gratis intranti cuiuis patet omnibus horis
Hoſpitium latum: ciuis, peregrinus in illo
Accipitur: miraque æger charitate fouetur.
Non eſt in toto delubrum ſanctius orbe:
Sed melius tacuiſſe fuit, quam pauca referre.
Suſtinet hæc vrbem, propter peccata ruentem,
Anchora, turbati quoque placat numinis iram.

Andrea etiam Præſule anno 1294. fundatum eſt cœnobium ſanctæ Mariæ Angelorum ordinis Camaldulenſis, in æde SS. Proti, & Hyacinthi martyrum, pia fidelium credulitate venerantur, ibidem iacet Benedictus Varchius præteriti ſeculi vir illuſtris, qui hiſtoriam Florentinam concinnauit.

nauit. De hoc cœnobio videndus Auguſtinus in hiſtoria Camaldulenſis.



39 FRANCISCVS Monaldeſcus Balneoregienſis, Epiſcopus Vrbeuetanus, antea Melphienſis Mozzio defuncto ſucceſſit 1295. idus ſeptembris, ſic in Vaticano regeſto. Quam electionem in homine extero Florentinos promouiſſe credendum eſt, cum per id tempus ſeditionibus exęſtuarent, nollentque ex illo throno, vnde ad pietatem mirifici progreſſus debebant ſperari, conſternationis ad arma faces prodire, quod facile poſſe euenire credibile erat, ſi munus illud Florentinorum alicui, cuius in publica re ſplendida gens eſſet, contigiſſet deferri. Cui quidem coniecturæ addit momentum ſenatus Florentini decretum illud, quo cauebatur, ne quis Florentinus deinceps, aut is, qui in eiuſdem reipublicæ fide, ac poteſtate eſſet, Epiſcopale Patriæ munus ſubiret: alioquin, qui eo proceſsiſſet audaciæ, vt negligeret imperata ſenatus, eam mulctam cum ſuis gentilibus incurreret, qua in republica, qui dicebantur Magni, omnibus omnino dignitatum honoribus ſpoliabantur. Quam tamen mulctam Lotharius ſucceſſor viſus eſt deprecari, vt infra narrabimus. Interim, qui legis, ea de re conſule ſubiectum decretum.

Quod nullus de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Florentiæ, vel alius de infraſcriptis poſſit eſſe Florentinus, vel Feſulanus Epiſcopus Pub. 46.

Nullus de comitibus Guidonibus, Albertis, vel Vbaldinis, vel alius de ciuitate, vel diſtrictu Florentiæ eligatur, promoueatur, poſtuletur, vel poſsit eligi, promoueri, vel poſtulari in Epiſcopum Florentinum, vel Feſulanum, nec alicui ex prædictis poſsit aliquo modo prouideri de aliquo ex prædictis Epiſcopatibus, nec electus prouiſus, vel poſtulatus, & quocumque modo procuratus ad aliquem ex dictis Epiſcopatibus acceptare poſsit, aut audeat, & ſi acceptauerit verbo, vel facto, ipſe acceptans, & eius pater, auus paternus, frater, vel fratres, patruus, nepos ex fratre carnali, & ipſius etrũ, & cuilibet eorum, & ipſius acceptantis deſcendentes ex quocumque etiam damnato coitu per lineam maſculinam in infinitum intelligantur eſſe ipſo iure Magnates, & ita tractentur, & reputentur vt Magnates in omnibus, & per omnia poſt dictam acceptationem, &c.

Franciſco autem Balneoregienſi in Florentina ſede ius diuinum dicente, Florentinus populus, ingenti auſu, ſumptuque viſendo ſanctæ Reparatæ templo fundamenta ſubſtruxit: quorum primum lapidem Cardinalis legatus, qui per id tempus cõmorabatur Florentiæ, ritu ſolemni iecit, vt ex tabula marmorea, in qua leguntur hæc ſubiecta carmina, ei parti, quæ reſpicit ſacram turrim, ſuffixa; perſpicuè eruitur.

Annis millenis, centum bis octo nogenis
Venit legatus Roma bonitate donatus,
Qui lapidem fixit fundo ſimul ac benedixit
Præſule Franciſco geſtante pontificatum
Iſtud ab Arnulpho templum fuit ædificatum.
Hoc opus inſigne decorans Florentia dignè
Reginæ Cœli conſtruxit mente fideli,
Quam tu Virgo pia ſemper defende MARIA.

Altera inſcriptio in interiori Eccleſiæ pariete ſpectatur, ac ſequens eſt.

Anno a Chriſti ortu M.CCIIC. Florentini Magnis diuitijs partis, & rebus domi, foriſque commode conſtitutis. Cum vrbem mœnibus auxiſſent, pulcherrimis ædificijs publice decoraſſent, vt rem diuinam quoque optime ordinarent, poſteris inſignis magnificentiæ, & religionis ſuæ exemplum proderent, hoc auguſtiſsimum templum in Dei honorem, eiuſque ſemper Virginis Mariæ inſtituerunt, & Pontificio legato Cardinale præſente primum lapidem ponente ſumma cum omnium lætitia, ac deuotione inchoarunt, vi. idus ſeptembris.

Deceſsit autem Præſul Franciſcus, cum ad breue tempus, ſed ſanctè Florentinam rexiſſet Eccleſiam, anno ſcilicet 1301. menſe iulio, quo ex hac mortali vita exceſsit ſepultus fuit in cathedrali, eaq; ſedes vacauit ad menſes ſex. Cæterum Franciſcus coemptis a Montevi, vt vocat pluribus latifundijs, cenſus Epiſcopales adauxit.



40 LOTHARIVS della Toſa filius Oldradi præpotentis, ac nobilis ciuis Florentinus, Archidiaconus primum fuit, mox Fauentinus Epiſcopus, poſtea hoc eſt anno 1302. 13. Kal. Februarij, ad Florẽtinam Eccleſiam translatus fuit. Quam dignitatem ideo ipſe non reſpuit, quod ſui gentiles iam pridem de numero Magnatum erant, hoc eſt ab omnis reipublicæ munere exortes, ob inuidioſam opum potentiam. Eius ingreſſus ſolemnis fuit, proceſſitque ex more ſuorum prædeceſſorum ad monaſterium ſancti Petri maioris, ibique cum Viſdominis, ac gentilibus ſuis della Toſa ac ſuis canonicis conuiuium celebrauit, proteſtantibus canonicis, haud ſe monialibus præiudi-

cium

xium facturos, tametſi extra ſortem eorum familiarium intereſſent conuiuio. Porro Abbatiſſa de more annulum ſibi donari ab Epiſcopo poſtulauit, vt rite perfectum eſt perſpicturque ex Actibus Archiuij illius monaſterij.

In nomine Domini Amen.

Anno milleſimo treceteſimo primo (more Florentino) indictione quintodecima ſexto Kalendas martij.

Exiſtente venerabili Patre domino Lothario Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Florentino ad prandium in domibus monaſterij ſancti Petri maioris Florentiæ prima die, qua ipſe intrauit ciuitatem Florentiæ quando rediit a Romana Curia, cauſa ſuæ promotionis, vt moris eſt, & ſecum ad prandium habente dominum Henricum militem de domo filiorum della Toſa, & dominũ Gerardum de Vicedominis, & quoſdam alios domicellos de domibus eorum, & quoſdam alios de canonicis maioris Eccleſiæ Florentinæ, de quibus ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam a tanto tempore, cuius memoria hominum non exiſtit, nullum apud dictum monaſterium ad prandium niſi de ſuis familiaribus tantum tali die ſecum habere debet ipſe venerabilis pater, nec aliquis alius ſucceſſor eiuſdem; Chellus capellanus perpetuus dicti monaſterij ſyndacus, & procurator religioſæ dominæ Philippæ Abbatiſſæ dicti monaſterij, & monialium, & conuentus eiuſdem monaſterij ſyndacario, & procuratorio nomine pro dicta Abbatiſſa, conuentu, & monaſterio prædictis in præſentia prædicti venerabilis patris conſtitutus dixit, & proteſtatus fuit cum dicto venerabili patre, quod de prædictis filijs della Toſa, & filijs de Vicedominis, & canonicis Eccleſiæ Florentinæ ad præfatum prandium tali die ibidem nullum habere debet, ſecundum conſuetudinem ſupradictam. Et ideo dixit, & proteſtatus fuit ſyndacario, & procuratorio nomine quo ſupra, quod nullum præiudicium generetur Abbatiæ, & monaſterio, & conuentui prædictis, & quod nullum ius acquiratur, vel acquiri poſſit eiuſdem, qui ad dictum prandium extiterunt, vel aliud de filijs della Toſa, & de Vicedominis, & de canonicis Florentinis propter illos, qui aderant ibi. Qui venerabilis pater dominus Lotharius Epiſcopus Florentinus prædictam proteſtationem admiſit, & acceptauit, & ratam habuit, & approbauit omnia, quæ in prædicta proteſtatione continentur.

Actum Florentiæ apud monaſterium ſancti Petri prædicti, præſentibus teſtibus presbyteris Richardo, & Bruna capellanis dicti monaſterij, & D. Atonte . . . eccleſiæ ſancti Saluatoris de Florentia, & plurimis alijs ad hæc rogatis, & vocatis. Item eodem die &c. coram dictis teſtibus exiſtentes religioſæ D. Philippa Abbatiſſa prædicta, & etiam DD. Benedicta, Iacoba, Petronilla, Ioannina Guidatti, & alia Ioanna, Margarita, Iuſtina, & Lucia moniales dicti monaſterij coram venerabili patre domino Lothario, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopo Florentino, dixerunt, & proteſtatæ fuerunt coram eo, quod de antiqua, & approbata conſuetudine per tantum tempus, cuius memoria hominum non extat venerab. patris domini, domini olim Epiſcopi Florentini, qui pro tempore fuerunt ipſa die, qua primo intrauerunt ciuitatem Florentiæ, & venerunt ad hoſpitandum ad dictum monaſterium, conſueuerunt dare, & conferre Abbatiſſæ dicti monaſterij, quæ pro tempore fuit, & dederunt, & contulerunt quendam annulum au-


A *reum annulari digito dictæ Abbatiſſæ. Quare eidem venerabili patri domino Lothario Florentino Epiſcopo humiliter ſupplicauerunt, vt ſecundum prædictam conſuetudinem ipſi dominæ Philippæ tunc Abbatiſſæ dicti monaſterij, annulari digito dictum annulũ dignaretur conferre: qui venerabilis pater prædictus annuens ſupplicationibus Abbatiſſæ, & monialium prædictarum, & volens dictam conſuetudinem, ſi ita eſt, obſeruare, de prædictis omnibus a' pluribus perſonis fide dignis diligenter inquiſiuit, & veritate reperta, quemdam annulũ aureum cum vno ſapphiro digito annulari contulit, & dedit Abbatiſſæ prælibatæ dictam conſuetudinem approbando.*

Ego Petrus quondam Ambroſij de Macaria, Impe-
B *riali auctoritate iudex, atque notarius prædicta omnia rogaui.*

Lotharius autem Epiſcopus fato functus eſt anno 1309. menſe martio, ſepultuſque eſt ad ſanctã Mariam nouellam, vt vocant, in ſacello Ricaſolorum ad pariatem, arca a ſolo ſublata claudente cadauer, nulla inſcriptione ornata. Cæterum Lotharius, vt erat magni ſpiritus vir, vix ad ſedem peruenit, cum in reipublicæ nouandis, inuertendiſque rebus omnes conatus adhibuit. Siquidem cum Curſo Donato factioſiſſimó homine communicatis conſilijs eas inter ciues profeminauit diſcordias, quibus poſtea ſuccidendis, vix falx illa ſedentis in pontificio throno videretur ſufficere. Deferbuit autem æſtus ille ex auctoritate Ni-
C colai Pratenſis Cardinalis, qui per id tempus eius rei cauſa legatione in Hetruria fungebatur, ita tamen ægrè, vt meritò Florentini a Feſulano, Florentinoque Epiſcopatu ciues ſuos viderentur arcere. Conſule ea de re Ioannem Villanum, Ammiratumque in 4. lib. hiſtor. In gentem Toſam, eiuſdemque conſortes Florentini Epiſcopatus patronos, & aduocatos, Verinus noſter lib. 3. agens de Florentinis familijs, ſic cecinit:

Quis Toſam ignorat Romano ex ſanguine cretam,
Et conſanguineos ſimili de ſtirpe Toſingos?
Viſdominuſque ferox priſca de gente Quiritum eſt.
Hi quoniam ſacram Syllani antiſtitis ædem
Defendere armis, meruerunt eſſe patroni.

Porro Florentinus Epiſcopatus olim pro inſigni geſſit, Toſæ, Toſingæ, Viſdominæ, Portiganæque nobilium familiarum ſtemmata in miniata parma
D conſiſta; hodie vero, quæ hic delineata cernuntur.



Lothario vero Præſule beatam Humilitatem Faventinam Abbatiſſam, moniales ordinis Valliſumbroſæ primum Florentiæ inſtituiſſe ferunt.

Mi-

Migrauit hinc annó 1310. die 22. maij. eius vita legitur apud Razium lib. ſanctorum Hetruriæ.



31 Magiſter Antonius Vrſut è populari familia Florentinus, ad Florentinam ſedem tranſlatus eſt, cum antea Epiſcopus Feſulanus eſſet, anno 1309. vir ſanè ſiua ſacris, ſiue ciuilibus rebus agēdis dexteritate mirabili, promptitudine autem, animique fortitudine tanta, vt cum anno 1312. Henricus Septimus Imperator valido ſuccinctus exercitu deſcendiſſet in Italiam, obſidioque cinxiſſet Florentiam, Antonius armatum clerum iuſ-

A fit ſub ſignis eſſe, portamque Ambroſianam, eamque ciuitatis partem ſibi defendendam popoſcit. Quod adeo ſtrenuè, & accumulatè dicitur præſtitiſſe, vt ab exemplo imbellis clericalis turbæ, populus ſactus audacior, metuendum hoſtem a muris, a templis, a ciuium iugulis tandem depulerit, coegeritque fœdam fugam arripere. Adeo vnius fortis hominis exemplum ad victoriam valet. De cuius obſidionis ſolutione, vel fuga ita cecinit Vatinus lib. 1.

Inſuper externis Arrigi Cæſaris armis
Adiuta obſedit muros, & cuſpide portas
Pulſauit fruſtra, nam muro fortior omni
Intus erat pubes duro ſub Marte probata:
Inſtructaſque acies purum deducit in æquor,
Audet & ancipiti pugnam decernere ferro.
B *Virtuti nunquam poterit vis vlla nocere,*
Inſtent mille licet populi, ac diſcrimina mille,
Omnia ciuilis tuto concordia perfert;
Quæ ſine iuſtitia, & ſine religione latronum
Factis nec durat, ſceuis obnoxia pœnis.

Porro cum Henrico Imperatore in huius vrbis obſidione toti ferè Hetruſci Ghibellinæ factionis exules erant, quorum princeps Dantes poeta, cuius rei prope templum S. Crucis in marmorea tabula, huiuſmodi extat inciſa memoria.

HENRICVS IV. ROMA REDIENS CORONATVS INFESTVS
FLORENTINIS QVOD CORONATIONI SVÆ OBSTITISSENT ROGATVS
AB EXVLIBVS, QVORVM PRINCEPS ERAT DANTES POETA
VRBEM OBSEDIT AB EA PARTE QVÆ EST AD SEPTEN-
TRIONEM, ATQVE CVM VIDISSET ÆDIFICIIS INTENTAM
CIVITATEM (PRÆCIPVE TESTATVR ID PALATIVM
COCCHIORVM, QVOD NOCTV ETIAM STRVEBATVR
FANALIBVS ACCENSIS) POST QVADRAGESIMVM DIEM
SOLVTA OBSIDIONE DISCESSIT M. CCC. XIII.
KALEND. OCTOBR,

At dum viueret Antonius Epiſcopus, fauit quam qui maximè ex ordine Ciſtercienſi monachis Septimianis, illorumque cœnobium ijs gratijs, ac priuilegijs donauit, quæ poterat dilargiri, ſicut ex ſubiecto gratioſo diplomate videre eſt, eidem monaſterio indulto anno 1330.

Antonius, miſeratione diuina, Epiſcopus Florentinus. Religioſis in Chriſto Abbati, & conuentui monaſterij S. Saluatoris de Septimo Ciſtercienſis ordinis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum pridie ad monaſterium ipſum deuotionis inſtinctu, quam ad ipſum, & dicti monaſterij fratres gerimus, veniſſemus, vidimus ibidem quas nobis reuerendiſsimè demonſtraſtis venerandas reliquias cuiuſdam aureæ Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vnum caput de ſacroſanctis reliquijs vndecim millium virginum, quas quidem reliquias de ciuitate Coloniæ, largiente vobis ve-

D nerabili patre domino Colonien. Archiepiſcopo, ſicut in literis dicti patris eius ſigillo ſigillatis inſpeximus, pro dono magnifico recepiſti. Ad quarum reliquiarum & nos deuotionem, & reuerentiam excitati, & cupientes vos, & alios Chriſti fideles ad ſalubris deuotionis obſequium, quaſi quibuſdam illectis præmijs, indulgentijs ſcilicet, & remiſsionibus inuitare. Indulgentiam a dicto domino Colonienſ. Archiepiſcopo gratioſè conceſſiam omnibus verè pœnitentibus, & confeſsis, qui ad honorem Dei, & ſacratiſsimæ Crucis, & beatarum vndecim millium virginum, in Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Inuentionis, & Exaltationis ſanctæ Crucis, omnium Sanctorum feſtiuitatibus, necnon beatæ Mariæ Virginis feſtiuitatibus omnibus, beati Michaelis Archangeli, beati Ioannis Baptiſtæ, beati Nicolai, & omnium

Apo-

Apoſtolorum ad viſitandum venerint monaſterium memoratum venerabiliter, & deuote, ſicut in ipſius D. Archiepiſcopi prædictis litteris continetur, præſentis tenore paginæ confirmamus, & noſtrum ſuper hoc impertimur aſſenſum, & nos ſimiliter de omnipotentis Dei miſericordia, nec non & beatæ Mariæ Virginis matris eius, beatorum quoque Ioannis Baptiſtæ, Zenobij, Reparatæ, ac Vincentij patronorum noſtrorum meritis confidentes, vobis, & alijs Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad venerandas ipſas reliquias in dictis feſtiuitatibus, vel aliqua earumdem, deuote conuenerint, nec non vobis de monaſterio memorato, & alijs, quando, & quoties altaria constructa apud monaſterium memoratum in honorem beati Iacobi Apoſtoli, beati Petri Apoſtoli, beatæ Mariæ Virginis, beati Benedicti, ſancti Quintini, ſancti Bernardi, ſancti Nicolai, ſancti Ioannis, ſancti Gregorij, ſancti Laurentij, & altare conuentus ſancti Saluatoris, nec non beati Bernardi constructum in loco veſtro Florentiæ venerabiliter viſitaueritis, & deuote, quadraginta dies de iniuncta vobis pœnitentia, miſericorditer in Domino relaxamus. Datum apud monaſterium ipſum de Septimo die 25. martij Annunciationis beatæ Mariæ Virginis indictione 3. anno Domini 1330.

Eodem anno 1320. cum in Bonoſolatio perantiquo cœnobio à comite Vgone fundato, monachi Nigri per diuturnum lapſum deteriuiſſent a regula, perque idem tempus monachi Ciſtercienſes in Septimo præſtanti ſanctimoniæ laude florerent M. Antonius Vrſus, vt erat ad omnem pietatis laudem egregie animatus, e Bonoſolatio eiectis, vel emendatis veterno infectis Benedictinis, Ciſtercienſes illuc introducendos curauit, eiſdem per huiuſmodi ſubiectum inſtrumentum tradita illius monaſterij poſſeſſione.

In Chriſti nomine Amen.

Nos Antonius miſeratione diuina Epiſcopus Florentinus &c. Dum ex officij debito Paſtoralis, quo tenemur intendere ad ſtatum & commoda ſubditorum circa ordinationem, & ſtatum monaſterij S. Bartholomæi de Bonoſolatio ordinis ſancti Benedicti Florentinæ diœceſis attenta diligentia penſaremus, inuenimus, & hoc eſt notorium, quod nulla poſt tergum Satan cæl. . , quod ipſum monaſterium propter minus prouidam adminiſtrationem, & regimen Abbatis, & monachorum ipſius graue recepit hactenus, & recipit tota die, & parant, niſi opportuno remedio ſuccurratur, recipere amplius in futurum irreparabile quaſi circa ſpiritualia, & temporalia detrimentum. Inuenimus etiam quod in monaſterio ipſo regularis obſeruantia non ſeruatur. Reperimus quoque Abbatem, & monachos ipſius ab honeſtatis ſemita deuiaſſe hactenus, & damnabiliter deuiare, nec moniti a nobis pluries vitam ſuam, & actus in melius reformarunt. Quare ſuper iis intra nos, & cum nonnullis diſcretis, honeſtiſque perſonis Deum timentibus, & ſcientibus conditionem monaſterij memorati diligenter deliberatione habita contractata, tandem vt ſtatus dicti monaſterij iam collapſus, Deo auctore, vti-

A liter reformetur, poſt multa deliberationis tempora, quæ in prædictis appoſuimus, accurate diuina gratia inſpirante concepimus de monaſterio ſancti Saluatoris de Septimo Ciſtercienſis ordinis Florentinæ diœceſis, quod Abbas, & monachi monaſterij memorati, ſunt viri catholici obſeruantes regulam, honeſtè viuunt, & de ipſorum honeſtis actibus, & vita laudabili auditur ab omnibus nomen bonum, & quod per ipſorum prouidentiam circumſpectam, dictum monaſterium de Septimo creſcit in ſpiritualibus, & temporalibus augetur: vnde firmiter credimus, & ſperamus, quod per ipſos Abbatem, & monachos de Septimo, tamquam per prouidos cultores agri Dominici dictum monaſterium de Bonoſolatio ad viam B rectitudinis Deo auctore ſalubriter reducent; ſi dictum monaſterium de Bonoſolatio dictis Abbati, & monachis de Septimo totaliter conferatur in temporalibus, & ſpiritualibus, pleno iure, & ad vſum ipſius monaſterij de Septimo reducatur, ipſique vniatur, incorporetur, & annectetur omni vinculo vnionis. Occurit & in hoc nobis deuotionis intuitu, quod & nos, & clerus noſter Florentinus habemus ad monaſterium ipſum de Septimo, quæ nos etiam ducit potiſſime ad vnionem, & infraſcripta omnia facienda. Igitur ad honorem omnipotentis Dei, & eius nomine inuocato, prædictis omnibus, & alijs, qui nos nouerint, cum multa deliberatione penſatis monaſterium prædictum de Bonoſolatio cum omnibus & ſingulis iuribus, C & pertinentijs ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus pleno iure irreuocabiliter donamus, ſupponimus, ſubmittimus, incorporamus, vnimus, damus, concedimus, & annectimus eidem monaſterio de Septimo regendum, gubernandum, adminiſtrandum, viſitandum, corrigendum, ordinandum, & reformandum, tam in capite, quam in membris per ipſius monaſterij de Septimo Abbatem, vel alios monachos dicti monaſterij, quos ad hoc idem Abbas de Septimo, qui pro tempore fuerit, duxerit deputandos, prout, & ſicut, quando, & quomodo ſuæ diſcretionis arbitrio, & voluntatis viſum fuerit expedire, & cõuenire: & ordinandum, & reformandum per eundem Abbatem, & monachos ſub inſtitutis regularibus dicti monaſterij de Septimo, tãquam in monaſterio in ius, & proprietatem ipſius monaſterij de Septimo pleno D iure tranſlato, reſeruatis tamen nobis, & Epiſcopatui Florentino cenſu ſui affictu, quem annuatim dicto monaſterio de Bonoſolatio tenetur Epiſcopatui memorato, nec non cum clero Florentino procurationibus, & exactionibus pecuniarum hactenus tantummodo conſuetis. Quibus omnibus, & ſingulis D. Vgo Abbas, & D. Simon Maurus, Vbertus, & Rogerius monachi, capitulum, & conuentus ipſius monaſterij de Bonoſolatio, cum ibi plures non ſint monachi tamquam capitulum, & conuentus ipſius monaſterij de Bonoſolatio conſenſerunt, & ita petierunt, gratanter receperunt, & omni via, modo, & iure, quibus melius potuerunt, acceptauerunt, & approbauerunt expreſſe in principio, medio, atque fine ea omnia, & ſingula dicto modo ſe ſeruaturos inuiolabiliter promiſerunt nomine ſupraſcripto, poſtquam

præfatus venerab. pater &, reuerendi viri domini Lapi monaſterij ſanctæ Mariæ Florentiæ decretorum doctoris circumſpectoris induſtria, & ſolicitudinis ſtudio plene confidens, & volens prædicta effectualiter adimplere, commiſi ipſi domino Lapo, quod religioſū virum D. Andream Abbatem dicti monaſterij de Septimo pro ſe ipſo, & dicto monaſterio, & conuentu de Septimo in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti monaſterij de Bonoſolatio, & eius iurium, & pertinentiarum inducat, tueatur inductum, & ſibi faciat de ipſius monaſterij de bonoſolatio táquam tranſlati in ius, dominium, & proprietatem dicti monaſterij de Septimo, & ad ipſum monaſterium de Septimo totaliter pertinentijs, iuribus omnibus reſponderi, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

Actum Florentiæ in domibus hæredum Perotti Guadagni, quas inhabitat dictus dominus Epiſcopus Florentinus, præſentibus teſtibus, domino Batone de ſancto Miniate, & D. Pariſio Plebano Plebis de Valia vicario dicti domini Epiſcopi, domino Antonio priore Eccleſiæ ſancti Martini de Veſpiagno Florentinæ diœceſis, & alijs multis die 10. octobris. 1320. Indict. 4.

Item die 11. dicti menſis, actum apud dictum monaſterium de Bonoſolatio, præſentibus teſtibus Natio Puccij vocato Papzo, Bartholomæo Pauli, Paulo Miglioris Foroſæ, Ciarde de Spugnole, & alijs. Prælatus dominus Lapus executor, mandatum ſibi iniunctum volens exequi ireuerenter accedens ad ipſum monaſterium de Bonoſolatio vna cum domino Andrea Abbate monaſterij de Septimo ipſum præſentem, & recipientem pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & dicto monaſterio, & conuentu auctoritate dicti venerabilis patris induxit, & poſuit in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti monaſterij de Bonoſolatio, & iurium, & pertinentiarum eius ſpiritualium, & temporalium, ducendo ipſum in domos, & clauſtra, & Eccleſiam dicti monaſterij, & tradendo eidem pannos altaris dicti monaſterij in manibus ſuis pro omnibus alijs bonis, locis, & iuribus ad ipſum monaſterium de Bonoſolatio ſpectantibus: ac dicenti eidem domino Andreæ Abbati: In omnibus, & ſingulis actibus ſupraſcriptis publicè, & palam auctoritate domini Epiſcopi Floreotini trado tibi recipienti pro te, & tuo monaſterio corporalem poſſeſſionem huius monaſterij de Bonoiolatio, & iurium, & pertinentiarum eius temporalium, & ſpiritualium, & eſto poſſeſſor eorum legitimus, & verus tanquam monaſterij ad te, & tuum monaſterium in temporalibus, & ſpiritualibus pleno iure ſpectantur. Quicquid D. Andreas Abbas nomine ſupradicto aſſeruit, & conuentum monaſterij prædictum de Septimo, poſſeſſionem dicti ſui monaſterij de Bonoiolatio apprehendiſſe, ipſumque monaſterium de Bonoſolatio & virtute ſua, corpore & animo poſſidere, ſemper in principio, medio, fine, proteſtando quod prædictam tenutam, & poſſeſſionem recipit, & acceptat, ſi etiam in quantum placebit capitulo epiſcopali, quod quidem patebit per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo reueteodi patris Abbatis Ciſtercij, nec non prout, & ſicut Ciſtercienſis ordo permittit, & in eiuſdem ordinis priuilegijs continetur. Ibidem, & ad omnia præſentibus, & conſentientibus, & volentibus dictis, domino Vgone Abbate, dominis Simone, & Rogerio monachis, & conuentu dicti monaſterij de Bonoſolatio.

Item eodem anno, & indictione die 29. nouembris actum Florentiæ in dictis domibus hæredum Perotti Guadagni, præſentibus teſtibus dicto domino Lapo monacho monaſterij ſanctæ Mariæ Florentiæ, & D. Saluio de Faſulgineo capellano dicti domini Epiſcopi, & alijs, dictus dominus Abbas de Septimo pro ſe, & conuentu dicti monaſterij de Septimo habita licentia, & beneplacito capituli generalis, de quo patet per literas ipſius D. Abbatis Ciſtercij ſigillo ſigillatas, vnionem, incorporationem, donationem, & omnia ſupradicta pure, & libere acceptat ſecundum quod Ciſtercienſis ordo, & ipſius ſtatuta permittunt, in præſentia dicti domini Epiſcopi Florentini ob hoc ſpecialiter conſtituti.

In Chriſti nomine Amen. Anno, & indictione prædicta, die 19. decembris. Actum in dicto loco, & præſentibus teſtibus dicto domino Lapo, & D. Cantino Plebano Plebis de Cerreto, domino Bartolo capellano dicti domini Epiſcopi, & alijs reuerendis viris, domino Stephano Giandonato, Friderico, Simone, & Manno canonicis, & capitulo maioris Eccleſiæ Florentinæ, & ipſo domino Manno vices in hac parte gerente, vt dixerant, domini Ioannis Præpoſiti pro infraſcriptis, agendis ad capitulum, & tamquam capitulum ipſius Eccleſiæ ad præſens reſidentibus in eadem coram venerab. patre prædicto inſimul congregatis, & approbantibus, & ratificantibus ſupradicta lecta, & expoſita coram eis, idem pater vna cum prædictis canonicis, & capitulo præhabito ſuper hoc diligenti colloquio, tractatu, & deliberatione ſolemni de ipſorum canonicorum capituli expreſſo conſenſu, & voanimi voluntate monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio prædictum cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis monaſterio ſancti Saluatoris de Septimo ſupradicto, & domino Andreæ eiuſdem monaſterij digniſsimo Abbati præſenti, conſentienti, & recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis pleno iure. Item vniuit, annexuit, & incorporauit vnionis vinculo in omnibus, & per omnia, vt præfertur.

Exemplum Literæ venerab. Patris Abbatis Ciſtercij.

Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de monte Acuto, & de ſancto Galgano F. Guilelmus Abbas Ciſtercij ſalutem, & paternæ fauoris affectum.

Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi tu potes, ſic erit ſemen tuum dicit Dominus Patriarchæ. Quod chariſſimi in Chriſto filij de ordine noſtro congrue exponitur, qui Deo auctore, ex quo ſumpſit exordium, quotidie dilatatur. Reuerend. itaque pater & dominus Epiſcopus de Florentia per venerab. Coabbatem noſtrum de Septimo nobis inſinuari curauit, quod ipſe inſtinctu Spiritus ſancti diſpoſuit ſe monaſterium vnum de ordine noſtro, in epiſcopatu ſuo conſtructurum. Quocirca deuotioni veſtræ committimus tenore præſentium, & man-

mandamus, quatenus ad dictum locum vna cum fratre Raynerio monacho Claraeuallis perſonaliter accedatis, ſi locus congruus fuerit, & facultates; & redditus ſuppetunt competenter, faciatis, quod honori ordinis, & promotioni videritis faciendum. Et quid inde feceritis, ſequenti capitulo referatis. Datum in Ciſtercio in vigilia beati Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

Anno Domini MCCCXX. die 14. nouembris. Pateat omnibus euidenter, nos fratrem Galganum Abbatem ſancti Saluatoris de monte Acuto, & Fr. Talentum Abbatem ſancti Galgani a venerabili patre, & domino, domino Guillelmo Abbate Ciſtercij recepiſſe literas tenoris ſequentis, videlicet: Venerabilibus, & in Chriſto chariſsimis Coabbatibus ſuis de monte Acuto, & de ſancto Galgano Fr. Guillelmus Abbas Ciſtercij ſalutem, & paterni fauoris affectum. Datas in Ciſtercio in vigilia beati Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

Cum ergo venerabilis pater, & dominus, dominus Antonius Dei gratia Epiſcopus Florentinus prædictus domino Andreæ Abbati de Septimo ſupradictum monaſterium Nigrorum ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio pleno iure tradiderit, vt patet per publicum inſtrumentum rogatum per dominum Benedictum notariũ D. Epiſcopi ſupradicti, & dominus Andreas Abbas de Septimo ſæpe dictus ſub hac conditione dictum monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio pleno iure recepit, videlicet ſi placebit capitulo generali & vt hoc pateat per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo venerab. patris domini Abbatis de Ciſtercio, nos de monte Acuto, & de ſancto Galgano Abbates prædicti vna cum domino Raynerio monacho Claræuallis prædicto, tanquam inſpectores miſsi, vt patet ſupradicto literarum tenore domini Abbatis Ciſtercij. Ideoque ego ſupradictus F. Talentus dictus Abbas ſancti Galgani vna cum domino Raynerio monacho Claræuallis ſupradicto in dicto monaſterio de Bonoſolatio ſingulariter fuimus, & diligenter loca ipſius monaſterij inſpeximus, & ea loca eſſe ad ſuſtentationem Abbatis, & conuentus noſtri ordinis approbamus, & ne animus reuerendi patris, ac domini, domini Antonij Dei gratia Epiſcopi Florentini diutina expectatione fatigetur, de ſufficientia dicti loci ad ſuſtentandum Abbatem, & conuentum noſtri ordinis. Ego F. Galganus dictus Abbas montis Acuti, multis, & arduis negotijs impeditus ad locum prædictum accedere non valens, & volens dicti D. Florentini Epiſcopi deuotioni velociter cum gaudio, & exultatione occurrere, certam habens experientiam de bonitate, & fidelitate illorum duorum dominorum, qui perſonaliter ad prædictum monaſterium acceſſerunt, per dictum locum ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio vna cum ſupradictis commiſſarijs duximus acceptandum, ita vt deinceps Abbati de Septimo liceat vnum conuentum, & Abbatem inſtituere ſecundum noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta. In cuius rei teſtimonium ſigillũ noſtrum, vna cum ſigillo domini Raynerij memorati præſentibus duximus apponendum.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis pateat

A euidenter, quod cum venerabilis pater dominus Antonius Dei gratia Epiſcopus Florentinus promiſit nobis fratri Andreæ Abbati de Septimo Ciſtercienſis ordinis, & eiuſdem Florentinæ diœceſis ob ſpecialem deuotionem, & amorem, quem ſemper erga noſtrum monaſterium, & fratres noſcitur habuiſſe, monaſterium Nigrorum ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio præfatæ diœceſis cum omnibus ſuis iuribus tam ſpiritualibus, quam temporalibus noſtro præfato monaſterio de Septimo, dare, tradere, concedere, incorporare, & vnire, & nos ſuper hoc ſcripſimus capitulo generali, obtinuimusque licentiam ab eodem ipſum monaſterium de Bonoſolatio prædicto modo acceptandi, & recipiendi, vt patet ex literis reuerendi patris

B domini Guilelmi Abbatis Ciſtercij, ſigillo pendenti munitis. Factaque inſuper fuit inſpectio, & approbatio die 14. menſis nouembris, anno Domini 1320. per venerabiles in Chriſto patres dominũ Galganum de monte Acuto, & Talentum de ſancto Galgano Abbates, & per religioſum virum dominum Raynerium monachum Claræuallis in partibus Italiæ viſitatór ſecundum commiſſionem ipſius factam à dicto capitulo generali, prout in eiſdem domini Ciſtercienſis literis continebatur. Item dominus Epiſcopus Florentinus de voluntate ſui capituli, & aſſenſu, nec non de voluntate, & aſſenſu domini Vgonis tunc Abbatis ipſius monaſterij & monachorũ, videlicet dominorũ Simonis, Vberti, Mauri, & Rogerij monaſterij præfati

C ſuam Abbatiam ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio ſuæ Florentinæ diœceſis ad ipſum dominum Epiſcopum antedictum pleno iure ſpectantem cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, & bonis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, locis, & perſonis ad dictum monaſterium de iure pertinentibus, monaſterio, & Abbati prædicto ſancti Saluatoris de Septimo, dedit, tradidit, & conceſsit, incorporauit, & vniuit omni iure, modo, & forma, quibus melius potuit, vt patet per publicum inſtrumentum per manum Fr. Benedicti Martini notarij domini Epiſcopi antedicti. Item dictus dominus Vgo Abbas monaſterij ſancti Bartholomæi ſæpe dicti renunciauit officio Abbatiatus, vt patet ex publico inſtrumento per manum F. Aginetti de campo de ipſa renunciatione confecto. Nos vero F. Andreas Abbas præfati monaſterij de

D Septimo, in cuius manibus prædicta traditio, ſiue conceſſio, & vnio, nec non præfati D. Vgonis renunciatio, & oblatio facta, eſt, cupientes vt decet auctoritate paterna, monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio deinceps filiam noſtram de Abbate, atque conuentu reformare idoneis iuxta noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta, die vltima decembris proxime ſubſequentis in noſtro monaſterio capitulo noſtro congregato conuentu, & de ipſorum conſilio, de ipſis noſtris monachis in prædicto monaſterio Bonſolatij duodecim duximus eligendos, & pronunciandos tanquam capitulum & conuentum monaſterij de Bonoſolatio ſæpe fati, videlicet dominos Franciſcum, Ioannem primum, Bartholomæum, Guidonem, Nicolaum, Matthæum, Ioannem ſecundum, Bernardinum, Laurentium, Gratiam, Paulum, & Remigium.

Quibus duodecim monachis tamquam capitulo, A & conuentui ibidem, & coram omnibus iniunximus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcepimus, vt priuato commodo, odio, & amore poſtpoſito fideliter, & ſecundum conſcientiam ſibi deberent de Abbate idoneo prouidere. Ipſi vero mandato noſtro reuerenter ſuſcepto eccleſiam ad oratiunē intrantes, ac ſacriſtiæ domum ad electionis negocium exercendum ſe contulerunt in partem Spiritus ſancti auxilio inuocato, & ſcrutinio per nos cū ſuperiore a lectore noſtro diligenter peracto, vnanimiter nullo penitus diſcordante D. Bernardum noſtri monaſterij tunc Priorem pariter elegerunt, atque in capitulo reducentes electam perſonam ſibi in Abbatem confirmauerunt, vt a nobis inſtantius petiuerant. Nos autem electionem ipſam canqnice, & dignè, ac de perſona ſufficienti, & idonea, atque inter nos diu probata, & cognita celebratam acceptauimus, & ratificauimus, & ad maiorem cautelam nihilominus eundem elegimus per nos ipſos. Et præfatum dominum Bernardum diu renitentem, ſed tandem conſentientem, de noſtra licentia, & mandato, auctoritate paterna cōfirmauimus, & confirmamus in Abbatē Boniſolatij antedicti, hymno Te Deum laudamus cantato, atque eidem in ſtallo Abbatis in choro, vt moris eſt, a nobis poſito, tradidimus ſigilla monaſterij prælibati cum adminiſtratione ſpiritualium, & tēporalium iuxta morem noſtri Ciſtercienſis ordinis conſuetum. Inſuper vero poſtea nos præfatus Abbas de Septimo die 4. menſis ianuarij proximè ſequentis ad dictum monaſterium ſancti Bartholomæi perſonaliter accedentes, ipſum dominum Bernardum tanquam verum, & legitimum ipſius monaſterij Abbatem, & dominos Bartolum, & Guidonem monschos, & procuratores dicti monaſterij de Bonoſolatio ad hoc ſpecialiter deputatos, nomine, & vice totius conuentus in corporalem miſimus poſſeſſionem, ſicut patet in inſtrumento facto manu F. Aginetti prædicti. Præterea nos F. Andreas Abbas de Septimo attendentes pecuniā, & tenuitatem redditu um monaſterij ſancti Bartholomæi in Bonoſolatio ſupradictæ filiæ noſtræ, & multitudinem expenſarum ipſo initio fiendarū, necnon & laborem, & difficultatem initiandi in Chriſto monaſt, atque attendentes domum, & ædificia, quæ ruebant, & alia quamplurima neceſſaria, de voluntate totius noſtri conuentus in capitulo congregati die vltima menſis decembris antedicti anni, nullo penitus diſſenſiente prouidere eiſdem promiſimus ſufficienter toti conuentui in prædicto monaſterio de Bonoſolatio, ſicut noſtris tam in veſtimentis, & calceamentis, quam etiam in alimentis in domo noſtra Florentiæ, necnon & infirmatorio noſtro ad expenſas noſtri monaſterij de Septimo, vſquequo ipſi bene ſufficienter fecerint ſibi de ſuis redditibus prouideri. Et ad hæc omnia obſeruanda Abbatis, & conuentus conſcientiæ remaneant obligatæ. Poſtea vero ſub anno Domini 1321. die 17. menſis iunij ad perpetuam pacem, & tranquillitatem vtriuſque conuētus, & vt materia murmuris euitetur, deliberauimus dare prædicto Abbati de Bonoſolatio pro ſupradictis veſtimentis, & calceamentis pro perſona ſua, & duodecim monachorum ad rationem librarum quindecim pro quolibet monacho, & lib. 20. pro perſona ſua. In ſumma lib. 200. Florentinorum pro vobis, quolibet anno de menſe maij, & hoc tanto tempore fiet eis, quouſque poſſint de ſuis proprijs redditibus ſe veſtire, vel quouſque augere incipiat numerus duodecim monachorum. Præſtauimus etiam eis florenos aureos 100. pro termino quinque annorum ſub iſta conditione, quod ſi non poſſent eos reddere infra dictum tempus, teneantur ipſi ſoluere vſuras ab illo tempore vltra.

In quorum omnium teſtimonium ſigillum duximus apponendum, & in libro ſolemni conuentus deſcribi mandamus ſub anno Domini 1320. 30. die menſis de-
B *cembris.*

Poſt hæc autem, & alia egregia opera Antonius Vrſus deceſſit anno 1321. menſe Iulio, ſepultus in cathedrali in marmoreo tumulo, nulla inſcriptione exornato, quod Franciſcus de Barberino, vir eximius eius conſanguineus ibidem parari iuſſerat. Quo tempore Rauennæ obijt Dantes Aligerus poeta noſter: ibidem iacet ad ſanctum Franciſcum cum hoc epitaphio.

Iura Monarchiæ ſuperos, Phlegethonta, lacuſque
Luſtrando cecini, voluerunt ſata quouſque.
Sed quia pars ceſsit melioribus hoſpita caſtris,
Auctoremque ſuum petijt felicior aſtris:
C *Hic claudor DANTES patrijs extorris ab oris,*
Quem genuit parui Florentia mater Amoris.
Obijt anno ætatis lvi. M. CCC. XXI.

In Metropolitana Florentina eiuſdem poetæ vetuſta effigies in tabula depicta vaticinantis habitu ſpectatur, ſubſcripto hoc epigrammate:

Qui cælum cecinit, mediumque, imumque tribunal.
Luſtrauitque animo cuncta poeta ſuo:
Doctus adeſt DANTES, ſua quem Florentia ſæpè
Senſit conſilijs, & pietate patrem.
Non potuit tanto mors ſæua nocere poetæ,
Quem viuum virtus, carmen, imago facit.

Cæterum poſt Antonij obitum in Florentina ſede
D duorum omnino annorum extitit interregnum. Cuius diuturnioris vacationis cauſam mihi probè videor eruiſſe ex quodam diplomate Ioannis xxij. Pontificis, quod adhuc in archiuio Archiepiſcopali aſſeruatur ſexto anno eiuſdem pontificatus procuſum, caditque prorſus in annum 1321. die 29. menſis Iulij, quo Pontifex cauet, ne collegiatarum deinceps capitula ſibi crearent Epiſcopos, trahitque ius illud electionum ad Apoſtolicam ſedem, cuius arbitrium eccleſiæ illæ videbantur intueri. Quamobrem cum Pontifex ſemel illud ius ſuum decreto firmatum defenderet, capitulum autem Flotentinum ad antiquam libertatem in eligendo reſpiceret, Vvillelmumque Freſcobaldum, tum & Fridericum de Bardis Præſules ſucceſsiuè renunciaſſet, tametſi, abnuente Pontifice, irrito conatu, ex illa contentione factum crediderim, cur duo anni Pontifice vacui decurrerint: ſubijciemus autem diploma, vt vnde hoc hauſimus, liquidius perſpiciatur.

IOAN.

IOANNES EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

In Apoſtolicæ ſolicitudinis ſpecula ſuper vniuerſas orbis eccleſias diuina prouidentia, quamuis immeriti conſtituti, ad hoc deſiderijs promptis intendimus, & feruentibus ſtudijs laboramus, vt eccleſiæ paſtorum regiminibus deſtitutæ non precum oppreſſorum incurſibus, nec in ouile dominicum per impreſſionem nefariam, & procacem potentiam minus canonicè habeatur ingreſſus. Statu igitur Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, aliarumque collegiatarum eccleſiarum, necnon Abbatiarum, monaſteriorum, & aliorum locorum regularium, ad quorum regimina per electionem Prælati conſueuerunt aſſumi, tam in terris Italiæ Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubiectis, quam in Patriarchatu Aquileienſi, necnon in Mediolanenſi, Rauennatenſi, Ianuenſi, & Piſano prouincijs, & in tota Tuſcia conſiſtentium, quas, & quæ frequenter, prout experientia docuit retroactis temporibus, & hucuſque continuata malitia temporis in earum prouiſionibus varijs cognoſcitur diſcriminibus ſubieciſſe, noſtræ mentis obtutibus occurrente, ac propterea ſimilibus in poſterum obuiare periculis, donec faciente Domino ſublata procella temporis impacati, eiuſdem Eccleſijs, & perſonis, ipſarumque plena in eligendo ſecuritas miniſtretur, ſolicitis affectibus cupientes, prouiſiones omnium Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, & aliarum quarumlibet Eccleſiarum collegiatarum ſecularium, necnon Abbatiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum quorumlibet piorum locorum, conſiſtentium in terris, Patriarchatu, & prouincijs ſupradictis, ad quas, vel quos, ſeu quæ Prælati conſueuerunt, ſeu debent per electionem aſſumi, diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ, & ſedis Apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio, vſque ad eiuſdem ſedis beneplacitum, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine reſeruamus, auctoritate Apoſtolica vniuerſis Eccleſiarum, Abbatiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum prædictorum, capitulis, collegijs, conuentibus, & perſonis diſtrictius inhibentes, ne in eiſdem ad aliquam electionem, nominationem, poſtulationem, ſeu prouiſionem quamcumque, cum tempus vacationis ingruerit, vel ſi forte immineat de præſenti procedere quocumque modo præſumant, abſque ſedis eiuſdem auctoritate, & licentia ſpeciali. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquam contra reſeruationem, & inhibitionem noſtras huiuſmodi a prædictis capitulis, collegijs, cõuentibus, & alijs quibuſcumque perſonis, quauis auctoritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere. &c.

Datum Auenione 3. Kal. auguſti, pontificatus noſtri anno 6.

Inſecuto item anno 1322. Florentina Eccleſia adhuc paſtore vacante; idem Ioannes Pontifex, ad publicæ Florentinæ rei poſtulata, eccleſiaſticos coegit, vt pro rata portione, reficiendis ciuitatis muris concurrerent, in cuius rei executionem, has

A ſubiectas bullas ad Epiſcopos Volaterranenſem, ac Piſtorienſem direxit.

IOANNES EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabilibus fratribus Piſtorienſi, & Volaterranenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Florentiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilectorum filiorum communis Florentiæ nuper fuit expoſitum coram nobis, quod cum ciuitas Florentiæ murorum careat ambitu in aliqua ſui parte, propter quod ſuorum patebat periculosè nimium aggreſſibus æmulorũ, ipſi tam dictæ ciuitatis, quam diſtrictus eiuſdem incolis volentes ſuper hoc ſalubrius prouidere,

B partem ipſam murorum præſidio communire decreuerunt. Sanè quia conſideratis honoribus varijs, quibus tam pro defenſione ciuitatis eiuſdem, quã pro ſubſidijs Eccleſiæ, ac fidelibus illarum partiũ impenſis, ac etiam impendendis adeo commune prægrauatur prædictum, quod ad ea non ſufficiant vires eius, nobis fecerint humiliter ſupplicare, vt partes eccleſiaſticas, totumque clerum ciuitatis, & diœceſis Florentinæ, tam exempti, quam non exempti ad præſtandum moderatum ſubſidium in conſtructione dictorum murorum conuertendũ compelli mandemus. Nos itaque quantum eccleſiam, clerumque deceat ciuitatis, & diœceſis Florentinæ ſalus eiuſdem ciuitatis contingat, conſiderantes attentè, illamque non indignè intenſis

C deſiderijs affectantes, dilectis filijs Eccleſiæ Florentinæ ad præſens paſtore carentis damus alijs noſtris certi tenoris literis in mandatis, vt præmiſſa cogitantes ſolicitudine tã ipſi iuxta mẽſæ epiſcopalis eius Eccleſiæ facultates de moderato ſubſidio in conſtructione huiuſmodi ſubuenire, quam partes eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas deceat ciuitatem, & diœceſim faciendum, ac eos inducere, & ſi opus fuerit compellere non omittant. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolicam ſcripturam committimus, & mandamus, quatenus vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios, tam prædictos vicarios, quam perſonas alias eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas ciuitatis, & diœceſis prædictarum, ſi, & quando præfatus vicarius circa præmiſſa ſe redderet tepidum, & re-

D miſſum, ad ea compellere per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita ſtudeatis, non obſtantibus, &c. Si eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, eorumque ordinis, & perſonis, & nominibus proprijs mentionem.

Datum Auenione 7. idus martij, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Sed pene mente exciderat, quod Antonius Epiſcopus, in quo capituli electio ceſſauit, cum eſſet eximia in omnes liberalitate clarus, morte præuentus pauper apparuit, vel nihil, vel parum apud ipſum inuentum eſt; res enim ſuas non modo dum viueret Franciſco de Barberino conſanguineo ſuo alijſque dono dederat, verum & pecunias, quas

ſuo-

ſubſidium, Terræ ſanctæ collegerat, dum Nuncij, & ſpoliorum collectoris per Hetturiam, munere fungeretur, effuſa liberalitate diſperſit in pauperes, id cum in graue Apoſtolicæ ſedis damnum actum intellexiſſet Ioannes xxij. Florentiæ, Petrum de Banis Archidiaconum de Comballæ, ac Petrum Raymundi ordinis Prædicatorum procuratorem, ſuos ſpeciales direxit Nuncios, vt in eiuſdem Epiſcopi bonorum detentores, abſque iudicij figura procedétes, pecunias apoſtolico ærario debitas recuperarent. Horum acta aſſeruantur in archiuio Feſulani epiſcopatus, in quibus Ioannis Pontificis bullæ ab originali hiſce verbis conceptæ reperiuntur.

IOANNES EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Petro de Banis Archidiacono Comballæ in Eccleſia Lemouicenſi, & Petro Raymundi ordinis Prædicatorum, eiuſdem ordinis procuratori Apoſtolicæ ſedis Nuncijs, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Accepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Florentinus decimam, redditũum, & prouentuum eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in cõcilio Vienn. pro ſubſidio Terræ ſanctæ auctoritate apoſtolica in hac parte ſibi commiſſa per ſe, & ſubcollectorem, ſeu ſubcollectores deputatos ab eo in ciuitate, & diœceſi Florentina duxerit colligendam. Demum tamen eodem Epiſcopo de præſenti vita ſublato, ipſius pecunia decimæ, propter negligẽtiam per eumdem Epiſcopum in ipſius pecuniæ commiſſa cuſtodia reperiri non poteſt in ipſius Terræ ſanctæ graue diſpendium, & præiudicium manifeſtum. Cum igitur quædam immobilia bona per dictum Epiſcopum ſuo proprio, & priuato nomine, & non nomine Florentinæ, vel alicuius alterius Eccleſiæ per ſe, vel per alium, ſeu alios empta, vel aliter acquiſita, dum viueret, quæ ad quoſdam ipſius Epiſcopi conſanguineos poſt eius obitum peruenerunt, necnon etiam diuerſa bona mobilia, quæ fuerunt Epiſcopi memorati, quæ omnia obligata Romanæ Eccleſiæ pro dicta decima remanſerunt, pro certa parte ad quoſdam de conſanguineis ſupradictis, & quædam ad familiares quoſdam ipſius, & pro reliqua parte ad executores teſtamenti eiuſdem Epiſcopi, & quoſdam alios perueniſſe dicantur, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ſuper ijs ſimpliciter, & de plano, ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vos plenius informatos, prædicta tam immobilia, quam mobilia bona, ſiue in pecunia, vaſis argenteis, iocalibus, libris, vtenſilibus, ac quibuſdam alijs rebus conſiſtent, vobis nomine noſtro, & eiuſdem Eccleſiæ Romanæ faciatis pro ſatisfactione dictæ decimæ integraliter aſſignari; eos ad id ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo: quod ſi forte prædicta immobilia, & mobilia bona non ſufficerent ad ſatisfactionem integram decimæ ſupradictæ, vos reſiduum, quod ſuper hoc deeſſe contigerit, facientes vobis per capitulũ dictæ Eccleſiæ de bonis menſæ epiſcopalis A eiuſdem Eccleſiæ cum integritate ſuppleri; & ſine diminutione perſolui, ad id prædictum capitulum cenſura ſimili compellendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, facientes eos, qui excommunic. ſententiam propter hoc per vos proferendam incurrerint, in maiori Eccleſia Florentina, & alijs Eccleſijs, & locis Florentinæ ciuitatis, & diœceſis, de quibus expedire videritis nominandis, excommunicatos publicè nunciari. Non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volu-B mus autem, quod de ijs, quæ pro dicta decima receperitis a detentoribus, & executoribus antedictis, eos quitetis, & etiam abſoluatis.

Datum Auenion. xij. Kal. auguſti, pontificatus noſtri anno ſexto.

IOANNES EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Petro de Banis Archidiacono Comballæ in Eccleſia Lemouicenſi, & Petro Raymundi ordinis fratrum Prædicatorum, eiuſdem ordinis procuratori, Apoſtolicæ ſedis Nuncijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Accepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Florentinus decimam redditũum, & prouentuum C eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in concilio Viennenſi pro ſubſidio Terræ ſanctæ, auctoritate apoſtolica in hac ſibi parte commiſſa per ſe, vel ſubcollectorem, aut ſubcollectores deputatos ab eo in ciuitate, & diœceſi Florentina duxit colligendam. Demum tamen eodem Epiſcopo de præſenti vita ſublato, ipſius decimæ pecuniam per eos, apud quos depoſita fuerat per eũdem, in ipſius Terræ ſanctæ diſpendium, & manifeſtum præiudicium occultatur. Nos igitur ad recuperationem ipſius pecuniæ diligentiæ diſcretionis veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alterum per vos, vel alium, ſeu alios, generaliter in maiori, & alijs eccleſijs Florentinis, vniuerſos, & ſingulos ipſius pecuniæ detentores, ac ſcientes detentores eoſdem, tam clericos, quam laicos, cuiuſcumque D conditionis exiſtant, ex parte noſtra monere curetis, vt in terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, ijdem detentores prædictam pecuniam nomine noſtro, & Eccleſiæ Romanæ integrè vobis reſtituant, & conſignent, ipſique ſcientes vobis detentores prædictos ſtudeant reuelare, alioquin elapſo termino in detentores, & ſcientes prædictos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, facientes illam in prædictis, & alijs Eccleſijs, & locis Florentinæ diœceſis, de quibus vobis videbitur, quotiens, & quando crediderits expedire ſolemniter publicari, non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum

bum de indulto huiuſmodi mentionem, volumus autem quod eos, per quos fiet reſtitutio pecuniæ decimæ ſupradictæ, de ſumma illa quam vobis reſtitui contigerit, quitetis, & etiam abſoluatis.

Datum Auenione Kalen. auguſti Pontificatus noſtri anno ſexto.

Quomodo vero Franciſcus de Barberino ab Apoſtolicis nuncijs moleſtijs ſe exemerit, ita docent acta prædicta. *Conſtitutus coram dominis collectoribus D. Franciſcus de Barberino ſe excuſando a dicta inquiſitione dixit, quod ad eum de bonis, de quibus inquiritur, nihil peruenit nec de ipſis quicquam habet, tamen dicit quod credebat, vt quæ repetitionis quam fecerunt, & faciunt dicti domini collectores de dictis bonis, quantum ad immobilia ſi quid habuiſſent, quod negat, licite potuiſſe habere virtute cuiuſdam donationis ei factæ a bonæ memoriæ D. Antonio olim Epiſcopo Florentino, & etiam vigore & occaſione cuiuſdam ſummæ pecuniæ, quam dictus dominus Franciſcus dederat certis pauperibus, qui adhuc viuunt, ad preces dicti domini Epiſcopi, promittens ei reſtituere, & quam ipſe dominus Epiſcopus tenebatur ſibi reddere, ſecundum quod ſcriptum fuit in teſtamento d. D. Epiſcopi, & etiam occaſione magnæ pecuniæ quantitatis, quam ipſe Franciſcus de ſua propria pecunia impendit, & pro exequijs & ſepultura, & ſeptima pro anima, & funere, & circa funus d. D. Epiſcopi, & in debitis, quæ habebat tempore mortis d. D. Epiſcopi, & in quodam ſepulchro fabricato pro corpore d. D. Epiſcopi centum ſunicis pauperum, & pro prouiſione facta, & ſolutione ſalariorum familiarium eius, & in ſatisfactione facta medicis, & pro medicinis, & victu familiæ tempore infirmitatis d. D. Epiſcopi, & multis alijs, de quibus ad mandatum dictorum dominorum legatorum poſſunt inſtrumenta publica oſtendi.*



40. FRANCISCVS de Siluestris è Cingulo, antiqua Marchiæ ciuitate nobili genere ortus, Baldi ex Petra Varana filius, I. V. inſignis doctor, ſacrarum literarum ſtudijs eruditus, morum ſuauitate ſingularia, eloquentia, pietate, conſtantia, ac in rebus agendis, ijs difficillimis temporibus, eximia prudentia commendandus, qui licet maxima cum laude Senogalienſi primum Eccleſiæ, poſtea Ariminenſi præeſſet, ac prodeſſet, à Ioanne tamen xxij. in gratiam Reip. Florentinæ ad hanc eccleſiam, translatus eſt anno 1323. vt perſpicue ex diplomatibus ad ipſum aliosque directis eruitur in Vaticano Regeſto.

A *Venerabili fratri Franciſco Epiſcopo Florentino Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.* Ad prouidentiam Apoſtolicæ Sedis, &c. Olim ſiquidem bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Florentino Eccleſiæ Florētinæ ad eandem Romanam Eccleſiam nullo mediante pertinentis regimini præſidente, nos cupientes ipſi Eccleſiæ Florentinæ, cum eam per ipſius Epiſcopi obitum, vel alio quouis modo vacare cōtingeret, per eiuſdem ſedis prouidentiam, perſonam deuotione probatam, & alias idoneam per fidem, prouiſionem eiuſdem Eccleſiæ Florentinæ, cum ſic vacaret, diſpoſitioni noſtræ, ac ipſius ſedis duximus reſeruandam, decernendo ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contin- B geret attentari. Poſtmodum vero dicto Epiſcopo in illis partibus viam vniuerſæ carnis ingreſſo, nos attendentes, quod nullus præter nos de ordinatione ipſius Eccleſiæ Florentinæ ſe hac vice intromittere poteſt, reſeruatione huiuſmodi obſiſtente, de præficiendo eidem Eccleſiæ Florentinæ, ne prolixioris vacationis exponeretur incōmodis, vtilem, approbatamque perſonam cogitare cœpimus diligenter, & poſt deliberationem, quam cum fratribus noſtris ſuper hoc obtentam, huiuſmodi demum recenſentes tuarum virtutum merita nobis, & eiſdem fratribus non ignota, quæ te nobis, & ipſis acceptabilem repræſentant, ad perſonam tuam C oculos conuertimus noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione diſcuſſis, te a vinculo, quo Eccleſiæ Ariminenſi, cui tunc præeras, tenebaris, de fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, te ad Eccleſiam Florentinam transferimus antedictam, teque ipſi Eccleſiæ Florentinæ præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Florentinæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, liberam tibi dantes licentiam ad ipſam Eccleſiam Florentinam tranſeundi, &c.

Datum Auenione id. martij anno domini 1323. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Anno 1325. cura, & beneficio Franciſci Epi- D ſcopi celebre Ciſtercienſis ordinis cœnobium ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Ciſtello in hac vrbe ad Pintianam portā initium ſumpſit, primoſque ad illud inhabitādum monachos miſit Andreas Abbas Septimianus ex proprio ſuo cœnobio: de qua re noſter eruditur Baccetius lib. 3. Sept. Hiſt.

Anno 1327. in Cathedrali ſaluberrimam Franciſcus ſynodum celebrauit, in qua vt optimis decretis cleri prolapſos mores opportuniſsime caſtigauit, ſic deterrimum illum iugulauit abuſum, quo ab eccleſiarum rectoribus prædabundus populus in die natiuitatis ac reſurrectionis Domini nomine ſtrenæ, ita violenter extorquebat, vt rapientium plerumque manus non tam præda repletæ, quam vim vi repellentium fœdiſsime cruore maderent. Franciſcus igitur contra raptores minaciſsime edixit, compeſcuitque furorem. Res quia abunde docet, quam ſemel contempti abuſus in ſcelus degenerent, mihi ſane digna viſa eſt, quæ ex catasto Septimiani Archiuij pag. 203. ex fide deſcripta, hic ad perēnitatem facti ſubij ceretur

Fran-

Franciſcus miſeratione diuina Epiſcopus Florentinus, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

Cum paſtoralis officij facit nos de ſubditorum noſtrorum gubernatione ſollicitos, vt de illorum ſalute, ſtatuque ſalubri, meditatione anxia cogitantes, illis quæ ſalubria fuerint &c. De immunitate Eccleſiarũ &c. Quia in pleriſque locis nobis ſubiectis, nonnulli tam mares quam mulieres noſtræ iuriſdictioni ſuppoſiti rectoribus Eccleſiarum in feſtiuitatibus Natalis, & Reſurrectionis Domini, & certis alijs diebus, prætextu quarundam abuſionum, quæ verius dicuntur corruptelæ, artocreas, ſeu tortas, agnellos benedictos panem, & vinum, & nonnulla alia, & caſeatas ſecundum temporis qualitatem, non ex deuotione, ſed quadã indeuotione, vel potius per ingluuiem exigunt, & extorquent, ac in dictis feſtiuitatibus & diebus officiales in parochijs conſtituunt, qui panem, & vinum à rectoribus eccleſiarum recipiunt, exigunt, & extorquent, rapiunt, & conſumunt non ſolum inter volentes recipere, diſtribuendo, ſed & panem canibus proijciendo, & vinum quod bibere non poſſunt, per terram fundendo, & etiam vaſa ipſorum frangendo, quibus deinde ebrietas inſurgit & fiunt rixæ inter eos, de quibus multoties homicidia, & mutilationes membrorum ſequuntur, & ijs non contenti, alijs diebus ex debito petunt ſibi dari, & fieri conuiuia, velint nolint, per rectores prædictos: et cumulantes mala malis, & peiora peſſimis in non modicam Dei offenſam, & Sanctorum ipſius contra canonica inſtituta pro libito voluntatis, & multoties contra voluntatem rectorum, nec non in eorum animarum periculum, & ipſorum rectorum, & eccleſiarum non modicum detrimentum, in eccleſijs aliquibus, & pijs locis tam ciuitatis, quam diœceſis operarios conſtituunt, ſeu guardianos, œconomos, ſeu decimatores, ſeu quocumque alio nomine officiales conſtituunt; qui bona, oblationes, redditus, prouentus dictorum locorum, & eccleſiarum recipiunt, quæ recepta expendi in vtilitatem eorundem deberent, & ſeruitores, qui ſeruiunt in diuinis miniſterijs rapiunt, diuidunt, & conſtituunt, in quibus ſibi iudicium plus laudatur, qui plures inebriat potatores, & calices fœcundiores exhaurit, & in eiſdem monſtruoſa faciunt, quæ propter horrorem recitatione digna non exiſtunt, expendunt, diſtrahunt, & conſumunt, & ſuper loca conſecrata, & altaria, vbi etiam appropinquare non debent, irreuerenter in contemptum Dei, & ſanctorum accumbunt, miniſtris diuinorum excluſis, qui debent diuinum officium exercere, ex quibus diuinus cultus diminuitur, laudes ſubtrahuntur Creatori, errores pullulant, & infidelitas augumentatur. Vnde volentes tantæ peſti, & abuſibus, in quantum de iure poſſumus, obuiare, conſiderantes quod tanto ſunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent obligatam, præſentis conſtitutionis &c. monemus omnes & ſingulos tam mares, quã fœminas, clericos, & laicos, cuiuſcunque ordinis, & ſtatus exiſtant, noſtræ iuriſdictioni ſubiecti, quacumque de cauſa pro primo, ſecundo, & tertio ter-

A mino peremptorio edicto, eiſdem, & eorum cuilibet ſub excommunicationis pœna nihilominus inhibentes ne de cætero poſtea dictarum abſolutionum, ſeu alio quocumque quæſito colore, prædicta, vel aliqua prædictorum facere, ſeu exercere directe, vel indirecte, vel a rectoribus eccleſiarum extorquere præſumant. Et ſi aliquis, vel aliqui de iure, vel conſuetudine prædicta, vel aliquid prædictorum forte ſibi competere dicerent in menſem, nobis, vel noſtro vicario de iis faciant plenam fidem à die publicationis præſentis conſtitutionis. Alioqui qui contrarium fecerint, dictam excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto, quam ex nunc, prout ex tunc in eos, & quemlibet ipſorum damus, & ferimus in his ſcri-

B ptis, a qua noluimus ipſos vel ipſorum aliquem poſſe abſolui, niſi prius ipſis Eccleſijs, locis, & rectoribus ſuper prædictis integre ſatisfaciant de iniuria, & damnis in quolibet intereſſe, & operi B. Reparatæ pro quolibet ſoluerint 10. libras. . . . Mandantes inſuper omnibus eccleſiarum rectoribus, ſub pœna excommunicationis, & etiam 50. librarum dictæ monetæ, ne prædicta, ſeu aliqua prædictorum prædictis, vel alicui ipſorum de cætero talia committant, vel conſentiant, ſeu exhibere præſumant. Caſſantes, & annullantes, ſicut de iure nulla ſunt, omnes contractus, pacta, & conuentiones contra præmiſſa, vel aliqua præmiſſorum facta vel habita quoquo modo, decernentes ab obſeruatione præmiſſorum, vel alicuius ip-

C ſorum paciſcentes, contrahentes, & conuenientes aliquatenus non teneri, etiamſi fuerint iuramento vallati, a quo illicito iuramento eos abſoluimus, & inſuper notificamus dictis rectoribus, & eorum ſingulis, qui ſuper ijs annis ſingulis diligenter inquiſitionem fieri facimus, & quos ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum culpabiles inuenerimus, exigi cum effectu. Ita vt quos Dei timor a malo non reuocat, ſaltem prædictus temporalis talem pœna coerceat in hac parte. Publicatæ fuerunt dictæ conſtitutiones anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo, die ſeptima menſis auguſti, D. Epiſcopi ſupradicti.

Ego Guillelmus de Caſtro Florentinus Fr. Ioannis notarij filius Imperiali auctoritate iudex, atque notarius prædictus, ex conſtitutionibus d. D. Legati, & Epiſcopi exiſtentibus penes procuratores cleri Florentini

D *pro ipſo clero retinentibus, ſumpſi, & fideliter exemplaui, & in publicam formam redegi, ideoque me cum ſolito ſigno ſubſcripſi.*

Huius Epiſcopi temporibus corpus ſancti Zenobij in veteri catacumba repertum eſt, inque nouam ſolemni pompa translatum, vt ſincere narrat Villanus, atq; eius caput argentea theca honorifice ab ipſo conditum ad hæc vſque tempora magna veneratione colitur. Liberalitatis ac pietatis ipſius non modica adhuc extant veſtigia crux videlicet, & candelabra argentea, non exigui põdetis, auro, & lapidibus inter texta, nec non auito ſtemmate inſignita. Deceſſit autem Franciſcus anno Domini 1341. die 21 menſis octobris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Ffiore. Eius gentilitia ſtemmata nigrum continent ſcorpionem in aureo campo, vt in antiquo libello M. S. conſtitu-

tionum

tionum eiuſdem in principio obſeruauimus depictum. Aſſeruatur codex in Archiepiſcopali Archiuio. Gentiles vero eius nobiles de Silueſtris in Templo Cingulano ſanctæ Mariæ in Valle viridi è conſpectu paternarum ædium poſito de iure patronatus eorumdem, olim a maioribus excitato & a Franciſco Epiſcopo reſtituto, ne tanti viri memoria de familia, deque Romana Eccleſia benemeriti iniuria temporum deperiret, hoc ei Cenotaphium honorarium poſuere, in quo eiuſdem pro patria, proque Eccleſiaſtica Republica pia, illuſtriaque facinora recenſentur.

Cum ante Ludouicum Bauarum nulla aut pauciſſima in Italia extent monumenta, ne Franciſci de Silueſtris de Cingulo primum Epiſcopi Senogallienſis, tum Ariminenſis, deinde Florentini, prout ad leuandas temporum ærumnas ſummi Pōtifices illo vtebantur, præclariſſimis meritis iniuria aut fraus obliuione inferatur, pauca hæc ad patriæ decus, contra quam eo vindice, nemo eſt auſus, & penes quam, quoad vixit, ſemeſtrem ſibi eligendi gubernatorem ius fuit, gentiles ipſius in appoſitis vtrinque tabulis recēſenda curarunt. Sedem Apoſtolicam tunc Auenione commorantem a ſubiectorum fide deſtitutam ope, & conſilio ſæpius adiuuit, multas vrbes, quæ ab illa defecerant, aut in eius ditionem ſui nominis auctoritate redegit aut armis debellauit: Senis inter primates maximas inimicitias a Ioanne XXII. delegatus compoſuit. Fanenſes tumultus ſedauit: patriam a tyrannis frequenter occupatam, ijs ſublatis ſummi Pontificis obedientiæ reſtituit: eiuſque ſummam ſibi, ſuiſque ob rerum viciſſitudines a Pontifice, & ab Imperatore crebro delatam recuſauit; plura in Piceno oppida quæ accipere imperium renuebant, ſubegit, Senogalliam, Piſaurum, Ariminum, & finitima loca ab oppreſſoribus turbiſque liberauit. Ipſum Ludouicum Bauarum ſchiſmaticum Imperatorem Italiam deuaſtantem, & Florentiam obſidione prementem dum ciues deditionem agitant, ſubtractis eidem octuaginta grauis armaturæ equitibus fugatum ſummouit. Legibus, & muneribus egregijs Epiſcopatum, & ſubiectos populos ornauit. Caput ſancti Zenobij argentea theca cōdidit. Suos cōſanguineos ad euitandam falſi Imperatoris iram tota palantis Italia Florentiam reduxit. eoſdem exemplo ad probitatem, humanitatem liberalitatem excitatos docuit ſubiectis parcere, miſeris non indignari oppreſſos erigere, ferre aduerſa & ardua quando opus fuerit aggredi.

Inſcriptio ſuper porta Templi.

Templum de immemorabili iure patronatus familiæ de Silueſtris, quod Franciſcus eiuſdem familiæ Epiſcopus Florentiæ anno ſalut. M.CCC.XXIV. bellorum vi pene dirutum reſtituit. Inde nouis temporum procellis poſſeſſionibus ſpoliatum Baldonus pronepos, anno MCCCLXXX. domo, agris, ſupellectile auxit. Tertio Raymundus logiſſima ætatis iniuria labefactum inſtaurauit. Sebaſtianus Raymundi F. ornatum cenſuque inſtructum in hanc formam redegit An. M. D. C X.

Poſt obitum autem Franciſci clericalis ſenatus Philippum Antellenſem elegit in Præſulem, idem ille ipſe qui poſtea Florentinam ſedem obtinuit, licet tunc Benedictus xij. illius electionem non probauerit, tamquam ſe inuito illam produxiſſent ex vrna.

Franciſci tempore Iottus Florentinus picturæ inſtaurator, & qui turrim extruxit, quæ proxime templum maximum cētum, & quadraginta quatuor vlnarum exurgit, anno 1336. è vita deceſſit, ſepultus in eodem templo, prope monumentum Philippi Brunelleſchi cupulæ extructoris; in quo hi verſus a Politiano ſcripti leguntur.

Ille ego ſum, per quem pictura extincta reuixit,
Cui quam recta manus, tam fuit, & facies.
Naturæ deerat, noſtræ quod defuit arti,
Plus licuit nulli pingere, nec melius.
Miraris turrem egregiam ſacro ære ſonantem,
Hæc quoque de modulo creuit ad aſtra meo.
Denique ſum Iottus, quid opus fuit illa referre?
Hoc nomen longi carminis inſtar erat.
Obijt anno 1336. Ciues PP. B M. an. 1490.

Eodem etiam anno quo Franciſcus in viuis eſſe deſijt, ad cœlum euocata eſt beata Iuliana Falconeria, beati Alexij Falconerij diſcipula, qui anno ætatis decimotertio ſupra centeſimum Chriſti vero 1310. apud montem Senarium obdormiuit in Domino, vbi cum alijs ſex Seruitanæ religionis fundatoribus quieſcit. Ex hac nobili familia hodieupereſt Cælius S. R. E. Presb. Card. Bononiæ Legatus.



41 ANGELVM tandem Acciaiolum, nobilem Florentinum, ordinis Prædicatorum filium Montis Mannini opportune ſubſtituit Pontifex. Hic in Cœnobio ſanctæ Mariæ [illegible] vota nuncupaſſe narratur, homo doctus, & ſapiens, quique prius Aquilanis diuinum ius dixerat, quam ad patriæ ſedem fauſta bonorum omnium acclamatione de-

ne deucheretur, a Clemente Sexto, anno 1342. 6. Kal. iolij Pontif. primo, ea Reg. Vatic. Epist. 16. A
Hic ille Angelus Acciaiolius eſt, qui non modo ignobili in clauſtro non emarcuit otio, ſed etiam inde tantum roboris viius eſt attuliſſe, vt Gualterium Athenarum ducem Florentinorum Tyrannum s ceruicibus ciuium ſuo conſilio, prudentiaque depulerit, interque tredecim ciues, laxatam reordinaturus Rempublicam ſederit. Nec minus ſapienter ſibi concreditam Eccleſiam rexit, vſque ad annum 1345. in quo quidem anno, vltro, libenique abiuit munere, tranſlatuſque deinde eſt ad Eccleſiam montis Caſſini, eiuſque conſilijs adeo Neapolitanus Rex vſus eſt, vt exorbitare in ciuili adminiſtratione ſibi videretur, ſi inconſulto Angelo expediret negotia. Rogerio Fulginate, B canonico, in vtroque iure conſultiſſimo viro, vicario vſus eſt. Ipſe monaſterium ſancti Miniatis ad potiores mores reformauit, ſanctique Michaelis de Garza veteri perantiquum ſacellum Cœnobij Boniſolatis voluit iuriſdictionis eſſe.

Neapoli tandem Angelum vita functum anno 1357. Ludouicus Rex nobili pompa extulit ad tepulchrum. Eius vitam ſcripſit luculenter Ioannes Carolus Florentinus, quæ extat M. S. in Cœnobio ſanctæ Mariæ Nouellæ; Leander Albertus lib. de viris Illuſt. Ord. Pręd. Michael Pius, aliique recentiores, eiuſdemque meminit Io: Villanus, Leonardus Aretinus, Volaterranus, Bzouius, & catalogus Præſulum montis Caſini. De familia vero Acciaiola legendi ſunt Ferrātes de Mara dux Guardiæ de familijs Neapolitanis, & Vincentius Acciaiolius: cuius gentis arborem habet Scipio Ammiratus in libro de familijs Florentinis, & eruditus Iacobus Gaddus in Elogijs Nerij, & Antonij tractum Athenarum ducum, ſic & noſter Varanus de ea cecinit. C

Azarola domus grandi referenda camænâ
Brixienſes attingit auos, fortiſque metalli;
Nomen habet, chalybum patrio ſic ore vocamus.
Omnibus hæc laudis titulis clariſſima fulget,
Cadmeis rexit Mauortia mœnia Thebas
Cecropiaſque arces tenuit, bimaremque Corinthum.
Huic quoque Parthenopes tribuit Ludouicus habenas
Carthuſij huius opus moles pulcherrima templi
Egregijs ornata viris, domus hoſpita muſis.

Donatus nempe vir doctus memoratur apud Trithemium, & Iouium in Elogijs, & Zenobius interpres ſancti Iuſtini martyris, cuius vitas ſcripſit Veſpaſianus Florentinus. Eiuſdem gentis Ioannes Patracenſis, & Vannus Thebanus Archiepiſcopi. Ioannes Cęſenæ, Petrus Corinthi, Antonius Cephalunenſis Epiſcopi, & Angelus alter Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, antes Florentinus Epiſcopus, Albertus Bononienſis, Laurentius Aretinus, de quibus alibi. Arma Acciaiolæ gentis argentea, cum leone ceruleo, vngulis, lingua rubea.



44 FRANCISCVS de Actis nobilis Tudertinus Florentinorum Præſul adlectus eſt an. 1345. B
Quam quidem Eccleſiam poſtquam ſancte adminiſtraſſet ann. xj. ob raram doctrinam, probitatemque ab Innocentio VI. Purpuratus Senator tit. ſancti Marci ac maior Pœnitentiarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adlegitur anno 1356. Qui deinde Auenione contagioſo morbo ſublatus eſt anno 1361. non die 25. auguſti, vt notant Ciacconius, & Elenchi auctor, ſed die 4. ſeptembris, vt ex epitaphio colligitur, quod extat ad eius tumulum in Eccleſia Cæleſtinorum ad pontem Sorgiæ, hic vt ſonat reſtitutum.

Hic iacet R. in Chriſto Pater, & dominus
Franciſcus de Tuderto tituli ſancti Marci
Presb. Card. Florentinus vulgariter nun- C
cupatus, fundator huius monaſterij, qui feliciter obijt inter manus fratrum anno domini M. CCC. LXI. die IV. menſis
ſeptembris. Cuius anima requieſcat in
pace.

Hoc Epitaphium recenſuit Ciacconius ex Nomenclatore, ſed corrupte, & pene deformatum ad calcem elogij Franciſci Vrſini Neapolionis filij, Diac. Card. ſanctæ Luciæ in Silice, & pro *Tudertino*, addidit *de filijs Vrſi*, quæ verba mihi ſuſpque innotis ad eundem Ciacconium errandi cauſam præbuerant; reuera enim vnum, non duos Franciſcos Vrſinos Cardinales hoc ſeculo fuiſſe Pontificiæ bullæ, ſacraue Vaticana referunt monumenta, ſcilicet Franciſcum Neapolionis Vrſini filium à Bo- D
nifacio VIII. Diac. Card. S. Luciæ in Silice creatum an. 1295. defunctum anno 1312. Cui in ea Diaconia ſucceſſiſſe narrāt Gaillardum de Mota an. 1316. Porro Franciſcus noſter de Actis Tudertinus, ab Epiſcopatu Florentino, quem diu ante purpuram geſſerat, Cardinalis Florentinus nuncupatus eſt, cuius nobiliſſima ſtemmata continent palmam inter duos erectos, anhelanteſque leones, argenteoſque in rubeo campo. Huius Epiſcopi frater, aut certe propinquus affinis fuit olim Andreas Tudertinus Epiſcopus, ex eademque familia noſtris temporibus vixit Ludouicus Epiſcopus Signinus, de quo ſupra in p. tom. egimus.

Quo præſule anno 1348. in hac vrbe Florentina peſtis ſex, & nonaginta hominum milia (Melchiore Stephano teſte) è medio ſuſtulit, inter quos ſanè iure Iuriſconſultus, celebriſque
Poeta

poeta Franciſcus de Barberino numeratur a Boccaccio in ſua genealogia vt poeta illuſtris, ciuiſque prudentiſſimus veneratus, qui inter cætera ſui ingenij monumenta poſteris reliquit aureum ſanè volumen *Documentorum Amoris*, ad optimam vitæ inſtitutionem, libellumque alterum vulgarem, vt narrat Philippus Villanius in Florentina hiſtoria, quam latinè coorionauit, periucundiſſimum multis refertum exemplis, in quo mulierum mores per earum ordines, gradus, & ætates conſtituit ad doctrinam, qui duæ ætati, ciuilique earum, vel dignitati ſecundum verecundiæ modeſtiam conuenitent, oſtendit, eique nomen indidit: *De regimine mulierum*, & vt feſtinè me à multis abſoluam ſimul, mirè deſcripſit quicquid ad morigeratæ vitæ regulas pertinerer per proſas, & rythmos perſuaues, vt facile, ac memoriter, quæ inſtituit, haberentur. Amoris Documenta nuper publici iuris fecit comes Federicus Vbaldinus, Vrbano VIII. Barberino Pontif. Opt. Max. Franciſci gentili Chriſtianum orbem moderante. In æde S. Crucis Franciſci cineres conduntur ad læuam templi prope ſacrarium in marmoreo tumulo a Ioanne Boccaccio amico ijs carminibus exornato.

Inclyta plange tuos lacrymis Florentia ciues
Et patribus tantis fundas orbata dolorem,
Dum redeunt domini Franciſci funera mente
De Barberino, & nati, nam iudicis omne
Geſſerat officium ſua corda cauendo reatu,
Sed ſatis excedit natum, quia doctus vtroque
Iure fuit genitor, ſed ſolo filius vno,
Scilicet in cauſis, quæ ſunt ciuilibus orta
Hoc ſunt ſub lapide poſiti, quibus vltima claudit
Perfida mors oculos paucis dilata diebus,
Strage ſub æquali, quæ totum terruit orbem
In biſſenario quater aucto mille trecentis.

Vixit Franciſcus ann. 84. natus enim erat an. 1264. patre Nerio Ranucij filio viro clariſſimo, primuſq; fuiſſe fertur, qui auctoritate Clementis Quinti Florentiæ ſolemni ritu lauream Doctoratus tulerit ab Antonio Vrſo Epiſcopo Florentino conſanguineo ſuo die 8. auguſti 1313.

Franciſci demum Epiſcopi temporibus, eiuſdemque permiſſu fratres Eremitani S. Auguſtini è veteri S. Matthæi monaſterio, ad nouum tranſmigrarunt inchoandum in loco transArnanæ regionis, vbi nunc nobile templum S. Spiritus viſitur, Petro Aldobrandino Priore procurante, quod deinceps flammis pene conſumptum, in ſplendidiorem, ampliorem que faciem, ex Philippi Brunelleſchi artificio proprijs ſumptibus reſtituerunt clariſſimi ciues Laurentius Rodulphus, Bartholomæus Corbinellus, Nerius Capponius, & Gregorius Datus. Templum vaſtæ columnæ ex petra ſereno ſuſtentant, noſtroque æuo altare maius cum oppoſitis ornamentis pijs Io. Baptiſtæ Michelozzij Senatoris, eiuſque opulentiſſimi munificentia extinctum eſt. Non marmora ibi mirantur ſolita paſſim in Italia, & vſu vulgata, ſed gemmæ, lapideſque peregrini æſtimatur pretij inæſtimabiles.




45 PHILIPPVS Antellenſis Nerij filius nobilis Florentinus, olim canonicus, & præpoſitus Florentinæ cathedralis, poſtea etiam Epiſcopus Ferrarienſis, ad Eccleſiam demum Florentinam translatus eſt anno 1356.

Philippi gentilis fuit B. Manettus vnus ex ſeptem ordinis Seruorum fundatoribus, eiuſdemque quartus Magiſter generalis Florentiæ defunctus anno 1268. die 27. auguſti. cuius ſacra lipſana vna cum alijs ſociorum in monte Senario requieſcunt. Et apud Varinum lib. 2. clara memoria extat Lamberti Antellenſis, qui primus aureum nummum in vrbe percuſsit.

Antellæ clarum genus eſt de rure propinquo
Lambertus ciuis de ſtirpe numiſmata primus
Aurea percuſſit.

Eiuſdem gentis Alexander Iuriſvtriuſque famoſus Doctor, in cuius obitum Leſſum cecinit Franchus Sacchettus: ſic & Bartholomæus Bonifacij Octaui in paucis charus, domeſticuſque Prælatus, oratorque ad principes; & noſtro æuo duo clariſſima prudentiæ luminaria protulit Antella domus, Donatus, & Nicolaus grauiſsimi Senatores, Ferdinandi Secundi, & Coſmæ Secundi filij magnorum ducum Hetruriæ ſtatus, intimique conſiliarij, Donatum in publica Academia funebri oratione perbellè laudauit Camillus Rinuccinus; in ea nonnullos Philippi Epiſcopi virtutes recenſuit. Pacificè is ſuam rexit Eccleſiam ann. quinque, vir ætate, & prudentia mirabilis. Deceſsit autem 1361. ſepultuſque in ſumma æde cum hac inſcriptione.

PHILIPPI ANTELLENSIS
EPISCOPI FLORENTINI
SEPVLCHRVM.
OBIIT ANNO DOMINI
M. CCC. LXI.
GENTILES POST ANNOS
C. LXXVII.
INSTAVRARVNT.



46 PETRVS è nobiliſsima Corſinia familia,
filius Thomæ, Doctoris, ac ſacri Palatij Auditoris
ante Volaterranenſis Epiſcopus, ad Florentinam
Eccleſiam translatus eſt anno 1361. 3. id. decemb.
Quo anno ab Vrbano Quinto in Germaniam
ad Carolum Quartum Imperatorem, Ludouicum
Pannoniæ Regem, Roduiphum Auſtriæ Ducem,
Ioannemque Bohemiæ, ac Morauiæ Marchionem
legatus eſt, vt illos fœdere iungeret. Quod cum
feliciter aſſecutus fuiſſet, victor rediens; ab Vrba-
no inter purpuratos adlectus eſt ſub titulo ſancti
Laurentij in Damaſo anno 1369. vij. idus iunij,
cum prius illum Carolus Quartus, ob egregiam
dexteritatem agendi, ſacri Imperij procerem, &
principem creaſſet, illamque dignitatem ad ſucceſ-
ſores eius voluiſſet tranſire, vt ex ſubiecto impe-
riali diplomate poterit lector planius, pleniuſque
videre.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus Quartus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Venerab. Petro Epiſcopo Florentino ſuo, & Imperij ſacri Principi, & deuoto dilecto gratiam ſuam, & omne bonum.

*Tunc Romanum exaltatur Imperium, tunc noſtra
gloria ſublimatur, cum bonorum gratia a Deo nobis tri-
buta feliciter in benemeritis per radios propagamus, &
eos potiſſime dignos honoribus, & donis Imperialibus ar-
bitramur, quos grandia virtutum ſuarum merita cla-
ros reddant. Hac itaque conſideratione imperiali l rgi-
tate benignius inclinati, te per ſanctiſſimum in Chriſto
Patrem, & dominum noſtrum dominum Vrbanum
ſummum Pontificem in Eccleſia Romana legationibus
nuper ad noſtri culminis miſſum præſentiam, quam
nobis fidei, atque deuotionis conſtantiam, & alta vir-
tuoſa inſignia gratum reddunt, volentes illis gratijs in-
ſignire, quibus valeas alijs te reddere gratioſum,
Tibi, & ſucceſſoribus tuis, quos noſtros & ſacri Roma-
ni Imperij Principes fore declaramus, & de nouo conſti-
tuimus, & facimus, & honoribus, & dignitatibus om-
nibus imperialium principum communibus, & gaude-
re decernimus, vt omnia liberè, & exercere, & vti poſ-
ſitis, quæ requirit ſupradicta dignitas Principatus,
auctoritate noſtra Imperiali committimus, & concedi-
mus per præſentes, quod in tota Tuſcia cauſas omnes
criminales, & ciuiles, quæ inter quoſcumque verten-
tur, necnon cauſas appellationis quarumlibet, quæ ad
noſtram curiam deferendæ eſſent, recipere, audire, &
examinare poſſis, & ſine arbitro terminare, eaſque,*

A *earum quamlibet vni, & pluribus, ſicut vobis pla-
cuerit, delegare poteſtatem. Etiam tibi, tuiſque ſucceſſori-
bus concedimus auctoritate imperiali, quod poſſitis per
totum Romanum Imperium, iudices, tabelliones, &
notarios publicos conſtituere, ordinare, facere, & crea-
re, a quibus recipere debeatis noſtro nomine, ac ſacri
Imperij fidelitatis, & de dicto officio exercendo fideli-
ter conſuetum, & debitum ſacramentum; tutores, cu-
ratores, mundualdos dare in caſibus opportunis, natu-
rales filios ſpurios, nothos, inceſtuoſos manzeres, ſiue
adulterinos, & etiam ex quocumque damnato coitu na-
tos, legitimos conſtituere, ac legitimare & ad omnia legi-
tima reſtituere, & prædictam genituræ maculam abo-
lere, & tanquam legitime, & de legitimo matrimonio
nati, in bonis paternis, & maternis proprijs, & feuda-*
B *libus acquiſitis, & acquirendis ex teſtamento, ac ab in-
teſtato ſuccedant, vt, & tanquam de legitimo matri-
monio editi, & concepti, agnatis, & cognatis paren-
tum ſuorum, in quouis gradu conſtitutis agnati, & co-
gnati efficiantur, & recipere ipſe ſibi, & ad omnes actus
publicos, & ciuiles, officia, & honores ſi ſe cauſis ingeſ-
ſerint, admittantur, & in omnibus alijs ſuam exequi va-
leant actionem obiectione prolis illicitæ quieſcente, &
non obſtante aliqua lege, & illa potiſsime, quæ legiti-
mari ſpurios, & naturales, nothos, & inceſtuoſos, & ma-
zeres, ſiue adulterinos, niſi ex certa ſcientia non promi-
ſit, ac alijs quibuſcumque legibus, iuribus, & conſtitu-
tionibus aduerſantibus ſupradictis, vel alicui præmiſſo-*
C *rum: & ſpecialiter non obſtante lege prima C. de natu-
ralibus liberis, & ſ. vltimo coll. 7. in corpore authen-
ticorum, quibus modis naturales efficiantur ſui per to-
tum. Quibus & omnibus iuribus, ac legibus contrarijs,
ex nunc ex certa ſcientia ſpecialiter derogamus, & eas
haberi volumus pro expreſsis. Libertatem quoque con-
cedere, & donare, & eodemmodo poſſis, & valeas, &
ſucceſſores tui iam dicti, quoſcumque nobiles, & plebe-
ios homines, milites facere, & ad militare decus hono-
rabiliter promouere de noſtra imperiali plenitudine po-
teſtatis. Item quod familiares tui, & ſucceſſorum
tuorum impune deferre poſsint quæcumque arma offen-
dibilia, & defendibilia per totum Romanum Imperium,
& gaudeant illis priuilegijs, & gratijs, & immunitati-
bus, quibus gaudent cæteri familiares noſtræ Impera-*
D *toriæ Maieſtatis. De quibus omnibus, & ſingulis, te
memoratum Epiſcopum Florentinum, nomine Eccleſiæ
tuæ Florentinæ prædicta auctoritate noſtra imperiali
de nouo principaliter inueſtimus, ita vt in omnibus, &
ſingulis prædictis gratijs, honoribus, & dignitatibus
tu, & ſucceſſores tui exercere, vti; & exequi valeatis
per totum Romanum Imperium auctoritate noſtra, &
Imperij liberè, atque ſine contradictione alicuius, augu-
ſtali noſtra prouidentia, & edicto perpetuo decernentes,
vt nullus princeps, marchio, dux, vel comes, baro, vel
miles, poteſtas, ſiue iudex, vel alius quicumque ſubdi-
tus Imperij ſacri, etiaſi collegium, aut vniuerſitas cuiuſ-
cumque; etiam ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis
exiſtant, vel fuerint, audeant, vel præſumant te, aut
ſucceſſores tuos in conceſſione huiuſmodi imperialis gra-
tiæ moleſtare, aut aliqualiter perturbare. Si quis au-
tem contra tenorem præſentis indulti quicquam atten-
tare præſumpſerit, indignationem noſtram imperialem,
& pœnam centum marcharum auri optimi componen-
darum ſe nouerit incurſurum, quarum medietas fiſco
noſtro imperiali, reliqua medietas tibi, & tuæ Eccleſiæ,*

ſiue

ſiue tuis ſucceſſoribus veniat applicanda, quæ etiam ſibi liceat a transgreſſoribus exigere, & eam, quæ nos, & fiſcum noſtrum contigerit medietatem nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris fideliter conſignare, decernentes nihilominus ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus a quoquam contra prædicta, vel aliquid prædictorum quicquam fuerit attentatum.

Signum Sereniſſ. D. Caroli Quarti Imperatoris Inuictiſſ. Bohemia



Principis, & D. Romanorũ Imperatoris ſimi, & glorioſiſſ. Regis.

Teſtes huius rei ſunt. Illuſtres Voldimar Rex Daciæ, Rodulphus dux Saxoniæ ſacri Romani Imperij Archimareſciallus, & Princeps Elector, Ioannes Marchio Morauiæ, Venerabilis Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis, Ioannes Luthonius aulæ Imperialis cancellarius, Ioannes Olomucenſis, Marquardus Auguſtenſis, Petrus Curienſis Epiſcopi, & illuſtres Bollio Sindragenſis, Barnyn ſenior Stretienſis, D. Balthaſar Brunus Vuicen. Priczislaus Teſchinenſis, Henricus Lurarenſis duces ſpectabiles, Ioannes de Reez Magiſter curiæ imperialis, & Bertoldus de Hevvembergh comites, necnon Nobiles Thimo de Roldiez de Aſco Desberatiez magiſtri cameræ noſtræ, Henricus Cibelheym magiſter Coquinæ noſtræ, & Rodulphus de Voertha, & alij quãplures Principes, nobiles, & fideles, præſentes ſub imperiali Maieſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio litterarum.

Datum Pragæ anno Domini MCCCLXIV. indictione ſecunda, quarto nonas Ianuarij regnorum noſtrorum anno decimo octauo, Imperij vero nono.

Cæterum Petrus Corſinius iam Cardinalis, & Epiſcopus Portuenſis, cum ex exceſſu Gregorij xj. in creando nouo Pontifice Cardinales abijſſent in partes, ex illis vnus fuit, qui Vrbano Sexto Põtifice relicto, Septimum Clementem Antipapam crearunt, cuius fortunam vſque Auenionem, quoad vixit, ſecutus, ab Vrbano Sexto excommunicatus, etiam honore pilei expoliatus eſt. Qui tamen ita noxioſiſſimis partibus hærere viſus eſt, vt haud omnino teterrimum ſchiſma probaret. Quin de præſenti rerum eccleſiaſticarum ſtatu ſolicitus de ſchiſmate iugulando inſigne ad Principes Chriſtianos opuſculum edidit, eiuſdemque ea de re ad publicam Senenſem Rempublicam epiſtola extat apud me, quam hic ſubijciendam curauimus.

Magnificis viris Gubernatoribus ciuitatis Senarum amicis meis colendiſſimis P. Portuenſis Epiſcopus Cardinalis Florentinus.

Magnifici amici chariſſimi ſcribimus quidem nobili Barani domino Philippo germano noſtro chariſſimo, nolentes vos longis actionibus fatigare, ſed rogamus magnificentiam veſtram, quod ipſum benigne, & grate velitis audire, & fauorabiliter admittere quæ petuntur, & velitis eſſe memores quantum fauoris, & ſtatus accreuerit ciuitati Senenſi integer, & felix ſtatus Eccleſiæ. experti ſunt enim antiqui patres noſtri, quod ſacerdotium regiminis temporalis tuitione protegitur, & temporalis poteſtas ſacerdotalis officij ſanctitate fulcitur. Rogamus igitur Magnificentiam veſtram, & in tam A *pia cauſa, vbi qua agitur de ſalute totius populi Chriſtiani, velitis cooperari, vt pernicioſi ſchiſmatis ſpinæ euellantur, in quibus viniſer mundus de præſenti vexatur, in quo recipiat laudem a toto populo Chriſtiano, & præmium a Deo eadem Magnificentia veſtra, quam felicem conſeruet Altiſſimus per tempora longiora.*

Datum Auenione, &c. die 4. maij, &c.

Præter hæc opuſcula, ac literas, ſcripſit etiam Petrus aliquot Cardinalium vitam, ſermonumque volumen. Deceſſit Auenione anno 1405. die 16. menſis Auguſti, cum prius teſtamentum condidiſſet, proque medietate Philippum fratrem hæredem inſtituiſſet, alterius vero partis moniales ſancti Caij de Florentia, cuius olim cœnobij pater ſuus fundator extiterat. Apud Auguſtinianos de- B mortui cadauer ſepoſitum eſt, donèc ad voluntatem teſtatoris alio transferretur, cum hoc epitaphio:

HIC IACET REVERENDISS. IN CHRISTO PATER
DOMINVS PETRVS DE CORSINIS
DE FLORENTIA
DECRETORVM DOCTOR, PORTVEN.
EPISCOPVS CARDINALIS,
QVI OBIIT DIE XVI. M. AVGVSTI
ANNO DOMINI MCCCV.
AC ANNO SVI CARDINALATVS XXXVI.
CVIVS ANIMA REQVIESCAT
IN PACE.

Eiuſdem deinde corpus translatum eſt, ex eiuſdem teſtamento Florentiam, inque cathedrali ſepul- C tum, vbi eius adhuc depoſitum cum ſua effigie depictum ſpectatur, cum hac marmorea ad pauimentum inſcriptione.

PETRO CORSINIO FLORENTIÆ EPISCOPO,
ET CARDINALI AMPLISSIMO,
OB FAMILIÆ NOBILITATEM,
ET EXIMIAS ANIMI SVI DOTES.
HÆC VRBS OPTIME DE SE MERITO
SEPVLCHRVM HOC POSVIT.


Dum autem Florentinam Eccleſiam Corſinius adminiſtraret, Carolus Quartus Imperator Florentino ſtudio ampliſſimum priuilegium indulſit, eodem deprecatore, quod hic ſubijciendum curauimus.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis feliciter. D *Amen. Carolus Quartus, diuina fauente clementia, Romanus Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.*

In eminentia dignitatis Cæſareæ diſponente Domino conſtituti Romanum feliciter gubernare ſperamus Imperium, & grata nobis proſperitatis compendia prouenire, dum aliquid, vel nouum concedimus, vel conceſſum ad deuotorum noſtrorum inſtantiam renouamus, per quod diuerſarum facultatum, & præſertim iuris humani, & diuini notitia habeatur. Sanè venerabilis Petrus Florentinus Epiſcopus Princeps, & deuotus noſter dilectus, per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, & dominum noſtrum, dominum Vrbanum Papam Quintum ſummum Pontificem in Eccleſiæ Romanæ legationibus nuper ad noſtri culminis præſentiam deſtinatus. Poſtquam omnia per ipſum domi-

A dominum noſtrum Papam ſibi iniuncta maieſtati noſtræ propoſuiſſet tam legaliter, quam prudenter, ciuitatis Florentiæ, & Eccleſiæ Florentinæ non immemor, deuotione congrua Maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit, quatenus tam ad honorẽ Eccleſiæ ſuæ præfatæ, quam ciuitatis Florentiæ, quam Deus multarum virtutum prærogatiua dotauit, ſtudium, quod inibi viget etiam ad ſacri ſplendorem Imperij, auctoritate ſacri Imperij erigere dignaremur. Hinc eſt quod precibus prædicti Florentini Epiſcopi fauorabiliter annuentes, præfatæ Eccleſiæ ſuæ, & ciuitati Florentinæ, ac eius communi, generale perpetuum, atque generoſum ſtudij generalis priuilegium auctoritate Imperiali damus, & concedimus liberalitate munifica, tenore B præſentium ex certa ſcientia, ac donamus, decernentes, ac edicto imperiali præſenti valituro perpetuo, de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine ſtatuentes, vt in ipſa ciuitate Florentina ſtudium perpetuum ſit, & habeatur in ſacra Pagina, in Iure ciuili, & canonico, ac Medicina, Philoſophia, Logica, & Grammatica, ac quauis alia licita facultate, poſſintque omnes, & ſinguli doctores, & magiſtri pro communi Florent. ordinandi, ac deputandi in ciuitate prædicta Florentina, vtpote in ſtudio generali ſolemniter, & publicè in memoratis facultatibus legere, & docere. Verum ſi qui fuerint, qui proceſſu temporis adeo profecerint, quod in aliqua ſcientiarum, ſeu facultatum præmiſſarum ad magiſterij, ſeu doctoratus dignitatẽ, C & titulum deſiderauerint promoueri, hac noſtra Imperiali auctoritate cõmittimus Epiſcopo Florentino, qui eſt, & qui erit pro tempore, quem ſuperiorem ſtudij ordinamus, quatenus per ſe, vel alium vocatis magiſtris, vel doctoribus ſcientiæ, ſeu facultati, in qua fuerit ad doctoratus, ſeu magiſterij promouendus honorem, de quibus tibi videbitur receptus ab eis, qui dignos approbauerint, ac ſecuros tenebunt, ſolemniter illos diligenter examinet more generalium ſtudiorum, ac taliter examinatis det licentiam publicè in eadem ſcientia, & facultate legendi, docendi, ac regendi Florentiæ, & vbique locorum, cathedramque, ac alia magiſterij, & doctoratus inſignia ipſis more ſolito concedendo. Quæ omnia ſede Epiſcopali vacante, committimus capitulo Eccleſiæ Florentinæ, quod per ſe, vel per alium præmiſſa ſimili D ter exequatur. Cæterum vt ſcholares, & ſtudentes in dicta ciuitate Florentina tanto valeant ſtudio vacare liberius, quanto a quarumlibet moleſtiarum impetu liberati, & vberiori fuerint libertate de Imperatoria liberalitate fulciti, de innata nobis clementia, rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes ſtudij Florentini prædicti, eorumque vniuerſos, & ſingulos familiares, & miniſtros, nec non domos, & ſcholas in noſtram, & ſacri Romani Imperij protectionem, tutelam, & defenſionem recipimus ſpecialem, eoſque omnibus, & ſingulis priuilegijs, & libertatibus, gratijs, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum ſtudiorum generalium rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes, eorumque miniſtri, domus, & ſcholæ diuorum Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum largiflua conceſſione, ſeu laudabilium conſuetudinum inductione frui, & gaudere ſunt ſoliti, de plenitudine poteſtatis noſtræ Imperatoriæ, ex certa ſcientia vti, & perfrui decernimus perpetuis temporibus, & gaudere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis, & donationis paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario contraire. Si quis contra tenorem præſentis indulti quicquam attentare præſumpſerit, indignationem noſtram Imperialem, & pœnam centum marcharum auri optimi componendarum ſe nouerit incurſurum, quarum medietas fiſco noſtro Imperiali, reliqua medietas Epiſcopo Florentino, ſeu ciuitati Florentinæ, ac iniuriã paſſorum vſibus veniat applicanda. Decernentes nihilominus ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus a quoquam contra prædicta, vel aliquid prædictorum quicquam fuerit attentatum.

Signum Sereniſſ. D. Caroli Quarti Imperatoris Inuictiſſ. Bohemiæ



Principis, & D. Romanorũ Imperatoris Inuictiſſimi, & glo- Regis.

Teſtes huius rei ſunt infraſcripti, videlicet.

Sereniſſimus Princeps dominus VValdimar Rex Daciæ.

Rodulphus Dux Saxoniæ ſacri Romani Imperij Archimareſciallus, & Princeps Elector.

Venerabilis Arneſtus Pragen. Archiep.

Ioannes Luthomus ſacræ Imperialis aulæ Cancellarius.

Ioannes Olomucenſis, Marquardus Auguſtana, Petrus Curien. Epiſc.

Illuſtres Ioannes Marchio Moraniæ, Bolco Stvvrdinen. Bacchum ſ nior Steſertinenſis, Balthaſar Brunſvvicenſis, Sprizienislaus Teſchinenſis, Henniguecen. Duces ſpectabiles.

Ioannes Burgrauius Magdemburgenſis magiſter curiæ noſtræ, & Bertoldus de Hennenbg. comes, necnon Nobiles, Timo de Boldr z, & H. ſto de Suerecum magiſtri cameræ, Henricus Cigelhem magiſter Coquinæ noſtræ, & Rodulphus de Varcha, & alij quamplures Principes, Nobiles, & fideles præſentium ſub Imperialis Maieſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio harum.

Datum Pragæ anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſecunda, 4. non. ianuarij, Regnorum noſtrorum anno decimo octauo, Imperij vero nono.

Ex hac autem Corſina perantiqua nobiliſſimaque familia, viri illuſtres, ac fortes in omni memoria prodierunt, in quibus Andreas Corſinius Epiſcopus Feſulanus præfulſit, quem tandem ob ſingularia vitæ merita, Vrbanus Octauus in ſanctorum numerum retulit: Nerius Andreæ frater, & ſucceſſor, primuſque Florentiæ Archiepiſcopus Amerigus Corſinius, de quo infra narrabimus, Octauius Clericus Cameræ Apoſtolicæ, Archiepiſcopus Tarſenſis, olim pro Pontifice Gregorio Decimo quinto Galliarum Nuncius, ac Flaminiæ Prouinciæ incorruptæ adminiſtrationis Præſes am-

pliſſimus, anno 1640. Romæ defunctus, vbi iacet in Eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ nationis Florentinæ ad nobilem marmoreum tumulum hoc legentibus proſtat elogium.

D. O. M.

Octauio Corſinio Archiepiſcopo Tarſenſi, inter plures, & vetuſtas maiorum imagines prudentiæ, & integritatis gloria conſpicuo, a tribus Pontificibus Maximis præclaras dignitates conſecuto, a Paulo V. inter Apoſtolicæ Cameræ Clericos cooptato, Gregorij Decimiquinti nomine ad Ludouicum XIII. Galliarum Regem legatione egregie functo, ab Vrbano VIII. prouinciæ Romandiolæ, & Exarchatus Rauennæ Præfectura inſignito, coercendis Padi eluuionibus præpoſito, & finium inter Ferrarienſes, ac Venetos regundorum arbitro dato, animi vigore ingentibus negocijs pari clariſſimis quæque merito Andreas, & Bartholomæus Corſinij marchiones Sismani, & Aiatici patruo deſideratiſſimo poſuere, vixit ann. LII. mortalitatem expleuit prid. Kalend. auguſti M. DC. XLII.

Hoſpes tecum reputa honores conſequi ſæpe fortunæ opus, mereri ſemper virtutis.



47 ANGELVS Flebindacius de Ricaſolis Bindacij filius, nobilis Florentinus, Epiſcopus Auerſanus, antea Soranus, poſt aſſumptionem Corſinij ad Cardinalatum, ad Florentinam ſedem ſubuectus eſt anno 1370. xiij. Kal. iunij, ſtatimque obtentæ dignitatis publicani rem Florentinam, & Epiſcopatus defenſores hac ſubiecta epiſtola certiores fecit, reſponſoque Senatorio viciſſim dignus habitus eſt.

Nobilibus viris . . . & Gubernatoribus, & defenſoribus Epiſcopatus Florentini, fratribus ſuis, &c.

Chariſſimi fratres, ſicut audiſtis, placuit domino noſtro ſummo Pontifici ad honorem totius communis Florentiæ, conſtituere me Epiſcopum Florentinum, quod vobis ad gaudium ſignifico, & quia non ſum adhuc a domino Papa conſecratus, tardabo aliquibus diebus aduentum meum quare rogo, quod interim res venerabil. Epiſcopatus ita diligenter cuſtodiantur, & gubernentur, quod Deo, & mundo pro tempore laudem, & honorem mereamini, & Epiſcopatus noſter gubernetur, ſeruetur illæſus, ſi quæ vobis grata, & omni A *per me fieri poſſunt, faciam libenter. Valete in Domino, qui vos conſoletur. Datum Viterbij die 13. iunij, indictione 8.*

Angelus de Ricaſolis Epiſcopus Florentinus.

Et dicti domini Vicedomini, & Guardiani fecerunt ad dictas literas reſponſionem huius tenoris, videlicet.

Literis reuerendæ paternitatis veſtræ ſuper veſtra promotione ad Epiſcopatum Florentinum lætanter receptis, de earum tranſmiſſione, & contentis in eis ad gratias omnipotenti Deo, & domino noſtro ſummo Pontifici deuote conſurgimus, vobiſque regratiamur exinde merito tamquam patri. Vobiſcumque de veſtra promotione lætantes, paternitati inde ad eius honores, & grata, atque fidelia obſequia offerimus liberaliter nos, B *ac noſtra, noſtrorumque quantum poſſumus hac reſponſali ad prædictas literas veſtras . . . ad Eccleſiam veſtram ſolicitatis aduentum. Et ſuper gubernationem, & fidam cuſtodiam veſtri Epiſcopatus Florentini, bonorumque eius, prout ad noſtram ſolicitudinem pertinet, dedimus, & in proceſſu, Deo propitio, dare conabimur operam opportunam, taliter gubernari curauimus, & curamus, quod ad diuinam laudem, & Epiſcopatus augumentum, veſtræque paternitatis honorem omnia ſalubriter inueneritis fore directa. Conſeruet igitur, & dirigat vos patrem, & dominum noſtrum Altiſſimus feliciter in honorem, & ſalutem demum conſtituat in Excelſis.*

Datum Florentiæ die prima menſis iulij 1370. indictione 8.

C

Porro pro abſente Angelo Ricaſoliò, Epiſcopatus poſſeſſionem iniit Paganus Portigianus, vnus ex conſeruatoribus Epiſcopatus, prima die ineuntis iulij eiuſdem anni 1370. Ipſe vero auguſtiori pompa ciuitatem ingreſſus eſt die quarta menſis auguſti eiuſdem anni. Huius Epiſcopi temporibus, Gregor. XI. in nobile ſancti Miniatis cœnobium Benedictini ordinis, montis Oliueti monachos, tunc cum præcipua ſanctimoniæ laude monaſticam vitam exordientes, per Lucium Epiſcopum Cęſenatem, & Abbatem Septimi introducendos curauit, anno 1373. die 12. menſis nouembris. Ricaſolius autem cum Florentinam adminiſtraſſet Eccleſiam vſque ad annum 1383. Romæque ab æmulis in iudicium vocatus fuiſſet, parum abfuit, niſi Florentina reſpublica per legatum D ſuum Georgium Dini Guccij dedecus auertiſſet, quin dignitate Epiſcopatus ſpoliaretur. Volens igitur eo dignitatis munere ſe exſoluit, tranſlatuſque eſt ad Fauentinam Eccleſiam, deinde etiam ad Aretinam, vbi demum deceſſit, exemplo ſanè haud vulgari variantis fortunæ poſteritati relicto. De quo vide quæ de ipſo diximus in Aretinis Præſulibus. Quo etiam ſedente Florentiæ, obijt Ioannes Boccacius anno 1372. cuius ſepulchrum eſt in æde ſanctæ Mariæ nouellæ, & epitaphium geminum, prius.

Egregius notus Latijs Boccaccius oris
Figmentis patrie raptus in orbe iacet.
Obijt M. CCC. LXII. vix. ann. lxy.

Poſterius.

Hac ſub mole iacent cineres, atque oſſa Ioannis
Mens ſedet ante Deum meritis ornata laborum

Mor-

Mortalis vitæ genitor Boccaccius illi,
Patria Certaldium, ſtudium fuit alma poetis.

Boccaccius certè celebris poeta, illuſtriſque vir fuit, ſed tamen ex ordine eorum, quorum ſcripta, vt innuit Baronius, reipublicæ Chriſtianæ obtuere crebro, profuere nunquam; ſecus vero de Franciſci Petrarchæ monumentis, qui paulo poſt Boccaccij exceſſum, apud Patauinos vita fungens, & functus anno 1374. ibidem in pago Arquata ſepultus in marmoreo ſepulchro hoc habet epitaphium.

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchæ:
Suſcipe Virgo parens animam, ſate Virgine parce,
Feſſaque iam terris, cæli requieſcat in arce.
Moritur anno M.CCC.LXXIV. xix. iulij.

Ibidem alia legitur inſcriptio, quam Ioannes Bſeccius Eccleſiæ rector poſt aliqua ſecula Petrarchæ, Danti, & Boccaccio poſuit ad æternitatem.

Danti Aldigerio, Franciſco Petrarchæ, & Ioanni Boccaccio, viris ingenio, eloquentiaque clariſsimis, Italicæ linguæ parentibus, vt quorum corpora mors, & fortuna ſeiunxerat, nomina ſaltem ſimul collecta permanerent. Ioannes Bſeccius Canonicus Ceſenenſis, huius Baſilicæ rector, in ſui erga eos amoris, obſeruantiaque teſtimonium poſuit M. D. XXIV.

Adiunge carmina Varini lib. 2. in ijs claris noſtris poetis.

Aequarunt veteres patrio ſermone poetas:
Quas Florentinus longe ſupereminet omnes
Gloria Muſarum, Dantes nec cedit Homero;
Par quoque Virgilio: doctrina vincit vtrumque.
Nemo ſatis poterit terſum laudare Petrarcham,
Hetruſci decus eloquij; nulliſque priorum
Inferior fuat Auſonijs, Graijſque poetis.
Non indignetur ſibi Pindarus, & ſibi Flaccus
Illum conferri, paribuſque incedere donis.
Multa quoq; & proſa, & magnæ Carthaginis arma
Romano cecinit Tyrrhenus carmine vates.
Nec minor eſt ſalibus Plauti, ſimiliſq; Menandro
Boccaccius, teneros docte qui luſit amores:
Quæcumq; Aſcræus veterum miracula vatum
Scripſerat, explicuit montes, fluuioſque, lacuſque,
Nympharumque domos, fontes expreſsit opacos.



48 ANGELVS ſecũdus Acciaiolius nobilis Florẽt. filius Bartholomææ de Ricaſolis, & Iacobi, Epiſcopus antea Rampollanus in Regno tranſlatus eſt ad Florentinam Eccleſiam anno 1383. Hic enim cum apud Neapolitanum Regem maximè gratioſus eſſet, eiuſdemque maiores in eo Regno in principibus proceribusue habe rentur, vigeretque adhuc apud omnes Nicolæ magni Regni Mareſcalli Iuriſconſulti memoria glorioſa, facile patriæ Epiſcopatum adeptus eſt, ac deinde Senatoriam purpuram ſub Vrbano Sexto ad titulum ſancti Laurentij in Damaſo, deinde etiam Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis effectus eſt, poſtremo ſacro Senatui decanus præſedit, munereque ſacræ Cancellariæ incorruptè eſt functus. Florentinam Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad annum 1387. cui deinde, eccleſiaſticis negocijs propemodum oppreſſus, remiſit nuntium. Denique Angelus eo apud omnes ordines hominum exiſtimationis prouectus eſt, vt cum Vrbanus Sextus è viuis fuiſſet exemptus, paribus votis, ſuffragijſque cum Poncello Cardinali Vrſino de Pontificatu certauerit. In qua quidem contentione, cum alter alteri haud videretur ceſſurus, Bonifacius Pontifex renunciatus eſt, antequam ſchiſma contendentes fœde diſtraheret. Cæterum electus, vt Neapolitano Regno ſub infantia Ladislai Regis perituro conſuleret, Angelum Acciaiolium eiuſdem Regni legatum, tutoremque pueri Regis opportunè deſtinat; qui Ladislaum Caietæ conſecrauit in Regem anno 1390. Kal. iunij, cumque eodem ad recuperationem Pannonici Regni profectus eſt, rcque feliciter perfecta, nouum Regem recuperati Regni diademate inſigniuit. Romam deinde reuerſus, cum Pontifex, Vrſinaque gens fœde conſternata eſſet ad arma, inter vtramque partem maniteram pacem ſanciuit. Erat Angelus, præter prudentiam, cæteraſque animi nobiliores dotes, probè etiam verſatus in literis: facundiæ autem tantæ, vt cum ſuis temporibus Clementis Septimi Antipapæ ſuperbiſſimè ſchiſma regnaret, Angelus arrepto ſtylo opuſculum inſigni pietate, doctrinaque refertum edidit ad Cardinales Antipapæ ſequaces. Piſis deceſſit, vbi per idem tempus, concilio exordiendo commorabatur, pridie idus iunij 1409. eius corpus ad nobilem Florentinam Carthuſiam, fundatam, dotatamque a magno Siniſchalco Acciaiolio delatum eſt, ſepultumque ad medium eius nobiliſsimæ gentis ſubterranei ſacelli, cuius in candida marmorea tabula eius effigies cum hac inſcriptione ſpectatur.

MONVMEMTVM HOC ANGELO
ACCIAIOLIO
CARD. ET EPISCOPO OSTIENSI
S. R. E. CANCELLARIO,
EIVSQVE GERMANO FRATRI
DONATO EQVITI CLARISSIMO,
SIBIQVE DONATI INSTAVRARVNT
ANNO SALVTIS
M. D. L.

Fr. BAR-



49 Fr. BARTHOLOMÆVS Vlarius Patauinus, ordinis Minorum Generalis, Anconitanus antes Epiſcopus, ad Florentinam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1387. ac poſt duos annos a Bonifacio Nono ſummo Pontifice adlectus eſt presbyter Card. S. Pudentianæ. Quamobrem Florentinorum Præſul breuiſsimus fuit, cum poſt adeptam purpuram, ſedem illam liquiſſet. Vir ſanè ſingularis probitatis, atque doctrinæ, per cuius decora, conatuſque ad ſupremam illam poſt Pontificatum dignitatem aſcendit. Deceſsit autem Vlarius Caietæ Neapolitani Regni legatus, ſepulturamque marmoream, literatamque apud ſuos Minores accepit.

Vnica Cardinei fueras qui gloria cætus,
Hac te petra tegit, Patauinis mœnibus ortum.
Almas inter nunc animas lætaris olympo,
Miſſus eras partes domum legatus ad iſtas,
Quem tibi viuaces mors inuida ſuſtulit annos
Vnanimis quicquid conditum munere fama
Scire datus ſtudijs ſublimi mente locaſti.
Longa tuum meritis clarum per ſæcula nomen
Non adimet ſuprema dies, tua viuida virtus,
Nunquam morte cadens omni memorabitur æuo.

Hic iacet Reuerendiſſ. in Chriſto
D. Bartholomæus de Vlia ris de Padua,
Dei gratia tit. S. Pudentianæ
Presb. Card. Paduanus,
Regni Siciliæ Apoſtolicæ ſedis legatus.
Qui abijt die xvi. Aprilis anno M. CCC. XCVI.
indict. iv.



50 Fr. HONVPHRIVS Steccutus, ſiue de Viſdominis Florentinus, ex ordine Eremitano Magiſter Theologus, ac paulo ante Volaterranus Epiſcopus, ad Florentinam ſedem translatus eſt anno 1390. pridie Kal. februarij, illamque Eccleſiam ad annos decem adminiſtrauit, deinde ann. 1400. translatus eſt ad ignobiliorem Chomacli ſedem, ſiue quia Bonifacio Nono non placebat, quod ciuibus Florentinis impensè faueret, ciuilibuſque negocijs magis quam pro Epiſcopo videretur, vacaret, ſiue quod aliquid aliud luberat, quod Pontificia iram meritò commoueret. Florentinum populum conſtat pro ſuo Epiſcopo apud Pontificem per Thomam Raynerij Populani, nomine totius reipublicæ depugnaſſe, tum per epiſtolas eidem Pontifici, Cardinaliumque collegio ſcriptas, tametſi in irritum recidiſſent publica vota, preceſq; B epiſtolarum vero tenor, prout eas exſcripſit Coluccius Salutatus reipub. Cancellarius, eſt huiuſmodi ex lib. originali literarum eiuſdem, qui extat in archiuio, quod dicunt delle Tratte fol. 171. & 172.

Papæ.

Sanctiſſime, atque beatiſſime in Chriſto Pater, & domine certiſsimeque ſucceſſor Petri, necnon & vere Vicarie Filij numinis ſempiterni.

☞ Senſimus, & admirati ſumus, imo perterriti ambientium importunitate tentati, quia veſtra ſublimitas reuer. in Chriſto patrem dominum fratrem Honuphrinm Epiſcopum, & paſtorem noſtrum ad aliam Eccleſiam transferat, & no-C uum noſtræ deuotionis regimini Præſulem anteponat. In qua quidem re populus noſter intremuit, cum ſine dubitatione ſperaret hunc patrem nunquam ſibi tolli, ſed, donec viueret, ſanctiſſimis excellentis ſcientiæ ſuæ prædicationibus admoneri. Nos autem cum videamus ipſum Eccleſiam noſtram commendabiliter regere, monere quotidianis allocutionibus populum, & exemplo vitæ dirigere clerum, quod hinc amoueri debeat, vel quæratur, cum miremur, totis affectibus condolemus. Tum videntes innocuum iſtum paſtorem, quique talia recipere non ſit meritus, opprimi: cum Eccleſiam noſtram tam ſancto regimine, & tam vtili, tamque dilecto paſtore priuari. Quamobrem benignitati veſtræ ſanctitatis deuotione, & inſtan-D tia, quantum poſſumus, ſupplicamus, quatenus contemplatione noſtra dignemini prælibatum dominum Epiſcopum & ſuis meritis, & noſtris interceſsionibus, non ſolum recommiſſum cum fauore ſuſcipere, ſed in ſui ſtatus, & gradus dignitate, ſi noſtræ deuotionis humilitati complacendum vnquam eſſe decernitis, conſeruare.

Datum Florentiæ, die vltima nouembris iv indict. 1395.

Collegio Cardinalium.

Reuerendiſs. in Chriſto Patres. Scripſimus ſanctiſs. ſummo Pontifici in hac forma, videlicet:

☞ *Sanctiſſime Pater, &c.* Ex quibus poteſt dignatio veſtra comprehendere, quam inique, quamque inutiliter his mouentur. Accedit ad hæc, quod maximè, ſingulariterque nos, populumque turbauit, quod cum ipſum viderimus pro ſta-

O tu

æ ſanctæ Matris Eccleſiæ, iuſtitiæque ſanctiſſimi domini noſtri Papæ vigilantiſsime laborare, iniuſtum, & inhoneſtiſsimũ in oculis omnium eſſe videtur, quod tales fructus laboris, & fidei debeat reportare. Dignetur igitur veſtri culminis candidatus ipſum coram præfato domino noſtro Papa opportuno cum fauore defendere, & ambitioſis, ac æmulis iſta quærentibus patrocinij veſtri cętus obicem obiectare, quod quidem nos, & totus noſter populus nobis ſeparabimus ad immenſæ gratiæ munus, & cumulum beneplaciti ſingularis.

Datum Florentiæ die prima decembris quarta indictione, 1395.

Papa.

Senſimus, &c. Et hæc quidem hucuſque per alias ſcripſimus. Nunc autem audiuimus per hos æmulos, quamuis mendacioſè confingi, quod in honoribus ſanctæ Matris Eccleſiæ promouendis, & in iuſtitia veſtræ ſanctitatis, ſicut expedit, defendenda ſit pluſquam expediat negligens, & remiſſus, quam quidem calumniam satis non poſſumus admirari: Nam quãuis de fide populi Florent. nõ oporteat dubitare, nihilominus tamen quoties opus fuit, quoties fuimus ſuper his delictis, vel viua voce tentati, ſcimus ipſum nunquã aliquid de contingentibus omiſiſſe. Sẽper etenim monitis, ac ſolicitudine nobis iuſtitiæ confirmans credulos, collapſos erigens, dubiuſque declarans. Et vtinam omnes alij tam clerici, quam Prælati pari diligentia per omnem Chriſtianitatis ambitum ſe geſsiſſent, & ſciret, & vellent in his omnibus operari. Indignamur autem, quod aliqui tentent ore ſacrilego tam falſa continere, vel ſi de veritate ſunt conſcij, quæ bene geſta ſunt, tam turpiter depiauare. Spes autem nobis eſt, quod veſtræ celſitudinis beatitudo fidem veris noſtris atteſtationibus adhibens, illos in falſis inuentionibus ſuis confundet, nec nos conſolatione tam dilecti Patris, nec cauſam veſtram tanti defenſoris præſidio ſpoliabit.

Datum Florentiæ, die ſecunda decembris quarta indictione 1395.

Ex libro tamen prouiſionum ipſius Bonifacij perſpicuè erui poſſe videtur Florẽtia nunquã exceſsiſſe Honuphriũ, quippe qui impetrarit a Pontifice, potius ſine Eccleſia vitam priuatam traducere, quam ignobilioẽ ſedem conſcendere. Igitur apud ſuos Eremitanos Florentiæ diem clauſit extremum, ſepultuſq; eſt in clauſtri capitulo cœnobij S. Spiritus, vbi marmorea eius effigies leuiter ſculpta, cum hac propemodum ob ingredientium greſſus penè deleta inſcriptione.

Hic iacet Reuerendiſſimus D. Magiſter
Fr. Honufrius magnus Theologus
Epiſcopus Florentinus.
Anno Domini M. CCCC. III.
die . . .



51 ALEMANNVS Adimarus nobilis Florentinus, Plebanus ſancti Stephani Modilianæ, Epiſcopus Florentinus adlectus eſt anno 1400. idus decembris, ex lib. prouiſ. Prælat. fol. 251. Cui Eccleſiæ præfuit vſque ad annum 1401. Deinde 22. die decembris tranſlatus eſt ad Archiepiſcopatum Tarentinum, mox & ad Piſanum; vnde poſtea ſub Ioanne XXIII. ſacra Senatoria purpurei obuenit, vt in Epiſcopis Piſanis poſtea narrabimus. Cæterum Alemanni Adimari electio Borghinum, alioſque ſcriptores latuit, ſiue quia breuiſsima mora Florentinam Eccleſiam adminiſtrauerit, ſiue quia mole negotiorum diſtentus, haud ipſe per ſe eius Eccleſiæ poſſeſsionem inierit: forſan autem & nos hactenus latuiſſet, niſi Prou. liber, & Bonifacius Nonus, ad Balthaſarem Coſam poſtea Ioannem XXIII. de præpoſitura S. Geminiani per aſſumptionem Adimari vacante, ipſique collata literas dediſſet, in quibus perſpicuè Alemanni Adimari electionis fit mentio, vt ex ſubiectis literis planius, pleniuſque patebit. Extat diploma in archiuio Florentino.

BONIFACIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio Balthaſari Coſſa Archidiacono Bononienſi, Decretorum Doctori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Grata tuæ familiaritatis, & deuotionis obſequia, quæ nobis, & Apoſtolicæ ſedi hactenus impendiſti, & adhuc ſolicitis ſtudijs impendere non deſiſtis, necnon nobilitas generis, literarum ſcientia, vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimonijs varijs percepimus, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem dilecto filio Alemanno Philippi plebano plebis ſancti Stephani de Modigliano Fauentinæ diœceſis, dum præpoſitura eccleſiæ ſancti Geminiani Volaterranenſis diœceſis, tunc certo modo vacante, per noſtras literas gratioſè mandauimus prouideri, prout in ipſis literis plenius continetur, & deinde de perſona dicti Alemanni poſſeſsionem dictæ præpoſituræ, per eum non habita, Eccleſia Florentina tunc vacante, auctoritate apoſtolica duximus prouidendum, præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem. Cum itaque propterea præpoſitura prædicta, ac omne ius præfato electo tẽpore promotionis huiuſmodi in dicta præpoſitura, ſeu ad

cam

eam quomodolibet cõpetens per huiuſmodi pro-
motionem, & munus conſecrationis impenden-
dum eidem, vacare ſperetur in breui. Nos volen-
tes, quod cubicularius noſter, & de nobili genere
procreatus exiſtis præmiſſorum obſequiorum, &
meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecia-
lem, præpoſituram prædictam, quæ dignitas
principalis in dicta Eccleſia ſancti Geminiani exi-
ſtit, vt ad eam conſueuit quis per electionem aſ-
ſumi; cuiuſque fructus, redditus, & prouentus
trecentorum & quinquaginta florenorum auri, ſe-
cundum communem exiſtimationem valorem
annuum, vt aſſeritur, non excedunt, cum illa, vt
præfertur, vel per lapſum temporis de conſecran-
dis Epiſcopis a canonibus diffiniti, vel alias quo-
B nis modo, præterquam per dicti Electi obitum
vacari contigerit, conferendam tibi cum omnibus
fructibus, & pertinentijs ſuis, motu proprio non
ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc obla-
tæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera libe-
ralitate donationi apoſtolicæ reſeruamus, diſtri-
ctius inhibentes venerab. fratri noſtro Epiſcopo
Volaterranenſi, & dilectis filijs capitulo dictæ ec-
cleſiæ ſancti Geminiani ac illi, vel illis, ad quem,
vel ad quos dictæ præpoſituræ collatio, prouiſio,
præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio cõ-
muniter, vel diuiſim pertinere de huiuſmodi præ-
poſitura contra reſeruationem huiuſmodi diſpo-
nere quoquo modo præſumant, ac decernentes ex
nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs a quoquã
C quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari. Non obſtantibus quibuſcumque
ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ ſancti
Geminiani contrarijs iuramento, confirmatione
apoſtolica, vel quacumque firmitate alia robora-
tis. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis
de dignitatibus, perſonatibus, vel officijs in dicta
eccleſia ſancti Geminiani ſpeciales, aut alijs bene-
ficijs eccleſiaſticis, in illis partibus generales dictæ
ſedis, vel legatorum eius literas impetrarint, etiãſi
per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decre-
tum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, qui-
bus omnibus te in aſſecutionem dictæ præpoſitu-
ræ volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quo-
ad aſſecutionem dignitatum, perſonatuum, vel offi-
ciorum, aut beneficiorum aliorum præiudicium
generari, ſeu ſi eiſdem Epiſcopo, & capitulo, vel
D quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim a prædicta
ſit ſede indultum quoad receptionem, vel proui-
ſionem alicuius minimè teneantur, & ad id com-
pelli non poſſint. Quodque de dignitatibus, per-
ſonatibus, vel officijs ipſius eccleſiæ ſancti Gemi-
niani, aut alijs beneficijs eccleſiaſticis, ad eorum
collationem, prouiſionem, præſentationem, ele-
ctionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem com-
muniter, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli audeant
prouideri per literas apoſtolicas non facientes ple-
nam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de in-
dulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia di-
ctæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cuiuſ-
cumque tenoris exiſtant, per quam præſentibus
non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus
huiuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet
vel differri, & de qua, cuiuſque toto tenore haben-
da ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Aut ſi præ-
ſens non fuerit ad præſtandum de obſeruandis ſta-
tutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ ſolitum
iuramentum, dummodo in abſentia tua per pro-
curatorem idoneum, & cum ad Eccl. ipſam acceſ-
ſeris, corporaliter illud præſtes. Nos enim tecum
vt præpoſituram prædictam, ſi illam tibi præſen-
tium vigore conferri contigerit, recipere, & vna
cum alijs dignitatibus, perſonatibus, officijs, cano-
nicatibus, & præbendis, Eccleſijs, & alijs benefi-
cijs eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, cum
cura, & ſine cura, quæ obtines, & expectas etiam,
in quibus, & ad quæ tibi quomodolibet compe-
tit, quæcumque, quocumque, & qualicumque
fuerint, retinere liberè, & licitè valeas, generalis cõ-
cilij, & quibuſcumque alijs conſtitutionibus apo-
ſtolicis, necnon prædictis ſtatutis, & conſuetudi-
nibus contrarijs nequaquam obſtantibus, aucto-
ritate prædicta motu ſimili de vberioris dono gra-
tiæ diſpenſamus, prouiſo, quod dignitates, perſo-
natus, officia, canonicatus, præbendæ, Eccleſiæ, &
alia beneficia ſupradicta debitis nõ fraudentur ob-
ſequijs, & animarum cura in eis, in quibus cura
imminet, nullatenus negligantur. Nulli ergo om-
nino hominum liceat hanc paginam reſeruationis,
inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis infringe-
re, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præſumpſerit, indignationem omni-
potentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolo-
rum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, id. decemb. pontif. noſtri anno xij.



52 IACOBVS Palladinus e Terramo, Tarentinus antea Archiepiſcopus, ad Florentinam ſedem translatus eſt, vnde Alemannus Adimarus exceſſerat, ad Tarentinum & ipſe thronũ translatus anno 1401. die 24. menſis nouembris. Intereſt concilio Piſano anno 1409. in quo Alexander Quintus euectus eſt ad Petri ſedem. Præfuit autẽ Florentinæ Eccleſiæ vſque ad annum 1410. ac deinde Spoletanam eſt aſſecutus Eccleſiam. Breuiori mora illum Florentiæ fuiſſe oportet. Pro vicario Marco è Terramo vſus eſt Bertinori Epiſcopo, ac fratre Vincentio ordinis Humiliatorum Bononienſi præpoſito, canonumque ſolemni doctore.



53 FRANCISCVS Zabarella, doctorum virorum ſui ſeculi facile princeps, ac per omnes Italiæ academias, in quibus nobiliores diſciplinas publicè profeſſus fuerat, clariſſimæ memoriæ Philoſophus a Ioanne XXIII. Pontifice Florẽtinus Præſul adlectus eſt anno 1410. die 15. menſis auguſti. Anno vero 1411. idem Pontifex Ioannem Zabarellam ingenti gratulatione bonorum vocauit ad purpuram ad titulum ſanctorum Coſmæ, & Damiani, vulgoque Cardinalis Florentiæ vocatus eſt, tametſi poſtquam purpuram adeptus eſt, eo Epiſcopatu ſe abdicaſſet. Multos exantlauit labores, pluraque adiuit pericula, vt aliquando tandem cogeretur concilium: eam ob cauſam ad Sigiſmundum Imperatorem legatus eſt, cuius conſilio, cum habendo concilio ciuitatem Cõſtantiam deſtinaſſent, illuc Zabarella iter intendit. Ibi ergo cum C tres Pontifices munere pontificio abiiſſent, ac cẽſura patrum, bonorumque omnium propenſa voluntas in ſummum Pontificem cooptaret, importuna mors omnium vota deluſit, anno 1417. ſexto Kalend. nouembris. Cuius deinde corpus a ſuis gentilibus Patauium translatum eſt, inque cathedrali in marmoreo pulcherrimo ſepulchro, quod ſculptæ ſtatuæ, ſignaque decorant, cum eiuſmodi epitaphio ſepultum.

Franciſco Zabarellæ, Florentiæ Archiepiſcopo, viro optimo, Vrbi, atque orbi gratiſſimo, diuini, humanique iuris interpreti præſtantiſſimo, in Cardinalium Collegium, ob ſummam ſapientiam cooptato, ac eorundem animis, Pontifice Papa Maximo Ioanne xxiij. eius Senatu abdicato, ante Martinum Quintum ob ſingularem probitatem in Conſtantienſi concilio deſtinato Ioannes Iacobi viri clariſſimi filius id monumentum ponendum curauit.

Vixit annos lxxviij. Obijt Conſtantiæ anno M. CD. XVII.

Cæterum, qui eiuſmodi epitaphium compoſuit, perperam Florentiæ illum Archiepiſcopum appellauit, cum Martinus Quintus ea dignitate Florentiam tunc primum decorauerit, anno 1420. hoc eſt poſt tres omnino annos a Zabarellæ exceſſu. Inde autem error incogitantiæ auctoris epitaphij potuit irrepſiſſe, quod minus bene tempora conciliauerit, exceſſus ſcilicet Zabarellæ, atque a Martino Quinto Florentinæ ſedi Archiepi-

A ſcopalis delatæ dignitatis. Plura reliquit Franciſcus ingenij monumenta, ſuper Decretalia, ac Clementinas; ſcripſit de horis canonicis, de concilio, repetitiones varias, de ſchiſmate, aliaque quamplura. In philoſophicis diſciplinis adeo conſpicuus fuit, vt ſuo æuo, qui cum ipſo concurreret, vix inueneris. Artem oratoriam elegantiſſimè calluit, vt mirum in eo fuerit cum ſeuerioribus diſciplinis, publicisque curis amœniores muſas tam raro nexu conuenire potuiſſe. Demum eo ingenij acumine erat, ea dexteritate agendi, vt omnium ordinum hominum, ac principum virorum præcipuè promereretur amorem. Sigiſmundus Imperator in primis adeo ſuperſtitem adhuc Zabarellam dicitur dilexiſſe, vt mortuo etiam B cum ſuis, regnique proceribus vſque ad poſtremam conclamationem, aula Romana ſpectante, Conſtantiæ iuſta perſoluerit: dum Pogius Florentinarum rerum ſcriptor, ac per id tempus inſignis eloquentiæ laude conſpicuus clari tetexeret meritas laudes. Zabarellæ meminit Panuinius, Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis, Angelus Politianus, Scardeonus, Ciacconus, Antonius Richobonus de Gymnaſio Patauino, aliique non pauci.

ARCHIEPISCOPI FLORENTINI.



D 1 AMERICVS Corſinius Florentinus, ex Archidiacono Baiocenſi, Epiſcopus Florentinus electus eſt anno 1411. 17. Kalendas auguſti, poſtremus fuit Epiſcopus, primuſque eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Abſoluto enim completoque Conſtantienſi concilio, in quo ſuppreſſis tribus Pontificibus victo electis, Martinus V. Columna ad Petri ſedem fuerat ſubuectus, idem Pontifex Cõſtantia rediens, ex itinere diuertit Florentiam, cumque a libera tunc ciuitate munificentiſſime fuiſſet exceptus, eãque iam relaturus haud impares gratias, Archiepiſcopatus dignitate illam ornauit, anno 1420. die 2. menſis maij. Ratus, vt ait Card. Aegid. in hiſt. 20. ſecul. ciuitatem, quæ alias pietate ac religione præcelleret, nullis alijs dignitate inferiorem eſſe oportere. Hæc primum inſtituta dignitas ce-

cidit

cidit in AMERICVM Corſinium nobilem Florentinum Archidiaconum Bruocenſem, qui Epiſcopatum illum obtinuerat anno 1411. 17. Kal. auguſti.

Martinus vero Mantua Florentiam venit die 26. feb. anno 1418. ſummo honore a repub. Florent. exceptus, diuertit ad baſilicam S. Mariæ Nouellæ, Ord. Præd. vbi tamdiu manſit, quamdiu Florentiæ fuit; iuxta quam Florentini ædes ædificarunt, vbi Pontifex ſpatioſius moraretur, vbi hæc inſcriptio in tabula marmorea legitur.

Pontifici ſummo MARTINO nomine QVINTO
Conſtantienſi ſynodo ſacra venienti
Hic populus proprias has gratis condidit ædes,
Ac ſibi magnificos multos impendit honores.
Dum venit primo, dum manſit, dumque receſſit;
Manſit ſex menſes, feliciter, atque per annum.
Poſtea ſacrato templo ſolemniter iſto,
Acceſſit Romam, ſedem, patriamque vetuſtam.
Venit die xxvj. Februarij. MCDXVIII.

Cæterum cum Martinus Quintus apud ſanctam Mariam Nouellam Florentiæ commoraretur, Ioannes Coſſa quondam Papa xxiij. carcere elapſus, ad eius oſcula pedum beatorum ſupplex procubuit non ſine lacrymis, purpuratorum ſpectante ſenatu. Quæ demiſſio adeo cum Cardinalibus mouit Pontificem, vt ſtatum ſupplici reſtituerit honorem Pilei creaueritque illum Epiſcopum Tuſculanum, ac ſacri ſenatus decanum. Breuis autem ea lætitia fuit, ſiquidem paulo poſt Florentiæ è vita diſceſſit. Coſmi Medicei viri clariſsimi, ac liberaliſsimi ſtudio ac cura honorificentiſsime ſepultus fuit apud S. Ioannem Baptiſtam in pulcherrimo marmoreo ſepulchro, cuius propemodum ſpirantem effigiem Donatellus egregius ſtatuarius ad miraculum ſculpſit. Ad viginti millia Florenorum aureorum condidit teſtamentum, Bartholomæo Valorio, Nicolao de Vzzano, Ioanne Medicео, Verioque Guadagnio poſtremam hanc eius voluntatem exequentibus. Inde videre eſt quam vane vulgus, vecordeſque vel ex ſupina inſcitia, vel ex perfidioſa malitia, iactauerint Ioannis Pontificis opes demigraſſe in Mediceam domum, indeque gentem illam fuiſſe opulentiorem, cum iam olim ante clariſsima illa gens iis opibus abundaret, quæ viderentur regias propemodum potuiſſe adæquare. Martinus autem Pontifex antequam Florentia diſcederet, templum ſanctæ Mariæ Nouellæ, maiuſque altare, ac ſancti Petri martyris, in gratiam fratrum Prædicatorum, apud quos humanitate maxima cultus fuerat, per duos annos diuerſatus, conſecrauit. Cæterum in Præſulatu Americi Corſinij, Florentiæ fato ceſsit vir plane inſignis Nicolaus Datus fratrum Prædicatorum generalis magiſter anno 1426. ſepultuſque fuit apud maius altare, vbi ad huc cum eius ænea effigie in pauimento ſubſtructũ ſpectatur ſepulchrum, eiuſdemq; inſcriptione. Cuius viri nunc eo libentius memini, quod Romæ poſitus, cum meas ad Cicconum conderem notas, inueteratam quandam ſecutus memoriam, ab eius generis ſcriptore adiutam, auctoritate autem Pauli Mini de nobilitate Florentina, ac cu-

A iuſdam M.S. codicis, quẽ apud ſe aliquando habebat Horatius Morandus Abbas Valliumbroſanus, firmatam, eundem aſſerui a Martino Quinto Pontifice in ſecunda creatione purpura fuiſſe decoratum ſub vitæ finem, hoc eſt ante duos omnino dies quam è vita diſcederet. Sed cum poſtea diligentius rem omnem inueſtigaſſem, acta conſiſtorialia, regeſtumque Vaticanum Martini Quinti conſuluiſſem, ſimplicemque inſcriptionem ſepulchri fuiſſem intuitus, priorem ſententiam meam eiuraui, fateorq; me ex aliena credulitate tum fuiſſe lapſum rumoremque illum ex vulgi ſermonibus vires acquiſiuiſſe, qui penſatis virtutibus viri, aliquando fore prædixerat, vt a Quinto Martino inter purpuratos ac ſacros ſenatores cooptaretur.

B Sed iam ad Americum noſtrum redeamus. Hic igitur cum ad decem annos Florentinæ præfuiſſet Eccleſiæ, primus Archiepiſcopus, & Florentiæ vixit, & ibidem primo illius dignitatis decore cumulatus deceſsit, anno 1434. eo ſcilicet tempore, cum Eugenius Quartus Pontifex vrbanas ebullientes declinans ſeditiones, ſe contuliſſet Florentiam, vbi per aliquot annos commoratus, poſt Americi exceſſum, eandem Florentinam ſedem ita ipſe per ſe adminiſtrauit, & rexit, vt inter illius Eccleſiæ Præſules videatur poſſe numerari. Clerum autem ita adamauit, vt multa in illum contulerit beneficia, præcipue autem minoribus cle-
C ricis ita conſuluit, vt fundatis redditibus, habere voluerit, vnde ad ſacerdotalem dignitatem poſſent aſcendere.

Americo Præſule Florentiæ ex hac mortali vita diſceſſerunt duo eximiæ famæ Præſules, Hiſpanus vnus Caurienſis Epiſcopus ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ Nouellæ, vbi adhuc ea marmore eius effigies, & gentilitia ſtemmata ſpectantur duo conchilia in quadripartita parma, & epitaphium hiſce verbis expreſſum.

Hic iacet R.P.D. Matthaeus Epiſcopus Caurienſis Compoſtella nat. Regum Caſtellæ, & Aragon: conſiliar. qui obijt die xij. ſept. A. D. M.CCCCXXXII.

D

Anglus alter fuit Regis Angliæ Orator apud Martinum Quintum: cuius ſepulchrum viſitur in Templo S. Crucis, vbi eius ſtemmata proſtant, pardi tres argentei in nigro ſcuto vagantes cum hoc Epitaphio.

Hic iacet dominus Ioannes Catrk Epiſcopus quondam Oxonienſis Ambaſciator. ſereniſſimi Regis Angliæ, qui obijt XXVIII. decembris A. D. M.CCCCXIX. cuius animæ propitiet Deus.

a IOAN-



2 IOANNES Vitelleſchus Cornetanus, antea B Recanatienſis Epiſcopus, ab Eugenio Quarto Pontifice ſecundus Archiepiſcopus Florentinus adlectus eſt anno 1435. 4. id. octob. Qui cum etiam eſſet Patriarcha Alexandrinus, a nobiliori ſacta denominatione, vulgo per antonomaſiā Patriarcha dictus eſt, ornatuſq; paulo poſt ab eodem Eugenio Senatoria purpura ad titulum ſancti Laurentij in Lucina anno 1437. Cæterum vt Eugenius ad ſupremum Cardinalatus gradum illum extulerat, ſic poſtea eundem tamquam regni, Pontificatuſque appetentem ad ima deuoluit. Natus Ioannes fuit Corneti in Hetruria è nobiliſſima Vitelleſchorum familia, vir vtique magni ingenij, mirabilique dexteritate in expediendis, pertractandiſque negotijs. Propius militiæ, quam Eccleſiaſtico cultui videbatur accedere. C Tartaliam Tuſcanellæ Tyrannum cum eidem a conſilijs eſſet, ſuis conſilijs fulſit, eiuſdemque armis ſuccinctus, plurimas bellicas factiones promouit: ſed cum deinde Tartalia ſub Martino Quinto Columna plexione capitis pœnas luiſſet, Ioannes Romam conceſsit, atque a Martino Quinto Protonotarius Apoſtolicus renunciatus eſt. Defuncto vero Martino, ita Eugenio Pontifici adhæſit, placuitque, vt illum Præfectum contra Tyrannos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cum auctoritate legati creauerit. Quos deinde omnes ad vnum vel expulit, vel perdomuit. Inde illi vſque ad Cardinalatum varij honores collati, ita ut non modo legati munere contra Tyrannos cum ampliſsima poteſtate fungeretur, ſed etiam Eccleſiaſticorum armorum Præfectus Romanæ Eccleſiæ latè formidabilem reddiderit ditionem. D Pro Renato Andegauenſi cōtra Alphonſum Neapolitanū Regem militauit, cumq; fœdifragus Tarētinorum Principem fregiſſet, fudiſſetque, captumq; deinde dimiſiſſet, æmulorum maledicentia apud Pontificem Eugenium inuidia maxima deflagrauit, eidemque ob maximam adeptam potentiam affectati regni ſuſpectus, iuſſus eſt Romam redire, vt in res bellicas primo quoque tempore expediret conſilia, ſed reuera vt cogitatæ perfidiæ pœnas daret. Nempe Antonio Rido opprimendi hominem negotium demandatum erat, hic erat pro Pontifice Adrianæ molis Præfectus; ita ut cum Vitelleſchus rediret, honoriſque cauſa deduceretur a Rido, inter vtrinque de rebus bellicis iactata verba, equo inſidens in limine ipſo Adrianæ molis captus eſt, vimque parans a circumſtantibus militibus oppreſſus, multiſque vulneribus confoſſus, in

A eadem Arce breui deceſsit anno 1438. die 2. menſis aprilis, cum die 29. menſis martij Antonio Rido circumueniente captus fuiſſet. Eius deinde cadauer Cornetum delatum tumulatum eſt in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

REVERENDISSIMO DOMINO
IOANNI DE VITELLESCHIS DE CORNETO
PATRIARCHÆ ALEXANDRINO
CARD. FLORENTINO
BARTHOLOMÆVS EPISCOPVS CORNETANVS
NEPOS
IN POSTERITATIS MEMORIAM.

Quando ego pro patria, pro maieſtate repreſſi
Pontificis furias bellorum, hoſteſque ſubegi
B *Eccleſia, noſtris quæ floruit aucta ſub armis,*
Reſtitui res effluxas, vrbeſque decuſque
Inuidit ſors atra mihi, magis æmula virtus
Immeritam ſtatuens non æquo munere mortem.

Et hunc quidem infauſtum finem Vitelleſchi militares exaggeratæ virtutes accepere. Quaſi viris Eccleſiaſticis fatale ſit, infauſto exitu mori ſub armis, ſi audacius, intemperantiuſque contra eam quam ſemel profeſsi ſunt vitæ ſanctimoniam, arma tractent. Quoniam vero Ioannes circumſeptus victricibus armis, oppreſsiſque Tyrannis immortalia commoda libertatemque pene amiſſam populo Romano pepererat, equeſtris illi ſtatua a populo Romanoque Senatu, cum hac honorificentiſsima C inſcriptione decreta eſt.

IOANNI VITELLESCHO
PATRIARCHAE ALEXANDRINO
TERTIO A ROMVLO ROMANÆ VRBIS
PARENTI.

Plures ſcriptores huius Cardinalis meminerunt, Iouius ſcilicet in elogijs militaribus, Platina, ac Garimbertus, nos etiam in noſtris notis ad Ciacconium. Poſtremo non me fugit tempore huius Cardinalis Metropolitanam Florentinam Eccleſiam fuiſſe conſecratam ab Eugenio Quarto ſummo Pontifice anno 1436. vt ex hac ſubiecta inſcriptione perſpicitur.

Ob inſignem magnificentiam ciuitatis
D *& templi Eugenius Papa iiij. omni ſolemnitate*
adhibita dedicauit
die vigeſima quinta martij MCCCCXXXVI.
Cuius dedicationis gratia ligneus
Pons inſigni magnificentia, & ornatu
factus eſt
ab Eccleſia ſancta Maria Nouella
vbi papa inhabitabat vſq; ad hanc Eccleſiam
per quem veniens Pontifex cum Cardinalibus
& Epiſcopis cæteriſque proceribus
Pontificali habitu
ad dedicationem acceſsit, tanta
enim multitudo
ad ſpectandum conuenerat, vt præ nimia
turba vias obſidente niſi
per pontem commode tranſire Pontifex
non potuiſſet.

Vitelle-



3 Vitelleſcho ſucceſsit LVDOVICVS Scarampius, ſeu Mediarota Patauinus, eiuſdem æmulus, anno 1438. 7. Kal. ſeptembris ex Epiſcopo Tragurienſi. Hic quamquam obſcuris ortus pa-

A rentibus, Pontificiorum tamen negotiorum moli rebuſque bellicis, quarum legatus erat, parem animum attulit. Siquidem Eccleſiaſtico ſuccinctus exercitu, ſociatiſque armis cum Florentinis, cum in Hetruria fungeretur legatione, Picininum Mediolanenſis ducis egregium ducem, multiſque victorijs clarum vicit, ſuperauitque. Qua ipſa victoria apud Eugenium tantum collegit gratiæ, vt Cardinalatus illum purpura condecorauerit 1440. Purpuraque cumulatus Archiepiſcopatu Florentino ſe abdicauit in fauorem Bartholomæi Zabarellæ, cum prius Florentino concilio, adhuc eius ciuitatis Archiepiſcopus ſubſcripſiſſet, in quo Græca cum Latina tandem conſenſit Eccleſia. Quod fœdus adeo bonis omnibus, Catholiciſque lætabile
B fuit, vt publicus conſenſus in marmorea tabula eiuſdem voluerit extare memoriam.

GENERALI CONCILIO FLORENTIÆ CELEBRATO
POST LONGAS DISPVTATIONES VNIO GRÆCORVM
FACTA EST IN HAC IPSA ECCLESIA
DIE VI. IVLII M.CCCC.XXXIX.
PRÆSIDENTE EIDEM CONCILIO EVGENIO PAPA IV.
CVM LATINIS EPISCOPIS ET PRÆLATIS ET IMPERATORE
CONSTANTINOPOLITANO CVM EPISCOPIS ET PRÆLATIS
ET PROCERIBVS GRÆCORVM COPIOSO NVMERO
SVBLATISQVE ERRORIBVS IN VNAM
EANDEMQVE RECTAM FIDEM QVAM ROMANA TENET
ECCLESIA CONSENSERVNT

Commutauit autem Florẽtinum Archiepiſcopatum cum Patriarchatu Aquileienſi, ſubque Caliſto Tertio in Pannoniam contra Turcas Legatus profectus eſt, collatiſque ſignis ad Belgradum inſignem reportauit victoriam, oſtenditque nouos homines, & infimæ ſortis poſſe aliquando cum inſigni nobilitate vitæ de virtute certare, exque medica facultate, quam ille callebat egregie prodire duces, qui & mederi vulneribus, & vbi opus eſſet
D infligere non ignorarent. Cæterum Ludouicus tanta apud Eugenium gratia valebat, vt ad eum Eccleſiaſticorum negotiorum molem prætermiſſo Petro Barbo nepote, ſoleret deferre. Inde inter vtrumque immortales ſimultates viſæ ſunt extitiſſe, donec pertinaciſsimæ fortunæ luſu grauiſsimum ſui æmulum Petrum Barbum ad Petri Thronum ſublimatum contigit illi videre. Sub quo tandem anno 1465. 6. Kal. aprilis Epiſcopus Cardinalis Albanenſis deceſsit ſepultuſque fuit apud ſanctum Laurentiũ in Damaſo, vtpote qui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarius eſſet, vbi poſtea ab Henrico Archiepiſcopo Tarentino pergrandis marmorea tabula cum prolixa inſcriptione erecta fuit, quam in Epiſcopis Albanenſibus ſupra retulimus. Is ex bonis Eccleſiaſticis primus ſui ordinis, canes, & equos alere cœpit, teſte Genebrardo in Chronol. ex Volaterrano in Anthropolog. Quo tempore Turca Mahumetes res gerebat in Græcia. Hinc ab aulicis Cardinalis Lucullus appellatus, vt inquit Garimbertus, de quo Bernardinus Scardeoneus, & Angelus Portinarius, qui illum Mediarotæ cognomentum elegiſſe ex matris familia ſcribit, cum ille ex Arena gente prodijſſet.



4 BARTHOLOMÆVS Zabarella Patauinus, filius Andreæ frater Franciſci Cardinalis, Patrui

cum

eum æmulatus virtutes fuiſſet, ad ſummam iuris prudentiam peruenit,cumq; ob id Martino V.magno vſui fuiſſet,ab eodem Pōtifice Spalatrenſis Archiepiſcopus creatus eſt, indeque ab Eugenio IV. ad Florentinum translatus anno 1439. 15. Kal. Ianuarij. Ad quinque annos ſibi creditam rexit Eccleſiam, Sutrique deceſſit 1445. cum illuc vocatus ab Eugenio, renunciatuſque Referendarius Apoſtolicus, Romam iturus, pertranſiret. Eius cadauer Patauium translatum eſt, ac prope patruum ſepultum. Porro Bartholomæo ſedente obierunt in hac vrbe memorabiles viri Leonardus Aretinus an. 1440. ætatis 74. ſepultus in æde ſanctæ Crucis hiſtoriarum ſui temporis ſcriptor omniumque ſcientiarum genere doctiſsimus, & Philippus de Bruneleſco,celebris Architectoricæ artis B homo anno 1444. 15. Kal. maij: cuius corpus in cathedrali ſuppoſitum, grata patria ſepeliri iuſsit.



5 S. ANTONINVS, ob egregiam morum ſanctimoniam, præclaramque doctrinam ab Eugenio Pontifice Florentinus Archiepiſcopus adlectus eſt 1446. 4.id. Februarij. Humili loco natus eſt, Dominicanamque Religionem profeſſus famosū illum Ioannem Dominicum Cardinalem habuit præceptorem,quem etiam in numero beatorum aſcriptum etiam nunc venerantur mortales. Huius itaque cum Antoninus tum pietatis, tum doctrinæ lac abūde ſuxiſſet, eos deinde in omni doctrinarum genere protulit fructus, quos vix ingentia ab eo ſcripta volumina continere poſſe videntur: eiuſque exiſtimationis fuit apud mortales, vt per Archiepiſcopum apud ſcriptores vnus ſanctus Antoninus intelligatur. Eundem in ſanctorum numerum retulit Adrianus ſextus anno 1523. cum deceſſiſſet anno 1459. die 10. menſis maij. Principibus Chriſtianis maxime charus fuit, itaut adhuc Prædicator fraterculus pro republica Florentina trepidas legationes obiret. Ad Archiepiſcopatū autem ſubuectus egregia pietatis opera ſuis diœceſanis præſtitit. Siquidem aliquot templa ſubſtruxit, ſecularium pias confraternitates inſtituit. Bonos homines ſancti Martini, vt vocant, vt egenorum verecundiæ conſulerent,adlegit, ac ſub certis legibus in vnum Senatum collegit. Eius vitam Clementis Septimi iuſſu Vincentius Maynardus prolixe ſcripſit,Franciſcus Caſtellus lib. 3. de viris illuſtribus ſancti Dominici,& alij. Eius Secūdus Florētiæ erat cum S. Antoninus è viuis eximeretur. Quamobrem lib. 2. Commentariorum pulcherrimum de eo elogium conſcriptum reliquit, quod ſane poteſt eſſe inſtar multorum.

Per idem tempus, inquit, *migrauit in Domino Antoninus Eccleſiæ Florentinæ Archiepiſcopus, ordinis Prædicatorum profeſſor vir memoria dignus, domuit auaritiam, conculcauit ſuperbiam, libidinem prorſus ignorauit, potu ciboque parciſsime vſus eſt; non iræ, non inuidiæ, non alteri paſſioni ſuccubuit: doctrina Theologica emicuit: ſcripſit plura volumina, quæ docti laudant: prædicator acceptus in populo, quamuis ſcelerum inſectator vehemens: correxit cleri, & populi mores: lites diligenter compoſuit: inimicitias quoad potuit ex vrbe pepulit: prouentus Eccleſiæ inter Chriſti pauperes diſtribuit, in cognatos & affines ſuos niſi admodū inopes eſſent, nihil contulit: vitreis ac fictilibus tantum vaſis eſt vſus. familiam, quæ parua illi fuit, contentari modico voluit, & ad philoſophiæ leges viuere. Mortuo nobile funus ex publico ductum: in domo nihil repertum eſt præter mulum, quo incedere ſolitus erat, & vilem ſupellectilem: cætera manus pauperum aſportauere. Ciuitas (nec vana putanda opinio eſt) ad vitam illum migraſſe beatā putauit. Magiſtratum vrbis vbi ſe tanto priuatum patre, & orphanorum tutore, viduarumque iudice defeciſſe animaduertit, accedens Pium Pontificem, non iſtum, aut illum, ſed aliquem ex ciuibus ſuis in eius locum ſubrogari petijt. Laudauit Pontifex Florentinos, qui obſtinate vnum aliquem non petiuiſſent, audituruṁque ſe ſo*C *ait honeſtas preces.*

De quo ſic etiam Varinus noſter lib. 2. agens de ijs Florentinis, qui ſanctitatis claritudine patriam illuſtrarunt.

Temporibus noſtris Antonius aliter Aquinas
Moribus, exemplo, ſcripto, Thomaſius habetur:
Infectos cleri mores correxit, & vrbis;
Commiſſumque vigil paſtor defendit ouile,
Ne Lupus inſidijs caperet; vel vt improbus hoſtis,
Incuſtoditas pecudes laceraret; & omni
Arte gregem morbo incolumem ſeruauit ab omni
Antoni venerande pater, quo carmine laudes
Percurram? meritas tibi quas Florentia grates
Euoluat? tu ſiderei nunc incola cœli,
Adſis, & patriæ tolle impia ſemina belli.
Tolle famem, & peſtem, & quicquid mortalis egeſtas
Suſtinet, vt vigeat mens recta in corpore ſano.

D Eius vero ſacrum corpus apud S. Marcum ſui ordinis cænobium honorificè conditum fuit cum inſcriptione.

Hic eſt ille tuus paſtor Florentia, pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas.
Patribus haud priſcis pietate Antonius impar,
Qui ſcripſit quicquid litera ſacra docet.

Translatum deinde eſt eiuſdem corpus in nouum ſancti Marci ſacellum ab Auerardo, Philippoque Saluiatis nobiliſsimis, ac opulētiſsimis Florentinis ciuibus, in honorem Sancti, munificentia plane regia erectum, cuius facti perſpicua memoria extat in tabula marmorea in hæc verba.

S. Antonini Archiep. Floren. Quem Adrianus VI. Pont. Max. in ſanctorum numerum retulit. Demortui corpus ex priore Se-

Fuerat.

pulchre, quo CXXX. annos ante conditum fuerat. Hoc in ſacellum, quod Auerardus, & Antonius Philippi FF. Auerardi. NN. Saluiati magnis ſumptibus ædificarunt, vt auguſtiorem locum tanto Diuo exornarent. Quem ipſe pie, ſanctèque in primis colerent, Alexander Medices Archiep. Florent. & S. R. E. Card. iuſſu, ac Xiſti V. Pont. Max. & Saluiatorum fratrum rogatu, & pietate priuatim ſua impulſus ſumma cura, & diligentia, cum multis penitus recognitum, ac per vrbem inſigni, ac pia pompa circumlatum, vij. id. maij M.D.LXXXIX. incorruptum, integrumque repertum fuerat inſerendum, ac ſub ipſa ara condendum curauit.

Audi modo facetum proloquium Pij Pontificis Florentiæ habitum, cum Bernardo Gherardino viro lepido tunc reipubl. Florentinæ iuſtitiæ vexillifero, dum Senatus nomine Pium deprecaretur, vt conciuem in defuncto Antonini locum, Archiepiſcopum deuoto populo tribuere dignaretur. Ipſiſſima verba vernacula lingua ſuis in ſcheldia ſcripta reliquit quidam Bernardi ſocius, quæ nobis communicauit bon. mem. Ioannes del Garbo amicus noſter, patriæ antiquitatum periſſimus, ab erudito Iacobo Gaddo laudamus in poetica, ſic enim ſe habet.

Beatiſsime, e ſantiſſimo Padre.

Queſti honorandi Padri, Signori del popolo Fiorentino, e fedeliſſimi figliuoli di ſanta Chieſa, m'hanno impoſto, ch'io parli, & exponga alla Voſtra Santità quello, che per loro, e per il loro deuotiſſimo popolo all'Apoſtolica Chieſa, & alla V. Santità humilmente s'adomanda, e ſupplica: e bench'io conoſca, che per qualunque di loro meglio ſi ſarebbe fatto tant'eſercizio, perche con piu ornate parole, & maggior eloquenza qual merita la Voſtra Santità, ſi ſarebbe ſatisfatto; nientedimeno per non parere al tutto pertinace, & per ſeguitare la loro volontà, e mandato, ſi com'huomo ſottopoſto a loro obedienza; dico quello ch'io ſtimo ſia di loro commiſſione, & il deſiderio di tutto il noſtro a voi deuotiſſimo popolo, confidandomi nondimeno, dopoi che ſono inſieme meco a' piedi di Voſtra Santita, che doue in mancaſſi per la mia ignoranza eſsi con la loro vſitata prudenza ſuppliranno. In prima a queſto deuotiſſimo popolo, Beatiſſimo, e Santiſsimo Padre, ſi com'affettionatiſsimo ſempre alla ſanta Madre Chieſa, & in ſpezialita alla Voſtra Santità, di che noi ſtimiamo, anzi ſiamo certiſsimi, che per li noſtri anteceſſori nella loro viſitazione vi fuſsi fatto pieniſsima fede, & per parte di quello offerto, & largito ogni facultà. Pur nondimeno eſſendo noi aſſunti al nuouo Magiſtrato, pare, che di nuoco ci appartenga offerire qualunque commodità, che per noi a V.S. & alla voſtra corte fare ſi poteſsi, & coſi per ſodiſfare a quant'è deſiderio del noſtro popolo, nuouamente ſupplicando alla V.S. che li piaccia accettare le

A noſtre offerte, ſi come da popolo, che con liberaliſsimo, e preſtantiſsimo animo ve le hà largite, appreſſo, egl'è ſuto di piacer d'Iddio, Beatiſsimo Padre auer chiamato a ſe la deuotiſsima anima del noſtro religioſiſsimo Arciueſcouo padre, e paſtore di tutti noi, del cui gouerno, & ſantimonia, non ſolamente queſto popolo, ma etiamdio tutt'Italia ne puo rendere buoniſsima teſtimonianza, del qual gouerno eſſendo noi priuati, certamente non ſenza lacrime pare a queſto popolo poter tal parte ragionare, per la qual coſa ſupplichiamo alla V.S. ch'auendo noi perduto tanto ſantiſsimo vomo, & ottimo gouerno, a quella piaccia di douerci conſolare, & queſto è reſtituirci in queſto luogo vn paſtore, che di gouerno, e
B ſantita ſia piu ſimile al paſſato, che ſi poſſa: & oltr'a queſto ſia della noſtra terra, acciò che affezzinato a quella, con noi il ſuo ſeggio, ſi come è debito, voglia collocare per meglio poter'attédere, & amminiſtrare alla cura delle noſtre anime, ſi come Chriſtianiſsimi, e fedeliſsimi deuoti di S. Chieſa. Appreſſo vi raccomandiamo il benefizio, & il ſignore dell'Altopaſcio, vomo di famiglia nobile, e di grandiſsima bontà, & gouerno, il quale con le ſue buon'opere il benefizio, ch'era degno, hà fatto degniſsimo. Nel terzo luogo vi raccomandiamo vn giouane, il quale la noſtra terra per le ſue ammirande virtù grandemente deſidera; giouane di buona, e degna ſtirpe, figliuolo che fu di m. Giannozzo Pandolfini, e
C fratello d'vno di queſti miei maggiori Collegi; facendo fede alla V.S. che quãdo per quella ſi promoueſsi a dignità alcuna, non potrebbe la Voſtra Beatitudine per ſimil'opera far piu grata coſa a tutti gl'vomini di queſto popolo; ſtimando, ſi come voi ſiate Padre, e paſtore di tutte l'anime Chriſtiane, ſi come ancora e per fama ſi potrebbe per l'opera manifeſtamente prouare la V.S. eſſer'amatore, & exaltatore delle virtù. Io ſtimo, Beatiſsimo, e Santiſsimo Padre, queſt'eſſere in effetto quanto da queſti miei onorandi padri con molta reuerenzia, e più diffuſa cerimonia, la quale per me ſi doueſsi oſſeruare a' piè della V. S. mi fu impoſto. Sò ch'io non hò ſodiſfatto con quelle parole degne, con le quali tanta commiſſione mi fu mandata, per la qual coſa adunque eſ-
D ſendo eglino alla preſenzia prego che mi correghino.

Finite le parole del noſtro Gonfaloniere, cominciò il ſommo Pontefice vn'elogio poſto con grandiſsima dignitade.

Pe' voſtri anteceſſori, Magnifici Signori, ci fu eſpoſto la grandiſsima affezione di queſto popolo appreſſo di noi, della quale poi, per l'eſperienza fummo certiſsimi, & quella come grandiſſima coſa da loro accettammo, & ora da voi per le nuoue offerte accettiamo: perche, come voi dite, conoſciamo quell'eſſere fatte da fedeliſsimo popolo, e s'accadrà auerui di biſogno, quelle vſeremo. imperoche intendiamo quanto ſia da ſtimare la deuozione voſtra verſo di noi. Senza dubbio, Magnifici Signori, grandemente auete da condolerui della perdita del voſtro Arciueſcouo, che non ſolamente a voi, ma etiamdio a tut-

ti noi hà dato aſſai di moleſtia, perche non facilmente è da eſſere ritrouato vn'altro di ſi bonſiſsimo gouerno, e ſantiſsima vita.

Mentre che il ſommo Pontefice queſte parole riſpondeua, fù per Bernardo aggiunto la quarta domandita, dicendo: Padre ſanto, ſend'io antico, e molto difettuoſo di gotte ſia a me conceſſo, ch'io mi lieui sù, à cui il ſanto Padre benignamente riſpoſe, ch'aſſedeſſe, dicendo con lieta cera, a queſta parte voi ſiate noſtro compagno. Bernardo leuatoſi in piedi con la ſiniſtra mano s'appoggiò alla ſua ſedia, e'l ſanto Padre perſeuerò nel diſcorſo.

Ma noi ci sforzaremo di prouederui d'vno, che, come voi dite, più che ſi poſſa alle virtù del paſſato ſia ſimile, & a queſta, per noſtra parte, ſperiamo auerui già conceduto. Alla ſeconda, che lui ſia Fiorentino, non poſsiamo dir coſi; imperoche hà di biſogno di più langa eſamine, come a' voſtri mandati riſpondemmo.

Mentre che lui cotali parole riſpondeua, ſi vedeuano gli occhi di Bernardo fiſo riſguardare negl'occhi del ſommo Pontefice, dipoi voltarli, e ſcollare il capo, com'apparecchiato aueſsi prontiſsima riſpoſta.

Ma il ſanto Padre procedẽdo nel parlare riſpoſe, a quella parte di Monſignor dell'Altopaſcio, come il dì dinanzi era ſtato da loro piedi; &, ſperiamo, diſſe, che da noi ſi partiſſe ben contento. Alla parte di quel virtuoſo giouane fratello d'vno de' voſtri, riſpondiamo, che c'è molto gratiſsimo ſentire, che ſia virtuoſo, & a' tempi fate che ſia ricordato, e prouederemolo in qualche parte di premio delle ſue virtù.

Volle Bernardo ripigliare le parole, quand'il ſanto Padre diſſe: queſto ſia alla riſpoſta delle voſtre dimandite; adunque ora attendete alle noſtre.

Noi andiamo per la dritta a Mantoua: vorremmo, che la V. Signoria creaſsi ambaſciadori, che con noi fuſsino a Mantoua, a i quali con i voſtri conſigli deſsi pieno mandato, che ſi poteſsino obligare a tutte quelle coſe, che per egual parte vi toccaſsino per la difenſione de' Chriſtiani.

Appreſſo e' ſono ritenuti nelle voſtre ſtanze dua fanciulli di que' Tommaſi, che vi ſono per certi debiti di loro padre, e queſto pare che ſia a petizione d'vn voſtro cittadino, & perche i figliuoli non ſono obligati pe' padri, durante la vita del padre, nè ancora dipoi rifiutato l'eredità paterna: pare adunque, che ſi fuora d'ogni culto d'vmanità tenete due fanciulli di ſi tenera età in prigione; imperciò che l'vno hà ſett'anni, e l'altro noue; ſenza che per neſsuna comune legge non vi poſſono eſſere ritenuti; ſiche per la pietà, & per la ragione tale ſiano liberati, acciò che a' loro padri li poſsiamo reſtituire. Abbiamo, oltr'a queſto, il noſtro capitano Gio. Malauolta, il qual'è ſtato ſempre voſtr'amico, e così ancora voi di lui, e del padre, che veramente pare, ch'abbia auere certa quantità di danari di ſuo ſeruizio; il perche eſſendo coſa ragioneuole, che chi hà auere li ſia ſodisfatto, piacciaui d'adoprare ch'a lui ſia fatto quant'all'obligo voſtro ſar douete. Sadisfacendo-

A le a quanto ſiate tenuti, & a noi farete ſingulare appiacere.

Finite l'adimandite del ſanto Padre, incominciò il noſtro Gonfaloniere.

Conſiderato, Beatiſsimo, & ſantiſsimo Padre, quanto ſia di marauiglioſo exemplo, & ancora di ſalute a tutt'il popolo Criſtiano il voſtro mouimento, e conſiderata l'vtilità, che al Criſtianeſimo, & il luogo della dieta, alla quale per la S.V. ſiamo richieſti con le noſtre ambaſciarie, riſpondiamo, che tal coſa conſerita con le noſtre oſſeruanze ſperiamo ſadisfare alla V. S. Et alla parte, che per V. Beatitudine ci è eſpoſto de' fanciulli, che ſono ritenuti in prigione a petitione d'vn noſtro cittadino: perche tal coſa è a noi in-**B** cognita, non vi riſpondiamo alcuno particolare: ma bene facciamo quella, che ſenz'alcun mezzo intenderemo di ſua natura, e daremo opera, che di tal coſa la V.S. ſia bene ſadisfatta; & ſimilmente intorno alla cauſa di Gio. Malauolta, ſi come per la V.S. ſi parla, ch'ei ſempre fu noſtro cariſſimo, aggiuntoui ancora la beniuolenza paterna c'ingegnaremo, che ogni miglior via ſi pigli per intenderla, & ſperiamo di tutto farlo rimaner cõtento. Ma ritornando alla parte circ'alla promozione del noſtro futuro Arciueſcouo, queſta, Beatiſſimo Padre non ſtà punto in dubbio, anzi è certiſsima, che per la V.S. ci ſarà dato vn buoniſſimo paſtore veduta la voſtra ſomma diligenza: ma quello che per noi ſi ſupplica alla V. S. è **C** ſolo che lui ſia Fiorentino. Et perche a queſta parte la S. V. riſpoſe non ci poter far ferma riſpoſta, ſtimiamo, che ſia per non potere così, e al tutto iudicare chi de' noſtri ſia il più vtile, e degno; veduta la bontà del paſſato a tal gouerno paſtore eletto. Per la qual coſa riſpondiamo, che eſaminato il preterito, il quale nel principio della ſua aſſunzione non fu di quella tant'eſtimazione, nella quale dipoi per ſue ſant'opere diuenne, che quale ſia quello de' noſtri, che dalla V.S. ſia a queſta dignità promoſſo, veduta la buona operazione del paſſato nõ douere quattro meſi dal dì della ſua aſſunzione paſſare, che ſenza dubbio egli ſarà degno d'eſſere adorato: peroche e' noſtri per le dignità diuentono excellenti: riducendoui a memoria, Beatiſsimo Padre, che noi abbiamo in queſta noſtra terra infinitiſsimi chierici, de' quali **D** el minore ſarebbe ſufficiente a gouernare il ſito della terra; e perche tutto queſto a noi non è nacoſto, non diciamo, che ſia più vno che vn'altro; ma ſolo ſupplichiamo, che ſia Fiorentino, e queſto non chieggiamo ſolamente in nome noſtro, ma per parte di tutt'i cittadini grandi, e piccoli, e finalmente di tutto queſto popolo, che ſapete, Beatiſſimo Padre, quanto ſia pericoloſo nelle giuſte petizioni opporſi a' popoli: piacciaui adunque di queſto douerci conſolare, e non volere eleggere perſona, che ſolamente non ſtia a Fiorenza, ma che ancora non habbia a dubitare di venire per la tenuta; che veramente io non vorrei eſſere d'altra patria per eſſere contro a' deſiderij di queſto popolo Arciueſcouo di Fiorenza, perche ad altri luoghi ſtimarci douer'eſſere mio domicilio: e ſi vede manifeſtamente, che non ci e ſi

pic-

piccolo caſtelluccio, nè ſi picciola villa, che non abbia e chi il Piouano, & il Prete del luogo. Or che ſarebb'egli adunque, Beatiſsimo Padre, da ſtimare della noſtra affezione ſeguitando altrimenti, che non è il noſtro voto, eſsendo il ſommo Pontefice non ch'Italiano, ma Toſcano, & vicino della noſtra Patria, & per generoſa ſtirpe, nato in quella terra, la qual'è contigua con la noſtra iuriſdizione per ben cento miglia di ſpazio con la quale per conſeruatione delli ſtati ci ſiamo incarnati, & abbracciati; in modo che non altra riputazione ſarciamo della Voſtra dignità, che ſe propriamente fuſſe Fiorentino, ſarebbe veramente non di buono exemplo. E per certo, Beatiſsimo Padre, voi douete ſtimare di quant'ignominia quello ſeguiterebbe, auendo, ſi può dire, il ſommo Pontefice per le ragioni ſopradette, che compatriotta. Et oltr'a queſto, ſendo noi ſempre fedeliſsimi figliuoli di ſanta Chieſa, per la cui exaltazione abbiamo gia fatto marauiglioſi exerciti, e degniſſimi fatti, ſi come per l'iſtorie apertiſſimamente ſi può intendere.

Queſte coſi con grandiſſimo ordine d'eleganza, e con grauità erano per lo noſtro Gonſaloniere ſtate porte, quando il ſanto Padre riſguardatoci in volto, ricominciò queſte parole.

Tutti e' Prelati, Illuſtri Fiorentini, non poſſono eſſere della loro Patria: vedete ſant'Ambròſio eſſere ſtato Veſcouo di Milano, e non fu Milaneſe, e ſan Piero di Roma, e non eſſere ſtato Romano, e coſi molt'altri ad altre diuerſe patrie eſſere ſtati chiamati.

Alle quali parole ſubitamente Bernardo riſpoſe.

San Zanobi, Beatiſſimo Padre, fu Fiorentino, e Veſcouo di Fiorenza, e ſan Piero Veſcouo di Roma, për non eſſere Romano, fu da loro crocifiſſo; coſi ad altri molti altri caſi eſſere adiuenuti.

Fù quaſi moſſo a riſo il ſanto Padre e vdit le pronte riſpoſte di Bernardo, dipoi diſſe.

Voi douete ſtimare, Illuſtri Fiorentini, che di queſte coſe ce n'è biſogno ancora il parere di queſti fratelli Cardinali, e non ſi può a tanto fatto coſi in vn punto darne expedizione, ma noi faremo ſopra queſto diligente eſamina, & in qualche parte ci sforzeremo almeno di conſolarui.

Gia s'era volto Bernardo con lieta faccia a tutt'i Cardinali, quando diſſe coſi.

Deh, Beatiſſimo Padre, noi ſtimiamo, che ſe queſto caſo ſi metteſsi a partito infra queſti Reuerendiſsimi Cardinali, in cui abbiamo grandiſſima ſperanza per gl'infiniti loro benefizij inuerſo di noi: e perch'egl'è degl'animi preſtanti, e grandi ſempre perſeuerare ne' benefizij, & oltre a loro con queſti voſtri nipoti, che ſono qui alla preſenza, i quali ſtimiamo a noi eſſere in luogo d'ottimi figliuoli per li loro ſingulari coſtumi, e grand'expettazione, crediamo, che per adempire la noſtra giuſta petizione, non ci ſarebbe voce ſcordante.

Veddeſi manifeſtamente il ſanto Padre per alcun geſto rallegrarſi nel conſpetto, ſentendo no-

A minare e' ſua cari nipoti, e con piaceuol geſto voltoſsi all'illuſtre Conte Galeazzo, il qual'era alla preſenzia, e diſſe quaſi ridendo.

E forſe ancora il Conte Galeazzo a queſta materia vi darebbe fauore?

Non che il Conte Galeazzo ci voleſſi dare vn' Arciueſcouo Fiorentino, ma lui vorrebbe veramente fare vn Fiorentino Imperadore.

Et accoſtatoſi poi con buona, e grata familiarità a gl'orecchi al ſanto Padre diſse: Papa ſum ego.

Quaſi voleſsi dire, tu ſolo puoi ogni coſa, & poi con molte dolce, e piaceuol motto diſse.

Beatiſsimo Padre, non credete voi, ch'il popolo di Siena pigli grandiſsimo conforto, e ſperanza, e che ſia molto giocondo per auere vno de' loro ſommo Pontefice?

B

A cui il ſanto Padre riſpoſe: Sì.

Similmente ancora noi, diſse Bernardo, il crediamo: Imperoche non ſolamente loro, ma ancora noi ne pigliamo grandiſsimo conforto, & coſi ne piglierebbe il popolo noſtro, quãdo aueſſi vn Papa Fiorentino, che coſi fuſſe Papa doppo voi, che dapoi ſono voſtro compagno alle gotti, io fuſſi compagno al Papatico: ma che hà a fare? e' non fu mai niuno gottoſo, che non fuſſe valent'vomo, e di marauiglioſo gouerno.

Moſſeſi a riſo il ſanto Padre, & i Cardinali, ch'erono circunſtanti per le facete, e piaceuoli parole di Bernardo, le quali pronunziate a vn tempo, il quale non poſſo ſcriuere, tutti rideuano, e vedeuaſi pe'l volto loro, che tutti erano fatti noſtri partigiani, e non che vn'Arciueſcouo, ma veramente il Papato ci arebbono acconſentito, & infra loro direuano, almeno coſtui non è di piccol'animo, quando nel conſpetto del ſanto Padre eſpone, che vorrebbe eſſer Papa: poi vno di loro con grato ſermone diſſe. Oh chi hà donna non può eſſer Papa.

C

A cui il ſommo Pontefice riſpoſe.

Che qualunque fuſſi eletto al Pontificato, potrebbe eſſere.

Alquanti Cardinali dipoi, ch'erano di ſopra a me, mi domandorno chi egli fuſsi, e com'era chiamato, dicendo, che lui veramente era piacentiſsimo vomo, a i quali le mie parole furono in queſta forma.

D

Egl'hà nome Bernardo Gherardi, e non vi marauigliate, Reuerendiſsimi Illuſtri Cardinali, delle ſue pronte riſpoſte, & ſantiſsime parole; imperoche coſtui è vomo di marauiglioſiſsimo animo, e di lunghiſsima ſperienzia, e molt'exercitato nelle dignita del noſtro popolo, perche lui s'è ritrouato già è quarantacinque anni a tutti e' ſegreti della noſtra città partefice a tutti e' fatti Italici, e fuora d'Italia, e per le ſue mani, e d'altri ſimili riuoltata Italia quaſi che ſottoſopra per riformarla nella ſua priſtina dignità. Appreſſo, è vomo, che l'iſtorie antiche, e moderne hà alla memoria, come ſe da lui proprio fuſsino ſtate compoſte; e per maggior marauiglia voglio, che intendiate, che d'ogni coſa hà notizia in lunga pratica, che è quella coſa, Reuerendiſsimi Illuſtri Cardinali, che hà fatto morir diſperati molti ſtu-

dioſi vomini, i quali anno conſumato tutta la loro vita per li ſtudij, per imparare lettere Latine, e Greche, e per intendere quello, che per quel mezo ſi conſeguita; e coſtui per ſuo proprio naturale ingegno n'ebbe quella notizia, che con loro grandiſſima fatica, e lunghiſſimo tempo anno acquiſtato. Dette ch'io ebbi queſte parole, e molt'altre, le quali, acciò non paia ch'io ſcriua iſtoria, ho pretermeſſe.

Tutti quelli Cardinali volti gl'occhi verſo di Bernardo quello con grandiſſima ammirazione riſguardauano, affermando lui ſempre eſſere vomo di marauiglioſiſſimo animo, e diuiniſſimo ingegno, & con parole amicheuoli, e geſti fauoreggiauano la noſtra petizione; il perche il tanto Padre con lieto aſpetto riuoltoſi inuerſo di noi diſſe, che ci conſolerebbe, & porſeci il piè, e dipoi la mano, quella tutti baciammo, e preſo licenzia, con la ſua benedizione ci partimmo. Hactenus monumentum.

Adoleſcens ille Iannozzi Pandulphini filius, quē Bernardus Pio Pontifici commendauit, Nicolaus fuit Pandulphinus, qui poſt deinde annum quinquageſimum ſeptimum a Leone Decimo Pontifice Maximo ex Epiſcopo Piſtorienſi S. R. Eccleſiæ presbyter Card. creatus fuit, de quo infra. Sed nec prætereundum, quod Antonino Archipræſule viri clariſſimi Florentini ex hac luce migrarunt, inter quos fuit B. Thomas lanione patre natus, ordinis Minorum diſtrictioris obſeruantiæ ſanctitate, & miraculorum gloria clarus, qui apud Reatem pridie Kalendas nouembris anno 1447. obdormiuit in Domino, cuius vitam ex aliorum nuper concinnauit noſter eruditus Lucas Vvaddinghus in 4. tom. annal. Minor.



6 ORLANDVS Bonarlius Florentinus ſacri Palatij auditor, ſub Pio Secundo, ſancto Antonino ſucceſsit anno 1459. die 11. menſis maij, qui cum Bononiæ in primo eiuſdem Pontificis conſiſtorio ad eam dignitatem præter ſpem fuiſſet adlectus, futuram quoque purpuram adeo præcipiti, præproperaque ſpe vorauit, vt cum poſt duos annos Pontifex aliquot præſtantes viros cooptaſſet in Cardinales, ipſumque Bonarlium præteriiſſet ex mœrore repulſæ, vſque ad mortem contabuit, expertus in ſe viros & doctos, & graues vehementius ambitionem præceptam aliquando perimere. Lugubrem hanc ſic attigit historiam Pius ipſe Secundus in ſuis commentarijs.

A *Manſit Bononiæ Pius ſex diebus, & in primo conſiſtorio, quod illic habuit, Orlandum Florentinorum cauſarum ſacri palatij auditorem, patriæ ſuæ præſulem deſignauit, qui rei accepto nuncio præ gaudio collacrymatus eſt. fuerat enim in omni pauper, verum doctus, & iuſtitiæ tenax. & quamuis de Pio bene ſperaret, nec tamen Epiſcopatum vrbis alicuius ambiuit, ſatis ſe felicem arbitrabatur, ſi aureos quotannis trecentos in minoribus dignitatibus conſequi poſſet. At cum certior factus eſt, Florentinam ſibi Eccleſiam eſſe creditam, more hominum inſanire cœpit, qui numquam adeo ſublimem gradum aſcenderunt, quin altiora quærant: & tum miſerrimi ſunt, cum ſibi felices eſſe videantur.*

B *Exiſtimauit Orlandus non tam facile, atque inſperato pontificatum ſibi obueniſſe, Cardinalatum longe facilius obuenturum, tantum ſibi de Pontificis beneuolentia blandiebatur, ad quam rem ſi non ſatis ſua ſponte inſaniebat, neceſſariorum, & amicorum verbis inſtigabatur, nihil de Pio deſperandum eſſe dicentium, qui ſibi abſenti, & prorſus ignoranti archiepiſcopalem mandaſſet honorem. Ille infelix adeo ſpem hanc arripuit, vt nunquam ad ſe nuncium ex curia venientem viderit, quin ſibi allatum pileum exiſtimaret, atque idcirco creatis poſtea Cardinalibus, cum ſui nullam mentionem factam intellexit, mœrore confectus in morbum incidit, ex quo mortuus eſt. Pius amicum occi-*

C *dit, dum honeſtare contendit. Adeo parum eſt, quod mortalibus ex ſententia cadit.*



D

7 IOANNES Nerouius, Neronis filius Volaterranenſis antea Epiſcopus, ac pro Pio Secundo Romæ Vicarius, ab eodem Pontifice ad Florentinam Eccleſiam translatus eſt 1462. vj. Kal. aprilis. Eius Pontificatus initia Florentiæ obijt 1464. Coſmus Medices Pater Patriæ decreto publico appellatus, qui ciues ſuos feliciſſime rexit, magnus doctorum hominum Mecœnas, cui fortuna tam impensè indulſit, vt ætatis ſuæ ſapientiſſimus, ditiſſimus, & fortunatiſſimus fuerit iudicatus. ſepultus iacet in æde ſancti Laurentij ab ſe regio animo exædificata hac breui inſcriptione ad tumulum inſculpta.

COSMVS DE MEDICIS
HIC SITVS EST,
DECRETO PVBLICO PATER PATRIÆ.
VIXIT ANN. LXXV. M. III. D. XX

Ioan-

Ioannes vero cum in publica Florentina re cum fratribus, factionibus, affinitatibuſque nobilioribus ſatis valeret, ſtuderetque Mediceorum factionι, a qua clariſsima gente cum ſuis fuerat aliquando impense ornatus, demum per ſummam leuitatem, immemoremque animum, conuerſis ſtudiis contra Petrum Medicem Coſmi filium importunè conſpirat, ſed cum Mediceorum felicitas diſcuſsiſſet, aperuiſſetque conſilium, Neronij omnes ad vnum in pœnam excogitati parricidij ſunt mulctati exilio, Archiepiſcopo Ioanne Romam profugiente, vbi & miſerè exul deceſsit anno 1473. Aiunt ſepultum fuiſſe ad Mineruam, eo in loco, vbi antea Dietiſaluus nepos ſpectatæ fortitudinis adoleſcens, germanuſque frater deinde Dietiſaluus antiquæ probitatis ſenex eadem procelloſa fortuna propulſi, humati fuere, quorum deinceps marmoreum tumulum, quod adhuc viſitur, Detiſalui filij, Ioannis Archiepiſcopi nepotes, tali exornarunt elogio.

DETISALVIO NERONIS F. EQVI.
FLORENT. INTEGERR. QVI DOMI,
FORISQVE MVLTA PRO REP.
OPTIM. GESSIT
PATRIÆ LIBERTATEM VEHEMENTER
AMAVIT.
DEMVM INTER FORTVNÆ
PROCELLAS SVMMA CVM LAVDE
VIXIT ANNOS LXXXI.
MENS. VI. DIES XII.
FILII VNANIMES PATRI PIENTISS.
AC B. M. POSS.
OBIIT ANNO CHRISTI
M. CCCC. LXXXII.
IV. KAL. AVG.

Ibidem in baſe ſepulchri hæc carmina inciſa leguntur.

Indolis egregiæ iacet hic Detiſaluius alter
Intempeſtiua morte ſecutus Auum.

Ibidem.

ΟΙΛΟΝ-ΕΔΟCΠΑΤΡΙΔΟΣ.
ΑΛΛΑΤΗ ΠΑΣΑ ΦΩΣ.



8 FR. PETRVS Riarius Sauonenſis; ex ordine Minorum, Sixti Quarti Pontificis nepos, presbyter Card. ſancti Sixti, Patriarcha Conſtantinopolitanus, adlectus fuit Archiepiſcopus Florentinus 1473. Senogallienſi etiam Epiſcopatu condecoratus eſt, ac Mimatenſi, deinde etiam Hiſpalenſi, ac legatione de latere per totam Italiam. Hic vt ad omnem dignitatem, ſic ad munificentiam planè regiam videbatur fuiſſe prognatus, habile ad omnia gerens ingenium. Cæterum dum ei in flore iuuentæ proſperior fortuna aſpirat, importuna mors felicitatum filum abrupit; deceſsitque Romæ anno 1474. iij. nonas Ianuarij, ſepultuſque eſt in Templo apud ſanctos Apoſtolos in pulcherrimo marmoreo ſepulchro. Sixtus autem, vt inconſolabile extincti leniret deſiderium, eiuſmodi epitaphium ſepulchro inſculpendum curauit.

D. O. M.
Petro Sauonenſi è gente Riaria nobili, ac vetuſta,
ex ord. Minorum Card. S. Sixti
Patriarchæ Conſtantinopolitano,
Archiepiſcopo Florentino,
Peruſij, Vmbriæque legato,
Sixtus Quartus Pontifex Maximus nepoti
Benemerenti poſuit.
Vixit ann. xxviij. dies vi.
Gratiæ liberalitate, ac animi magnitudine
inſigni.
Totius Italiæ legatione functus,
Moritur magno de ſe in tam florenti ætate
deſiderio relicto.
Quippe, qui maiora mente conceperat,
& pollicebatur
vt ædes apud Apoſtolos
miro ſumptu inchoata oſtendunt.
Anno M. CCCC. LXXIV.



9 RAYNALDVS Vrſinus Romanus, Archiepiſcopus Florentinus, a Sixto IV. ſublectus eſt anno 1474. Quam ſibi creditam Eccleſiam vſque ad annum 1508. adminiſtrauit, ac deinde ad Cæſarienſem Archiepiſcopatum in partibus infidelium translatus eſt, reſeruata ſibi nongentorum ſcutatorũ penſione ex redditibus Florentinæ Eccleſiæ quotannis ſoluenda. Hic Præſul multa ſub Alexandro Sexto perpeſſus eſt in Adriana mole, carcere mulctatus, ſed inde tandem dimiſſus. A Sixto Quarto obtinuit ius viſitandi omnes eccleſias, monaſteriaque, quæ quoquo modo ad diœceſim videbantur ſpectare. Idemque obtinuit ab Innocentio Octauo eius ſucceſſore. Pauca præterea de hoc Præſule a ſcriptoribus narrantur,

rantur, ſiue eius temporis ingratæ literæ fuerunt, quæ funerarunt ſilentio, quæ forte geſsit, ſiue ex ſplendore opulentiſsimæ gentis ſuæ ita elanguit, vt annos argumento vacuos ſinerit abire, quoad Florentinam rexit Eccleſiam.

Raynaldi temporibus anno 1497. America Orbis quarta pars detegitur ab Americo Veſpuccio Florentino, & Florentiæ obijt Ioannes Picus Mirandulæ Princeps, an. 1494. ætatis 33. ſepultus in æde S. Marci, vbi hoc habet epitaphium.

Ioannes iacet hic Mirandula, cætera norunt
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.

Item Angelus Politianus anno 1498. ibidem ſepultus, cuius memoriæ hoc ſcriptum.

Politianus in hoc tumulo iacet Angelus, vnum
Qui caput, & linguas, res noua, tres habuit.

Obijt anno M.CCCC.XCIIX. ſeptembris xxiv. ætatis XLIV.

Et Marſilius Ficinus Platonicorum facile Princeps anno 1499. defunctus, decreto publico in maximo templo humatus ad dexteram lateralem portam cum hac inſcriptione.

En hoſpes, hic eſt Marſilius Sophiæ pater
Platonicum qui dogma culpa temporum
ſitu obrutum illuſtrans, & Atticum decus
Seruans Latio dedit, fores primus ſacras
Diuinæ aperiens mentis actus numine,
Vixit beatus ante Coſmi munere,
Laurique Medicis, nunc reuixit publico.
S.P.Q.F. anno M.D.XXII.



10 COSMVS Pazzius, ex Epiſcopo Aretino, Florentinus Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1508. die 5. menſis iulij.

Solemniter Vrbem ingreſſus 27. ſeptembris eiuſdem anni, frænum, & equi ſellam qua equitauerat, nobilibus de Strozzis ad eius familiæ antiquum ius, dignitatemque ſeruandam, liberè conceſsit, vt ſequenti publico documento, quod extat in archiuio Florentino, eadem die in publica D. Petri maioris platea cōfecto, licet videre; quod ad venerandæ antiquitatis memoriam conſeruandam, hic exſcribendum curauimus ab originali.

In Dei nomine. Amen.

Anno Domini noſtri ab eius ſalutifera Incarnatione 1508. indictione 1. & die 27. menſis ſeptembris. Actum Florentiæ in populo ſancti Petri maioris, & A *ſuper platea dictæ eccleſiæ, & præſentibus teſtibus, videlicet Ioanne Baptiſta, olim Galcotti, Franciſco de Ceis, & Philippo Senenſi, Iacobo de Ridolphis, & Philippo Aparidi de Loctinis ciuibus Florentinis, & alijs quampluribus.*

Conſtituti coram Reuerendiſs. in Chriſto Patre Domino Coſma filio Gullielmi de Pazzis, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Archiepiſcopo Florentino. Spectabiles viri Alphonſus, & Laurentius fratres, & filij q. Philippi Matthæi de Strozzis, & Matthæus q. Laurentij ciues Florentini, & nonnulli alij homines ciues Florentini de domo, & familia de Strozzis in eo ſuper plateam ſancti Petri maioris de Florentia, cauſa, & occaſione conſequendi infraſcriptum ius, priuilegium, dignitatem, honorem, & præeminentiam, ea qua decuit, B *reuerentia dixerunt, & expoſuerunt præfato Reuerendiſſimo domino Coſma Archiepiſcopo prædicto audiente, & intelligente. Quod ipſi fuerunt, & ſunt de domo, & ſtirpe dictorum de Strozzis repræſentantes, alio de eorum Conſorteria, ad quos pertinet ſella, & frænum equi ipſius domini Archiepiſcopi Florentini, ſuper quo equitauit per ciuitatem Florentiæ ſui noui introitus in viſitando Abbatiſſam, & moniales, capitulum, & conuentum monaſterij ſancti Petri maioris de Florentia, & propterea cum omni debita reuerentia ex antiqua, & laudabili conſuetudine, & ſemper viſitata petierant dictam ſellam, & frænum. Qui Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopus pro manutenendo, & conſeruando dignitates, conceſſiones, & priuilegia dictis de Strozzis conceſſa vt ſupra conceſſit dictam ſellam, & frænum eis libere concedi, & dari pro talibus dignitati-* C *bus ſeruandis, &c. Et deſcendendo de equo præfati de Strozzis acceperunt huiuſmodi ſellam, & frænum, & ad eorum domos maxima curte ciuium, & eos concomitantium multitudine portare fecerunt, ſeruatis in prædictis omnibus, & ſingulis ceremonijs, & conſuetudinibus ſolitis, & viſitatis, de & ſuper quibus omnibus ad dd. de Strozzis inſtantiam.*

Ego Ioannes Ciuis, &c. notarius publicus Florentinus infraſcriptus rog.

Æque Theologica facultate, philoſophia, ac eruditione percelebris fuit, itaut è Greco Latinum reddiderit Maximum Tyrium Platonicum philoſophum, dexteritate autem agendi nulli ſecundus fuit, quippe qui ad publicam ſalutem non ſemel D peroraueri difficillimas cauſas ante potentiſsimos, ac maximos Reges, retuleritque victoriam. Florentini illum deſtinauerant ad Pontificem Leonem Decimum, cuius erat affinis, ſed paratum, ac propemodum ſuccinctum ad iter, mors importuna ſubripuit anno 1513. die nona menſis aprilis, hora vigeſima eius diei. Ex eius abſceſſu infimi, medij, ſummi, cum Pontifice ipſo Leone ingentem hauſere dolorem, qui iam illi promeritam deſtinauerat purpuram. De quo vide ſupra in Epiſcopis Aretinis tomo primo.



11 IVLIVS Medices, filius Iuliani, Leônis Decimi fratuelis, Archiepiſcopatum Florentinum obtinuit anno 1513. Eodemq; anno creatus fuit diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Domnica. Abſens plerumque ſibi creditam gubernauit Ecclesiam, inque ea ſolemne prouinciale concilium celebrauit. Suis decretis totius cleri mores correxit, ediditque quamplura decreta, atque ordinationes, quibus ad puriores mores reformatio diuturnior foret. Eidemque præfuit Eccleſiæ vſque ad ann. 1523. cum deinceps 16. menſis nouembris ſub nomine Clementis Septimi ad ſupremam Petri cathedram aſcendiſſet. Hic cum adhuc Archiepiſcopus eſſet, a Leone Decimo obtinuit, vt Caroli Quarti Imperatoris erga Epiſcopum Florentinum fauorabile diploma ratum haberet. Cuius originale adhuc in archiuio Archiepiſcopali diligentiſsime aſſeruatur, noſque haud ab re fore putauimus, ſi ad pleniorem cognitionem hic adſcriberetur.

LEO EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memor.

Regiminis vniuerſalis Eccleſiæ, cui diſponente Domino præſidemus, cura nos admonet, & inducit, vt ad ea, per quæ ſingulis cathedralibus Eccleſijs, præſertim Metropolitanis inſignibus, & earum Prælatis venuſtas, & decor accreſcat, & perſonarum ad illas pro tempore recurrentium commoditatibus conſuli poſsit, fauorabiliter intendamus, & ijs, quæ propterea ex Imperiali dicuntur indulgentia, proceſsione, & Apoſtolico ſubnixa ſubſidio perpetua firmitate ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur libenter adijcimus, aliosque deſuper prouidemus, prout locorum, & perſonarum qualitatibus bene penſatis in Domino arbitramur ſalubriter expedire. Accepimus ſiquidem, quod inclytę recordationis Carolus Quartus Romanorum Imperator bonæ memoriæ Petrum Epiſcopum Florentinum, tunc apud eum legationis officio pro ſede Apoſtolica fungentem, ac ipſius Petri Epiſcopi ſucceſſores Epiſcopos Florentinos pro tempore exiſtentes Romani Imperij principes eſſe declarauit, & de nouo conſtituit, & fecit, ac dignitatibus, & honoribus omnibus Imperialium principum communiuit: & decreuit, vt omnia libere exercere, & illis vti poſſint, quæ dicti Caroli principatus dignitas requirebat, ac eiſdem Petro, & eiuſdem ſucceſſoribus conceſsit, quod in tota Tuſcia omnes criminales, & ciuiles, quæ inter quoſcumque vertentur, necnon appellationum qua-

A rumlibet, quæ ad dicti Caroli curiam deferendæ eſſent, cauſas recipere, audire, & examinare poſſent, ac fine debito terminare, eaſque, & earum quaslibet vni, & pluribus, ſicut Petro Epiſcopo, & ſucceſſoribus prædictis placuerit, delegare, & per totum Romanum Imperium iudices, tabelliones, & notarios publicos conſtituere, ordinare, facere, & curare, tutores, curatores, & mundualdos dare in caſibus opportunis, naturales filios, ſpurios, nothos, inceſtuoſos, manſores, ſiue adulterinos, & ex quocumque damnato coitu natos, legitimos conſtituere, & omnia legitima reintegrare, & prædictæ geniture maculam abolere, itaut tanquam legitimi, & de legitimo matrimonio procreati, in bonis paternis, & maternis, pro-
B prijs, & feudalibus, acquiſitis, & acquirendis ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccederent agnatis, & cognatis parentum ſuorum, in quouis gradu conſtitutis, agnati, & cognati efficerentur, & recipere ipſi ad omnes actus publicos, & ciuiles, officia, & honores, ſi ſe caſus ingereret, admitterentur, & in omnibus alijs ſuam valeant exequi actionem, obiectione prolis illicitæ quieſcente, libertatemque etiam concedere, & donare eodem modo poſſent, & valeant, ac quoſcumque nobiles, & plebeios humiles milites facere, & ad militare decus honorabiliter promouere, ac Petri Epiſcopi, & illius ſucceſſorum prædictorum familiares impune deferre poſſent quæcumque arma offenſibilia, & defenſibilia per dictum Impe-
C rium, & gauderent illis priuilegijs, gratijs, & immunitatibus, quibus gaudebant cæteri familiares dicti Caroli Imperatoris, de quibus omnibus, & ſingulis dictum Petrum Epiſcopum nomine Eccleſiæ Florentinæ de nouo inueſtiuit, itaut omnibus, & ſingulis prædictis gratijs, honoribus, & dignitatibus, Petrus Epiſcopus, & ſucceſſores ſui præfati vti, & exercere, ac exequi valeant per dictum Imperium libere, & ſine contradictione, & moleſtia perpetuo decreuit per quaſdam, & altas ſuas litteras dicti Petri Epiſcopi ſupplicationibus inclinatus Eccleſiæ, & dilectis filijs cōmuni Florentino, & illorum decus generale perpetuum ſtudij generalis priuilegium auctoritate Imperiali largitus eſt decernens, & de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine ſtatuens, vt ex tunc de cætero in perpetuum ſtudium generale in ciuitate Flore-
D tina haberetur, & foret in ſacra Pagina in I.C. & ciuili, Medicina, Philoſophia, Logica, Grammatica, & quauis alia licita facultate, poſſentque omnes, & ſinguli doctores, & magiſtri per dictum commune, ordinandi, & deputandi in ciuitate prædicta, vtpote in ſtudio generali ſolemniter, & publice in dictis facultatibus legere, & docere, & ſi qui forent, qui proceſſu temporis adeo proficerent, quod in aliqua facultatum earundem ad magiſterij, ſeu doctoratus, & titulum deſiderarent promoueri, eadem auctoritate conceſsit Petro, & pro tempore Epiſcopo exiſtenti Florentino præfato, quem ſuperiorem ſtudij huiuſmodi ordinanit, vt is per ſe, vel alium vocatis magiſtris, vel doctoribus facultatis, in qua quis foret ad doctoratus promouendus honorem, de quibus ſibi viderentur, recepto que ab eis, quod

dignus

dignos approbarent, & ſecretum tenerent, ſolemniter iuramento illos diligenter examinaret more generalium ſtudiorum, ac talibus examinatis daret licentiam publicam in eadem facultate legendi, docendi, & regendi Florentiæ, & vbique locorum cathedram, & alia magiſterij, ac rectoratus inſignia ipſis more ſolito conferret. Quę omnia ſede Epiſcopali vacante commiſit dilectis filijs capitulo dictæ Eccleſiæ, qui per ſe, vel alium præmiſſa ſimiliter exequantur. Rectores verò, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes ſtudij Florentini prædicti, eorumque vniuerſos, & ſingulos familiares, & miniſtros, necnon domos, & ſcholas in ſui, & ſacri Imperij protectionem, tutelam, & defenſionem ſpecialem recipit, eoſque omnibus, & ſingulis priuilegijs, libertatibus, gratijs, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum ſtudiorum generalium rectores, doctores, & ſcholares, ſeu ſtudentes, eorumque miniſtri, domus, & ſcholæ Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum ſuorum largitiua conceſſione, ſeu laudabilium conſuetudinum introductione frui, & gaudere erant ſoliti, & perfrui decreuit perpetuis temporibus, & gaudere, prout in ſingulis literis prædictis dicitur plenius contineri. Cum autem, ſicut etiam accepimus, licet dilectus filius noſter ſanctæ Mariæ in Domnica diaconus Cardinalis, qui Eccleſiæ Florentinæ ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt, & prædeceſſores ſui Archiepiſcopi Florentini, qui pro tempore fuerunt literarum imperialium, vel etiam aliorum priuilegiorum etiam Apoſtolicorum vigore, aut alias a tanto tempore citra, de cuius initijs hominũ memoria non exiſtit, ad doctoratus in vtroque iure, & magiſterij Theologia, & artibus gradus promouere, & etiam vt a nonnullis in poetica eruditione laurea inſignire, & poetarum numero aggregare, tabelliones Imperiali auctoritate creare, notha, ſpurios, manſores, inceſtuoſos, & alios natalium defectum quomodolibet patientes etiam quoad hæreditarias, fideicommiſſarias, & alias bonorum ſucceſsiones, quæ legitimis, & naturalibus duntaxat deferuntur, etiam non citatis ijs, ad quos huiuſmodi ſucceſsiones alias pertinent, legitimare, ipſoſque ad iura naturæ, & natales legitimos, ac ſi de legitimo eſſẽt matrimonio geniti reſtituere, & ab eis omnem illegitimæ geniture maculam abolere conſueuerunt, fuerint qui in conſuetudinis huiuſmodi poſſeſsione, vel quaſi dictum tempus pacificè, & quietè, prout hodie ſunt, tamen quia de priuilegijs, quorum auctoritate forſan dicta conſuetudo nõ inducta, vel quia illa ſunt vetuſtate omnino conſumpta, vel incuria amiſſa, vel alias dilectus Iulius Cardinalis, & Archiepiſcopus docere non poteſt, & ſi qua eorundem priuilegiorum extant, illa tineis, & carie ſunt prope exuta, & facile peritura, dubitat idem Cardinalis, & Archiepiſcopus, ne ſuper huiuſmodi antiquæ conſuetudinis vſu, & exercitio moleſtari poſſet tempore præcedente. Nos igitur, qui ad ea, quæ in Eccleſiæ, & ciuitatis decus, & eminentiatis prædictorum honorem, & vtilitatem pertinent, eo cæteris libentius intendimus, quo in eadem ciuitate primus nobis effulſit dies, &

A in Eccleſia prædicta vix infantiam egreſsi, ſacris initiati fuimus, motu proprio, nõ ad dicti Iulij Cardinalis, vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ſingulas Caroli Imperatoris litteras prædictas, non tamen quoad facultatem legitimandi ad ſucceſsiones bonorum, niſi ſine præiudicio venientium ab inteſtato, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, præſentis ſcripti patrocinio communimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, ac etiam facultates præmiſſas, iuxta priuilegia, litteras, & indulta imperialia, etiam quoad facultatem lau-

B reandi poetas, & legitimatos habilitandi, vt præfertur, de nouo concedimus, & etiam pro cautela dicto Iulio Cardinali, & Archiepiſcopo, quod ipſe, ſucceſſoreſque ſui, qui pro tempore fuerint, & nunc de cætero in perpetuum doctoratus, & magiſterij gradus, & illorũ inſignia in Theologia Iure canonico, & C. ac artibus perſonis idoneis ad id per collegium doctorum vniuerſitatis ſtudij Florentini in facultate, in qua gradus conferendus pro tempore fuerit, vel etiam per ſex, aut octo ex eiſdem doctoribus, qui tamen gradum in aliqua vniuerſitate ſtudij generalis cum rigore examinis ſint adepti, approbatis conferre, & in poetica eruditione peritos laurea inſignire, & poetarũ laureatorum numero aggregare, itaut ſic pro tem-

C pore ad doctoratus gradus promoti, & laurea huiuſmodi inſigniti, omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, honoribus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus alij in Bononienſi, Patauienſi, & Piſana ſtudiorũ vniuerſitatibus ad tales gradus reſpectiue promoti, & dicta laurea inſigniti vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere potuerunt quomodolibet in futurum vtantur, potiantur, & gaudeant in omnibus, & per omnia, ac ſi aliqua ex dictis vniuerſitatibus gradus, & inſignia, ac lauream huiuſmodi accepiſſent, & cum quibuſuis defectũ natalium, etiam ex ſimonialibus, & de inceſtuoſo etiam in primo conſanguinitatis, affinitatis, vel cognationis ſpiritualis gradu, & alio quouis illicito & damnato coitu patientibus, vt in eorum parentum, agnatorum, cognatorum, & aliorum bonis

D etiam in quibus iuxta ſtatuta municipalia non niſi de legitimo matrimonio procreatis ſuccedere liceat, tam ex teſtamento etiam per viam fidei cõmiſsi, quam ab inteſtato, ſine tamen præiudicio ab inteſtato ſuccedere debentium eorundem ſuccedere liberè, & licitè poſsint, & valeant, ac alias eos ad omnes actus legitimos, & primæua naturæ iura, perinde ac ſi vere, & omni fictione ceſſante, de legitimo eſſent matrimonio procreati reſtituere, & reintegrare, abolereque ab eis omnem inclytæ geniture maculam. Tabelliones quoque, & iudices ordinarios creare, ac eos per pennam, & calamare, recepto ab eis de tabellionatus officio fideliter exercendo ſolito iuramento, liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & quoniam nobis de eorundem Iulij Cardinalis, & Archiepiſcopi, ac prædeceſſorum poſſeſsione,

vel

vel quaſi cooſuetudinis ſuperius enarratæ publica ſere omoino in hac ciuitate voce,& fama ſatis conſtat Iulium Cardioalem, & Archiepiſcopum, ac eius ſucceſſorea prædictos, & quoſuis alios, quorum pro tempore interfuerit, ſeu eorum aliquem ad probandum, de cætero conſuetudinem huiuſmodi nequaquam teneri decerotmus, ſed ad præmiſſorum fidem, & pleoam probationem ſatis ſit præſentis conceſſionis indulti, & priuilegij tenorem inſpicere, ooo obſtantibus conſtitutionibus, conſuetudioibus, ordioationibus apoſtolicia, ac Eccleſiæ, & ciuitatia prædictorum iurameoto, cõfirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alis roboratis ſtatutis, & cooſuetudioibus, oeccon omnibus illia, quæ dictus Carolua Imperator io ſingulis ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationia, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, conceſſionis, & decreti infriogere, vel ei auſu temerario cootraire. Si quis autem boc attentare præſumpſerit, iodignationem omnipoteotia Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eiua ſe nouerit incurſurum,

Datum Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo quinto, pridie Kalend. februarij, pontificatus noſtri anno tertio.

Iulio ſedente Leo Decimus Pootifex Max, Bononiam petens patriam ingreſſus eſt anno 1515. ad cuius rei memoriam S. P. Q. F. in ea muri parte, qua vrbem intraret, in marmore ſequentem ioſcriptionem iocidi feceruot.

LEO DECIMVS
PRIMVS IN FLORENTINA GENTE
EX NOBILISS. MEDICEORVM FAMILIA
PONT. MAX.
BONONIAM PROFICISCENS
FLORENTINAM PATRIAM SVAM
PRIMVM IN EO HONORE INTRAVIT
DIRVTA HVIVS MVRI PARTE
MAGNIFICENTISSIMOQ.
RERVM OMNIVM APPARATV
ET LÆTISSIMO
TOTIVS CIVITATIS PLAVSV
EXCEPTVS
DIE XXX. NOVEMBRIS
M. D. XV.
PONTIFICATVS SVI
ANNO III.

Quo etiam tempore, eiuſdemque Leoois Pootificis iuſſu ſolemni titu templum, maiuſue altare Deiparæ Virginis Annunciatæ conſecrauit Antonius Card. de Monte, Iulij Card. Medicei tunc Archiepiſcopi Florentioi auunculus, ibi ad parietes hæc habetur inſcriptio.

Quod ſciant omnes.

Cum Florentiæ ageret Leo X. Pont. Max.
Antonius de Monte
Tituli ſanctæ Praxedis Cardinalis,
Eccleſiam hanc,
& maiorem eius aram indicta quotannis
plenaria accedentibus indulgentia
de mandato ſanctiſſ. D. Papæ viua vocis oraculo
ſibi facto
ſolemniter & rite conſecrauit die xix. ianuarij.
Chriſti ſalutis
anno M. D. XVI,



12 NICOLAVS Cardinalis Rodulphus Florentinus, Iulio Mediceo ſucceſſit anno 1524. die 8. menſis Iaouarij, eidemque Eccleſiæ præfuit vſque ad annum 1532. Carolum Quintum Imp. debito honore in ſua Metropolitana ſuſcepit idibus maij 1536. dum ab Alexandro Mediceo primo Florentinorum Duce illuſtri hoſpitio ad ædes Mediceas duceretur. Ad murum ciuitatis Romanæ portæ in marmore hæc legentibus proſtat inſcriptio ad poſterorum memoriam,

CAROLVS V. CÆS. AVG.
CVM INSIGNI
OMNIVM CHRISTIANORVM
BENEFICIO IMMANEM
ARCHIPIRATAM REGNO TVNETANO
PEPVLISSET, FVGASSETQVE
SICVLO, NEAPOLITANOQ.
SVIS REGNIS CONSTITVTIS
ROMA PROFECTVS FLORENTIAM
HAC PORTA
CVM MAGNA POMPA INGRESSVS
POPVLO
CVNCTO PRÆ LÆTITIA GESTIENTE
AB ALEXANDRO MEDICE
CIVITATIS DVCE,
CVI MARGARITAM FILIAM
DESPONDERAT ILLVSTRI APPARATV,
REGALIQVE HOSPITIO
MEDICEAS IN ÆDES ACCEPTVS EST
ANNO M. D. XXXVI.
IDIBVS MAII.
TITVLVM P. COSMVS MEDICES
MAGNVS DVX HETRVRIÆ
ANNO
M. D. LXVIIII.

Deinceps eo munere ſe abdicauit Nicol. in gratiã Andreæ Boodelmontij, cũ regreſſu tamen, vt tunc in moribus erat, ſecutaque Boodelmontij morte, iterum Florentinam Eccleſiam adminiſtrauit an-

no 1543. ad quinquè omnino annos: anno vero 1546. iterata abdicatione Florentinam Eccleſiã in Antonium Altouitam refudit, ac paulo poſt Romæ deceſſit, dum Pauli Tertij Farneſij interregnũ agitaretur, anno 1550. die autem 20. menſis ianuarij, ſepultuſque eſt apud ſanctum Auguſtinum. Fuit Nicolaus Decimi Leonis ea ſorore nepos, nobiliſſimæ proſapiæ, quæ in omni virtutum genere viros protulit admirandos. Pronepotes habuit Octauium Cardinalem Rodulphum Agrigentinũ Epiſcopum in Sicilia, & fratrem Nicolaum, quem ad Generalem totius ordinis Prædicatorum Magiſtrum haud vulgares extulere virtutes: vix annos pubertatis egreſſus fuerat Rodulphus, cum peruenit ad purpuram; adeo verò nobilis indolis, ſiue doctrinam ſpectes, ſiue eruditionem, vt illius ſeculi ſplendor a Stephano Ioanninello honorificè appelletur. Multos Epiſcopatus adminiſtrauit, vnde inuidioſas opes contraxit. Siquidem Salernitanorum Archiepiſcopus fuit, Viterbienſi, Vicentino, Imolenſi, ac Forouilienſi Epiſcopatibus præfuit. Munere legationis Romæ perfunctus eſt, dum Paulus Tertius abſens eſſet. Tum etiam patrimonij ſancti Petri legatus fuit. Illũ Sadoletus in quadam epiſtola, humaniſſimum, doctiſſimumque, ac liberalem iure appellat, quippe qui Reipublicæ Chriſtianæ commodis vbique, & ſemper ſtuderet. Ob quas exaggeratas animi dotes ſacro, purpuratoque Senatui ita in pretio fuit, vt ipſa die, qua eximeretur è viuis, a concordi Senatu in ſummum Pontificem ſeligeretur. Sed importuna mora interceſſit communibus votis. Ex eadem gente Rodulpha Philippus fuit Epiſcopus Albienſis in Gallia, defunctus anno 1574. die 30. menſis iunij.



13 ANDREAS Bondelmontius Manentis filius, canonicus antea Florentinus, ex ceſſione Cardinalis Rodulphi ſubiectus eſt Archiepiſcopus Florentinus anno 1532. die 11. menſis octobris, iſtamque Eccleſiam ad decem annos adminiſtrauit. Deceſſit autem anno 1543. Hic ex egregijs in fauorem Florentinæ Eccleſiæ operibus maximè inclaruit, vt ex ſubiecta inſcriptione perſpici poteſt, quæ in Epiſcopio in marmore legitur.

HANC SEDEM
GRAVISSIMIS PENSIONIBVS
OPPRESSAM
ANDREAS BONDELMONTES
ARCHIEPISCOPVS FLORENTINVS
SVA PIETATE ATQVE PECVNIA
LIBERAVIT
TVM DOMVM ISTAM
HORRIBILI INCENDIO
COLLAPSAM IN CINEREM
ITEM SVMPTIBVS SVIS
A SOLO EX RELIGIONE INSTAVRAVIT
ANNO DOMINI M. D. XXXIII.
PRÆSVLATVS SVI
ANNO PRIMO.



14 ANTONIVS Altouita nobilis Florentinus è Bindo, Flammettaque Soderina progenitus, ex Cardinalis Rodulphi ceſſione electus eſt Archiepiſcopus Florentinus anno 1548. die decimaſexta menſis maij. Vir ſanè tum ob vitæ meritum, tum ſapientiæ doctrinam longè clariſſimus, cæterum ea iniquitate temporum infortunatus: ſiquidem cum in ſuſpicioſum Principem, politicæque impenſius ſtudentem incidiſſet, aulicis ſuſpicionibus oppreſſus Romam ſe ſubduxit, ibique diuturniori mora procul a grege vitam protraxit: enauigauit autem tandem ad litus, vbi beneficio temporum eiuſdem probitas ſe prodidiſſet. Conſtans autem traditio eſt Florentiam reuerſum illum, tanta populorum frequentia celebritateque primum ſacrum feciſſe, ac ſi paſtorem ſuum de cælo demum delapſum aduenisſent adoraturi. Deinde reordinando Epiſcopatui totum ſe dedit, celebratoque prouinciali concilio, ipſe per ſe vniuerſam diœceſim Florentinam perluſtrauit, reſtitutiſque ad priſtinum candorem moribus, Florentiæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud ſanctum Apoſtolum cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Antonio Altouitæ Archiepiſcopo Florentino,
vitæ integritate, literarum ſcientia, ac morum
ſuauitate incomparabili.
Ioannes Baptiſta frater P. obijt anno ſalutis
M. D. LXXIII. v. Kal. ianuarij.
Vixit ann. LII. menſes v.
diebus xx.

Vir doctiſsimus fuit, philoſophus, inſigniſque Theologus, ſcripſit nobilem tractatum de propoſitione, de ſyllogiſmo, atque demonſtratione, ac Porphyrij prædicabilibus, tum de elementis, de eſſentia animæ, de natura ventorum, alijſque philoſophicis, ac ſubtiliſsimis rebus: in quarum diſſertationibus adeo ſe conſtantem, præferuidumq; præbebat, vt non tam ſtudere artibus, quam illas illuſtrare velle videretur. Eo Præſule Patres ſocietatis Ieſu conſecuti ſunt Florentiæ ampliſsimum collegium anno 1551. auſpicij Eleonoræ de Tolero Coſmi Ducis vxoris: ſequenti anno 1552. 3. idus decembris Florentiæ obijt Paulus Iouius Epiſcopus Nucerinus, hiſtoriarum ſui temporis celeberrimus ſcriptor. Iacet apud ſanctum Laurentium, de quo alibi: ſic & Michael Angelus Bonarota ſculptor, pictor, & architectus, fama omnibus notiſsimus, Romæ defunctus, Florentiam delatus in templo ſanctæ Crucis in maiorum ſepulchro conditus fuit anno 1570. in cuius funere xl. epitaphia, & inſcriptio ſoluta oratione extant a Pagano Licianenſi conſcripta ad Leonardum Bonarotam Michaelis Angeli nepotem.



15 ALEXANDER Medices, Octauiani, ac Franciſcæ Saluiatæ filius Coſmi Primi Magni Hetruriæ Ducis ſobrinus, natus Florentiæ anno 1536. nonis iulij: ingenuus, pijſque moribus imbutus, & doctrina excultus ſancti Stephani militiam, deinde eccleſiaſticam diſciplinam amplexus, excelſi animi, acriſque ingenij vir, & ad delitias orbis natus; cum Piſtorienſis antea eſſet Epiſcopus, ſubleɛctus eſt Archiepiſcopus Florentinus anno 1574. die 15. menſis ianuarij, dum Romæ pro Franciſco Magno Hetruriæ Duce legationis munere fungeretur Romæ templum ſanctæ Mariæ in Vallicella conſecrauit. Sub Gregorio Decimotertio Senatoriam purpuram aſſecutus eſt ann. 1583. ſub Clemente vero Octauo Galliam legatus profectus eſt, totique Chriſtianitati tamdiu exoptatam, expectatamque pacem inter Henricum Quartum, & Philippum II. Hiſpaniarum Reges ſanciuit, ſtabiliuitque tantamque ea ea legatione prudentiæ famam collegit, vt in demortui Clementis Octaui locum tacer Senatus concordibus votis ſub nomine Leonis Vndecimi ſufficerete anno 1605. die 1. exordientis aprilis. Cæterum illam propemodum exultantis ſeculi lætitiam mors importuna corrupit, quæ illum antequam ad numerabiles dies regnare potuiſſet, compulit ad rogum, adeo humanis affectibus exutum, vt cum a principibus viris

A propius iam cum morte luctans rogaretur, vt nepoti fratris filio roſeo relicto pileo in gente ſua vellet initi a ſe Pontificatus aliquod vel leue ſignũ extare, in magnanimam illam vocem erupecit: *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Conſule Baronium de hac re in 21. tomo ſuorum annalium. Obijt 27. aprilis, tumulatus autem eſt in Vaticano apud ſanctum Petrum in latetitio, tumultuarioque ſepulchro, magno, atque inconſolabili ſui relicto deſiderio, ſed Florentinæ Eccleſiæ præcipuè, quæ augurabatur futurum, vt non abſimilis Alexandro, ita cenſente Pontifice, ſibi paſtor imponeretur, qui quæ ipſe plantaſſet, deinceps excoleret ad diuturnitatem.

Laudatus eſt Leo a Franciſco Venturio cano- B nico Florentino funebri oratione in Metropolitana Florentina Eccleſia, dum ſolemni pompa iuſta Pontifici patenti optimo perſoluerentur. Leoni vero ſymbolum, emblemaue in iuuentute, quod erat vernantium roſarum manipulus, lemmate adſcripto: *Sic florui*; hos flores vere naſcentes, *vna dies aperit, conficit vna dies*. Vere Leo creatus eſt Pontifex, ſtatim ex oculis hominum ablatus eſt, *exaruit vix nata roſa*; de quo ſic cecinit Hermelatius.

Mentem hominum ah nimium cæcam ignaramq; futuri
Quæ ſibi manſuras credula ſpondet opes.
Quid ſibi Pontificis vellent Florentia ſerta,
Quid roſa purpureo ſuauitate ore micans,
C *Quid meſſis Paphia, quid Ver, quid florida Paſcha,*
Quid nam præteritum hoc, ſic modo floruimus?
Conſtitit heu, ſero, quia mens nos læua tenebat,
Spes bona, & incautis luſerat illecebris
Frons decerpta manu meſſem monſtrabat in herba,
Quam Lacheſis lætam ſpe modo mox raperet!
Et Roſa, Romæ, breues tibi deſignabat amores,
Ver Florem tenerum, gaudia vana Venus.
Paſcha nouum folia hæc, quæ (vt flos confoſſus aratro)
Mane vigent ſero veſpere fluxa natant.
Sic quoque decurſi te temporis omen agebat,
Res neque enim eſt, nec erit, quomodo ſumma fuit.
Nam puncti inſtar habent, quæ ſecula cumq; fuerint,
Ictu oculi, quà mens tranſiluiſſe ſolet.
Flos ergo hic, modo qui toti ſpectabilis Vrbi,
Auguſto roſeas ſparſerat ore comas:
Ambroſias, famaque auras diffuderat orbi,
D *Pallidus elapſis marcuit, heu folijs.*
Huc ades, inflexa qui ſpem refigis inanem,
Hic magno exemplo diſce quod expediat.
Qui reſerare polum potuit, dare iuraque terris,
Floruit, & numero marcuit in cinere.
Omnia debentur morti infera, non moritura
Quiſquis amas, cælo quærite, nulla ſolo.

Sanctum Philippum Nerium, quem vnice amauit Leo, Romanam illius infulam, breuiſſimumque ſacri Imperij tempus, olim prædixiſſe narrat Baccius in vita eiuſdem Sancti: ſic & beatam Mariam Magdalenam de Pazzis vaticinaſſe ſcribit Puccinus. Ei dicat Vincentius Borghinus librum de Eccleſia, & Præſulibus Florentiæ anno 1585. Quo etiam ſedente 1584. iv. decembris, obijt Petrus Victorius ætatis 87. quem nominaſſe ſuf-

fiaat, cum quis fuerit, nemo ex eius ſcriptis ignoret, de quo eruditiſſimus Iacobus Gaddus in elogijs. A



B

16 ALEXANDER Martius Medices nobilis Florentinus Vincentij filius, Mediceo Alexandro ſucceſſit, cum ex Epiſcopatu Feſulano ad Florentinam ſedem fuiſſet aſſumptus anno 1605. die 27. menſis iulij.

Benedixit nuptiis Coſmi II. Hetruriæ Magni Ducis, & Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ, Ferdinandi Secundi Imp. ſororis, quam in Metropolitana primum ingredientē lætanter excepit 18. octobris 1608. quo anno februario menſe in baſilica ſancti Laurentij, nobili & ſui ipſius ſtructura, & Mediceorum Principum monumentis, ſupremos perſoluit honores Ferdinando Primo Hetruſcorum III. Maximo Duci: quos deinde anno 1621. Coſmi II. pio, clementi, iuſtoque Ferdinandi filio celebrauit. Eo quoque Præſule Carmelitæ, & Auguſtiniani diſcalceati in Vrbe inſtituuntur: Fulienſes, quos S. Bernardi vocant, ord. Ciſtercienſis extra mœnia in eccleſia S. Mariæ de Pace excipiuntur, curante Chriſtina Lotharinga Magna Hetruriæ Duciſſa, Ferdinandi Primi vxore, Coſmi II. matre, Heroina ſanctiſſima, Hetruriæ parente optima, quæ cœnobium ædificauit, ac dotauit pro Gallis monachis. Quo item Præſule Florentiæ ad ſuperos euolauit venerab. Hippolytus Galantinus magnæ ſanctitatis vir, Archiconfraternitatis S. Franciſci fundator. Hetruſcorum Principum gratia floruit, & ab ijs impensè dilectus. Vigintiquinque omnino annis ſibi creditam rexit Eccleſiam, multiſque ſynodis cum laude coactis clericales mores reddidit defæcatiores eruditione, doctrinaque maximè claruit, vbique & ſemper omnibus charus ob præcipuum pietatis cultum, ſtudiumque diuinarum rerum. Deceſſit autem anno 1630. idibus auguſti. Eoque tempore, quo contagioſa lues Florentiæ cœperat debacchari, ſepultuſque eſt apud ſanctam Mariam de Flore in ſacello ſancti Antonij, cum hoc epitaphio.

Alexandro Martio Medici Archiepiſcopo Florentino,
quem præclara virtus
ex huius Metropol. canonico,
& Apoſtolici Nuncij
Auditore,
Ad Feſulanæ primum annos decem.
Deinde ad Florentinæ ann. xxv.
Eccleſiæ gubernationem merito euexit:
Cælo demum retulit
ætatis lxxiij. id. auguſti,
Chriſtiani Orbis M. DC. XXX.



17 COSMVS Bardus, ex Comitibus Vernij, nobiliſsimus Florentinus, filius Ioannis, atque Lucretiæ Saluiatæ per multos dignitatis, ac munerum gradus, ad ſuæ patriæ Archiepiſcopatum aſcendit 1630. die 9. menſis ſeptembris. Siquidem ſub Bonifacio Caietano Cardinali legato Rauennam adminiſtrauit, deinde Imolæ gubernator fuit, ac totius Æmiliæ pecuniarum generalis commiſſarius, deinceps Interamnenſibus ius dixit, mox & rector totius Auenionenſis comitatus, Epiſcopus Carpentoratenſis, proque Vrbano Octauo munere legationis extra ordinem perfunctus eſt, donec Archiepiſcopus Florentinus difficillimis temporibus renunciatus, hoc eſt, cum teterrima peſtilentiæ lues Florentiæ graſſaretur, omnia tum ſpiritualia, tum temporalia remedia gregi pertimido adhibenda curauit, ſiue vt iam præſentem morbum eluctaretur, ſiue vt venturum deuitaret. Deceſſit autem die 18. menſis aprilis anno 1631. tanto omnium ordinum mœrore, quod in eo munere per adeo exiguum tempus, hoc eſt ſeptem tantum menſium expleſſet, vt propemodum inconſolabilis videretur. Sepultus eſt in Metropolitana. Vir ſane magnarum virtutum, & ſi ex cætera eiuſdem adminiſtratione haud infulſa coniectura ducatur, cuius deinceps Archiepiſcopatus Florentini gubernatio optima ſperanda foret.

Fratrem habuit Philippum Epiſcopum Cortonenſem, euius etiam gentis Bartholomæus fuit Epiſcopus Spoletanus, Alexander Epiſcopus ſancti Pauli in Gallia defunctus 1591. ſic & Robertus de Bardis Theologus inſignis ſub Benedicto Duodecimo Eccleſiæ Pariſienſis Cancellarius.

PETRVS



18 PETRVS Nicolinius Laurentij Senatoris filius, ex Archidiacono, ac Florentino vicario generali Archiepiſcopus ſuæ patriæ adlectus eſt anno 1632. die ſeptima menſis iunij, ſumma omnium ordinum exultatione, qui iam olim, dum vicariam operam demortuo Archiepiſcopo præſtaret, oſtenderat ſe planè virum, qui publicæ Chriſtianæ rei, publicisque commodis natus eſſet, & altus. Etenim præter gentis ſuæ eximiam nobilitatem, ijs probitatis dotibus ornatus eſt, quæ omnium videantur poſſe promereri amorem. Florentinæ autem Eccleſiæ Præſul pronunciatus, diœceſim omnem ſuam ipſe per ſe diligentiſſimè perluſtrauit, latiſque ſaluberrimis legibus, celebratoque prouinciali concilio, ad puriores mores reformauit. Viuit adhuc, quem Deus Optimus Maximus, longum conſeruet incolumem, qua diuturnitate vitæ diuturnius, populi ſibi commiſsi ſalutem valeat promouere.

BVRGENSES, ſiue Burgi ſancti Sepulchri EPISCOPI.



TAMETSI ciuitas Burgenſis, hodie inter Hetruriæ ciuitates numeretur, tanquã quæ magni Ducis imperio pareat, re tamen vera in Vmbria collocanda eſt ſub Apenninis montibus, a Tyberi non plus diſtans, quam mille paſſus. Apud antiquos ſcriptores nulla eius ciuitatis memoria extat, quod ulla ſpectabili antiquitate nobilitetur, licet nonnulli contendant bene ipſam eſſe Biturgiam, in mediterraneæ Hetruriæ ciuitatibus a Ptolomæo collocatum. alij verò affirmant ibi ſitam eſſe, vbi olim Plinij iunioris villa narra-

A tur fuiſſe. Cæterum Leo X. qui primus ciuitatem Burgenſem Epiſcopali dignitate condecorauit, in bulla erectionis Epiſcopatus illius eiuſmodi ciuitatis exordium narrat: fuiſſe ſcilicet, vbi modo Burgenſis ciuitas ſita eſt, ingentem ſyluam ob frequentes niues perpetuo propemodum gelu rigentem, indeque Niuiæ illam traxiſſe cognomen. Quo cum duo nobiles Peregrini ex fortuito itinere appuliſſent, Arcanus ſcilicet, & Ægidius, qui nuper a ſancto Chriſti ſepulchro redierant, propeque perſpicuam aquam lapſi eſſent in ſomnum, diuinitus admoniti, diuinam voluntatem eſſe intellexerunt, vt ibi templum in diuini Numinis honorem erigeretur. Ad quod cum deinde pietatis ergo ingens frequentia populorum eſſet, adiecisB ſentque domos ad incolendum, ſenſim excreuit in oppidum, quod vnde Peregrini redierant priſci ſancti Sepulchri dixere. Locum munitionibus auxit Guido Petramala Epiſcopus Aretinus, qui noxioſiſſimæ per ea tempora Gibellinæ factionis princeps erat, ſubque Florentinorum deinceps publica re non paruum incrementum accepit, itaut hoc tempore parua quidem ciuitas ſit, ſed opulenta, & egregiæ indolis ciuibus grauis. Exurgebat ibidem nobilis Abbatia ex ordine Camaldulenſi, quam Leo Decimus in cathedralem erexit, cum prius ſancti Sepulchri, loci Abbatem Epiſcopum renunciaſſet. Seriem Epiſcoporum, qui illic ius diurnum dixerunt, mox explicabimus, ſi prius ad pleniorem rerum cognitionem bullam erectionis C Burgenſis Eccleſiæ adiecerimus.

LEO EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ex Præexcellenti præeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt beatum Petrum Apoſtolorum Principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, in agro irriguo militantis Eccleſiæ nouas Epiſcopales ſedes eccleſiaſticas plantare Romani Pontificis dignum eſſe videtur, vt per nouas plantationes populorum augeatur deuotio, diuinus cultus efflorescat, locaque inſignia dignioribus titulis attollantur, & maioribus honoribus decorentur, ſubſequaturque animarum ſalus. Idque nos eo libentius agimus in D ijs locis, in quibus benedicente Domino, incolæ, & alij Chriſti fideles multiplicaſſe noſcuntur, vt propagatione nouæ ſedis, & aſsiſtentis honorabilis Præſulis, cum decenti miniſtrorum numero fideles Chriſti in deuotione perſiſtentes, ac etiam deuotionis huiuſmodi augmentũ ſuſcipientes æternæ felicitatis præmium, Deo eorum pium propoſitum adiuuante, facilius conſequi mereantur. Sanè attendentes, quod oppidum Burgi ſancti Sepulchri ciuitatis Caſtelli diœceſis tẽporis dominij excelſæ reipublicæ Florentinæ, in cuius loco ante illius conſtitutionem ingens erat ſylua Niuea, ob niuium frequentiam dicta, & cum per eam iter facerent duo ſancti Peregrini, Arcanus videlicet, & Ægidius a ſancto Sepulchro Dominico tunc abſcedentes, cum apud limpidiſsimum fontem, qui inibi tunc erat, aliquantulum requieſcerent, diuina viſione, vt dicitur, admoniti, quoddam ſacellum ibidem conſtruxerunt, & ea tunc nonnulli

Cum

Chriſtifideles iuxta ſacellum ipſum aliquas domos ædificare, & burgum domorum facere, & tandem multiplicatis domibus, & mœnibus erectis in oppidum ſancti Sepulchri appellatum fertur inter alia ipſius dominij oppida, admodum celebre, & antiquum, ac magna notabilium, & literatarum perſonarum, ac incolarum generoſitate, benedicente Domino, refertum, ac in illo vnum notabile, & inſigne monaſterium Camaldulenſis ordinis, ſub inuocatione ſancti Ioannis Euangeliſtæ dicatum, in quo adhuc fons, & ſacellum per dictos ſanctos peregrinos fabricatum huiuſmodi conſiſtunt, & ad cuius fontis lauacrum aquas haurientes febricitantes, diuina operante clementia, interceſſione ipſorum ſanctorum liberantur. In loco celebri dicti oppidi ſitum, & ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum, ac quamplures aliæ ſeculares, & regulares Eccleſiæ dicti monaſterij cenſuales, in quibus diuina celebrantur officia, conſiſtunt, adeo vt merito oppidum ipſum titulo ciuitatis decorari, & eccleſia ipſius monaſterij, cuius Abbas pro tempore exiſtens, baculo paſtorali, & alijs Pōtificalibus inſignijs ex indulto Apoſtolico vti conſueuit, in cathedralem eccleſiam erigi poſſent. Vnde nos ex præmiſſis, & cæteris alijs rationabilibus cauſis moti volentes dictum oppidum, & illius incolas, eorum deuotione, & meritis id exigentibus, fauoribus attollere potioribus, & honorabili . . habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris deliberatione matura, de ipſorum fratrum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica tenore præſentiū in dicto monaſterio nomen, & titulum, necnon Abbatialem, & omnes alias dignitates, officia, ac beneficia quæcumque regularia, monachales portiones, ac dependentias, necnon omnia, & ſingula membra, ſeu grangia dicti monaſterij, prioratus, & alia ad dictum monaſterium illiuſque Abbatem, & conuentum, ſeu eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem coniunctim, vel diuiſim pertinentia, & ſpectantia beneficia quæcumque ſecularia, vel dicti ordinis regularia dilecti filij Galeotti de Gratianis Abbatis ipſius monaſterij ad hoc expreſſo accedente conſenſu ſupponimus, & extinguimus, ac ad omnipotentis Dei laudem, totiuſque triumphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem, ac dominij decus, & amplitudinem, diuinique cultus augmentum, ac animarum ſalutem præfatum oppidum in ciuitatem, & Eccleſiam monaſterij huiuſmodi in cathedralem eccleſiam ſecularem, cum Epiſcopali dignitate, iuriſdictione, & ſuperioritate, ac Epiſcopali, & capitulari menſis, necnon fonte baptiſmali, ac alijs cathedralibus inſignijs, necnon pertinentijs, honoribus, & priuilegijs, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ac in ea vnam præpoſituram maiorem pro vno propoſito, & vnum archidiaconatum pro vno archidiacono, & vnum archipresbyteratum pro vno archipresbytero, non maiores poſt pontificalem inibi, dignitates, qui onus, & curam animarum eiuſdem Eccleſiæ, & capituli pro tempore incumbentia exercere, & ſupportare habeat: necnon nouem canonicatus, & totidem præbendas pro nouem canonicis, qui ſimul cum dictis præpoſito, archidiacono, & archipresbytero capitulum ipſius Eccleſiæ inibi faciant, & conſtituant, & almucij griſeas, ſeu de pellibus griſeis, & honorabilibus ad inſtar canonicorum aliarum cathedralium Eccleſiarum, tam in prædicta Eccleſia, quam extra eam in proceſſionibus, & alijs actibus deferant. Noſtri Achillis Tituli ſanctæ Mariæ in Transtyberim Presbyteri Cardinalis, cui regreſſus ad Eccleſiam ciuitatis Caſtelli in certos tunc expreſſos euentus, dicta auctoritate conceſſus exiſtit, & Balthaſſaris electi ciuitatis Caſtelli dilectorū filiorum expreſſo etiam ad hoc accedente conſenſu perpetuo erigimus, creamus, & inſtituimus, ac oppidum ciuitatis, ac Eccleſiam huiuſmodi cathedralis titulo, & honore decoramus, & inſignimus, ipſamque ciuitatem, & illius diſtrictum, & territorium, necnon Telenæ, Corliani, ſancti Stephani, ſancti Caſſiani, Prateghi, ſanctæ Mariæ de Souara, & ſancti Antimi cum ſuis membris in prædicto dominio Florētino conſiſtentibus dumtaxat, reliquis vero in diſtrictu ciuitatis Caſtelli, & oppidi Ciſternæ dictæ ciuitatis Caſtelli diœceſis ſub eadem diœceſi ciuitatis Caſtelli remanentibus, ac dicti ſancti Antimi eiuſdem ciuitatis Caſtelli diœceſis, necnon quæ in locis dicto oppido Burgi ſancti Sepulchri contiguis montis Acuti Aretinæ diœceſis parochiales eccleſias plebanias, ſeu plebanatus nuncupatas, ſeu eorum parochias, & loca quæcumque, cum illorū clero, & populo, perſonis eccleſiaſticis, monaſterijs, & pijs locis, ac beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & ordinum quorumcumque regularibus, necnon quicquid iuris Epiſcopalis, ac iuriſdictionis in illis ciuitatibus, Caſtelli, & Aretinæ Eccleſiarum capitulum tam coniunctim, quam diuiſim habebant, & percipiebant, & habere, & percipere conſueuerunt a diœceſi, & ſedibus Epiſcopalibus, ac menſis, & capitularibus ciuitatis Caſtelli, & Aretinen. penitus, & omnino perpetuo dimembramus, & ſeparamus, illaque ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio, & poteſtate nunc, & pro tēpore exiſtentium, ciuitatiſque Caſtelli, & Aretin. Epiſcoporum, & capitulo prædicto, eorumque viſitatorum, & officialium, necnon ſolutione quorumcumque iurium eis per illorum populos, & perſonas præfatas ratione iuriſdictionis, & ſuperioritatis huiuſmodi reſpectiuè debitis penitus eximimus, & totaliter liberamus, & diſtrictum, & territorium ciuitatis erectæ, necnō caſtrum ſanctæ Mariæ in Balneo nullius diœceſis, & ſingulas parochiales eccleſias prædictas, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem erectæ Eccleſiæ ſancti Sepulchri, & illius menſæ Epiſcopali pro illius diſtrictu, & diœceſi, necnon omnes, & ſingulos clericos, ſeculares, & ordinum quarumuis religioſos pro clero, incolaſque, & habitatores dictarum ciuitatis, & diœceſis erectarum: & quoad montis Acuti eccleſias huiuſmodi, dummodo venerab. fratris noſtri moderni Epiſcopi Aretin. ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, & omnes, & ſingulos ipſius

ſius ſupradicti monaſterij, & illius annexorum, membrorum, grangiarum, & prioratuum, ſingulorumque aliorum beneficiorum prædictorum ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Abbatis, & conuentus ſpectantium, vt ſupra fertur ſuppreſſorum, & extinctorum prædd. & eiuſdem monaſterij Abbatialis, & conuentualis menſarum, fructus, redditus, & prouentus, ac bona quæcumq; quorum omnium veros annuos valores præſentes haberi volumus pro expreſsis. Abbatialibus videlicet Epiſcopali conuentualis menſarum, necnō omnia, & ſingula alia bona mobilia, & immobilia, ſeu ſtabilia per dilectam filiam cōmunitatem erectæ ciuitatis donanda, concedenda, & aſsignanda capitulari menſis Eccleſiæ erectæ huiuſmodi pro B earum vberiori dote reſpectiue perpetuo applicamus, appropriamus, aggregamus, concedimus, & aſsignamus, ita quod liceat venerabili fratri noſtro Epiſcopo Burgi ſancti Sepulchri pro tempore exiſtenti, iuris Epiſcopalis, ac iuriſdictionis illius, & canonicis, & capitulo Eccleſiæ erectæ huiuſmodi fructuum, redditum, & prouentuum, ac bonorum monaſterij, membrorum, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum corporalem poſſeſsionem per ſe, vel per alium, ſiue alios propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & prouentus in ſuos, & menſarum ſuarum vſus, & vtilitatem conuertere, aliſuius ſuper hoc licentia minimè requiſita, & nihilominus quoad ſingula præ- C miſſa quibuſuis exemptionibus, & priuilegijs eiuſdem plebanis, & eorum plebanatibus, & ſubditis per ſedem prædictam quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innouatis derogamus, illaque omnia penitus, & omnino reuocamus, & annullamus, ac reuocata, & annullata eſſe decernimus, necnon clerum, & populum ciuitatis, diœceſis, ac Eccleſiæ erectarum prædd. curæ, & iuriſdictioni Epiſcopi Burgi ſancti Sepulchri pro tempore exiſtentis, quoad legem diœceſanam, & gubernationem perpetuò ſubijcimus, necnon Eccleſiam, ciuitatem, & diœceſim erectas præfatas, ac illarum Præſulem, ſeu Epiſcopum pro tempore exiſtentes, necnon clerum, & populum ciuitatis, & diœceſis erectarum huiuſmodi Eccleſiæ, ac Archiepiſcopo Florentino Metropolitano iure ſubeſſe, & quoad om- D nia Metropolitica, & Archiepiſcopalia ſuperioritatem, iuriſdictionem, iura Archiepiſcopo Florentino pro tempore exiſtenti ſubiectas eſſe, & de Archiepiſcopalia iuribus ei reſpondere volumus. Et inſuper Epiſcopo pro tempore exiſtenti capitulo, clero ciuitatis, & diœceſis Burgi ſancti Sepulchri huiuſmodi, illorumque incolis, & habitatoribus prædictis, & illorum ſingulis pro omnibus, & ſingulis priuilegijs, & exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus alij Epiſcopi, & aliarum cathedralium Eccleſiarum capitula, ciuitates, & diœceſes, & eorum clerici, incolæ, & habitatores de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere, necnon Epiſcopo pro tempore exiſtenti, & capitulo præfatis capitulari-


A ter congregatis pro felici ſtatu, & ſalubri directione dictæ Eccleſiæ, illiuſque perſonarum, ac diuinorum officiorum in illa celebratione, & quæcumque ſtatuta, & ordinationes, rationabilia, & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria facere, & edere, illaque quoties eis pro vtilitate dictæ Eccleſiæ viſum fuerit immutare, quæ poſtquam edita, & immutata, ac de nouo conceſſa fuerint, eo ipſo Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata conſenſum indulgemus; ac plenam, & liberam licentiam concedimus, & etiam facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſterij, & ordinis prędd. &c. confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæte- B riſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, erectionis, creationis, inſtitutionis, decorationis, inſignitionis, dementiationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, applicationis, appropriationis, aggregationis, conceſſionis, aſſignationis, derogationis, reuocationis, annullationis decreti, ſubiectionis, voluntatis & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo C *quinto, x. Kal. octobris, pontificatus noſtri anno iij.*



D 1 GALEOTTVS de Gratianis Burgenſis Abbas, perpetuuſque Commendatarius monaſterij ſancti Ioannis Baptiſtæ, ſuæ patriæ primus Epiſcopus fuit, a Leone Decimo ad eius dignitatis faſtigium euectus anno 1520. die decima octaua menſis ſeptembris. Deceſſit anno 1522. die decima ſexta menſis aprilis; ſepultuſque eſt in Cathedrali,

LEN-



2 LEONARDVS Tornabonus nobilis Florentinus, Cubicularius, Leoniſque X. intimus Conſiliarius, ex deceſſu, ſiue ceſsione Galentti, in Burgenſem Epiſcopatum ſucceſſit anno 1522. pridie Kalend. ſeptembris. Eius Epiſcopatus poſſeſsinnem inijt die 14. menſis ianuarij ann. 1524. Vir plane erat æques, doctus, ac prudens, cuiuſque conſilijs diu vſi ſunt Leo, Clemenſque Medicei: translatus deinde eſt a Paulo Tertio ſummo Pontifice ad Epiſcopatum Adiacenſem in Corſica 1539. die 24. menſis martij, cum Burgenſem prius Eccleſiam ad 17. annos ſumma cum pietatis laude rexiſſet.



3 PHILIPPVS Archintus nobilis Mediolanenſis, ex Protonotario Apoſtolico, tertius Epiſcopus Burgenſis adlectus eſt a Paulo Tertio Farneſio anno 1639. die 24. menſis martij: diuturniori vicariatus opera pro Pontificibus functus eſt Romæ, ideoque breuiori mora Burgenſi Eccleſiæ præſedit. Anno vero 1546. ab eodem Paulo Tertio ad Salutij Epiſcopatum fuit trãslatus Pedemontanæ ditionis, ac paulò poſt Archiepiſcopus Mediolanenſis renunciatus. De quo ibi poſtea plura.

4 ALPHONSVS Tòrnabonus Florentinus, cum Salutij Epiſcopus eſſet, cum Archioto Epiſcopatum commutauit 1546. die 29. menſis octobris. Burgenſis autem Epiſcopatus poſſeſſionem inijt die 20. menſis nouembris eiuſdem anni. Quam Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad annum 1557. deinde cum Senis laboraret, eo munere ſe exſoluit.

5 PHILIPPVS Tornabonus Florentinus, Donati filius, nepoſque Alphonſi anteceſſoris, ex canonico Metropolitanæ Florentinæ, ad Burgen-

A ſem Epiſcopatum translatus eſt annò 1557. prima die exordientis octobris. In qua quidem dignitate vixit ad duos annos: deceſsitque die 2. menſis nouembris 1559.

6 NICOLAVS Tornabonus Florentinus, anteceſſoris Philippi coniunctiſſimus frater, ex plebano Eccleſiæ ſancti Petri Angiarenſis, Piſtorienſis diœceſis, renunciatus Burgenſis Epiſcopus eſt anno 1560. die nona menſis maij. Hic non modo doctrina, ſed ſingulari eruditione præclarus fuit. Quamobrẽ ita Principibus Hetruſcis in pretio fuit, vt Coſmo eius nominis Primo mandante, apud Regem Gallorum legatione ſit perſunctus egregie. Res controuerſas inter Catholicos, atque Vgonottos, dum moraretur in Gallijs, Hetruſca lingua præclare conſcripſit, ſuique ingenij alia plura monumenta reliquit. Nobilem bibliothecam ad alendum ſtudium, ſumptuosè collegit: quam poſtea eius affines minus addicti literis fœdiſsimè diſtruxerũt, cuius haud ignobilis codicum pars ad noſtram Ciſtellianam bibliothecam, merito mente pertinuit. In quibus ad marginem adeo doctas poſtillas appinxit, vt inde facile colligat lector, valuiſſe illum quam qui maximè in omnigena literatura. Effœtæ ætatis deceſsit anno 1598. die 13. menſis aprilis; ſepultuſque eſt in cathedrali.

C



7 ALEXANDER Burghius è Modiliana Florentinæ ditionis, ſeptimus Epiſcopus Burgenſis adlectus eſt a Clemente Octauo anno 1598. die 22. menſis iunij. Principibus Hetruſcis ob ſingularem doctrinam vnicè charus fuit, ac quatuor ſummis Pontificibus ſumma cum prudentiæ D laude maximo vſui fuit. Burgenſem Eccleſiam ad ſeptem annos adminiſtrauit, deinde a Paulo V. factus Lateranenſis vicarius, eo munere ſe exſoluit anno 1605. Deceſsit autem anno 1613. Romæ ſepultus eſt in eadem Eccleſia ſancti Ioannis in Laterano, vbi ab affinibus nobile depoſitum cum hac ſequenti inſcriptione illi erectum fuit.

D. O. M.

Quiſquis ſepulchrum vides Alexandri Burgi Mutilianenſis Burgenſium Epiſcopi, huius baſilicæ vicarij, tum Mauſoleum quocumq; ære perennius videres, ſi monumentum poſuiſſent literæ, quas ſicut viuens coluit, candiduſque arbiter æſtimauit: ita mortuum certatim eidem eadem lamentatæ ſunt,

ta ſunt, ſi quatuor ſummi Pontifices, alijque Principes viri quibus operam, fidemque probauit ſua, ſi amicorum dolor, & vota, de quibus benemerendo diem nunquam perdidit. Interim omnium nomine Philippus, & Claudius fratris filij maiori pietate, quam pompa mœrentes, merenti poſuerunt.

Obijt anno Dom. M.DC.XIII. ætatis ſuæ L X I V.

Ad Dei miſericordiam impetrandam, idem Lateranenſi capitulo pro anniuerſario funere cenſum perpetuum attribuit, cæteroſq; vt ſibi opem diuinam implorent mortuus morituros rogat.



8 HIERONYMVS Incontrus Volaterranus, doctor, ac canonicus cathedralis, poſtea prior Eccleſiæ ſancti Petri in Silice, vt vocant, a Paulo Quinto Burgenſem Epiſcopatum obtinuit in gratiam Magni Ducis Coſmi Secundi, anno 1605. die 19. menſis decembris. Deceſſit anno 1615. in patria, vbi iacet in eadem Eccleſia ſancti Petri.

9 IOANNES de Gualterijs Aretinus I.V.D. Hieronymo ſuffectus eſt anno 1615. die quarta menſis decembris. Romæ deceſſit anno 1619. die 20. menſis maij. Ibidemque ſepulturam accepit.



10 PHILIPPVS Saluiatus Florentinus, filius Antonij, frater autem marchionis Vincentij, ex Pratenſi præpoſito, electus eſt Burgenſis Epiſco-

A pus anno 1619. die 20. menſis auguſti, inauguratuſque eſt a Cardinali Bandino. Deceſſit autem dum ſuam præſens gubernaret Eccleſiam an. 1634. Vir ſanè, qui claritatem generis multis virtutibus exornauerat.

B



11 Fr. ZANOBIVS Medices Florentinus, ordinis Prædicatorum, olim ſanctæ Mariæ maioris Romæ Pœnitentiarius, Burgenſem Eccleſiam adeptus eſt anno 1634. menſe iulio: e viuis exceptus eſt anno 1637. die 17. menſis octobris Florentiæ die 19. eiuſdem menſ. ſepultuſque eſt apud D. Marcum ſui ordinis nobile monaſterium, vbi a puero induerat monachum.

12 Fr. Dionyſius Buſſottus Florentinus, generalis ord. Seruorum, ab Vrbano Octauo Epiſcopus Burgenſis electus anno 1638. Ei Alexan-
C der Adimarius inſcripſit librum *Melpomene*, ſeu *cinquanta Sonetti funebri, con altri tanti Elogij.* Eiuſdem quoque gentis Buſſottæ Bartholomæus fuit Pij Quinti Pontificis Maximi generalis Theſaurarius, Alexandri Mazzæ Epiſcopi Foroſempronienſis auunculus. Huius præclariſſimi Præſulis virtutes quam libenter hic celebrarem, niſi viri modeſtia, veteriſque amicitiæ memoria, ne hoc ipſum præſtarem inhiberent.

COLLENSES

D

EPISCOPI.



COLLES, Vallis Elſæ in Hetruria, ſi nuper adeptam Epiſcopalem dignitatem ſpectemus, nupera ciuitas cenſeri debet, & ſi fundationis exordium, poſt conditam Chriſtianam ſalutem, haud a multis ſeculis cœpit eſſe nobilis pagus, tametſi autem illius nullus antiquus ſcriptor meminerit, opinione tamen mortalium antiquior eſt, cum ſanctus Cerbonius Populoniæ olim Epiſcopus illac pertranſiens, apud Collenſes nobilia patrarit miracula, illiuſque conditores Gratiani

popoli extitiſſe narretur, qui prænobile oppidum Gratianum, ſeu Gracchianum potius, nouem tantum milliaribus Senis diſsitum incolebant. Hi vero ne Senenſium excurſionibus, dum bellum ipſos inter ac Florentinos, quibus erant obnoxij infeſtarentur, ſalubrioris aeris colligendi, ſitulque captandi amœnioris ſpecie in collis cacumine, deſtructa antiqua patria, ſedē fixere, vbi nunc hæc ciuitas ſpectatur. Colles dicta eſt, quod eminenti inſideat colli, vtque ab alijs eius nominis diſcriminaretur, a fluuio Elſæ, cuius vndis ipſius radices alluuntur, Collis Vallis Elſæ appellatur. Florentiæ, Senarumque medis eſt in fertili, amœnoque ſolo, cultiſsimis fruitur ciuibus. Sæpius mihi in mentē venit, num ex Gratiani, ſiue Gracchiani colonia Collis fundatria, priſcis illis temporibus Romanæ Reipublicæ ab aliquo Gracchianæ gentis, eo deducta fuerit, nec multum a veritate deflexiſſe arbitror, cum Gracchianum oppidum Neronis Imp. temporibus celeberrimum foret, continuaque temporum ſerie, fama a maioribus tradita apud eos populos viguerit, ibi maximū illud prodigium patratum, cum D. Martialis vnus ex ſeptuaginta Chriſti diſcipulis, ſancti Petri Apoſtoli baculi opera Auſtriclianum ſocium quadrageſimo ab ipſius morte die ad vitam reuocauit. Hunc Petrus Lemouicenſium in Gallijs Epiſcopum deſignarat, & ad diuini verbi ſemen ſpargendum, Alpinianum, Auſtriclianum, Amatorem, ac Veronicam ipſius vxorem ſocios aggregarat. Subſtiterat in itinere, diebus aliquot Senis commoratus, promulgato Euangelio, ab idolorum cultu, pluribus patratis miraculis, gentiles multos ad Chriſtum traduxit, inde Florentiam petiturus ad Gracchianum diuertit.

Cumque in Euangelij lucem plures vi diuini verbi educeret, Auſtriclianus morbo implicitus naturæ conceſsit, quem cum ſepulchro Martialis extuliſſet, Romam cum Alpiniano regreſſus, Amatore, ac Veronica ibi relictis, ad diuum Petrum confugit, factumque mortis ſocij certiorem exorauit, precibus a Deo, apud quem tantum gratis poterat, vt vitæ reſtitueretur, obtineret. Suum illi Apoſtolus baculum porrexit, iuſſitque Gracchianum pergere, ac ſepulchro aperto cadauer baculo contingere, ita ad vitam excitatum iri pollicitus eſt, quem etiam ipſe, ſi plus in Deum fidei eſſet, vitæ reddere potuiſſet. Aduolauit mox Gracchianum Martialis, tumuloque reſerato iam tabe diffluens cadauer ſacri illius baculi contactu priſtino membrorum vſu præditum, defixis ſtupore ſpectatoribus, ſe extulit ſepulchro, viſoque prodigio gentiles, deſerto idolorum cultu a Chriſtianis ſacris initiati ſunt, & in fide confirmati. Stipatus hiſce ſocijs Martialis in Gallias profectus, fidem Chriſti apud Lemouicenſes, Toloſanos, Burdegalenſes, Aquitanos, eoſque, qui a Rhodano in Oceanum vergunt, finitimos populos diſſeminauit: præfecit Epiſcopos, Eccleſias plures inſtituit, colluſtratiſque ijs regionibus illati ab ipſo Euangelij lumine, onuſtus meritis ad Chriſtum demigrauit anno Chriſti 74. Lini Pont. Max. 6. Imperatoris Veſpaſiani 5. cuius feſtum diem 30. Iun. Eccleſia colit. Illius miraculi Gracchiani

A editi meminit ſanctus Aurelianus in Epiſcopatu Lemouicenſi Martialis ſucceſſor, & hiſtoriæ Martialis ſcriptor in fragmento hiſtoriæ Aquitanicæ, itemque Baronius in annalibus ad calcem anni ſeptuageſimi quarti, qui quidem Gracchianis feliciſſimus affulſit, quo diſcuſſæ ſunt fœdiſſimæ illæ tenebræ, quibus erant inuoluti, & baptiſmo abluti ad cæleſtem vitam renaſci meruerunt. Excitauere in eodem loco, in quo patratum eſt miraculum, Eccleſiam, & D. Martialis tutelaris ſui memoriæ conſecrarunt, vbi etiam hactenus Auſtricliani ſepulchrum ſpectatur. Celebratur magno populorum concurſu Martialis feſtus dies. Id ſingulare eſt, vt Lombardellus in vita illius ſancti ſcriptis cōmendauit, non reperiri aliam in Italia huic diuo
B dicatam Eccleſiam, quam quæ a Gracchianis erecta fuit, quæ a Collenſibus Gracchianorum ſucceſſoribus maxima religione colitur. Cæterum Collenſium ciuitas, ſi illorum maiores repetamus, adeo antiqua eſt, vt a Romanis, dum illorum floreret reſpublica, nomen, ac ſplendorē acciperet, originemque traheret, ſi verę antiquitatis maieſtatem, ac venerationem ſpectemus. Nulli Hetruriæ ciuitati dignitate cedit, cum Euangelij fax ipſis a D. Martiale vno è ſeptuaginta Chriſti diſcipulis illata fuerit, & Auſtricliani è mortuis excitati ſtupendo prodigio in fide corroborati fuerint. Ex his principijs Collinsies ita primæuæ dignitati ſe aſſeruere, vt a Clemente Octauo Pontifice Maximo,
C accedentibus Ferdinandi Primi Magni Hetruriæ Ducis precibus, digni habiti fuerint, vt eorum oppidum Epiſcopali ſede decoratum, ciuitatis nomen adipiſceretur, ipſorumque collegiatam Eccleſiam Diuis Ioanni, & Iouitæ ſacram in cathedralem excitaret: vtque beneficium beneficio cumularet, primumque illius Epiſcopum ipſius ciuem è familia Vſimbarda inſtituit, & Archiepiſcopo Florentino ſubiecit, qui ſumma prudentia non capitulum modo, ſed diœceſim etiam vniuerſam ex Florentino, Senenſi, Feſulano, & Volaterrano Epiſcopatibus diuulſam pulcherrimè compoſuit. Ornata eſt tribus dignitatibus, Archipresbyteratu, Decanatu, & Archidiaconatu cathedralis Eccleſia, ac duodecim canonicis inſignita. Præter plures ſacras reliquias, D. Alberti ipſius archipresbyteri corpus religioſiſſime aſſeruat, qui anno 1202. meritis decorus in cælum euolauit 17. auguſti.

D Sacrum ipſius corpus anno 1621. inuentum ſolemnique pompa a Coſimo Gherardeſco ſecundo Epiſcopo, honorificentiore loco collocatū eſt. Hic beatus Albertus in Clatiuenſi oppido Aretini Epiſcopatus anno 1139. natus ob eximias virtutes quarum ſplendorem vibrabat, iſtius collegialis Eccleſiæ, quæ ad id tempus ſedi Apoſtolicæ tantum obnoxia erat, creatus Archipresbyter, populis virtutum egregium exemplum explicuit, ac poſt mortem multis miraculis effulſit, cuius vitam Syluanus Razius ex antiquo auctore deprompſit, & in lucem emiſit. In hac ciuitate præter cathedralem plurès aliæ Eccleſiæ, atque monaſteria virginum, virorumque, qui diuino cultui ſe conſecrarunt, excitata ſunt, inter quæ illud efflorescit, quod Petrus Vſimbardus Epiſcopus Aretinus, Vſimbardi Primi huius ciuitatis Epiſcopi fra-

ter

ter condidit. Epiſcopalem dignitatem, vt diximus, inſtituit Clemens Octauus anno 1592. vt ex ſequenti bulla perſpici poteſt.

CLEMENS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ſuper vniuerſas orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, conſtituti leuamus in circuitu agri Domini oculos noſtræ mentis, peruigili paſtoris more inſpecturi, quid prouinciarum, & locorum ſtatui, & decori, quidue illorum incolarum animarum ſaluti congruat, & deſuper iſtis præſertim temporibus, quibus humani generis hoſtis omni conatu ad ipſarum animarum perniciem, & fidei Catholicæ euerſionem incumbit, diſponi debeat; vnde diuino fulciti præſidio, dignum quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro nouas ædes Epiſcopales, Eccleſiaſque plantare, vt per huiuſmodi nouas plantationes popularis augeatur deuotio, diuinus cultus effloreat, perque eum animarum ſalus ſubſequatur, ac loca inſignia dignioribus titulis, cum dignis ſuoribus illuſtrentur, vt propagatione nouæ ſedis, honoratique populi aſſiſtentia, ac regimine cum Apoſtolicæ poteſtatis amplitudine, ac orthodoxæ fidei profectu, ac exaltatione populi ipſi propoſitum æternæ felicitatis præmium facilius valeant adipiſci. Dudum ſiquidem prouiſiones omnium monaſteriorum apud ſedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturarum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſeruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum ſancti Saluatoris in Spungia, ante hoſpitale Innocentium Florentini, apoſtolica auctoritate vnitū, ex eo, quod nos hodie vnionem ipſam de conſenſu dilectorum filiorum rectoris, & adminiſtratorum ipſius hoſpitalis perpetuo diſſoluimus apud ſedem prædictam, &c. & ſicut accepimus, quod quidam Lelius Tolomæus clericus Piſtorien. diœceſis in commendam ad ſui vitam ea conceſſione Apoſtolica quoad viueret obtinebat beatæ Mariæ de Coneo ordinis Valliſvmbroſæ Volaterrarum diœceſis monaſterij, commenda huiuſmodi per obitum dicti Lelij extra Romanam curiam defuncti, ceſſante adhuc eo quod ante commendam ipſam vacabat, modo vacare noſcatur, nulluſque de dicto monaſterio ſancti Saluatoris hac vice diſponere potuerit, ſiue poſſit, reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, & terra Collis Vallis Elſæ nullius diœceſis temporalis dominij dilecti filij nobilis viri Ferdinandi Hetruriæ ſibi ſubiectæ Magni Ducis, inter cæteras prædictæ Hetruriæ terras, & illius collegiata Eccleſia ſub inuocatione ſanctorum Ioannis, Fauſtini, & Iouitæ inſignis exiſtant. Nos ex certis rationabilibus cauſis maturè perpenſis, ac verum, & vltimum dicti monaſterij vacationis modum præſentibus pro expreſſo habentes, ſupplicationibus dicti Ferdinandi Magni Ducis hac in parte inclinati habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Ro-

A manæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem, terram Collis in ciuitatem Collenſem nuncupandam, & Eccleſiam huiuſmodi in cathedralem ſub eadem inuocatione, pro vno Epiſcopo Collenſi, cum Epiſcopali dignitate, iuriſdictione, & ſuperioritate, ac Epiſcopali, & capitulari menſis, & alijs cathedralibus inſignibus, necnon præeminentijs, honoribus, & priuilegijs, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ de iure, vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & conſti-
B tuimus, ac terram ciuitatis, & collegiatam Eccleſiam huiuſmodi cathedrali titulo, & honore decoramus, & inſignimus, necnon a Florentino Poggibontij, a Senenſi Plebis Matmoræ, a Feſulano Caſtellinæ, & a Volaterrana diœceſi, & ſedibus Epiſcopalibus, ac Archiepiſcopalibus reſpectiuè vnitæ plebis Aſſulæ, Staggiæ, & Abbatiæ Inſulæ nuncupatæ, caſtra cum illorum territorijs, clero, populo, perſonis eccleſiaſticis, monaſterijs, & pijs locis, ac beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & cuiuſuis ordinis regularibus, necnon quicquid iuris Archiepiſcopalis, & Epiſcopalis iuriſdictionis in illis Florentinus, & Senenſis Archiepiſcopi, & Feſulani, & Volaterrani Epiſcopi pro tempore exiſtentes habent, & percipiūt,
C & percipere, & habere conſueuerunt, de dilecti filij noſtri Alexandri ſancti Petri ad vincula Cardinalis de Florentia nūcupati, quod ad Florentinos, quod vero ad Senenſis, & Feſulanēſis, & Volaterrarum Epiſcoporum de venerabilium fratrum noſtrorum modernorum Archiepiſcopi Senenſis, & Feſulanenſis, ac Volaterrarum Epiſcoporum conſenſu penitus, & omnino, & perpetuo auctoritate, & tenore præmiſſis, diſmembramus, & ſeparamus, & ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio Apoſtolico nunc, & pro tempore exiſtentium, Florentini, & Senenſis Archiepiſcoporum, & Feſulanen. & Volaterranen. Epiſcoporum prædictorum, eorumque vicariorum, & officialium, ac ſolutione quorum-
D cumque iurium eis per clerum, populum, & perſonas prædictas ratione iuriſdictionis, & ſuperioritatis huiuſmodi reſpectiuè debitorum ſimiliter perpetuo penitus eximimus, & totaliter liberamus, ac terram in ciuitatem erectam, necnon caſtra ſic diſmembratis vna cum eorum territorijs, ſingulaſque Eccleſias, & monaſterijs, necnon beneficia eccleſiaſtica in eis conſiſtentia prædicta cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, eidem erectæ Eccleſiæ, & illius menſæ Epiſcopali per illius diſtrictum, & diœceſim, etiam perpetuo applicamus, appropriamus, aggregamus, concedimus, & aſſignamus, illaque curæ, & iuriſdictioni Epiſcopi Collenſis pro tempore exiſtentis, quoad legem diœceſanam, & ſubiectionem. Similiter perpetuo ſubijcimus, necnon Eccleſiam, ciuitatem, & diœceſim prædictas, ac Epiſcopum Collenſem pro tempore exiſtentem prædictum, clerumque, & populum ciuitatis, & diœceſim erectarum Eccle-

ſiæ, & Archiepiſcopo Florentino Metropolitano iure ſubeſſe, & quoad Metropolitanam, & Archiepiſcopalem iuriſdictionem, & iura eidem Archiepiſcopo Florentino, eique de Archiepiſcopalibus iuribus reſpondere debere volumus, ac determinamus, necnon ab Archipresbyteratu dictæ erectæ Eccleſiæ, qui ibi dignitas principalis exiſtit, cuiuſque fructus, redditus, & prouentus ad trecentorum ſcutorum aureorum valorem aſcendunt, vt accepimus, quemque dilectus filius Nicolaus Sabolinus ipſius Eccleſiæ Archipresbyter obtinet, ex nunc de eiuſdem Nicolai conſenſu centum ſcuta ſimilia annuatim, vna cum domo eiuſdem Archipresbyteratus, pro habitatione dicti futuri Epiſcopi Collenſis, & poſt dicti Nicolai obitum tot bona, quæ ad valorem annuum centum, & quinquaginta ſcutorum ſimilium aſcendant, reliquis centum & quinquaginta ſcutis huiuſmodi pro Archipresbytero ipſius Eccleſiæ pro tempore exiſtenti annuatim remanentibus auctoritate, & renouatione prætermiſſis pariter perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata, necnon ſancti Saluatoris, & beatæ Mariæ monaſteria huiuſmodi, quæ curam, & conuentũ habent, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacent, & tanto tempore vacauerint, quod eorum prouiſio iuxta Lateranenſis ſtatuta concilij, aut alias canonicas ſanctiones, ad ſedem prædictã deuoluta exiſtat, & illa ex quauis cauſa ad ſedem eamdem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, ac ſuper eorum regimine, & adminiſtratione inter aliquos lis, cuius ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum illis forſan annexis fructibus, iuribus, ac pertinentijs ſuis eidem menſæ Epiſcopali pro illius dote, & futuri Epiſcopi huiuſmodi ſuſtentatione. Iiſdem perpetuo eiſdem auctoritate, & tenore vnimus, annectimus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ita quod liceat futuro Epiſcopo Collenſi prædicto corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis dictorum monaſteriorum, ac bonorum, & aliorum prædictorũ per ſe, vel per alium, ſiue alios propria auctoritate, abſque vitio ſpolij apprehendere, ac perpetuo retinere illaque in ſuos, ac menſæ Epiſcopalis vſus, & vtilitatem conuertere, diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita. Necnon Archipresbyteratum inibi principalem, vt præfertur, maiorem poſt Pontificalem, ac Decanatum, & Archidiaconatum dignitates, necnon duodecim canonicatus, & præbendas in prædicta Eccleſia exiſtentes, illoſque pro tempore obtinentes vnà cum eorum menſa capitulari de cætero cathedralis Eccleſiæ, huiuſmodi Archipresbyterum, decanum, & archidiaconum, ac canonicos fore, & eſſe, illoſque reſpectiuè, vt prius cum omnibus eorum iuribus retinere per ſe, ac irritum, & inane decernimus, & declaramus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: & inſuper Epiſcopo pro tempore exiſtenti, ac capitulo, & clero ciuitatis, & diœceſis Collenſis, illorumque incolis, & habitatoribus, & eorum ſingulis, vt omnibus priuile-

A gijs, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus alij Epiſcopi, & aliarum cathedralium Eccleſiarum capitula, atque ciuitates, & diœceſis, ac eorum clerici, incolæ, & habitatores de iure, conſuetudine, aut alias vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, necnon Epiſcopo, & capitulo prædictis capitulariter congregatis pro felici ſtatu, & ſalubri directione dictæ erectæ Eccleſiæ, & illius perſonarum, ac diuinorum officiorum in illa celebratione quæcunque ſtatuta, & ordinationes, rationabilia, & honeſta, ac canonibus, & decretis ſacri concilij Tridentini non contraria facere, & edere, illaque immutare liberè, & licitè valeant, B quoties ipſi pro vtilitate ipſius erectæ Eccleſiæ vtium fuerit, quæ poſtquam condita immunitate, ac de nouo facta fuerint, dicta auctoritate approbata, & confirmata eſſe cenſeantur, de ſpeciali gratia indulgemus, ac plenam, & liberam facultatem concedimus, non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, ac Lateranenſis concilij nouiſſimè celebrati, diſmembrationes, ſeparationes, ac ſectiones bonorum diœceſis ab Eccleſijs cathedralibus, vnioneſque perpetuę, niſi in caſibus de iure permiſſis fieri prohibentes, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque prouiſis, quod propria monaſteria prædicta in ſpiritualibus non C lædantur, & in temporalibus detrimenta non ſuſtineant, ſed eorum congrua ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, decorationis, inſignitionis, diſmembrationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, applicationis, appropriationis, aggregationis, conceſſionis, aſſignationis, ſubiectionis, voluntatis, decreti, vnionis, annexionis, incorporationis, declarationis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contradicere; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonage- D *ſimo ſecundo, nonis Iunij, Pontificatus noſtri anno primo.*

Poſt Epiſcopatum erectum Clemens Pontifex ex paterna cura, tria diplomata ſcripſit, ad populum ſcilicet, capitulum, clerumque Collenſem, quæ, quia fere eadem continere videntur, ſat erit illud hic adſcripſiſſe, quo tum erectionis, tum electi Præſulis populus admonetur.

CLEMENS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs populo ciuitatis, & diœceſis Collenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie Eccleſia Collenſi, quam nos etiam hodie ex collegiata Eccleſia ſub inuocatione ſanctorum Ioannis, Fauſtini, & Iouitæ tunc terræ Collis Vallis Elſæ nullius diœceſis in cathedralem Eccleſiam ex certis rationabilibus cauſis maturè perpenſis, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-

lium

lium conſilio per quaſdam ereximus, a primaua ere A ctione huiuſmodi vacanti de perſona dilecti filij Vſimbardi electi Collenſis nobis ex fratribus ipſis ob ſuorum exigentiam meritorum accepto, de fratrum eorundem conſilio per alias noſtras literas prouidimus, ipſumque illi in Epiſcopum præfecimus, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Collenſis ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè commiſimus, prout plenariè continetur in ſingulis litteris præfatis. Quocirca vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur attentè, vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eundem Vſimbardum electum, tanquam patrem, & paſtorem animarum veſtrarum deuotè ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes, eius ſalubribus monitis, ac mandatis humiliter intendatis. Ita quod ipſe Vſimbardus electus in vobis deuotionis filios, & B vos in eo patrem beneuolum inueniſſe gaudeatis.

Datum Romæ in monte Quirinali anno Incarnationis 1592. nonis iun. Pontificatus noſtri anno primo.


Eadem Ferdinando perſcripſit, gratulaturque illi, quod Colli ſuæ ditionis ciuitati Epiſcopalem dignitatem contulerit, eidemque primum Epiſcopum Vſimbardum attribuerit.

Spettabili noſtri cariſsimi.

Finalmente ſuperate tutte le difficoltà incontrate nella prattica, che per voſtra inſtanza fu gia piu tempo incaminata dell'erettione di coteſta terra in Città, e di coteſta Collegiata in cathedrale, reſtò ſeruita ſua Santità concederne il tutto conforme al deſiderio voſtro, e noſtro nel Conciſtoro delli cinque di Giugno preſente, prouedendo la detta cathedrale in perſona di C Monſignore Vſimbardi creato voſtro propoſto da noi a ſua Santità, con preſuppoſto, che habbia da eſſer grato a voi, e per noſtra cagione, e per l'honore, che ci pare, che vi ſe ne aggiunga hauendo il primo Veſcouo natiuo della patria voſtra, il che tutto come è ſucceſſo con molto mio piacere, e per publiche, e priuate cagioni, così habbiamo voluto ſignificaruelo, allegrandocene con voi per queſta noſtra, eſortandoui di ringratiare Dio di queſto tanto dono, e riceuere a ſuo tempo il Veſcouo con quella reuerenza che conuiene, moſtrando a noi quel che poſsiamo di piu per beneficio voſtro. E Dio vi contenti.

Dall'Ambragiana 9. di giugno 1592.

Voſtro. *Il Gran Duca di Toſcana.*



1 VSIMBARDVS Vſimbardius oriundus è Colle, vir apud Magnum Ferdinandum Hetruriæ Ducẽ gratioſiſsimus, Florentinæ Metropolitanæ Canonicus, ob probitatis raras qualitates primus Collenſis Epiſcopus electus eſt anno 1592. die quinta menſis Iunij. Qui inauguratus obtenti Epiſcopatus ſolemni ritu poſſeſsionem iniit, populi Collenſis incredibili planè lætitia, qui ſibi gratulabantur ſuum repertũ fuiſſe ciuem, in quem ea dignitas tuto poſſet conferri. Nec ipſe populi feſellit fidem, quippe qui omnem conatum adhibuit, vt omnia ad vnum pietatis cultum dirigerentur. Ipſe in primis Eccleſiam cathedralem omnem refecit, dotatamque omni pretioſa ſupellectili poſteritati reliquit. Epiſcopale fundauit palatium, auxitque clerum, itaque in diuino iure dicendo ſe geſsit, vt poſt viginti annorum admiB niſtrationem decedens bonis omnibus iuſtum mœrorem attulerit: ſepultus ante aram maximam in cathedrali anno 1612. Fratrem habuit Petrum Epiſcopum Aretinum, Laurentiumque Senatorem, intimumque Conſiliarium Magni Ducis Hetruriæ: tum & Alexandrum patrem Franciſci Apoſtolicæ Cameræ clerici, vnicum germen Vſimbardiæ gentis, qui cum in ſpem ſucceſſiuæ prolis clericalem vitam liquiſſet; Corſiniamque nobilem fœminam duxiſſet vxorem, antequam liberos ex ea ſuſtuliſſet, deceſsit, Claudio patruo viro grandæuo relicto hærede.




2 COSMVS ex Gerardeſchæ gentis Comitibus, Leonis Vndecimi pronepos, canonicus, & Archipresbyter Metropolitanæ Florentinæ, Ruberto Cardinali Vbaldino propior affinis, ſecunD dus Epiſcopus Collenſis electus eſt anno 1613. prima die exordientis februarij. Hic in Eccleſiam ſibi concreditam multa contulit ornamenta, optimiſque diſciplinis clerum habuit inſtitutum, quippe qui probitate vitæ, ac morum ſanctimonia nulli ſecundus eſſet. Vixit in eo munere vſque ad annum 1634. deceſſitque menſe iunio, cum ſub Vrbano Octauo ad Eccleſiam Feſulanam deſignatus eſſet. Eius cadauer Florentiam delatum eſt, ſepultumque in templo Diuæ Mariæ Annunciatæ, vbi ab anno 1625. ſibi ſepulchrum cum hac inſcriptione præparauerat.

Sub tuum præſidium ſancta Dei Genitrix
Coſmus ex Comitibus Gerardeſchæ
Epiſcopus Collen.
qui ſibi viuens poſuit Anno Iubilei
M. DC. XXV.

THO-



3 THOMAS Saluiatus Florentinus, tertius Epiſcopus Collenſis adlectus eſt anno 1634. die 21. menſis auguſti. Vir ſanè, qui dum vixerit dubium, ancepſque relinquet, an nitidius in eo fulſerit ſanguinis claritudo, an ornamenta virtutum valuerint. Tranſlatus eſt ad Aretinam Eccleſiam anno 1638. menſe ianuario.



4 ROBERTVS Strozzius Florentinus, Alexandri Strozzij Archiepiſcopi Firmani frater, ex canonico Eccleſiæ Florentinæ, & Abbate ſeculari Epiſcopus Collenſis creatus eſt anno 1638. menſe aprili; tranſlatus deinde eſt ad Feſulanam Eccleſiam anno 1645. die 12. iunij.



5 IOANNES BAPTISTA Bonaccurſius Florentinus ex intimo Innocentij Decimi Cubiculario Epiſcopus electus eſt die . . ſeptembris 1645.

A

FESVLANI EPISCOPI.



B

FESVLANAM ciuitatem antiquiſsimam eſſe, atque in duodecim illis numeratam, qui Hetruſcam prouinciam tanquam publicam rem adminiſtrabant, apud omnes fere antiquos ſcriptores liquido conſtat; tametſi de eiuſdem fundationis exordio, atque auctore haud omnes idem videantur ſentire. Siquidem alij illius principium in Papium referunt Dardani fratrem ab orbe condito 3840. contendunt alij ab Atlante fuiſſe ędificatam, Feſulamque vocatam ex vnius Hyadum nomine filiatum Atlantis, ac Bacchi nutrice. Quæ opinio Politiano arriſit; eamdemque retulit in epiſtola vigeſima ſecunda ad Petrum Medicem. Annius de mòte ſomnia fingit, aſſerens ab Ægyptio Hercule fuiſſe ædificatam, appellatamque Feſulam, a Feſulai, quod tranſitus interpretatur, quod per vndequaque ſtagnantes aquas ad nouam ciuitatem tranſitus eſſet. Eiuſmodi opiniones non tam ſinceram veritatem prodere videntur, quam eius ciuitatis vix inueſtigabilem antiquitatem. Potens olim fuit ex ſitu, induſtria ciuium, agrorumque fertilitate, quæ omnia ſalubritas cæli commendarat miraculum. Illic antiquitus Augures ſomniorum, ac prodigiorum interpretes fixere ſedem, vnde cecinit Silius oct. lib.

Et ſacris Interpres Flaminis alÿ Feſula.

D De ea antiquior mentio eſt apud Diodorum Siculum lib. 20. ſub Conſulatu Q. Fabij Maximi Rulliani, & Caij, M. Rutilij Cenſorini anno ab ædificata Vrbe 444. eiuſdem meminit Polybius in lib. 2. Liuius pluribus in locis, Cic. in Cat. oratione 3. Sal. de Bello Catil. Romani Feſulas adſcripſere coloniam, Luc. Sylla, vt idem Cic. affirmat. *P. Furius eſt ex his colonis, quos Feſulas Luc. Sylla deduxit.* Eamdē Plinius memorat, cuius tēporibus municipium erat, narratque ſub duodecimo Auguſti Cæſaris Conſulatu, 3. idus aprilis Caium Criſpinum Hilarium ex ingenua plebe Feſulana cum octo filijs, vigintiſeptem nepotibus, pronepotibus vigintinouem, nouemque neptibus fœminis in Capitolio litaſſe magnificè. Nec Feſulas præteriere ſilentio Agatius in lib. primo, Florusque item in primo. Excidium paſſa eſt, cum Catilina cum coniuratis ſequacibus ipſam perfugium habuiſſet. Cæterum reſtaurata, ſub gliſcente publica Florentina re ex toto exciſa eſt, die ſancto Romulo ſacro anno 1010. cum Florenti-

no

ni dolo malo eam cepiſſent, Feſulanumque populum tranſtuliſſent Florentiam, vt ea vtroque populo potentior Principatus coiret: vix ex tantæ vrbis ruinis bellica pertinacia reliquum fecit, ſi vnam ſummam ædem diuino Numini dicatam excipias. Collis, in quo iam olim ſuperbe faſtigium extulerat, in varias, amœniſſimaſque villas diſſectus Florentinis ciuibus ruris delitias præbet. Chriſtiana ſacra hauſit a Romulo ſancto Epiſcopo, ex miſſu Petri Principis Apoſtolorum, qui poſt exantlatos plures prædicationis labores ibidem cum aliquot diſcipulis nobili coronatus eſt corona martyrij. Nec abſurdum debet videri, ſi Brixia, Bergomumque nobiles Italiæ ciuitates eundem Romulum pro ſuo primo Præſule reuereantur. Potuit enim illis in locis, ſicut & Florentiæ, Feſuliſque ea Apoſtolico, ideoque Epiſcopali munere verbum diuinum diſſeminaſſe. Diuturniori mora vnum Apoſtolicum arbitrium experta eſt, hoc eſt, ſanctæ Romanæ ſedi immediatè ſubiecta erat, donec Martinus Quintus Columna Florentini Archiepiſcopi ſuffraganeam declarauit. Ampliſſima diœceſi gaudet, itaut etiam Florentiæ templum, domoſque eccleſiaſtico iuri dicundo poſſideat. Cathedralis diuo martyri Romulo conſecrata eſt, aliaque ſatis decentem clerum, qui cum ſuo præpoſito duodecim canonicorum, præter alios minorum gentium ſacerdotes, & clericos, numerum explet. Feſulanum montem ab imo ad ſummum ſpectabilia templa, monaſterijſque exornant ac cingunt. Primum etenim inſignis Abbatia ſancti Bartholomæi, quam olim Medicea munificentia fundauit, & auxit, & vbi regulares canonici diuinum penſum exſoluunt: occurrit, nec procul abeſt nobile D. Dominici monaſterium, vbi a teneris annis S. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus, ad omnem pietatem, atque doctrinam alitus eductus eſt; & vnde viri tum doctrina, tum ſanctimoniæ laude inſignes prodiere. Montiſque verticem occupauit Franciſcanum cœnobium, purioris illius ordinis obſeruantiæ domicilium. Tum ad medium ſpectatur etiam paruum illud quidem ſancti Hieronymi monaſterium, ſed Feſulani illius ordinis fundamentum, & origo: nec deſunt alia templa, quæ longum eſſet ſigillatim ea commemorare, ſatis ſit dixiſſe tanta etiam, quæ è Feſulano monte prominent, religionem, piumque quendam horrorem videntur incutere contuentibus. Cæterum Feſulani Epiſcopi comitatus Thurrichij titulo gaudent, ac prope ſummam ædem in ſatis amplo palatio amœniſſimo cælo fruuntur ad ſalubritatẽ. Feſulani Epiſcopatus defenſores Arriguccij erant olim Florentiæ gens opulenta, ac potens. Quæ modo in vno Aloyſio tenuiſſimo homine, quaſi languens, ſupremum funus expectat. A Romulo igitur ſeriem Feſulanorum Epiſcoporum exordiemur, poſt cuius exceſſum prætererunt ſane ſecula, in quibus non eſt repertus, qui ſedem illam obtinuerit. Cæteros, qui in Feſulana ſede ius dixere diuinum, ope iunioris Scipionis Ammirati proferemus in lucem, qui de illis diligentiſſime ſcripſit, tum ea alijs monumentis, ſcripturiſque Feſulani Epiſcopatus, quas accuratè reuoluimus.

A 1 S. ROMVLVS, ex nobilibus ortus parentibus Petri Principis Apoſtolorum alumnus fuit, ab eoque in Annonariam Hetruriam directus eſt, vt ibi Chriſti euangelium diſſeminaret, Martiano, chariſſimoque adiunctis ſibi ſocijs, qui antequam inauguratus Epiſcopus Feſulas veniſſet, Volaterras diuertit, & Creſcentium, Dulciſſimumque diſcipulos, illuc a ſe legatos immiſerat, inuitaretque vt ſecum ad illius ciuitatis conuerſionem, ſicut poſtea euenit, feliciter conſpirarent: ijſdem coadiutoribus, tum Florentiæ, tum Feſulis vberrimos fidei fructus tuliſſe narratur. Exinde in Inſubriam iter intendit, Bergomateſque, ac Brixianos conuertit ad Chriſtum, vt iam mirum videri non debeat, ſi nobiles illi populi Romulum pro ſuo primo paſtore reuereantur, ac colant: ea diuino de-B inde inſtinctu Feſulas redijt, vbi cum ingenti fidei ardore diuini verbi enunciationem ipſe per ſe, ibique fidiſſimos alumnos vrgeret, ab Repertiano Vrbis præfecto totus, ac tortus, demum capitali ſententia punitur, cum alijs quatuor ſocijs, quos ad id operis ſibi collegas adiunxerat. Adhuc ad montis radices non procul a Munione fluuio ſpectatur, recoliturque locus, vnde retulit palmam martyrij. Eius ſacrum corpus in Feſulana cathedrali quieſcit, ſub confeſſione in marmorea capſa. Romuli ſcripſit vitam Franciſcus Cataneus a Diacceto quondam Epiſcopus Feſulanus: eiuſdemque meminit Antoninus, Volaterranus, Ferrarius, ac Martyrologium Romanum ad hanc diem. Poſt ſanctum Romulum Feſulanam Eccleſiam vacuam fuiſſe per 400. annos produnt ſcriptores. Quod C ipſum alijs Eccleſijs eueniſſe quandoque non miraberis lector, ſi rationes, coniecturaſque, quas alibi conſulto adduximus, diligenter conſulueris.

2 RVSTICVS Epiſcopus Feſulanus anno 555. vt Baronij fert ſententia ſub Agapito Pontifice Maximo ad Conſtantinopolitanum concilium, quod contra Anaſtaſium Conſtantinopolitanum Patriarcham, duas naturas impiè negantem in Chriſto, agitabatur, munere legationis perfunctus eſt.

3 S. LÆTVS Feſulanus Epiſcopus, ſancti Alexandri prædeceſſor, floruit circa annum 570.

4 S. ALEXANDER ciuis, ac Feſulanus Epiſcopus Læto ſucceſſit, eccleſiaſticæ libertatis defenſor acerrimus, pro qua capitis adire pericu-D lum haud recuſauit. Siquidem cum plures potentes in ſeculo eccleſiaſticas fortunas diripuiſſent, ad Autharim Longobardorum Regem Papiam confugit, quem Rex cum Theodolinda vxore pijſſima fœmina, ob egregiæ ſanctimoniæ laudem, famamque honorificè excepit, ad eiuſque preces fauorabilia plura diplomata Eccleſiæ Feſulanæ indulſit, imperauitque conſceleratos homines in Alexandro refundere quæcumque violentiſſime detraxiſſent. Redibat ille honoratus a Rege, victorque pijſſimæ cauſæ, cum ſubodorati prædones ſibi eſſe ex imperio Regis reſtituenda Eccleſiæ, quæ rapuiſſent, ea inſidijs in agro Bononienſi prope Renum rapidum flumen collocatis, prætereuntem vndis præfocandum compellunt in flumen. Extinguitur Alexander in vorticibus, vitæ mortalis nau-

naufragium paſſus, vt ad portum beatæ vitæ ſecu- A
rius deueheretur, anno 582. 8. idus iunij: ſocij
eiuſdem ſacrum corpus denique expiſcatum, Feſu-
las deportarant in cathedrali ſepeliendum, tametſi
poſtea ex diuino inſtinctu in templo ſancti Petri
ad Hieruſalem, vt vocant, decentiſsimè colloca-
uerint, quam poſtea Eccleſiam de nomine Mar-
tyris, qui illic diuturniori mora iacuerat S. Ale-
xandri, ſuperioris ſeculi homines vſque ad hæc
noſtra tempora appellarunt. Franciſcus deinceps
Cataneus Feſulanus Epiſcopus, quique S. Ale-
xandri vitam perſcripſit, eiuſdem ſacras reliquias
tranſtulit in cathedralem, inque marmorea cap-
ſula cum hac inſcriptione includenda curauit.

DIVI ALEXANDRI
EPISCOPI FESVLANI
MARTYRISQVE
OSSA HACTENVS IN LIGNEA
PORTATILIQ. CAPSVLA
HIC ASSERVATA.
FRANCISCVS CATANEVS DIACETIVS
EIVSDEM SEDIS ANTISTES
HOC MARMORE
INCLVDENDA CVRAVIT
ANNO SALVTIS
M. D. LXXX.

Huius etiam ſancti meminit Ferrarius in ſuo cata-
logo Italicorum ſanctorum, & alij.

5 S. ROMANVS Alexandro ſucceſsit anno
582. qui multis miraculis coruſcauit, atque è vi-
uis exemptus eſt anno 590. vt publicæ eius Eccle- C
ſiæ tabulæ produnt.

6 S. DONATVS nobilis Scotus, Epiſco-
pus Feſulanus. Hic relicta patria, Romam venit
cum Andrea ſocio, vt loca ſacra inuiſeret: cumq;
deſiderio ſuo feciſſet ſatis, cætera Italiæ loca ſpe-
ctabilia peruaſit, vt ſacras ſanctorum reliquias
veneraretur, contigitque illum venire Feſulas, ſum-
mamque ingredi ædem, vbi clerus, ac populus,
nouo creando Epiſcopo coactus erat, ad cuius
ingreſſum cum, nemine impellente, diuinitus per-
ſtrepuiſſent campanæ, voxque delapſa de cælo,
hunc peregrinum eſſe in Epiſcopum deligendum
pronunciaſſet, omnes admiratione defixi, illum
ipſum Feſulana collocarunt in ſede, tametſi ad ob-
latum dignitatis gradum impenſius reluctantem.
Cæterum cum placito cæleſti non potuiſſet obſi- D
ſtere, ſumma animi moderatione onus ſubiuit, or-
dinatuſque eſt Feſulanus Epiſcopus anno 816.
Quamquam arbitrentur alij anno 802. Archidia-
conum autem declarauit Andream quem itine-
rum, ac laborum aſciuerat ſocium, cuius ope, au-
xilioque annos 47. piè, ſanctèque Feſulanam ad-
miniſtrauit Eccleſiam. Charus in paucis Lotha-
rio, Ludouicoque Imperatoribus, tum ob doctri-
nam, tum egregiam ſanctimoniæ laudem, illoſ-
que conſiliarius iuuit, & a confeſsionibus fuit.
Igitur poſt plura patrata miracula, oſtenſaſque
virtutes, euolauit ad ſuperos vigeſima die octo-
bris, ſepultuſque eſt in cathedrali, in ſepulchro mar-
moreo, cui hæc a ſe condita carmina inſculpſe-
runt.

A *Hic ego Donatus Scotorum ſanguine cretus*
Solus in hoc tumulo puluere, verme voror.
Regibus Italicis ſeruiui pluribus annis,
Lothario Magno, Ludouicoque bono
Octenis luſtris, ſeptenis inſuper annis
Poſt Feſulana Præſul in vrbe fui,
Gratuita diſcipulis dictabam ſcripta libellis
Schemmate metrorum dicta beata ſenum.
Parce viator adis, quiſquis pro munere Chriſti
Te modo non pigeat cernere buſta mea,
Atque precare Deum reſidet cui culmina cæli,
Vt mihi concedat Regna beata ſua.

Donati meminit bibliothecarius in vita Sergij Se-
cundi Pontificis, eum inaugurationi Ludouici filij
Lotharij adfuit, anno 844. Baronius item ad hunc
B annum. Thomas Dempſterus in lib. de ſcripto-
ribus eccleſiaſticis Scotiæ. Philippus autem Vil-
lanus etiam eiuſdem Donati vitam perſcripſit.
Cæterum Andreas archidiaconus non procul ab
exceſſu Donati fato conceſſit, ſepultuſque eſt pro-
pe magiſtrum, & Præſulem, magna ſui apud po-
ſteros relicta ſanctitatis opinione.

7 GRVSOLPHVS Epiſcopus Feſulanus,
interfuit concilio Romano ſub Eugenio II. anno
826. ex Baron. tom. 9.


8 ZENOBIVS Epiſcopus Feſulanus anno
890. hic a Vidone Hetruſco Rege indultum obti-
nuit, adhibito deprecatore Alberto Hetruriæ
marchione eiuſdem nepote, in quo multa bona
in gratiam Feſulanæ Eccleſiæ confirmantur, ac ſta-
biliuntur. Originale diplomatis habes in archiuio
C eiuſdem Eccleſiæ, vnà cum reliquis ſequentibus
monumentis.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Vvido, gratia Dei, Rex, omnium fidelium
noſtrorum præſentium, &c. & futurorum
comperiat ſolertia, quia nos Albertus dilectus ne-
pos noſter, & Marchio deprecatus eſt celſitudi-
nem noſtram, vt Zenobio S. Feſulanæ Eccleſiæ
Epiſcopo, dilectoque fideli noſtro curtem, quæ
vocatur Sala ſub caſtro Feſulę, & conſtat in comi-
tatu Feſulano, & Florentino, cum omnibus per-
tinentijs, & adiacentijs ſuis, cũ corticella ibi ſubie-
cta, quæ vocatur Buuina, ſimulque cum terris, &
ſiluis, quæ vocantur Monte Regis, in prænomina-
ta curte pertinentes iure hæreditario, pietate no-
ſtra concederemus illi, ſanctæque ſuæ Feſulanæ
D Eccleſiæ, ſtatimque nos poſtulationibus illius aſ-
ſenſum præbentes, decreuimus ita fieri. Conceſ-
ſimus igitur eidem ſupranominato venerabili Epi-
ſcopo Zenobio, & Eccleſiæ ſuæ Feſulanæ, res ſu-
pra nominatas iure proprietario cum omnibus
adiacentijs earumdem, id eſt ſeruis, & ancillis vtriuſ-
que ſexus famulis, tam terris, quam vineis, pratis,
ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus,
& immobilibus, cultis, vel quicquid ad ſupradi-
ctam curtem pertinere dignoſcitur. Et iuſsimus
eſſe hoc noſtræ auctoritatis præceptum inde con-
ſcribi. Per quod decernimus, atque iubemus, vt
deinceps de ſupranominatis rebus ipſe, & poſteri
ſui Rectores eiuſdem Eccleſiæ prædictæ habeant
poteſtatem tenendi, fruendi, & legitimè com-
mutandi ex noſtra Regali largitate pleniſſima.

Qui-

Quicumque autem contra hoc noſtri muniminis præceptum quandoque ire, vel irrumpere tentauerit, aut aliquam moleſtiam inferre præſumpſerit, centum libras auri optimi culpabilis habeatur in perſoluendo medietatem palatio noſtro, & medietatem ſæpedicto Epiſcopo, vel eiuſdem Eccleſiæ Feſulanæ rectoribus. Et vt certius hoc credatur, & diligentius ab omnibus obſeruetur, manu propria ſubterfirmauimus, & annulo noſtro ſigillari iuſſimus.

Signum Domini  *Vvidonis glorioſi Regis.*

Helbuncus Cancellarius, iubente Domino Vvidone Rege recognoui.

Data vij. Kalendas iunij anno Incarnationis Domin. DCCCXC. indictione octaua, anno Domino Vvidone Rege in Italia regnante primo. Actum in Taurinenſi Comitatu in Dei nomine feliciter. Amen.

Ædificauit Zenobius oratorium ſancti Michaelis Archangeli, vt hac oblatione, animæ parentum, ac fratrum, filiorum, filiarumque, ſuorum affinium expiarentur a peccatis. Cuius donationis inſtrumentum n o [illegible] Ammiratus ſe vidiſſe affirmat, [illegible] que conditum anno 2. Regni Vidonis, hoc eſt anno 89[illegible].

9 ERNANDVS, ſiue Bernardus è Feſulana ſede iudicauit anno 904. reperitur in quodam iudicio Romæ habito pro Petro Epiſcopo Lucenſi, coram Ludouico Imp. & Benedicto IV. Papa ſubſcriptus.

10 ZENOBIVS huius nominis ſecundus, Othonis primi Imperatoris temporibus floruit, hoc eſt anno 966. Qui cum videret paucos iam relictos eſſe, qui in Feſulana Eccleſia diuinum obſequium pro dignitate vrgerent, haud ſanè temnendis fortunis Feſulanum clerum inſperſit, eidemque medietatem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Primiana, quæ adhuc in principe ciuitatis platea ſpectatur, munificenter attribuit, vt ſub vno præpoſito degentes commodius, enixiuſque diuinum penſum perſoluerent. Narranti fidem faciet eiuſmodi donationis hic ex fide deſcriptum inſtrumentum.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis ac æternæ Deitatis.

Domino adiuuante apertum eſt omni humano generi de æterna beatitudine ſemper cogitare, & de remuneratione pij Redemptoris noſtri, quod eſt magna per parua conſiderare, qualiter hic, & in futuro iudicio, quandoque diſtrictus iudex cum venerit ad iudicandum ſeculum venerit, apud omnipotentem, Redemptoremque omnium locum refrigerij, & quietam ſortem cum ſanctis intra mœnia paradiſi inuenire merentur. Ideoque Domino auxiliante, & ipſius miſericordia annuente, cum eſſem ego Zenobius infelix, & vltimus ſanctæ Feſulanæ ſedis, minimuſque omnium ſeruorum Chriſti Præſul cernuus, veniens in Eccleſiam ſancti Romuli confeſſoris, vbi ſanctiſſimum eius corpus quieſcit humatum, tam ibi, quamque in Eccleſia B. Alexandri, vbi iuſtiſſimum corpus eius ſimiliter humatum iacet, vidi paruum numerum clericorum, qui Deo miniſtrare deberent, & iam præfatis Eccleſijs dignè, & laudabiliter cuſtodire potuiſſent, interrogaui eos, pro qua cauſa tam parui eſſent in numero; illi reſpondentes dixerunt: Propter deſtructionem, & diſſipationem Eccleſiæ noſtræ, & propter tam grauem intentionem, & malignam, iniuſtamque ordinationem, quam ille peſſimus Vviuzones egit contra te, & contra noſtram Matrem Eccleſiam, quæ in præſenti eſt modo deſolata, & in ruinis poſita. Vnde neque nos, neque alij vllum ſubſidium habere poſſumus, vt hic miniſtremus. Ego autem vt audiui talia, inſpirante Spiritus ſancti gratia, cogitaui quemadmodum ſacerdotes, & leuitas in prænominatis Eccleſijs conſtituerem canonicos, qui Domino ſeruiant ſedulas orationes, cum ſtudioſis officijs diebus, ac noctibus amodo, & deinceps. De qua re ſcriptum eſt: Qui euangelium annunciant, de euangelio viuant, & qui in altari participant, de altari participentur. Quapropter dedi illis de rebus ipſius Eccleſiæ curtem, dominicatam in loco Monteſanna cum duodecim curtis, maſſaritijs, & cum pertinentijs earum, & adiacentijs, & cum medietate de Eccleſia, quæ eſt conſtructa in honorem beatæ Mariæ intemeratæ Virginis, ſita in caſtro Feſulæ cum integra manſione intra ipſam Eccleſiam omnia in integrum, ſicut bonæ memoriæ Guiffo filio Grafolfi, in ipſum ſanctum, & venerabilem locum nobis in cambio, & commutatione dedit, & tradidit. Interea concedi eis res ipſas, quæ eſt ſita in Grsnàua, quem tenet Ioannes illorum miniſteriale cum præfatâ perſona, & filijs eius, & vnum paſtorem nomine Ioſnois cum caſella, & vinea, vbi ille modo reſidere videtur. Idcirco dedi eis ſimiliter territoriũ, quod vocatur Campo Martij, iuxta fluuium Munione, cum campo ipſo, quod dicitur ad Putes, prope Eccleſiam ſancti Romuli. Et hoc volo, & libenti animo conſtituo, vt iſti canonici, qui modo ſunt, & in antea futuri erunt, vſque ad finem ſeculi ad refectionem vnuſquiſque veniant illam Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ eſt ſita in medio ciuitatis Feſulæ, & in ipſa manſione deſcendant, & cum dilectione Dei cibum ſumere valeant, & cum refecti fuerint, laudes Deo referant; ego qualiter indignus peccator, & cuncti noſtri poſteri, & ſucceſſores ante tribunal Chriſti centeſimum fructum recipiamus, inſuper & vitam æternam. Hoc ſtatuimus a diuina pij noſtri Redemptoris miſericordia, & in mercedem animarum dominorum noſtrorũ Othonis inuictiſſimi Imperatoris, ſimulque de filio ſuo præclaro, & glorioſo ſimul Othone Imperatore, & omnibus Imperatoribus, vel Regibus, religioſiſque qui futuri erunt vſque ad conſummationem ſeculi. Volumus namque, vt ipſi canonici, qui ibi miniſtrant, & alij, qui in antea miniſtrauerint, ſimulque cum omnibus, quæ ad eos tribuimus, ſint ſub poteſtate, & defenſione prædictorum Imperatorum, vel Regum, ne ab ali-

quo exterminatore hæc cautione ſupraſcripta manſerit in aliquo corrupta, tam omnia ſupra inſerta, quam ea, quæ a pijſsimis Imperatoribus, vel Regibus, ſeu a bonis Chriſtianis in prædicta Eccleſia abhinc in antea oblata fuerint, vel offerta ad ipſos canonicos ſint conſtituta. Attamen non eſt mihi congruum aliquem ligare, ſed ligatum quantum meæ paruitatis eſt, cum diuina miſericordia abſoluere: conſtitutum quippe eſt a ſanctis patribus de omni reddita Eccleſiæ, quatuor eamde fiant portiones: vna ad Epiſcopum, alia pauperibus, tertia clericis pro ſtudio officiorum ſuorum, quarta fabricæ Eccleſiæ nouerit eſſe reſeruandas, de quibus Domino reddituri rationem erimus in iudicio. Ideo non conuenit hæc ratio alicuius grauari, ſed inclinato corde, & humiliato corpore ſupplico omnes ſucceſſores meos, qui futuri ſunt in præfata Eccleſia Feſulana obtinenda ſanctorum corpora, quæ ibi humata quieſcunt, vos coniuro, & conteſtor per viuentem in æternum, & per omnes ordines cæleſtium virtutum, & cuncta agmina ſanctorum, in quorum prouidentia canonicè auctoritates conſtituunt, vt pro amore Dei, & remuneratione, ac mercede animarum veſtrarum noſtro deſiderio de hac canonica non permittatis fieri in violatum, atque corruptum, & ne ab aliquo male loquens aut ſubdolum, vel ſuſurrus ſit minuatum, ſed ampliatum, neque per vim, neque per aliquam fraudem inuidiæ, nec in paruo, nec in magno aliquid de ipſis rebus, aut de perſonis ipſius canonici apud Præſulem ipſius ſedis damnari poſſint, Scriptum eſt enim: Voluntas, & ordinatio defuncti in omnibus adimpleatur. Dignum quippe eſt omne bonum ampliare, quam cum exterminatoribus ſociari, & opus Dei deſtruere, omnis gloria huius fragilis ſeculi euaneſcit, ſicut vmbra; laus, & verbum Domini permanet nunc, & in æterna ſecula. Canonicos vero, quos nunc de præſenti in prædictis Eccleſijs ſtabilimus, nomina eorum hæc ſunt, Petrus archipresbyter, Adaraldus archidiaconus, Rambaldus diaconus, & primicerius, Ioannes diaconus, & vicedominus, Marinus presbyter, & cuſtos, Azo presbyter, Ioannes presbyter, Petrus presbyter, Rollandus presbyter, Ioannes presbyter, Alphuſo, Ioannes, & Martinus diaconi, Bertus, & Raynerius clerici. Obſeruatores autem huiuſmodi decreti, & illis remuneratio a pio Redemptore, gratia, & benedictio, & miſericordiam a domino Deo noſtro percipiant, vt cum dies remunerationis venerit, mereantur cum benedictis audire: Venite benedicti Patris mei percipite regnum, quod vobis traditum eſt ab origine mundi, quod vos omnipotens Dominus ad omnes parare concedat. Si quis autem de noſtris ſucceſſoribus, vel poſteris, aut ſubdolus, aut inſidiator, vel aliquis malignus conſiliator hoc meum decretum, aut frangere tentauerit, quod auertat Deus a cordibus fidelium ſuorum, qui hoc ſæua cupiditate auſi facere fuerint, deleat illos Deus de libro vitæ, & cum illis pereat, qui perierunt ab exterminatore, & viuos deglutiat eos terra, ſicut deglutiuit Dathan, & Abiron, & talis repentina mors deſcendat ſuper illos, qualis euenit Ananiæ, & Zafiræ, qui fraudauerunt pecu-

A niam Apoſtolorum. Inſuper hæ omnes maledictiones ſuper illos eueniant, quas conſtituit Pſalmographus, de cætero enim maledictio anathema non ſit elongata ab illis, ſed ſit indumentum eorum, & vnitorium tenuum ipſorum, pro eo quod non ſunt recordati facere miſericordiam in ſanctis, & cupiunt diſsipare electos in operibus ſuis. Deprecor vniuerſos populos, vt dicant, fiat, fiat. Vnde duæ chartulæ decreti propter cautelam, & ſecuritatem huius temporis fieri præcepimus, vnam dandam in canonica ſancti Ioannis Baptiſtæ ad ſubſidium præſtandum, aliam a prælatis canonicis retinendam, & ſi neceſſitas coegerit ad tuitionem, & defenſionem Imperatorum oſtendendam, & defendendam.

B *Temporibus domini noſtri Ioannis ſummi Pontificis anno primo, imperante domino Othone Imperatore cum glorioſo filio ſuo Othone ſimiliter Imperatore anno quarto, ab Incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti 966. ind. 9. feliciter.*

Ego Zenobius Epiſc. hoc meum decretum, ſicut ſupra ſcriptum eſt, ita a me ſit firmum, ſtabile, atque roboratum, & libenti animo fieri rogaui, & propria manu ſubſcripſi.

Ego Petrus archipresb. conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Adaraldus archidiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Ioannes diaconus, & vicedominus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ragembaldus immeritus Chriſti leuita, & primicerius, per iuſſionem Zenobij almi Præſulis hoc decretum C *feci, ſcripſi, poſt traditam roborationem compleui, & dedi, &c.*

Notet lector Eccleſiam ſanctæ Mariæ Primeranæ a priſcis Feſulanis ita fuiſſe appellatam, quod apud illam gentem vetuſtiſſima traditio eſſet, ſancto Romulo illam ab Apoſtolis fuiſſe tranſmiſſam, primamque ad augendam populi pietatem diſcooperiri cœpiſſe.

11 PETRVS Epiſcopus Feſulanus, dum floreret Otho Secundus Imperator, quæcumque Zenobius olim Epiſcopus Feſulanæ Eccleſiæ induliſſet, fauorabili proculo diplomate rata habuit anno 984.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Otho, diuina miſerante clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

D Condecet culmen noſtri Imperij iuxta morem noſtrorũ deceſſorum diuorum Imperatorum omnibus noſtram aulam quærentibus ex ipſa præſidium ſaluberrimum exhibere, & noſtræ munificentiæ beneficio ſubleuare, idcirco notum ſit omnibus diuinæ religionis ſacrorum virorum, & aliorum ſcilicet noſtrorum præſentium, futurorũque ſub noſtrorum nobis a Deo conceſſo Imperio exiſtentium, quia nos pro remedio animæ noſtræ, noſtrique Imperij ſtatu cunctos canonicos ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ, cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus eorum canonice ſub noſtra, ſucceſſorum que noſtrorum defenſione [illegible] do, & deinceps ſaluare [illegible] recepimus, interuentu Geberti ſanctæ Te[illegible]nenſis Eccleſiæ Epiſcopi: confirmantes videlicet eis omne [illegible] quod vndecumque iam dictæ Feſulanæ canonicæ aduenerit, tam in terris, & vineis, quam & in diuerſis ſpecimibus,

minibus, domibus, & poſſeſſionibus in ſingula loca, & territoria, vnde illi per quemcumque modum, vel titulum adueniſſe noſcuntur, vel in antea acquiſiuerint a Deū timentibus hominibus, atq; cōfirmamus per hanc noſtræ auctoritatis, & confirmationis paginam quicquid Zenobius Epiſcopus eiſdem conceſſit, integraliter pro animæ noſtræ, & ſuæ, ſuorumque ſucceſſorum remedio, vel eorum, qui priſco fuerunt tempore Pontificum, tam intra ciuitatem Feſulanam, quam extra videlicet curtem, quæ eſt ſita in loco Monteſanna, cum duodecim curtibus, maſſaritijs, & adiacentijs earum, vt etiam medietatem de Eccleſia, quæ eſt conſtructa in honorem ſanctæ Mariæ intemeratæ Virginis ſita in caſtro Feſulæ, cum integra manſione iuxta ipſam Eccleſiam, omnia in integrum, ſimulque duas manſas in nomine ſancti Gaudentij, & res ipſas, quas tenet Vgo presbyter, ſita in Grauana, & manſam vnam in Tranſpiano, atque manſam vnam poſitam in villa, quæ dicitur Terentianum, quæ in prænominata canonica offertum eſt pro anima Raynerij. Hæc omnia ſupradicta cum omnibus rebus, poſſeſſionibus, ac famulis prædictæ canonicæ pertinentibus, quæ etiam ſibi firma, & inuiolabilia confirmamus, atque ſtatuimus. Ita denique, vt nemo noſtrorum fidelium tam religioſorum, quam & aliorum diuerſis honoribus præditorum, atque priuatorum contra eoſdem canonicos, neque contra omnia illa, quæ diximus, manus mittere, ſiue inuadere, atque temeritario auſu præoccupare præſumat, atq; de his omnibus, quæ nunc poſſident, vel quæ præ manibus tenent, vel in antea tenuerint, ſiue poſſederint, pro quibus hoc noſtrum illis imperiale præceptum, noſtræque confirmationis fieri placuit. Quod ſi non credimus, quiſpiam ex fidelibus noſtris, præſentibus nempe & futuris cuiuſcumque ordinis, tā ex eccleſiaſtico, quam ex alijs honoribus ſiue priuatis contra hoc noſtrum imperiale præceptum confirmationis ire præſumpſerit, & ſi ex parte, vel ex toto corrumpere attentauerit, & deuotè vt decet, & omnibus conuenit, non obſeruauerit, ſciat ſe prius in noſtræ indignationis animaduerſionem pleniter incurſurum, & poſt auri optimi centum libras compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prælatis canonicis, eorumque ſucceſſoribus. Et vt hæc noſtra imperialis ſucceſſoribus confirmationis auctoritas firmior habeatur, & ab omnibus obſeruetur, manu propria roborantes, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione inferius iuſſimus inſigniri.

Signum Domini  *Othonis Secundi*
Imp. & inuictiſ- *ſimi Auguſtiſſ.*

Ioannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi, & Aro- . . . Cancellarij recognoui, & ſcripſi.

Data 6. Kalendas auguſti anno Dominicæ Incarnationis 984. indictione duodecima, Regni vero domini Othonis Secundi 25. Imperij autem eius 15. Actum in Calabria iuxta ciuitatem, quæ dicitur Caſſianum. In Dei nomine, Amen.

Eodem anno poſt ſex dies idem Otho Imperator in Roſano Calabriæ ciuitate, Abbatiam S. Saluatoris in Lina, hodie Lagnam vocatam, in Piſtorienſi territorio conſtructam, Feſulanæ olim Eccleſiæ attributam, iterato fauorabili diplomate, dum Petrus Feſulanum ſederet ad clauum, eidem Eccleſiæ in perpetua poſſeſſione manſuram adiudicauit.

In Dei nomine, & indiuiduæ Trinitatis.

Otho, diuina diſponente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Ad hoc culmen Imperij noſtri ſublimatum fore credimus, vt ſanctarum Dei Eccleſiarum miſerijs, & calamitatibus, noſtra Imperiali clementia ſubuenire ſtudeamus, eaſque noſtra munificentia ditaremus. Quapropter omnium Dei, noſtrorumque fidelium, præſentium videlicet, & futurorum nouerit vniuerſitas Petrum venerabilem Epiſcopum ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ interuentu, vel petitione Gerberti Terdonenſis Epiſcopi, noſtrique dilectiſſimi conſiliarij noſtrā humiliter adijſſe clementiam, poſtulantem, vt pro reuerentia, & timore ſummi Conditoris, dignitatiſque ſtatu noſtri Imperatoris, vel animæ noſtræ remedio ſuæ ſanctæ iam dictæ Eccleſiæ Feſulanæ per noſtri præcepti paginam dignaremur firmam corroborationem iubere conſcribi, de quodam monaſterio ſtatuto in loco, qui vocatur Alina in comitatu Piſtorienſi, vocabulo ſanctiſſimi Saluatoris, quod olim noſtri prædeceſſores eidem Epiſcopo per præceptalem contulerunt auctoritatem, cuius iuſtis, ſanctiſque petitionibus aſſenſum libentiſſimè præbentes iure prænominato Petro religioſo Epiſcopo per huius noſtri imperialis præcepti paginam corroboramus, & ſibi, & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum prælibatum monaſterium vocabulo ſanctiſſimi Saluatoris, conſtitutum in loco, qui dicitur Alina in comitatu Piſtorienſi, & confirmamus, & largimur, concedimus, cum omnibus pertinentijs, curtibus, titulis, caſtellis, villis, terris, vineis, pratis, paleuis, ſalectis, ſacconalibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, vallib. planitiebus, ſeruis, ancillis, & omnibus, quæ dici, aut nominari quoquo modo poſſunt pro redditibus monaſterio præfato pertinentibus, ea videlicet ratione, vt prætatus Petrus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores prætaxatum monaſterium cum omnibus ſupradictis habeant in perpetuum, teneant, firmiterque poſſideā, omnium hominum contradictione remota. Præcipientes itaque iubemus, vt nullus dux, marchio, comes, Epiſcopus, vicecomes, nulluſque noſtræ diſcurrens miſſus, nullaque noſtro ſublimi Imperio magna, paruaque degens perſona, iam ſæpe nominatum Petrum Feſulanum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores de prædicto monaſterio fundato in loco Alina, vocabulo ſanctiſſimi Saluatoris in comitatu Piſtorienſi diueſtire, aut inquietare, aut moleſtare ſine legali præſumat iudicio; ſi quis autem temeritario auſu huius noſtræ præceptalis au-

ctoritatis violator extiterit, proculdubio ſciat ſe compoſiturum auri puriſsimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prælibato Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Et vt verius appareat, diligentiuſque ab omnibus obſeruetur, manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſsione inferius inſigniri iuſsimus.

Signum Domini ſereniſſimi, & inuictiſſimi Othonis Auguſti.



Ioannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi, & Archicancellarij recognoui, & ſcripſi.

Data pridie Kalen. auguſti anno Dominicæ Incarnationis 984. indictione duodecima, Regni vero Domini Othonis Secundi 25. Imperij autem eius 15. Actum in Calabria in dicta ciuitate, quæ dicitur Roſſianum. In Dei nomine, Amen.

12 RAYMVNDVS Epiſcopus Feſulanus, vixit anno 1000. cuius Iacobus ſucceſſor Regembaldi, in quodam monumento anni 1028. meminit eum laude memorans donaſſe illum oratorium S. Detali prope fluuium Seuæ.

13 REGEMBALDVS Epiſcopus Feſulanus, filius Regembaldi filij Rozæ, reperitur anno 1017. Eccleſiam Diui Martini Florentiæ conſtructam Abbatiæ Florentinæ liberaliter indulſiſſe, quam non ita pridem Ioannes eiuſdem patruus, ac Archidiaconus fundauerat. Cuius quidem Epiſcopi ex iniuria temporum nomen intercidiſſet, niſi tum ex ſuperiori, tum ex altera donatione ſuis canonicis indulta nobis illud eruere licuiſſet.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Regembaldus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ humilis Antiſtes, præſentibus, & futuris Eccleſiarum Dei fidelibus.

Æternam in Chriſto . . . . conſtet, atque ſtatutum ſit perpetua lege, quatenus nihil genitum permaneat, neceſſe eſt, vt conſideret quiſquis ſe carnem habere cognoſcit, & morituram non ambigere, qualiter immortalis anima, & ſine fine victura, non ad interitum, ſed ad gloriam feliciter viuat: liquido enim omnibus patet, quia qui in præſenti ſeculo bene vixerit, non lædetur in morte ſecunda. Paulus quoque nos hortatur, & admonet dicens. Sicut patimur etiam regnabimus. quamuis generaliter hæc ſententia omnibus congruat, illis tamen permaxime, qui in ſublimitate conſtituti, Epiſcopalem cathedram adipiſci meruerunt. Hanc ſententiam præ oculis indignus ego, & miſerrimus ſedulo habens, gregi mihi commiſſo, non ſolum præſenti, verum etiam futuro ſubuenire curaui, eiuſque neceſsitatibus, prout dignè ratus Epiſcopatu, & de re eccleſiaſtica pro redemptione animulæ meæ, & meorum ſucceſſorum, eidem largiri operæpretium duxi, orans, & deprecans, atque pro nomine omnipotentis Dei tutores noſtræ Eccleſiæ Epiſcopus conteſtãs, & adiurans, vt quod pro communi ſalute donare videor, nullus eorum auferre præſumat: donum, quod canonicis in noſtra matrice Eccleſia famulantibus, & quotidie deſeruientibus, & præſenti die concedo, & a meo dominio, & iure in illorum ius, & dominium transfundo, manifeſtare curabo. Decem ſcilicet manſos, vnum in eo, qui dicitur Iuncarelli, qui rectus eſt per Maſſarium territorij mei domnicati, vnum in valle Dominica, in ſloco qui dicitur Riuus, vnum, qui rectus fuit per Petrum maſſarium, vnum qui eſt in Bramatole, qui rectus eſt per Ioannem Rainfredi, vnum in loco, qui rectus fuit per Ildum, vnum in Fizano, qui rectus eſt per Leonem, vnum in monte, qui rectus fuit per Andrianum, vnũ quem tenuit Guaippa, qui rectus fuit per Vrſonem de territorio mei domnicati, vnum in Theudolphi, vnum medium in Feſtilliano, qui rectus fuit per Petrum Prandi, in Piuneta tria Scafiliora in complendo hunc medium, & vnum manſum de meo prædio in loco qui dicitur Tatti; & decimas mearum omnium terrarum, vbicumque laborantur in meo domnicato, & poteſtatem iudicij pœnitentiæ, & quicquid ex mortuorum parte clericis accidit, & beneficium, quod ex conſecrationis Eccleſiæ parte illius euenit, in illorum transfundo iudicium: ſi quis autem temerarius violator, hanc noſtræ conſtitutionis, firmitatiſque paginã nefario auſu infringere, aut violare præſumpſerit, cum Iuda fure, & Domini ſui traditore æternis incendijs cremandus tradatur, omneſque maledictiones, quæ in libro Deuteronomij ſcriptæ ſunt, veniant ſuper eum, ſitque anathema Maranatha. Seruator autem æternum promereatur benedictionem: quiſquis vero perfectè deſiderat ſcire, vnde occaſio accipiendæ pecuniæ pro ſepulturis nacta ſit, legat ſententiam libri Geneſis eo loco, vbi Scriptura narrat, quod Abraham a Beſon Etheo emit ſpeluncam duplicem argentis ſiclis quadringentis. Quod vero ex hac re B. Papa Gregorius ſtatuat, quod Ephron prius noluit recipere pecuniam ab Abraham ſcientes, & eiuſdem dicta legentes Epiſcopi videant.

Data anno Dominicæ Incarnationis 1018. indictione 2. Pontificatus domini Regembaldi humilis Epiſcopi Domino largiente 2. menſe februar. Actum in ciuitate Florentia, &c.

Ego Ildebrandus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ibi fui, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Regembaldus Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, in hac mea donationis pagina manu propria ſubſcripſi.

Ego Theuzus Grammaticus Feſulanæ Eccleſiæ primicerius ſubſcripſi.

Ego Raynerius Archidiaconus ſubſcripſi.

Ego Raudzzo Vicedominus Feſulanæ Eccleſiæ ibi fui, & confirmaui, & ſubſcripſi.

Ego Alexander presbyter, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Romulus presbyter, & canonicus ibi fui, & ſubſcripſi.

Ego Atto clericus fui præſens ad iſta, quare me ſubſcripſi.

Ego Petrus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Diaconus ad ſupradicta fui præſens, & libenter me ſubſcripſi.

Ego

Ego Gerardus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Leuita lætanter, & me præſente propria manu volens ſubſcripſi.

Ego Ioannes presbyter, & canonicus ſæpe ſupranominatæ Eccleſiæ Feſulanæ ad hoc me præſente propria manu ſubſcripſi.

Ego Regembaldus presbyter ſubſcripſi.

Huius Epiſcopi temporibus Feſulæ funditus exciſæ ſunt, vna cathedrali excepta anno 1010. Illuſtrauere Regembaldi optimi Præſulis Pontificatum data in ipſius diœceſi ordini Vallisvmbroſano a Ioanne Gualberto nobiliſſimo Florentino ciue, ac religioſæ ſancti Miniati domus Benedictinæ familiæ monachorum initia. Traxit is Ordo nomen ſuum a loco, in quo primum monaſterium nimirum in ſubiecta valle denſiore vmbra oblita, proiectisque ab inſurgentibus hinc inde aſperrimis montibus excitatum eſt in eo loco, cui Aqua bella nomen eſt, quem ipſi nobiliſſima Itta Hilarianæ domus in Feſulana diœceſi Abbatiſſa, ex Guidonum comitum familia procreata liberaliter tradidit. Diſtat tantummodo duodecim a Florentia milliaribus nobiliſſimum hoc monaſterium, quod poſtea eum viri ſanctiſsimi virtus latè ſpargeret ſe, ac circumferret, eiuſque probitate ſucceſſores non deſciſcerent, maximis opibus, vt in eo diuini cultus gloria efflorеſceret, amplificatum eſt, atque caput extitit nobiliſſimæ congregationis Vallisvmbroſanæ, quæ breui non modo tota Hetruria, verum etiam tota Italia ſe diffudit, maximoſque Eccleſiæ fructus attulit, nouum D. Benedicti inſtitutis monaſticis ſplendorem peperit, Hetruriæq. maximũ decus affudit. Extulere enim ſeſe ex ea familia innumeri viri ſanctitate, ac ſciẽtia conſpicui, quos præclaræ virtutes ad ſummas eccleſiaſticas dignitates euexere: extant præclaris illorum geſtis hiſtoricorum monumenta, quæ hic recenſere ſuperuacaneum eſt. Seruauit hactenus is ordo ſuum ſplendorem: Sereniſſimi Principis Caroli Medicei Epiſcopi Cardinalis Tuſculani clientelæ hodie commendatus eſt, & ab Aſcanio Tamburino Abbati Generali maxima laude adminiſtratur, quẽ virum inſignis doctrina, cum alijs naturæ dotibus, & ornamentis ſuauitate morum, ac prudentia ſingulari coniuncta non minus quam libri eruditiſsimi de Abbatum, Abbatiſſarumque iure ab ipſo typis euſi commendant. Eximere a diœceſani iuriſdictione hanc religioſam familiam a primis eius incunabulis Romanorum Pontificum amor, ac ſtudium, qui poſtea celeberrima in eam priuilegia contulere, è quibus vnum Alexandri Tertij ex ſuo exemplari, quod in eius monaſterij tabulario conditum eſt, deſcriptum, aliud ab Henrico Sexto Imperatore conceſſum afferenda cenſui; ex ijs enim monaſterij huius principijs ordinis dignitas, & amplitudo perſpicitur, in quo fundato æternum decus Eccleſia Feſulana collegit, nõ enim aliter fieri potuit, quin Regimbaldus Epiſcopus, qui ijs temporibus viguit, ſua induſtria, conſilio, opibus ſanctiſsimum fundatorem, qui inter plura loca eam ſolitudinem aſperrimam longe a frequentia hominum ſubmotam elegerat, iuuaret, ſed hæc nobis ſuffecerint. ſi Alexandri, ac Friderici priuilegia adducamus.

A *ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.*

Dilectis filijs Iacobo Vallisvmbroſano Abbati, eiuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſsis in perpetuum.

Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere dignoſcitur, auctore Domino, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quia igitur propoſitum veſtrum, diuina præeunte ac ſubſequente clementia, religionis veſtræ ſimplicitas, bonæ opinionis odorem, & prope, & longè poſitis aſpirauit, nos veſtro prouectui, annuente Domino, prouectus adiungere cupientes, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Paſchalis, & Adriani Romanorum Pontificum, cœnobium veſtrum pro beatæ Mariæ ſemper Virginis reuerentia, cui dicatum eſt, in Romanæ Eccleſiæ proprietatem, & tutelam, atque protectionem Apoſtolicæ ſedis, ſuſcipimus, & Apoſtolicæ illud auctoritatis priuilegio munientes ab omnium perſonarum iugo liberum permanere decernimus. In primis ſiquidem ſtatuentes vt ordo monaſticus, qui ibidem ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam noſcitur inſtitutus, perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona tam dictum cœnobium in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante rationabiliter Domino poterit adipiſci, quieta vobis, & integra conſeruentur; in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis; monaſterium ſancti Saluij, monaſterium ſanctiſsimæ Trinitatis de Florentia, monaſterium Strumene, monaſterium de Oſolla, & ſancti Iacobi de Caſtello monaſterium, monaſterium Paſsiniani, & ſancti Michaelis de Senis, & de Alphiano, monaſterium de Cultubono, de Monte Piſis, monaſterium de Monte Scalario, & de Nerano, monaſterium de Fiuilo, monaſterium de Cappiano, monaſterium ſancti Pauli Piſani, & ſancti Michaelis de Plaiano, & ſancti Michaelis de Saluenero in Sardinia, monaſterium ſancti Angeli de Piſtorio, monaſterium de Pauiano, monaſterium ſanctæ Mariæ de Prato, monaſterium de Vaiano, monaſterium de Opleto, monaſterium de Monte Plano, monaſterium de fonte Thaonis, monaſterium de Muſceto, monaſterium de Monte armato, monaſterium ſanctæ Cæciliæ, ſanctæ Reparatæ, monaſterium de Trecento, monaſterium de Criſpino, monaſterium de Razolo, monaſterium de Buio Cæſaris, monaſterium de Coneo, monaſterium de Iutri, monaſterium de Caprilia, monaſterium ſancti Marci de Placentia, monaſterium ſancti Benedicti de Herba amata, monaſterium ſancti Proſperi de Regio, monaſterium de Cauanna, monaſterium ſancti Mercurialis Forolíuienſis, monaſterium de Nouatia, monaſterium de Vercellis, monaſterium de Ianua, monaſterium ſancti Pauli de Terdone, monaſterium Brixienſe, monaſterium Veronenſe, monaſterium ſancti Carpophori, monaſterium Aſtenſe, monaſterium ſancti Angeli Cumipenti.

Chriſtina

Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes al
carium, ſeu baſilicarum, & ordinationes clerico
rum, liceat vobis a quocunque malueritis Epi-
ſcopo Catholico, & Romanæ Eccleſiæ gratiam,
atque communionem obtinente, recipere, qui
noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur indul-
geat. Sancimus inſuper, vt nulli Epiſcoporum
fas ſit in vos excommunicationis, vel interdicti
ſententiam promulgare, vt quæ in ſpecialea eſtis fi-
lios Apoſtolicæ ſedis aſſumpti, nullius alterius iu-
dicium temere ſubeatis. Nulli quoque liceat ali-
quod veſtræ religionis monaſterium a loci ſui
ſtabilitate reuellere, ac remouere ſine Abbatis, &
congregationis communi conſenſu. Conſtitui-
mus autem, vt omnium prædictorum monaſte-
riorum caput, quod in Valle vmbroſa ſitum eſt
monaſterium habeatur: ſanè cum terminus vitæ
Paſtori veſtro, diuina diſpoſitione, contigerit, qui
eius loco ſubſtituendus fuerit, quia & vobis, &
alijs omnibus præeſſe debebit, omnium, qui cæte-
ris præſunt monaſterijs, conſenſu, & iudicio eliga-
tur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet,
Domino diſponente, ad hoc generale regimen
electus fuerit, ad veſtrum principale cœnobium
principaliter tranſeat, & eius mox iudicio, ſicut
in diebus venerandæ memoriæ Ioannis primi Ab-
batis veſtri factum conſtat, cætera omnia vnita
vobis monaſteria diſponantur. Decernimus er-
go, vt nulli omnino hominum liceat prælatum
cœnobium temere perturbare, aut eius bona, vel
poſſeſſiones auferre, minuere, ſeu temerarijs vexa-
tionibus fatigare, ſed omnia, &c. vſque profutura,
ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igi-
tur tentauerit, ſecundo, tertioue, &c. vſque
dignitate careat, reamque, &c. vſque cognoſcat.
& a ſanctiſſimo, &c. aliena fiat, atque in extre-
mo, &c. vſque ſubiaceat. Cunctis autem, &c. vſ-
que inueniant. Amen, amen, amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſub ſcripſi.

Ego Vbaldus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Bernardus Portuenſis S. Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli, tit. Pammachij ſubſcripſi.

Ego Albertus presb. Card. tit. ſancti Laurentij in Lucina ſubſcr.

Ego Guillelmus presb. Card. S. Petri ad Vincula ſubſcripſi.

Ego Bozo presb. Card. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris ſubſcripſi.

Ego Ioannes presbyter Card. tit. ſancti Marci ſubſcripſi.

Ego Theodinus presb. Card. S. Vitalis, tit. Veſtinæ ſubſcripſi.

Ego Manfredus presb. Card. tit. ſanctæ Cæciliæ ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter Card. tit. ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi.

Ego Iacobus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Cyntius diaconus Cardinalis ſancti Adriani ſubſcripſi.

Ego Vgo diaconus Card. S. Euſtachij iuxta templum Agrippæ ſubſcripſi.

Ego Laborans diaconus Card. S. Mariæ in Porticu ſubſcripſi.

Ego Raynerius diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum ſubſcripſi.

Dat. Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. ſubdiac. & notarij 12. Kal. maij, ind. 9. Incarnat. Domin. anno M.CLXXVI. Pontif. verò D. Alexander PP. anno decimoſeptimo.

Henricus Sextus, Dei gratia, Romanorum Rex Auguſtus.

Cum in exercendo commiſſi nobis diuinitus regiminis officio, nihil Deo gratius eſſe ſciamus, quam Eccleſiarū, ſeu monaſteriorum tuitioni, & proficuo iugem, & ſolicitam operam adhibere, id nobis ſuo loco, & tempore cenſuimus ſummo affectu, & ſtudio faciendum. Nouerint itaque vniuerſi Imperij noſtri fideles, præſentem paginam intuentes, quod nos diuinę remunerationis intuitu, monaſterium Valliſvmbroſæ, & cuncta monaſteria ſuæ congregationis, cum omnibus bonis, & pertinentijs, quæ vel nunc habent, vel in poſterum iuſtę acquiſitionis titulo habituri ſunt, & nominatim caſtrum Magnalis, in tuitionem noſtræ Maieſtatis, ac defenſionem recipimus. Regia etiam auctoritate noſtra, congregationi memorati monaſterij inclusimus, vt molles eorum, & omnis molendina ipſorum, in fluminibus ædificata, vel ædificanda, ab omni nunciorum noſtrorum exactione libera, & ab omni generaliter functione ſint immunia. Inſuper conceſsimus eis, vt in fluminibus, & ripis, non obſtante nunciorum noſtrorum repugnantia, ædificent. Ad cuius rei euidentiam, præſentem chartam conſcribi iuſsimus, & Maieſtatis noſtræ ſigillo communiri, ſtatuentes, & ſub obtentu gratiæ noſtræ præcipientes, vt nulla Imperij noſtri fidelium ſæpe dictum monaſterium in bonis ſuis habitis, aut habendis moleſtare præſumat, vel contra hanc noſtram conceſſionem aliquod præſtare impedimentum, ſaluo tamen omnium priuatorum iure, quod qui fecerit, indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum, & regalis banni ſententiæ ſubiacebit.

Datum Prati anno Incarnationis Dominicæ MCXCI. indict. 9 xv. Kal. martij.

14 IACOBVS Bauarus, Epiſcopus Feſulanus. Huic Imperator Conradus, ad petitionem Ioannis Papæ, vxoriſque Giſlæ, monaſterium de Lagna iterata liberalitate donauit, confirmauitque.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.


Conradus, Dei gratia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Si Eccleſias Dei debito honore ſublimare ſtuduerimus, Deum nobis magis propitium, earumque rectores fideliores fore in noſtro ſeruitio nullo modo dubitamus. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum comperiat induſtria, qualiter interuentu ad petitionem domini Ioannis ſummi Pontificis, & vniuerſalis Papæ, atque Giſlæ Imperatricis Auguſtæ, noſtræque dilectæ coniugis, necnō Aribonis Maguntienſis Archiepiſcopi, Archicancellarij, & Thedamari Salzbur-

burgenſis Archiepiſcopi, & Vicemarij Strazburgenſis Epiſcopi, atque Vgonis Cancellarij noſtri, aliorumque multorum, quorum nomina longum eſſet exarari per ſingula. Iacobus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ venerabilis Epiſcopus noſtram elementiam adijt, deuotè poſtulans, quod ſuæ Feſulanæ Eccleſiæ ſanctæ per noſtri præcepti paginam dignaremur firmam, & in perpetuam corroborationem iubere conſcribi donationem factam de quodam monaſterio ſtatuto in loco, qui vocatur Alina in comitatu Piſtorienſi, vocabulo ſanctiſſimi Saluatoris, quod olim noſtri prædeceſſores eidem Epiſcopio præceptali auctoritate contulerunt, nec non eidem ſacroſanctæ Eccleſiæ Feſulanæ imperiali ſanctione donamus, quicquid conquæſtus Regembaldus felicis memoriæ eiuſdem Iacobi Epiſcopi prædeceſſor, poſt Epiſcopij conſecrationem conquiſtauit in comitatu Florentino, & Feſulano, & quod infeliciter infelix ſui ſi poſſet fieri poſt obitum deſtinauit, quemadmodum Henricus ſanctę memoriæ Imperator noſter prædeceſſor eidem ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ, & certali contulit auctoritate, cuius iuſtis, digniſque petitionibus aſſenſum præbentes, iam dicto Iacobo venerabili Epiſcopo per huius noſtri præcepti paginam corroboramus, & ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus præfatum monaſterium, necnon & omne illud, quod Regembaldus Epiſcopus poſt conſecrationem ſui conquiſtauit, ſicut ſupra prædictum eſt, proprietaris iure in perpetuum donamus, largimur, concedimus, cum omnibus ſuis pertinentiis, curtis videlicer, titulis, caſtellis, villis, terris, cultis, & incultis, ſaeconalibus, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſeruis, ancillis, & omnibus, quæ ad præmemoratum monaſterium, ſeu ad prædicti Epiſcopi conquiſitum pertinere videntur, ea videlicet ratione, vt prænominatus Epiſcopus Iacobus, ſuique ſucceſſores prætaxatum monaſterium, necnon & præſcripti Epiſcopi conquiſitum cum omnibus ſupradictis iure poſſideant perpetuo, & firmiter teneant, omni hominum inſeſtatione ablata, & remota. Præcipientes itaque iubemus, atque firmiter edicimus, vt nullus dux, marchio, Epiſcopus, comes, atque vicecomes, magna, paruaque perſona frequenter iam nominatum Feſulanum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores, de prædicto monaſterio, & de iam dicti Epiſcopi conquiſito diſueſtire, aut moleſtare ſine legali præſumat iudicio; ſi quis autem temerarius præſumptor huius noſtræ præceptalis auctoritatis violare præſumpſerit firmamentum, mille libras auri ea noſtro edicto compoſiturum ſe ſciat, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam vero iam dicto Epiſcopo, aut ſuis ſucceſſoribus. Vt autem hoc verius credatur, firmiterque ab omnibus obſeruetur, ſigilli noſtri impreſſione præcepimus inſigniri.

A

Signum D. Conradi ſereniſſ. inuictiſſ. Imperat. Auguſti.



Hugo Cancellarius in vice Aribonis Archicancellarij recognouit.

Datum 2. nonas aprilis anno ab Incarnatione Domini 1027. *ind.* 10. *Regni domini Conradi* 24. *Regis* 3. *ſecundi anni Imperatoris Auguſti feliciter. Amen. Actum Romæ.*

Teſtatur autem in alia quadam ſcriptura idem
B Epiſcopus, poſitam cathedralem ad radices montis in ciuitatem tranſtuliſſe, eodemque loco ſancti Romuli corpus, ac ſociorum cum ſancti Alexandri corpore deportaſſe, idque ex diuino inſtinctu. Quamobrem veterem cathedralem erexiſſe in Abbatiam, cui tertiam partem Epiſcopalium cenſuum ideo voluit attributam, vt ibidem monachi diuino cultui commodius vacarent: monumentum pulcherrimum eſt, dignumque, quod hic exſcribatur ea fide.

In nomine domini Dei æterni.

Anno ab Incarnatione eius vigeſimo octauo poſt mille. Imperijque Conradi Romanorum Imperatoris Auguſti primo, quarto Kalendas Martias, indictione vndecima.

C Opportunum valde eſt humani generis vniuerſitatem de æternæ felicitatis beatitudine ſemper cogitare, ac iuſtis operibus inſiſtendo, æterni Regis gloriam volentibus animis deſiderare. Idcirco ego Iacobus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ex genere videlicet Baionariorum manifeſtus ſum, ſicut multis patet hominibus, quod poſtquam felicis memoriæ dominus Henricus Imperator hanc prædictam ſedem meæ paruitati ad regendam commiſerit, & ſucceſſorem Regembaldi eiuſdem ſedis Epiſcopi me eſſe voluit, tota intentione, & ſtudioſo opere ad reparandum meæ Eccleſiæ, quaſi iam perditæ, & deſperatæ honorem animarum intendi, ſiquidem vt vera manifeſtum eſt ratione foris a prauis conculcata hominibus, intus vero negligente ſquallore
D fœdatur, clericorum ordine inculta manebat. Erat enim Epiſcopatus longè a prædicto oppido, atque difficultate itineris per deuexum montis latus, raro a clericis frequentabatur. In hac ſiquidem Eccleſia corpus B. Romuli martyris, cum pluribus alijs martyribus confeſſoribus quieſcebat. Decreui igitur mecum, atque ſapientum conſilio habito prius, iuuante Domino, intus meam Eccleſiam ordinaui, atque de loco, in quo ſanctum corpus prædicti martyris fuerat, ſedem Epiſcopatus auferens, volentibus clericis, & laicis, ſimul cum prædicti martyris ſacro corpore intra vrbem Feſulanam Epiſcopatus cathedram locaui, & quoniam prædictus locus multorum ſanctorum remanſerat honore decoratus, multorumque Epiſco-

ſcoporum tumulis inſignitus, non paſſus ſum tantum decus obliuioni tradere, atque perpetua abolitione delere. A prudentibus ergo viris conſilium accepi, atque multis vicibus per reuelationem admonitus ſum, vt in eodem loco monaſterium facerem, vbi Epiſcopatus honorem, ſimulque cathedram abſtuleram. Feci igitur inibi monaſterium per conſilium, & iuſsionem D. Ioannis ſummi Pontificis, & vniuerſalis Papæ, ſimulque D. Conradi piſsimi Imperatoris, eiuſdemque coniugis Gislę ſereniſsimæ Imperatricis, atque conſilio religioſorum Epiſcoporum, ſapientumque laicorum, conſecraui denique prædictam Eccleſiam, quam ipſe deſtrueram, atque vocabulo ſanctorum ſecundum hunc ordinem mutaui, maius vero altare, quod ad honorem ſancti Petri conſecratum fuerat, ſancti Bartholomęi Apoſtoli nomine dedicaui. Alterum vero, quod ad honorem S. Romuli fuerat, ex nomine ſancti Stephani vocaui, & iuxta noſtrę qualitatem poſsibilitatis reuerenter recondimus, & quomodolibet ibidem Deo ſeruientes viuere potuiſſent, ordinauimus. Ego ſiquidem Iacobus ipſius ſanctæ Feſulanę Eccleſiæ Præſul indignus pro Dei amore, meęque remedio animę, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ, & ciuitatis, necnon pro anima bonę memoriæ Henrici Imperatoris, ſeu pro anima domini Conradi Imperatoris, ſuæque pręclaræ coniugis Giſlæ, & filiorum eius, atque pro animabus Imperatorum, ſiue Regum iſtius Italici regni, ſeu pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus ad prælibatum monaſterium dederunt, vel daturi ſunt, & pro omni populo Chriſtiano ſępedictam ſancti Apoſtoli Eccleſiam, ſancti Petri, & ſancti Romuli propria, quæ ſita eſt infra territorium de plebe ſancti Alexandri ſita in ciuitate Feſulę ad monaſticum ordinem confirmo, atque vna cum conſenſu, & auctoritate ſacerdorum, clericorum, atque omnium canonicorum, totiuſque cleri, necnon & cum beneuolentia laicorum iſtius Feſulanæ ciuitatis de prædijs noſtrę Eccleſiæ ad recreandam neceſsitatem fratrum ibidem ſub regula, vel Abbate Deo ſeruientium perpetualiter concedo, locum videlicet in quo poſitum eſt ipſum monaſterium cum terris, & vineis circa ipſum monaſterium, & cœmeterium ipſius Eccleſia totum ab vno tenentes, item decernimus terris, & vineis, & rebus illis in quo loco prædicta Eccleſia, & monaſterium ſancti Bartholomæi Apoſtoli ſita eſt, & ad perticas de duodecim pedes, qui dicitur Luitprandi. Res iuſte menſuratæ, quæ de vno latere decurrit eius fluuio [illegible] unione, habentes exinde perticas 57. & [illegible]des vni ex alio latere terra ſanctorum Petri, & Romuli Inter medio Caſale, & Mur[illegible]a, & via decernit, & ex latere angulato habentes exinde perticas centum ſeptem, ex tertio latere ipſius ſancti Petri, & ſanct. Romuli inter medio [illegible]uricia, & Signaida decerni, habētes deinde perticas [illegible] duodecim, & pedes tres, ex quarto latere terra, & vinea domnicata ipſius ſancti Petri, & ſancti Romuli inter medio Caſale, & Signaida decerni, &

A ex alia parte decurrit eia via habentes exinde perticas nonaginta, & ſex; ſimul ibidem concedo vnā petiam terræ, quod eſt Prato ibique propinquum, & ab ipſa petia legitima menſurata, ex vno latere fini præfata terra, quod in ipſo monaſterio conceſſi, habentes exinde perticas tredecim, ex alio latere ſancti Petri, & ſancti Romuli inter medio Signaiua decernit, habentes exinde perticas triginta, ex tertio latere via decurrit habētes exinde perticas ſex, ex quarto latere terra ipſius ſancti Petri, & ſancti Romuli, inter medio Signaida decurrit decernitur, ſimul exinde ſunt perticas triginta, necnon terra, & ſylua, vbi nominatur Carege, qui ex duobus lateribus ſancti Ioannis de ciuitate Florentiæ, & terra ſancti Petri, & ſancti Romuli.

B quam detinuit Dauizio vicedomino, & Petrus germano ſuo, & aliæ duæ parti via decurrit, & quatuor manſas, vna quæ vocatur Cannito, quam detinet Martino, alia in loco Caua, quam detinet Petro, tertia in loco Carege, quam detinet Martino Acti, quarta vero in loco Vallaia, quam detinet Gherardo presbyter cum terris, & vineis, & caſtaneto, ibique quæ ſunt domnicatæ, & quinta ſorte in loco Vallaia, quam detinet Ioanne filio Boniti. Do & concedo in eodem monaſterio, ſimul conſtituo, atque ſimul concedo cœnobium ſancti Saluatoris ſitum in loco Alina infra comitatu Piſtorienſi, quem ego præfatus Iacobus Epiſcopus, ad bonam memoriam domini Henrici Imperatoris per ſui præſcripti paginulā cum rebus

C ibidem pertinentibus, pro prælibato Epiſcopatu noſtro ſancti Petri, & ſancti Romuli acquiſiui, & in eadem Eccleſia, & monaſterio do medietatem de curte, & domnicato in prædicto loco Alina, cum medietate de ſorte, & rebus ad eamdem curtem pertinentibus, necnon & curte, & Eccleſia ſancti Saluatoris integra, quæ eſt poſita iuxta fluuiū Biſentiſ, vna cum integris caſis, ſortibus, & domnicatis ad eamdem curtem, & Eccleſiam pertinentibus, atque Eccleſia, & oratorio S. Potiti in loco, & vocabulo Montepuli cum terris, & omnibus rebus ibidem pertinentibus in eadem Eccleſia, & monaſterio do, & concedo ſe, . . . , & Eccleſiam, quæ in honorem ſancti Hilarij cum ſua pertinentia in loco, & vocabulo in eodem

D monaſterio confirmo. Curte i[illegible]gra quoque, quæ vocatur ſancto Domnino prope fluuiū Arnū, cum ſortibus, domnicatis, terris, & rebus illis ad eandē curtē pertinentibus in præſato monaſterio concedo, & con[illegible]o. Et manſas vno in loco Periolo, vbi & [illegible]a vocatur, quas iam detinuerunt Sichelmo, & Vvi[illegible]elmo germani filij . . . viuenti, & al[illegible]o manſo in loco Biuiliano, quibus iam detinuer[illegible]at Raynerij filij olim Gherardi, & Gherio fil[illegible]o ſu[illegible], & medietas de Eccleſia, ibique, quod eſt in h[illegible]norem ſanctæ Mariæ, & vna cum domnatico, & rebu[illegible] ibidem pertinentibus, & integra Eccleſia cum terris, & rebus ibidem pertinentibus, & integra Eccl[illegible]ſia cum terr[illegible], & rebus ibidem perti[illegible]ntibus, cu[illegible]s [illegible]t vocabul[illegible] ſancti Andreæ in lo[illegible], q[illegible]ditur Ri[illegible]aita a [illegible]ædicto monaſterio ſ[illegible] Bartholomæi, co[illegible]c[illegible]o, atque confirmo, & Eccl[illegible]a ſanct[illegible] Donati in Fronzano

cum

cum territorio, & decimationibus ſuis concedo, & confirmo. Idcirco prænominatis curtibus, Eccleſ. domnicatis, & manſis, terris, & vineis, vt ſupra leguntur cum omnibus ſuis pertinentijs, caſis, curtibus, ſortibus, & domnicatis, cum omnibus ſuis ædificijs, vel omnia ſupra ſe, & infra ſe habentibus, vbicumque exinde pertinentibus eſſe inueniantur vna cum ſex ſeruis, hæc ſunt nomina eorum Rodulfus filius Bonitrudæ, Petrus filius Vrſi bonæ memoriæ, Teuzo filius bonæ memoriæ Petrini, & inſimul do & concedo in ipſo monaſterio integrā ſortē, & res in loco ſontanula, quē detinet filius Petri in iam dicto monaſterio do, & concedo, atque confirmo. Hæc omnia, quæ præſcripta habemus ſancti Bartholomæi Apoſtoli, ſuoque monaſterio, & quæque illuc vnquam dedi, vel donaturus ſum, per huius chartulæ ſcripturam perpetualiter confirmo, & pro Dei amore, felicisque retributionis, vt in futuro exinde remunerari merear, de meis vſibus præſentialiter ſubtraho, & in poteſtatem, vſumque prædicti monaſterij ſancti Bartholomæi Apoſtoli, & Abbatis, qui ibidem pro tempore ordinatus fuerit; necnon & ſpiritualium fratrum, quos ſibi Deus in eodem loco congregare dignatus fuerit, in integrum poſſidenda concedo, necnon & firmiter conſtituo, vt nulla perſona hominum de prædicto monaſterio, ſeu de præfatis rebus poteſtatem, aut aliquod dominium vllo modo tenere poſsit, excepto Abbate, quem ego cum meis ſucceſſoribus ad ius, atque ſub defenſione ſancti Petri, & ſancti Romuli ibidem ordinamus. Ego quoque Iacobus Epiſcopus, cum communi conſilio, atque electione noſtrorum clericorum, ac fidelium laicorum, Abbatem in eodem monaſterio per paſtoralem baculum inueſtiens conſtitui Leonem monachum, atque presbyterum, vt ab hac hora, quouſque vixerit ſit Abbas ipſius monaſterij ſancti Bartholomæi Apoſtoli, habeatque poteſtatem per meum conſenſum, ſeu ſucceſſorum meorum de prædictis rebus, vel monaſterium ſecundum Deum recto moderamine, quicquid voluerit facere. Abbates vero, qui ſibi in præſcripto loco viciſſim ſuccedunt, vel per ſocium intrant, ſtabili lege confirmo. Idem quod cum donum S. Spiritus, quod cum gratia ſpirituali debent acquirere per vnicam non tentant pecuniam emere, regulæque præſcripta in omnibus ſtudeant obſeruare, & ſubditos eadem doceant facere, quod ſi quis vnquam hoc Dei donū præſumpſerit vendere, aut emere, omnium canonum excommunicationibus ſubiaceat, & cum Simone Mago perpetuas pœnas tormenti ſentiat. Quod ſi forſitan quis meorum ſucceſsorum, hanc meam ſibi maledictionem non nocere contendit, euangelica reſcripta animo reuoluat, canonumque atque antiqua decreta memoriæ tradat, & ſe ſine mea maledictione maledictum eſſe cognoſcat. Quia vero certiſsimè ſcio, quod naturaliter Angelos non habeo ſucceſſores, ſed homines, vt ego ſum, mortales, deprecor humiliter eos, qui ſibi viciſsim in noſtra ſede ſuccedunt, vt hoc opus, quod pro mea, ipſorumque ſalute inchoaui, & perficiendo ſecundum meum poſſe curaui pro Dei omnipotentis amore, & pro eadem, qua ego profeci futuræ remunerationis ſpe in melius ſemper creſcere faciant, fratrumque neceſsitatibus ſedulo miniſtrent, ſi quis vero cuiuſcumque ordinis hanc ſupraſcriptam chartulam negligere, aut contemnere præſumpſerit, & quæ in ea roborata ſunt deſtruere voluerit, componat auri libras 200. ad prędictum monaſterium S. Bartholomęi Apoſtoli. Hanc ego chartulam ego Vgo notarius ſcribendo, atque laudando confirmaui.

Acta Feſulæ.

Ego Iacobus Epiſcopus S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus quæ ſupra leguntur confirmando ſubſcripſi.

Ego Regembaldus primicerius conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Petrus presb. & canonicus ſubſcripſi.

Ego Regimbaldus diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Petrus iudex D. Imperatoris interfui, & ſubſcripſi.

Ego Raymerius Archidiaconus confirmando conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter, & cantor ſubſcripſi.

Ego Andreas presb. canonicus ſubſcripſi.

Ego Adalbertus iudex in hac chartula manu mea hic ſubſcripſi.

Ego Teuzo presbyter, & canonicus conſenſi, & ſubſcripſi.

Signum manus Ioannis, qui & Gorbulo vocatur rogatus tt.

Signum manus Vuidi filij olim Berardi rogatus tt.

Signum manus Bellini filij olim Gherardi rogatus tt.

Ego Vgo notarius ſcriptor poſt tradita compleui.

Conſtat hunc Iacobum Henrici Imperatoris fuiſſe familiarem, quippe qui tum in hac ſcriptura, tum in ea, quæ ſequitur, fateatur, eius principis fauore Feſulanum ſe obtinuiſſe Epiſcopatum. Cæterum poſtremam hanc exſcribendam hic ex fide curauimus, quod in ea non modo id, quod dicimus, liquido perſpiciatur, ſed diploma etiam contineatur, quo quæcumque aliquando monaſterio, Eccleſiæque ſancti Gaudentij in Alpibus Feſulanæ diœceſis, donata fuiſſent; confirmat, rataque habet.

In Dei nomine. Amen.

Anno ab Incarnatione 28. poſt mille, & anno Imperij D. Conradi Imperatoris Auguſti 2. quinto Kalendas martij, indict. 11.

Dum fragilitas humani generis pertimeſcit vltimo vitæ ſpiritu ſubitanea . . . . . diſpoſitione venturum. Oportet enim vt non inueniat vnumquemque imparatum, nec ſine aliquo boni operis reſpectu migret de hoc ſeculo, niſi dum in ſua vitæ poteſtate conſiſtit præparare ſibi viam ſalutis, per quam ad æternam beatitudinem valeat peruenire. Ideoque Dei omnipotentis nomine, ego quidem Iacobus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ quamuis indignus Epiſcopus meditans de Domini miſericordia, & quotidie confidens inſpirante Deo ſummo deſiderio volo, ſtatuo, atque confirmo, vt Eccleſia, atque oratorio beatiſsimi Gaudentij vbi corpus eius requieſcit, cum reliquijs alijs ſanctorum, quæ ibidem commiſſę ſunt, & eſt poſita ipſa Eccleſia prope pedes de alpibus, & prope fluuium Decomanū, quę plebs fuit vſque nunc, & pro omnipotentis Dei amore, meæque

T reme-

remedio animæ, ſpeque remunerationis futuræ, A & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Feſulanæ ciuitatis, necnon & pro anima bonæ memoriæ Henrici Imperatoris, qui mihi hunc tribuit Epiſcopatum ad regendum, ſeu & pro anima domini Conradi Imperatoris, ſuæque præclaræ coniugis Giſlæ filijque eius, ſeu pro animabus omnium Chriſtianorum Imperatorum, ſiue Regum terræ iſtius Italiæ, ſeu pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus ad præfatam Eccleſiam, & oratorium dederunt, & daturi ſunt, maximè pro amore maximi Redemptoris, ac noſtri Saluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Mariæ ſemper Virginis eiuſdem genitricis, & beati Petri Apoſtoli, & ſancti Romuli, ad quorum ditionem, & pro- B prietatem pertinet ipſa Eccleſia, & oratorio ſancti Gaudentij, videlicet ſiue locum, in quo monaſticum fieri confirmamus, quatenus qui monaſtica cenſentur profeſſione per viam propoſiti ſui inoffenſo greſſu incedunt, & in Chriſti militia deuoti vnanimes, atque concordes exiſtant. Quia qui de ſuis rebus Deo, & ſanctæ Eccleſiæ condonauerint, ineatinguibilem lucernam ante oculos Saluatoris perpetuales habere videntur. Sæpe iam dicta Eccleſia ſancti Gaudentij, ſanctorum Petri, & Romuli propria ad monaſticum ordinem confirmo, atque vna cum conſenſu, atque auctoritate ſacerdotum, & leuitarum, omnium canonicorum, totiuſque clericorum, necnon & cum beneuolentia laicorum iſtius Feſulanæ ciuitatis de præ- C dicta noſtræ Eccleſiæ recreandam neceſſitatem fratrum ibidē ſub regula, vel Abbate Deo ſeruientium perpetualiter concedo: locum videlicet, in quo eſt poſitum ipſum oratorium cum terris, & cœmeterio, & cum caſa domnicata, ibique propinqua ibidem do, concedo, cum integra vinea, & domnicata, quæ eſt poſita in monte ſancti Gaudentij, ſicut Teutius Archipresbyter habuit, & ad ſuam tenuit manum, atque ibidem committo terram, vineam petiæ vnam, quam detinuit Vrſus piſtor, cum . . . ſorte illa, quæ eſt in loco Affrico, quam detinet Leo cum ſuis conſortibus, & in præhibita Eccleſia, & monaſterio dono, atque concedo integrā Eccleſiā, & oratoriū, cui vocabulum eſt ſancti Dinali, quod eſt poſitum prope fluuium Seue, cum integra terra, & vinea, & rebus, quæ anteceſſor meus bonæ memoriæ Raymundus Epiſcopus ibidem dedit, & conceſſit. Petia vero vna D de terra, quæ eſt ſtar. 18. quæ eſt prope ipſam Eccleſiam ſancti Dinali, ipſius Eccleſiæ ſancti Gaudentij concedo. Alia petia terræ, quæ vocatur Spugnale, & quarta pars de Caſtello ibi propinquo ſancto Gaudentio poſito ipſius Eccleſiæ, dono, & concedo, & terra, & vinea, cum ſorte, quæ eſt poſita ibidem prope dictū Eccleſiam, cui vocabulum Podio Flore ibidem confirmo, & ſorte vna in Caſo Viano, quam detinet Martious Sartor a prædicto monaſterio, & vnam capellam in loco dicto ſancta Maria de Eremo cum decimatione omnium famulorum habitantium in ipſa curte, ſeu Eccleſia, & oratorio quod eſt in honorē ſancti Alexandri in loco Alpe, cum omni ſua pertinentia infra hos confines, videlicet primo Collina de La-

uacullo, ſicut trahit dicta Collina, a ſummitate Lanſorzoli vſque ad ſupradictam Eccleſiam ſancti Alexandri. Secundo Radius, qui incipit a ſancto Alexandro vſque ad flumen quod exit de Piaſtiglione: a tertio flumen, ſiue riuus, quod exit ad pedem Lanſorzoli, & vadit, ſiue deſcendit in pedes Fraſsimeli, & mittit in dicto flumine de Piaſtiglione, a quarto latere appuntato a dicto flumine Fraſsimeli, & radius, qui deſcendit de dicto Fraſſinello, & aliam Eccleſiam cum cœmitorio, quod fuit in loco, qui dicitur Mercatum Gialli, cūm vocabulo ſanctæ Mariæ cum omnibus ſuis confinibus, cuius primus collina, quæ dicitur Vallis Guidacci, & vadit ſupra Saltum, ſecundo Podius mōtis Gialli, tertio foſſatus, qui vadit ad pedes montis Gialli, qui exit de dicta collina vallis Guidaccij, a quarto vero appuntatus de dicto flumine, & Podio Bauino, & omnem decimationem de iugo Alpis, eundem locum prænominato monaſterio concedo, atque confirmo 48. decimales 40. ex ipſis, quibus ſolque a prædicta Eccleſia ſancti Gaudentij conſueti ſunt decimam dare; 21. ſunt in villa, quę dicitur Caſale; 12. ſunt in monte ſancti Gaudentij, & vnum in loco dicto Vallicula, & 6. ſunt in villa, quæ dicitur Vnda, & 8. ſunt infra plebem, quæ dicitur ſancti Dinali. Has dictas denique Eccleſias ſancti Dinali, & ſanctæ Mariæ de Eremo, & ſancti Alexandri de Fraſsinello, & ſanctæ Mariæ montis Gialli cum ſuis confinibus, & quarta parte de iā dicto caſtello, & ſortibus, & terris, & rebus illis, cum caſis, & ædificijs, vel omnia ſupra ſe, vel infra ſe habentibus in integrum in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſancti Gaudentij concedo, atque confirmo vna cum quatuor ſeruis noſtræ Eccleſiæ, quorum hæc ſunt nomina. Gaudentius filius Martioi, & filius Berni Ioannis, & Carolus filius Carol., & Griffolus filius Paconij cum filijs ſuis, & omnem, & integram offertam, & mortuorum, quæ Domino annualiter in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſancti Gaudentij dederit in ipſo monaſterio concedo, ſiue ſtatuo, atque confirmo. Hæc omnia, quæ præſcripta habemus ſancto Gaudentio, ſuoque monaſterio deuotus offero, & omnia, & quæcumque, quæ ei dedi, vel daturus ſum, per huius chartulæ inſcriptionem perpetualiter confirmo, & pro Dei amore, ſcilicet que retributione in futuro exinde teneam. . . . . me credens vſibus præſentium ſubtraho, & in poteſtatem, viumque prædicti monaſterij ſancti Gaudentij, & Abbatis, qui ibidē pro tempore ordinatus fuerit, & ſpiritualium fratrum, quos ſibi Deus in eundem locum congregare dignatus eſt, in integrum poſſidenda concedo, necnon firmiter conſtituo, ita vt nulla perſona hominum de prædicto monaſterio, ſeu de præfatis rebus poteſtatem, aut dominium aliquod nullo modo habere poſſit, excepto Abbate, quam ego, aut mei ſucceſſores ad ius, atque ditionem ſancti Petri, & ſancti Romuli ibidem ordinatus fuerit. Ego quoque Iacobus Epiſcopus cum communi conſilio, atque electione noſtrorum clericorum, atque fidelium laicorum, Abbatem in eodem monaſterio per paſtoralem baculum inueſtiui, & conſtitui Ioannem monachum, atque presbyterum, vt ſub hac ho-

ra . . . . vixerit, ſit Abbas ipſius monaſterij ſancti Gaudentij, habeatque poteſtatem per meũ conſenſum, ſeu meorum ſucceſſorum de prædictis rebus, vel monaſterio ſecundum Deum recto medicamine quicquid voluerit . . . . ſibi in præſcripto loco vieiſſim ſucceder, vt per hoſp. intrent ſtabili lege confirmo, id eſt, vt donum ſancti Spiritus, qui ea cum gratia ſpirituali debeant . . . ſancti Benedicti in omnibus ſtudeant obſcruare, & ſubditos eidem ſtudeant, & . . . . facere. Quod ſi quis vnquam ex ipſis hoc Dei donum præſumpſerit vendere, ... cum Simone Mago perpetuas pœnas tormenti ſentiat. Quod ſi forte aliquis meorum ſucceſſorum hanc meam ſententiam, ſiue maledictionem non nocere contendat. Euangelium, ac canonum reſcripta, antiquaque decreta animo reuoluat, & ſe ſine noſtra maledictione maledictum eſſe cognoſcat: quia vero certiſſime ſcio, quia naturaliter Angelos non babemus ſucceſſores, ſed homines carnales, vt ego ſum, deprecor eos, qui in mea ſede ſucceſſuri ſunt, vt boc opus, quod pro mea, ipſorumque ſalute inchoaui, & perficiendo ſecundum meum poſſe curaui pro Dei omnipotentis amore, & pro eadem pro qua ego hoc futuræ remunerationis ſpe in melius ſemper creſcere faciant, fratrumque neceſſitatibus ſedulo ſuccurrant. Si quis vero cuiuſcumque ordinis ſit hanc ſupraſcriptam chartulam negligere, aut contemnere præſumpſerit, & quæ a me roborata ſunt, deſtruere attentauerit, &c. componat auri libras centum a prædicto monaſterio ſancti Gaudentij. Hanc vero chartulam ego Vgo notarius ſcribendo, atque laudando confirmaui.

Actum apud monaſterium, & Eccleſiam ſancti Bartholomæi Apoſtoli Iudiciaria Florentina.

Ego Iacobus Epiſcopus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ, quæ ſupra leguntur confirmando ſubſcripſi.

Ego Tranſmundus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, omnia, quæ ſuperius ſcripta adeſſe videntur concedo, & confirmo.

Ego Regembaldus presbyter, & primicerius ſubſcripſi.

Ego Bonizzus presbyter, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Teuzus presbyter, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Grimaldus clericus ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter, & cantor ſubſcripſi.

Ego Raynaldus diaconus ſubſcripſi.

Ego Petrus Iudex D. Imperatoris.

Ego Florentius notarius rogatus teſtis.

Signum manus Gherardi filij Gherardi rogati teſtis ſubſcripti.

Ego Petrus presbyter, quæ ſuperius leguntur, fideliter . , . ſcripſi.

Ego Vgolinus ſcriptor poſt tradita compleui.

Ego Ionathas S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, quæ a ſucceſſoribus meis iuſte, & canonice relata ſunt in monaſterio ſancti Gaudentij concedo, & confirmo.

Ego Ioannes Epiſcopus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ ſubſcripſi.

Ego Lanfrancus Epiſcopus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ ſubſcripſi.

Ego Radulfus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ, Dei gra-

A *tia Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Raynerius, diuina gratia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, licet immeritus ſubſcripſi, &c.

Multa alia concreditæ ſibi Eccleſiæ dilargitus eſt, vt ſub vno præfecto canonici communem vitam traducerent.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Cum conſtet omnes breuis exilij peregrinatione viuentes perpetuo ſubſiſtere non poſſe, & poſt ſolutionem carnis vitalem portionem animabus hominum permanere, ſiue iuſtis ad gloriam, ſiue impijs ad pœnam, neceſſarium eſt a temporalibus bonis animum remouere, atque eam in beatitudinis præmia per iuſtitiæ opera aſſequi ſtu-
B dere, quatenus in illa cæleſti gloria bonorum operum mercedem quiſque obtineat, & Angelorum cœtibus adiunctus, etiam felicitatis perfruatur gaudijs, qui hic mente ſedula retractare ſtuduit Salomonis ſententiam monentis, quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia valet apud inferos, quo tu properas. Et in euangelio: Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ vos comprehendant mortis. Et alibi: Videte, ne fuga veſtra fiat hyeme, vel ſabbato. Quod ego Iacobus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, ex gente videlicet Baronatiorum, mente pertractans, meique honoris pondera grauia eſſe cognoſcens, licet curia ſecularibus grauatus vltra placitum, ſtudio tamen ſermonum,
C & operum ad reparandos Eccleſię mihi commiſſæ honores, iam per multa annorum curricula, quaſi ſepultus, Deus ſcit quia non mentior, nec vanis fauoribus delectans iſta narrare contendo, ſed præteritorum mala non ſum paſſus ſilentio tegere pro meæ paruitatis modulo animi intentionem direxi, Quatenus in illo tremendo examine pro talento mihi credito a Domino merear videre: Euge, ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, &c. Inter diuerſas igitur, ac varias curas poſitus, dum ad meliorem ſtatum reparare omnia ſtuderem, ordinata regere, inordinata ordinare, ad canonicorum ordinem vſque decreui, quem ita corruptum reperi, atque in opere, vt vix pacaui animo, nullus ibi eſſet, qui temporalibus commodis fultus Domino libere militare valeret: quod
D ego videns, valde dolui, atque ad honorem ſancti Petri Apoſtolorum Principis dolore in laboris ſtudium commutato, & ſancti Romuli martyris, cuius corpus ſanctiſſimum in noſtra requieſcit Eccleſia, & multorum ſociorum eius ibidem quieſcentium, in quorum honorem Eccleſia maior . . . . Epiſcopatus caput conſecrata eſt, quam a fundamentis ipſe, licet indignus, Domino opitulante perfeci, canonicam facere, atque fratres in ea ordinare decreui, qui regulariter viuentes ſtudio ſanctæ conuerſationis pollerent, & Domino omnipotenti laudes . . . ſoluerent. Hanc itaque ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti cœptam, diuino amore perficere ſtudui, vt quaſi lucerna omnibus noſtri Epiſcopatus corporis membris fratres in ea ordinati radios veri luminis infundant, & non ſolum pro ſalute viuorum, verumetiam debito mortuis ſolutis, Domino omnipotenti hoſtias

placationis offerre dignanter præualeant, necnon pro remedio animæ meæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum Præſulum, ſeu etiam pro ſalute Imperatorum, omniumque, qui fidem ſanctiſſimæ Trinitatis tenuerunt, præcipue Henrici Imperatoris fel. mem. qui præcepti ſerie noſtræ Eccleſiæ paupertati compatiens, multa contulit, quædam longo tempore priuata reſtituit, nonnulla vero renouando confirmauit. Necnon pro ſalute Conradi sereniſsimi Imperatoris fel. mem. ſuæque coniugis Giſlæ Auguſtæ. & filij eius N. necnon Bonifacij sereniſſimi Ducis, & Marchionis Tuſciæ. Similiter & pro animabus illorum omnium, qui prælibatæ canonicæ aliquod beneficium facturi ſunt. Dei adiutus clementia, quemadmodum decreui ſummo conamine perficere ſtudui, & quoniam vanum eſſet ordinatis fratribus vitæ deeſſe ſubſidia, inquantum valui, quædam ex Eccleſiæ prædijs, quædam vero ex noſtræ acquiſitionis proprijs ad communem fratrum vtilitatem conferri curaui, quæ omnia quomodo ſint, ordine diſcreto narrabo, vt ſucceſſores mei in poſteritatis æuo nullo modo cauſari valeant de domnicatis aliquid abſtuliſſe.

Concedo igitur in eo loco, vbi canonica conſtructa eſt, eidem canonicæ curtem cum Bato . . & pomerio, & oliueto, & omnia, quæ iuxta Eccleſiam eſſe videntur. Necnon concedo ſyluam de Moliano cum terra, & vinea, quæ de ea culta eſt, & medietatem ſyluæ, vbi dicitur Vallis, quæ omnia antiqua Eccleſiæ prædictæ fuerunt. Similiter concedo de prædijs Eccleſiæ . . . . campus Martia, vel Petræ fixæ terra modiorum 11. & in fontanula inter terram, & vineam modij 4. Necnon concedo curtem de Gauignata, cum domnicato modiorum quatuor, & ſextariorum duodecim, manſi vero eiuſdem curtis ſunt quindecim. Quam curtem . . . cum ſuis pertinentijs ab Henrico Imperatore Domino adiuuante per præcepti ſeriem acquiſiui. Similiter concedo medietatem Eccleſiæ ſancti Donati, quæ eſt poſita in loco, qui dicitur Calabrica, cum omni territorio ſuo, & ſylua: necnon concedo manſum vnum in campo Colouij, &c. Concedo Eccleſiam ſancti Gaudentij in loco, qui dicitur Turriale, cum vno optimo manſo a me acquiſito. Similiter concedo plebem ſancti Geruaſij ſitam in loco, qui dicitur Mociana, cum prædijs, & decimationibus eiuſdem plebis, quam partem ante dedi per libellum filijs Petri: necnon concedo Eccleſiam ſancti Iuuenalis, ſitam in loco, qui dicitur Caicia, cum tribus manſis a me acquiſitis. Inſuper concedo territorium valde bonum, in loco qui dicitur Pilliazano in plebe ſanctæ Mariæ in Tinula, quod territorium per præcepti paginam ab Henrico Imperatore fel. mem. ipſe conquiſtaui.

Similiter cócedo integram decimationem de omnibus noſtris domnicatis, vbicumque in noſtro Epiſcopatu eſſe inueniantur, necnon concedo quartam portionem de omni introitu noſtræ Eccleſiæ, ſiue de litanijs fuerit, ſiue de alijs beneficijs, quæcumque Deus noſtræ Eccleſiæ dederit, necnon concedo Eccleſiam ſancti Eufroſini cum corticella ſibi ſubiecta. Hæc igitur omnia, quæ prædixi, ad communem fratrum vtilitatem idcirco conferri curaui, vt ſimul manducandi, & bibendi, & etiam dormiendi ſecundum canonicam auctoritatem, voluntatem habeant, neque diuiſi per cellulas, aut hoſpitiola propriam voluntatem ſectentur. Sed ſub præpoſiti Deum timentis cuſtodia, quicquid Deus dederit, ſiue in victu, ſiue in veſtitu ſecundum ſanctæ regulę conſtitutionem, vel diſtributionem cum gratiarum actione communiter capiant. Ipſe vero Præpoſitus, qui pro tempore fuerit ſacræ regulę moderationem cuſtodiens, non ſinat aliquem de fratribus a clauſtris recedere, niſi aut quem infirmitas cogit, aut obedientiæ opportunitas ad opera ſingula expoſcit.

Hanc vero ordinationis paginam confirmo, atque in perpetuum vigere exopto, cum conſenſu omnium, quos propriæ manus deſcriptio ſubter declarabit, eo videlicet ordine, vt ſi forſitan, quod abſit, aut ego, aut aliquis ex meis ſucceſſoribus, ſeu quæcumque perſona aliqua occaſione tollere, aut minuere, ſeu ad proprium vſum tranſmutare voluerit aliquid ex ijs, quæ prædictæ canonicæ per hanc firmationis, & donationis chartam dare modo videor, vel daturus ſum, partem habeat cũ Iuda traditore, & ſit damnatus anathemate Maranta. Vnde obſecro, multumque deprecor omnes meos ſucceſſores, vt huic ordinationi manum miſericordiæ præbeant, ibique ſecundum temporis opportunitatem ſubſidia neceſſaria conferant, quatenus remunerationis præmium a Deo obtineant. Si quis autem huius noſtræ ordinationis temerarius violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum Imperatoriæ Cameræ, & noſtræ, etiam in incendijs flammæ tradendum.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ Incarnationis 1032. *Imperij D. Conradi Auguſti anno* 5. *ind.* 15. *feliciter.*

Ego Iacobus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, hanc ordinationis chartam a me factam propria manu roboraui.

Ego Raynerius Archidiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Regembaldus diaconus ſupradictæ canonicæ præpoſitus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Teuzo presbyter conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Federicus ſubdiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.

E viuis exceſſit Iacobus anno 1039. cuius fati memoria ad poſteros peruenit in nobili donationis monumento, quod Itta D. Hilarij Abbatiſſa fecit Ioanni Gualberto Vallíſvmbroſanæ familiæ conditori, de loco Aquæ bellæ, vulgo Valliſvmbroſæ, Feſulanæ diœceſis: in eo enim expreſſa fit mentio, vt Iacobo Feſulano Epiſcopo vita functo, cum Conradus Imperator, qui tunc Florentiæ agebat, nouum oratorium diuino cultui ibidem a Ioanne Gualberto extructum conſecrari cuperet, loco diœceſani defuncti Rodulphum Paderbornenſem Epiſcopum eo miſit, qui ineunte anno 1039. illud beatiſsimæ Virginis Mariæ, Diuis Michaeli Archangelo, Bartholomæo, ac Thomæ Apoſtolis, Stephano Papæ & martyri, Benedicto Abbati, ac Nicolao Epiſcopo dicauit. Ittæ Abbatiſſæ donatio hiſce verbis concepta eſt,

eſt, quam ex Valliſvmbroſano tabulario exſcripſimus.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Quamuis ſacer diuinitatis cultus exigat, vt omnibus Chriſti fidelibus ſibi dignam exhibere debeamus reuerentiam, præcipue tamen erga illorum obſequia nos eſſe oportet ſolicitos, qui relictis pro Chriſto, & poſtpoſitis rebus ſecularibus, ſpretiſque vitiorum contagijs expediti, & alacres confugerunt ad eius miſericordiam, & ſub eo legitimè militantes, contra antiqui hoſtis aſtutias, non ſolum die, noctuque certare non deſinunt; verum etiam pro delictis populorum apud omnipotentis Dei miſericordiam intercedere non deſiſtunt inſtantia ſumma: dignum quippe eſt omnimodis, & valde laudabile in conſpectu ſummi Dei, vt qui pro communi vtilitate omnium militant, communi omnium labore, & obſequio expeditius ſuam debeant continere militiam, quatenus abſque ſeculari ſolicitudine, melius valeant Deo ſeruire, cui adhæſerunt, profecto abſque noſtræ iuſtitiæ fructu, vt bene credere poſſimus facere non valemus, ſi nos qui anteactis temporibus, ſanctè non viximus, illos iuuare, qui piè, & ſanctè ſicut decet, in Dei ſeruitio viuere volunt, vlmum imitantes plantatam in vinea, quæ licet in ſemetipſa ſit infructuoſa, tam fructuoſam tamen vitem cum botro ſuſtentat. De quorum itaque collegio, quoſdam viros de S. Miniatis monaſterio, quos vobis bene notos eſſe credimus in eremo, quæ Vallisvmbroſa vocatur, ſicut vos ſcitis, ſuſcepimus, in loco, qui dicitur Aqua bella, proprietatem ſcilicet noſtri monaſterii quidem in honore ſancti Hilarij ſito Alphiano, qui meliorandæ vitæ gratia cœnobium, quod multa populoſitate frequentabatur relinquentes, in loco ſolitario vitam ſanctam actitare maluerunt. Quam intentionem Deus ex alto proſpiciens, illorum iuſtam voluntatem manum ſui auxilij ſupponendo, ſanctam perduxit in operationem; ſed quia ciuitas latere non potuit ſupra montem poſita, illorum bonæ opinionis celeberrima fama circumquaque perluſtrãs, noſmet, & omnes noſtræ patriæ homines pariter ſuo compleuit bono odore, benè quippe congruebat, vt qui Deo iuxta Pauli Apoſtoli vocẽ, bonus odor in omni loco exiſterent, pro illorum factis, magna Deo vbiq; ab omnibus attolleremus præconia, morati ſunt ſiquidem in prædicta eremo abſque Eccleſia, ſed tamen cum vita ſancta, per dies aliquot, interea exigentibus cauſis quam maximis, voluntate Dei contigit, vt Diuus Corradus Imperator Auguſtus, cum ſua vxore domina Giſla Auguſta, & filio ſuo domino Henrico Rege glorioſiſſimo, & coniuge ſua Florentiam deueniret: vnde factum eſt, vt fama, quæ iam populos repleuerat, vſque ad ipſas aures perueniret Imperatorias, qui cum omnis illorum conuerſationis ordinem dignatus eſſet diligenter inquirere, inter cætera nunciatum eſt, illos Eccleſiam non habere. Quod audiens intellexit ſibi a Deo reſeruatum fore, in quo fratrum neceſſitati non minimè ad diuinum honorem ſubuenire debuiſſet, ad

A quos dirigens Rodulphum Padeburnenſem, dignum Deo Præſulem, quia Feſulanum Iacobo extincto, nondum habebant conſecratum Præſulem in honorem S. Mariæ, & Michaelis Archangeli, & Bartholomæi, & Thomæ Apoſtolorum, & ſancti Stephani Pontificis, & Benedicti Abbatis, & Nicolai venerab. confeſſoris, conſecrari ibi oratorium fecit. Quod cernens ego Itta ſancti Hilarij Abbatiſſa indigna Dei gratia, duxi dignum eumdem venerab. locum, pro bono exemplo prius aliquo donare munuſculo, & ita ordinare, & componere, vt fratres illic modo morantes, & qui deinceps debent conuenire, meo auxilio, meaque operatione in ſeruitio Dei ſecure poſſint conſiſtere. Concedo itaque, atque confirmo prædicto B venerab. loco per circuitum eiuſdem pro cœmeterio, & officinis, hortis, & vineis, & campis fratrum, pratis, & paſculis, omnem terram, quæ eſt ad vnum tenentem cum cerrito arboroſa, quam quæ & ſine arboribus, quæ iſtis terminis concluditur, ea vno quidem latere habet terminum foſſam de Franco, & terram, quæ dicitur Paſcianiſe, ea alia parte habet terminum, Maſſam Retundatam, & terram Paſcianiſe, vſque ad iugum Alpis, de tertia habet terminum terram Adimarij, de quarta parte habet terminum terram eiuſdem Adimarij, & aliam terram noſtri monaſterij, videlicet ſancti Hilarij, & damus aliam terram, & C caſtanetum, & fraicaritum, quod dicitur Caſa annuale, quod eſt domnicatum. De vna parte eſt ei finis terra de Manſis, de alia eſt finis via, de tertia eſt finis Fonteſterriſæ, de quarta eſt finis Cerrito domnicato, infra iſtos fines tantum concedo, quantum tenuit ad meum domnicatum. Et inſuper concedo in Patiano manſum vnum, quod detinet Gherardus, & Martinus, & vineam vnam de mea domnicata, cum terra, & horto, totum in vnum tenentem, ſicut deſignata eſſe videtur. In Barbazzano dono terram Scaphiliorum trium de domnicato. In Melito, ſortem vnam, quam detinet Corbolus, & Vviniuo. Aliam ſortem in Remulo, quam detinet Iſnardus, & aliã in Agniano, quam detinet Bonatto. Aliam in D Fiſciano, quam detinet Vrſo, & nepotes eius. Aliam ſortem ad ſanctum Mauriũ, quam detinet Bonitio Vrſi, vna cum terra duorum modiorum de domnicato, vnum in palude, qui dicitur Prunito, & alium vbi dicitur beneficium. In Montiniana concedo de domnicato, terram Scaphilij vnius, & vnum manſum, quem detinet Ioannea, & Raintio germani filij Maintij. Ideo prædicta Eccleſia, & terras prænominatas, & res, & ſortes, & domnicata, vna cum omnibus ædificijs, quæ habent ſuper ſe, & infra ſe vbicumque aliquid ad ipſam pertinens eſſe inuenitur, in integrum, in ipſa Eccleſia, & oratorio ſanctæ Mariæ pro animæ meæ remedio, & parentum meorum tam viuorum, quam defunctorum concedo, & confirmo in tali tenore, vt prænominata Eccleſia cum omnibus rebus, quas modo ibi concedo, & confirmo, & quas Deo annuente deinceps ibidem pertinere debebunt, ſemper ſint ſub poteſtate, & defenſione prænominati monaſterij ſancti Hilarij, in cuius proprietate ipſa Eccleſia ſita eſt, & ſub

mea

mea poteſtate, & meorum ſucceſſorum ad regendum, & defenſandum, ſiue ordinandum, & ita volo, vt præpoſitus, ſiue Abbas, qui pro tempore ibi è ſanctorum auctoritate, & noſtra donatione ordinatus fuerit, pro prædicta Eccleſia ſanctæ Mariæ, & pro omnibus pertinentijs eius, omni anno in feſtiuitate ſancti Hilarij in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſito Alphiano, ante altare eius, ſiue per ſe, ſiue per miſſum ſuum, per ſignum penſionis ponat de cera libram vnam, & de oleo libram alteram ad luminaria faciendum, & per omnia interdico, vt præpoſitus, ſiue Abbas eiuſdem locelli licentiam non habeat, nec poteſtatem prænominatam Eccleſiam ſanctæ Mariæ, ſiue terras ibidem pertinentes, in alia qualibet poteſtate, vendere, aut commutare, aut quolibet titulo alienare, nec fiduciare, aut commendationem facere ad damnitatem præfati monaſterij, & meam, vel ſucceſſorum meorum. Et illis hoc adimplentibus, ſi forſitan ego, vel mea aliqua poſtera prædictam Eccleſiam ſanctæ Mariæ, aut res ibi pertinentes, de poteſtate fratrum ibidem Deo ſeruientium tollere, contendere, aut contradicere, vel minuere, vel intentionare, aut prædictum locum ſanctũ deſtruere, vel diſſipare, aut per aliquam ſuppoſitionem Dei ſeruos ibidem conſiſtentes, moleſtare præſumpſerimus per nos, aut per ſubmiſſam perſonam, aut per quodlibet ingenium componere, & dare debeamus ad partem ipſius oratorij, & Rectorum eiuſdem loci pœnam libras centum auri optimi. Et inſuper ſoluta pœna, omnes maledictiones veniant ſuper illos, tam maſculos, quam ſupra fœminas, qui hanc ſacram ordinationem, vel donationem tentauerunt violare, quales olim venerunt ſuper Anania, & Saphira, & Simone Mago, & Abiron, & Dathan, & cum Iuda traditore in infernum perpetuam ſuſtineant paſſionem, & hæc donatio, & ordinatio, quam nunc facio, & quæ poſtea Deo volente factura ſum, firma, & ſtabilis permaneat nunc, & ſemper & per omnia ſecula; & hoc ſtatuo, atque cum fit, ma ratione corroboro, vt ſi aliquo tempore in eadem Eccleſia ſanctæ Mariæ talis præpoſitus, ſiue Abbas fuerit inuentus per aliquem modum ſimoniacæ hæreſis ſit ordinatus, aut non regulariter viuat licentiam habeamus ipſum omnimodis abijcere, & meliorem, & regularem ibi reſtituere.

Hæc omnia, quæ ſuperius leguntur, mea decreuit, & pro Chriſti amore confirmauit voluntas, per commune conſenſum, & conſilium fratrum Deo ſeruientium, & noſtrarum ſororum, & per beneuolentiam, & laudationem noſtræ Eccleſiæ, militum, & iudicum noſtri comitatus conſcientiam, idcirco, vt in eo ordine, vt noſtra ordinatio, & donatio, quam pro remedio animæ noſtræ feci, firmior, & ſtabilior permaneat ſemper cum ſtipulatione ſubnixa.

Vnde duas chartulas vno tenore ſcribere rogaui, quarum vnam habeant prædicti locelli fratres, & altera ſit in cuſtodia ſancti monaſterij noſtri oſtendenda futuris temporibus.

Data anno Dominica Incarnationis trigeſimo nono poſt mille, & Imperij Domini Conradi Imperatoris Auguſti 13. v. non. iul. ind. 7. Act. Florentiæ, &c.

Ego Itta Abbatiſſa †

Ego Rolandus PP. ſubſcripſi.

Ego Guido dictus Archipresbyter. ſubſcripſi.

Ego Petrus Abbas ſubſcripſi.

Ego Rodulphus iudex ſubſcripſi.

Ego Rodulphus Iudex domini Imperatoris ſubſcripſi

Ego Adalbertus iudex ſubſcripſi.

Ego Vuinigildus iudex ſubſcripſi.

Ego Petrus iudex ſacri palatij ſubſcripſi.

Ego Hugo iudex D. imp. ſubſcripſi.

Ego Bidditus iudex ſubſcrip.

Ego Florentius rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Guido iudex domini Imp. ſubſcripſi.

Ego Donatus Guaſtaldius D. Bonifacij marchionis rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Florentius rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Ciriacus rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Ioannes rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Raynerius rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.

Signum manus Gherardi filij bon. mem. Petri, qui & Betio fuit vocatus, & Grimi filius Thegrimaldi rogati teſtis.

Signum manus Azzi filij Ildeprandi rogati teſtis.

Signum manus Reizij filij bon. mem. Gherardi rogati teſtis.

Signum manus Petri filij Theuperti rogati teſtis.

Signum manus Raynerij filij bon. mem. Grimaldi rogati teſtis.

Ego Dazizo vicedomino rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Theuzo rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Grimaldus rogatus teſtis ſubſcripſi.

Et ego Florentius notarius ſcriptor, poſt tradita compleui.

Itta hæc nobiliſſima Abbatiſſa, ex illuſtri Guidonum comitum ſtirpe proſeminata fuit, quæ hodie familia in Comitibus Bagni effloreſcit, è qua Ioannes Franciſcus Cardinalis natus, cuius memoriam nulla vnquam apud mortales delebit obliuio, nec minus eius nominis, quam Ittæ Abbatiſſæ gloria apud ſecuturas ætates vigebit. Illa enim tot, atque ampliſſimis bonis Vallisvmbroſanũ cœnobiũ auxit, vt iure illud decus ipſi aſcribendũ ſit, atque adeo illa ſuffragiorum partem fundatricis titulo in eligendo Abbate ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſeruarat: eam poſtea auctoritatem creandi Abbatis reſcidit ademitque Abbatiſſæ Victor Secundus Pontifex, quam in monachos transfudit. Porro monaſteriũ D. Hilarij, cui regendo præerat Itta in Feſulanæ huius diœceſis oppido ſancti Hilarij, vulgo Helleri prope antiquum Arignanum ſitum erat in appendice montis, qui ab Arno flumine alluitur. Hæc religioſa domus ſacra erat Diuo Hilario Abbati, qui ante ſancti Benedicti tempora, dum Theodoricus tyrannidem in Italia exerceret, in Tuſcia vitæ probitate effulſerat; in eo monaſterio quædam Deo deuotæ virgines vitam monaſticam excoluere, quæ poſtea Diui Benedicti diſciplinam amplexæ, vitæ ſanctimonia pulcherrima toti Hetruriæ exẽpla virtutum affuderunt, breuique Hetruſcorum pietate, Imperatorumq; magnificentia ad ſummas opes id monaſterium allur-

rexit,

rexit, ampliſſimaque ab ijs iura, ac priuilegia obtinuit, quibus poſtea Romani Pontifices Apoſtolica auctoritate robur addiderunt; ſed cum humana omnia ſenſim in interitum, atque exitum ruant, religioſa diſciplina ibidem collapſa decurſu temporum, extinctaque eſt. Alexander vero Quartus anno 1255. moniales in plura alia cœnobia ſpargi iuſſit, eorumque cœnobium cum omnibus bonis, iuribuſque ad eum ſpectantibus, Vallis umbroſæ Abbatiæ coniunxit, quæ cum ea huius Hilariani monaſterij, vt ita dicam, viſceribus ac fundo, Abbatiſſæ illæ pia liberalitate, duxiſſet originem, ipſum iam ſeneſcentem tamquam deuota filia ſuſcepit.

15 ATINVLPHVS proximè Iacobo ſucceſſit anno 1039. De hoc Atinulpho narrat Ammiratus ſe vidiſſe ſcripturam, quam ipſe legere non potuit, è qua colligitur illum conatum fuiſſe, quæcumque Abbatiæ ſancti Bartholomæi olim Iacobus Epiſcopus indulſiſſet, reuocare; monachos autem ad Leonem Nonum, qui Feſulani montis per id tempus ann. 1040. reliquias inuiſebat, prouocaſſe, Pontificemque inter diſcordantes adeo ſapienter compoſuiſſe litem, vt Atinulphus monachis æquior factus anno 1051. & de ſuo addiderit, & ea, quæ iam olim monachis donata fuerant, rata habuerit, fallusque eſt hac largitate ſe erga monachos vſum fuiſſe, vt animæ ſuorum prædeceſſorum, Imperatorum, ducîſque Boniſacij, eiuſdemq; Beatricis vxoris Hetruriæ marchionum, illis eleemoſynis a piaculis expiarentur. Memoratur Iacobus in ſynodo Papienti ann. 1046. v. ij. Kalend. nouemb. ad fauorem Epiſcopi Veronenſis congregati.

16 TRANSMVNDVS Epiſcopus Feſulanus, cuidam decreto Nicolai Secundi reperitur ſubſcriptus in concilio Romano cõdito an. 1059. menſe aprili. Hic etiam de more prædeceſſorum ſuorum, Abbatiam Feſulanam opibus dicitur inſperſiſſe, anno 1067. eodemque anno, dum inauguratus rediret, aſſerit ſe primo hoſpitio excipiendum a monialibus ſancti Martini ad Maianũ de more Feſulanorum Epiſcoporum, in quas moniales ipſe multa opum ornamenta contulerat, vt Ammiratus affirmat. Quę ſcriptura multis errandi fuit occaſio, præcipuè autem ijs, quibus incumbebat ſeriem Feſulanorum Epiſcoporum referre in commentarios. Inde ſiquidem arbitrati ſunt Transmundum ad Epiſcopalem ſedem aſcendiſſe anno 1067. quem errorem abunde refellit ſubſcriptio illa Transmundi ſupramemorati concilij. Anno etenim 1059. & conſecratus, & Epiſcopatus munere fungebatur. In decretalibus Gregorij Septimi, in quadam epiſtolà anni 1075. huius Transmundi memoria extat, indeque liquet illum quondam a populo, cleroque Feſulano diſſenſiſſe.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Feſulano clero, & populo, maioribus videlicet, atque minoribus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Miramur ſatis, quod de cauſa Transmundi Epiſcopi veſtri Romanæ Eccleſię ſufficit, quibuſdam veſtrum non ſufficere, & querimoniam A multis, ac diuturnis inquiſitionibus, imo diuinis iudicijs ad finem perductam ſuperfluis diſputationibus repetere, & ſic Feſulanæ Eccleſiæ poſt longas tribulationes ipſius reliquias enumerare. Si enim Epiſcopus omnium, quæ ſibi obiecta ſunt, reus teneretur, & diuino iudicio, atque humana examinatione innocens non approbaretur, deceret tamen vos matrem veſtram, Feſulanam videlicet Eccleſiam, quæ non peccauit, immunem cuſtodire, & vindictam peccantis in detrimentum, confuſionemque minimè conuertere. Deceret etiam vt quos miſerabilis paupertas, & ruina Eccleſiæ veſtræ compatiendo non tangit, verecundia ſeculi, & infirmata, & omnino contẽptui habita quæſtio veſtra ſilentium imponere debuiſſet. Vnde, B admonemus, vt inter vos vlterius non ſint ſchiſmata, & contentiones, ſed quod nos ſentimus, quod nobis ſufficit, quod Romana approbat Eccleſia, vos idipſum ſentiatis, & teneatis, ſcientes, quia nos nullo modo patiemur ſub huiuſmodi occaſione ſcandali, ſeu inutilium diſceptationum vanitatibus Eccleſiam noſtram deuaſtari, ſed eius miſeriæ, atque neceſſitati, prout Deus conceſſerit, non ſolam loquendo, ſed & vindictam contra ipſius inimicos exercendo ſubueniemus.

Datum Romæ 4. non. martias indictione decima tertia.

Erga monaſterium S. Romuli narratur Transmundus liberalis fuiſſe anno 1073. non. nouembris indictione duodecima. Cõſule iuniorem Ammiratum, C qui in Feſulanæ Eccleſiæ ſcripturis, monumentiſque id ſe legiſſe fatetur. Pauloque poſt è vita exceſſit Iacobus.

17 GVILLELMVS, ſiue Guillelmanna Transmundo ſuffectus eſt. Huius memoria extat in bulla quadam ſeptimi Gregorij anno 1078. ad fauorem cœnobij Paſsiniani, inque lapide in plebania ſancti Martini de Vallumbraia adhuc in hæc verba.

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1077. ſeptimo idus februar. indictione 15. tempore Gregorij Septimi Papæ dedicata eſt hæc Eccleſia ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Mariæ cum duodecim Apoſtolis, & ſancti Miniatis, & ſancti Blaſij, Martini, & ſancti D *Michaelis Archangeli, & ſancti Nicolai confeſſoris, & ſancti Ioannis Euangeliſtæ, & ſancti Benedicti Abbatis ab Epiſcopo Petro Cardinale ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ab Epiſcopo Feſulanenſi nomine Guillelmone.*

Chriſtus in hac aula ſit cuſtos iure ſacrata.

18 GEBIZIVS Epiſcopus Feſulanus floruit anno 1099. Huius mentio extat in donatione Comitis Alberti ſacræ Camaldulenſi Eremo, quã Gebizius & ſua ſubſcriptione firmauit, & eamdem ſacram eremum opibus auxit. Cæterum animaduerti catalogum hunc memorare Gebizium anno 1102. cum repererim in Feſulana ſede floruiſſe Ioannem anno 1101. quem Paſchalis II. gratijs, ac priuilegijs proſecutus eſt. Nec mihi venit in mentem vereri tres fuiſſe Ioannes, ſed illum

potius

potius diuturniori mora vixiſſe , ſcriptoremque
exerraſſe, dum pro anno 1101. in quo potuit Ge-
bizius deceſſiſſe , annum 1102. oſcitanter appo-
ſuit; error vtique familiaris ſcriptoribus qui po-
teſtatem antiquatum literarum minimè callent .

19 IOANNES Epiſcopus Feſulanus, cui
Paſchalis II. Pontifex non modo omnia bona Fe-
ſulani Epiſcopatus confirmat , ſed illum etiam , a
ſuoſque futuros ſucceſſores , fortunaſque , ac cen-
ſus ſub Apoſtolicæ ſedis recipit protectione , ſe-
quenti edita bulla.

PASCHALIS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei .

Dilecto fratri Ioanni Feſulano Epiſcopo , eiuſque ſucceſ-
ſoribus canonicè promouendis in perpetuum .

Iuſtis votis aſſenſum præbere , iuſtiſque pe-
titionibus aures accommodare nos conuenit,
qui licet indigni iuſtitiæ cuſtodes , atque præcones
in Eccleſia Apoſtolorum Principum Petri, & Pau-
li ſpecula poſiti Domino diſponente conſpicimur.
Tuis igitur frater in Chriſto chariſſime Ioannes,
iuſtis petitionibus annuentes, ſanctam Feſulanam
Eccleſiam , cui auctore Deo præſides, Apoſtolicæ
ſedis auctoritate munimus . Tibi enim , tuiſque
legitimis ſucceſſoribus confirmamus Epiſcopali,ac
Dominicali iure poſsidendam arcem, & ciuitatem
Feſulanam , cum Eccleſijs , & curtis , & terris ad-
iacentibus . Similiter caſtrum montis Lauri , &
mona Regis , Boianam, & curtem Sala , & Feſti-
lianum , & Pratum regia , Eccleſia ſanctæ Mariæ
in Vrbana cum curte, & Libiano , & Biuiliano , &
caſtrum quod ædificatum eſt in ſupradicto epiſco-
pio iuxta fluuium Faltonæ cum curte Riuiferioli ,
& Pulcanti , caſtrum Ciſilo , & curtem in monte
Acuto, & in Ampiniana Montana ſancti Gauden-
tij cum Alpibus , & pertinentijs eorum , ſicut ex
Regis conceſſione Eccleſiæ tuæ collata ſunt , ca-
ſtrum Agne, curtem Turrichæ , & Caſtillione , &
partem montis Bonilli , & partem caſtri Rufiani,
monaſterium ſancti Saluatoris ſitum in Epiſcopa-
tu Piſtorienſi cum Eccleſijs , & curtibus ſibi per-
tinentibus , monaſterium ſancti Bartholomæi, mo-
naſterium ſancti Martini, monaſterium ſancti Gau-
dentij , cum pertinentijs eorum , & patrimonium
filiorum Bennonis, & caſtrum, quod vocatur Flu-
men , & quod iure ſupradictæ Eccleſiæ in territo-
rio Mucelli detinent filij Vgonis , filij Rumberti ,
& Azzo filius Albizi , & filij Azonis de Caſtanicu-
la , & Longobardi de Molezzano , & filij Vgonis
de Caſola , & Longobardi de Ferliano , & Longo-
bardi de ſancto Ioanne maiore , vel quicquid in
prædicto Territorio iuris veſtræ Eccleſiæ aliquis
hominum detinere videtur, & quicquid Vgo filius
Raynerij dedit præfatæ Eccleſiæ in Ampinana , &
in monte Acuto, & in Reu Mangana, Politiano, &
medietatem Eccleſiæ , & curtis in loco Quaraclæ ,
& curtem Marinæ . Præterea plebem ſancti Cri-
ſci ſitam Albino , plebem ſancti Geruaſij , cum
curte ſitam Alpiniano, Eccleſiam S. Miniatis cum
curte , plebem ſancti Ioannis ſitam in monte Lau-
ro, plebem ſancti Babilli , & ſancti Ditali , plebem
ſancti Leonini, plebem ſanctæ Mariæ, plebem ſan-
cti Stephani , plebem S. Ieruſalem ſitam in Pomi-
no, plebem S. Ieruſalem ſitam in Glaceto, plebem

A ſancti Geruaſij ſitam Soriano cum curte, plebem
ſancti Petri ſitam Caſua , cum curte , & parte ca-
ſtelli, quod vocatur Nouum, plebem ſanctæ Ma-
riæ ſitam in Sedè cum curte , plebem ſancti Ioan-
nis ſitam in Ca . . . plia , plebem ſancti Pancra-
tij, plebem ſancti Romuli cum curte , Eccleſiam
ſancti Miniatis cum pertinentijs ſuis , Eccleſiam
ſanctæ Mariæ ſitam in Carpiniore , cum curticel-
la , plebem ſancti Viti , plebem Leonini ſitam in
Retiano, plebem ſancti Laurentij cum caſtello, &
curte , plebem ſancti Miniatis ſitam in Rubiano ,
plebem Petri cum curte ſitam in Cintoria, Eccle-
ſiam ſancti Iuſti ſitam in monte Rantuli , plebem
ſancti Petri ſitam in Sillano , plebem ſancti Creſcij
ſitam in Nouole , plebem ſancti Leonini ſitam in
Panzano cum curte , Eccleſiam ſancti Euphroſy-
B ni cum curte , Eccleſiam ſancti Pauli cum curte ,
quæ eſt poſita iuxta caſtrum Corbuli , plebem
ſanctæ Mariæ , & ſancti Petri ſitam in Auanano,
plebem ſancti Iuſti cum curte, plebem ſancti Pau-
li cum curte , plebem ſancti Leonini in Collina ,
plebem ſanctæ Mariæ in monte Miliacio , plebem
ſancti Martini In Tertinulo cum curte , Eccleſiam
ſancti Mammilliani cum curte , plebem ſancti Pe-
tri Ormenæ cum curte, plebem ſancti Marci in
Silliana . Quicquid præterea vel in Feſulana
Eccleſia parochia , vel in aliarum Eccleſiarum
parochijs prædicti anteceſſores tui hactenus poſ-
ſediſſe videntur , tibi , tuiſque legitimis ſucceſſori-
bus illibata manere ſancimus . Decernimus igitur,
vt nulli omnino hominum liceat eamdem Eccle-
ſiam temere perturbare , aut eius poſſeſsiones au-
C ferre , vel ablatas tenere , minuere , vel temerarijs
vexationibus fatigare , ſed omnino integra conſer-
uare, tam veſtris , quam clericorum vſibus profu-
tura . Si qua ſane eccleſiaſtica , ſecularíſque per-
ſona , hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens
temere contra eam venire tentauerit , ſecundo, ter-
tioue commonita , ſi non ſatisfactione congrua
emendauerit , poteſtatis , honoriſue ſui careat di-
gnitate , reamque ſe diuino iudicio exiſtere de
perpetrata iniquitate cognoſcat , & a ſacratiſsimo
corpore, & ſanguine Dei , ac domini Redempto-
ris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo
examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat . Cunctis au-
tem eidem loco iura ſeruantibus ſit pax Domini
noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ
actionis percipiant , & apud diſtrictum iudicem
D præmia æternæ pacis inueniant . Amen, amen .

Scriptum per manum Petri notarij Regionarij , &
Scrinij ſacri palatij .

Ego Paſchalis catholicæ Eccleſiæ PP. ſubſcripſi.
Ego Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Creſcentius Saluenſis Epiſc. ſubſcripſi,
Ego Richardus Albanenſis Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Anaſtaſius Card. S. Clementis ſubſcripſi .

Dat. Laterani per manum Ioannis ſanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ diaconi 5. idus martij indict. 12. Incarn. Do-
minicæ anno 1103. Pontificatus autem D. Paſchalis ij.
Papæ tertio. &c,

Hic Ioannes anno 1101. omnem decimatio-
nem, quam olim Arnulphus, ac Traſimundus Fe-
ſulani Epiſcopi, Eccleſiæ, ac monaſterio ſancti Fi-
delis de Strumi liberaliter indulſerunt , libello ob-
ſtrinxit

ſtrinxit in fauorem Angeli, eiuſdem monaſterij Abbatis, ea conditione tamen, vt in die ſancto Romulo ſacro neſcio quid tributi nomine penderet. Hos quoque Præſule, Mathilda comitiſſa ad fauorem monachorum cœnobij Valliſvmbroſæ, duo præclara ſuæ pietatis documenta in lucem emiſit, quæ non abs re viſum fuit hic annotari, cum in ijs multorum illuſtrium virorum nomina recenſentur, hactenus incognita.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Anno ab Incarnatione Domini M.C.

Ego Mathilda, Dei gratia, ſi quid ſum, vna cum Guidone comite, & eius filio Guidone Guerra vocato compatiens laborioſis ſanctarum Eccleſiarum negotijs aliquos a iugo ſecularium poteſtatum propter inibi conuerſantium ſanctorum virorum venerabiles congregationes, liberare ſummopere ſtudui. Dignum quippe eſt circa vniuerſas Dei Eccleſias ſummæ venerationis ſtudium ab omnibus exhiberi; ſed tanto ſingularius eas neceſſarium eſt venerari, in quibus religioſas virorum perſonas cognoſcimus conuerſari, quanto credimus eorum orationum patrocinia poſſe nobis ſingularius ſuffragari. Vnde noſtræ poteſtatis prouincias, ad Dei honorem, quantum poſſumus, & eius Eccleſiarum circumeundo, comperimus venerabiles congregationes monaſterij Valliſvmbroſæ, à quorumdam noſtrorum fidelium præſumptione, nimium acriter conculcari, ac deſpici, eorumque habitationum ſanctiſſima loca, nimijs iniquorum aſſiduitatibus conueniri, quorum etiam, quia noſtro tempore, præ cæteris excellentius fulgere cognouimus, eorumque laudabilem ſanctitatis famam vbique redolere, non ſurda aure perſenſimus, aliquod eis, vt decuit noſtræ beneuolentiæ ſignum, noſtræque deuotionis memoriale perpetuum ad animæ noſtræ prouectum impendere dignum, & neceſſarium duximus.

Quapropter prædicti ſæpius memorabiles viri in Tuſciæ partibus, noſtræ dignitatis clementiam pro ſuperius relato negocio precibus adeuntes poſtulare a nobis ſuper hac re inſtitutionis ſcriptum fieri noſtra auctoritate ſuffultum, multorumque teſtimonio comprobatum. Quare eorum dignis petitionibus, vna cum conſenſu, & voto prædictorum comitum annuentes, dum in Florentino Palatio præſidentes, cum noſtris militiarum, & aliorum fidelibus de diuerſis, & huiuſmodi negotijs tractaremus, quod iuſtè poſtulabant, incunctanter fieri iuſſimus. Rogamus igitur, atque præcipiendo mandamus, vt nullus deinceps dux, vel marchio, comes, vicecomes, gaſtaldio, aut cuiuſcumque dignitatis maior, vel minor perſona prædicta monaſteria, vel eorum loca, quæ modo de eorum congregatione ſunt, aut in futuro eſſe poterunt, tam eorũ poſſeſſiones, quã in eorum poſſeſſionibus commorantes, præſumant ſolita iniuria moleſtare; videlicet neque per ſe, neque per ſe, neque per ſuæ militiæ homines albergare, aut aliquod fodrum, ſiue ſeculare iudicium violenter compellere. Si quis autem, quod abſit, huius inſtitutionis noſtræ paginam temerare, aut infringere tentauerit, centum librarum argenti, medietatem Cameræ noſtræ, aliam medietatem prædictis monaſterijs, pœnam ſe compoſiturum nouerit. Scriptum tamen, quod fieri iuſſimus, in ſuo ſemper robore permaneat; quod vt verius credatur, & futuris temporibus inconcuſſum, & inuiolabile a poſteris habeatur, noſtri etiam ſigilli impreſſione, & propriæ manus ſubſcriptione firmauimus, & præſcriptos comites ſubſcribere fecimus.

Actum eſt hoc apud Florentiam per manum Rogerij capellani, Præſidente domina Mathilda in palatio ſuo feliciter.



Ego Petrus Piſtorienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Guido Comes libens ſubſcripſi.
Ego Guido ſupraſcripti Guidonis filius ſubſcripſi.
Ego Paganus, Dei gratia, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Ardericus iudex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Vbaldus aduocatus interfui, & ſubſcripſi.

Ego autem Rogerius indignè dictus ſacerdos, quondam Regini Præſulis egregij Capellanus, huius verò inſtitutionis dictator, & ſcriptor humillimus, tanto fiducialius omnium ſanctorum congregationibus, quas ſuperius commendare indignè ſtudui, & eorum ſanctiſſimis orationibus committere concupiſco, quanto laborioſius ad Dei, & illorum venerationem hoc ſcriptum, noctu etiam perficere, me nullatenus piguit.

In nomine Domini Dei æterni.

Anno ab Incarnatione eius 103. poſt mille xiij. Kalend. decembris indictione 12. auctoritate Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Nos quidem Mathilda venerabilis Marchioniſſa, & Guido comes dictus Guerra filius domini Guidonis comitis, & ego Mathilda iam dicta Marchioniſſa. Viuentes lege Saliga per meam bonam voluntatem ſine alicuius hominis virtute, communiter nos pro Dei timore, & remedio animarum noſtrarum, & patrum, atque matrum noſtrarum, & omnium parentum noſtrorum, tam viuorum, quam defunctorum, per hanc chartulam donamus, tradimus, offerimus, atque confirmamus Deo omnipotenti, & beatæ Mariæ Virgini genitrici eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, videlicet villas, caſas, & terras, & vineas, quas nos habere, tenere, & poſſidere viſi ſumus, vel alij per nos proprietario nomine, cum toto flumio, qui vocatur Vicano, cum vtraque ripa ſua, a Meloia vſque ad Frattam, iugum Alpis, & a iugo Alpis per Cincicle, vſque ad Piſcinam nigram, & vſque ad foſſam de Franco; & vſque ad terram ſancti Hilarij, ſicut vadit vſque ad Podium, iuxta prædictum Vicanum omnia in integrum, infra circuitum iſtũ, ſicut ſunt recta per curte de Magnale; de alia quoque vſque remanet vltra iam dictum Vicanum, integram medietatem de caſtello; quod dicitur de Magnale, cum curte de Pagiano; quemadmodum nos proprietario nomine habere, & tenere videmur,

mur,

mus, vbicumque per loca, & vocabula de iam dicta curte pertinere, & eſſe inueniuntur, omnia in integrum, ſicut ſupra legitur, vna cum omnibus ſupra ſe, & infra ſe habentibus, ea Deo omnipotenti, & beatæ Mariæ Virgini genitrici eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, damus, tradimus, offerimus, atque confirmamus ad ſuſtentationem fratrum, qui ſunt in Vallvmbroſana congregatione, & præcipue eorum, qui in ſancto loco illo, a quo eadem congregatio nomen accepit, habitare videntur, aut in antea, Deo propitiante, ad ſeruiendum Deo, ibidem deuenient, ad retinendam monaſticam religionem, & bonam conſuetudinem ſanctæ memoriæ D. Ioannis Abbatis maioris, qui vniuerſæ ſanctæ congregationis ipſius bonus inceptor, & ordinator fuit, vt ſecundum diſpenſationem, & ordinationem D. Bernardi Abbatis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui vniuerſæ ſanctæ congregationi modo præeſſe videtur, & Theoderici præpoſiti, qui ab eodem Bernardo Abbate, & ab vniuerſa Vallumbroſana congregatione in regimine totius congregationis ordinatus eſt, vel eorum ſucceſſorum, qui regulariter ordinati, & a fratribus electi fuerint, vt habeant, & teneant, & proprietario nomine poſſideant, & quicquid eis melius pro vtilitate, & fratrum quiete viſum fuerit, faciant, cum conſilio tamen religioſorum, Abbatum, & præpoſitorum, qui in congregatione Vallvmbroſana pro tempore fuerint, & quicquid ab eis, ſecundum quod dictum eſt, factum, & ordinatum fuerit, firmum, & ſtabile permaneat ſemper, abſque noſtra ſupradictorum Mathildæ marchioniſſæ, & Guidi comitis, noſtrorum hæredum, ac prohæredum contradictione, vel repetitione. Et ſi forſitan nos præſcripti Mathilda marchioniſſa, & Guido comes, vel noſtri hæredes, ac prohæredes, aut per noſtram ſubmittentem perſonam, vel per factum, quod nos factum habeamus, aut in antea faciamus contra iam dictam congregationem, & ordinationem, ſicut ſuperius dictum eſt, præſcriptis rebus, ſicut dictum eſt, agere, cauſare, tollere, contradicere, intentionare, vel minoere, aut aliquam quæſtionem per Regalem, aut Imperialem Maieſtatem, neque exinde agamus, vel requiramus, aut ſubtrahere poſſimus per vllum ingenium, vel occaſionem, & ſi eas non eis ab omni homine, & fœmina, defendere non potuerimus, & non defenſauerimus, vel ſi chartulam iſtam dicere, quod falſa ſit, aut non valere præſumpſerimus, tunc compoſituri, & daturi eſſe debeamus, nos præſcripti Mathilda marchioniſſa, & Guido comes, vel noſtri hæredes, ac prohæredes præſcriptæ congregationi, & ordinationi, ſicut dictum eſt præſcriptis rebus in duplum, ſicut pro tempore fuerint meliorata, aut valuerint, ſub æſtimatione in conſimilibus locis, de noſtris proprijs rebus proprietario nomine. Et inſuper ſupraſcripta Mathilda marchioniſſa nomine pœnæ auri puriſſimi vncias centum, & argenti optimi libras ducentas, & poſt pœnam datam, hæc chartula in ſuo robore permaneat; & cum pergamena, penna, & calamario fiſtugum nodatum, cultellum, & guantonem, ſeu & guaſionem terræ, atque ramum arboris, quæ de terra leuaui, & Lamberto notario ad ſcribendum dedi, & ſcribere rogaui, & teſtes, qui hic ſubter leguntur, per meam rogationem roborauere.

A *Actum in loco, qui dicitur Monaſterio ſancti Saluatoris comitatu Aretino.*

MA TIL
DA DEI
GRA SI
QD EST

Signum manus prædicti Guidonis comitis, qui hanc chartulam, ſicuti ſuperius legitur, fieri rogauit, quia ſcribere neſciebat

B *Ego Rogante, vice eius ſubſcripſi.*
Ego Ardericus iudex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Euerardus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Anſelmus Cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Signa manuum Alberti comitis de Pia, & Alberti comitis filij. Boſonis, comitis, & Eraldi de Melugnano, & Teuzo Oreuello, & Renerij de Saſſo, & Thedaldini de ſancto Miniato, & Bernardi filij Vghi, & Dominici filij Baronis rogatorum teſtium.
Ego Lambertus notarius huic chartulæ completionem poſt traditionem impoſui.

Ego Guido comes Caſtri, quod dicitur Magnale, ſiue Paſanum in meo Dominicato tenebo, a die qua erit perſolutum debitum, excepto quantum dare voluero congregationi Vallvmbroſæ, ita vt nec per chartam, nec
C *per inueſtitionem, per feudum, aut per pignus, ſiue per vllam dationem; quæ valeat penſari alicui vnquam dabo, & ſi abſque filio moriar, ſit præfatæ congregationis, proprietario iure, præter quantum donari Mathilda comitiſſa mihi iuſſerit.*

20 IOANNES Ioanni ſucceſſit circa annũ 1114. Arbitror autem hunc illum eſſe Ioannem, ad quem Innocentius II, ſubiectam hanc bullam confirmationis direxit.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Ioanni Feſulano Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula, diſponente Domino, conſtituti fratres noſtros di-
D ligere Epiſcopos, & Eccleſijs ſibi a Deo commiſſis ſuam debemus iuſtitiam conſeruare. Proinde chariſſime frater in Chriſto Ioannes Epiſcope, tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ſanctam Feſulanam Eccleſiam, cui auctore Domino præeſſe dignoſceris, Apoſtolicæ ſedis priuilegio communimus. Statuimus enim, vt quaſcumque poſſeſſiones, ſeu bona eadem Eccleſia in præſenti anno iuſtè, & legitimè poſſidet, aut in futurum rationabiliter poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs nominibus annotanda ſubiunximus; curtem, & ciuitatem Feſulanam cum Eccleſijs, curtis, & terris adiacentibus, ſimiliter caſtrum montis Lauri, & mons Regis, Baianam, & curtem Salam, Feſtilianum, & Pratum Regis, Eccleſiam

ſanctæ

ſanctæ Mariæ in Vrbana, cum curte, & Libiano, & Biuiliano, caſtrum quod ædificatum eſſe tuis laboribus conſtat iuxta fluuium Fontana cum curte riui Ferioli, & Palianti, caſtrum Ciſelo, curtem in monte Acuto, & in Ampinana montana ſancti Gaudentij, cum alpibus, & pertinentijs eorum, ſicut ex Regis conceſſione Eccleſiæ tuæ collata ſunt, caſtrum Agnæ, curtem Turricolę, & Caſtillionem, caſtrum montis Bonelli, caſtrum Roſiaoi, monaſterium ſancti Saluatoris ſitum in Epiſcopatu Piſtorienſi, cum Eccleſijs S. Potiti, S. Martini conſtructis in Fugnano in campo Nouoli Eccl. S. Martini. In Captaccia medietatem Eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ, in Ripole Eccleſiam ſancti Saluatoris, ſancti Michaelis de Matine, curtem de Calenzano, curtem ſancti Donnini, curtem de Bagnaſca, & quicquid Feſulana Eccleſia poſſidet in plebe ſancti Stephani in Campo, & in plebe ſancti Ioannis in Septimo. In Mengnano Eccleſiam ſancti Petri cum curte, & omnibus decimationibus earum, monaſterium ſancti Bartholomæi ſitū Feſulis cum Eccleſijs, & decimationibus ſibi pertinentibus, monaſterium ſancti Martini, monaſterium ſancti Gaudentij cum pertinentijs earum. Patrimonium filiorum Hemionis, caſtrum, quod vocatur Flumen, & quicquid de iure præfatæ Eccleſiæ in territorio Macelli detinent filij Hugonis, filij Raimbetti, & Azo filius Albichi, & filij Hugonis de Caſtaniola, & Lombardi de Molezzano, & filij Hugonis de Caſula, & Longobardi de Terliano, & Longobardi de ſancto Ioanne maiore, & Longobardi de Arena, vel quæcumque in prędicto loco iuris veſtræ Eccleſiæ aliquis homo detinere videtur. Quicquid etiam Vgo filius Raynerij donauit præfatæ Eccleſiæ in Ampinana, in monte Acuto, & in Lece, Magnale, Politiano, & medietatem Eccleſiæ, & curtis in loco Quaracla. Præterea plebem S. Criſci ſitam Albine, plebem ſancti Geruaſij cum curte ſitam in Alpiniano, Eccleſiam ſancti Miniatis cum curte in monte Lauro, plebem ſancti Ioannis, plebem ſancti Babilli, & ſancti Ditali, plebem ſancti Leonini, plebem ſanctæ Mariæ, plebem ſancti Stephani, in Pomino plebem ſancti Hieruſalem, in Glaceto plebem ſancti Hieruſalem, in Iermano plebem ſancti Geruaſij cum curte, in Pitiana plebem ſancti Petri, in Caſcia Petrem ſancti Petri cum curte, & caſtro, quod vocatur Nouum, in Scò plebem ſanctæ Mariæ cum curte, in Capiclia plebem ſancti Ioannis, plebem ſancti Pancratij, plebem ſancti Romuli cum curte, Eccleſiam ſancti Miniatis cum pertinentijs ſuis, in Campinione Eccleſiam ſanctæ Mariæ cum curte, plebem ſancti Viti, in Regitiuo plebem ſancti Petri, plebem ſancti Laurentij cum caſtello, & curte, in Robiana plebem ſancti Miniatis, in Cintoria plebem ſancti Petri cum curte, Eccleſiam ſancti Iuſti in monte Rantoli, in Sillano plebem ſancti Petri, Nouale plebem S. Criſci, in Panzano plebem ſancti Leonini cum curte, Eccleſiam ſancti Eufroſini cum curte iuxta caſtrum Corbuli, Eccleſiam ſancti Romuli cum curte, Nouellæ plebem ſanctæ Mariæ cum curte, Eccleſiam ſancti Caſsiani cum curte, in Auanano Eccleſiam ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri, plebem ſancti Iuſti

A cum curte, plebem ſancti Pauli cum curte, in Collina plebem ſancti Leonini, in monte Milliario plebem ſanctæ Mariæ, in Teſtmula plebem ſancti Martini cum curte, in Stagia plebem ſanctæ Mariæ. Quicquid eſſe infra Feſulanæ Eccleſiæ parochiam, vel in aliarum Eccleſiarum parochijs, prædeceſſores tui hactenus poſſediſſe noſcantur, firma vobis, & inconuulſa manere ſancimus. Nulli ergo hominum liceat prænominatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur veſtris, & clericorum, & pauperum vſibus profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam

B ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac domini Redēptoris Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcr.

C *Ego Guillelmus Prænestinus Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Gerardus presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Lictifredus presbyter Card. tit. ſancti Vitalis ſubſcripſi.

Ego Guido indignus ſacerdos ſubſcripſi.

Ego Romanus diaconus Card. ſanctæ Mariæ in Porticu ſubſcripſi.

Ego Gregorius diaconus Card. SS. Sergij, & Bacch ſubſcripſi.

Ego Guido Card. ſancti Adriani ſubſcripſi.

Dat. Piſis per manum Alberigi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis Cancellarij, ſextodecimo Kalend. decembris, indict. 12. Incarnationis Dominicæ anno 1134. Pontificatus D. Innocentij Papæ Secundi anno

D *quinto. &c.*

21 IONATHAS Epiſcopus Feſulanus anno 1143. in fauorem ſibi creditæ Eccleſiæ a Cæleſtino Secundo Pontifice ſequentem hanc bullam obtinuit.

CAELESTINVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Ionathæ Feſulano Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Ex commiſſo nobis a Deo Apoſtolatus officio, fratribus noſtris tam vicinis, quam longè poſitis, paterna nos conuenit prouiſione conſulere, & Eccleſijs, quæ Domino militare noſcuntur, ſuam iuſtitiam conſeruare, vt quemadmodum diſponente Domino Patres vocamur in nomine, ita nihilo minus comprobemus in opere. Huius rei gratia dilecte in Domino frater preces tuas rationabiles clementer admittimus, & Feſulanam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus,

ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum iuſte, & canonice poſſides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Feſulanæ Eccleſiæ, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium ſancti Bartholomæi, quod Feſulis ſitum eſt, monaſterium ſancti Martini in Maiano, monaſterium S. Gaudentij in pede Alpis, plebem ſancti Petri de Romena, plebem B. Petri de Caſema, plebem ſancti Ioannis de Caprilia, plebem ſancti Leonini in Collina. Cæteras vero tam plebes, quam Eccleſias, quæ Feſulanæ Eccleſiæ iuris eſſe noſcuntur, caſtella quoque, villas, ac alias poſſeſſiones, ſicut in priuilegio prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Innocentij Papæ nominatim vobis confirmata ſunt, ordinationes etiam prædictorum monaſteriorum, & baptiſmalium Eccleſiarum, quæ Feſulanæ Eccleſiæ ſubditæ ſunt, nullus abſque veſtro aſſenſu ſibi vſurpare præſumat. In capellis autem veſtrarum plebium liberam ordinationem, & debitam obedientiam abſque alicuius contradictione plebani habeant, ſicut per priuilegium felicis memoriæ Paſchalis Papæ eis conceſſum eſt, ſalua proprij Epiſcopi debita reuerentia. Partem vero decimarum, oblationum, teſtamentorum, & cæterorum reddituum eccleſiaſticorum per veſtrum Epiſcopatum ſecundum ſtatuta canonum vobis confirmamus, & vt nulla Eccleſia in eodem Epiſcopatu conſtruatur, & conſtructa abſque veſtra licentia cuilibet ſubijceatur, interdicimus: ſalua tamen in omnibus Romanæ ſedis iuſtitia, & auctoritate. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat eamdem Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtijs fatigare ſed omnia integra conſeruentur tibi, & fratribus tuis, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Stephanus Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hymarus Tuſculanus Epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Raynerius presbyter Card. tit. ſanctæ Priſcæ ſubſcripſi.
Ego Gozzo presbyter Card. tit. ſanctæ Cæciliæ ſubſcripſi.
Ego Thomas presbyter Cardinalis tit. Veſtinæ ſubſcripſi.
Ego Nicolaus presbyter Card. tit. ſancti Cyriaci ſubſcripſi.
Ego Manfredus presbyter Card. tit. ſanctæ Sabinæ ſubſcripſi.
Ego Guido diaconus ſanctorum Coſmæ, & Damiani ſubſcripſi.
Ego Gerardus diaconus Card. ſanctæ Mariæ in Domnica ſubſcripſi.
Ego Ioannes diac. Card. S. Mariæ Nouæ ſubſcripſi.

A *Datum Laterani per manum Gerardi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac bibliothecarij ſecundo nonas martij. indict. 6. Incarnationis Dominicæ anno 1143. Pontif. vero D. Cæleſtini Papæ II. anno primo, &c.*

Innocentius Secundus Pontifex Maximus ampliſſimum priuilegium indulſit Abbatiæ Feſulanæ anno 1141. quod cum plenum decoris, pietatiſq; ſit erga monaſticum inſtitutum, hic exſcribendum curauimus.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Gregorio Abbati ſancti Bartholomæi, eiuſq; fratribus tam præſentibus, quam futuris regulariter conſtitutis in perpetuum.

B Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſiderijs congruum impertiri ſuffragium. Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & beati Bartholomæi Apoſtoli monaſterium, quod iuxta montem Feſulanæ ciuitatis ſitum eſt, cum omnibus ſuis pertinentijs, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitate Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu iuſtis alijs modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In
C quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium ſancti Saluatoris de Alena cum Eccleſia ſancti Poetij, Eccleſiam ſancti Martini in Fugnano, in Campo Nouoli, Eccleſiam ſancti Martini cum decimis, & omnibus ſuis pertinentijs, & adiacentijs, & quicquid in Bononienſi Epiſcopatu prælatum monaſterium habere cognoſcitur, in Capraia medietatem Eccleſiæ ſanctæ Chriſtinæ, in Ripula Eccleſiam ſancti Saluatoris, Eccleſiam ſancti Michaelis de Marene, in Ripalta Eccleſiam ſancti Andreæ, Eccleſiam ſancti Donati de Fronzano, in Biuiliano medietatem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, curtem de ſancto Domnino cum omnibus decimationibus ſuis, curtem de Papiana cum pertinentijs ſuis, & quicquid in plebe ſancti Donati de Calenzanu poſſidere dignoſcitur
D cum decimis, & ſuis pertinentijs, ſiue in plebe ſancti Stephani de Campi, ſeu in plebe ſancti Martini ſito Brozzi, vel etiam in plebe ſancti Iuliani in Septimo, aut infra plebem ſancti Ioannis de Signa, cum decimis, & omnibus earum pertinentijs. Villas quoque & alias poſſeſſiones, ſicut in priuilegio, & donatione bonæ memoriæ Iacobi Epiſcopi Feſulani nominatim vobis conceſſæ ſunt. Prohibemus etiam, & Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne alicui omnino liceat idem monaſterium in alium ordinem tranſmutare, vel Epiſcopalem ſedem ibi transferre abſq; Rom. Pontificis auctoritate. Obeunte te vero nunc eiuſdē loci Abbate, nullus ibi qualibet ſubiectionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres ipſius loci communi aſſenſu, vel pars ſanioris conſilij, ſub Dei

timorem, & beati Benedicti regulam canonice prouiderint eligendum. Qui Feſulano Epiſcopo ſi canonicus fuerit, & gratiam, atque communionem ſedis Apoſtolicæ habuerit, eamque gratis, & abſque aliqua prauitate exhibere voluerit benedictionem ſuſcipiat. Alioquin liceat ei quemcumque maluerit adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberauerint, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia Matris Eccleſiæ. Monaſterium quoque ſancti Saluatoris de Alena, quod ſub ejuſdem ſancti Bartholomæi monaſt. eſſe cognoſcitur liberam ſepulturam concedimus, ſicut etiam hactenus habuiſſe dignoſcitur, laborum namque manuum veſtrarum decimas tam vobis, quam veſtro monaſterio ſancti Saluatoris in vſus pauperum habendas largimur. Prohibemus inſuper, vt nulli omnino hominum fas ſit eidem monaſterio, ſiue ſancti Saluatoris monaſterio diuinum officium interdicere, præter Romanum Pontificem, aut legatum ipſius, vel indebitas exactiones imponere, ſeu aliquibus iniuſtis vexationibus auſu temerario fatigare. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

† *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Stephanus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Gerardus presbyter card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Martinus presbyter, card. ſancti Stephani in Celio monte ſubſcripſi.

Ego Manfredus presbyter card. tit. ſanctæ Sabinæ ſubſcripſi.

Ego Boethius presbyter card. tit. ſancti Clementis ſubſcripſi.

Ego Guido presb. card. ſancti Laurentij tit. Damaſi ſubſcripſi.

Ego Gregorius diac. card. ſanctorum Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.

Ego Octauianus diac. card. tit. S. Nicolai in Carcere ſubſcripſi.

Ego Guido diaconus cardinalis ſancti Apollinaris ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Baronis capellani, & ſcriptoris 10. Kal. octob. indict. 5. Incarnationis Dominicæ anno 1141. Pontif. vero D. Innocentij II. anno duodecimo.

22 RODVLPHVS etiam, qui Feſulanam ſedem obtinuit, etiam ipſe ab Anaſtaſio Quarto Pontifice ſummo in fauorem ſuæ Eccleſiæ hanc ſubiectam ampliſsimam bullam impetrauit anno 1153.

ANASTASIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili Radulpho Feſulano Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Officij noſtri nos hortatur auctoritas, fratres noſtros Epiſcopos debita charitate diligere, & Eccleſijs regimini eorum a Deo commiſsis ſuam iuſtitiam conſeruare. Quocirca dilecte in Chriſto frater, & Coepiſcope Rodulphe rationabilibus tuis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri fel. mem. Papæ Eugenij veſtigijs inhærentes, Feſulanam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſenti anno iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis: monaſteriũ S. Bartholomæi, quod Feſulis poſitũ eſt, monaſterium ſancti Martini in Majano, monaſterium ſancti Gaudentij in pede Alpis, monaſterium ſanctæ Mariæ de Roſano, plebem ſancti Petri de Romena cum decimis, & poſſeſſionibus ad ius Feſulani Epiſcopatus pertinentibus, plebem ſancti Petri de Caſſia, plebem ſancti Ioannis de Capolia, plebem ſancti Leonini in Collina, plebem ſancti Martini de Vado, plebem ſanctæ Mariæ de Sco, plebem ſanctæ Mariæ de Spaliuna; cæteras vero tam plebes, quam Eccleſias, quæ Feſulanæ Eccleſiæ iuris eſſe noſcuntur, ciuitatem, & arcem Feſulanam, caſtellum montis Lauri cum curte ſua, caſtellum de Ciſalo cum curte ſua, caſtellum montis Bonelli cum curte ſua, caſtrum Gregnanellum cum curte ſua, quicquid etiam habetis in curte de Acone, & in curte de Lanciſa, & infra plebem de Panzano, & ſanctæ Mariæ Nouolæ, & ſancti Iuſti in Salice, curtem de Agna, Eccleſiam ſancti Alexandri cũ curte ſua iuxta caſtrum montis Carboli. Alia quoque caſtella, villas, & alias poſſeſſiones, ſicut in priuilegio prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Papæ Innocentij nominatim vobis confirmata ſunt. Ordinationes etiam prædictorum monaſteriorum, & baptiſmalium Eccleſiarum, quæ Feſulanæ Eccleſiæ ſubdita ſunt, nullus abſque veſtro aſſenſu ſibi vſurpare præſumat; in capellis autem veſtrarum plebium liberam ordinationem, & debitam obedientiam abſque alicuius contradictione plebani habeant, ſicut per priuilegium fel. mem. Paſchalis Papæ eis conceſſum eſt, ſalua proprij Epiſcopi debita reuerentia. Partem vero decimarum, oblationum, teſtamentorum, & cæterorum reddituum eccleſiaſticorum per veſtrum Epiſcopatum ſecundum ſtatuta canonum vobis confirmamus, & vt nulla Eccleſia in eodem Epiſcopatu conſtruatur, & conſtructa abſque veſtra licẽtia cuilibet ſubijciatur, interdicimus ſalua nimirum in omnibus Apoſtolicæ ſedis iuſtitia, & auctoritate. Decernimus ergo, vt nulli omnino, &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

† *Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Vgo Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego GG. presb. Card. S. Caliſti ſubſcripſi.

Ego Guido presbyter cardin. ſancti Chryſogoni ſubſcripſi.

Ego

Ego Manfredus presbyter cardinalis ſanctæ Sauinæ ſubſcripſi.
Ego Aribertus presbyter cardinalis ſanctæ Anaſtaſiæ ſubſcripſi.
Ego Iulius presbyter cardinalis ſancti Marcelli ſubſcripſi.
Ego Vbaldus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Aſtaldus presb, card. tit. ſanctæ Priſcæ ſubſcripſi.
Ego Ioannes presb. card. tit. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pammachij ſubſcripſi.
Ego Ioannes presb. card. tit. SS. Silueſtri, & Martini ſubſcripſi.
Ego Otho diac. card. S. Georgij ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Martinus diaconus card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.
Ego Ioannes diaconus card. SS. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Rolandi ſanctæ Romanæ Eccliſiæ presb. card. & cancellarij 2. Kalend. ian. indict. 2. Incarnationis Dominicæ anno 1153, Pont. D. Anaſtaſij. Papæ IV. anno 1.

Hic etiam xenodochio Rufinę bona aliquando indulta confirmat anno 1159. inſecutoque anno Feſulanæ Abbatiæ quamplura attribuit, atq; apud Abbatem montis Scalaris non pauca libellaria fecit anno 1160. Hic ille Epiſcopus Rodulphus eſt, qui omnem conatum adhibuit, vt Feſulanam ſedem in Figlinianum agrum transferret, ſed irrito incepto. Quippe cum Florentini valentius reclamaſſent, Feſulana ſedes non demigrauit de loco. Ipſe tamen Eccleſiam, quam cathedralem fundauerat, vertit in baptiſmalem. Cæterum cum a me citatus catalogus duos Rodulphos, duoſque promat Lanfrancos, crediderim, vel ex ebulliente ſchiſmate inter Alexandrum Tertium, Victoremque pſeudopontificem id erroris fuiſſe ſubortum, vel ex incuria ſcriptorum dimanaſſe inertiam. Quippe Rodulphus Secundus anno 1172. perpetam vixiſſe narratur, cum 1172. reperiatur Lanfrancus, quicquid antea Rodulphus plebanię Figlinenſi donaſſet, diplomate fauorabili rata habuiſſe. Quod idem conſtat feciſſe anno 1175. vt videre eſt ex ſequenti ſcriptura, ex originario ex fide extracta.

Rodulphus Eccleſiæ Feſulanæ, Dei gratia, Epiſcopus, cuncto clero, & vniuerſo Figinenſi populo, &c.

Cum conſtet anteceſſores noſtros ad religionis cultum, & fraternam congregationem, per diuerſa loca pietatis officio cleri, plebiſque merito Eccleſias deuote ædificaſſe, tanto ſtudioſius eorum veſtigia imitari debemus, quanto eorum facta laudabilia per miniſterium congregationis, & populorum, magiſque in fide creſcere, & ſuæ ſalutis ſacramenta deſiderare mentis oculo cernimus. Hinc eſt vtique, quod populum Figinenſem fidę, ac numero quotidie creſcere conſpicientes, & eorum laborem quo premebant ſacramentum regenerationis ſuſcipiendo auferre deſiderantes, Apoſtolica auctoritate, necnon fratrum noſtrorum communicato conſilio eis baptiſmalem Eccleſiam canonice conſtruximus, altare ibi ſolemniter conſecrantes. Clericos quoque ibi ſtatuimus, quibus canonice viuentibus, & baptiſmalia iura ritè celebrantibus, necnon pauperum receptioni non modicè intendentibus, quædam ad vitæ præſentis ſuſtentamentum libere contulimus, videlicet Eccleſiam de Paulli cum capellis, & omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Figline cum capellis, & omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Fattilleſe cum omnibus pertinentijs ſuis. Omnes etiam alias Eccleſias, quæ ſunt in Figline, & Figlinenſi diſtrictu, demum Eccleſiam ſancti Bartholomæi de Scampato, & Eccleſiam ſancti Petri de caſtello Gumildi, & Eccleſiam ſancti Segnori, & Eccleſiam ſancti Andreæ de Ripalta, & ſanctæ Margaritæ, & ſancti Andreæ de Campilia, & ſanctæ Mariæ de Carpignone, & ſancti Donati de Spicciano, & ſancti Martini Incerigi; ſimiliter Eccleſiam ſancti Miniatis de Celle cum ſua capella, quæ eſt in caſtello præiatæ plebis concedimus, eaſque per illius loci plebanum canonice inſtruendas, ac ſibi in omnibus debitis reuerentijs reſponſuras, velut matrici Eccleſiæ ſacerdotaliter ſupponimus. Ex pertinentijs vero prædictæ Eccleſiæ beatæ Mariæ nobis reſeruamus quicquid hucuſq; ipſa habuit apud ſanctum Leonem, & in alberero, & medietatem molendini olim facti iuxta ipſam Eccleſiam exinde communiter deductis expenſis. De Fodio autem presbyteri Benedicti, in quo eſt ipſa plebes conſtituta, excepto quicquid exinde opus fuerit ad conſtructionem baptiſmalis Eccleſiæ, ac omnium ædificiorum vſuum clericis, & laicis ibidem manentibus, & cœmeterij, placearum, quod totum plebi libere dedimus, & excepto quicquid nobis fuerit pro curis facienda, & eius officinis, quod totum ad Epiſcopalis ſubſidij vſum retinemus, in integrum nobis reſeruantes medietatem, decimas quoque Noualiũ, ac ſepulturam eorum, qui apud eandem elegerint ſepeliri, niſi excommunicati fuerint, vel interdicti, liberam eſſe iam dicto loco canonice concedimus, ſalua iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Præterea illam partem, quam circumpoſitæ plebes habent in iudicijs defunctorum, & primitijs, & decimationibus ſui plebanatus. Immo quicquid canonice de ipſis, vel de generali conſuetudine, vel de ipſo iure illi competit, monumenta quoque Maſſariarum defunctorum totius plebanatus pariter eidem aſſignamus. Salua tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate, ac Feſulanæ ſanctæ Eccleſiæ canonica iuſtitia. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, aut ei aliquatenus contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurum.

Ego Rodulphus Eccleſiæ Feſulanæ, Dei gratia, Epiſcopus a me facta ſubſcripſi.
Ego Raynerius presb. & præpoſitus ſubſcripſi.
Ego presb. Angelus canonicus ſubſcripſi.
Ego Manfredus presb. ſubſcripſi.
Ego Raynaldus presb. ſubſcripſi.
Ego presb. Guido ſubſcripſi.

Ego

Ego Magiſter Lanfrancus ſubſcripſi.
Ego Rolandus ſubdiaconus, & canonicus ſubſcripſi.
Ego Magiſter Bernotus ſubſcripſi.
Ego Raynerius domini Papæ ſubdiaconus, & canonicus ſubſcripſi.
Ego Ioannes ſubdiaconus ſubſcripſi.
Ego Bonaccurſius ſubdiaconus ſubſcripſi.
Scriptum Feſulæ, & datum per manum . . . Infendi, . . . diaconi, & canonici, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXV. Kalendis aprilis indictione 8.

23 LANFRANCVS huius nominis vnicus, Feſulanus Epiſcopus anno 1179. in fauorem Ambroſij Figlinenſis plebani reperitur confirmaſſe, omnia quæcumque eidem plebaniæ ſui indulſiſſent anteceſſores, quorum liberalitatem ipſe generosè æmulatus, plura eidem Eccleſiæ dilargitus eſt.

Lanfrancus Eccleſiæ Feſulanæ, Dei gratia Epiſcopus.

Ambroſio Figinenſi plebano, & cuncto clero, & cuncto populo eiuſdem in perpetuum.

Cum conſtet anteceſſores noſtros ad religionis cultum, ac fraternam congregationem per diuerſa loca pietatis officio, cleri, plebiſque merito Eccleſias deuotè ædificaſſe, tanto ſtudioſius eorum veſtigia imitare debemus, quanto eorum facta laudabilia per miniſterium congregationis, & populum magis, magiſque creſcere in fide, & ſuæ ſalutis ſacramenta deſiderare, mentis oculo cernimus. Hinc eſt, quod populum Figinenſem fide, & numero quotidie creſcere conſpicientes, & eorum laborem, quo premebantur difficultate itineris, ſacramentum regenerationis ſuſcipiendo auferre deſiderantes, plebem apud Figinenſem a prædeceſſore noſtro bonę memorię Rodulpho Epiſcopo canonicè conſtructam auctoritate Apoſtolica, necnon ſumma deliberatione, & multa prouidentia, habito fratrum conſilio, & ſancti Romuli plebani, cuius erat territorium, vbi nunc conſtructa eſt Eccleſia libero aſſenſu, & voluntate, & ab eodem recepta diffinitione eiuſdem territorij, & illarum Eccleſiarum, quas inferius aſſignabimus, ex parte Dei omnipotentis, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac beati Romuli martyris deuote confirmamus. Suſtentationi quoque clericorum, & laicorum ibidem Deo militantium, & ordinem canonicum rite tenentium, necnon pauperum receptioni non modicè intendentium; poſſeſſionem quamdam ſanctæ Mariæ cum pertinentijs ſuis, & Eccleſiam ſancti Michaelis in caſtello Acti, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſupra portam cum pertinentijs ſuis, & molendinum de Podiale cum toto aquæductu ſuo, & quicquid plebanus eiuſdem plebis per libellum acquiſiuit ab Vberto priore de Pauellis, & quicquid iuſtè poſſidet, aut in futurum conceſſione Regum, largitate Pontificum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, auctoritate pontificali confirmamus: aſſignamus quoque, & ſupponimus quaſdam Eccleſias eidem plebi, videlicet Eccleſiam S. Mariæ de Pauelli, & canonicam de Pauelli, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Tarrigleſe, & Eccleſiam ſancti Andreæ in Ripalta, & Eccleſiam ſancti Petri in caſtello Guinildi, & canonicam de ſancto Segrore, & Eccleſiam ſancti Michaelis in caſtello Acti, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſupra Portam, & Eccleſiam ſancti Thomæ in Caſtello veteri, & Eccleſiam ſanctæ Margaritæ, & Eccleſiam ſancti Andreæ de Campilia, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Carpignone, & Eccleſiam ſancti Donati de Spicciano, & Eccleſiam ſancti Martini Interrigij, & Eccleſiam ſancti Blaſij de Cagnanella, de quibus duabus vltimis plebanus ſancti Viti eidem plebi liberam fecit diffinitionem, ex pertinentijs prædictis ſanctæ Mariæ nobis reſeruamus, quicquid habebat apud ſanctum Lennem, & in alberito, & medietatem molendini, olim facti iuxta ipſam Eccleſiam, exinde communiter deductis expenſis. De Podio autem presbyteri Benedicti, excepto quicquid exinde opus fuerit ad conſtructionem baptiſmalis Eccleſiæ, & omnium ædificiorum vtilium clericis, & laicis ibidem manentibus, & cœmeterij, & platearum, quod totum plebi libere dedimus, & excepto quicquid opus fuerit nobis per curiam, & eius officinas, quod totum ad Epiſcopalis ſubſidij vſum retinemus in integrum, medietatem nobis reſeruamus, ſepulturam quoque eorum liberam prædictæ plebi concedimus, qui apud eamdem elegerint ſepeliri, niſi excommunicati ſint, vel interdicti, ſalua iuſtitia illarum Eccleſiarum in parte teſtamenti, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Præterea illam partem, quam alijs plebibus ex more ſtatuimus in iudicijs defunctorum, indumentis Maſſariorum, & Maſſariarum primitijs, & decimationibus ſui plebanatus, & maximè illam decimationem, quã Abbas de Paſſignano definiuit præſcriptæ plebis plebano, & clericis, qui pro tempore fuerint, de ſuo plebatu habenda canonicè concedimus, ſalua in omnibus Feſulanæ Eccleſiæ auctoritate, & Feſulanæ canonicæ iuſtitia. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & S. Romuli martyris ſe nouerit incurſurum.

Ego Lanfrancus Feſulanæ Eccleſ. Dei gratia, Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Raynerius Rom. Eccl. ſubdiac. & canonicæ Feſulanæ præpoſitus ſubſcripſi.
Ego Manfredus archipresb. ſubſcripſi.
Ego presb. Raynaldus ſubſcripſi.
Ego presb. Guido ſubſcripſi.
Ego presb. Angelus ſubſcripſi.
Ego Beniutendens diaconus ſubſcripſi.
Scripta, & tradita per manum domini Lanfranci Epiſcopi anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti 1180. vi. idus aprilis.

Huius etiam Epiſcopi memoria extat an. 1184. cum ſcilicet Lucius Papa Tertius honorarius arbiter, litiſque diremptor conſtituitur inter Benedictum Abbatem Montis Scholaris, atque Ildeprandum ſancti Miniatis plebanum.

24 RAYNERIVS præſul Feſulanorum erat anno 1193. delegatuſque cauſam cognoſcit Caſtilionenſis caſtelli, quæ inter Camaldulenſes, Alber-

bertumque, Matthæum, atque Guillelmum vertebat. Item Raynerius ſubſcribit Prætorianæ ſententiæ ad Podibonitium latæ inter diſcordantes Florentinos, atque Senenſes, anno 1203. die 4. menſis iunij. Is anno 1218. varijs criminibus inſimulatus apud Honorium Tertium ab Abbatibus ſancti Galgani, & ſancti Michaelis ſuper ijs Apoſtolicis commiſſarijs conſtitutis, mœrore animi tabefactus, diem obijt ſequenti anno 1219. Honorij epiſtola ad Abbates talis eſt tenoris, ex regeſto eiuſdem fol. 108.

HONORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs ſancti Galgani, & S. Michaelis diſcalceatorum Abbatibus, &c.

Aſcendit ad nos clamor Eccleſiæ Feſulanæ feſſæ iam a malorum multitudine, quæ non ab hoſte, ſed ab amico, nec ab extraneo patitur, ſed a ſponſo, ſi tamen, qui ſua rapit, ſit eius dicendus amicus, vel ſponſus reputari debeat, & nõ mœchus, qui ſponſæ honeſtatem ſponte contemnens, vt illicitos mercetur amplexus, prodigit dotem eius. Nam quod ſine dolore plurimo referre non poſſumus, & rubore, Feſulanus Epiſcopus rationem ſenſualitati, & ſpiritum carni dicitur vſque adeo ſubieciſſe, quod contempta Pontificis grauitate, carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam ſe inuoluens, prauaque quæ non licet, turpia, quæ non decet, & vana quæ non expedit, in ætate ſenili iuueniliter operetur, & quia non poteſt ſine grauibus ſumptibus ſuis voluptatibus ſatisfacere, vtpote qui non ſolum ſecretorum ſuorum conſcijs, verum etiam alijs, ne ignominiam reuelent ipſius, multa cogitur damnabiliter elargiri, bona Eccleſiæ Feſulanæ penè penitus diſſipauit, nec contentus res mobiles, quibus incubabat conſumere, res etiam immobiles prodiga manu diſtraxit, & quaſdam donauit ſub venditionis ſpecie ſimulatè alijs nihilominus infeudatis in irreparabile ipſius Eccleſiæ detrimentum, contra iuramentum proprium temere veniendo, ita quod ſicut creditur, vix, vel nunquam poſt deceſſum ipſius Epiſcopi erit, qui velit ſibi ſuccedere, in tantum erit ipſius Eccleſiæ non ſolum forma, ſed ſubſtantia annullata. Volentes igitur deſcendere, ac videre verum clamor huiuſmodi veritati nitatur, diſcretione veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad Eccleſiam ipſam perſonaliter accedentes, vel ſi hoc ſine ſcandalo eſſe non poteſt, vocantes quos propter hoc videritis euocandos, & habentes præ oculis ſolum Deum, inquiratis ſuper præmiſſis omnibus diligentius veritatem, & quod inueneritis per veſtras nobis litteras fideliter intimetis, præfigentes eidem Epiſcopo terminum competentem, quo noſtro conſpectui ſe repræſentet, recepturus pro ſuorum exigentia meritorum, &c.

Datum Reat. vi. id. iulij, Pontif. noſtri anno tertio, &c.

25 ILDEPRANDVS Lucenſis Raynerio ſucceſſit circa annum 1220. conſecratus ab Honorio Tertio, vt notatur in fine regeſti eiuſdem Pontif. ann. v. Hic Præſul dum ſuam Eccleſiæ adminiſtrationem, a publica Florentina re, intentatis grauibus litibus, non modo implicitus, ſed propemodum oppreſſus eſt, Florentinis impellentibus, exul exceſſit, ſed cum ad Honorium Tertium Pont. Max. Epiſcopus prouocaſſet, primum eius cauſæ cognitio Mutinenſi Epiſcopo demandata eſt, poſtea nouis difficultatibus emergentibus, Fauentino, Abbatique Nonantulæ, in hunc ſequentem tenorem ſcripſit.

HONORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Fauentino, & dilectis filijs Abbati Nonantulæ Mutinenſis, ſeu nullius diœceſis, & Magiſtro Tancredo canonico Bononienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Scribentibus nobis olim venerabili fratri noſtro Epiſcopo Mutinenſi, vt perſonaliter accedens Florentiam, poteſtatem, conſiliarios, & populum ciuitatis eiuſdem moneret efficaciter, & induceret ad ſatisfaciendum de damnis, & iniurijs irrogatis venerabili fratri noſtro, & Eccleſijs Feſulanis, & ſi neceſſe foret, cenſura eccleſiaſticâ coarctaret, Idem Mutinenſis mandatum noſtrum ad monitionem diligenter executus datis inducijs teſtes lite non conteſtata, procedens reuocato communi Florentino, quia banniuerat prædictum Epiſcopum Feſulanum contra Deum, & eccleſiaſticam libertatem propter iniuriam, banni expenſas, & damna tali occaſione, ſecuta taxatione iuramento præmiſſo in mille libris viualis monetæ, eidem Feſulano Epiſcopo ſententialiter duximus condemnandum; cæterum cauſam ſuper alijs dãnis, & iniurijs ab eodem cõmuni præfatis Epiſcopo, & Eccleſijs irrogatis, ſic noſtræ diſcretioni duximus committendã per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, vt de notorijs ſatisfieri faciatis eiſdem, & de dubijs, habentes Deum præ oculis, cognoſcentes, quod iuſtum fuerit, appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreueritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem, ceſſante appellatione cogatis veritatis teſtimonium perhibere, quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Datum Laterani 6. idus iunij. Pontific. noſtri anno octauo.

Idem Honorius anno vndecimo ſui Pontificatus alteram ſcripſit epiſtolam de hac re Epiſcopo Florentino, ex regeſto eiuſdem Pontiſ. deſumptam.

HONORIVS EPISCOPVS. ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto in Chriſto fratri noſtro Epiſcopo Florentino, &c.

Graue valde gerimus, & indignum, quod ciues Florentini venerab. fratrem noſtrum Epiſcopum Feſulanum in Epiſcopali dignitatis iniuriam, & Apoſtolicæ ſedis contemptum exulare compellant, bonis Epiſcopij ſui, & Eccleſiarum eiuſdem reuerentia diuina, & noſtra poſtpoſita, occupatis. Et quidem ſi amor quem ad ciuitatem Florentinam habemus, motum noſtri animi non cohiberet, iam feciſſemus eos pœna docente, cognoſcere, quantum doleamus de grauaminibus, & iniu-

iniurijs ab eiſdem ipſi Epiſcopo irrogatis. Sed nec tu in ijs excuſare negligentiam tuam potes, qui ciues ipſoa, tum pro ſalute animarum ſuarum, quarum tibi eſt ſolicitudo commiſſa, tum pro compaſſione ipſius Epiſcopi debetes ab iniurijs huiuſmodi reſignaſſe. Licet igitur cauſa huiuſmodi venerabili noſtro Epiſcopo Fauentino, & collegis eius iamdudum fuerit ab Apoſtolica ſede commiſſa, quia tamen propter ciuium ipſorum diffugia, nondum eſt proceſſus habitus in eadem, ipſam ad examen noſtrum duximus reuocandam: ideoque mandamus tibi quatenus poteſtati, conſiliarijs, & populo eiuſdem ciuitatis iniungas, vt in Kalendis februarij proximis, quas eis terminum peremptorium aſſignamus, per procuratores idoneos, & ſufficientes compareant coram nobis, eidem Epiſcopo ſuper inuaſione, deſtructione, ac detentione bonorum Epiſcopij ſui, & Eccleſiarum eius exhibituri, quod ordo popoſcerit rationis, aut compoſituri, ſi fieri poterit cum eodem denunciando eiſdem, quod non ſufficienter ad defendendum, & ad componendum tranſumpſerint ad terminum ſupradictum; nos nihilominus in negotio ipſo, quantum ſuadebit ratio, procedemus. Quid autem ſuper hoc feceris, nobis per litteras tuas cures fideliter intimare.

Datum Laterani decimo Kalend. ianuarij anno vndecimo.

Anno vero 1228. inter Florentinos, Ildeprandumque lite compoſita, Gregorius Nonus anno primo ſui Pontificatus, ad diuturnius pacis ſtabilimentum, Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Campo Florentiæ Feſulano Epiſcopo attribuit, edita ſequenti bulla, quam, tametſi etiam Ammiratus iunior adſerat ad catalogum Feſulanorum Epiſcoporum, nos tamen hic exſcribendam curauimus, cum illam nobis antea Carolus Strozza ſubminiſtrauerit.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Feſulano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Controuerſia, quæ inter te, & ciues Florentinos ſuborta fuerat noſtra prouiſione ſopita, quia vidimus, quod ex cohabitatione Feſulani Epiſcopi maior inter eum, & commune Florentinum poterat concordia prouenire, & maior Epiſcopatus Feſulani ſecuritas, & vtilitas procurari, Eccleſiam ſanctę Marię de Campo cum pertinentijs ſuis tibi prouidimus conferendam. Vt igitur hæc noſtra prouiſio perpetuam obtineat firmitatem, præfatam Eccleſiam cum pertinentijs ſuis de fratrum noſtrorum conſilio, tibi, & ſucceſſoribus tuis perpetuo iure concedimus liberam, & exemptam, non obſtante quod in litteris venerab. fratris noſtri Epiſcopi Florentini, & publico inſtrumento, quibus ſuum ſuper hoc expreſſit aſſenſum, nihil de Capituli continebatur aſſenſu, cum nos eius ſupplendum duximus in hac parte defectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorem Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

Datum Laterani 3. id. ianuar. Pontif. noſtri anno primo.

Alteram eiuſdem Gregorij epiſtolam hic ſubijciemus, ex regeſto Vaticano fol.48. deſumptam communi Florentino ſuper præmiſſis datam, ad maiorem pacis firmitatem inter eum, & Epiſcopum Feſulanum.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Poteſtati, & communi Florentino, &c.

Officij noſtri ſolicitudo depoſcit, vt controuerſias, quæ ad noſtrum perferuntur examen, ſtudeamus iudicio, vel concordia celerius terminare, quatenus litibus congruo . . . ſopitis litigantes mutuo iungi poſſint vinculo charitatis. Cum igitur inter vos ex parte vna, & venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Feſulanum ex altera, ſuper quibuſdam domibus, redditibus, poſſeſſionibus, caſtris, damnis, & iniurijs illatis ſibi, & Eccleſijs ſuis, necnon inter eumdem Epiſcopum ex parte vna, & Vgonem de Vecliceto Raynerium Melliotelli, Renerum Vgonis Ruffi, Guidonem Macigni, ac Rogerinum Giamfiliazi, & quoſdam alios ciues Florentinos, necnon & quoſdam alios Florentinos, ac Feſulanæ diœceſis ex altera, ſuper quibuſdam debitis quæſtio fuiſſet diutius agitata, & tandem a dilectis filijs Ildeprando Aldemarij, & Raynerio Ruſtici procuratoribus veſtris, aliorumque prædictorum, qui a vobis cōponendi, & arbitros eligendi, atque a iam dictis ciuibus, & alijs compromittendi ſpecialiter in perſonam noſtram plenam acceperant poteſtatem, ſicut publica inſtrumenta nobis exhibita plenius continebant, necnon ab ipſo Epiſcopo ſuper ijs in nos fuiſſet ſub pœna mille marcharum argenti concorditer compromiſſum. Nos ijs, quæ fuerunt hinc inde propoſita, diligenter auditis, arbitriū protulimus in hunc modum. Siquidem arbitrando ſtatuimus, vt vniuerſis creditoribus, & alijs per vos tenutam habentibus de poſſeſſione caſtrorum, & villarum Epiſcopatus Feſulani expulſis, ſiue auctoritate veſtra, ſiue auctoritate propria ipſam fuerint poſſeſſionem adepti, Epiſcopum, vel procuratorem eius vſque ad feſtum Epiphaniæ proximum in poſſeſſionem vacuam inducatis, & defendatis inductum, nec permittatis eum, vel ipſum Epiſcopatum ab ipſis creditoribus, vel ab alijs moleſtari, nec vos ipſi eumdem Epiſcopatum vlterius moleſtetis. Epiſcopus vero Epiſcopatus nomine pro creditoribus, qui ſuo prædeceſſori pecuniam mutuarunt, vel alijs ius ab ipſis habentibus tria millia librarum Piſanæ monetæ pro vniuerſo debito vobis liberè, & expeditè, ac ſine aliqua quæſtione infra annum exſoluat, voſque recipientes ſuper vos debitum vniuerſum, faciatis creditores eſſe ſumma prænotata contentos, ita quod nec ratione vſurarum, nec pœnæ, aut etiam expenſarum aliquid amplius ab Epiſcopatu, vel Epiſcopo exigatur, & ſuper hoc in ſolutione pecuniæ idoneæ caueatis ipſi Epiſcopo, & vniuerſa creditorum inſtrumenta reſtituetis eidem, dictamque pecuniam deductis debitis non legitimis diuidatis, & diſtri-

buatis inter veros, & legitimòs creditores. Quis vero in cohabitatione Feſulani Epiſcopi maior inter eum, & vos poterit concordia prouenire, & maior Epiſcopatus Feſulani ſecuritas, & vtilitas procurari, volumus, & mandamus, quod Epiſcopus Florentinus Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Campo cum pertinentijs ſuis Epiſcopo Feſulano auctoritate noſtra liberam, & expreſſam aſſignet, ſicut hoc ipſum per ſuas litteras ad nos directas manifeſtè noſcitur voluiſſe, non obſtante, quod in litteris ſuper hoc nobis ab ipſo Florentino Epiſcopo directis, nihil de capituli continetur aſſenſu, cum nos eius ſupplendum duxerimus in hac parte defectum, voſque apud eam infra triennium vnum palatium conſtruatis, in quo poſſit honeſtè Feſulanus Epiſcopus habitare, quæſtionibus omnibus, ſiue petitionibus, quæ occaſione præteritorum damnorum, ſeu iniuriarum vertebantur inter vos, & Epiſcopum, creditoreſque prædictos nullo vnquam tempore a parte alterutra ſuſcitandis: ad hæc mandamus, vt vos ab ipſo Epiſcopo requiſiti detis fortiam, & auxilium, quod homines, & vaſſalli Eccleſiæ, ac Epiſcopatus Feſulani dent auxilium ipſi Epiſcopo ad exonerationem debitorum, in quibus Eccleſia Feſulana tenetur. Ideoque vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hoc noſtrum arbitrium æquitate ſuadente prolatum, ſub pœna mille marcarum argenti irrefragabiliter obſeruetis.

Datum Laterani 16. Kal. decemb. Pontificatus noſtri anno 5.

Idem Gregorius eodem anno, id. ianuarij litteras dedit Abbatibus Ficiſcli, & Elmi Volaterranenſis, ac Lucenſis diœceſis, vt ipſi Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Campo, Ildeprando poſſeſſionem tradant, ſi Florentinus Epiſcopus id facere renuiſſet, omni appellatione ſublata. Inde perſpicitur hunc Ildeprandum haud bona fide rediiſſe in gratiam cum Florentinis, ſiquidem idem Pontifex Florentino Epiſcopo ſcribit, ſuadeat publicæ rei ſyndicum mittere, vt id publici nomine præſtet, quod Pontificium breue decernit. Huiuſmodi breue in decretalibus eiuſdem Pontificis continetur ſequentis tenoris.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerab. fratri Epiſcopo Florentino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Feſulani fuit propoſitum coram nobis, quod cum olim poteſtatem, & communem Florentinum per venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopū Peruſinum fecerimus communire, vt dicto Feſulano de tallijs, & collectis, quas ab illo extorſerant, & de illatis damnis, & pro irrogatis eidem iniurijs ſatisfacerent competenter, quia ijdem illius monitionibus obauditis, id efficere non curantes, iniurijs iniurias cumularunt. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus firmiter iniungas eiſdem, vt prima hebdomada proximæ futuræ quadrageſimæ, per ſufficientem ſyndicum noſtro ſe conſpectui repræſentent, exhibituri eidem Epiſcopo, & recepturi ab ipſo quod ordo dictauerit rationis.

Dat. Peruſijs 6. id. decemb. Pontif. noſtri anno 8.

Huius Ildeprandi, multa inſtrumenta, conceſſioneſque reperiuntur vſque ad annum 1256. in quo cum teſtamentum condidiſſet, multaque diuerſis Lucenſibus Eccleſijs piè legaſſet, obijt diem poſtremum. Vir ſanè imperterriti animi, qui vt eccleſiaſticam libertatem, dignitatemque defenderet, haud contempſit potentioris populi implacabiles ſimultates adire. Vix è Feſulana ſede exorſus erat ius dicere, cum in clericos vendentes, aut ementes poſſeſſiones ad Feſulanum Epiſcopum, ſiue Epiſcopatum ſpectantes, religionis telum intorſit, in territorio ſcilicet Figlinenſi, intraq; eiuſdem confinia.

26 MAYNETTVS Ildeprando ſucceſſit anno 1257. huius Epiſcopi temporibus, octo ſolidorum pro quolibet centenario cuilibet Eccleſiæ penſio impoſita eſt reipublicæ Florentinæ ſoluenda. Eidem Maynetto Alexander Quartus poteſtatem fecit apud ſanctam Mariam in Campo ſuis ſubditis ius dicendi, vt ex ſequenti tranſcripto breui perſpicitur.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Feſulano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Fraternitatis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum, quod tu, & vicarius tuus apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Campo Florentiæ, ad Eccleſiam Feſulanam pleno iure ſpectantem cum te, ac ipſum penes ipſam morari contigerit, de cauſis ſubditorum tuorum poſſitis cognoſcere, ac eas fine debito terminare auctoritate tibi præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurum.

Datum Anagniæ octauo Kal. decemb. Pontif. noſtri anno quinto.

Anno 1257. idem Epiſcopus 2. die Aprilis conſecrauit altare ſancti Alexandri in Abbatia S. Bartholomæi: anno vero 1275. die 22. menſis octobris altare ſancti Donati. Hæc Abbatia immediate ſubiecta erat Feſulano Epiſcopo; ſiquidem ille electionem D. Cambij in Abbatem confirmat, ratamque habet, eidemque tam ſpiritualem, quam temporalem adminiſtrationem attribuit. Catalogus manuſcript. hunc Epiſcopum deceſſiſſe affirmat anno 1277. menſe maio. Conſtat autem anno 1282. die 21. menſis februarij Feſulanam hanc ſedem vacuam fuiſſe, cum canonicorum nomine elegiſſent M. Tedaldum præpoſitum Eccleſiæ Feſulanæ vacantis. Prætorem vero terrarum Seuenſis Vallis, hoc eſt Montebonelli, Rufinæ, Petrognani, Valpartis, Agni, Turrichij, & aliarum M. Rogerium Rubeum de Adimaris, alij autem ex capitulo ſub Nicolao Tertio quendam Raynerium præpoſitum Florentinæ Eccleſiæ, & Papæ capellanum poſtulauerant, Martinus vero Quartus ſummus Pontifex omnium iſtorum caſſata electione, ſequentem Philippum creauit Epiſcopum 2. idus februarij anno primo, Chriſti vero 1282.

Fr.

27 Fr. PHILIPPVS ordinis Minorum Peruſinus, ſubiectus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1282. conſecratus fuit ab eodem Pontifice. Habebatur inſignis Theologus, inque membranis Epiſcopatus Feſulani inſtrumenta exſcribenda curauit, vt iura ſibi traditæ Eccleſiæ ſarta tecta ſeruaret. E quibus liquido perſpicitur perueniſſe illum vſque ad annum 1297. in quo Epiſcopatu ſe abdicauit.


28 Fr. ANGELVS è Camerino, ordinis Eremitani ſancti Auguſtini, ſui temporis ſingularis philoſophus, atque Theologus, è Calliano Epiſcopo, a Bonifacio Octauo ad Feſulanam Eccleſiam translatus eſt anno 1297. x. Kalendas maij, vt habent Vaticana regeſta, atque ex illa ſede ad quatuor annos ius diuinum dixit, deinde eo ſe munere exſoluit, hoc eſt 1301. iv. idus aprilis, cui Bonifacius Octauus ne mendicaret, Eccleſiam Larinenſem in adminiſtrationem contulit. Hic Epiſcopus cum Florentino, ac Piſtorienſi Epiſcopis, tertiæ parti murorum Florentię vrbis nouiter erectæ benedicendæ adfuit, vt Ioan. Villanus narrat lib. 8. cap. 31.

29 Fr. BARTHOLOMÆVS ordinis Minorum, Tuſciæ prouincialis, ex ceſſione Angeli ad Feſulanam ſedem aſcendit anno 1301. 12. Kalend. maij, Bonifacio Octauo ſedente, ex regeſt. eiuſdem Pontificis epiſt. 303. fol. 32. antequam præſens ſuam adminiſtraret Eccleſiam, libere ceſsit.



30 M. ANTONIVS Vrſus Florentinus Archipresbyter Eccleſiæ Florentinæ, ad Feſulanum Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1301. 11. Kal. octobris, ac deinceps ad Florentinum translatus anno 1309. de quo ſupra.

31 Fr. CONRADVS a Pinna, alias de Gualfreduccis Piſtorienſis, ordinis Prædicatorum Feſulanus Epiſcopus ſubiectus eſt anno 1309. Deceſsit autem anno 1312. ſepultuſque eſt apud ſanctam Mariam Nouellam in lapideo ſepulchro ſupra ſanctiſsimi Sacramenti ſacellum eleuato, nulla honorifica proloquente inſcriptione. Huius meminit Razzius in lib. de viris illuſt. Dominicani ordinis.



32 M. TEDICES de Aliottis Florentinus filius Nerij, ex Archipresbytero Florentino, vicarioque fratris Conradi ſui anteceſſoris, a capitulo electus eſt Epiſcopus Feſulanus, anno 1312. 13. Kalendas Auguſti, confirmatur a Clemente V. ex regeſt. Vatic. epiſt. 640. fol. 134. ſolemnique ritu eius Epiſcopatus inijt poſſeſsionem die 8. menſis ſeptembris eius anni. Pacem inter Florentinos, Aretinoſque, quam Petrus filius Roberti Regis Guelficæ partis ſapienter ſanciuit, Tedices ſua præſentia ſtabiliuit, dumfœdus percuteretur, anno 1314. die 29. menſis ſeptembris. A Ioanne Vigeſimoſecundo iudex aſcitus eſt litium, quæ per id tempus inter Ioannem Epiſcopum Maſſenſem, Abbatemque ſancti Galgani Volaterranæ diœceſis feruebant, anno 1329. ad calcem anni 1336. è viuis exemptus eſt.

33 FVLIGNVS Oliuerij Carboni è Camplo agri Florentini oppidulo, ex præpoſito Feſulanæ Eccleſiæ ad eiuſdem ciuitatis Epiſcopatum aſcendit anno 1337. a Iacobo de Freſcobaldis Florentino canonico Feſulano capituli eiuſdem Eccleſiæ compromiſſario nominatus, confirmatur a Benedicto Duodecimo 2. id. martij eiuſdem anni, vt apertè colligitur ex regeſt. Vatic. epiſt. 2. par. 1. anno 3.

Feſulanæ autem Eccleſiæ fuiſſe illum præpoſitum, inſtrumentum abundè prodit, quod in actis Raynerij Lotti publici notarij adhuc in archiuio Septimiano aſſeruatur. Dum autem anno 1344. lis de confinijs componeretur, inter comitem Tācredum è comitibus Guidis, viroſque ſancti Gaudentij, ac ſancti Baſilij, cum Bernardo Iacobi Marſilij ciui Florentino, inter honorarios arbitros ſedi, contagio deinde confectus contabuit anno 1348. ſepultuſque eſt in veteri clauſtro apud ſanctam Mariam Nouellam ad lateralem portam, vbi adhuc eius ſepulchrum cum hac ſententioſa inſcriptione occurrit egredientibus.

HIC IACET
M. FVLIGNVS CARBON. : : :
EPISCOPVS FESVLANVS
REQVIESCIT IN DOMINO
M. CCC. XLVIII.
DIE . .



34 S. ANDREAS è nobiliſſima gente Corſinia, ordinis Carmelitani, ad Epiſcopatum Feſulanum aſſumptus eſt anno 1349. 3. Idus octobris, confirmatus a Clemente Sexto reperitur in regeſto Vaticano epiſtola 135. fol. 30. anno octauo par. 1. lib. primo. Parentes habuit Nicolaum, ac Peregrinam: a iuuentute laxatiſſimis moribus fuit, quos aliquando tandem ad vocem, ac lacrymas monentis matris eluctatus eſt, caſtigauitque præteritos lapſus ſupradicto Carmelitano cucullo ad omnem vitæ rigorem ſeſe componens: litteris qua ſacris, qua profanis Pariſijs, per illud tempus ſapientiæ celeberrimo domicilio excultus rediji in patriam, vbi cum angelicam vitam duceret, mortuo Fuligno a Feſulano clero Epiſcopus ſublectus eſt, ſed cum ex animi moderatione, verendum, trepidumque vellet defugere onus, atque ob id apud Carthuſianos profugus latuiſſet, clerus inueniendi virum ſpe fruſtratus, ad nouam iam reſpiciebat electionem, cum puer ex diuino inſtinctu clamauit Feſulanorum Antiſtitem a Deo fuiſſe ſublectum Andream, latereque apud Carthuſianos. Conſtitit dicto fides, ibidem quæſitus tandem repertus eſt, iuſſuſque eſt Epiſcopale onus ſubire, quod illi diuinum numen interprete clero demandaſſet. Paruit ille, approbanteque Pontifice electionem, incredibili Feſulanæ gentis lætitia inauguratur. Ad multum tempus Feſulanam adminiſtrauit Eccleſiam, eo autem pietatis ſtudio, ac feruore, vt planè ſanctus tam viuens, quam mortuus multa, illuſtriaque patrauit miracula; euolauit ad cælos die ſexta menſis februarij an. 1373. ſepultuſque eſt in cathedrali, repetentibuſq; Carmelitanis, deinde in Carmelitanum templum illatus, ibidem honorificè conditus iacet; tulitque miris, quæ per illum Deus operatus eſt, adeo claris, vt prius in album beatorum relatus, ab Vrbano deinde Octauo Pontifice Maximo iuſta ſanctificãdi pompa ſanctus ſit declaratus. Apud Surium tom. 2. Andreæ vita a ſuo quodam contemporaneo reperitur deſcripta. Eandem compendiario, ac eleganter complexus eſt Franciſcus Venturius nobilis Florentinus ſancti Seueri Epiſcopus, ac Florentinæ Eccleſiæ archidiaconus. Laudauit eumdem carmine heroico Iulius Guazzinius doctor, ac ciuis Florentinus auunculus meus. Eo ipſo die, quo Andreas Corſinius ſanctus pronunciatus eſt, ſupra ſepulchrum eius incorruptum corpus populus Florentinus ingenti gaudio, cumque lacrymis ſpectauit expoſitum. Cui hæc carmina incita leguntur, quæ bon. mem. Chriſtianus Vghellus inſi-

A gnis Theologus, atque eiuſdem monaſterij prior frater meus, vt hic illa poſſem inſerre, deſcribenda, mihique mittenda curauit.

Montis Carmeli de Relligione vetuſta
Raptus ad Eccleſiam, Feſulenamque mitram.
Progenie celebris, virtute celebrior omni,
Hoc de Corſinis marmore ſubtegitur
Andreas Chriſti famulus de iure vocatus
Numinis æterni totus in obſequio
Virtutis cultor, pater, auxiliator egenis
Exemplo vitæ mirus, & eloquio.
Qui qualis fuerit, miracula multa fatentur,
Quæ Deus oſtendit corporis ad tumulum.

B Huius ſancti Epiſcopi temporibus ad Laſtram, vt vocãt, Maſſinus de Melioribus S. Trinitatis fundauit cœnobium, in quo moniales Ciſtercienſes diuinum penſum vrgerent. In quo templo S. Andreas altare ſancti Bartholomæi conſecrauit, anno 1361. 10. Kal. iunij. Cæterum cum ibi moniales degere deſijſſent, plenum ius monaſterij illius in Septimianam tranſijt iuriſdictionem Ciſtercienſis ordinis. Cum autem per illud tempus Florentini finitimis bellis perurgerentur, diéque SS. Apoſtolis Petro, Pauloque ſacro inſignem retuliſſent victoriam, felicitatem illam vincendi retulere in preces Andreæ, ideoque in memoriam facti eadem die ſolet magiſtratus partis Guelphæ duodecim

C veſtes eiuſdem Carmelitanis tyronibus in tributum quaſi ex voto pendere. Moniales etiam, quæ iam olim in monaſterio Feſulano virginis vitam traducebant, tranſtulit in cœnobium Lapi prope Florentiam, vt ibidem commodius, puriuſque diuino cultui ſubſeruirent. In Andream hæc cecinit Varinus noſter lib. 2. de illuſtratione vrbis Florentiæ.

Necnon Andreas Corſinus origine clara
Clarior at longe Carmeli cultor eremi
Antiquos ſuperauit auos, Chriſtoque iubente
Proditus è ſiluis Feſulanam paſtor ad ædem
Protrahitur, vitæ quoniam mortalis honores
Spreuerat, hic populos verbis, & rebus honeſtis
Erudijt, primum faciens, quæ lingua docebat.
Plus probitas morum ſuadet, quam lingua diſerta,
D *Tam ſancti primo memorantur tempore mores,*
Cum ferueret adhuc, Chriſti calefacta cruore
Mens patrum, nec adhuc Eccleſia noſceret aurum.

Porro de Corſinia gente idem Varinus lib. 3. ſcriptum reliquit.

Clara Sophocleo ſtirps eſt memoranda cothurno
Corſinæ ſobolis, nulli virtute ſecunda;
Bonitio noſtram de vertice venit in vrbem:
Quæ rubeos apices, niueæque inſignia mitræ
Atque vrbis ſummos cumulos accepit honorum.

35 NERIVS Corſinius Nicolai filius, ſancti anteceſſoris frater in Feſulanum Epiſcopatum bono omine ſucceſſit anno 1373. ex præpoſito ſancti Ioannis. Deceſſit autem anno 1377. die 14. nouemb. ſepultuſque eſt in S. Iacobi ſacello, S. Spiritus cœnobio adiuncto, in ſubleuato ſepulchro, cum hac inſcriptione.

Iſte

Iſte patris tumulus reuerendi continet oſſa.
Eccleſiæ Nerij Feſulanæ antiſtitis, vnum
Quem reliquos inter claros Corſina propago
Enixa eſt patriæ, doctum, celebremque, probumque
Canonicæ legis qui lucidus enucleator
Aequa lance ſuum voluit dare iura tribunal
Quique obijt quartadecima ſub luce nouembris
Chriſti annis ſeptem vndecies poſt mille trecentos.

36 NICOLAVS filius Vanni Florentinus, ex compromiſſo, vt vocant, electus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1377. die 12. menſis nouembris, cum antea canonicus Feſulanus fuiſſet: Epiſcopatus autem ritu ſolemni poſſeſſionem inijt an. 1379 die 25. menſis maij, qui deinceps ad Recanatenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1383.



37 Fr. ANTONIVS Cipollonus Nicolai filius Florentinus ex ord. Præd. ſacræ theologię Magiſter Epiſcopus Feſulanus effectus eſt ann. 1383. ingrediens ciuitatem Præſul a populo, cleroque conſalutatus eſt die 24. menſis nouembris eiuſdem anni. Translatus deinceps eſt ad Volaterranenſem Eccleſiam anno 1390. inde ad Epiſcopatum Eginenſem, poſt etiam ad Archiepiſcopatum Turritanum in Sardinia. Huic frater erat nomine Michael, vir doctus, qui Ciſtercienſe inſtitutum profitebatur, Abbaſque Septimianus fuit, in eo munere verſatus ambigua probitatis fama.



38 Fr. IACOBVS Altouita nobilis Florentinus, ordinis Prædicatorum, atque ex teſtimonio Pij Secundi Pontificis lib. 2. comm. ex nobiliſsima familia inſignis theologus.

Aliqui etiam, ait, ex nobiliſſima Altouitorum fami-
A *lia, tum in armis, tum in litteris floruere: & in Eccleſia Dei inſignis theologus fuit Iacobus Epiſcopus Feſulanus, apud etiam reges Apoſtolicus nuncius, & Bartholomæus copiarum ductor, & generalis dominorum Patauij, qui eam ciuitatem ab exercitu Mediolanenſi tunc temporis obſeptam ſumma virtute liberauit: & Palmerius legum doctor Henrici Imperatoris a ſecretis. Quæ quidem familia quamuis ex Longobardorum regibus ſe eſſe aſſerat, attamen quia temporibus noſtris in domo magnifici Bindi charactere inſculptum cuiuſdam C. Camilli Altouitæ potius a Romanis ortum habuiſſe dicunt, quam a Longobardis, cum apud omnes monimenta de nomine, & cognomine fidem non paruam faciant.*

Cæterum Iacobus Dominicanum inſtitutum
B apud ſanctam Mariam Nouellam profeſſus eſt, in eoque genere vitæ adeo profecit vt nullus eius ordinis gradus honoris fuerit, quo Iacobus prudentiſſime perſunctus non fuerit. Quamobrem cum Altouitæ doctrina, ac probitas ſpectatiſsimis quibuſque Florentinis ciuibus admirationi eſſet, ad Florentinam ſedem anno 1389. fortaſſe vacuam promouendum curarunt, ſed cum ab Vrbano Sexto id minimè impetraſſent, a Bonifacio deinde Nono impetrarunt, vt Feſulanæ ſedi admoueretur anno 1390. 12. Kal. februarij. Ad quamplures Principes munere legationis perſunctus eſt. Præcipue autem anno 1405. cum Thoma Sacchetto, Laurentio Rodulpho, Vieriquе Guadagnio Innocentio Septimo nouam aſſumptionem ad
C Pontificatum reipublicæ Florentinæ nomine gratulatus eſt. Idemque officium cumulatiſsimè pręſtitit cum Gregorio Duodecimo anno 1407. multumque, ac diu conatus eſt a republica Florentina iuſſus, vt ſchiſma inter Gregorium, atque antipapam iugularetur, tametſi ex vtriuſque contumacia parum profecerit. Hic Epiſcopus Ioanni Dominico ſui ordinis egregio viro, aliquibus domibus, terriſque ex Epiſcopali menſa dilargitus, materiem præbuit ædificandi celebre monaſteriũ ſancti Dominici Feſulani. Hoc illud monaſterium eſt, vnde poſtea tot inſignes viri, tum probitate, tum gloria ſcientiarum prodierunt, in quibus tamquam duo lumina præcipuè enituerunt, ſupramemoratus Ioannes Dominicus, qui poſtea Cardina-
D lis fuit, ac ſanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. Deceſsit Iacobus anno 1409. vt perſpici poteſt ex lib. prouiſ. Prælatorum. Crediderim autem proculdubio, Altouitam tamquam probum Dominicanum, ſchiſmatique aduerſum deſeruiſſe Gregorium contumacem in retinendo male partam dignitatem, ab eoque Epiſcopatus munere fuiſſe ſpoliatum, fratremque Lucam, quẽ etiam Cardinalem creauit in eiuſdem locum ſubſtituiſſe. Conſtat autem poſt deturbatos de ſede Gregorium, ac antipapam Benedictum, Alexandrum Quintum, qui illis ſuffectus fuerat, in Piſano concilio, ob exceſſum Iacobi Altouitæ Epiſcopi, Feſulanam ſedem Antonio Cardinali Caietano commendaſſe anno 1409. die quinta menſis iulij. Conſule conſiſtorialia acta illius Pontificis, neque Lucam pro vero Cardinali, aut Epiſcopo habitum vnquam fuiſſe, quod contra iuramentum illum Gregorius purpura condecoraſſet.

Fr.

A



39 Fr. LVCAS Manzolius Florentinus, ex ordine Humiliatorum in Hetruria Vicarius generalis, homo doctus, ac veteris probitatis, cum xij. Gregorij Pontificis res, fortunaque titubare cœpiſſet, vt rebus ſuis propemodum deploratis ſubſidium quæreret, ab eodem Pontifice, adhuc ſuperſtite Iacobo, Feſulanus Epiſcopus, Cardinaliſque creatus eſt anno 1408. ac in Hetruria legatus: ſed cum deinde in Piſano concilio, Pontificatus honore ſpoliatus fuiſſet Gregorius, ſimul & qui ab eo pronunciati fuerant Cardinales, abierunt repulſi, ſedenteque Alexandro Quinto vero Pontifice, poſt Altouitæ legitimi Epiſcopi obitum Feſulana Eccleſia Antonio Caietano Cardinali Aquileienſi commendata eſt, vt ex actis conſiſtorialibus eiuſdem Pontificis perſpicuè erui poteſt. Quæ cum Romæ diligentius conſuluiſſem, deprehendi me in meis ad Ciacconem notis aberraſſe a vero, cum ex manu ſcripto catalogo Præſulum Feſulanorum aſſerui, fratrem Lucam Feſulanum obtinuiſſe Epiſcopatum anno 1396. atq; ad duodecim annos illam Eccleſiam adminiſtraſſe. Deceſſit autem Manzolius octuagenarius anno 1411. cum apud cordatos pleroſque viros, atque adeo apud Antoninum ipſum, ſanctiſsimum virum, quam maximam probitatis famam collegiſſet; ſepultuſque eſt in Eccleſia omnium ſanctorum ſui ordinis, antequam Pius Quintus ordinem illum deleret, in ſepulchro altius a terra ſublato, cum ſtegmatibus Gregorij Papæ, ipſiuſque fratris Lucæ cum ſubiectis carminibus.

Exemplar vitæ, morum, virtutis, & almæ
Profeſſor legis, qualem vix nouerat ætas
Noſtra parem, fuit hic Lucas ex ordine noſtro
Cardinis ad culmen Romanæ ſponte vocatur
Eccleſiæ, verum legatus poſtea ſummi
Pontificis moritur cælum mens ipſa vorauit
Anno Domini M.CCCC.XI. die xiv. S.

40 ANTONIVS Caietanus Cardinalis Aquileienſis, ab Alexandro Quinto Feſulanam Eccleſiam habuit commendatam, illamque adminiſtrauit vſque ad annum 1411. deinde eidem nuncium remiſit, ex libro prouiſionum ſacri Collegij.



41 BINDVS Ferruccius, quem catalógus
B Feſulanum appellat; liber vero prouiſionum prælatorum, Florentinum, ex Archidiacono Eccleſiæ Abroieenſis, acolythoque Papæ Ioannis Vigeſimitertij ab eodem Pontifice ad Epiſcopatum Feſulanum aſſumptus fuit anno 1411. poſtrema die ſete conuoluentis auguſti, obtinuitque diplomata aſſecutæ dignitatis anno 1412. 2. Kal. aprilis. Hic ſenatoribus Florentinis, totque reipublicæ charus fuit, ita vt cum diſcuperent Martinum V. illac prætereuntem, atque a Conſtantienſi concilio reuertentem excipere hoſpitio, Bindum Ferruccium ad ipſum legarint, vt commendatione eius legationis, virtutumque quibus nitebat ſibi viam aperiret ad purpuram, Feſulis deceſsit anno 1421. ſepultuſque eſt in cathedrali in marmoreo
C ſepulchro cum his carminibus.

Hoc iacet in tumulo Bindus Ferrucea plebs,
Qui in terris clarus ſic ſuat ille ſuis
Proh dolor! & ſecum . . pietaſq; recumbunt
Tot bona, quare vero funere mors rapuit
Antiſtes Feſulis fuit, officioq; per annos
Bis ſenos egit moribus eximijs
Baptiſta Mathias nunc Ferruceus ipſe
Hunc tumulum inſtaurat poſteris, atq; ſibi.
xv. Kal. aprilis M. D. LXXXXVIIII.

Scutum Bindi argenteum, tribus ceruleis tænijs pinnatis quincuplicibus.

D



42 BENOZZIVS Federighius Franciſci filius, nobilis Florentinus, ex protonotario Apoſtolico, canonicoque Florentino, electus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1421. die 15. menſis decem-

decembris; è viuis exemptus eſt anno 1450. ſepultuſque eſt in templo ſancti Pancratij in ſub alto marmoreo ſepulchro cum hoc epitaphio.

R. P.
BENOTII DE FEDERIGHIS
EPISCOPI FESVLANI
QVI VIR INTEGERRIMÆ VITÆ
SVMMA CVM LAVDE VIXIT
ANNOQVE M.CCC.L.
DEFVNCTVS EST.



43 LEONARDVS Salutatus è Piſcia nobili Hetruriæ oppido, vir cum canonici, tum ciuilis iuris doctiſsimus, Eugenioque Quarto Pontifici ſummo eximie charus, a Nicolao vero Quinto anno 1450. non. auguſti electus Epiſcopus Feſulanus, Eccleſiam illam adminiſtrauit ſeadecim annos. Obijt diem poſtremum anno 1466. ſepultuſque eſt in cathedrali in marmoreo candido ſepulchro elegantiſsime architectato, cum hoc epitaphio.

C

O. S. S. A.
LEONARDVS SALVTATVS
CIVILIS, PONTIFICIIQVE
IVRISCONSVLTVS
EPISCOPVS FESVLANVS
VIVENS SIBI POSVIT.
VALE LECTOR
ET ME PRECIBVS ADIVVA.
M.CCCC.LXVI.



44 ANTONIVS Allius canonicus, ac nobilis Florentinus, Græcæ, & Latinæ linguæ eruditus, oratorum ſui æui vberrimus, Paulum Secundum tunc Cardinalem ſub Eugenio Quarto auunculo, humanioribus litteris erudiuit, a quo, iam Pontifica tenunciatus, Romam vocatus venit, & ſanctæ Mariæ Impruneta, ſeptemo ab vrbe Florentiæ lapide, Buondelmontiæ familiæ perpinguẽ plebaniã primum accepit, mox ad Feſulanam ſedem euectus eſt: anno 1466. ex Archiepiſcopo Raguſino anno vero 1470. a Paulo Secundo ad Volaterranenſem tranſlatus. Ad eum ſcribit Iacobus Card. Papienſis epiſt. 352. ac trium vaorum matium vocat, non ſine ſui, aliorumque patrum admiratione. Sanctorum vitas ſummo labore collectas pereleganti ſtylo conſcripſit, pieque vt vixerat defunctus eſt anno 1478. cuius vitam vernacula lingua explicuit Veſpaſianus Florentinus 10 lib. de viris illuſt. ſui temporis, qui manuſcript. extat apud Proſperum Mutum, Vaticanæ baſilicæ canonicum, ac Conſultæ Innocentij Decimi ſecretarius.

B



45 Fr. GVILLELMVS Bechius Florentinus, generalis Magiſter ordinis Eremitani ſancti Auguſtini, electus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1470. 15. Kalendas iunij, vir doctiſsimus fuit, vtpote ſingularis philoſophus, inſigniſque Theologus, concionator autem adeo facundus, vt ſuo ſeculo nulli ſecundus eſſet: Commentaria ſui ingenij præclara monumenta reliquit in ethicam Ariſt., inque eiuſdem philoſophi opera omnia. In primum autem librum ſententiarum pręclaram expoſitionem. Meminit Pamphilus huius Guillelmi in chron. ord. Eremitani, Iouius in elogijs, & Archangelus Gianus de illuſtribus Florentinis ſcriptoribus, alijque. Effœtæ deceſsit ætatis anno 1480. ſepultuſque eſt in capitulo fratrum Eremitanorum Florentiæ cum hoc epitaphio.

D

HIC IACET VENER. MAGISTER
GVILLELMVS BECHIVS
GENERALIS ORDINIS
DEINDE EPISCOPVS FESVLANVS
ANNO DOMINI
M. CCCC. LXXX.

46 IOANNES Arcimboldus, ſanctæ Praxedis presbyter Cardinalis, Nouariæ Epiſcopus, Archiepiſcopus autem Mediolanenſis, Feſulanum Epi-

A Epiſcopatum habuit commendatum poſt exceſſum Guillelmi anno 1480. cæterum breui mora, cum illa cura in fauorem Roberti Folchi, qui ei ſucceſsit, ſe exſoluiſſet anno 1481. vt habent acta conſiſtorialia.



47 ROBERTVS Folchus Florentinus, ex ceſsione Arcimboldi factus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1481. decimaquinta Kalendas iunij. Hic in cathedrali ſacellum corporis Chriſti ſubſtruxit. Cumque maxime aduerſa valetudine vteretur, ſenioque penè confectus eſſet, Friderici nepotis vicariam operam adhibuit, vt ſibi creditam adminiſtraret Eccleſiam. Anno vero 1504. die prima ineuntis iulij cum morbum magna ex C parte ex ſenio profectum eluctari non poſſet, Guillelmo item nepoti ſuo Epiſcopatum ceſſit, ægerque deinde vitam traduxit vſque ad nonageſimum ſecundum annum ſuæ ætatis, clauſitque diem poſtremum anno 1530.

48 GVILLELMVS Folchus nepos anteceſſoris, ex ceſſione patrui electus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1504. die prima exordientis iulij, optimis moribus fuit, diuinique cultus ſtudio flagrauit quam qui maxime, Epiſcopali menſæ adiunxit Eccleſiam ſancti Petri de Petrognano, illamque ſancti Petri de Caſſa de valle Seue Feſulanæ diœceſis. Guillelmi vicaria opera vſus eſt Cardinalis Rodulphus Archiepiſcopus Florentinus, vitam finiuit anno 1530. die decima ſeptima menſis aprilis, in quo ipſo anno patruus eius anteceſſor paulo ante deceſſerat, D inque cathedrali in prægrandi lapidea capſa apud ipſum tumulatus eſt, nulla proloquente inſcriptione.

†




49 BRACCIVS Martellus nobilis Florenti- B nus, multarum diſciplinarum, variaque eruditione longe clariſſimus, cum ſub Clemente Septimo in quampluribus eccleſiaſticæ ditionis ciuitatibus ciuile Ius incorrupte dixiſſet, ex canonico Florentino, ab eodem Pontifice ad Feſulanum Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1530. die tertia menſis iunij. Quam ipſe Eccleſiam ad viginti ſupra vnum annos prudentiſsime adminiſtrauit, donec anno 1551. 12. die menſis februarij ad Lecienſem Eccleſiam translatus eſt. Narrat Ammiratus in Florentinarum familiarum deſcriptione, inque catalogo Feſulanorum Epiſcoporum, Rodulphum Cardinalem Carpenſem clariſsimum principem, ſe in Lecienſem Epiſcopatum poſt exceſſum Martelli indoluiſſe ſuccedere, quod di- C ceret difficile factu eſſe, vt in Eccleſiaſticis quis reperiretur, qui ab eo impreſſa probitatis veſtigia cumulatè æmulari poſſe videretur. Cuncta ordinibus hominum lacrymabilis Martellus deceſſit. Lecienſiſque populus publicis impenſis honorificum demortuo ſepulchrum erigendum curauit, cum hac inſcriptione.

D. O. M.
BRACCIO MARTELLO
PAVPERTATIS, LITTERARVM,
ET VIRTVTIS PATRONO,
DOMO FLORENTIA,
HVMANI, AC DIVINI IVRIS CVLTV,
ET SCIENTIA,
DOMESTICISQVE ORNAMENTIS
OMNIBVS CLARO.
D PONTIF. LVPIENSIVM
VINDICI PECCATORVM
QVI SANCTISSIME V. A. LX.
AMICORVM STVDIO H. S. E.
QVI MORTVOS COLIT,
VIVOS CONCILIAT
M. D. LXIIII.

Auum maternum Martellus habuit, clariſſimum illum ducem, ac ſui ſeculi fortitudine nulli ſecundum Braccium a Montone, Martellaque proſapia vbique, & ſemper protulit viros tum belli, tum pacis artibus admirandos, ita vt iam illos protulerit ſanctimoniæ, ac prudentiæ fructus, quos nulla vnquam deletura videatur obliuio. Braccium mirifice laudat Scipio Ammiratus in opuſculis. Varinus vero de Martella familia ſic loquitur li. 3. Di-

Diuitijs nunc eſt Martellum clara propago,
Vrbis iampridem faſces moderata ſupremos,
Non iſtis genitor Demoſthenis extitit auctor
Martelli, ſed prima dedit cognomina princeps
Gallorum Carolus, varias quia multa vetuſtas,
Et mutat fortuna viros; de plebe ſenatum
Efficit, ad Decios mutatur Claudia proles.



50 PETRVS Camaianus Aretinus, Martello ad Leccienſem Eccleſiam translato in Feſulanum Epiſcopatum a Iulio Tertio, cuius erat familiaris, ſuffectus eſt anno 1551. die 27. menſis februarij, cuius in expediendis grauibus negocijs ſæpiſſime Iulius Tertius opera vſus eſt. Illum enim dum Mirandulanum bellum arderet, legauit ad Cæſarem. Pius Quintus deinde tranſtulit illum ad Aſculanam Eccleſiam in Piceno anno 1566. eumdemque legauit in Hiſpaniam, vt hæreticos accuſatum Archiepiſcopum Toletanum ad Romanum eccleſiaſticum tribunal perageret reum. De eo vide quæ diximus in primo tomo huius noſtræ Italiæ in catalogo Aſculanorum Præſulum.




51 Fr. ANGELVS de Cataneis Diacetius nobilis Florentinus, ex ordine ſancti Dominici Camaiano ſucceſſit anno 1566. die 15. menſis nouembris. Parentes habuit Franciſcum, ac Lucretiam Caponiam, atque a puero Prædicatorium inſtitutum profiteri inſtituit. In ſcholis adeo feliciter orbicam ſtudiorum percurrit, vt æque Philoſophus, inſigniſque Theologus haberetur. Prætulit autem ſapientiſſime omnibus diſciplinis vitæ probitatem, ac ſanctimoniam, ſiquidem cum incomparabile Religionis exemplum ſuis Prædicatoribus vbique & ſemper præbuiſſet, omnes honoris gradus ſui ordinis ex merito eſt conſecutus, quippe ſexto prouincialis in Hetruria, etiam generali vicariatu condecoratus eſt, ac demum a Pio Quinto, cui Diacetij erant perſpectæ virtutes, ad Feſulanum Epiſcopatum fuit aſſumptus Angelus, moribus plane angelicis ad quatuor annos ſibi creditam adminiſtrauit Eccleſiam: ſed cum deinde regularis vitæ flagranti deſiderio teneretur, ſe Epiſcopali onere, Pio Quinto Pontifice annuente, abdicauit, redijtque ad clauſtrum, vbi & ſanctiſſime vitam finiuit die quinta menſis maij anno 1574. ſepultuſque eſt apud ſanctum Dominicum, vbi monaſticam vitam traduxerat, cuius virtutum laudes Franciſcus ſucceſſor, ac nepos hoc epitaphio mœſtiſſime eſt proſecutus.

REVERENDISSIMO P.
ANGELO CATANEO DIACETIO
PATRITIO FLORENTINO,
HVIUS VENERAB. RELIGIONIS
AB INEVNTE ÆTATE SODALI
IN EA OMNIBVS MVNERIBVS,
HONORIBVSQVE PERFVNCTO
DEMVM IN EPISCOPVM FESVLANVM
MERITISSIME ASSVMPTO
IN PONTIFICALI ADMINISTRATIONE
VERBO, ET EXEMPLO
LAVDABILITER VERSATO
REVERENDISS. FRANCISCVS NEPOS
ET IN EPISCOPATV SVCCESSOR
CONSCIVS PATRVI VOLVNTATIS,
ET PROPENSIONIS
IN HANC SACRAM FAMILIAM GENTILI
DE SE OPTIMO MERITO POSVIT.
VIXIT ANNOS LXXXI.
OBIIT DIE V. MAII
ANNI M. D. LXXIV.


52 FRANCISCVS Cataneus Diacetius, filius Dionyſij, ac Mariæ Martinæ Angeli nepos anteceſſoris, canonicus Metropolitanæ Florentinæ, protonotarius Apoſtolicus, vtriuſque iuris doctor, philoſophus, theologuſque inſignis in Feſulanum Epiſcopatum patruo ſucceſſit anno 1570. die 15.

menſis auguſti. Ammiratus non modo in deſcrip- A
tione gentis Cataneæ, ſed in catalogo etiam Epi-
ſcoporum Feſulanorum honorifice meminit Frã-
ciſci, eumdemque cum Braccio Martellio ſanctiſ-
ſimo, ac clariſſimo viro haud abſurda compara-
tione contendit. Eumdemque Franciſcum me-
morat cum laude Baronius. Doctiſsimus vt non
ſemel dico, fuit, ſcripſitque de auguſtiſsimo ſan-
ctæ Eucharistiæ Sacramento vndecim homilias,
hexameron libros ſex hetruſce, & eleganter edidit
nonnullas ſuorum prædeceſſorum vitas. Inſuper
de auctoritate Papæ, & concilij, de ſuperſtitio-
ne artis Magicæ. Aliquot ſancti Ambroſij Epiſco-
pi vertit opuſcula: concilio Tridentino inter patres
aſſedit, vbi vires ingenij ad miraculum exercuit.
Apud principes maxime gratioſus fuit commen- B
datione virtutis, ac probitatis. Sancti Alexandri
oſſa, vt ſupra diximus, intulit in arcam mar-
moream. Tranſtulitque corpus ſancti Romuli in
decentiorem locum, partemque ſuperiorem cathe-
dralis decentiſsime exornauit. Ad ſanctam Ma-
riam in Campo ſacellum ſancti Iacobi inſtaura-
uit: nouum monaſterium monialium Prati vete-
ris quam maxime iuuit: largus, ac magnificus pau-
peribus fuit, hoſpitalis, ac retinentiſsimus eccle-
ſiaſticæ diſciplinæ, nihilque in eo fuit, quod op-
timi paſtoris fragrantiam non redoleret: annos vi-
gintiquinque Feſulanam adminiſtrauit Eccleſiam.
Deceſsitque anno 1595. die 4. menſis nouembris,
ſuiſque Feſulanis, ac probitatis amantibus incon-
ſolabile ſui reliquit deſiderium. C




53 ALEXANDER Martius Medices, ex canonico Florentino Feſulanus Epiſcopus effectus eſt anno 1596. anno autem 1605. poſt exceſſum Vndecimi Leonis pronunciatus eſt Archiepiſcopus Florentinus, vt ſupra retulimus.

†



54 BARTHOLOMÆVS Lanfredinius, Lan-
fredini filius, ex canonico Florentino Feſulanus
B Epiſc. creatus eſt an. 1605. Vir ſuauiſsimis mori-
bus, quos cum nobilitas generis exornaret, He-
truſcis principibus maxime charus euaſit. Deceſ-
ſit Florentiæ 5. Kal. ſeptembris anno 1614. ſepul-
tuſque eſt apud ſanctam Mariam in Campo. Hic
tanquam Archiepiſcopatus Florentini ſuffraga-
neus, Archiduciſſam Mariam Magdalenam Au-
ſtriacam magno principi Coſmo Secundo de-
ſponſatam excepit.



55 BACCIVS Gherardinus nobilis Floren-
tinus, Thomæ filius, ex canonico Metropolitanæ,
plebanoque ſancti Pancratij Lanfredinio ſucceſsit
anno 1614. die 14. menſis ianuarij, è gubernatore
ciuitatis Fulginei. Hic ſub Paulo Quinto Pontifice
D Maximo pluribus ciuitatibus eccleſiaſticæ ditionis
ciuile ius dixerat cum laude prudentiæ. Ipſe ab
eo diaconus ſum effectus. Breuis Pontifex fuit.
Deceſsitque anno 1620. Kalend. auguſti, in ca-
thedrali ſepultus eſt ſub confeſsione cum ſequen-
ti inſcriptione.

Baccio Gherardino Florentino,
viro ingenio omnigena literarum eruditione illuſtri
præfectionis munere laudabiliter functo,
ab eodem ob probatam fidem
ad Feſulanum Epiſcopatum aſſumpto,
Pontificali munere peruigili,
celeri morte erepto.
Antonius, & Camillus FF. mœrentes
monumentum PP.
Anno Domini M. DC. XX.
Kal. auguſti.

THO-




56 THOMAS Cimenes Luſitanus, Roderici filius, Vlyſponenſis nobili proſapia prognatus, Florentinam tum nobilitatem, tum ciuilitatem adeptus, canonicus Metropolitanæ primum effectus eſt, cum adhuc iuuenis eſſet, legum peritia B clarus, cumque deinde Feſulana ſedes deſtituta paſtore eſſet, ex Referendario Apoſtolico ad vocem Coſmi Secundi magni Ducis, a Paulo Quinto Feſulanus Epiſcopus ſubiectus eſt anno 1620. die decimaſexta menſis nouembris. Tranquilliſsimis adminiſtratione Feſulanam rexit Eccleſiam. Deceſsitque anno 1633. die tertia menſis nouembris, ſepultuſque Florentiæ eſt apud ſanctam Mariam in Campo in lateritio ſepulchro cum hac inſcriptione.

THOMAS CIMENES
EPISCOPVS FESVLANVS.
OBIIT DIE III. NOVEMBRIS
M. DC. XXXIII.

Poſt exceſſum Cimenis, Coſmus ex Comitibus Gherardeſchæ gentis Epiſcopus Collenſis, ad Feſulanam Eccleſiam tranſlatus eſt Vrbano Octauo ita cenſente anno 1634. ſed cum deceſiſſet, antequam tranſlationis conderetur diploma.

57 LAVRENTIVS Robbia Florentinus, Vrbani Octaui affinis, antea Cortonenſis Epiſcopus, ad Feſulanam Eccleſiam tranſlatus eſt die vigeſimaprima menſis auguſti anno 1634. obijt Florentiæ die ianuarij .. anno 1645. ſepultus in eccleſia ſanctæ Mariæ in Campo.



58 ROBERTVS Strozzius Florentinus, Epiſcopus Collenſis ad Feſulanam Eccleſiam tranſlaA tus die duodecima iunij 1645. ab Innocentio Decimo Pontifice Maximo. Vir ſingularis indolis, & quem Alexandri fratris Firmani Archiepiſcopi immatura morte ſublati incomparabile exemplum ad omnem pietatis laudem poſsit acuere.

S. MINIATIS, SEV MINIATENSES EPISCOPI.



NOBILE ſancti Miniatis oppidum ad Thodeſcum, vt vocant, ab vrbe Florentia viginti milliaria tantum diſiunctum, a quo conditum fuerit, non facile dictu eſt. Annio, qui dicit a Deſiderio Rege Longobardorum fuiſſe conditum, ex veteri meo inſtituto tanquam nugatori non adhibeo fidem, crediderim tamen ante C Fridericum Ænobarbum fuiſſe ædificatum, ab eoque deinceps ampliatum, vt illic ſuorum Theutonum ſedes conſtitueretur, qui cum ibidem abſenti Imperatori vicariam operam præſtituti cōmorarentur frequenter, ab illis, ad Thodeſcum oppidum illud traxit cognomen. Lucenſi ſpirituali ditioni hoc oppidum paulo ante ſubiectum erat, ſed cum Secundus Coſmus Magnus Dux Hetruriæ Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ vxori illud dono dediſſet, impetrauit illa a Decimo quinto Gregorio in cathedralem, ſuffraganeamque Florentinæ ſedi erigeretur. Multæ, grauesque cauſæ ad id impulerant principem fæminam, quæ tum illa poterat eſſe inſtar multarum, quod D oppidum illud feliciſsimo omine Borromæam gentem protuliſſet ſancti Caroli Cardinalis, ſanctiſsimi viri alumnam. Igitur quinta die menſis decembris anno 1622. publico in conſiſtorio Gregorius XV. ſancti Miniatis ciuitatem epiſcopali inſigniuit dignitate, vt ex ſubiecta bulla perſpicitur.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti præeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt beatum Petrum Apoſtolorum principem, quamquā imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, in agro irriguo militantis Eccleſiæ nouas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare Romano Pontifici digniſſimum arbitramur, vt per nouas plantationes po-

pulorum augeatur deuotio, diuinus cultus efflo-
reat, ſubſequatur animarũ ſalus, & loca illuſtrentur.
Attendentes igitur diœceſim Lucan. admodũ am-
plam, & patentem eſſe, illiusque plurima oppida,
& loca in dominio temporali dilecti filij nobilis
viri magni Hetruriæ Ducis ſibi ſubiecta exiſtere,
& alia diœceſis, & ditionis huiuſmodi oppidum
ſancti Miniatis in amœno colle, felici cælo, & ſolo
ferme totius Hetruriæ fertiliori ſitum, & a ciuitate
Lucana viginti millibus paſſuum, vel circa diſtans
admodum inſigne eſſe, & ita antiquum, vt vicarij
Imperiales in Hetruria retroactis temporibus de-
gentes ſibi ſedem conſtituerint, & propterea ab
antiquis Imperatoribus innumeris, ampliſſimiſq;
priuilegijs decoratum fuiſſe. Fœdera, ac capitula,
cum Florentina, ac Senenſi rebuspub. æquis condi-
tionibus firmaſſe, ab ipſoque oppido antiquam,
& nobilẽ illam Borromeam gentem, ex quo ſan-
ctus Carolus olim Archiepiſcopus Mediolanenſis
ſacri Collegij Romanæ Eccleſiæ Cardinalium
ſplendor ductus eſt, originem duxiſſe, ad præ-
ſens autem in eodem oppido, philoſophos, logi-
cos, ciuium conſcientiæ lectores, ac grammati-
ces magiſtros ad iuuentutem excolendum publicis
ſtipendijs deputatos, ac ſexaginta ſacerdotes, &
V. I. Doctores ſupra quadraginta, & plurimos
nobiles, necnon etiam armatarum militiarum
milites adeſſe, adeo vt oppidum ipſum ſancti Mi-
niatis ciuitatis, & illius collegiata Eccleſia ſanctæ
Mariæ, & ſancto Geneſio dicata, quæ præpoſi-
tura dignitate inibi principali, & annuo redditu
quingentorum ſcutorum monetæ, vel circa do-
tata, quo tempore obtinens vſum Pontificalium
ſibi prætendere contendit, necnon decem cano-
nicatus, & præbendis ſufficientiſſimis redditus, &
quamplurimis capellanijs, collatiuis perfulget, ca-
thedralis Eccleſiæ nomine, titulo, & prærogatiua
iure optimo inſigniri mereatur. Nos ijs, atque
alijs rationabilibus cauſis moti, habita ſuper ijs,
cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem ſan-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deli-
beratione, de illorum conſilio, & Apoſtolicæ po-
teſtatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem,
& gloriam, ac glorioſiſſimæ eius genitricis Virgi-
nis Mariæ, & præfati ſancti Geneſij, necnon to-
tius cæleſtis curiæ honorem, ac fidei Catholicæ
exaltationem, ac ciuium, & incolarum dicti op-
pidi animarum ſpiritualem conſolationem, ipſiuſ-
que collegiatæ Eccleſiæ, ac illius præpoſiti, & ca-
nonicorum decus, omnia, & ſingula oppida, ter-
ras, villas, & loca quæcumque ad præſens ſub di-
tione temporali prædicti magni Ducis exiſten-
tiam, necnon oppidum Fuſeccnij, quod pro tem-
pore exiſtentis Abbatiſſæ monaſterij ſanctæ Claræ
Lucanæ in ſpiritualibus ſubeſſe aſſeritur, ac diœ-
ceſi, & dominio præfatis exiſtit, cum omnibus,
& ſingulis illis terminis, territorijs, locis, necnon
clero, populo, & perſonis, monaſterijs tam viro-
rum, quam mulierum, ac domibus regularibus,
hoſpitalibus, Eccleſijs, & pijs locis, & beneficijs
eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus,
& quorumuis ordinum regularibus a dicta diœ-
ceſi Lucana, etiam abſque conſenſu venerabilis
fratris noſtri Alexandri moderni Epiſcopi Lucani,

A ac etiam dilectarum in Chriſto filiarum modernæ
Abbatiſſæ, & conuentus dicti monaſterij, quini-
mò ipſis inuitis, & reclamantibus, & contradicen-
tibus Apoſtolica auctoritate tenore præſentium
perpetuo ſeparamus, ac diſmembramus, & ab om-
ni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, do-
minio, viſitatione, & poteſtatẽ pro tempore exi-
ſtentium Epiſcopi Lucani, & Abbatiſſæ huiuſmo-
di, illorumque officialium, & vicariorum, necnon
per dationem, & ſolutionem quorumcumque iu-
rium Epiſcopo Lucano, ſeu Abbatiſſæ pro tem-
pore exiſtentibus præfatis ratione ſuperioritatis,
iuriſdictionis, ſubiectionis, viſitationis, ac legis
diœceſanæ debitorum etiam perpetuo auctorita-
te, & tenore præmiſſis eximimus, & totaliter li-
beramus, iuriſdictionique futuri, & pro tempore
B exiſtentis Epiſcopi ſancti Miniatis, ita tamen,
quod dilecti filij clerus ſupradictorum locorum
ſic ſeparatorum ſingulis priuilegijs, immunitati-
bus, exemptionibus, & compoſitionibus etiam
ratione ſpoliorum, & decimarum, vel ſtudij, alijſ-
que gratijs ſpiritualibus, & temporalibus quibuſ-
cumque, quibus ad præſens quomodolibet, & ex
quauis occaſione vtantur, deinceps perpetuis fu-
turis temporibus gaudere, & vti debeant, ſimili-
ter perpetuo eiſdem auctoritate, & tenore ſubijci-
mus, & ſeparamus, volumus tamen, vt loca, ſeu
oppida de Barga, & Petra ſancta, ac libera ſacta,
cum eorum villis, territorijs, ac capitaneatibus li-
cet ditioni temporali prædicti magni Ducis ſub-
ſint, nihilominus ſpeciali iuriſdictioni præfati Epi-
ſcopi Lucani, vt antea remaneant. Inſuper di-
C ctum oppidum ſancti Miniatis in ciuitatem ſancti
Miniatis nuncupandum, & præfatum collegium
in cathedralem Eccleſiam pro vno Epiſcopo ſan-
cti Miniati etiam nuncupando, qui ipſi Eccleſiæ
ſancti Miniatis præſideat, ac in ea, & ciuitate
præfata, ipſique Eccleſiæ ſanct. Miniatis diœceſi
aſsignata omnia, & ſingula, quæ ordinis, & iuriſ-
dictionis, dignitatis, aut cuiuſcumque alterius
muneris Epiſcopalis ſunt, & erunt cum ſede, &
menſa, alijſque inſignijs, ac iuriſdictionibus Epi-
ſcopalibus, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ, &
earum præſules de iure, vſu, & conſuetudine, aut
alias quomodolibet vtuntur, & potiuntur, &
gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt,
quomodolibet in futurum, de pari conſilio,
& poteſtatis plenitudine, ſine tamen præiudicio
D præpoſituræ nunc, ac canonicatus, & præbendas,
necnon beneficiorum collatiuorum præfatæ Ec-
cleſiæ ſic in cathedralem erectæ, obtinentium ſi-
militer erigimus, & inſtituimus, ac ſancti Miniatis
pro ciuitate, ac alia oppida, & territoria, caſtra,
villas, & loca pro diœceſi, necnon clerum, popu-
lum, & perſonas huiuſmodi pro clero, populo,
vaſſallis, & perſonis ciuitatis, & diœceſis ſancti
Miniatis huiuſmodi perpetuo concedimus, & aſsi-
gnamus. Præterea pro menſa Epiſcopali ſancti
Miniati, illiuſque futuri, & pro tempore exiſten-
tis Epiſcopi ſuſtentatione medietatem fructuum
præpoſituræ dictę Eccleſiæ ſic in cathedralem ere-
ctæ, & ducenta, & quinquaginta ſcuta monetę,
vel circa annuatim aſcendentes, ac tot illius bona,
ex quibus medietas fructuum huiuſmodi proueni-
re


re poſsit ab ipſa præpoſitura pro nunc, prout ex tunc, & è contra poſtquam illam per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam dimiſsionem, vel amiſsionem illam tunc obuenentis, au alias quomodocũque, quandocumque, vbicumque vacare contigerit, etiamſi actu nunc forſan, aut alias quouis modo vacet, dicta auctoritate perpetuo diſmembramus, & ſeparamus, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata eidem menſæ etiam ex nunc, prout ex tunc, & è contra pari auctoritate applicamus, & appropriamus, ac ſancti Ioannis Euangeliſtæ loci ſanctæ Mariæ ad Montẽ, & ſanct Ioannis ad Barrimara, necnon ſancti Marci a Vaiano vicariatus Lati in eodem dominio dicti magni Ducis, ac prope præfatum oppidum ſancti Miniatis exiſtentis ſine vera, & perſonali reſidentia non requirentes Eccleſias, ſeu capellas, plebanias nuncupatas, annui inſimul redditus comprebenſa medietate ſtuctuum, quæ a præpoſitura huiuſmodi, vt præſertur diſmembrata fuit mille ſcutorum parium, vel circa ea nunc, prout poſtquam illas, ſeu earum aliquas ſimul, vel ſucceſsiue proceſſum etiam, & cauſa permutationis etiam in noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium manibus factæ, vel deceſſum, ſeu priuationem, vel quamuis aliam dimiſsionem, vel amiſsionem illas ad præſens obtinentium, vel alias quouis modo, etiam in aliquo ex menſibus nobis, & Roman. Pontifici pro tempore exiſteoti, aut ſedi Apoſtolicæ per quaſcumque conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu cancellariæ Apoſtolicæ regulas, nunc, & pro tempore reſeruatis, aut ordinarijs collatoribus per conſtitutiones, & regulas eaſdem, ſeu literas alternatiuas, aut alia priuilegia, & indulta hactenus competentibus, ac conceſsis, & impoſterum concedendis, & apud ſedem pręfatam vacare contigerit, etiamſi cũ cura, & ſine cura Eccleſia, ſeu capellæ huiuſmodi, vel earum acta nunc, vt præfertur, vel alijs quibuſuis modis, & ex quorumcumque perſonis, ſeu per liberas reſignationes illas, vel earum aliquam ad præſens obtinentium, vel quorumuis aliorum de illis in Romana curia, vel extra eam, etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam, vnionem, diſſolutionem, aut conſtitutionem felic. record. Ioannis Papæ Vigeſimiſecundi prædeceſſoris noſtri, quæ inquit, execrabilia, vel aſſecutionem alterius beneficij eccleſiaſtici, quauis auctoritate collati vacent, etiamſi tanto tempore vacauerint, quod earum collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta concilij ad ſedem præfatam legitime deuoluta, ac præpoſitura, & ſine cura Eccleſiæ, ſeu capellæ huiuſmodi diſpoſitionis Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſeruatæ exiſtant, dictæque præpoſituræ cura etiam iuriſdictionalis imminea: ſuper ea quoque, ac ſine cura Eccleſijs, ſeu capellis præfatis inter aliquas lis, ex cuius ſtatu præſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa, etiamſi earumdem ſine cura Eccleſiarum, ſiue cura capellarum, aut alicuius earum collatio, vel ad eas præſentatio, ſeu quauis aliqua diſpoſitio, ad quorumcumque collatorum, & collatarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium quomodolibet qualificatarum colla-

A tionem ſpectet eidem menſæ, ita quod liceat Epiſcopo ſancti Miniatis pro tempore exiſtentis illarum, ſeu cuiuslibet illarum, necnon medietatis fructuum præpoſituræ huiuſmodi, ac bonorum è quibus medietas huiuſmodi prouenire poſsit, vt præfertur diſmembrat, corporalem, realem, & actualem poſſeſsionem per ſe, vel alium, ſiue alios, eius, & præfatæ menſæ nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & prouentus in ſuos, & ipſius menſæ vſus, & vtilitatem conuertere cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita. Ita quod ex nunc fructus Epiſcopi ſancti Miniatis eorum poſſeſsionem capere poſsit, qua poſſeſsione ſubſecuta, præſens vnio ex nunc ſuum plenarium,
B & integrum effectum ſortiatur, nec ſub quibuſuis regulis vnio effectum non ſortiatur reuncatorijs per quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſorea noſtros edendis comprehendatur, minime comprehenſa cenſeatur, quam perpetuo vnimus, innectimus, & incorporamus. Donec vero applicatio, & vnio præfatæ ſuum ſortiantur effectum, ipſe magnus Dux mille ſcuta ſimilia futuro Epiſcopo ſancti Miniatis proportionabiliter, iuxta effectum, quem in dies vniones huiuſmodi ſortiri contigerit, arbitrio dictæ ſedis nuncij in ciuitate Florentina pro tempore commorantis, minuendæ annuatim perſoluere teneantur, prout ad ſe obligauit. Demum prępoſitũ dictæ Eccleſię ſic in cathedralem erectæ vſum pontificalium, ſi quẽ
C habet pari auctoritate conſerimus, Eccleſiam vero ſancti Miniatis huiuſmodi, illiuſque Epiſcopum pro tempore exiſtentem, Archiepiſcopi Florentini etiam pro tempore exiſtentis ſuffraganeum eſſe, eiuſque Metropolitico iure ſubiectum eſſe volumus, & decernimus. Poſtremo dicto Epiſcopo Lucano, vt ipſi minus damnum, quod fieri poſſit, & præmiſsis inferatur, omnia bona ſtabilia, ac redditus, prouentus, reſponſiones, canones, decimas, liuellos, necnon præſentandi aliqua iura, & emolumenta, ratione tamen directi, quam vtilis dominij quorumcumque bonorum, in quibuſuis locis; & terris a ſua diœceſi, vt præfertur diſmembratis conſiſtentium Epiſcopali menſæ debita, & annuatim, vel aliter præſtari ſolita, ita vt Epiſcopus Lucanus pro tempore exiſtens per
D ſeipſum, vel procuratorem ſuum legitimum, & vti prius exigere, & leuare caducitates, & deuolutiones, quas pro tempore quouis modo occurrere, & euenire contigerit. Et ad menſam ſuam Epiſcopalem ſpectantes declarare, & acceptare bonorumque ſic deuolutorum poſſeſsionem capere, & ingredi etiam vt prius libere, & licite poſsit, & valeat, neque propterea a prædicto Epiſcopo ſancti Miniatis, vel quopiam alio deſuper quouis quæſito colore moleſtare, vel impediri poſſe, aut licere decreuimus, & declaramus. Volumus autem, quod eæ queſtiones, ſiue cenſus, qui præfato Epiſcopo Lucano tamquam Epiſcopo ratione ſuperioritatis, ſeu recognitionis, per Eccleſias, clerum, hoſpitalia, confraternitates locorum, vel alia loca pia oppidorum, ſeu locorum, ſic diſmembratorum annuatim, vel alias præſtati ſolent, & in cera, & pipere, ac croco, ſiue

ſiue ſaffarano, ac forſan pecunia numerata, vt pluA rimum conſiſtunt, & ad valorem annuum quadraginta ſcutorum, vel circa aſcendunt, deinceps nouo Epiſcopo ſancti Miniatis in recognitionem iuriſdictionis, ſeu ſuperioritatis ſuæ in Eccleſias, confraternitates, aut perſonas, & loca pia huiuſmodi præſtari debeant, pro illis vero Epiſcop. ſancti Miniatis dicto Epiſcopo Lucano pro tempore exiſtenti ſingulis annis integre valorem ceræ, pecuniarum, aliarumque rerum præfatarum arbitrio eiuſdem nuncij taxandum, & æſtimandum compenſare, & præſtare teneantur. Cæterum capitulo, clero, ciuitati, & diœceſi ſancti Miniatis huiuſmodi, ipſarumque ciuitatis, & diœceſis, incolis, & habitatoribus, & eorum ſingulis, & omnibus, & ſingulis priuilegijs, & exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratijs, fauoribus, B & indultis, quibus aliarum Eccleſiarum cathedralium capitula, aliæque ciuitates, & diœceſes, ac earum clerus, incolæ, & habitatores vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum ſimiliter, & pari firmitate, ac ſine vlla penitus differentia vti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, auctoritate, necnon tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus, &c. præmiſſis, ac de iure quæſito non tollendo, necnon de vnionibus committendis ad partes vocatis, qui fuerint vocandi, necnon de exprimendo vero valore, & Lateranenſis concilij nouiſſime celebrati vniones perpetuas, niſi in caſibus a iure permiſſis fieri prohibentes, necnon recolendæ memoriæ Pauli Secundi, & quorumcumque aliorum Romanorum C Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque quibuſuis Apoſtolicis, necnon ſynodalibus, prouincialibus, & vniuerſalibus concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non dictæ Eccleſię ſancti Miniatis cum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſuis tenoribus, & formis, necnon cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijs efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & alijs decretis in genere, vel ſpecie, continuata ſimili, etiam conſubſtantiales, ac alias in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, cō- D firmatis, & approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, illarumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret illarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata exprimerentur, & inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā


A noſtræ ſeparationis, diſmembrationis, & exemptionis, liberationis, ſubiectionis, erectionis, inſtructionis, conceſsionis, aſsignationis, applicationis, appropriationis, vnionis, annexionis, incorporationis, oblationis, voluntatis, decretorum, declarationis, indulti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1622. nonis decembris, Pontif. noſtri anno ſecundo.



1 FRANCISCVS Norius, filius Vincentij nobilis Florentinus, cathedralis Florentinæ canonicus, doctor, Theologus, ordinariuſque ſacræ ſcripturæ interpres, a Gregorio Decimo quinto Pontifice Maximo, primus Miniatenſis Epiſcopus deſignatus eſt. Cæterum cum idem Pontifex celeri morte fuiſſet ſublatus, Vrbanus Octauus ad preces Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ eidem Franciſco Norio iam deſtinatam Miniatenſem dignitatem aſſeruit, die vndecima menſis martij anno 1624. Inauguratus autem Romæ eſt, ſolemnique ritu ſeius Epiſcopatus inijt poſſeſsionem die 13. menſis auguſti eiuſdem anni. Rexit hanc Eccleſiam vſque ad annum 1631. trigeſimaque die decembris obijt diem poſtremum: ſuo deceſſu Miniatenſis populi cumularatus dolorem, quem ex contagio, quod tunc graſſabatur, frequentibuſque funeribus hauſerat luctuoſiſsime.

ALE-



2 ALEXANDER Strozza Thomæ filius, Florentinus antea canonicus, poſtea Andtienſis Epiſcopus, ad Miniatenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1632. 8. idus martij. Huius, niſi modo in viuis ageret, libenter meritas laudes percurrerem, ſed ſat erit dixiſſe ijs exaggeratis virtutibus cumulaſſe nobilitatem generis, quæ verum paſtorem, animarumque rectorem videantur decere. Haud tamen ſilentio poſſum inuoluere Carolum Strozzam Alexandri ſimillimum fratrem, virum ſanè pernobilem, ac venerandæ antiquitatis bene peritum, cuius ſtudio, diligentiaque hic noſter qualiſcumque conatus excreuit in opus, præcipue tamen in ijs, quæ ad Hetruriam ſpectant. Siquidem candide, & ingenue nobis ea ſuggeſsit, quæ non modo noſtros poſſent iuuare labores, ſed etiam ad immortalitatis laudem prouehere. Satis igitur viro nobili gratiarum retulero, ſi me eius liberalitate ita deuictum fatebor, vt omnem mihi referendi gratias locum ademiſſe ſimul deuicto neceſſe ſit confiteri.

EPISCOPI
PISTORIENSES.



ANTIQVIOR de ciuitate Piſtorio apud Comicum Plautum in Captiuis memoria habetur, qui a condita Vrbe Roma floruit circa annum 550. Iul. obſequens in lib. de prodigijs. Clarius autem, illuſtriuſque huius ciuitatis meminit Salluſtius in Catilinario, cum Catilinæ ipſius cladem commemorat, vnde contendunt aliqui ideo fuiſſe dictum Piſtorium, quaſi peritorium, quod Romanis circumuentus armis, periſſet ibidem. Alij ita dictam volunt a peſte, quæ reliquias Catilinæ, in agro Piſtorienſi, qua Florentiam ſpectat, debellatis, afflixit, vt prodit Fa-

A cius Vbertus lib. 3. Nec defuerunt qui dicant eam ciuitatem dictam fuiſſe Piſtorium a πίστις, & χώρα duobus verbis Græcis, quæ ſimul iuncta, fidele territorium, Romanis ſcilicet, videntur ſignificare, mihi autem Annius de more fabulari videtur, cum aſſerit oppidum Piſtorium eiuſmodi nomine appellari, quod in Hetruria poſita ſit, vt inde in Gallias tranſitus poſsit patere. Cui haud abſimilis modo eſt Antoninus in itinerario, qui Piſtorium nomen deducit a multitudine piſtorum, vel qui ibidem alantur, vel qui inde exeant ad accommodate farinam pinſendam in panes. Igitur, vt antiquior Piſtorij origo eſt, quam vt quiſquam eiuſdem oppidi auctorem expiſcari poſſe videatur, ſic in eius
B nominis etymologia indaganda plerique ſcriptorum gratis, dum cum nauſea, cumq; riſu legentium vaticinantur, inſaniunt. Meminit igitur illius clariſsime Salluſtius, tum Plinius, qui illam appellat Piſtorium, Ptolemæus autem Piſtoriam. Ammianus autem Marcellinus cum illam commemorat, ideo illius meminiſſe poteſt videri, vt ridiculum illud partum, quod in ea accidit, ad captandum riſum legentium proferret in lucem, nec aliam poſt interitum Catilinæ veterem memoriam huius vrbis reperire eſt. Cæterum moderni ſcriptores de illa ſæpius commemorarunt, quod frequētiſsime, ac fœdiſsime illius ciues abijſſent in partea, ita vt Volaterranus Piſtorium parentem diſſenſionum appellet. Prima omnium Hetruriæ ci-
C uitatum, quæ gliſcentis Florentinæ felicitatis ſubierit frænum, Piſtorium fuit 1250. Quippe quæ ſæpius diuiſa in partes, haud diu potuerit ſuam dignitatem, libertatemque tueri. Inde enim Nigrorum, Blancorumque noxioſiſsimæ factiones prodierunt, tum & Panciaticorum, ac Cancellariorum verius rabies, quam ſimultates, quorum contentionibus, armiſque propemodum excisa demum fuiſſet, ac ſuis ciuibus luctuoſiſsime orbata, niſi demum coacta fuiſſet Florentino parere imperio, indeque ad Mediceorum Principum ſinum confugiſſet, ſub quorum auſpicijs, qua opibus, qua pacis, bellique artibus floret quam maxime. Ad radices Alpium in plano, fertilique ſolo ſedem fixit, vallis ad hanc vrbem, qua Florentiam itur, patet lata, amœna, omni fructuum
D genere abundans, oppida, pagos, villas, caſas, palatiaque in vniuerſum habens quadraginta quatuor millia, ſinui Baiano non abſimilia. Clariſsimorum virorum in omni memoria altrix, ac parens, in quibus numerantur Sozomenus presbyter, quem Volaterranus perhibet hiſtoriam a mūdi exordio ad ſua vſque tempora pertexuiſſe, nec non Cynus Sinibaldus Dini diſcipulus, Bartoli præceptor, qui de iure multa edidit in codicem, digeſtorumque vetus, & additionem ad infortiatum, alioſque iuris Cæſarij libros, & tandem lumen illud ſacri Senatus, ac Togæ Nicolaus Forteguerrius Cardinalis poteſt eſſe inſtar multorum, hodieq; quamplurimi nitent, in quibus exaggeratæ virtutes cū nobilitate generis decertare videntur, quorum nuper princeps fuit Franciſcus Bracciolinus poeta inſignis, qui Torquati Taſsi gloriā feliciſsime æmulatus propemodum a tergo reliquit,

quit, quem ſibi vnum moderatiſsime imitandum deſumpſerat. inſcriptione ſigilli Piſtorienſes huiuſmodi vtuntur.

Quæ volo tantillo Piſtoria calo ſigillo,

Cæterum conſtat Chriſtiana ſacra hauſiſſe illam a Romulo Hetruſcorum Apoſtolo. Piſtorienſes etenim in eius rei non deſituram memoriam, nullum paruulorum vndis luſtralibus tingunt, cui præter nomen proprium Romuli nomen non adaptent. Vt autem in primis Hetruriæ ciuitatibus fuit, quæ Chriſtianam fidem ſuſceperunt a Romulo, ſic haud dubitandum eſt, a primis illis temporibus eidem attributum fuiſſe Epiſcopum, ac deinceps in Piſtorienſi ſede ſibi ſucceſſiſſe Præſules, quorum tamen ob bella, incendiaque vſque ad annum 600. conditæ ſalutis nulla reperiatur memoria. Perſpicitur tamen in antiquis concilijs Piſtorienſem Epiſcopum inter Romanæ prouinciæ Præſules fuiſſe computatum, qui vnius Apoſtolicæ ſedis arbitrium præſtolarentur; at poſtquã Martinus Quintus Columna Eccleſiam Florentinam in Archiepiſcopatum honoris gratia ordinauit, Florentinæ Eccleſiæ tum ſubditus, tum ſuffraganeus renunciatus eſt anno 1420. Cathedralis Piſtorienſis primus patronus ſanctus Martinus Epiſcopus, cuius vſque ad annum 400. habetur memoria. Poſt annum vero 595. ſancto Zenoni Epiſcopo, tanquam protectori cathedralis conſecrata eſt. Siquidem cum aliquando magna moles aquarum è vicinis collibus erupiſſet, ac fine vllo exitu Piſtorienſe territorium occupaſſet, opẽque a ſancto Zenone Epiſcopo imploraſſẽt, dehiſcente miraculoſe Podio, via illa aquarum in diuería defluxit. In diuis autem tutelaribus S. etiam Iacobum Apoſtolum habet, quod eiuſdem inſigni reliquia anno 1145. ditata eſt, ſub Attone Piſtorienſi Epiſcopo. Eius Eccleſiæ capitulum 22. ordinarijs canonicis coaleſcit, ſexque ſupranumeralibus; quatuor antiquas dignitates habet, ſexq; recentes, quæ diuerſarum nobilium familiarum iuriſdictionem agnoſcunt: Archidiaconatus Pandulphiniæ Florentinæ nobiliſsimæ gentis iuſpatronatus eſt; Decanatus Panciaticorum; Primiceriatus Conuerſinorum; Theſauratus Bracciolinorum: Prioratus Panciaticorum: Sacriſtæ munus Altaraliorum; Rectoratus Gualfreduciorum: Cuſtodis autem munus gentis Marchettæ. Minores autem ſacerdotes, ac beneficiarij, clericique inferioris ordinis haud ſanè temnendum numerũ explent. Cathedralis, vt precioſa ſupellectili inſtructa eſt, ſic quamplurimis ſanctorum reliquijs condecoratur, in quibus elucent SS. Felicis, atque Rufini Piſtorienſium ſacrata oſſa. Non pauca ibidem monialium monaſteria conſtructa viſuntur, cum interim ibi non deſint diuerſorum ordinum religioſi, qui diuino operi vrgendo inuigilent. Ampla iuriſdictione gaudet, ita vt vſque ad Pratum nobile totius Hetruriæ Emporium extendatur, ad cuius ſpirituale arbitrium ab immemorabili regitur, ac gubernatur. Tametſi inter præpoſitum loci, Præſulemque Piſtorienſem haud defuerint graues, implicatæque lites.

Catalogum Præſulum Piſtorienſium, ex paucis illis monumentis, quæ bella, incendiaque re-

A liqua fecerunt, elumbem hiulcumque deprompſimus.

1 RESTALDVS Epiſcopus Piſtorienſis floruit anno 600. primuſque eſt, cuius memoria occurrat. Poſt cuius exceſſum per 200. ipſos annos, nullius reperitur memoria, qui ſedem illam obtinuerit.

2 IOANNES Epiſcopus Piſtorienſis anno 700. quædam iura Epiſcopatus Lucenſis reſtituit, vt monumenta Lucenſia indicant. Item de eo mentio anno 716.

3 VVILTRETRADVS vixit anno 801.

4 LAMBARDVS Piſtorienſium Epiſcopus erat anno 826. Hic Romano concilio ſub Eugenio Papa interfuit.

5 QVASPRANDVS, vixit anno 844. interfuitque coronationi Ludouici filij Lotharij B Imperatoris in Regem Longobardorum apud ſanctum Petrum ſub Sergio Secundo, vt Anaſtaſius Bibliothecarius narrat, meminitque Baron. in ſuis annal.

6 OSCHISIVS Epiſcopus Piſtorienſis anno 870. interfuit cuidam iudicio Lucæ habito ad fauorem Gherardi Epiſcopi Lucenſis.

7 VVIDO, Piſtorienſibus ius dicebat diuinum anno 916.

8 IOANNES Epiſcopus Piſtorienſis anno 940. Romanæ ſynodo interfuit ſub Ioanne XII. apud Baron.

9 FLORENTIVS anno 963. apud eundem Baron.

10 ANTONIVS electus eſt Epiſcopus Pi- C ſtorienſis anno 985. ſedit autem annos 27. gratioſus apud Othonem III. Imperatorem, a quo honoris ergo princeps Imperij dicitur fuiſſe ſublectus.

11 ASTERIVS anno 904. præſens cuiuſdam iudicij Romæ facti ad fauorem Petri Epiſcopi Lucenſis. b Ludouico IV. Imp. & Benedicto IV. Papa, vt ſupra vidimus.

12 RESTALDVS eiuſdem ciuitatis Epiſcopus anno 1012. ex monacho ordinis ſancti Benedicti. Fuit hic diſcipulus ſancti Ioannis Primi Abbatis Patinenſis cœnobij, & eiuſdem ſancti obitui interfuit anno 972. 11. Kalen. iun. deinde ad cathedram aſcendit Epiſcopalem, ex manuſcript. vita eiuſdem Abbatis. Anno vero 1018. ſolemni ſanctorum Barontij Abbatis, Deſiderij, & ſocio- D rum monachorum tranſlationi interfuit, pauloq; poſt ex hac mortali vita deceſſit.

13 IOANNES patria Lucenſis, Petri Valberti filius, Epiſcopus Piſtorienſis circa an. 1020. multa bona conceſſit Eccleſijs S. Pantaleonis, & Reparatæ diœceſis Lucenſis.

14 MARTINVS electus anno 1043. obijt anno 1050. quo anno ſubſcripſerat Leonis Noni priuilegio pro Eccleſia Portuenſi.

15 VVIDO floruit anno 1052.

16 LEO anno 1068. octauo idus iulij ſe ſubſcripſit ſententiæ eiuſdem comitiſſæ Beatricis ad fauorem Archidiaconi Lucenſis. Condidit Leo, vel potius in Abbatiam erexit Eccleſiam D. Michaeli Archangelo ſacram de Fureule, quæ ea tempeſtate in ſuburbijs ſita erat, hodie muro-

rum

rum ambitu continetur, eamq; in Vallisvmbroſanam monachorum congregationem contulit, quæ hactenus illam obtinuit: hæc vero inſtitutio facta a Leone anno 1084. capituli ſuffragijs corroborata, his verbis concepta eſt, quæ in celeberrima Vallisvmbroſanæ Abbatiæ ſanctiore Camera aſſeruatur.

Leo. Dei gratia, Piſtorienſis Eccleſiæ Epiſcopus. Omnibus noſtro regimini commiſſis in Chriſto ſalutem.

Sicut Eccleſiæ Dei violatores, Paulus Apoſtolus a Deo diſperdendos denunciat: ita eum qui domum Dei iuxta poſſibilitatem ſuam ædificare, vel ordinare ſtudet, digna mercede remunerandum proclamat dicens: *Vnuſquiſque propriam mercedem accipit ſecundum ſuum laborem.* Quod ita eſſe & his, & aliarum ſcripturarum diuinarum teſtimonijs cognoſcentes, in augumentatione, & melioratione Eccleſiarum nobis commiſſarum, dum vacant, laborare ſtudemus. Talia itaque faciendo, noſtræ memoriæ occurrit Eccleſia ſancti Angeli Michaelis, in loco, qui dicitur Furcule, ſita in ſuburbio videlicet Piſtorienſi, officio, & omni gubernatione deſtituta, de cuius deſtructione, & detrimento nimium dolentes, & qualiter meliorari valeret, pertractantes, cum conſilio noſtrorum clericorum, necnon fidelium laicorum, conſtituimus, & firmiſſima ſtabilitate ſancimus, pro animæ noſtræ, & anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum remedio, eam abhinc, & in perpetuum monaſterium fieri, quatenus ſicut de eius exiguitate, & deſtructione multi animæ, & corporis damna perpeſſi ſunt, ſic de eius reſtitutione, & augumento quamplurimi & animæ, & corporis ſalutem ſe conſequi gratulantur. Vt autem monachi, qui inibi Deo militare debent, quiete, & ſecure a ſecularibus moleſtijs viuere valeant, præponimus nos noſtroſque ſucceſſores, abhinc in antea nullam ſecularem poteſtatem, vel dominium de prædicta Eccleſia habere debere, nihilque de rebus, quas quolibet modo habet, vel in æternum habebit, auferre, minuere, ſubtrahere, alienare, vel qualicumque cauſationis lite fatigare, ſiue per nos, ſiue per aliquam a nobis ſubmiſſam perſonam. Et quoniam Abbatiam ibi fieri loci paruitas modo non requirit, decernimus, & ibi quando regulariter poterit, ordinari. Ita tamen vt a nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, quocumque tempore, nullus eidem loco Abbas conſtituatur, vel ordinetur niſi quem concorditer monachi in eodem loco habitantes elegerint, cum conſilio, & adiutorio Abbatis Ficeclenſis, & eorum, qui congregationes Vallisvmbroſas pro tempore regunt. Quia autem modo Ficeclenſis Abbas ſuos ibi monachos ponit, per eum eoſdem monachos volumus regi, ſi tamen congregationes Vallisvmbroſæ non diſcordauerint, quod ſi fecerit, in eorum ſint regimine, qui regunt congregationes Vallisvmbroſas: ſi autem monachi, qui in præfata Eccleſia ſancti Angeli pro tempore fuerint, a ſupraſcriptis rectoribus diſcordare cœperint, habeant poteſtatem cum conſilio noſtro illos inde trahendi, & alios quos voluerint admittendi, quod ſi aliquis de meis ſucceſſoribus, quod abſit, ſimoniacus fuerit, vel aliquod crimen, quod Epiſcopum non deceat, patrauerit, licentiam, & poteſtatem eis damus, cum conſilio clericorum, qui in noſtra Eccleſia ſecundum Deum vixerint, vnde melius potuerint conſecrationes, & ordinationes accipere, aut regulariter noſtræ Eccleſiæ ordinatum Epiſcopum expectare. Vt ergo hoc noſtrum decretum firmiter inuiolatum permaneat, obligamus nos, noſtroſque ſucceſſores, ſi aliquid horum irritum facere tentauerimus, ſiue per nos, ſiue per ſubmiſſam perſonam a nobis, componere debere auri optimi libras centum, & poſt datam pœnam, quicquid in hoc præcepto continetur, in ſua firmitate, & robore permanere debere. Inſuper ſiue nos, ſiue noſtri ſucceſſores, ſiue a nobis ſubmiſſa perſona, quicumque illa fuerit, qui hoc decretum violare tentauerit, ex parte omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ ſemper Virginis, & ſancti Petri Apoſtoli, ſanctique Zenonis Epiſcopi, ſit excommunicatus, & maledictus, atque anathematizatus, ita vt & particeps cum Dathan, & Abiron, qui viui deſcenderunt in infernum, cum Iuda traditore, atque cum Simone Mago, partemque habeat cum diabolo, & angelis eius in ignem æternum, & hæc Martinum notarium ſacri palatij ita ſcribere rog.

Actum apud Canonicam Piſtorienſem feliciter.

Leo Epiſcopus in hoc decreto a me facto mea manu ſubſcripſi.

Ego Azzo Archidiaconus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vgo præpoſitus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Ildeprandus primicerius interfui, & mea manu ſubſcripſi.

Ego Syluius presb. ſubſcripſi.

Ego Bonus presb. ſubſcripſi.

Ego Ioannes presb. & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Bonattus presbyter, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Priſcianus presb. & canonicus ſubſcripſi.

Ego Minerius presb. & canonicus ſubſcripſi.

Ego Marinus clericus vice Guidonis presb. eius rogatu ſubſcripſi.

Ego Presbyter ſubſcripſi.

Ego Carbunculus clericus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Paganus diaconus, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Ruſticus diaconus, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Patriſius diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Bellinus canonicus clericus ſubſcripſi.

Fallus cuſtos interfui, & ſubſcripſi.

Bonaccius diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Bothon ſubdiaconus, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Villanus filius b.m. Vgi.

Rolandus Guitto germani, qui Bonini interfuere.

Guido, & Rolandinus germani, filij bon. memor. Gerardi.

Villanus filius Caparetthi interfui.

Lucius filius Panci, & Vgo filius quondam Brithoni, & Theodericus de Poio,

Petrus filius bon. mem. Pagani, &

Bonus filius Ruſtici, & alij quamplures interfuere.

Martinus clericus vice Rinuccij, filij Regimanni eius rogatu ſubſcripſi.

Bonus filius Fantuli interfuit.

Hoc factum eſt anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MLXXXIIII. pridie Kalend. ſept. ind. 7. feliciter.

Martinus notarius ſacri palatij hoc decretum compleui, & dedi.

Ego Anianus domini Frederici diuæ memoriæ Imp. iudex, & ſacri palatij notarius, illud autenticum vidi, & legi, & prout in eo inueni nil addens, vel minuens de verbo ad verbum fideliter ſcripſi, & exemplaui.

17 PETRVS monachus Vallumbroſanus, cum Piſtorienſis Epiſcopus fuiſſet adlectus, multa dilargitus eſt monachis ſancti Michaelis de Furcule ſui ordinis anno 1104. atque ad eundem Petrum Vrbanus Secundus Pont. Max. literas dedit, vt in 2. p. decretal. cauſa 1. q. 7. Hic reperitur vixiſſe anno 1096.


Petri huius voluntate, & beneplacito Mathilda comitiſſa dedit monaſterio ſancti Saluatoris Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Ponte anno 1099. Fragmentum donationis refert Franciſcus Maria Florentinus amicus noſter libro ſecundo rerum memorabilium comitiſſæ Mathildæ, ſic enim ſe habet.

In Dei nomine. Amen.

Anno ab Incarnatione eiuſdem 1099. regnante Imperatore Henrico id. 8. ſeptembris, indictione 8. Ego domina Mathilda ducatrix propter Deum, & mundum animæ meæ, vel pro eluendis peccatis meis, quæ commiſi, & pro anima Bonifacij marchionis genitoris mei, & Beatricis matris meæ da, & offero tibi Deo in monaſterio ſancti Saluatoris, & tibi Ioanni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus cum licentia, & integra bona voluntate domini Petri Piſtorienſis Epiſcopi, & Bonucci archipresbyteri Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Ponte cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis, & quod ab hac hora in antea poteſtatem habeatis illam tenendi. &c.

Ego. Petrus Epiſcopus, & ego Albertus iudex interfui.

Ego Greſſuto notarius ſubſcripſi. Dedit Mathildis Dei gratia, ſi quid eſt, &c.




18 ILDEPRANDVS ex comitibus Guidis de Romena, monachus Vallumbroſanus, atque Abbas ſancti Michaelis de Furcule Petro Vallumbroſano ſucceſſit. A comitiſſa Mathilda multa obtinuit priuilegia, quorum fauore multas Piſtorienſis Eccleſiæ iuriſdictiones recuperauit. Anno vero 1105. Paſchalis Secundi fauorabili procuſo diplomate, quicquid ſancti Zenonis, ac Piſtorienſes Epiſcopi poſſederant, confirmat. De eo mentio habetur in conceſſione Mathildæ comitiſſæ, quam fecit monaſterio Ficeclenſi diœceſis Lucenſis, dum Pratum nobile oppidum Piſtorienſis ditionis obſideret, aſtante Ildeprando anno 1107. Conceſſio eſt talis ex tabulario Lucenſi deſumpta.

Dum in Dei nomine.

D. inclyta comitiſſa Mathilda ducatrix ſtante ea in obſidione Prati, aſſiſtentibus cum ea Ildeprando gratia Dei Piſtorienſi Epiſcopo, & Bonuito archipresb. necnon Anſelmo Ficeclenſi Abbate, atque Bono Nonantulano iudice, ſeu Baldino de Carpincta, ſiue Fralmo de Luca, & Arduino fil. Guidonis, & Raymundo de Baete, atque Guiberto de Sauiola, & Vgo de Manfredi, ſeu Corbo de Ferignano, & Raynerio filio Bolgarelli, & Alucione de Luca. In eorum præſentia commota ea precibus iam D. Anſelmi Abbatis confirmauit poſſeſſionem illam, quam Eccleſia monaſterij ſancti Saluatoris de . . . habebat, & tenebat de illa portione, quam in prænominata Eccleſia euenit a Raynerio filio Ruſtici de caſtello illo, quod vocatur Montaltus, poſitum infra Epiſcopatum Lucenſem, & inſuper miſit bannum ſuum ſuper ſupraſcriptam portionem iam dicti caſtelli, necnon & ſuper ipſam poſſeſſionem tali modo: Si ab hac hora in antea vnquam in tempore magna, paruaque perſona de præfata portione eiuſdem caſtelli, vel de poſſeſſione aduerſus eandem Eccleſiam, & monaſteriũ, ſiue etiam aduerſus ſuos rectores, aut aduerſus illas perſonas, quam per præfatam Eccleſiam obuenerit in aliquo agere, aut cauſare, ſiue intentionare, vel moleſtare, aut litigare, ſiue tollere, aut inquietare præſumpſerit ſine legali iudicio, tũc ille ſit compoſiturus, & daturus centum libras denariorum, medietatem Cameræ ſuæ, & medietatem ſupradictæ Eccleſiæ, & monaſt. vnde hanc notitiam pro ſecuritate, & futura oſtenſione.

Ego quidem Gerardus notarius per iuſſionem eiuſdem D. Mathilda, & prædict. iudicum ſcripſi anno D. noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo, ſeptimo menſ. iunij, indictione 15.



Nominis hoc ſigno iudex Bonus hæc ego firmo.

Ego Sigifredus iudex interfui, & ſubſcripſi.

Fralmus Cauſidicus interfui.

Ego quidem Gerardus notarius vt dictum eſt per iuſſionem D. Mathildæ, & iudicum hanc notitiam ſcripſi.

Cæte-

Cæterum fuit Ildeprandus ſanctiſſimis moribus, ac ſingulari doctrina, deceſsitque 1133.

19 B. ATTO Luſitanus patria Pacenſis, profeſsione monachus, octauuſque Abbas Vallis vmbroſæ, electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 1133. eiuſdemque electionem ratam habuit Innocentius Secundus, a quo etiam ſequenti ampliſsimo priuilegio ad fauorem ſuæ Eccleſiæ, ac ſucceſſorum ditatus eſt; diplomatis exemplar vna cum ſequentibus monumentis habuimus ex tabulario eiuſdem Eccleſiæ.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Attoni Piſtorienſi Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice promouendis in perpetuum.

Piſtorienſis Eccleſia largiente auctore omnium bonorum Domino, in Tuſciæ partibus a longis retro temporibus licitè ſpecialis prærogatiuæ munus obtinuit, vt ſapientum, & diſcretorum paſtorum regimine præfulgeret, & tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus per eorum induſtriam gratum Deo ſuſciperet incrementum. Gaudemus equidem, & debita iucunditate lætamur, quoniam ſupernæ diſpoſitionis prouidentia te venerabilis frater Atto Epiſcope, ſapientem vtique virum, & in religione probatum, eiuſdem loci paſtorem conſtituit, & ad gubernandum, & inſtruendum doctrinæ, & vitæ exemplo populum ſuum miſeratione diuina vocauit. Quanto ergo vita tua religioſior eſt, & præfata Piſtorienſis Eccleſia, cui, auctore Deo, præſides, exiſtis beato Petro deuotior, tanto ex iniuncto Apoſtolatus officio magis grata nobis incumbit neceſsitas, vt prænominatam Eccleſiam tibi a Deo commiſsã, auctoritate Apoſtolica priuilegijs muniamur, & ei ius ſuum illibatũ, & integre conſeruemus. Ad exemplar ergo prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Vrbani, & Paſchalis Romanorum Põtificum præſenti decreto ſtatuimus, vt vniuſquiſque in præſentiarum in eadẽ Eccleſia iuſte, & legitime poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitate Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Statuimus etiã vt diœceſis Piſtorienſis Epiſcopatus, ſicut eius termini prædictorum prædeceſſorum noſtrorum priuilegijs diſtincti ſunt, ſic in iure, & conditione Piſtorienſis Epiſcopi ſine alicuius moleſtia, vel inquietudine perſeueret, per quos nimirum terminos ſubſcriptæ capellæ, & Eccleſiæ conſtitutæ eſſe noſcuntur. Capella videlicet de Capraia, capella hoſpitalis de Roſtria, plebs de Maſſa, capella de Vincio, capella de Cucuniano, capella de Caſtello nouo, capella ſancti Martini in monte Culli, capella de Varazzano, capella de Vernia, ſuper qua præfati prędeceſſoris noſtri Vrbani, poſt tertiam, & quartam diſcuſsionem eſt prolata ſententia, capella hoſpitalis de Fanana, capella Prati Epiſcopi, capella de Rotte, capella de Cerbaria, capella montis Acuti, capella de Inſula, capella domini Saluatoris ſita in Prato, curtem etiã, quam vocant Pauana in Piſtorienſi comitatu cum caſtello Sanbucæ in curtis confinia conſtructo dictæ Piſtorienſis Eccleſiæ confirmamus, ſicut a venerabilis memoriæ comitiſſa Mathilda beati Petri filia poſt diu examinatam attente a pluribus iudicibus, ac iuriſperitis, actionem per iudicium Bernardi tunc ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, & iam dicti Paſchalis Papæ vicarij, in manus dignæ recordationis Ildeprandi prædeceſſoris tui, & fratrum eius reſtituta eſſe cognoſcant. Porro dominationes de monte Murlo, de Prato, de ſancto Paulo, de Colonica, de Montemagno, de Caſale, de Camporecchio, de Creti, & de Spannarecchio, quas de laicorum manibus ſolertia prædicti prædeceſſoris tui eripuit, nullus namque ab eccleſiaſtico iure relictatum vſibus alienare præſumat. Id ipſum de cæteris curtibus prædictis, vt præcipimus, quæ hodie in Eccleſiæ Piſtorienſis poſſeſsione perſiſtunt, videlicet de Lizzano, de Mamiano, de Cauinana, de Batoni, de Saturnana, Brandelio, Grazzule, Piſtia, Vinacciano, Tobbiano, Publica, Silua mortua, Vinule, Petaneſe, Celle, & de cætera ſita in Epiſcopatu Bononienſi, quam tenuerunt homines de valle Pubila curte de Spalhero. Inſuper confirmamus vobis plebem ſancti Hippolyti in alpe, plebem ſancti Laurentij, plebem in monte Murlo, plebem de Villiano, plebem ſancti Quirici, plebem de Spannarecchio, plebem de Saturnana, plebem de Brandeglio, plebem de Cauinana, plebem ſancti Marcelli, plebem de Lizzano, plebem de Popilio, plebem de Pitelio, plebem de Faiſa.o, plebem de Celle, plebem de Calloria, plebem de Viuaniano, plebem de Maſſa, plebem de Creti, plebem de Camporecchio, plebem de Limite, plebem de Artimino, plebem de Seiano, plebem de Quartata, plebem de Montemagno, plebem de Tobbiano, plebem ſancti Pauli, plebem ſancti Hippolyti, plebem de Aiolo, plebem ſancti Iuſti, plebem de Colonica. In Prato plebem ſancti Stephani. Ad hæc admonentes ſancimus, vt occaſione priuilegij, quod Pratenſes a nobis ſe impetraſſe congaudent, nulla iniuria, vel irritatio, aut inobedientia matri ſuæ Piſtorienſi Eccleſiæ, ſeu cuilibet ſupraſcriptarum plebium, videlicet ſancti Pauli, ſancti Hippulyti de Aiolo, ſancti Iuſti, & de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur, nec Pratenſis Eccleſia, vel clerici ipſius loci eodem ſcripto contineatur, iuſtitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Eccleſiæ, ſeu Epiſcopi Piſtorienſis vitantur. Sed quemadmodum prædeceſſorum noſtrorum Vrbani, Paſchalis, & aliorum, ſeu etiam bonæ memoriæ Petri, & Ildeprandi Piſtorienſium Epiſcoporum tempore exiſtit, poteſtatis, aut dignitatis Piſtorienſis Eccleſiæ, vel Epiſcopi eis in omnibus obediens, & ſubiecta permaneat. Nulli ergo omnino hominum fas ſit ſæpedictam Piſtorienſem Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur tam tuis, quam tuorum fratrum, & pauperum vſibus profutura. Si quis ergo in poſterum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, princeps, aut dux, comes, iudex, aut quælibet eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hanc noſtræ re-

ſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, ac tertio commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſsimo corpore, ac ſanguine Dei, & domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua iura præſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniat.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vuillelmus Praneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Matthæus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes tit. ſancti Chryſogoni presb. Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Gottifredus Cardinalis presb. tit. S. . . . ſubſcripſi.

Ego Lucas presb. Card. tit. SS. Petri, & Pauli ſubſcripſi.

Ego Martinus presb. Card. tit. S. Stephani in Calis monte ſubſcripſi.

Ego Gregorius diaconus Card. tit. SS. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.

Ego Guido diac. Card. ſanctæ Mariæ in Via lata ſubſcripſi.

Ego Odo diac. Card. S. Georgij ſubſcripſi.

Ego Ioan. diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi.

Datum Piſis, per manum Americi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis, & Camerarij, duodecimo Kalend. ianuarij, indictione 12. Incarnationis Dominicæ anno 1134. Pontif. vero D. Innocentij Papæ II. anno quinto.

In eundem modum poſtea non minorem gratiarum copiam Cæleſtinus Secundus effudit. Caſtellum Bittonem coemit, fauore Didaci Archiepiſcopi Compoſtellani, ſancti Iacobi Apoſtoli colli articulum obtinuit, procurante Raynerio Piſtorienſi canonico Compoſtellano, anno 1145. collocauitque honorifice in cathedrali, in cuius ſancti honorem cum Atto ſacellum munifice conſtruxiſſet, Piſtorienſes maioris opis impetrandæ ſpe pleni, dictum S. Iacobũ ſuæ ciuitatis protectorem renunciarunt. Extant de hac re nonnullæ tum Raynerij, tum Didaci Archiepiſcopi literæ, quas hic libenter damus, vt Attonis virtutes, pietatemque magis venerentur mortales.

Suo dilectiſsimo patri Attoni, Dei gratia, Piſtorienſis Eccleſiæ Pontifici Reuerendiſs. Raynerius eadem gratia, eiuſdemque ſedis omnium leuitarum minimus, quod ſemper debetur.

Tuis deſiderabilibus perlectis chartulis, ſalutatione fideli, oratione Dominica, benedictionis promiſſione, gratiarum actione, ſalutari doctrina, honeſto, & vtili imperio vſquequaque refecti ſumus. Quocirca non milliaris, & immobilis, ſed viuus, & aduolans cupio fieri lapis, exemplo illius, quem reprobauerunt ædificantes, qui factus eſt in caput anguli, infra quem remanere non eſt tutum, vltra ipſum aliquid quærere

A eſt ſtultum, vitæ docendo viam, prius tamen incedendo per eam. Acceptis prius a te gratiarum laudibus ſummas vtique tuæ grates, & laudes refero ſanctitati, non conualeſcit planta care pater, quæ ſæpe transfertur, Nihil tam vtile eſt vt in tranſitu proſit, Ad te igitur promiſſor fideliſſime, & ad ſacratiſſimam meam Piſtorienſem Eccleſiam matrem, diuina comitante clemẽtia, cum debuero, & potero, redibo, & te, & eam pro viribus honorare, & iuuare non immerito ſtatui. Tuæ virtus innocentiæ a me laudanda foret, ſed timui laudes diminuiſſe tuas. Romana namque, & Apoſtolica ſedes, dum ſtudium tenerem Quintonio in Anglia, in tantam tuæ prærupit laudem excellentiæ in curia Præſulis Quintonienſiũ per dominum Matthæum diaconum, & Cardinalem

B ſancti Georgij, interrogatus a me de noſtræ, & Romanæ ſtatu Eccleſiæ, dicens, quod Romana, & Apoſtolica ſedes beata foret, ſi tui duceretur moderamine gubernaculi, quod me vltra, quam dici poſſit lætificauit. Legimus de beato Ioanne Baptiſta, quod in deſerto verbum prædicauerit vitæ, & teſtimonium præbuerit Filio Dei, & negauerit ſe Chriſtum eſſe, eo tempore, quo ei ſatis crederetur ſi diceret, & numquam Saluator eum inde abſtraxit, ſed capi, & in carcerem trudi & ab Herode capite minui permiſit. Te vero ab eremi ſolitudine abſtrahens, ad cæli ſorum vſque deducit. Aperto monachorum carcere ſummum paſtorem ſuper Eccleſiæ candelabrum immobiliter ſtatuit. De Ioanne dictum eſt: Non erat ille lux: de te, & Apoſtolis, quorum vicem geris, ſcrip-

C tum eſt. Vos eſtis lux mundi. Superas etiam beatum Ambroſium in inuentione, & acquiſitione ſanctorum corporum: ille enim tantum martyres expoſuit ſuis ciuibus, tu vero tuis admirande pater, dabis martyrem, & Apoſtolum. Non hoc dico, vt ſanctis detraham patribus, ſed vt Deus in te ex parte noſtris glorificetur temporibus, glorioſiſsimis tuis meritis, diuina tamen præueniente, & ſubſequente gratia, in eoque non modico labore, & ſudore, & anguſtiſsima difficultate non minimam reliquiarum de capite beatiſsimi Apoſtoli Iacobi fratris Ioannis Euangeliſtæ, omnibus pro me apud dominum Archiepiſcopum Compoſtellanæ ſedis, qui dedit, interuenientibus perſonis, atque eiuſdem Eccleſiæ canonicis, & in lo-

D cello, in quo ſunt, proprijs locauit manibus, obtinui partem, quam non promitto, ſed fideliter, atque filialiter, & deuote per medium Villanum prudentiſsimum virum, & veſtrum legatum, & per Thebaldum auunculum eius, vobis, & ſanctæ matri Eccleſiæ Piſtorienſi ad præſens mitto.

Suppliciter igitur, atque obnixe veſtram imploramus ſanctitatem, atque pietatem, vt ea reuerentia, & honore quo tantum decet Apoſtolum, & noſtram matrem Eccleſiam, veſtramque perſonam exeundo obuiare cum clero, & populo, ſi veſtræ complacet maieſtati, facta ex ordine proceſſione ſupradicta patrocinia ſuſcipiatis, & ad veſtram, & noſtram matrem Eccleſiam, cui delegamus, deducatis, & honeſte tractetis. Et in honorem ſupradicti Apoſtoli, in baſilica noſtræ matris Piſtorienſis Eccleſiæ altare larga benedi-

ctione

ctione conſecraret, ſicut mihi literis ſignificaſtis, quantocyus ſtudeatis. Si feceritis, erit qui domino Archiepiſcopo, & mihi dicat, ſalutat vos per per me Dominus Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, & omnes veſtros canonicos, quem ex veſtra ſalutaui parte, qui gauiſus eſt valde, & amplectitur vos ſummo amore, præ ſolicitudine, & dilectione erga me, quam in veſtris perpendit literis, reuoluens illud ſæpius: non valde miretur fraternitas tua, quod ignoti ignoto ſcribimus. Salutant vos omnes beati Iacobi Apoſtoli canonici. Salutate omnes ſanctæ matris Eccleſiæ Piſtorien. canonicos.

Ad præſens o paterna dulcedo, me bene habere Deo gratias exiſtimo, & vobiſcum ſum corde, & animo. Saluto dominum Anſelmum ſanctiſſimum monachum monaſterij ſancti Michaelis de Furcule, & omnes eiuſdem loci, & congregationis fratres.

Epiſtola Archiepiſcopi Compoſtellæ ad Epiſcopum Piſtorienſem confirmatoria præcedentis.

Didacus, Dei gratia, Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, totiuſque eiuſdem Eccleſiæ canonicorum conuentus, Attoni Piſtorienſis Eccleſiæ reuerendiſſimo Præſuli, omnibuſque eiuſdem Eccleſiæ canonicis, & prædictæ vrbis Conſulibus, & vniuerſo populo, ſalutem, & benedictionem in Chriſto.

Sciatis pro certo, & in nullo dubitetis magiſtrum Raynerium nobis familiariſſimum, & omnimodo chariſſimum, vt ſcripſiſtis, Dominum, veſtræque Eccleſiæ filium, verum dicere de reliquijs corporis beatiſſimi Iacobi Apoſtoli, quas accepit a nobis cum ſumma difficultate, benigna tamen charitate, vobiſque miſit, ſcilicet quod audierit a prudentiſſimis, & ſenioribus viris beati Iacobi Eccleſiæ canonicis, & in rei veritate a nobis, illud caput beatiſſimi Iacobi Apoſtoli, fratris Ioannis Euangeliſtæ, vnde cum ſumma reuerentia a nobis ſumpta ſunt. Et ita apud nos creditur eſſe, dicitur, & pro certo tenetur, proinde obſecramus vos, quatenus honorifice, prout oportet ſupradictas reliquias prædicti Apoſtoli ſuſcipiatis, & honeſtiſſime tractetis. Val.

Epiſtola ad Epiſcopum Piſtorienſem, quod reſcribat, de honore, qui habetur reliquijs ſancti Iacobi.

Attoni, Dei gratia, Piſtorien. venerabili Epiſcopo, Raynerius Piſtorienſis Eccleſiæ filius, leuitaque humilis, quod ſemper debetur.

Iniunxit mihi, Pater ſanctiſſime, dominus Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, per omnia fideliſſimus amicus, vt mitterem vobis, quatenus ſignificaretis ei veſtris literis per peregrinos venientes ad limina beati Iacobi Apoſtoli vſque ad proximum Paſcha, vel vſque ad Aſcenſionem, quo honore ſint apud vos habita beati Iacobi Apoſtoli patrocinia, & quam honorifice locata. Quæ mihi valde pro hoc fatigato, benigne tribuit, & veſtræ Sanctitati miſi. Suppliciter igitur poſtulo, vt reſcribere illi non differatis. Val. dixit namque mihi prædictus Archiepiſcopus, quod nunquam in huiuſmodi tantum, & tale quid fecit hactenus pro aliquo.

Poſt receptionem vero ſacrarum reliquiarum, Compoſtellanus Archiepiſcopus, atque Raynerius diaconus multoties Piſtorienſem Epiſcopum ſuis literis viſitauerunt, & vt de reliquijs ſancti Iacobi ſic ageret, vt eum precibus poſtulauerat, nihilominus rogauerunt. De cuius enim bonitate, & honeſtate non modice præſumentes pariter cōfidebant, nam in epiſtolis quas ei miſerunt, eumdem dominum Attonem Epiſcopum, ſuamque ſanctitatem multum commendabant, & affatum per omnia laudabant. Quas epiſtolas ego Cantarinus clericus licet indignus, qui hæc ſcripſi, Cancellarius Piſanæ ciuitatis, oculis meis vidi, perlegi, & memoriter teneo, teſtis vtique verax, atq; fidelis. Vna quarum epiſtolarum hæc eſt.

Epiſtola Archiepiſcopi Compoſtellæ ad Epiſcopum Piſtorienſem.

Didacus, Dei gratia, Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, Attoni reuerendiſſ. Piſtorienſi Epiſcopo ſalutem, & beatiſſ. Iacobi Apoſtoli benedictionem.

Veſtras, quas ſæpius vidimus, & audiuimus ſalutationes, & literas, quas eidem noſtro filio, & Eccleſiæ beati Iacobi ſcholarum magiſtro prudenti viro, videlicet domino Raynerio, in quibus nos a vobis per ipſum ſalutatos cognouimus. Vnde vobis gratias agimus, & quia pretioſiſſima beatiſſimi Iacobi Apoſtoli capitis honorifice, atque ſanctiſſime tractaſtis patrocinia; quæ nos ſupradicto magiſtro dedimus Raynerio, laudes immenſas Deo, & veſtræ referimus ſanctitati; pro certo namque teneatis, quod ſi aliquid maius, quod eſt nobis impoſſibile, haberemus, veſtri amore, & magiſtri Raynerij, vobis diligentiſſime tranſmitteremus. Quocirca veſtram imploramus clementiam, & me veſtrarum omnium Valliſvmbroſæ congregationis fratrum orationum participem, & beneficiorum conſortem, deinceps facere dignemini. Quod nos pro vobis facimus, & nunc confirmamus in omnibus veſtræ Eccleſiæ beneficijs. Rogamus præterea, vt veſtris litteris nos viſitare dignemini, & ſupra dictæ, atque ſanctiſſimę congregationis ſimiliter literas nobis acquirere dignemini. Nempe vere es, quod diceris Archimandrita, pius, & ſobrius, & iuſtus Præſul. Salutant vos omnes canonici Eccleſiæ noſtræ. Salutamus etiam veſtros canonicos. Val.

Eugenius Tertius in gratiam Attonis, ſequentem perpetuo valituram indulgentiam altari, vbi ſacræ Iacobi reliquiæ aſſeruantur, conceſſit.

EVGENIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabilibus fratribus reuerendis, Senenſi, Volterrano, Florentino, Lucenſi, & Lunenſi Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad veſtram notitiam perueniſſe credimus, quæ & quanta miraculorum inſignia omn. Dominus per beati Apoſtoli Iacobi merita ad ſacrum altare ſuum in Piſtorienſi Eccleſia præſenti tempore voluit demonſtrare, vnde fideles populi de diuerſis, & remotis terrarum partibus, deuotionis intuitu, ad eundem venerabilem locum cœperunt concurrere, & ſalutis ſuæ remedia poſtulare. Expedit ergo fidelibus Chriſtianis, & maxime conuicinis, pro tanto collato beneficio, Redemptori noſtro gratias agere, & beato Iacobo

Apo

Apoſtolo eius, debita deuotionis obſequia fideliter exhibere. Ideoque per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus populum, & parochianos veſtros diſtricte commoneatis, quod viros, & mulieres vndecumque ſuerint, ad tam ſacrum oratorium deuotionis, & orationis cauſa proficiſcentes, nulla occaſione præpediant, nec eis aliquam moleſtiam, ſeu perturbationem inferre præſumant. Quod ſi qui facere præſumpſerint, eos tamquam ſacrilegos, & treguę Dei violatores excommunicatos publice denuncietis; & eandem excommunicationis ſententiam, quouſque ſatisfecerint, per parochias noſtras obſeruari firmiter faciatis. A

Datum Viterbij decimo Kalendas decembris anno 1145.

EVGENIVS EPISCOPVS *ſeruus ſeruorum Dei.* B

Vniuerſis Dei fidelibus, oratorium beati Iacobi Apoſtoli, quod in Piſtorienſi Eccleſia ſitum eſt, deuote viſitantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.


Ineffabilis diuinæ clementiæ magnitudo, quæ vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, Plurima clara diuerſorum miraculorum genera, beati Iacobi Apoſtoli meritis, ad ſacratiſſimű altare ſuum, ad compunctionem fidelium, in Piſtorienſi Eccleſia demonſtrauit, nam ſicut venerabili fratre noſtro Artone eiuſdem ciuitatis religioſo Epiſcopo, & alijs pluribus referentibus, agnouimus. cœci, claudi, contracti, & alij diuerſis languoribus debiles, in eodem loco, per beati vt diximus Iacobi preces, & merita, optata ſalutis remedia percipere. Nos itaque pro tanta diuinæ gratiæ oſtenſione, omnipotenti Domino gratias referentes, dignum duximus, vt fideles Chriſtiani, qui præfatum venerabilem locum, pietatis intuitu deuote viſitauerint, peccatorum ſuorum per nos reuelationem aliquam mereantur. Ideoque de beatorum Petri, & Pauli, & eiuſdem Iacobi Apoſtolorum Chriſti meritis confiſi, apoſtolica auctoritate ſtatuimus, vt quotquot prædictum venerabile oratorium, cauſa deuotionis, & orationis viſitauerint, de iniunctā pœnitentia ſeptem dierum indulgentiam ſe accepiſſe congaudeant. C

Datum Viterb. 10. Kal. decemb.

Poſt egregias editas operas deceſſit Atto die 22. menſis maij 1153. ſepultuſque in Eccleſia ſancti Miniatis in curtet anno vero 1337. eius ſacrum corpus tranſtulerunt in cathedralē, vbi maxima veneratione aſſeruatur. Scripſit Atto vitam ſancti Ioannis Gualberti ordinis Valliſvmbroſæ fundatoris, eiuſdemque Attonis res præclate geſtas perſcripſit Franciſcus Forteguerra, nouiſsime Iuſtinianus Marchettus, aliique. De eo item Ferrarius in catalogo ſanctorum Italiæ Arnoldus Vvion. lib. 2. ligni vitæ, Clemens vero Octauus miſſam, officiumque ad honorem beati Epiſcopi Attonis ex præſcripto ſacræ Rituum congregationis conceſſit celebrandam an. 1605. 24. ianuarij. D

20 TRECCIA eius, ac Epiſcopus Piſtorienſis, B. Attoni ſucceſsit anno 1153.

21 GRATIANVS Piſtorienſis, floruit anno 1158.



RAYNALDVS ex Comitibus Guidis de Romena, ex canonico ſubſtractus eſt Piſtorienſis Epiſcopus anno 1181. Deceſsit autem anno 1186.


22 BONVS Piſtorienſem ſedem obtinuit anno 1187.

23 SOFFREDVS, ſeu Offredus Piſtorienſis Epiſcopus anno 1200. cum Soffido Card. a nonnullis is Offredus ob nominis paritatē confunditur, de quo infra. Cæterum Offredo Præſule Otho Quartus Imperator ſequens priuilegium Piſtorienſibus conceſsit, ſaluo iure Piſtorien. Epiſcopi, autographum aſſeruatur in archiuio ciuitatis.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Otho Quartus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Imperatoriæ Maieſtatis noſtræ decet clementiā, deuota fidelium ſuorum obſequia clementer reſpectiue, ipſiſque pro benemeritis digna munificentiæ ſuæ beneficis liberaliter impartiri. Ea propter notum facimus vniuerſis Imperij noſtri fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos præ oculis habentes ſinceram deuotionem, & præclara ſeruitia, quæ fideles noſtri ciues Piſtorienſes in primo aduentu ad ipſos Maieſtati noſtræ laudabiliter exhibuerunt, ipſos omnes cum perſonis, bonis, rebus, ac poſſeſsionibus eorum iuriſdictione, comitatu, & diſtrictu, quæ nunc iuſte habent, & quæ olim habuerunt, vel in poſterum dante Domino iuſtæ acquiſitionis titulo poterunt obtinere, in ſpecialem defenſionis noſtrę protectionem recipimus de Imperiali auctoritate ipſis concedentes, & confirmantes omnia iura, actiones, poſſeſsiones, iuriſdictionem, comitatum, & diſtrictum, quæ nunc iuſte tenent, & ea, quæ temporibus prædeceſſorum noſtrorum Federici, & Henrici ſexti Imperatorum iuſte habuerunt, & de his cum nuper in prædicta ciuitate eſſemus eos cum vexillo manu propria inueſtiuimus, ſalua in omnibus Imperiali iuſtitia, etiam addito, vt quæ vniuerſitas eiuſdem ciuitatis nobis per ſuos nuncios promiſit, nobis inuiolabiliter compleant, & obſeruent. Saluo quoque in omnibus iure Epiſcopi Piſtorienſis per priuilegiū noſtrum ei indulto. Statuimus itaque, & ſancimus, vt nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, dux mar-

marchio, comes, vicecomes, nullus nuncius, vel legatus noſter, nulla ciuitas, vel poteſtas, nullum commune, nullaque omnino ſecularis, vel eccleſiaſtica perſona, præfatos fideles noſtros ciues Piſtorienſes contra hanc Maieſtatis noſtræ conceſſionem audeat grauare, vel perturbare, quod ſi quis facere præſumpſerit, centum librarum auri puri pro pœna componat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum paſsis iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam præſentem paginam inde conſcribi iuſsimus, & Maieſtatis noſtræ ſigillo communiri. Huius rei teſtes ſunt, Vulpherus patriarcha Aquileienſis, Americus Mantuanus Epiſcopus curiæ vicarius, Offredus Piſtorienſis Epiſcopus, Mayuardus comes de Garzia comes Artemanus de Vvirtumbere, comes Marcaldus de Verrge, & alij quamplures,

Signum D. Otho-  *nis IV. Romanor.*
Imperatoris Au- *guſtiſsimi.*

Ego Conradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aulæ cancellarius vice Domini

Theodorici Eccleſiarum Archiepiſcopi, Archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo, indictione 13, regnante domino Othone Quarto Romanorum Imp glorioſiſs. anno regni eius 12. Imperij vero primo.

Datum apud Pratum per manum Gualterij imperialis Aulæ protonotarij 8. id. febr.

M. Soffridus eius, & canonicus olim Piſtorienſis, a Lucio Tertio Pontifice Maximo vocatus ad purpuram ſub titulo ſanctæ Mariæ in Porticu, poſtea etiam Cardinalis ſanctæ Priſcæ, a priuatis monumentis inter Præſules eiuſdem ciuitatis memoratur, tametſi hoc ipſum incredibile videatur apud ſe reputantibus nunquam Innocentium Tertium acquieuiſſe, vt alicui peculiari Eccleſiæ Soffridus præficeretur. Quippe, qui vniuerſali Eccleſiæ magno vſui eſſet, & commodo, itaque qui nequicquam ad Rauennatem Archiepiſcopatum, Hieroſolymitanumque patriarchatum vocatus fuerat, quando Piſtorienſem ſuſcepiſſet regendum, vir magnis, trepidiſque legationibus, hoc eſt ad Balduinum Conſtantinopolitanum Imperatorem in Orientem, in Gallias, inque totam Italiam defatigatus. Cæterum ſi publicis Piſtorienſibus tabulis vlla fides habenda ſit, ſuæ patriæ Epiſcopatum numquam obtinuiſſe dicendum eſt. Deceſſit enim Card. Soffridus anno 1211, teſte Ciacconio; Soffridus vero Piſtorienſis Epiſcopus annum ſuperauit ætate 1218. Soffridus Card. Innocentio Tertio imperante in Oriente Eccleſiaſticæ reipublicæ promouit negotia: Soffridus Piſtorienſis Epiſcopus ſub eodem Innocentio, eodemque tempore in Occidente Eccleſiæ ſuæ iura ſuſtinuit, apud Othonem Imperatorem, & ab Honorio

A Tertio deinceps poſt Soffridi Cardinalis exceſſum anno ſeptimo, hoc eſt 1218. omnium priuilegiorum confirmationem ſuſcepit, ſiquidem fatendū eſt omnino fuiſſe diuerſos, duoſque Soffridos, ambo Piſtorienſes, Cardinalem vnum, Epiſcopum alterum, tametſi virtute, dexteritateque agendi potuerint eſſe pares. Memini me dixiſſe in meis ad Ciacconem additionibus Soffridum Cardinalem, de quo modo loquimur, illum eſſe, quem alij Goffredum appellant de Caietania Piſanum, qui error manifeſtiſsimus eſt, irrepſitque in meas additiones tum ea properantia ſcribendi, tum ex aliorum ſententia, vt in primo noſtro tomo diximus, dum de Goffredo Caſtiliono Epiſcopo Cardinali Sabinenſi loqueremur. Soffridus vero noB ſter Epiſcopus Piſtorienſis mortalitatem explicuit circa annum 1220. poſtquam Eccleſiam ſibi creditam perbelle adminiſtraſſet. Porro diploma illud, quod Soffridus ab Honorio pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus anno 1218. receperat, eſt tenoris ſequentis ex manuſcript. lib. nigro fol. 17. qui extat in archiuo Piſtorienſis Eccleſiæ.

HONORIVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Venerab. Soffredo eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Quoniam omnium ſolus Eccleſiarum curam Deo, prout ipſi placuit, diſponēte ſuſcepimus, oportet nos fratres noſtros Epiſcopos ampliori charitate diligere, & Eccleſias eorum guberna-
C tioni commiſſas pro tempore ſedis Apoſtolicæ conſtitutas, in quibus quatenus tam nos, quam Eccleſijs, quæ ipſorum regimini ſunt coniunctæ ſub Apoſtolica tuitione manentibus, & Apoſtolorum Principis patrocinium contra prauorum incurſiones adeptis, & ipſi officij ſuæ protectioni valeant propenſius imminere, & commiſſæ ipſorum patrocinio oues dominicæ vitæ pabulum Chriſtianis neceſsitatibus prauorum moleſtijs vberius, & quietius poſsit iugiter inuenire. Et propterea venerab. in Chriſto Patri Soffredo Piſtorien. Epiſcopo tuæ honeſtatis, & antiquæ deuotionis, qua Piſtorien. Eccleſia ſemper in Apoſtolicæ ſedis reuerentia, & veneratione permanſit, conſideratione inducti ad exemplar felicis recordationis Vrbani paſtoralis Innocentij Secundi,
D Anaſtaſij, Alexandri, Vrbani Tertij, ac Innocentij Tertij prędeceſſorū noſtrorū Romanorum Pontificum earumdem Eccleſiarum ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſenti ſuſcepti priuilegio commiſſo, ſtatuentes quaſcumque poſſeſsiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſte, & canonice poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel principum oblatione, ſeu alijs iuſtis nominibus præſtante Domino potuit adipiſci, firmiter tibi, & tuis ſucceſſoribus, & illibata permaneat, &c. Sancimus, vt diœceſis Piſtorien. Epiſcopatus prædictus eiſdem terminis dictorum prædeceſſorum noſtrorum priuilegijs diſtinctus ſit, ne in futurum extra dictos Piſtorienſes Epiſcopos ſine alterius moleſtia, vel inquietudine perſeuerent, pro quo nominatur tātummodo ſubſcriptæ capellæ, & Eccleſiæ conſtitutæ, ac con-

ſtr-

ſtituitur vid. capella de Capratis, capella hoſpitalis de Roſaris, plebs de Maſſa, capella de Vincio, capella de Butrimiano, capella de Caſtello nouo, capella ſancti Martini in Monteculli, capella ſanctæ Mariæ Magdalenæ in cella, capella de Valenzano, capella de Veruça, ſuper qua præfati prædeceſſoris noſtri Vrbani poſt tertiam, & quartam deſcriptionem, eſt prolata ſententia. Capells hoſpitalis de Fanano, capella hoſpitalis præfati Epiſcopi, capella de Rotie, capella de Corbaria, capella montis Acuti, capella de Inſula, capella ſancti Saluatoris, ſita prope Pratum iuxta fluuium Biſertium, capella ſancti Martini Vociano, quæ vocatur Panana in Piſtorien. comitatu cũ caſtello Sambuchæ ſub certis terminis conſtructo ſanctæ Piſtorienſis Eccleſiæ confirmando ſito a vener. memoriæ comitiſſa Mathilda beati Petri filia poſt diu examinato a compluribus iudicibus, ac iuriſperitis auctoritate per iudicium Bernardi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Card. & iam dicti paſtoralis . , vicarij in manu dignæ recordationis Ildeprandi prædeceſſoris tui, & fratris eius reſtituta eſſe cognoſcitur. Porro decimationes de monte Murlo, de Prato, de ſancto Paulo, de Colonica, de monte Magno, de Caſtili, de Lamporecchi, de Creti, de Spanarecchio, quas de laicorum manibus ſolertia prædictus prædeceſſor tuus eripuit, nullus vnquam ab eccleſiaſtica iuriſdictione, & clericorum vſibus alienare præſumat. Idipſum de terris, fructibus, prædijſue præcipimus, quæ hodie in eccleſiaſtica Piſtorien. poſſeſſione perſiſtit, vid. de Pizzano, de Mammiano, de Cauinaana, de Baſia, de Satrinana, de Brunellio, Grappols, Vinacciano, Tobiano, Publica, Silua mortua, Vinciplactos verte, Celleri, & de terra ſita in Epiſcopatu Bonon. quam tenuerunt fines de valle della corte de Spalliolo. Inſuper confirmamus vobis plebẽ ſancti Hippolyti in Alpe, plebem ſancti Laurentij, plebem in monte Murlo, plebem de Viliano, plebem ſancti Quirici, plebem in monte Cuccoli, plebem in Saturnana, plebem de Biandellio, plebem de Faccinana, plebem ſancti Marcelli, plebem de Fizzano, plebem de Papilio, plebem de Pitellio, plebem de Fonſalo, plebem de Colle, plebem de Calona, plebem de Murtiriano, plebem de Maſſa, plebem de Creti, plebem de Rampo-recchio, plebem de Limite, plebem de Arimino, plebem de Seano, plebem de Quarrata, plebem de Montemurlo, plebem de Tobbiano, plebem ſancti Hippolyti, plebem ſancti Pauli, plebem de Aiolo, plebem ſancti Iuſti, plebem de Colonica, in Prato plebe ſancti Stephani. Ad hęc adiacentes ſanctimoniales, vt Othonis priuilegio, quod Pratenſes a Romana Eccleſia ſe habere congaudent, nulla iniuria, vel diminutio, aut inobedientia matri ſuæ Piſtorien. Eccleſiæ, ſeu cuilibet earundem plebium vid. ſancti Pauli, ſancti Hippolyti, ſancti Petri de Aiolo, ſancti Iuſti de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur, nec Pratẽſis Eccleſia, vel clerici ipſius loci eodem ſcripto, contra iuſtitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Eccleſiæ, ſeu Epiſc. Piſtorien. vtatur , . Quemadmodum prædeceſſorum noſtrorum Vrbani paſtoralis Innocentij, & Alexandri, atque aliorum, ſeu & bonæ memoriæ Petri, & Ildeprandi Piſtorien. Epiſcoporum tempore extiterunt. Ita iam dicta Praten. Eccleſia abſque aliqua diminutione poteſtatis, aut dignitatis Piſtorien. Eccleſiæ, vel Epiſcopi eis in omnibus, & per omnia obediens, & ſubiecta permaneat. Prohibentes inſuper, vt in Epiſcopatu tuo nullus Eccleſiam, vel oratorium ſine aſſenſu tuo, vel ſucceſſorum tuorum de nouo conſtruere audeat; ſaluo tamen priuilegio Romanæ Eccleſiæ, liceat quoque tibi per ſucceſſores tuos baptiſmales Eccleſias in eadem diœceſi conſtituere, ſi neceſſitas viſa fuit imminere. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat, &c. Si qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Honorius Catholica Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Guido Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Petrus ſanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris presbyter Cardinalis.
Ego Robertus tit. S. Stephani in Cœlio monte presb. Cardinalis.
Ego Stephanus baſilicæ duodecim Apoſtolorum presb. Cardinalis.
Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſiæ presb. Card.
Ego Gregorius tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diac. Cardinalis.
Ego Octauianus SS. Sergij, & Bacchi diaconus Cardinalis.
Ego Gregorius S. Theodori diaconus Cardinalis.

Datum Laterani per manum Raynerij S.R.E. Vicecancellarij non. iulij, indictione 6. Incarn. Domin. anno 1218. *Pontificatus vero D. Honorij Papæ Tertij anno ſecundo.*

24 THOMAS reperitur vixiſſe anno 1220.


25 GRATIADEO Berlingherij Florentinus in parochia ſancti Laurentij exortus, ex canonico Piſtorienſi, inſignique legum doctore, Præſul Piſtorienſium electus fuit anno 1223. & conſecratus ab Honorio Tertio, vt habetur in regeſto Vaticano. Viginti ſupra ſeptem annos hanc rexit Eccleſiam, magnaque probitatis fama. Poſt cuius obitum cum diu vacaſſet Eccleſia, præpoſito, & capitulo Piſtorienſi ſequentem ſcripſit epiſtolam Innocentius Quartus, vt octo dierum ſpatio, quem maluerint idoneum eligerent paſtorem: epiſt. nos ipſi è Vaticano regeſto excerpimus, quæ eſt 214. in ordine, anno nono eiuſdem Pontificis.

Præpoſito, & capitulo Piſtorienſi. Ne ex longa Eccleſiarum vacatione propter quam ſolent Eccleſiæ non modica incurrere detrimenta, Eccleſia veſtra deſtituta paſtore læſionem incurrat aliquam, vel iacturam, volentes vobis ſuper hoc, & ipſi Eccleſiæ paterna ſolicitudine prouidere, mandamus, quatenus infra octo dies poſt receptionem præſentium de conſilio, & aſſenſu venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Mutinenſis vobis perſonam idoneam in Epiſcopum, & paſtorem, non obſtantibus aliquibus literis generalibus, vel ſpecialibus quibuſcumque ſuper Epiſcopatu ſibi cõcedendo cum vacauerit, ab Apoſtolica ſede conceſſis, & proceſſibus habitis per eaſdem. Alioquin eidem Epiſcopo noſtris damus literis in mandatis, vt ipſe ex tunc ſublato cu-

ſusli-

iuslibet contradictionis, appellationis, & difficultatis obſtaculo, Eccleſiæ veſtræ ſtudeat de perſona idonea prouidere. Non obſtantibus aliquibus per quæ id impediri, vel differri valeat, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem. Contradictores, &c. Nos enim irritum decernimus, & inane quidquid contra mandatum noſtrum a quoquam fuerit attentatum.

Datum Perusij octauo Kalendas maij anno 9.



26 GVIDALASTES Vergeleſius nobilis Piſtorienſis canonicus cathedralis Eccleſiæ, & Papæ capellanus, a capitulo concorditer ſtatim poſt Innocentij literarum receptionem Epiſcopus ſuæ ciuitatis electus eſt anno 1252. ab Innocentio, qui probe hominem longa rerum experientia nouerat confirmatur anno Pontificatus nono 12. Kal. iunij ex regeſto Vaticano epiſtola 323. fol. 167. Archiepiſcopatus Rauennatis olim Vicarius fuit pro Philippo Fontana Inſubriæ legato contra Ezzelinum. Ad decorem Rauennatis Eccleſiæ in Argenta ſaluberrimas condidit leges 1259. Inde ad ſuam rediit Eccleſiam; è viuis exemptus eſt anno 1283. ſepultuſque eſt in cathedrali cum ſubiecto epitaphio.

GVIDALASTI VERGELLESIO
EPISCOPO,
ET PATRITIO PISTORIENSI,
OMNI OFFICIO IN DEVM,
ET IN PATRIAM,
GENTILES,
AC DENIQVE OMNES
VSQVE AD EXTREMVM
OPTIME FVNCTO
ANNO DOMINI M.CC.LXXXIII.
FRANCISCVS VERGELLESIVS,
PHILIPPI D. SEBASTIANVS FILIVS
RESTAVRAVIT
ANNO DOMINI
M.DC.XVIII.

Stemmata gentilitia huius antiquiſsimæ gentis, tres argenteæ regulæ ſunt, quæ nigrum campum diſtinguunt.

27 THOMAS Prior ſecularis Eccleſiæ de monte Alpruno, a capitulo electus in Piſtorienſem Epiſcopum, Guidalaſti ſucceſſit anno 1285. confirmatus ab Honorio Quarto 5. idus iunij anno primo Pontificatus, vt habetur in regeſto Vaticano epiſtola 26. fol. 137. hic ſancti Franciſci Senenſis Eccleſiæ conſecrationi interfuit, cum ſolemnem illum ritum frater Matthæus ordinis Minorum Epiſcopus Cardinalis Portuenſis proſequeretur, vt in lapidea tabula huius extat memoria facti. Hic idem Thomas ſub Papa Nicolao Quarto commiſſarius fuit, collectorque ſpoliorum in Hetruria, vt Siculo regno ſuppetiæ mitterentur. Oratorium beati Thomæ Apoſtoli ædificauit, vbi hæc legitur in marmore inſculpta inſcriptio.

VENERABILIS PATER
DOMINVS THOMAS
DEI GRATIA
PISTORIENSIS EPISCOPVS
FECIT FIERI HOC ORATORIVM
AD HONOREM DEI,
ET GLORIOSÆ VIRGINIS MARIÆ,
AC B. THOMÆ APOSTOLI
AN. M.CC.LXXXXVI.


Piſtorij defunctus eſt anno 1303. ſepultuſque eſt Caſuli apud Seruitas, in cuius tumulo hoc extat ibidem epitaphium.

Piſtorij flamen cleri, populique ſolamen
Gloria maiorum, patriæ decus, virtutum florida vitis
Fons decretorum, flos cleri gemma morum
Hic iacet almo velis pater, hinc iungere cælis
Annis exemptis, trinis cum mille trecentis
A Chriſto nato, requieuit fine beato.


VENERABILIS PATER
DOMINVS THOMAS
OLIM PISTORIENSIS EPISCOPVS
HIC IACET.
OB CVIVS MEMORIAM
DOMINVS IACOBVS,
ET GOZVS
DOMINI ANDREÆ
GERMANI IPSIVS
FECERVNT FIERI HOC MONVMENTVM
QVI OBIIT DIE XIII. IVLII
ANNI PRÆDICTI.

28 BARTHOLOMÆVS de Sigisbundis Piſtorienſis, ex præpoſito eiuſdem Eccleſiæ electus a capitulo, a Benedicto XI. confirmatur in Epiſc. Piſtorienſem anno 1303. iv. non. nouembris, ſed breui mora Piſtorienſem adminiſtrauit Eccleſiam. Anno etenim 1307. die 24. menſis decembris, ad Fulginatem ſedem translatus eſt, de quo ibi plura.

29 HERMANNVS de Anaſtaſijs Fulginas, prior cathedralis, cum ſedem Fulginatem recuſaſſet, haud tamen Piſtorienſem defugere potuit, Clemente Quinto ita mandante anno 1307. die 24. menſis decembris. Vita functus eſt die decima quinta menſis auguſti anno 1321. ſepultuſq; eſt in cathedrali.



30 BARENZVS de Richardis Piſtorienſis Archipresbyter cathedralis, a Ioanne Vigeſimo ſecundo Pontifice Piſtnrienſis Epiſcnpus creatus eſt anno 1322. xj. Kalend. maij ex regeſtn Vaticano epiſtola 526. anno ſeptimo lit. commun. poſtquam eiuſdem electionem a capitulo ſactam contra placita pontificia irritaſſet. Siquidem eius perſpecta virtute, probitateque dignum percenſuit, cui talis honnr tuto demandaretur. Is cum eſſet Ioannis xxij. Papæ ſtudioſiſsimus, a Ludouico Bauaro Romani Imperij perduellis declaratus in exilium pulſus eſt, in cujus locum Nicolaus pſeudopontifex, quemdam fratrem Ioannem de Sodagis ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ſui ſimilem intruſit, qui haud multo poſt, vna cum reliquis Bauari fautoribus expulſus, in clauſtro recluſus, patrati criminis pœnas luit. Barenzus vero ad Eccleſiam ſuam reuerſus cum viginti ſeptem annos perbelle illam adminiſtraſſet, deceſsit anno 1349. cujus meminit auctor hiſtoriæ Piſtorienſis.



31 ANDREAS de Centorijs Piſtorienſis Abbas ſecularis Eccleſiæ de Fageto Auximanæ diœceſis, vir eximie literatus, electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 1349. duodecimo Kalendas nouembris, ex regeſto Vaticano epiſtola 52. fol. 38. parte prima, anno octauo, Clementis Sexti. illamque Eccleſiam rexit per annos quindecim. Deinde vita functus eſt 1356. inque media cathedrali ſepultus, vbi ſpectatur ſepulchrum cum eiuſdem effigie depreſſe inſculptum, cum ſequenti epitaphio.

A HIC IACET
R. PATER, AC DOMINVS
DOMINVS ANDREAS DE CENTO RIS
DE PISTORIO
OLIM EPISCOPVS PISTORIENSIS
DOCTOR VTRIVSQVE I.
QVI OBIIT IN DOMINO
M. CCC. LVI.
DIE XVIIII. SEPTEMB.
CVIVS ANIMA
REQVIESCAT IN PACE.

33 Fr. REMIGIVS filius Bartholomæi Florentinus, ex ordine Eremitano D. Auguſtini, ſui æui clariſsimus concionator, philnſophus, Theologuſque inſignis, ab Innocentio Sexto Pō-
B tifice creatus eſt Piſtorienſis Epiſcopus an. 1356. quam quidem Eccleſiam ad decem fere annos ſingulari probitatis exemplo adminiſtrauit, deinde clauſtralis vitæ percupidus, depoſito onere anno 1367. ad cellam, vbi ſuauiſsime vitam traducens anno demum 1370. vitam finiuit.

34 IOANNES quondam Vincentij de Viuentijs Florentinus, præpoſitus Pratenſis, & ſcriptor Apoſtolicus, electus eſt Piſtorienſis Epiſcopus anno 1367. 4. nonas iunij: de eo mentio in monumentis anno 1377. poſt quem indeannum ad Ceruienſem Eccleſiam translatus eſt. Obijtque Bononiæ anno 1382. die 29. auguſti.

C




35 Fr. ANDREAS de Boccagnis, ſiue de Franchis Piſtorienſis, ordinis Prædicatorum, ab Vrbano Sexto ſuæ patriæ electus Epiſcopus eſt
D poſt annum 1377. egregia doctrina præditus erat, magnique nominis concionator. Volumen ſermonum de ſanctis edidit, ac quadrageſimale valde proficuum. Vitam produxit vſque ad annum 1400. nuncium que per procuratorem Epiſcopatui remiſit, deceſsitque eodem anno, ſepultuſque eſt apud ſuos Prædicatores, vbi ſub marmoreo ſepulchro hoc epitaphium legitur, rude ſane redolens ſeculum.

Antiſtes, plebem, qui rexit Piſtorienſem
Andreas vita cunctis exemplar honeſtæ,
Et pius, & mitis, diuino dogmate clarus
Hac ſub mole iacet, ſed mens ſuper aſtra volauit,
Annus millenus quadringentenus in Vrbe
Tunc maij biſdena dies, & ſexta fluebant.

36 MATTHÆVS Domini Lazari de Diamantibus Piſtorienſis, nepos ex ſorore ſupramemorati Andreæ anteceſſoris, Piſtorienſis canonicus, eiuſdem ciuitatis electus Epiſcopus eſt anno 1400. quinto Kalendas martij. Hic apud Bonifacium Nonum a calumniatoribus expoſtulatus eſt diuerſi generis improbitatis, ſed cum agitata cauſa innocens fuiſſet repertus, ipſe abſolutus eſt, calumniarum vero ſtructores pœnam talionis luerunt. Conſtantienſi concilio interfuit ann. 1415. ad ipſum tanquam doctiſsimum hominem retulere cauſas, quæ per appellationem in ſancta ſynodo agitabantur pro natione Italica. Conſule Abramum in 16. tom. annal. eccleſiaſt.



37 Fr. VBERTINVS de Albizzis nobilis Florentinus, Bartholomæi filius, ex ordine Prædicatorum, ob excellentem doctrinam, probitatemque adeo Florentinis Senatoribus in pretio fuit, vt eundem ad Piſtorienſem ſedem deuehendum impetrauerint a Pontifice, eum ad Florentinam niais precibus euehere non potuiſſent anno 1426. die octaua menſis iunij. In metaphyſicam Ariſtotelicam commentaria ſcripſit. Antequam Piſtorienſis Epiſcopus eſſet, Feſulano Epiſcopo diuturniori mora vicariam operam impendit. Cæterum Piſtorij fato functus eſt anno 1434. ſepultuſque eſt in cathedrali. Conſule de eo Archangelum Gianum de ſcriptoribus Florentinis, tametſi in dinumerandis annis aberret.



38 DONATVS Medices Florentinus, ex præpoſito Metropolitanæ Eccleſiæ, electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 1436. decimo Ka-

A lendas iulij. Hanc ille Eccleſiam adminiſtrauit annos 38. quamuis in epitaphio legatur annos 42. nam aſſumptus eſt, vt diximus, ex actis conſiſtorialibus anno 1436. defunctus eſt 1474. tumulatuſque in cathedrali cum hoc epitaphio.

DONATO MEDICI
SVIS MERIS VIRTVTIBVS
ANTE TEMPVS
EPISCOPVS CREATVS,
QVI RELIGIOSE,
VTILITERQVE ECCLESIÆ PASTOR
ANN. II. DE XL. PRÆFVIT,
PIISSIMI FRATRES PP.
ANNO M. CCCC. LXXIV.
VIXIT ANNOS LXVII.
B M. IL DIES VII.



C 39 NICOLAVS Pandulphinus Florentinus, Epiſcopus Piſtorienſis anno 1440. è Giannozzio clariſsimo viro, Ioannaque Valoria eximiæ nobilitatis fœmina prognatus. Tyrocinium literarum Bononiæ primum poſuit, deinde nobiliter eruditus Metropolitanæ ſuæ patriæ canonicus effectus eſt. Tum ſub Pio Secundo Cameræ Apoſtolicæ clericus, ſub Paulo vero Secundo Apoſtolicus ſcriptor renunciatus. Sixtus vero Quartus generoſi ſpiritu princeps, cum Pandulphini virtutem exploratam haberet, illum nepoti, hoc eſt Cardinali ſancti Petri ad vincula curatorem adhibuit, qui poſtea ad Pontificatum euectus, Iulius Secundus fuit. Anno autem 1474. Epiſcopum Piſtorienſem pronunciauit, demandata eidem Bene-
D uentana legatione, quam vſque ad tempora Innocentij Papæ Octaui prudentiſsime adminiſtrauit, a quo deinde ſancti Zenonis Abbatis Piſana auctus eſt, Iulius deinde Secundus, vbi primum ad Pontificatum aſcendit, in intimis conſiliarijs habuit Nicolaum, Auditoremque aſciuit, illumque Roboreæ gentis honoris ergo aſcripſit. Defuncto Iulio, rediit ad Eccleſiam ſuam, quam cum probitatis, ac pietatis laude, in ea ſeminario fundato, ſapientiſsime adminiſtrauit. In menſam Epiſcopalem amplos contuliſſe cenſus narratur. Monaſterium monialium ſancti Nicolai a fundamentis erexit. Archidiaconatum fundauit, vt Pandulphinæ gentis in iuriſdictione foret. Quæ dum Pandulphinus præclare agit, iam propemodum effetæ ætatis, a Decimo Leone Pontifice in numerum Car-

A dinalium eooptatur titulo ſancti Cæſarij in Palatio. Quæ ſane dignitas Nicolao potiualuit cohoneſtamentum ſepulchri, quam ſtabilior aditus ad ſupremum honorem. Deceſsit enim, ad viri ſuorum lacrymantibus populis, anno 1518. die 17. menſis ſeptembris, delatuſque Florentiam, ſepultus eſt apud Florentinam Abbatiam in Pandulphinæ gentis ſacello, cum 44. annos Piſtorienſem rexiſset Eccleſiam, apud quam adeo adhuc Nicolai memoria rediuiua eſt, & ſuauis, vt illius ciuitatis antiani, vt vocant, ad illius expiationem animæ ſoleant celebrare inferias.

B



C 40 LAVRENTIVS Puccius Florentinus protonotarius Apoſtolicus, Apoſtolicæ Cameræ Clericus, atque Datarius, a Iulio Secundo aſcitus eſt Piſtorienſis Epiſcopatus coadiutor, dum in ea ſede Nicolaus Pandulphinus ſederet anno 1510. die 25. menſis Februarij. Hic ab eodem Pontifice legatus eſt ad Florentinos, vt illis obrumpendi cum Gallis fœderis auctor eſſet. Lateranenſi concilio interfuit, fuitque Leoni Decimo eximiè charus, qui eidem Apoſtolicam Datariam Iulio Secundo defuncto, aſſeruit, primoque anno ſui Pontificatus Cardinalem ſanctorum Quatuor Coronatorum renunciauit, eidem ſumma pœnitentiaria attributa, mortuoque Pandulphino Piſtorienſi Epiſcopatui illum admouit anno 1518. Cæterum eius Epiſcopatus honorem, in

D nepotem Antonium Pontifice annuente, refudit. Poſt exceſſum Leonis, Hadrianique ſummorum Pontificum, Clemens Septimus olim Iulius Medices, è ſumma ſede ius dixit diuinum, cui magno viui, adiumentoque Laurentius fuit, ſiquidem trepidiora explicabat negocia, promouebatque prudentiſsime ad finem. Igitur inde in gentem Pucciam ampliſsimos congeſsit honores. Obtinuit enim Eccleſiam Melphitanam, Rapullanam, Capuaquenſem, Veneienſemque in Gallia. Romæ deceſsit, Albanus primum Epiſcopus, poſteaque Præneſtinus, tantoque in pretio apud omnes, vt inconſolabile ſui apud omnis ordinis homines deſiderium reliquiſſe videatur. Ætatis erat 73. annorum, ſeculi vero decurrerant 1530. Kal. octob. ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſuper Mineruam ad pedes defuncti Leonis, cum hoc epitaphio.

D. O. M.
LAV. PVCCIO
EPISCOPO PRÆ. CARD.
SS. IV. M. POEN.
SINGVLARIS PROBITAT.
ET IN APOST. NEGOCIIS EXERCIT.
QVI V. A. LXXIII.
M. I. D. VIII.
IVX. L. PP. X.
VT MANDAVERAT, SEPVLCHRVM
ROBERTVS PVCCIVS
CARD. SS. IV. M. POEN.
FRATR. OPT.
ET BENEMERENTI
F. C.
MORT. AB ANN.
M. D. XXX.

Scripſit Robertus, dum Datarij munere fungeretur, de gratijs, & expectatiuis. Illius non prætetijt laudes Stephanus Ioanninenſis in ſua Medicea Monarchia, Sadoletus in epiſtola ad Antonium Puccium Cardinalem eius nepotem, Bembus etiam in epiſtola ad Cæſarem.

41 ANTONIVS Puccius, filius Alexandri, Cardinalium Laurentij, & Roberti nepos, æmulaque virtute, pluſquam genere affinis, iuuenis adhuc in academia Piſana literas hauſit, repenteque ex nobiliori, viuidaque indole philoſophus, Theologuſque notæ inſignioris euaſit, factuſque cathedralis Florentinæ canonicus, in ſumma æde magno audientium concurſu ſacras literas explicuit. Sed Romam deinde a patruo in ſpem amplioris dignitatis vocatus, a Leone Pontifice, qui eius virtutem penitus introſpexerat, Apoſtolicæ Cameræ clericus primum effectus eſt, inque Lateranenſi concilio ad congregatos patres elegantiſſimam orationem habuit anno 1514. 3. nonas maij, quam orationem Leoni Decimo Pontifici, literatorum patrono inſcripſit, dedicauitque. Piſtorienſem obtinuit Epiſcopatum anno 1518. die quinta menſis nouembris. Cæterum haud diuturniori mora illam præſens adminiſtrauit Eccleſiam, eccleſiaſticis negocijs a Leone ipſo Pontifice continenter diſtentus. In Inſubriam enim vicelegatum illum legauit, multaque oppida, quæ eccleſiaſticam iuriſdictionem eiurauerant, recuperauit. Finalem, centumque nobiles pagos, totumque Mutinenſe territorium ad Pontificum impetium compulit. Parmam, Rhegiumque muniuit, illaſque ciuitates nomine futuri Pontificis in fide cōtinuit. Adrianus Sextus, qui Leoni demortuo ſucceſſerat in futurum Pontificatum, Antonium Puccium dignum exiſtimauit, qui ad intima conſilia admitteretur. Siquidem illum in perplexis, difficillimiſque rebus ſolebat conſulere. Apud Clementem Septimum valuit plurimum, illum ſecutus in lugubri illa Romana depopulatione ſub furente, impioque Borbone, ita vt etiam in Adrianam molem compulſum non deſeruerit, in illiſque Præſulibus fuit, quos exercitui Cæſariano obſides tradidere; adiitque manifeſtiſsimum vitæ periculum, niſi Pompeij Columnæ Cardinalis ſagacitas interueniſſet. Igitur eo periculo per-

functum, Clemens Septimus, Antonium in Gallias, atque ad Carolum Quintum legauit, vt eius induſtria, conſilioq; exoptatiſsima inter eos principes pax aliquando tandem coiret, reuerſumque illum vocauit ad purpuram ſub titulo SS. Quatuor Coronatorum anno 1531. ſumma eidem pœnitentiaria attributa. A Franciſco primo Francorum Rege, qui Antonium eximie dilexit, Venetenſi Epiſcopatu exornatus eſt, quem paulo poſt ad fauorem Laurentij Puccij ex fratre nepoti, ætatis 18. ann. reſignauit ann. 1541. die decima iunij. Paulo deinde Tertio fuit intime charus, ita vt in ipſius gratiam Robertum Puccium patruum creauerit Cardinalem, cui anno 1541. Piſtorienſis Eccleſiæ curam demandauerat. Inter tot, tantaque Eccleſiaſtica negotia haud ſacrarum literarum ſtudia ſiuit languere. Scripſit enim quatuordecim homilias de corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacrificio, eiuſdemque ſacrorum verborum declaratione, multaque alia elegantiſſima Rhythmica compoſuit. Titulum ſanctæ Mariæ ſupra Mineruam aſſecutus eſt, fuitque Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, pauloque poſt Sabinenſis. Romæ vitam finiuit, ſepultuſque eſt apud ſanctam Mariam ſupra Mineruam prope Cardinalem Laurentium patruum, cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Antonio Puccio Epiſcopo Sab.
Card. SS. IV. M. Pœn. moribus, & religione,
ac in omnes probos
liberalitate ſingulariſs.
qui v. ann. LX. dies iiij.
Robertus Puccius Card. SS. IV.
Pœn. fratris filio
iuxta Clem. PP. VII.
a quo purpuram acceperat ſepulchrum
F. C.
mort. ob. M. D. XLIIII.

Florentiæ in Pucciano nobili ſacello apud D. Annunciatæ ædem, honorarium elogium in marmore exculptum Robertus Puccius extitui iuſsit.

Antonio Puccio Alexandri f.
Epiſcopo Sabino
Card. ſanctorum Quatuor M. Pœnit.
ſacrarum literar. peritiſſ.
apud Galliæ, Hiſpaniæq; Reges
legatione egregie functo
a Clemente VII. Pont. Max.
in Card. cooptato
Robertus Puccius, vt eius conſeruaretur
memoria,
hoc aui ſui ex fratre nepoti
ſtatuit monumentum
anno Domini M. DC. VII.

Nec omittendum, quod Antonius Paulum III. Pont. Max. Luca a colloquio Caroli V. Imp. re-deuntem in Pucciana Tuſciæ Villa magnifice excepit hoſpitio. Pontificis humanitatem, villæ felicitatem ijs carminibus, ab ipſo, vt erat omnium ſcientiarum genere eximie excultus, concinnatis, in marmore teſtatam voluit.

Longe proſpiciens igne, proſpectaque longe
Venatu, piſcatu, aucupioque frequens
Pulchra loca celebrata vmbris, & fontibus, & quid
Non procul hinc pœnas trux Catilina dedit
Colle ſita in medio montes ſupra aſpicit infra
Flumineas valles, prataque amœna videt.
Ipſum intus decorant Nymphæ tubuliſque coactæ
In ſublime ſuas eiaculantur aquas
Concentus auium cum riuis murmura miſcent
Et de rupe frequens fiſtula dulce canit.
Non hædi aut vituli deſunt, non caſeus, & lac
Tum lautas epulas dant tibi choartis aues
Vndique caſtaneæ ſurgunt in montibus altis
Vndique ſaxoſis labitur vnda iugis
Quin etiam in medijs Pomonam eſt cernere ſyluis,
Datque ſuas ſocia Pallade Bacchus opes
Hic hiemem tepor, hic æſtate temperat algor
Longe vos faciet aura benigna ſenes
Partem horum natura dedit, gens Puccia partem
Naturæ laudem gens ferat iſta parem
Felix villa bonis tantis, felicior vno hoc,
Quod Pauli facta eſt hoſpita Pontificis
Cum Carolo hunc Quinto congreſſum Cæſare Lucæ,
Dum redit, excepit villa beata ſinu
Dixit & hæc hoſpes nunquam mihi maior, & ille
Nunquam ni dabitur pulchrius hoſpitium.


Antonius Puccius
tit. SS. Quatuor Coronatorum
S. R. E. presb. Card.
Maior Pœnitentiarius,
cum in hac villa
magna ex parte a ſe extructa
Paulum III. Pont. Max. Luca
a colloquio Cæſaris redeuntem excepiſſet,
tanti principis humanitatem,
& villæ felicitatem hoc ſaxo teſtatam
voluit ipſo hoſp.
die xj. Calend. Octob.
M. D. LXI.

Vir fuit Antonius, vt diximus eruditus, & antiquitatis valde ſtudioſus, è cuius commentarijs, ſeu ſchedis, quæ olim apud Martium Muleium extabant, pleraq; notatu digna excepimus.


42 ROBERTVS Puccius, Laurentij frater, patruuſque Antonij ſuprамemorati Cardinalis, a primis annis rebus publicis adminiſtrandis operã dedit, Eleonoramque Lentiam nobiliſſimam feminam duxit vxorem; ex eaque aliquot ſuſtulit liberos. Dum publica res Florentina vigeret, vexillifer iuſtitiæ fuit; poſt Medicæorum vero principatum, ab Alexandro Medicæo primo Florentinorum Principe, inter 48. Senatores adlectus eſt. Cum extuliſſet vxorem, clericalem vitam excolere aggreſſus eſt, annoque 1541. die octaua menſis

menſis auguſti, ex ceſsione nepotis, Piſtorienſium Præſul euaſit. Anno vero 1542. ſesto nonas iulij a Paulo Tertio creatus eſt presb. Card. ſub tit. SS. Nerei, & Achillei, quo anno 5. octobris Robertum Bellarminũ Cardinalem in ſacro fonte progenuit, poſtque mortem nepotis præfuit ſummæ Pœnitentiariæ, deinceps titulum ſanctorum Quatuor Coronatorum adeptus eſt, Epiſcopatum inſuper Melphitanum, ac Rapellanum: omnino annos quinque vixit in purpura. Romæ deceſsit anno 1547. cum ætatis ſuæ annum octuageſimum ſecundum expleſſet, ſepultuſque eſt apud ſanctam Mariam ſupra Mineruam prope fratrem, nepotemque Cardinales, cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Rob. Puccio tit. SS. IV. presb. Card.
M Pœn.
ſumma fide, atque conſtantia prædito
Pandul. Puccius filius patri Card.
atque opt. mer. P.
Q. vix. ann. LXXXIII. m. vij. d. xix.
Deceſſit
xvj. febr. M. D. XLVII.



43 FRANCISCVS Galigarius Florentinus Roberto Cardinali Puccio coadiutor adhibitus eſt cum futura ſucceſsione, Paulo Tertio Pontifice ita cenſente, anno 1546. die decima menſis decembris, ſucceſsitque paulo poſt demortuo Roberto, ex pontificio placito. Deceſsit autem Franciſcus anno 1559. de qua gente Sebaſtianus Archiepiſcopus Turonenſis, & Abbas maioris monaſterij anno 1617. Mariæ Mediceæ Gallorũ Reginæ beneficio. Memorantur vero Galigari 1248. apud Scipionem Ammiratum in familijs Florentinis, & Varinum lib. 3.



44 IOANNES BAPTISTA Ricaſolus Florentinus, Epiſcopus Cortonenſis, ad Piſtorienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1560. die 5. menſis februarij, & Sereniſsimæ Mediceæ genti grauiſsimis promouendis negocijs egregie inſudatus, præfectuſque electus eſt eccleſiaſtici exercitus, quem Clemens Septimus in Pannoniam contra Turcas adornauerat. Eundem Coſmus primus Magnus Dux Hetruriæ ad Carolum Quintum, de grauiſsimis rebus tractaturus, legauit perſpecta eius vitæ probitate, fideque. Et dicat librum de bello ſacro Franciſcus Baldellus Cortonenſis, ab ipſo in Hetruſcam linguam translatum, quem eleganti ſtylo Latine olim ſcripſerat Benedictus Accoltus Aretinus patet Petri Accolti Cardinalis. Deceſſit Florentiæ anno 1572. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Nouellam, vbi ſub pulchro marmoreo ſepulchro huiuſmodi legitur epitaphium.

D. O. M.

Ioanni Baptiſtæ Ricaſolo Cortonenſi primum, deinde Piſtorienſi Epiſcopo, qui hæreditarijs ferè iure obſequijs familiæ Mediceæ addictus a Clemente Septimo Pontificij exercitus in Pannonia aduerſus Turcas præfectus miſſus fuit, a Coſmo Med. Mag. Hetruriæ Duce, viri prudentia perſpecta, & conſilijs probati ad Pont. Max. pluries, ad Carolum V. Cæſarem Auguſt. ter, ad Reges, Reginaſque, & Max. Principes pro Rep. Chriſt. legatus, annum agens LXVIII. confectus curis, atque laboribus, gratus principibus, deploratus a ſubditis, quorum in tanto rerum cumulo ex animo nunquam depoſuit. Fato functus eſt anno Domini M. D. LXXII. ſept. Kal. mart.
Simon, & Iulianus ex fratre nepp. vt grat. ſe tanto patruo oſtenderent, monumentum hoc poſ.

A



45 ALEXANDER Medicea ſancti Stepha-
ni Eques, ac Coſmi Medices magni Ducis orator
ordinarius in aula ad Epiſcopatum Piſtorienſem
aſſumptus eſt anno 1573. die 11. menſis martij,
paulo vero poſt ad Archiepiſcopalem Florenti-
nam ſedem aſcendit, mox etiam Cardinalis eſt
dictus a Gregorio Decimotertio Pontifice,
anno autem 1605. ſub nomine Leonis XI. ſu-
premam Apoſtolicam ſedem eſt conſecutus.
Ad cuius æternam ſeruandam memoriam in arcu
triumphali Capitolino Senatus, Populuſque Ro-
manus ſequens inſcripſit elogium.

Nouo Pontifici Maximo Leoni XI.
Alexandro Medices
Pacatori Galliarum, conciliatori Regum
Natalibus, ordinis dignitate, ſolertia
æquabili, religione ſolida
legatione Apoſtolica ſplendide perfuncto,
ſed perpetuo vitæ tenore Eccleſiaſticæ
diſciplinæ reſtauratori
Pio, ſeuero, innocentiſſimo,
Patri patrum lectiſſimo,
qui cum floret ſpes publica
S. P. Q. R.



46 LVDOVICVS Antinorius Florentinus
Volaterranenſis antea Epiſcopus, ad Eccleſiam
Piſtorienſem translatus eſt anno 1574. die tertia
menſis ianuarij. Poſt annum autem Piſano throno
nobilitatus eſt. Ibi de eo plura, cum illius Eccle-
ſiæ Præſules proferemus.



47 LACTANTIVS de Lactantijs nobilis, ac
doctus Vrbeuetanus, Vrbis Senator, ac Bononiæ
gubernator, virilitate florens, Vrſulam Balduini
B de Monte nepotis Iulij Tertij Pontificis in matri-
monio habuit, qua demortua, eccleſiaſticam vi-
tam ſecutus eſt, atque a Gregorio Decimotertio
Romandiolæ præſes effectus prouinciam illam
prudentiſsime adminiſtrauit, ſub eodemque Pon-
tifice Piſtorienſi thiara condecoratus ann. 1575.
inauguratus fuit Rauennæ in æde Vrſiana die 18.
menſis februarij 1576. a Ioanne Baptiſta More-
monte Epiſcopo Vticenſe, vicarioque Rauenna-
to pro Iulio Cardinali Roboreo adſiſtentibus An-
tonio Giannotto Montagnanenſi Foroliuienſi
Epiſcopo, Annibaleque Graſſo Bononienſi, Fa-
uentino Epiſcopo. Ad Eccleſiam ſuam cum perue-
niſſet, ea dexteritate, pietateque ſe geſſit, vt ma-
gno Hetruriæ Duci Franciſco in paucis charus, di-
gnus, idoneuſque viſus ſit, cui Senarum admini-
C ſtratio, tunc anceps, ac trepida tuto committe-
retur. Igitur cum eo munere egregie defunctus
fuiſſet, deceſsit anno 1587. 3. idus decemb. æta-
tis ſuæ 72. cum prius Octauium Abbioſium, cum
futura ſucceſsione, coadiutorem accepit. Corpus
in cathedrali depoſitum inde a Bernardino filio in
patriam delatum anno 1596. die 1. ſept. in eccle-
ſia ſancti Franciſci, & ſacello S. Hieronymi con-
ditum fuit. Orationem funebrem habuit Antonius
Guereſchus, qui Epiſcopus Signius paulo poſt re-
nunciatus fuit. Floret hoc tempore Lactantius de
Lactantijs eiuſdem nepos Innocentij Decimi
Pont. Max. aulæ præfectus, Liberianæ baſilicæ ca-
nonicus comitate morum commendandus.

48 OCTAVIVS Albioſius Rauennas, Ab-
bas Commendatarius ſancti Saluatoris de Silua-
D munda Aretinæ iuriſdictionis, paulo ante coadiu-
tor Lactantij, electus fuit Piſtorienſis Epiſcopus
anno 1588. conſecratus Florentiæ fuit in eccleſia
ſancti Fridiani ab Alexandro Mediceo Archiepi-
ſcopo Florentino. Piſtorienſem Eccleſiam ad 11.
annos adminiſtrauit, factuſque iam ſenex, eo mu-
nere libens, volenſque ſe exſoluit.

49 FVLVIVS Paſſerinus Cortonenſis, antea
Auellini, ac Frequentini Epiſcopus, a Clemente
Octauo ad Piſtorienſem Eccleſiam translatus eſt
anno 1599. die 19. menſis aprilis: eodem anno
vita functus eſt die 11. menſis decembris, dum
adoleſcere, prouectuſque ad ætatem virilem eſſet,
in obſequio Gregorij Decimiquarti Pontif. fuit
eximie charus omnibus, quippe qui Card. Paſſe-
rini affinis, virtutes ad viuum referret.

ALE-

A



50 ALEXANDER Caccia Florentinus, canonicus, & Archidiaconus Metropolitanæ Florentinæ, Piſtorienſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1600. die 3. menſis Iulij. Præful certe ſuis anteceſſoribus haud indignus. Viuit adhue, quem B
Deus producat ad Neſtoreos annos, vt ſenis
ſuis ſubditis cum minori mœrore abri-
piatur aggregandus cœlitibus, tu-
muloque, quod ſibi vi-
uens in cathe-
drali
Eccleſia parari iuſsit; tali epita-
phio ſepelien-
dus.

D. O. M. A.

Alexander Caccia anno D. M. D. LXI.
menſe decemb.
ea ipſa nocte pracurrente
diem Sancti Zenonis cathedr.
huius Piſtor. titulari, & patrono
dicatum,
Florentiæ ortus, ann. vero
M. DC.
ex patria Metropolitanæ Archidiaconatu
ad Piſt. Epiſcopatum
aſſumptus
& ſacro eodem recurrente die
a clero, & populo
perbenigne exceptus
vt qui viuens ad ſibi commiſsi greg. ſal.
minus fortaſſe valuerit
moriens annis, & laboribus plenus,
veniat Deo propitio
ſe pro eod. & te morituro oraturum
immeritus, & iam diffidens
exoraturos
pro mortuo morituros
eod. ſui aduentus die trices
iam reuerſo monitus
P.

PISANA METROPOLIS CORSICÆ, SARDINIÆQVE PRIMAS

Cuius nunc Suffraganei ſequentes ſunt.

Epiſcopatus { Adiacenſis, Alerienſis, & Sagonenſis.



A

ADEO vetuſtę Piſæ ſunt, vtde earum origine inter antiquos ſcriptores non conueniat. Cato apud Dionyſium contendit fuiſſe ædificatas a Piſis, Alphęis, Pelaſgis. Plinius, ac Solinus a Pelope, Piſaniſque, qui è Piſa Achaiæ caſtello, quod Alphæo alluitur fluuio, fuerant progreſſi, exordium deſumpſiſſe, quod ipſum innuere videtur Virgilius in 10.

B

Hæc parere iubet Alphæa ab origine Piſæ,
Vrbs Hetruſca ſolo, ſequitur pulcherrimus Aſtur.

Seruius Honoratus ad id loci Virgilij ita inquit: Alphæus fluuius eſt inter Piſas, & Elidem ciuitates Achaiæ, vbi eſt templum Iouis Olympi, ex quibus locis venerunt, qui Piſas in Italia condiderunt, appellatas a ciuitate priſtina. Plinius autem Piſæ ortæ a Pelope, Piſis, ſiue Atinatis Græca gente. Iuſtinus vero lib. 20. Sed & Piſæ in Liguribus Græcos auctores habent. Strabo ſcribit fuiſſe ædificatas a Piſanis illis, qui Pilij dicebantur, hoc eſt ab illis ipſis, qui cum Neſtore ad Ilium oppugnandum è Peloponneſo venerunt, eumque iam debellatum eſſet, illoſque in patriam reuertentes, turbulentior fortuna maris in hęc loca ſæuius compuliſſet, vt nominis ſui æternitati ſtuderent, ad hanc ciuitatem exædificandam animum appulere. Vtut res ſit, conſtat Piſas ante conditam Romam, Troiamque ſuccenſam fuiſſe ædificatam, vt merito Rutilius Numentanus in ſuo itinerario primo lib. cecinſſe videatur.

Ante diu, quam Troiugenas fortuna penates
Laurentinorum Regibus inſereret,
Elide dictas ſuſcepit Hetruria Piſas
Nominis indicio teſtificata genus.

Alij autem in Atlantem Piſarum retulere principia. Cuius rei accuratiorem diſquiſitionem Chroniſtis libentiſſime relinquemus, contenti ſemel dixiſſe antiquiſſimam ciuitatem eſſe, atque in primis Hetruriæ ciuitatibus collocari. Pluribus in locis eius meminit Liuius, Pomponius Mela, Lucanus, Iuſtinus, Claudianus, Cicero, Euſtathius, Solinus, alijque tum antiqui, tum recentiores ſcriptores. In primis illis temporibus gliſcentis felicitatis Romanæ, eius prouinciæ inter

primates ciuitates numerata eſt, vt narrat Liuius lib. 41. deinceps Romana colonia facta eſt, vt idem habet in lib. 50. *Piſanis agrum pollicentibus, quo Latinia colonia deduceretur, gratiæ ab Senatu actæ: Triumuiri creati ad eam rem Q. Fab. Buteo M. & P. Pompilij Lenates.* Hoc accidit temporibus A. Poſtumij Albini, & Caij Calphurnij Piſonis Conſulum, anno a condita Vrbe 572. ante Chriſtum natum 181.

Appellata deinde eſt colonia Iulia, cuius familiæ addictiſſima fuit. Paucis ab hinc annis antiquæ duæ memoriæ inſcriptionis inuentæ fuerunt, quarum prima cum Metropolitanæ Eccleſiæ fores fundamenta refoderentur, in qua Senatusconſultum A a Piſanis in morte Lucij Cæſaris filij Auguſti editum legitur, altera poſt Caij Cæſaris, Lucij germani, exceſſum exarata caſu inuenta eſt in oratorio Spinæ, quę inuerſa parte, qua literæ exculptæ erant, arulæ loco vſui erat, quamque multis ante ſeculis homines impoliti, parumque venerandæ antiquitatis amantes eo tranſtulerant. Antonius vero Puteus Archiepiſcopus pretioſa monumenta in Campum ſanctum adhibitis ornamentis poſterimet expoſuit, addiditque in vtriuſque inſcriptionis ſuperioris parte argumentum ab legentis facilioren captum, quæ cum digniſſima ſint, vt incisa iaceant in lucem producenda cenſuimus.

COLONIA IVLIA PISANA NVNCIATA MORTE

L. CÆSARIS AVGVSTI F. CENSVIT QVOTANNIS

INFERIAS ILLIVS MANIBVS CERTO RITV MITTENDAS

PER MAGISTRATVS EOSVE QVI IVRI DICVNDO

PRÆESSENT POST VRBEM CONDITAM

ANNO DCCLVI.

CHRISTI VERO ANNO IV.

Vetus vero inſcriptio eſt huiuſmodi.

XIII. Kal: octobris Piſis . . . .
Q. Seſtilius Q. F. Braſinius L. F. Baſſus M. Pupius
Q. Sertorius Q. L. Pica C. N. Octauius C. N. F. Rafus A. L. M.
. . . A. F. Gutta.
Quod C. Canius C. I. Saturninus II. viri vt de agendis honoribus L. Cæſaris Auguſti Cæſaris P. Patr. Pontif Max. Tribun. Poteſt. XXV fil. Conſ. deſignati Principis iuuentutis Patroni Boloniæ noſtræ C D.E.P.F. P.D E.R.I.C. Cum Senatus Pap. inter cæteros plurimos, ac maximos honores L. Cæſaris Aug. Cæſaris P.P.P Max. Trib. Pot. XXV. . . . . . Augur. Conſ. deſignati . . . per conſenſum omnium ordinum . . .

- - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - -

Data cura C. Canio Saturnino II Vir. & decem primis eligendi, aſpiciendique vter eorum locus magis idoneus videatur emendus publica pecunia a priuatis eius loci, quem magis probauerint vtique apud eam Aram quotannis A. D. X . . publice manibus eius per magiſtratus eoſue qui ibi iuri dicundo præſunt togis pullis amictos quibus e rum ius faſque erit eo die . . . . . huius veſtis habendæ inferiæ mittantur boſque, & ouis atri infulis cerulis infulati DIs manibus mactentur eæque hoſtiæ eo loco adoleantur ſuperq; eas ſingulæ vrnæ lactis mellis, olei fundantur, ac tum demum factam ciuitati poteſtatem ſiqui priuatim velint manibus eius inferias mittere . . . dum ne quis amplius vno coreo, vnaue facie, coronaue mittat, dum ij, qui immolauerint cincti Cabino ritu ſtruem lignorum ſuccendant adque exinde habeant . . . ſic locus ante eam Aram quo ea ſtrues congeratur, componaturue pate . verſus pedes XL. ſtipitibus roſiegijs ſepiatur, lignorumque aceruus ei rei gratia, quotannis ibi conſtituatur cippoque grandi ſecundum Aram defixo hoc decretum cum ſuperioribus decretis ad eius honores pertinentibus incidatur inſcalpeturue, nam quoad cætera ſolemnia, quæ eodem illo die vitare

caueri-

Cauerique placuiſſent, placerentque adſequendum quod de iis S P R. conſueuiſſet vtique primo quoque tempore legati ex noſtro ordine Imp. Cæſarem Auguſtum patrem patriæ Pontiſ. Max. Trib. poteſt. xxv. adeant, petantq; ab eo, vt colonijs Iulienſibus coloniæ obſequenti Iuliæ Piſanæ ex hoc decreto omnia facere exequique permittat

Alia inſcriptio in eodem loco a Puteo appoſita eſt ſequentis tenoris.

COLONIA IVLIA PISANA AVDITA MORTE

C. CÆSARIS AVGVSTI F. CENSVIT, VT A DIE

QVO ILLIVS OBITVS NVNCIATVS EST VSQVE AD EVM DIEM

QVO OSSA RELATA SVNT AB OMNI LÆTITIÆ GENERE

ABSTINERETVR VTQVE ILLI EODEM MODO, QVO LVCIO FRATRI

PARENTATVM FVERAT PARENTARETVR, ARCVS INSVPER ET STATVÆ

PONERENTVR POST VRBEM CONDITAM

ANNO D. CC. VII.

CHRISTI VERO V.

Vetus verò inſcriptio ſequens eſt.

F. . : . Q. Sertorius Q. Fatilius Tacitus Praſinius L.F. Baſſus L. Lappius . . . Allus Q. Sertorius Q. Falpius Pica C Vettius L F Virgula M. Nerius M. . . . Ciſcus A. Albius A. F. Gutta Ti. Petronius T. F. Pollio L. Fabius L.F. Baſſus. Sempronius Sex. F. Creticus C. Canius L. E. Saturninus L. Octacilius Q. Ful. Panthera quodque ſunt. Cum in Colonia noſtra ppr contentiones candidatorum Magiſtratus non eſſent & facta acta eſſent, quæ infraſcripta ſunt. Cum A. D. IIII. Nonas Aprilis allatus eſſet nuncius C. Cæſarem Auguſti patris pat. Pontiſ. Max. cuſtodis Imp. Romani; totiuſque orbis terrarum Præſidis F. Diui nepotem poſt conſulatum, quem vltra fines extremos P. Rom. bellum gerens feliciter peregerat bene geſta Rep: deuictis, aut in fidem acceptis bellicoſiſſimis maximis gentibus ipſum vulneribus pro Rep. exceptis ex eo caſu crudelibus fatis ereptum Pop. Rom: deſignatum iuſtiſſimum, ac ſimillimum parentis ſui virtutibus principem, coloniæque noſtræ vnicum præſidium, eaque res nondum quieto luctu, quem ex deceſſu L. Cæſaris fratris eius conſulis deſignati Augur. patroni noſtri principis iuuentutis colonia vniuerſa ſuſceperat renouaſſet, multiplicaſſetq; mœrorem omnium ſingulorum, vniuerſorumque ob eas res vniuerſi Decuriones, colonique quando eo caſu in colonia, neque II. vir neque præfecti erant, neque quiſquam iuridicundo præerat pro multitudine tantæ, ac tam improuiſæ calamitatis oportere ex ea die qua eius deceſſus nunciatus eſſet vſque ad eam diem qua oſſa relata, atque condita, iuſtaque eius manibus perfecta eſſent, cunctos veſte mutata, templiſque Deorum immortalium balneiſque publicis, ac tabernis omnibus clauſis, comptibus ſe ſe abſtinere matronas, quæ in colonia noſtra ſunt ſublugere, denique heu, quo die C. Cæſar. obiit, qui dies eſt A. D. VIIII Kal. Martias pro Allienſi lugubrem memoriam prodi notarique in præſentia omnium iuſſu, ac voluntate, cauerique ne quod ſacrificium publicum neue ſupplicationes, neue ſponſalia, neue conuiuia publica poſtea in eum diem, eodemque die, qui dies erit A. D. VIIII. Kal. Martias fiant, concipiantur, indicentur, neue ludi ſcenici, circienſeſue eod. die fiant, ſpectentur

tutue vtique eo die, quotannis publice manibus eius per Magiſtratus eoſue, qui ijs iuredicundo præerunt eodem loco, eodemque modo, quo L. Cæſari parentari inſtitutum eſt, parentetur, vtque arcus celeberrimo coloniæ noſtræ loco conſtituatur, orneturue oleis deuictarum, aut in fidem receptarum ab eo gentium: inſuper eius ſtatua pedeſtris ipſius triumphali ornatu, circaque eam duæ equeſtres inauratæ C. & L. Cæſar. ſtatuæ ponantur vtque quamprimum per legem Coloniæ II. viros creare, ac habere potuerimus II. viri, qui primi creati erunt hoc quod Decurionibus, & vniuerſis colonis placuit, ad Decuriones referant, eorumque publica auctoritate adhibita legitime id caueatur . . . ijs in tabulas publicas referatur, interea Vlenus Iuncus Flam. Auguſt. Pont. Minor publicorum pr. . . ſacrorum rogaretur . . . Tum legati excuſata præſenti colonia neceſſitate hoc officium publicum, & voluntatem vniuerſorum libello reddito Imperatori Cæſari Auguſto P.P. Pont. Max. Tribun. Pot. xxvi. indicent. . . . atque Vlenus Iuncus princeps coloniæ noſtræ Flam Auguſt. Pontif. Minor. publicorum pr. ſacrorum libello, ita vti ſupraſcriptum eſt Imp. Cæſ. Aug. Pont. Max. Trib. pot. xxvi. pat. patr. reddito fecit placare conſcriptis q. ad iiij. nonas aprilis Q. Elio Cato C. Sentio Saturnino Coſ. fuerunt facta acta conſtitutum per conſenſum omnium ordinum ea omnia ita fieri, agi, haberi, obſeruariq; a Q. L. Titio, a F. & F. Allio T F. Ruſo II. viris, & ab eis quicumque ea in colonia noſtra II. viri præfecti, ſiue qui alij magiſtratus . . omnia in perpetuum ita fieri, agi, & haberi, obſeruarique vt Q. L. Titius Ac. . . & Allius I. F. Rufus II. viri ea omnia, quæ ſcripta ſunt ſupra, & decreto coram proquæſtoribus primo quoque tempore per ſcribam publicum in tabulas publicas referenda curent, cenſuere.

A Fuit etiam, vt Pompeius Feſtus affirmat eorundem Romanorum municipium, diſtatq; haud pluſquam tribus milliarijs a mari, quam Arnus flumen ſolum circuit, & ambit, ita vt iam miter ceciniſſe Rutilium lib. 1.

Alpheæ veterem contemplor originis vrbem
Quam cingunt geminis Arnus, & Auſer aquis.
Conum pyramidis coeuntia flumina ducunt,
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontem ſolus ſcilicet Arnus adit.

Niſi forte Rutilius intelligat Serchiam, & Heram fluuios, tametſi a Piſis longius fluant. Conſtat in-
B terim illam ſolum diuidi ab Arno. Vetuſtatem eius, & nobilitatem celebrat Dionyſ. Halicarn. ſcribit Strabo eam nauigationem a mari aduerſam habere ſtadiorum xx. ciuitatem quondam felicem, & beatam fuiſſe: nec ſuo tempore vel ignobilem, vel obſcuram propter frugum copiam, ſaxorum opera, naualem materiam, & inter Hetruſcos belli gloria præcelluiſſe, Ligurumque finitimorum cotem veluti fuiſſe, & irritamentum. De ea ſic Beniaminus in itinerario, qui vixit ante quadringentos circiter, & ſeptuaginta annos. *Diſtant a Genua Piſæ duorum dierum itinere, ingens vrbs, in cuius domibus fere decem mille turres numerantur ad pugnam, dum aptæ, & inſtructæ, ſi quando diſſidium, aut pugnæ neceſſitas exiſtat. Ciues ipſi omnes ſtrenui, neque Regi, neque principi alicui parentes, ſed magiſtratui ab ipſis creato.* Eam Nathan Chytræus his verſibus celebrat.

Antiqui ſplendoris adhuc monumenta ſuperſunt
Inclyta: marmoreis fulgentia tecta columnis:
Turris, & inclinata foris, minitanſque ruinam
Pendula recta intus, ſi videris, area longa,
Gloria, Romani Decius qua maxima iuris
Conditus eſt, vbi vicenis, & quatuor horis
Corpora conſumi memorant his obruta terris
Quin Nicodeme tui monſtrant monimenta ſepulchri.

In eam etiam, & vere cecinit Iulius Cæſar Scaliger.

Piſa vetus victi ſpolijs Orientis onuſta,
Inuidia armauit lucida tela trucis.
Sic nocuit viciſſe, alijs ſic vicimus ergo:
Sic res eſt humili tutior arcta loco.
Mortales ſperare vicas, nec credite fatis,
Nam quod nos alijs, illa dedere mihi.

Felix olim ciuitas fuit, non modo florente Romano Imperio, ſed etiam poſt eiuſdem ruinam. Siquidem terra, marique circumferens victricia arma, Muſato Sardiniæ Rege capto, inſulam illam omnem ſubegit, cuius inſignis victoriæ gratia Romani Pontifices eius inſulæ iuriſdictionem Piſanæ genti aſſeruerunt. Ceperunt Carthaginem, atque Baleares inſulas, earum Regibus in ſeruitutem abductis. In Terra ſancta bellantibus multoties ſuppetias ſubmiſerunt ad victoriam profuturas, Panormumque per vim a Sarracenis occupatum, felici conatu recuperarunt. Profugos aliquan-

do

do Romanos Pontifices exceperunt hoſpitio, vel A
vel a peregrinis armis tuti forent, vel Romani po-
puli infamis contra paſtores rebellio eluderetur.
In ijs præcipue Gelaſius Secundus fuit, qui grati-
tudinis deinde ergo ciuitatem illam iterum Archi-
epiſcopatus honore condecorauit: eodem Piſano
hoſpitio vſi ſunt Calliſtus Secundus, & Innocen-
tius Secundus. Cumque Fridericus Æneobarbus
orientem in ſe recepiſſet expugnare, Piſani euntem
ad bellum quinquaginta triremibus iuuerunt. Cæ-
terum cum ille naufragium feciſſet, Piſanorum
triremes Terra ſancta oppletæ redierunt in patriã,
vnde poſtea ipſi famoſiſſimum illum Campum
ſanctum efformarunt. Felicior rerum fortuna
hanc ciuitatem prouexit, donec cum Friderico II.
Imperatore infortunate contra Eccleſiaſticos icto
fœdere, captiſque ad Lonielium duobus Cardina-
libus, ac quamplurimis Præſulibus, qui a Gre-
B gorio IX. indictum ad concilium proficiſcebãtur,
diuini numinis haud ſeram prouocauit vindictam.
Paulo enim poſt eodem loco, a Genueoſibus na-
uali prælio ſuperati, cum quadraginta nouem tri-
remibus, duodecim millia ſelectorum hominum
amiſerunt, præteritarum victoriarum corrupto de-
core. Diu penes Conſules eius adminiſtratio fuit,
mox penes Antianos, vt vocabant: nonnunquam
potentiorum ſuorum ciuium ſenſit tyrannidem,
denique a Gabriele vicecomite Piſarum domi-
no, eam ciuitatem coemerunt Florentini. Quo-
rum cum iugum inuidioſiſſime excuſſiſſent, dolo
malo Ioannis Gambacurtæ eorumdem iugum ite-
rum ſubierunt, donec in Mediceorum iuſtiſſimo-
rum principum ditionem feliciſſime ceſſere, ho-
dieque Ferdinandi Secundi ſapientiſſimi principis
C pluſquam regiam clementiam experiuntur. Om-
nium diſciplinarum in ea ſtudium efflorеſcit, quod
Clemens Sextus Piſanis 1349. indulſit. Clemens
Quintus illam populoſam, & potentem appellat,
in Clem. Paſt. Not. de re iudic. In ea docuerunt
Philippus Decius, Franciſcus Aretinus, Bartolus,
& alij. Academiã cũ vrbis fortuna lată reſtituit Coſ-
mus Medices Magnus Dux Hetruriæ primus, vo-
catis eo ad iuris profeſſionem Andrea Alciato, ad
medicinæ Matthæo Curtio. Antiquior in Hetru-
ria Piſana Metropolia eſt, traduntque Piſanos
baptiſmali aqua fuiſſe tinctos, dum adhuc Petrus
Apoſtolus in viuis ageret, miſſo illuc Perino ſuo
alumno, quem nonnulli volunt in primum Piſa-
norum Præſulem fuiſſe ordinatum ab eodem
Apoſtolo. Cuius quidem rei cum incerta traditio
D ſit, apud legentes, prudenteſque ſelectio erit, quid
credendum ſit, quidue repudiandum. Sat tamen
conſtat, ſi vlla Baronio fides, Diuum Petrum
iuiſſe Piſas, atque ad litus maris, constructo ibi
altari ſacrum feciſſe. In quo deinde loco, cum
Diuo Apoſtolo Petro dedicatum conſtruxiſſent
ſacellum, a Diuo Clemente Primo Pontifice ita
narrant fuiſſe conſecratum. Romæ litabat Cle-
mens, interque litandum ad tres horas, quaſi gra-
uiſſimo ſomno oppreſſus mente exceſſit, deinde
ſibi redditus edicit populo, haud debere mirari,
tunc enim temporis iuſſu Apoſtolorum Principis
ſe Piſas iuiſſe, ibidemque conſecraſſe templum,
quod eiuſdem Apoſtoli nomini Piſani populi pie-

A tas deſtinaſſet, in eiuſque rei ſignum, tribus cruo-
ris guttis marmoream tabulam conſignaſſe. Quæ
ſumma deuotione, atque admiratione populi
adhuc ſpectantur, atque honorifice aſſeruantur.
Sacello deinde nomen ſancti Petri ad Gradum
Piſani fecerunt. Per idem tempus S. Torpetes Pi-
ſis martyrio a Neronianis miniſtris coronatus eſt,
quominus iam dubitare poſſis iam inde a S. Petri
Apoſtoli temporibus Piſanos Chriſtiana ſacra ſu-
ſcipere potuiſſe, ibidemque ſicut in alijs Hetru-
ſcis ciuitatibus ad annos 300. regnaſſe. Tametſi
enim idolorum cultoribus, tyranniſq; impugnan-
tibus Chriſtiana fides timide dominaretur in po-
pulis, a Conſtantino tamen magno reddita pace
Eccleſiæ, & oues ad ouile; Paſtores vero ad gu-
bernandas ſecurius redierunt. Quamobrem cre-
dibile eſt, ante Gaudentium Epiſcopum Piſanum,
qui concilio ſub Melchiade Romæ celebrato, in-
B ter paſtores aſſedit an. 313. extitiſſe plures, qui Pi-
ſanam ſedem, tametſi turbulentiſſimis temporibus
obtinuerint, quamquam vetuſtate vorante, eo-
rundem nomina, haud iterum reperienda, perie-
rint. Igitur a ſancto Gaudentio, & deinceps ſe-
ries Piſanorum Præſulum, licet alicubi abrupta,
certius videtur decurrere. Perdurauit huiuſmodi
dignitas vſque ad annum 1092. deinde Vrbanus
Secundus Piſanos de Eccleſia optime meritos Ar-
chiepiſcopali dignitate donauit, illorumque Præ-
ſulem primatem Corſicæ, atque Sardiniæ declara-
uit, vt poſtea videbimus. Habuit ſuffraganeos Cor-
ſicæ Epiſcopos, atque Maſſenſem, item Galteli-
nenſem, Ciuitatenſem, prouinciæ Turritanæ eidem
attributo principatu. Porro ius Primatiæ Piſanæ
Eccleſiæ, eiuſque Archiepiſcopis in perpetuum
C conceſſum fuit pro recompenſatione Epiſcopatus
Corſicæ, quos Apoſtolica ſedes ad tollendas con-
trouerſias, & bellicos tumultus inter Piſanos, &
Ianuenſes ſuper rebus Corſicæ, Archiepiſcopo Ia-
nuenſi ſubiecit, ea tamen conditione, vt in ea
Corſicæ inſula tres Epiſcopi iure Metropolitico
Piſarum Archiepiſcopo ſubiecti remanerent, Ale-
rienſis, Adiacen. & Sagonenſis, treſque Archiepi-
ſcopi in Sardiniæ inſula iure primatus eſſent ſup-
poſiti, videlicet Arborenſis, Calaritanus, & Tur-
ritanus. Eccleſia Metropolitana Deiparæ Virgini
dicata ſane viſenda eſt, candido, parioque marmo-
re ædificata, eiuſque longitudo per cubitos 156.
vſque ad Tribunam, vt vocant, decurrit, latitudo
per 111. Totum ædificium tam ad decua, quam
ad fulcimentum plures porphyreticæ, atque è ſer-
D pentino marmore columnæ ſuſtentant, ita vt 88.
erectæ videantur in facie, at quæ molem circum-
ſtant 148. numerum explent. Tranſuerſum atriũ,
quod medium, directumque deſecat per 52. cu-
bitos latitudinem extendit. Diſtinguitur quinque
atrijs, vbi erecta ſpectantur 40. altaria: portæ ſex
in Eccleſiam aditum præbent, cuius poſtea par-
tim æreæ, partim ferreæ, partim ligneæ ſunt.
In principe ara porphyretica prægrandis tabula ful-
get. Hoc demum viſendum templum per cubitos
566. omnino recurrit. In eo præter alia ſanctorum
lipſana monſtrantur cadauera Gamalielis, Nico-
medis, & Abdiæ, patris, filij, & nepotis Hiero-
ſolymis eo traducta. Dotem templo dixit comi-
tiſſa

tiſſa Mathilda, Deiparæque Virgini conſecrauit, iam olim è Saracenorum ſpolijs ædificatum, cum Piſani, illis expulſis, Panormum recuperarent. Viginti & octo canonici in Piſana Eccl. penſum diuinum perurgent, quorum 17. dicta comitiſſa Mathilda ampliori cenſu ditauit, ac tres dignitatum gradus in eadem ſpectabiles ſunt, Archipreſbyteratus, Archidiaconatus, ac Decanatus: antiquitus autē etiam Primiceriatu, & Vicedominatu Eccleſia Piſana fulgebat. Sexaginta & tres minores ſacerdotes ibi litant: ſeptem eius Eccleſiæ numerantur commendæ, ſeu capuciati clerici, inſuper ſex titulares, qui duodecim celebranti Archiepiſcopo aſsiſtunt. Hos augent Acolythi ſex, & duodecim clerici, qui cum magiſtro, viceq; magiſtro aluntur in ſeminario, nec extra ſeminarium deſunt alij clerici, qui ad omnem pietatem excolendam præſto ſint. Canonici in collectionibus, alijſq; pluribus actibus ordinariam habent poteſtatem, illorū habitus eſt cappa rubea cum cucullo pelliculis armellini ſubtutis; hac vtuntur ſupra rocchettum, geſtantque mozzettam rubeam ſupra eumdem ex apoſtolico priuilegio. Archiepiſcopus vero duabus vtitur pontificalibus cappis, rubea ſcilicet, & violacea, ex eodem Pontificio indulto. Huius ciuitatis ſacra turris ſpectabilis eſt, vnde perſtrepunt æra ad fidelium pietatem excitandam; diſtat enim ab ipſo templo, procurritque in longum per cubitos 78. extenditurque in latera per 80. pario marmore, candidoque incruſtata eſt, fulciturque 225. columnis, indeque octo perſtrepentia æra dependent, atque quod non ſatis mireris, per ſeptem cubitos ex artificio architecti Ioānis ab Oeniponte Germani, tamquam ex temporū vitio minitatura ruinam, recta declinat a linea. Iuxta ſummam ędem, rotundum templum ſancto Ioanni Baptiſtæ ſacrum occurrit, vbi baptiſmali aqua recenter nati pueri ſolent luſtrari, quod ex marmore totum conſtructum, per 151. cubitos decenter recurrit. Nec minus mirandus eſt Campus ſanctus, qui & ipſe marmoreus per 213. cubitos protenditur, extenditur vero in latitudinē 61. cubit. quod ædificium ad altitudinem, latitudinem, & longitudinem arcæ Noe dicitur extructum. Picturas habet intus per circuitū ex veteribus quidam, & antiquis magiſtris vagas, & artificioſas. Spatium terræ, quod in eius medio eſt nullo ſilice tegitur, quam terram ab Hieroſolymis allatam ab exercitu Piſanorū hiſtoriam docet mortuorum cadauera hic loci non vltra naturalem diem perſiſtunt. Vbi illuſtrium virorum quamplura ſpectantur ſepulchra; pro ſumma æde eminet præcipue Henrici Septimi Imperatoris ſepulchrum. Hæc metropolis tam in ciuitate, quam extra 468. Eccleſias ſuæ ditionis numerat, numerabatque olim duas Conſtantinopoli, totidem in Tunetano regno, duas item Alexandriæ in Aegypto. Præter publicam omnium ſcientiarum academiam, multa monaſteria, tam religioſorum, quam monialium munificentiſsime extructa cernuntur, in ciuitate decem, in ſuburbijs tria, in diœceſi vndecim virorum, monialium vero ſexdecim intra vrbem, nullum in diœceſi, ſodalitates 21. in ditione 30. hoſpitalia ſunt numero decem, vnum magnū nuncupatum pro infirmis, duo pro conualeſcentibus, reliqua pro recipiendis peregrinis, & pauperibus, domus duæ charitatis, vna pro infantibus expoſitis, altera pro pueris, & puellis derelictis recipiendis. Alia pia domus adeſt Piſis Miſericordiæ pingues habens redditus, cui adminiſtrationi nobiles duodecim ciues præficiuntur, qui quolibet anno quinquaginta puellis honeſtis dotes perſoluunt, captiuos redimunt, pauperes è carceribus dimittunt, familijs neceſsitate oppreſsis ſubueniunt, pluteſque egenis eleemoſynas erogant. Archiepiſcopi ſuffraganei ſunt, Alerienſis, Adiacenſis, & Sagonenſis Epiſcopi, præter alios tres ſupra cōmemoratos. Olim autem etiam Maſſenſem pro ſuffraganeo habuit, qui hoc tempore tantum Senarum Archiepiſcopi præſtolatur arbitrium. De primatu Archiepiſcopi Piſani in inſulis Corſicæ, Sardiniæque multi fide digni ſcriptores memorant. Siquidem præter Baronium annalium eccleſiaſticorum tom. 12. ad annum 1132. Iulianu Viuianus in tractatu de iure patronatus par. prima lib. 3. & 12. & Auguſtinus Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi titulo 3. cap. ſeptimo hæc habet.

De Piſano Archiepiſcopo quod ſit Primas tradunt addit. margin. ad gloſ. in cap. diffinimus 22. d. vbi Archid. & Domin. idem Domin. in cap. cleros num. 20. in gloſ. primatibus diſt. 22. præpoſ. in cap. concilia, Epiſcopos ſub num. 5. diſt. 17. Turrecr. in cap prouinciæ, verſ. ſed inſurgit quæſt. d. 99. Caſſan. in catalogo gloriæ mundi p. 4. conſid. 19. in fine, Boer. de ordine, & præcedentia graduum par. 1. num. 13. & de auctoritate magni conſilij num. 54. Pauin. de offic. & poteſtate capituli præl. 6. n. 13. Caleſat. de equeſtri dignitate num. 94. Petr. Greg. ſyntagm. iuris lib. 15. cap. 10. num. 30. in fin. Gig. de reſid. Epiſcoporum quæſt. 18. num. 10. Marc. Anton. Cuch. inſtit. iuris canon. l. 1. tit. 3. Sbroz. de vicario Epiſcopi l. 1. q. 3. num. 24. & 25. Anaſt. Germon. d. c. 7. n. 8. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 41. n. 14.

Sequitur tamen, vt aliquid de eo agamus, cum in exquirenda ſui primatus ratione, apud quoſdam eſſet exorta dubitatio: pro cuius ſolutione a primordijs rem petentes, aduertendum ducimus Piſanæ ciuitatis Epiſcopatum antiquiſſimum eſſe, Gaudentius enim Piſanus Epiſcopus anno 313. in concilio penes Melchiadem Papam nominatur, & Landulpho Piſano Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus circiter ann. 1078. Gregorius Septimus vices ſuas commiſit in inſula Corſica, & pro labore, quem primus in ea reſtituenda ad Romanæ Eccleſiæ dominium ſuſcepit, medietatem, duobus vero eius ſucceſſoribus quartam partem omnium redditum largitus eſt: arces tamen ſub ditione Romanæ Eccleſiæ reſeruauit, quarum cuſtodes illis, ſi neceſſitas exegerit, vult obedire, vt conſtat ex lib. 6. epiſt. Gregor. VII. epiſt. 12. Poſtmodum Vrbanus Secundus conſtit. ſua incip. Vrbanus Epiſcopus, Dat. Beneuenti 3. Kalendas iunij an. 1091. Pontificatus ſui quarto, de præd. Gregorio Septimo, & de Landulpho Epiſcopo mentionem faciens, ita ait: Quia multis iamdudum obſequijs Piſanorum glorioſa nobilitas Romanam ſibi Ec-

cleſiam fecit obnoxiam, prædictam inſulam de conſilio clericorum Cardinalium, aliorumque fidelium Piſanæ Eccleſiæ commiſit, & condonauit; ea conditione interſita vt per annos ſingulos libras quinquaginta Lucanæ monetæ Lateranenſi palatio perſolueret. Deinde anno ſequenti 1092. idem Vrbanus alia ſua conſtit. Dat. Anagniæ per manum Ioannis S.R.E. Diaconi Card. Epiſcopum Piſanum in Archiepiſcopum promouit, palliumque conceſſit, cum ſuppoſitione omnium Epiſcoporum Corſicæ, & vt in ea Metropolitanus, & in Sardinia ſedis Apoſtolicæ legatus cum perpetua ſucceſſione exiſteret. Sed Calliſtus Secundus quoad ſuppoſitionem Epiſcoporum Corſicæ inſtantibus Genuenſibus factum Vrbani reuocauit. Iniurgunt Piſani, qui ab Honorio Secundo Genuenſium ſpreta contradictione reſtitutionem obtinuerunt, vt conſtat ex conſtit. ipſius Honorij Dat. Lateran. per manum Armerici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi, & Cancellarij 12. Kal. Auguſti an. 1126. Pontificatus ſui ſecundo. Verum quia huius rei ſumpta occaſione bella inter Piſanos, & Genuenſes mouebantur; vnde cædes, incendia, & multæ Chriſtianorum captiuitates peccatis exigentibus oriebantur, Vbertus Archiepiſcopus Piſanus ceſſit Genuenſibus tres Corſicæ Epiſcopatus, remanentibus ſibi alijs tribus, ſcilicet Alerienſi, Adiacenſi, & Sagonenſi. Vnde Innocentius Secundus anno 1138. in recompenſationem trium ſubtractorum Epiſcopatuum Corſicæ, Balduino Piſano Archiepiſcopo cum varijs alijs priuilegijs ampliando conceſſit in iudicatu Gall. in Sardinia Epiſcopatus duos, ſcilicet Gaſtellenenſem, & Ciuitatenſem, & demum Epiſcopatum Populoniæ, ſupponens eos Piſano Archiepiſcopo tanquam eorũ Metropolitano, & legationem Sardiniæ ab Vrbano Secundo conceſſam confirmauit, & primatum ſuper prouincia Turritana Sardiniæ dedit, quod & demum fuit confirmatum per Eugenium Tertiũ anno 1146. & Adrianum Quartum anno 1156. & Alexander Tertius priuilegio ſuo Pontificali aſſeruato in archiuio publico reformationum ciuitatis Florentiæ, Dat. Anagn. per manum Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & notarij 3. id. aprilis anno 1167. Pontificatus ſui ſeptimo, ampliando conceſſit Vbaldo Piſano Archiepiſcopo primatum quoque preter Turritanam prouinciam etiam ſuper Calaritanam, & Alborenſem in dicta inſula Sardiniæ, & cætera per anteriores Pontifices data confirmauit, quod & poſtmodum fecit Lucius Tertius anno 1181. Vrbanus Tertius anno 1186. Cæleſtinus Tertius anno 1191. & Innocentius Tertius anno 1198. prout conſtat ex libro anni 6. epiſtolarum, qui aſſeruatur in bibliotheca Vaticana epiſtola 110. Turritano Archiepiſcopo ſcribens poſt alia hæc ait: Abſenti autem, vel alio tempore venienti (ſcilicet Piſano Archiepiſcopo) non tenebetis auctoritate legationis aliquatenus reſpondere, auctoritati vero primatiæ non plus poteſt in prouincia Turritana, quam primatibus vniuerſis concedunt canonicę ſanctiones. Similiter etiam Honorius Tertius an. 1217. ſcribens Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac nobilibus viris Turritan. & Galluren. iudicibus, alijſque nobilibus per Sardiniam conſtitutis, eoſdem monet quatenus eidem Piſano Archiepiſcopo in ijs, quæ in prædicta terra ſibi ſunt ab Apoſtolica ſede tanquam primati ſuo, & Apoſtolicæ ſedis legato conceſſa, debitum honorem, & reuerentiam impendant, eiuſque ſalubribus monitis curent deuote, ac humiliter obedire, & habetur in libro primo epiſtolarum Honorij Tertij, qui aſſeruatur in bibliothec. Vaticana pagina 215. Quibus priuilegijs, & conceſſionibus Piſani Archiepiſcopi eorũ ſuæ primatiæ iure ſemper vſi fuerunt, poſſeſſorios actus facientes, vt fecit Federicus Piſanus Archiepiſcopus anno 1265. qui inſulam Sardiniæ viſitauit. Et Archiepiſcopus Ioannes anno 1302. qui Archiepiſcopum Gaſtellinenſem ex Sardinia citauit. Et Piſanus Archiepiſcopus, qui ann. 1400. Eccleſiam ſanctæ Mariæ ex diœceſi Turritana contulit. Sed vltra literas Apoſtolicas, & priuilegia ſupradicta, Rofredus Beneuentanus, qui vixit de anno 1215. & viuus permanſit etiam longo tempore poſt compilationem decretalium Gregorij Noni, cum fuerit aduocatus in cauſa primatiæ, de qua in capitulo fin. de electon. vt habet in ſuo opere in titulo de iuribus, quæ competunt Prælato, numero 2. dicit, quod Archiepiſcopus Piſanus eſt Primas Sardiniæ.

Haſtenus ille.

Cæterum Piſis COSMVS Medices primus Magnus Dux Hetruriæ ſaluberrimum ordinem equeſtrem ſancti Stephani, ad Turcharum cohibendos procurſus, inſtituit, ſub regula ſancti Benedicti Abbatis, eundemque magnus primus magiſter, Terror Turcici nominis, adminiſtrauit, ac mirifice auxit. Protulere Piſa in omni memoria viros & doctos, & fortes, quique ob exaggeratas virtutes ſupremos aſſecuti honores, tantam patriam ad miraculum illuſtrarunt. In ijs cenſetur Euganius Tertius Pontifex ſummus, olim ſancto Bernardo ſimillimus alumnus, ex eaque ciuitate originem duxit VI. Vrbanus, peperitque Nicolaum Quintum, & quamplures Præſules, & Cardinales, qui ſua prudentia, probitateque vbique terrarum famam extendere Piſanam. Incolæ ſingulari valent memoria, quod vrbs craſſiore ſituatur aere. Ager ſuburbanus copioſam fert ſegetem, vt toti fere Hetruriæ prouentus eius ſufficiat, quin & exteris annonæ caritatem ſubinde leuet. Vina fert, ſed non adeo laudata. Raphael Roncionius huius ciuitatis perſcripſit hiſtoriam, quæ apud eiuſdem hæredes adhuc manuſcripta ſeruatur. Laurentius Veronenſis de Maioricano triumpho, Volaterran. Blondus, Leander, Aretinus, Sabellicus, Platina, Conſtantinus Caiet. Abbas in ſuis Gelaſianis commentarijs, Iodocus Hondius, Franciſcus Svvertius, Laurentius Taiolus, Laurentius Grancius, Bartholomæus de ſancto Concordio de origine, rebuſque Piſanæ ciuitatis poſteris nonnulla mandarunt. De Eccleſia Piſana, deque eiuſdem Præſulibus, Thomas Dempſterus ſatis mendoſe perſcripſit, Paulus Troncius vir nobilis, erudituſque canonicus, & Piſanæ Eccleſiæ Vicarius patriæ Annales ingenti ſtudio, ac labore molitur, qui etiam perſpectis illis ſcripturis, quæ ex ijs, quas in archiuio reformationum tranſtulerunt Florentiam, adhuc

adhuc in Piſano archiuio aſſeruantur, Præſulum Piſanorum adhuc compilauit catalogum. Inde nos, atque ex multis alijs monumentis Vaticanis, quæ diligenter conſuluimus, eorundem Præſulum ſeriem, vt ſpero, vberiorem dabimus. Porro Eccleſia Piſana taxatur in libro Cameræ, ad florenos 850. verus valor aſcendit ad octo millia aureorum.

1 S. PERINVS primus Eccleſiæ Piſanę Præſul a beato Petro Apoſtolorum Principe ordinatus traditur ann. 45. alij an. 51. dum Petrus a Claudio Imp. Roma expulſus Piſas contendens, Piſanum populum Euangelij prædicatione ad Chriſtum conuertit, Perinum virum ſanctitate conſpicuum, ab ipſo ſacro baptiſmate delibutum, Epiſcopali munere onerarum narrant. De Perino in antiquis monumentis nulla extat certa memoria, at de aduentu eiuſdem Apoſtoli, deque altaris apud eandem ciuitatem in littore maris erectione, eiuſdemque conſecratione loquitur vetus chronicon.

Beatus, inquit, *Apoſtolus Petrus primum altare lapideum in Italia erexit ſtatutum, cum transfretauit circa littora Piſanorum, vbi hodie dicitur Eccleſia ſancti Petri ad Gradus, conſecrauit Papa Clemens Primus, qui dum altare marmoreum ibi chriſmate illiniret, tunc de ipſius Papa naribus aliquot guttæ ſanguinis diſtillauerunt ſuper ipſam altaris menſam marmoream, ille ſanguis in eodem marmore vſque hodie ita recens apparet ſicut hodie vobis videntibus ibi cecidiſſe, & habetur in magna veneratione.*

Eccleſiam vetuſtate fere attritam, in meliorem faciem reſtituit, ornauitque Franciſcus Caietanus nobilis Piſanus patritius. Poſt ſancti Perini receſſum, Piſana ſedes diutiſſime vacauit, vel ſaltem Epiſcoporum nomina obliuioni prorſus ſunt tradita.

2 GAVDENTIVS primus eſt, poſt ſanctum Perinum, qui reperiatur in Piſano throno ſediſſe, cuiuſque memoria habeatur in concilio ſub Melchiade ſummo Pontifice anno 313.

3 ALEXANDER Eccleſiam Piſanam regebat anno 643. cum ex Scotia B. Peregrinus in Italiam venit, vt in eiuſdem vitæ actis reperitur.

4 OPPORTVNVS vixit anno 643.

5 MAVRIANVS, ſiue Mauezzanus Epiſcopus Piſanus, interfuit generali ſynodo ſub Agathone Pontifice anno 680. in Nonantulano codice ſe Maurianus ſubſcribit, de eo mentio anno 674.

6 MAXIMVS Epiſcopus Piſanus regnante Luitprando Rege, interfuit cuidam ſynodo in Hetruria celebratæ cum Epiſcopo Aretino, ac Deodato Epiſcopo Senenſi, vbi quarundam plebaniarum cauſa agitabatur.

7 ANDREAS anno 742. in Piſana ſede floruit.

8 IOANNES anno 743. vſque ad an. 747. in eodem throno ius dixit.

9 IOANNES iterum eius nominis ſecundus Epiſcopus Piſanus, reperitur ab anno 804. vſque ad annum 820. in multis inſtrumentis ſubſcriptus.

10 PLATO Piſanæ Eccleſiæ præfuit ab ann. 821. vſque ad annum 826.

A 11 IOANNES tertius fuit in concilio Romano ſub Eugenio Secundo anno 826. apud Baronium.

12 BIVRGVS, ſeu Bingus natione Inſuber, Piſanorum fuit Antiſtes anno 837.

13 ZENOBIVS Piſanorum Epiſcopus fuit anno 841.

14 IOANNES eius nominis quartus, coronationi Ludouici filij Lotharij in Regem Italiæ interfuit, quam Sergius Pontifex apud ſanctum Petrum ſolemni ritu executus eſt. conſule hac de re Anaſtaſium Biblioth. anno 844.

15 PLATO, eius nominis ſecundus, floruit anno 860. memoratur in inſtrumento Lucanæ Eccleſiæ 870. & anno 867. in Piſanis monumen-

B tis.

16 IOANNES quintus, Piſanæ Eccleſiæ præfuit anno 890. vſque ad ann. 891.

17 ARDINGHVS vero 909.

18 THEODORICVS 911. Germanus natione, de quo mentio in donatione Grimoaldi Epiſcopi, de qua infra.

19 THVRRICHIVS autem 917.

20 VOLIGHIDIVS anno 918. ſuſpicor huius, cum duobus ſuperioribus nomina eſſe Germana, ſiquidem Imperator Germanus, cum per ea tempora, peſſimo exemplo Epiſcoporum electionem ſibi vſurpaſſet, credibile eſt adhibuiſſe ſuos, qui ſedem illam ad nutum iubentis adminiſtrarent. Cæterum Dempſterum demiror, qui hos in

C catalogum Piſanorum contulerit, nulla vllius auctoritate ſcriptoris fulfultus. Igitur apud ipſum eſto fides eius narrationis.

21 VLFERIVS Piſanam ſedem obtinuit anno 920. vt idem Dempſterus narrat.

22 AVNTVS anno 920.

23 ACTIVS primus vixit anno 924. ex eodem Dempſtero. Forte idem cum Auntio.

24 IOANNES, eius nominis ſextus, ex eodem, anno 925.

25 HENRICVS floruit anno 926. apud eũdem. Hi ſeptem ſupra commemorati a Dempſtero, breuiores mihi videntur Pontifices, quam quod adhiberi poſsit fidei narrantis, tam parum vixiſſe, qui modo ſequentur, è certiſsimis monumentis eiuſdem Eccleſiæ eruti ſunt, ita vt de eis

D dubitari non poſsit.

26 ZENOBIVS, eius nominis ſecundus, Piſanam Eccleſiam adminiſtrauit anno 930.

27 GRIMOALDVS vero anno 940. vſque ad annum 958.

Non alia de præclaris Grimoaldi facinoribus ad illius nomen æternitati conſecrandum tranſmiſſa eſt ad poſteros, quam inſignis eius donationis memoria, quam in cathedralis ſanctæ Mariæ ſacrum collegium, ac canonicos, qui certis aſtricti regulis ſub conuictitionis forma viuebant, liberaliter effudit. Ea regularis inſtitutio in Piſana Eccleſia olim a Ioanne Epiſcopo anno 890. condita, ſanctiſsimiſque inſtitutis perpolita fuit, ab eius deinceps ſucceſſoribus ampliſsimis redditibus, opibuſque cumulata, ſed cum maioris bonorum partis iniuria, & temporum iniquitate, tot bellis concuſſa, euerſaque a barbaris Italia naufragium paſſa eſt,

ſa eſt, illius inopia commotus Grimoaldus, ne ea occaſione diuini cultus dignitas obſoleſceret regularisq; diſciplina relaxaretur, ampliſſimam in eam donationem anno 993. contulit, eamque Berengarij ſecundi Italiæ Regis, eiuſque Adelberti filij auctoritate fulciri, communiriq; ſtuduit; cuius ſane donationis inſtrumentum, quæ poſteritati tradatur, digniſſima mihi viſa eſt, quod aliquorum Grimoaldi prædeceſſorum illuſtrem memoriam complectatur, tum quod ex ea canonicorum Piſanæ Eccleſiæ inſtituto regularis vitæ obſeruantia exculta, informataque perſpicitur, qui tandem, vt ferunt temporis profligati mores, in ſecularem viuendi rationem deuenerunt. Annus huic veteri documento, quod modo proferemus, appoſitus, Berengarij, Adelbertique Regum Italiæ octauus eſt, qui in annum 953. indictione 11. incurrit, cum aliquot annis Italici Regni Berengarij detrahantur, nimirum ij quibus per vim regnum tenuerat, ab Othone inde Imp. depulſus, ab eo itaque computi ratio incipiat, quo ſe Othonis fiduciarium profeſſus, ab eo regnum, Regiſque nomen recepit, vt in peruetuſto Grimoaldi monumento colligitur, ex Piſani capituli archiuio ab originali exemplari delibato, ſumma fide, ac diligentia Pauli Troncij Metropolitanæ Eccleſiæ canonici, vicarijque literis exculti ſſimi, & in vetuſtis monumentis verſatiſſimi, cui tanto propterea viro ob communicata nobis plura inſerta noſtræ Piſanæ Eccleſiæ hiſtoriæ antiquitatis monumenta debitam gratiam nulla vnquam ex animo delebit obliuio. Porro Grimoaldi donatio huius eſt tenoris.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti æterni.

Ipſius inſpiratione, & reſpectu commotus ego Grimoaldus ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus omnibus in dicta ſancta Eccleſia ſucceſſoribus veſtris, atque ſacerdotibus, ac diaconibus, cæteriſque vniuerſis in ſacra religione, vel in eadem ciuitate, vel vbicumque degentibus, ſiue hominibus fidelibus Piſanæ ciuitatis ſit notum. Quoniam antiquitus a compluribus prædeceſſoribus noſtris in Epiſcopio eiuſdem ciuitatis, ideſt, in Eccleſia ſanctæ Genitricis Dei, ſemperque Virginis Mariæ ordinata eſt congregatio canonicorum fratrum, in qua omnia neceſſaria haberent, vt abſque vlla indigentia ibidem ſine intermiſſione ſeruirent omnipotenti Deo, ſuæque Genitrici, quod etiam apertius credi poteſt, quod per antiquos ſacerdotes recordari ſe dicunt, quod bonæ, & recolendæ memoriæ Ioannem, Platonem, itemque Ioannem venerabilibus Præſulibus horum omnium temporibus inclyta, vel præclara fuiſſe refertur congregatio ipſa ſancta demum poſt illos ſecutus eſt D. Theodoricus Vltramontanus genere. Hic comperiens eandem congregationem ad paupertatem nimiam redactam propter tempora dura, quæ præceſſerant, & quæ inſtabant doluere multum. Contigit itaq; Adalbertum illuſtriſſimum, atque magnum Marchionem per id tempus, & iuſſionem Berengarij magni, atque præclari Regis generalem placitum habuiſſe, in quo reſidebat cum eo Odelbertus Epiſcopus

A ciuitatis Lucenſis miſſus, & diſcurrens per totam Tuſciam, & iudices cæterique boni homines cum eo, ſed eum in eodem Piſano comitatu cepiſſet idem præfatus Theodericus Epiſc. quemdam titulum ſanctæ Mariæ vocabulo notatum in villa quadam, quæ dicitur Mezzana ſita cum caſis, & rebus tam domnicatis, quam & maſſaricijs tam in eadem villa, quam & in alio fundo confinia, quam Ceo presbyter iam ad manus ſuas detenuit eidem titulo ſanctæ Mariæ pertinentibus cum terris, vineis, oliuetis, ſyluis, virgatetis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis omnis in omnibus rebus tam domnicatis, quam & maſſaricijs cum fundamentis, & omnibus ædificijs, vel vniuerſis fabricis ſuis quantum vbique in quibuslibet locis,
B vel vocab. ad iſtū titulū ſanctæ Mariæ pertinentibus, vel aſpicientibus in integrum ad præfata congregationis Epiſcopij canonica omnibus ibidem fratribus degentibus ad ſumptum tradidit, & conceſſit, deinde vero dominus Vvolferius, & Zenobius Epiſcopis ſimiliter præfatæ congregationi tradidit, & donauit duo petija de terris, qui ſunt vineis in loco, & finibus calci prope curte domnicata ipſius Eccleſiæ Epiſcopatui ſanctæ Mariæ, has iſtas duas petias de terris, qua ſunt vineis ademembrata ijſdem finibus canonicis conceſſerunt. Proinde modo ego Grimoaldus Epiſcopus Dei inſpiratione, vel nolimine compunctus, vt dum viuo in hoc ſeculo de futuro medelam parare aſſiduam tractare debeo, idcirco prouidi ego
C iſtum titulum ſanctæ Mariæ, cum omnibus rebus ad eam pertinentes, cum prædicta petijs de terris, qui ſunt vineis in prædicto loco calci, cum ſcopeto, & cerreto, ſeu ſylua, & monte, ſicut ſupra legitur, inſuper per hanc paginam ipſorum fratrum do, atque conſtituo, ſimiliter concedo idem omnem redditum, & debitionem, ſeu offertas illas, quas ſingulis hominibus ad prædictam Eccleſiam domum ſanctæ Mariæ Epiſcopij noſtri conſuetudine, vel debiti ſunt reddendi, atque in antea fuerint tam labore, quam vinum, ſimulque beſtijs, vel argentum, aut de quibuslibet frugibus terræ, vel qualicumque res, vel mouilis, quæ dici, vel nominari poſſumus omnis, & in omnibus, quæ ad ipſam ſanctam matrem Eccleſiam homi-
D nibus per conſuetudinem debiti ſunt reddendi, aut fuerunt in integrum ad præfatam canonicam congregationis fratrum omnibus degentibus ibidem ad ſumptum trado, & concedo, atque habendam ſtatuimus abſque omni ſubtractione, vel deminoratione vniuerſorum hominum, ſiue ſucceſſorum meorum Præſulum, ipſorumque miniſtrorum cunctorum, ſi quis vero cōtra hanc chartulam ſtatutam paginam venire tentauerit, aut eam infringere, vel diſrumpere quæſierit per ſummiſſas perſonas hominum, vel per ſemetipſos, quouis ingenio, ſint ſub anathemate vincti, quos beatus Paulus Apoſtolus in ſuis epiſtolis commemorat dicens eos, qui non dicunt Dominum Ieſum Chriſtum venturum, & Arrianæ ſubiaceat miniriæ, & cum Dathan, & Abiron, quia eos terra deglutiuit, & deſcendant viui in infernum, ſic eos deglutiat, & participent cum ipſis, & cum hæreticis, atque cum Iuda traditore habeant par-

tem per omnia in ſempiternum fiat, vnde hanc ſtatutam conceſsionis noſtræ paginam terminandam notarijs dominorum Regum ſcribere rogaui.

Actum Piſa, hoc factum eſt anno domini noſtri Berengarij, & Adelberti filij eius gratia Dei Regum, regni eorum auxiliante Domino octauo, iij. non. decemb. indict. 11.

Grimoaldus, gratia Dei, huius ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus in hac ſtatuta conceſsionis pagina a me facta ſubſcripſi.

Theutpaldus iudex dominorum Regum in hac ſtatuta conceſſionis pagina rogatus teſtis ſubſcripſi.

Alboni rogatus a Grimoaldo Epiſcopo me teſte ſubſcripſi.

Ego Gumberto rogatus a Grimoaldo Epiſcopo me teſte ſubſcripſi.

Andreas iudex Domini Regis ſubſcripſi.

Ego Conrado rogatus a Grimoaldo Epiſcopo me teſte ſubſcripſi.

Ego Raynerius rogatus a Grimoaldo Epiſcopo me teſte ſubſcripſi.

Ega Conrado notarius dominorum Regum rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Terminandus notarius DD. Regum poſt editam compleui, & dedi.

Ego Vguccio D. Imperatoris Federici iudex ordinarius, & ſacri Lateranenſis palatij notarius authenticum huius vidi, & legi, & exemplaui.

Ego Vgo notarius Apoſt. ſedis authenticum huius vidi, & legi, & exemplaui.

Ega Ildeprandus notarius Apoſt. ſedis authent. huius vidi, legi, & exemplaui.

28 ALBERICVS Piſanus Epiſcopus, Rauennati concilio interfuit, celebrato a Ioanne XI. anno 968. ind. duodecima, anno 17. Othonis Imperatoris, regni vero 24. ſubſcripſitque diplomati erectionis Eccleſiæ Magdeburgenſis in Archiepiſcopatum, eius ſubſcriptio legitur in hæc verba: Albericus ſanctę Piſenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi. Reperitur vixiſſe vſque ad annum, ſiue in anno 983.

29 RAYMBERTVS floruit anno 986. vſq; ad annum 991.

30 PETRVS item Piſanorum Epiſcopus 1005. quo anno hæc ciuitas a Saracenis fuit capta, ita in aliquo manuſcripto chronico apud me.

31 VVIDO autem 1006. ſub hoc eodem Præſule anno Domini 1012. habet chronicon: *Stolus Saracenorum de Hiſpania venit Piſas, & deuaſtauit eam.*

32 LAMBERTVS Epiſcopus Piſanus 1013 cum Epiſcopo Oſtienſi legato populum Piſanum compulit ad arma contra Muſatum Sarracenum Regem Sardiniæ, quem cum fregiſſent, compuliſſentque inſula excedere, illa potiti ſunt, ſuæque iuriſdictionis fecerunt, ſed cum iterum Muſatus regnum recuperaſſet, iterum armis Piſanis victus, in ſeruitutem abductus eſt. Quamobrem Pontifex Romanus dominos Inſulę declarauit victores, Epiſcopus vero ciuitatis eius Inſulæ Primas eſt dictus. Conſule ea de re Ioannem Baptiſtam Pignam de principibus Ateſtinis, Volaterranum autem lib. 5.

33 VVIDO de Trauella Piſanus ann. 1025. patriæ ſuæ obtinuit Epiſcopatum.

Eo Præſule ſicut vetus habet chronicon, Piſani vna cum Ianuenſibus Sardiniam occuparunt: *Anno Domini, an, 1016. Piſani, & Ianuenſes deuicerunt Sardiniam anno 1018. Rex Mugetus reuincit Sardiniam, & eodem anno Piſani, & Ianuenſes recuperauerunt Sardiniam, & cum Piſani, & Ianuenſes in Turitana iudicatum eſſet, Ianuenſes voluerunt Piſanos expellere de Sardinia, & eam ſibi retinere, & quamuis bellum inceperunt, tamen deuicti a Piſanis fuerunt, itaque eodem anno 1018. Piſani de tota Sardinia Ianuenſes expulerunt.*

34 VGO vero 1019. noſter Epiſcopus non leuem operam, ſtudiumque ad regularem viuendi normam, Metropolitanæ Eccleſiæ canonicis adducendis, diſciplinaque perpoliendis defixit. vnde ij deinceps egregie exculti, informatique virtutis ingentem famam, opeſque ad vitam ſuſtinendam ſibi pepererunt. Cæterum optimi Epiſcopi ſtudio a Ioanne XIX. Pontifice obtinuere, vt ipſorum priuilegia, ac bona anno 1022. Apoſtolica auctoritate communiret, eius diplomatis exẽplar ab originali deſumptum hic inſinuare voluimus, in plumbo vero hæc verba leguntur inſculpta.

IOANNES PAPA XX.

Diploma tale eſt è tabulario Piſano ſicut cætera deſumptum.

IOANNES EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectiſſimis filijs noſtris ſpiritualibus canonicis ſanctæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum. Noſtro quidem ordini congruit, vt maximam curam exhibeamus erga omnipotentis Dei Eccleſias, & ſemper noſtra mens peruigil exiſtat in illos, quos agnoſcimus eſſe Ieſu Chriſti Domini cultores. Igitur notum ſit omnibus hominibus tam præſentibus, quam futuris, quia canonici Piſanenſis Eccleſiæ deuote ſupplicarunt noſtrum Apoſtolatum per Ioannem præfatæ Eccleſiæ diaconum, vt confirmaremus illis, & omnibus eorum ſucceſſoribus omnia, quæ nunc retinent ex parte canonicæ, vbi conſtituti ſunt propter diuinũ opus perficiendum. Nos autem diuino ſpiramine compuncti inclinauimus mentes noſtras ad peragendam voluntatem prænominati diaconi, & cæterorum Deo ſeruientium canonicorum. Confirmamus itaque illis quicquid nunc ad præſens retinent, ſiue quæ per ſubſequentia tempora in prædicta canonica acquirere poſſunt, id eſt decimationem, vineas, & terras, necnon & reliqua prædia. Quicumque autem ex his omnibus a iam dictis canonicis auferre tentauerit, ſciat ſe incurrere in laqueum æternæ gehennæ, inſuper ex auctoritate omnipotentis Dei, & beati Petri Apoſtoli, & noſtra ſciat ſe eſſe excommunicatum, & maledictum, & a communione, & ab Eccleſia ſeparatum, atque cum Iuda, & diabolo condemnatum ſimiliter ſicut ſuperius miſſum eſt per noſtram apoſtolicam auctoritatem, confirmamus eis prænium, quod vocatur Pedianum, & reliqua omnia, quæ ibi abſque tenimento canonice acquiſiuerunt,

uerunt, ſeu quę in antea acquirere poſſunt, ſi quis autem præfatum prædium a canonica ſanctæ Mariæ auferre voluerit, anathematis vinculo perpetualiter ſe ſciat eſſe condemnatum. Placitum quoque, quod peregerunt prædicti canonici cum archipresbytero Bonizone, iubemus per Apoſtolicam auctoritatem, vt nullus dux, ſiue marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, vel magna, paruaque hominis perſona audeat illud requirere, vel recapitare, quia tamen ad noſtri Apoſtolatus præſentiam relatũ eſt in conſpectu Bonizonis archipresbyteri quicquid ipſe per ſtudium ſuæ malignitatis in eos deliquit, qui autem illud placitum requirere præſumpſerit, perpetuæ maledictioni ſubiaceat: conſtitutum, & peractum eſt hoc præceptum a nobis in perſona canonicorum ſanctæ Mariæ qui ſunt.

Petrus Domini gratia archipresbyter.
Petrus decanus, & cantor
Ioannes archidiaconus.
Ioannes presb. & primicerius.
Andreas presbyter.
Albizo presb. & cuſtos.
Dominicus presbyter.
Amalfredus presbyter.
Vrſus presbyter.
Bonizo presbyter.
Ioannes presbyter.
Leo presbyter.
Theudo presbyter.
Vvinizo presbyter.
Albertus presbyter.
Ioannes Diaconus.
Petrus diaconus.
Albericus diaconus.
Dominicus diaconus.
Leo Clericus.
Bonusfilius clericus.
Orbertus clericus.

Vt autem verius credatur, & ab omnibus conſeruetur perpetualiter noſtris proprijs articulis confirmauimus hoc priuilegium, inſuper noſtram papalem bullam ſubter imponi iuſsimus.

Ioannes diuina præeunte clementia ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Apoſtolicus Præſul.

Datum, & ſcriptum per manus Petri cancellarij ſacri Lateranenſis palatij in menſe madio ind. 5.

Sub Hugone Præſule, vt habet chronicon, ann. Domini 1038. Piſa combuſta eſt die Natalis Domini. Haud diu poſtea ſuperſtes fuit Hugo.

35 ACTIVS huius nominis ſecundus ſucceſſit Hugoni ann. 1031. quem exceſſiſſe tradunt ann. 1044.

36 OPIZZVS anno 1044. ſubſcripſit bullæ Leonis Noni pro Eccleſia Portuenſi anno 1049. Leo vero cœnobium ſanctæ Marię Inſulæ Gorgonæ Piſanæ diœceſis, Præſulumque Piſanorum refugium, vbi Gorgonij ſancti requieſcit corpus, nobili priuilegio communiuit. Gorgona eſt Inſula maris Tyrrheni apud Plinium, & Melam, Vrgo vocatur, Rutilius Numatianus Gorgon eam appellat in ſuo Itinerario.

Aſſurgit ponti medio circumflua Gorgon
Inter Piſanum, Cyrniacumque latus.
Aduerſus ſcopulos damni monumenta recentis
. . . hic viuo funere ciuis erat.
Noſter enim nuper iuuenis marmoribus amplis,
Nec cenſu inferior, coniugione minor.

Eudoxij Gorgonienſis cœnobij Abbatis, celebriſque Anachoretæ, meminit S. Auguſtinus epiſt. 81. ibidemque commemorat inter cæteros Euſtachium, & Andream monachos vitæ ſanctimonia inſignes anno 398. vt narrat Baronius, Gorgona, Capraria, aliæque Tyrrheni maris Inſulæ ab Anachoretis, monachiſque excultæ fuere, de quibus ſatyrice aliquando luſit idem Rutilius.

Proceſſu pelagi iam ſe Capraria tollit,
Squalet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe monachos Graio cognomine dicunt
Quod ſoli nullo viuere teſte volunt.

Tria hoc loco occurrunt animaduerſione digna; primum nobile Gorgoniorum cœnobium, pietate Piſarum Præſulum excitatum diſtrictioris monaſticæ diſciplinæ aliquando ſeminarium fuiſſe: alterum Piſanis Archiepiſcopis ſecurum aſylum, refugiumque ad euitandam Imperatorum iram extitiſſe: vltimum, vt fert humana conditio, nullum noſtris temporibus pene eiuſdem ſacrati loci veſtigium apparere, imo inter rudera ſqualentia ſanctorum monachorum, non ſine lachrymis ſpectantur veſtigia, ſed quid? nullum ſub ſole perpetuum, terit omnia tempus. Porro Leonis diplomaab originali exſcriptum ſic loquitur.

LEO EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Eccleſiæ ſanctæ Dei Genitricis, ac Virginis Mariæ in Inſula Gorgona, vbi etiam corpus beati Gorgonij requieſcit, & per eam tibi Bono Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Conuenit Apoſtouco moderamini recte petentium adimplere deſiderium, & iuſtis ſupplicationibus impertiri ſuffragium, & quia poſtulaſti a nobis fili chariſsime, quatenus concederemus, & confirmaremus, ſeu corroboraremus tibi, tuiſque ſucceſſoribus per noſtri priuilegij paginam monaſterium in honorem ſanctæ Mariæ Matris Domini dedicatum, & in Inſula Gorgona poſitum, quæ Inſula ſicut in ſancti Petri priuilegijs legitur, ſub iure, & ditione ſanctæ Matris noſtræ Romanæ conſiſtit Eccleſiæ. Igitur inclinati precibus tuis concedimus, & confirmamus, ſeu corroboramus tibi, tuiſque in perpetuum ſucceſſoribus per huius noſtri priuilegij paginam ipſum monaſterium cum prædicta inſula, vt ſemper ſint monachorum habitacula, ne fiat ſpelunca latronis, quæ prius fuit domus orationis. Abbas ſiquidem in eodem cœnobio nunquam ordinetur pro prætio, ſed qui ſecundum regulam ſancti Benedicti cum fratrum conſilio inuenitur melior in ipſo monaſterio, & quæcumque a viris religioſis, & Deum timentibus in vſum, & ſumptum monachorum inibi Deo ſeruientium conceſſa, vel in perpetuum concedenda ſunt, ſiue ex hac parte maris, ſiue ex alia per hanc noſtram præceptionem, & confirmationem confirmamus, & corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum ſtatuentes apoſtolica cenſura, vt nullus Imperator, nullus Rex, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus vicecomes.

comes, nullus caſteldio, & præturca nullus Epiſcopus, vel cuiuslibet ordinis, ſeu dignitatis magna, paruaque perſona contra hanc noſtræ præceptionis, conceſſionis, & corroborationis paginam audeat pertentare. Qui vero huius noſtri priuilegij violator extiterit, anathematis, & excommunicationis vinculo. ſit alligatus, & cum Iuda proditore Chriſti, niſi reſipuerit ſit æternæ damnationi traditus. Et qui obſeruator fuerit, ab omnipotente Deo benedicatur, & ſpiritualibus gaudijs repleatur. Statuimus etiam, vt a Romano Pontifice Abbas huius monaſterij accipiat conſecrationis benedictionem.

Datum 17. Kalend. nouembris per manus Federici diaconi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ bibliothecarij, & cancellarij vice domini Herimanni archicancellarij, & Colonienſis archiepiſcopi anno D. Leonis IX. PP. III. indict. 4.

Vigebat ijs temporibus ea conſuetudo, vt Eccleſiarum rectores non modo ſummos adirent Pontifices, verum etiam Imperatores, quorum tunc in Italia arma plurimum poterant, iisque ſeſe circumferebat auctoritas, ac ſæpius vſu venit, eadem expreſſa, ſeruataque eorumdem verborum ſerie vtrorumque diplomatibus inſerta reperiri. Cum enim Imperatores Epiſcopatuum, Abbatiarum, eorumque bonorum conferendorum ius ſibi arrogarent, Præſules, miniſtroſque Eccleſiæ, vt ad ſe confugerent adegerunt, ſummi vero Pontifices, ne ſibi diuinitus conceſſam auctoritatem obſoleſcere, ac deteri paterentur, ad eam ſeruandam, exercendamque libenti animo plures locis, perſoniſque eccleſiaſticis prærogatiuas conſulere, quæ res ita Opizone Piſano Epiſcopo eccidit, vt canonici cathedralis Eccleſiæ illius gratia fulti, ab Henrico Imperatore anno 1050. iura propria, & priuilegia rata, firmaque haberi obtinuiſſent, lapſis inde ſex annis eamdem gratiam a Victore Secundo eblandita bona, ac priuilegia communiri, ſedisque Apoſtolicæ fidei, ac clientelæ commendari, inſigni hoc diplomate promeruerunt, in quo fratres appellantur canonici, cum ſub prioris vnius obedientia, certis aſtricti regularibus diſciplinis, ſimul verſarentur. Victoris bulla ita ſe habet ex originali.

VICTOR EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Canonicis ſanctæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Iuſtis, & rationabilibus petitionibus beneuolus debetur conſenſus, quæ enim diuinæ religioni nihil auferunt, in futurum autem vtilitati hominum multum conferunt, profecto concedenda, & expetenda ſunt. Quapropter notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus ſcilicet, & futuris qualiter fratres Piſanenſis Eccleſiæ de canonica ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſicut prædiximus, noſtram adierunt clementiam rogantes, noſtræque paternitati humiliter ſupplicantes, quatenus ipſos cum bonis prædictæ canonicæ iure pertinentibus ſub tutelam Apoſtolicæ defenſionis dato eis noſtro priuilegio ſuſciperemus, quorum petitioni beneuolentia ipſius

A Apoſtolicæ ſedis cum Deo auctore licet indigni præſidemus, annuentes eoſdem fratres ſub noſtram defenſionem ſuſcipimus, datoque priuilegio omnia hæc bona tam in decimis, quam in prædijs, quæ eadem præſcripta canonica nunc iure tenuit, vel in futurum iuſte acquiſitura erit, auctoritate Dei, ſanctique Petri conceſſimus, & confirmauimus, ſuper hæc vero pacem quietam, & ſecuritatem eidem prænominatæ canonicæ, boniſq; ſuis cupientes ſtatuimus, & confirmauimus ipſa eadem auctoritate Dei, ſanctique Petri, & noſtra, vt nulla perſona parua, ſeu magna audeat, vel præſumat vim, damnum, vel moleſtiam vllam inferre, aut moleſtare, vel quicquam de bonis ſuis ſibi abſque legali iudicio, aut canonicali vſurpare. Quod

B ſi quis, quod non optamus, huius noſtræ conceſſionis, & confirmationis priuilegium infringere præſumpſerit, noſtriq; mandati immemor, damnum, vel moleſtiam eis intulerit, aut de bonis prænominatæ canonicæ quicquam ſibi vſurpauerit, niſi reſipiſcat, dignamque emendæ ſatisfactionem fecerit, vinculo anathematis innodetur, qui vero cuſtos, & obſeruator extiterit, Apoſtolica benedictione repleatur, & miſericordiam in domino Deo conſequatur. Amen. In plumbo hæc circum circa verba ſunt exculpta.

Victoris II. ſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Papæ.

in medio vero,

Ieſus Chriſtus. Petrus Paulus.

C *Anno MLV. Pont. I.*

Anno 1063. qui vltimus fuit Opizonis Epiſcopi, tertius vero Alexandri Secundi Pontificis Maximi, Gerardus quidam Piſanæ Eccleſiæ canonicus ſub tutela Apoſtolicæ ſedis ſequenti diplomate receptus eſt.

ALEXANDER EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,
G. Ver. canonico ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad Apoſtolicæ ſedis ſpeculã ſublimati, & ad ſolicitudinem, & curam omnium Eccleſiarum non noſtris meritis, ſed diuina ſolummodo dignatione promoti oculos diſcretionis, manuſque conſilij debemus auidius extendere, vbi piæ

D religionis exercitia, & ſolicitudinis eccleſiaſticæ inſtantiam comperimus fore. Proinde iuſtæ petitioni tuæ, quam reſpectu supernæ remunerationis ſuper incolumitate Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, quę Piſanæ ciuitatis dignoſcitur principalis audientiæ noſtræ approbauimus allatæ auctoritatis noſtræ patrocinium conſulentes exhibemus, & vt magis, magiſque priſtinum deuotionis tuæ augeatur ſtudium, benigniſſime exhortamur. Igitur iuxta ſinceræ petitionis tuæ affectum canonicam ſupradictæ Eccleſiæ, quam tenes, ſibique iuſte pertinentia omnia, & quicquid a te iuſte acquiſitum, vel Deo conſentiente acquirendum eſt. Apoſtolatus noſtri auctoritate, & per huius noſtri priuilegij paginam confirmamus per omnia quidem interdicentes, vt neque Imperator, neque marchio, neque Epiſcopus, neque cuiuslibet ordinis homo prætatas res vgere, vel cauſare, ſiue per aliquod ingenium præſumat diminuere, quod ſi huic noſtrę

conſir-

confirmationi aliquis ex his quos ſupra memorauimus, debitæ obedientiæ non inclinauerit, & ſupradictis rebus contemptor Apoſtolicæ ſedis aliquo modo nocere præſumpſerit, condigne excommunicationis gladio feriendum, & a communione ſanctæ Eccleſiæ ſe omnimodis nouerit eſſe ſeparandum, & inſuper viginti libras auri, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem tibi ſciat ſe eſſe compoſiturum.

Datum Lucæ per manus Mainardi S. Eccleſiæ Siluæ Candidæ Card. Apoſt. ſedis bibliothecarij an. D. Incarn. MLXIII. ind. I.

37 VVIDO, ſiue Richo Papienſis, fuit Piſanorum Epiſcopus anno 1063. vſque ad annum 1077. Huius memoria extat in Piſanæ Eccleſiæ monumentis, quo viuente iacta ſunt fundamenta ſummæ ædis, vt in marmoreo lapide legitur in hæc carmina.

Quam bene, quam pulchre procul eſt haud æde ab vrbo,
Quæ conſtructa fuit, ciuibus ipſe ſuis
Tempore Riconis Papienſis Præſulis huius,
Qui Regi fama notuit ipſe Papæ.

Aedis huius ædificationem incidiſſe in annum 1063. qui primus fuit Vvidonis Epiſcopi, fidem facit ijs carminibus alia ibidem antiqua marmorea inſcriptio.

Anno quo Chriſtus de Virgine natus ab illa
Tranſierant mille decies ſex, treſque ſubinde,
Piſani ciues celebri virtute potentes,
Iſtius Eccleſiæ primordia dantur in ipſo
Anno, quo Siculas eſt ſtolus factus ad oras,
Quod ſimul armati multa cum claſſe profecti
Omnes maiores, medij pariterque minores
Intendere viam, primum ſub ſorte Panormum
Intrantes rupta portum pugnando catena
Sex capiunt magnas naues, opibuſque repletas
Vnam vendentes, reliquas prius igne cremantes,
Quo pretio muros conſtant hos eſſe leuatos.
Poſt hunc digreſſi portum, terraque potiti,
Qua fluuij curſum mare ſentit ſolis ad ortum,
Mox equitum turba peditum comitante caterua,
Armis accingunt ſeſe, claſſemque relinquunt.
Inuadunt hoſtes contra ſint mora fluentes:
Sed prior incurſus mutat diſcrimine caſus
Iſtos victores, illos dedit eſſe fugaces,
Quos ciues iſti ferientes vulnere triſti
Plurima præ portis strauerunt millia mortiſq;
Conuerſiq; cito tentoria littore figunt
Ignibus, & ferro vaſtantes omnia circum
Victores victis ſic facta cæde relictis
Incolumes multo Piſas rediere triumpho.

De expugnatione vrbis Panormi, deque maioris Eccleſiæ Piſanæ ædificatione hæc habet vetus auctor Piſani chronici manuſcripti apud me:

Anno Domini 1063. Piſani iniuerunt Panormum, & fractis catenis portus, & ciuitatem ipſam ceperunt, ibique ſex naues ditiſſimas ceperunt, Saracenis plurimis interfectis, & comburentes naues quinque vnam tantum Piſas deduxerunt mirabili theſauro plenam, de quo theſauro eodem anno maiorem Eccleſiam Piſanam A *inceperunt, & ſequenti anno maximus terræmotus factus eſt.*

Anno 1065. Alexander Secundus ſacratæ huius cathedralis Eccleſiæ canonicos priuilegio muniuit iuxta formam alterius, nuper relati Leonis, quod cum fit ijſdem fere verbis, omittimus; datum eſt diploma Laterani 7. id. februarij per manum Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, atque bibliothecarij anno quarto, Alexandri Papæ Secundi, ind. 3. in bulla plumbea adeſt figura hominis porrigentis manum ad accipiendũ clauem cum litteris circumſcriptis, *quod nectis nectam, quod ſoluis ipſa reſoluam*; ab alio latere, *Alexander Papa*. Cæterum Vvido Epiſcopus valedixit huic mortali ſeculo anno 1077. ita auctor antiqui chronici manuſcripti apud me: Ann. inquit, 1077.
B *Guido Piſanus Epiſcopus, Papienſis genere obijt 6. idus aprilis.*

38 LANDVLPHVS Mediolanenſis patria, Piſanus Epiſcopus Vvidoni ſucceſſit anno 1077. eius curæ Inſula Corſica demandata eſt a Gregorio Septimo Pontifice, iure, vt inſula, quæ antea Romanæ Eccleſiæ obnoxia, & improborum hominum poſtea tyrannide occupata fuerat, excuſſo depulſoque iugo, ipſius opera Rom. Eccl. reſtitueretur, ac mediam quæſtus, ſiue redituum partem qui ex cauſarum, quas Apoſtol. nuncius præſens diremiſſet, deciſione conſurgerent, ad ipſum deriuari voluit. De qua re extant eiuſdem Pontificia epiſtola lib. 6. regeſt. Huius meminit Baronius anno 1077. de eodem commemorat Azor. inſtitutionum moralium, Auguſtinus Barboſa de officio
C Epiſcopi, Viuianus Epiſcopus Inſulanus tractatu de iure patronatus, alijque. Landulphi aſſenſu Leo Abbas cœnobij ſancti Michaelis in burgo Piſarum a Gregorio Pontifice, ſequens pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus promeruit priuilegium, cuius exemplar ab originali conſuluit nobis vir eruditus Maurus de Curtis nobilis Florentinus eiuſdem monaſterij Abbas ex ordine Camaldulenſi, cuius iuris eſt ab anno 1099. vt narrat Auguſtinus Florentinus in libro 2. hiſtor. Camald. Gregorij diploma ita loquitur.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto in Chriſto filio Leoni Abbati monaſterij S. Michaelis Archangeli Piſæ conſtituti, tuiſque ſucceſſo-
D *ribus ibidem regulariter promouendis in perpetuum.*

Conuenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus beneuola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis, alacri deuotione impertire aſſenſum: ex hoc enim potiſſimum præmium a conditore omnium Deo procuildubio promerebimur, dum venerabilia loca opportune ordinata, ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Proinde poſtulante te dilecte fili quatenus monaſt. cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, Apoſtolicis priuilegijs muniremus ob reuerẽtiam beati Michaelis Archangeli, in cuius honorẽ venerab. locus ille conſtitutus eſt, precibus tuis beneuola conceſſione annuendum eſſe deſtinauimus, ſuſcipientes igitur præfatum locum, & omnia ſibi pertinentia, necnon & congregationem fra-

tum

trum inibi Deó ſeruientium in tutelam, & defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicæ tuitionis priuilegium ex tūc qua per beatum Petrum Deo diſponente ſuſcepimus, auctoritate concedimus confirmantes, & corroborantes eidem venerabili monaſterio quæcumque nunc ſunt in terris cultis, aut incultis, ſiue in quibuslibet rebus mobilibus, vel immobilibus iuſte habet, aut impoſterum Deo opitulante acquirere poterit, quatenus tum ad communem vſum fratrum tum in tua, quam in ſucceſſorum tuorum prouidentia, & congrua diſpenſatione inconuulſa, inlibataque permaneant, eadem præſentium auctoritate ſancimus, vt eos, qui pia deuotione, & amore cæleſtis patriæ mundo abrenunciatores ibidem ad monaſticam vitam regulariter ſe conferre voluerint, ſine omni cõtradictione cuiuslibet perſonæ, ab Abbate, qui pro tempore fuerit, cæteriſq; confratribus recipi, ac teneri liceat. Præterea ſtatuimus, & iuxta quod beatus Papa Agapito vrbis præſcripſit, firma præceptione cenſemus, vt nemo fideles Chriſtianos in eodem monaſterio ſepelire cupientes contradicat, vel miſſam aliquo modo cãtare prohibeat, aut eleemoſynas, quas viuorum, aut defunctorũ aliquis ibidem deſtinauit, aut pro amore Dei deſtinauerit, inde euellere, vel aliquo modo ſubtrahere præſumat. Si quis vero Regum, ſacerdotum, clericorum, iudicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi vel ea, quæ ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleuerit, a ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniat. Amen.

Datum Florentiæ iv. id. auguſt. per manus Cononis Cardinalis presbyteri anno ab Incarnatione Domini MLXXVII. Pontificatus vero domini Greg. vij. Papæ Quarti, ind. xv.

Inter cætera vero memoria celebranda, quæ Landulpho Piſis Epiſcopatum gerente contigere, Beatricis comitiſſæ, Mathildis matris inſignis extitit obitus, quæ in cathedralem Eccleſiam inſignia congeſſit beneficia, e viuis illa diſceſsit 18. aprilis anno 1076. magnifica, ac ſuncbri pompa a filia adornari iuſſa, ſepulchro condita eſt apud cathedralem, ac marmoreo epitaphij loco, hi duo impoliti incomptique verſiculi inciſi fuere.

Quamuis peccatrix ſum Domna vocata Beatrix
In tumulo miſſa iaceo, quæ comitiſſa.

Cum vero temporum iniuria illius ſepulchrum labefactaſſet, in Metropolitanæ Eccleſiæ fronte collocatum eſt, tum ipſi, tum eius filiæ monumentum grata poſteritas conſecrauit.

ANNO DOMINI M.C.XVI.
IX. CALEND. AVGVSTI
OBIIT DOMINA MATILDA
FELICIS MEMORIÆ
COMITISSA,
QVÆ PRO ANIMA GENITRICIS SVÆ
DOMINÆ BEATRICIS
COMITISSÆ VENERABILIS
IN HAC TVMBA
HONORABILI QVIESCENTIS,
IN MVLTIS PARTIBVS
MIRIFICE HANC DOTAVIT
ECCLESIAM.
QVARVM ANIMÆ
REQVIESCANT IN PACE.
ANNO M. CCC. III
SVB DIGNISSIMO OPERARIO
DOMINO BVRGVNDIO TADI
OCCASIONE GRADVVM
FIENDORVM . . .
CIRCA ECCLESIAM SVPRADICTAM,
TVMBA SVPRA NOMINATA
BIS TRANSLATA FVIT
NVNC DE SEDIBVS PRIMIS
IN ECCLESIAM,
NVNC DE ECCLESIA
IN HVNC LOCVM,
VT CERNITIS
EXCELLENTEM.

De Beatricis morte hæc Donnizo lib. 1. c. 20. commendauit hiſtoriæ.

Plena bonis factis, dictiſque referta Beatrix,
Cunctis chara nimis, magnis, paruis quoque Piſis
Aegra manens vita de præſenti bene migrat,
Octo, decemque dies aprilis dum finis ire,
Chriſti poſt ortum vera de Virgine corpus
Anno milleno bis terno ſeptuageno,
Conditur Piſis, lucem videas Paradiſi.

Sic etiam vetus auctor noſtri chronici de Beatricis obitu, ſepulchro, deque dotatione maioris Piſanæ Eccleſiæ a filia Mathilda agens ſcripſit. *Anno Domini* 1077. (iuxta Piſanum morem) *comitiſſa Beatrix obijt decimoquarto Kal. maij, & in magnifica tumba apud maiorem Eccleſiam Piſis honorifice ſepulta eſt, ob cuius reuerentiam comitiſſa Matilda eius filia, quæ obijt anno Domini* 1116. *Eccleſiam Piſanam in Tuſcia, & Lombardia dotauit pluribus poſſeſsionibus, & honoribus legalibus ſatis plenè*, Collatorum in Eccleſiã Piſanam a Mathilda bonorum ingentium pro iuuanda Beatricis matris anima, leuandiſque illius pœnis mentionem edidit ipſamet Mathilda comitiſſa in ſequenti nobili documento, quod ab autographo exſcripſit olim Chriſtianus Vghellus frater meus germanus, Carmelitani ordinis inſignis Theologus, & in Piſano cœnobio ſtudiorum Regens, vbi immatura morte extinctus quieuit anno 1634. dum prioris Florentini cœnobij munere fungeretur. Documenti verba ſunt hæc.

In

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Anno ab Incarnatione eiuſdem milleſimo ſeptuageſimo octauo, ſexto Kalendas ſeptembris, indictione decimaquinta, Epiſcopio ſanctæ Mariæ Piſanenſis Eccleſiæ, vbi nunc D. Landulphus dictæ vrbis Epiſcopus præeſſe videtur.

Ego Matilda filia q. Bonifacij marchionis, atque ducis, quæ profeſſa ſum lege viuere Salica offertrix, & donatrix ipſius Epiſcopi Piſanenſis Eccleſiæ præſens præſentibus dixi, Quiſquis in ſacris, ac venerabilibus ex ſuis aliquid contulerit rebus iuxta auctoris vocem in hoc ſeculo centuplum accipere inſuper, & quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideo ego, quæ ſupra Mathilda marchioniſſa, ac ducatrix dono, & offero a præſenti die in eodem Piſanenſi Epiſcopio pro animæ patris, matriſque, & meæ mercede, eo tamen ordine, vt ſupra legitur, id eſt curtem vnam, quæ vocatur Scannello, & medietatem curtis Popolij, & medietatem curtis Caladici, & medietatem curtis Luſiliauli, & medietatem curtis montis Ereturij, & medietatem curtis Caſtri veteris, & medietatem curtis caſtri ſancti Ambroſij domos colcoles, cum caſtrorum, & cappellis inibi habentes, ſeu cum caſis, maſſaritijs, & omnibus rebus, ſeruis, atque ancillis ad ſupradictas curtes, & cappellas, ſeu caſtra pertinentibus iuris mei, quas habere viſus ſum in locis, & fundis ſancti Petri Barbaroli, & plebis ſanctæ Mariæ Barbereſæ, & plebis ſanctæ Mariæ Geſſi, & plebis ſancti Burdignani, & ſunt præfatæ curtis cum ſanctis iam dictorum caſtrorum, & cappellarum totarum, & iam dictarum rerum ad ipſas curtes, & caſtra, ſeu cappellas pertinentium ſunt per menſuram ad iuſtam ſuper totas ſeacentos manſos, & ſi amplius de mei iuris rebus ad ſupraſcriptas curtes, & caſtra, ſeu cappellas pertinentibus inuentum fuerit, quam vt ſupra menſuram legitime per hanc offerſionis chartulam ſupradicti Epiſcopij in poteſtate pertineat proprietario iure, vt dictum eſt tam prædictas curtes, & caſtra, ſeu capellas pertinentibus, cum ſediminibus, vineis cum areis ſuis, terris arabilibus, & gerbis, pratis, paſcuis, ſiluis, ſtallareis riuis, ripis, ac paludibus, ſeu molendinis piſcationibus, & venationibus cultis, & incultis, diuiſis, & indiuiſis, vna cum omnibus iure adiacentijs, & pertinentijs earum per loca, & vocabula ad ipſas curtes, & caſtra, ſeu capellas pertinentibus in integrum. Quas autem ſupraſcriptas curtes, & domos colcoles cum iam dictis caſtris, & capellis, ſeu rebus omnibus ad eas pertinentibus iuris mei ſuperius dictis, vna cum acceſſionibus, et ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis, qualiter ſuperius legitur in integrum ab hac die in eodem Epiſcopio dono, cedo, confero, & per præſentem chartulam offerſionis ibidem habendum. Confirmo inſuper per cultellum feſtucam nodatam, vvantonem, & vaſonem terræ, ſeu ramum arboris ad partem ipſius Epiſcopij legitimã facio traditionem, & inueſtituram, & me inde foras expuliam guarpiui, & abſentem me feci, & ad ipſius Epiſcopi proprietatem habendam relinquo, & faciat exinde Epiſcopus, qui nunc eſt electus, & pro tempore in canonica ſupradicti Epi-

A ſcopatus ſanctæ Mariæ Piſanenſis Eccleſiæ ordinati fuerint, & communiter, & caſte viuet, eo tamen ordine, vt ſupra legitur quidquid voluerit pro animæ patris, matriſque meæ mercede, ita tamen, vt medietas prædictorum bonorum ſit in ſumptu, & vſu prædicti Epiſcopi, altera vero medietas ad vſum, & ſumptum prædictorum canonicorum communiter, & caſte viuentium, eo tamen modo, vt non liceat Epiſcopo, vel canonicis ſupradicta bona commutare, vel alienare, ſeu locare, aut in beneficium dare, vel aliquo alio modo alicui concedere niſi pro vtilitate eiuſdem Eccleſiæ, quod ſi Epiſcopus non obſeruauerit prædicta, vſufructu careat, vſquequo emendauerit, & conceſſio, vel alienatio irrita habeatur, &

B prædictorum bonorum vſusfructus deueniat ad ædificationem, vel reſtaurationem, vel theſaurorum acquiſitionem ſupradictæ Eccleſiæ, aut in redemptionem captiuorum conceſſa facultate alicui Clerico, qui hoc pro timore Dei curare voluerit, quod eodem modo de ſupradictorum canonicorum parte conſtitutum eſt, & ſi canonici canonice non vixerint, prædicto vſufructu careant vſquequo ad communem, & caſtam redierint vitam, & ſimiliter in poteſtate ciuium deueniat. Inſuper & hanc conditionem ſupradicto tenore Epiſcopo impoſuimus, vt annuale, vel anniuerſarium matris meę Beatricis honorifice celebretur pro mercede animæ matris meæ, patris mei, & meæ ſine omni mea, & meorum hæredum, vel

C prohæredum meorum contradictione, vel repetitione; ſiquis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa Mathilda, quod abſit, aut vllus de hęredibus, ac prohæredibus meis, ſeu quęlibet oppoſita perſona contra hanc chartulam offerſionis ire quandoque tentauerimus, aut eam per quoduis ingenium infringere quæſierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus mulctam, quę eſt pœnæ auri optimi libras duo millia, & argenti quatuor millia pondera, & quæ repetierimus non valeamus vendicare, ſed præſens chartula offerſionis diuturnis temporibus firma permaneat, atque perſiſtat inconcuſſa ſtipulatione ſubnixa, & pergamenam cum atramentario de terra eleuaui, paginam, & Teuperti notarij D. Imperatoris; hanc enim chartulam offerſionis tradidi, & ſcribi rogans. In qua ſubtus confirmans teſtibus obtuli roborandum.

D *Actum in burgo Marturæ feliciter.*

Ego Mathilda in hac chartula offerſionis a me facta ſubſcripſi.

Ego Ardericus iudex interfui, & ſubſcripſi.

Signa manus Roberti filij q. Gulielmi, & Bruero filio q. Arnulſi, ſeu Ordoardo filio Q. . . teſtium lege viuentium Salica.

Signa manuum Pagani filij Q. Rodilandi Gualandi filij q. Sigherij, & Sigherij q. Matthæi, & Gherardi q. Lanfranchi, & Athonis fil. q. Ghisle, ſeu Rainerij filij, ſeu Sigherij Gandulſi filij q. Caroli, & Gerardo filij Goloſuli teſtium omnium lege Longobarda viuentium.

Ego qui ſupra Teupertus notarius D. Imp. ſcriptor huius chartulæ offerſionis poſt traditam compleui, & dedi.

Lan-

Landulphus vero cum ſediſſet annos tres, mortalitatem expleuit, vt vetus auctor noſtri chronici ijs verbis enarrat.

Anno 1080. Landulphus Piſanus Epiſcopus Mediolanenſis genere, obijt octauo Kalend. nouemb.

39 GERARDVS Piſanus poſt Landulphum è ſede Piſana ius dixit anno 1081. quo Gregorius Septimus eo conſentiente, in ſedis Apoſtolicæ clienielam, monaſterium D. Zenonis nomine inſignitum ſequenti priuilegio accepit, illius vero autographum in capitulari tabulario reconditum ſeruatur.

GREGORIVS EPISCOPVS *ſeruus ſeruorum Dei.*

Dilecto in Chriſto filio Leoni Abbati monaſterij ſancti Zenonis in Piſana vrbe, eiuſque ſucceſſoribus.

Supernæ miſerationis reſpectu ad hoc vniuerſalis Eccleſiæ curam ſuſcepimus, & apoſtolici moderaminis ſolicitudinem gerimus, vt iuſtis poſtulantium votis attentia benignitate faueamus, præcipueque ad venerabilem locorum quietem ſtabiliendam noſtræ auctoritatis munimen conferre debeamus. Proinde prælibatum monaſterium, cui tu præeſſe dignoſceris, iuxta petitionem tuam ſub Apoſtolicæ ſedis defenſione recipimus, & præſentis priuilegij decreto cuncta, quæ hactenus iure poſſidere viſum eſt, vel deinceps Domino largiente iuſte acquiret, concedimus, atque firmamus, inſuper etiam conſentiente Piſano Epiſcopo decimationes omnium terrarum quas ad domnicatum veſtrum laborare feceritis annuimus adijcientes, vt fidelium oblationes accipere, & eos, qui ſe deuouerint in cœmeterio veſtro ſepeliri, necnon etiam quicumque ſeculo renunciantes ad veſtram conuerſationem venire voluerint, licitum ſit vobis, ſine alicuius contradictione admittere. Quæ omnia ſicut ſcripta ſunt, vt memoratum cœnobium tuum per ſuccedentium temporum curricula ſecure, ac ſine inquietudine firmiter, & inconuulſe obtineat, Apoſtolica auctoritate corroborantes ſtatuimus nullum Regum, vel Imperatorum, Antiſtitum nullum quacumque auctoritate præditum, vel quempiam alium audere de his, quæ eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata ſunt, vel in futurũ, Deo miſerante conferant ſub cuiuslibet auſu occaſioniſue ſpecie minuere, vel auferre, ſiue ſuis vſibus applicare, vel alijs quamuis pijs de cauſis pro ſuæ auaritiæ excuſatione concedere. Siquis vero Regum, ſacerdotum, clericorum, iudicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam temerario auſu venire tentauerit, admonitus ſemel, & iterum vſque tertio per conuenientes teſtes, ſi non reſipuerit, atque prædictæ Eccleſiæ non ſatisfecerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat; reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. At niſi ea, quæ ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleuerit, a ſacratiſſimo Corpore, & ſanguine Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant.

Datum Laterani 4. non. martij per manus Petri S. Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis, ac bibliothecarij anno 9. pontificatus D. Greg. Septimi Papæ, indict. 4. 1081.

Sunt nonnulli, qui aſſerant Eugenium Tertium Papam Zenoniano illi monaſterio Abbatem præfectum, antequam Abbas SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad aquas Saluias, vulgo Trium Fontium, Romæ crearetur, verum ego euolutis mei ordinis monumentis, nunquam reperi id cœnobium Ciſtercienſi familiæ obnoxium extitiſſe, ac tanquam certiſſimum ad nos ſuperiorum temporum transfudit memoria, Eugenium monaſticum apud Claramvallem habitum induiſſe, Diui Bernardi diſciplina excultum, ab eo Romam, vt Trium Fontium Abbas eſſet, miſſum, è quo illuſtre eſt, quam gratis auctos effuderit, qui ſuas vitæ Gelaſij Secundi notas adiecit. ſed ad Gerardi Epiſcopi noſtri geſta, è quibus noſtra defluxit oratio, reuertamur.


Non aliud inter cætera inſignia de Gerardo celebrat vetuſtas, quam hoc ipſo anno 1081. quo Archiepiſcopalis dignitatis inſulas accepit, ab Hērico Quarto Imperatore, qui Piſas acceſſerat, ſummam gratiam, familiaritatemque iniſſe. Exceptus ille a Piſanis, Gerardoque Antiſtite ſumma amoris, & obſeruantiæ ſignificatione fuerat, ad quorum fidem inſigni aliquo munere decorãdam, ampliſſimum diploma impertijt. quo maximis immunitatibus affecit ciues. Aſſeruatur hactenus in publico vrbis tabulario, e quo accuratiſſimum exemplar Felix Contelorius, Vaticani Archiuij Præfectus, vir eruditione inſignis, decerpſit & eaſcribendi mihi poteſtatem fecit, ac pro ſua humanitate, quam erga me magnificentiſsime communicatis pluribus ad opus noſtrum exornãdum monumentis, expleuit, quamq; nos nunquam ſat dignis laudibus commendare poterimus. Diploma quod fecit Henricus, referri curauit in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Henricus, diuina fauente clementia Rex.

Notum ſit omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus tam futuris, quam præſentibus. Qualiter nos conſilio noſtrorũm principum fidelibus noſtris Piſanæ vrbis ciuibus, quod rogauerunt cõceſſimus, ſiquidem annuimus, & firmiter ſtatuimus quemquam hominum, niſi communi conſenſu eorum, nec caſas apprehendere, nec diſſipare, nec ſigillare infra ciuitatem Piſæ, neque in burgis, ſi foras ciuitatis habuerint tenimentum, nec muros iſtæ ciuitatis deſtruere, neque opſticare, neque iſtam ciuitatem igne cremare, nec foderare iubebimus. Et ſi offenſionem miſerimus aliquam ſuper aliquem hominem, ſiue de aliquo crimine cum duodecim ſacramentalibus abſque pugna excepto de vita, aut de membris, aut de honore noſtro ſi ei probare voluerit ille, quibus conſilium cum eo inuenerit; nec bannum tollemus niſi per legem, nec homo capi etiam a nobis de

A de iſta ciuitate, vel burgis, niſi legem facere prohibuerit, & allodium in ciuitate, vel foris non habuerit. Nec hominibus præparatis ad nauigandum iter prohibemus, niſi ſtudioſe hoc fecerint propter querimoniam de eis factam, & ſi culpauerimus aliquem eorum, quod ab hoc ſe præparet, vt iuſtitiam poſſit euitare permittemus cum ſacramento ſuo ſe defendere. Et ſi aliquis eorum in itinere fuerit, mulierem eius in diſtrictionem non mittemus, & de tenimento, quod aliquis tenuerit propter beneficium, quod a nobis tenuerit, eum non diueſtiemus, niſi per legem, & conſuetudines quas habent de mari, ſic eis obſeruabimus, ſicut illorum eſt conſuetudo. Et illum ſuper quem reclamatio venerit de terra, ſi guarentem habere potuerit, vel poſſeſſionem per legem B iurare voluerit, per pugnam fatigari non ſinemus, & hominibus de iſta ciuitate, aut de alio caſtello, vel de alia villa, vel de alio ſignoratico legem non faciemus de Piſanis hominibus, niſi illi de iſtis locis, vel eorum ſeniores, qui offenſionem fecerint, legem faciant prius Piſanis hominibus fodrū de caſtellis Piſani comitatus non tollemus, niſi quomodo fuit conſuetudo tempore Vgonis marchionis, hominibus in villis habitantibus de eorum comitatu fodrum non tollemus, nec aliquā conſuetudinem ſuper imponemus, niſi quantum tres meliores homines propter ſcarzones per villas, & caſtella iurauerint quod eorum conſuetudo fuit tempore inſtr. Vgonis, quod ſi iurare noluerint, iurare conſtringemus caſtaldionem, vel aliquem noſtrum miſſum in ſupradicta ciuitate, C vel comitatu eorum ad placitum faciendum eis ſupereſſe non ſinemus, de alio comitatu puellę, nec viduæ maritum interdicemus in comitatu Piſano nec pretium inde inuite tollemus, nec inuite alicui coniugabimus M. . . . calciam in villis comitatus eorum fieri non ſinemus, niſi ſecundum conſuetudinem temporis Vgonis ſacramentis, ſicut inſtrumentum eſt diffinitum Albergariam in proprietate alicuius abſque voluntate illius cuius proprietas eſt, non faciemus in iſta ciuitate, vel prope eam vſque ad medium milliarium. Terras, quæ fuere paſcua, vel paludes iſtas ante prædia illorum, vel Eccleſiarum, & communia paſcua iurata, vel non, tam occaſione paſcuorū occupatas, eis non tollemus, nec laborare faciemus, & eis laborare non contendemus, D vel per nos aliquis vſque ad illos fines, quos laudauerint homines ab eis electi ad hoc officium, qui iureiurando affirment ſe bona fide ęſtimaturos, & terminaturos illas terras, quæ fuere paſcua, vel paludes, & illis demonſtrandis, quæ ad paſcua, quæ ad culturam debeant remanere, & nullo amore, vel odio hoc prætermiſſuros, & illos, ſi noluerint, ad ſacramentum diſtringemus, & quod ipſi laudauerint eis in alium ſtatum tranſmutare per bonam fidem prohibebimus, quod ſi diſcordauerint in eligendis prædictis hominibus, nos eligemus, & iurare diſtringemus. In Roma, & ab ipſa Roma vſque Papiam nullum ripaticum dabūt in eis mercatis, & locis, vbi iſti ſoliti ſunt ire, & ſuos, aut ſe iam ad mercandum iuiſſe poſſunt ratione probare; & illi negociatores, qui ad Piſam ire voluerunt, non prohibebuntur. Nec marchionē aliquem in Tuſcia mittemus ſine laudatione hominum duodecim electorum in colloquio facto ſonantibus campanis, a fauce Arni vſque ad Ripaltam eos euntes, & reuertentes per Arnum prædari, aut aſſaltum facere non permittemus niſi fortaſſe per meritum. Aldium, quod eſt in ripa Arni ex vtraque parte a mari vſque ad Orticariam non ſinemus impediri vltra muros antiquos ciuitatis, & ab antiquis muris vſque ad Arnum ad communem vtilitatem liberabimus. Nec domum in prædictis terminis eleuari vſque ad triginta ſex brachia interdici permittemus. Et vt hoc firmum, & inconuulſum ſit, hanc chartam ſcribi iuſſimus, quam noſtra manu, vt infra videtur, corroboratam ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri.
Iniunximus etiam, vt ſi aliqua nauis fuerit retenta a Caieta vſque ad Luni, nullus audeat deprędari, neque inuadere bona ipſorum Piſanorum, ſiquis autem huius præcepti noſtri violator extiterit, ſciat ſe ducentas libras auri optimi compoſiturum medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem illi, cui fit iniuria.

Sign. D. Henrici  *IV Reg. inuictiſſ.*

Burchardus Cancellarius vice Sigerini Archicancell. recognoui.

Anno Dominicæ Incarn. milleſimo octuageſ. primo, indict. quarta.

Datum Piſis anno autem ordinationis Domini Henrici Quarti Regis vigeſimi quarti, regni vigeſimi ſexti, actum feliciter in Chriſti nomine. Amen.


Anno 1084. Gerardi vero tertio, cum Eccleſiæ cathedralis canonici, epiſcopi auctoritate freti ad Henricum eundem quartum Imperator. pro confirmatione iurium, ac priuilegiorum confugiſſent, ampliſſimum retulere indultum, in quo perhonorifica aliquot illuſtrium virorum mentio fit, qui ea tempeſtate opibus, generis claritudine, ac potentia floruerunt. Conceſſit inter cætera Imperator omnes Guaringangas, quod verbum obſoletiua immunitatem ſonare arbitror, cum eodem inquinatiore verbo, iam antiquato, in ſuis diplomatibus, Piſanis canonicis impertitis, vt videbimus, vtatur. Priuilegij vero exemplar in Florentino reformationum archiuio aſſeruatur, è quo noſtri Tronci opera decerptum in lucem volumus collocare.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Henrici, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Iuſtis petitionibus facilis debetur aſſenſus, & pijs petitionibus promptus pro poſſe affectus. Ideoque inclinatus amore Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, noſtrorum principum interuentu, in pręſentia venerabilis patriarchæ Aquileienſis, &

laudabilis Paduenſis Epiſcopi, aliorumque multorum RR. Epiſcoporum, necnon in præſentia marchionis Alberti, & Rainerij item marchionis, & Vgonis comitis, cæterorumque noſtrorum principum concedimus ſyluam tumulum Piſanorum a faucibus veſtris Sercli, vſque ad fauces Arni, & a fouea Cuccij, vſque ad mare, ad vtilitatem, & vſum canonicæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & . . Piſcariæ de ſtagno. Præterea firmamus eiuſdem canonicis ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ omnia, quæ eorum iuris ſunt, videlicet curtem de Pappiana, decimas, prędia, domos, & familias, & cætera omnia, tam priuata, quam communia, & imperiali eis liberalitate concedimus, & largimur guaringangas omnes, quæ eorum prædijs adhærent, vt nulla perſona magna, vel parua audeat eos ex prænominatis rebus inquietare, vel aliquo modo fatigare, videlicet nec marchio, nec aliquis Epiſcopus, nec homo alicuius ordinis. Item ſtatuimus, vt tam perſonæ Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ, quam & res eorum ſub tutela noſtræ defenſionis habeantur, vt ſecuri, & abſque vlla perturbatione poſſint vacare Deo, & ſeruitio ſanctæ Matris Eccleſiæ. Si quis autem temeraria præſumptione huius noſtri præcepti decretum infringere tentauerit, noſtræque conſtitutionis violator extiterit, ſciat ſe noſtræ malæ voluntatis periculum incurrere, & banni noſtri pœnam ſe compoſiturum, ſcilicet centum libras auri optimi, medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem ipſis canonicis, qui pro tempore ibi fuerint.

Sign. D. Henrici 4  *Regis inuictiſſ.*

Burcardus Cancellarius vice N. Archicancellarij recognoui.

Datum 10. Kalend. iunij anno D. incarn. 1094 *ind.* 7. *anno autem domini Henrici Regis* 4. *Rom. Imp.* iij. *regni* 38. *Imper.* 3. *Actum Sutria in Chriſti nomine. Amen.*

Anno 1088. Piſanos vna cum Ianuenſibus in Africam traieciſſe, duas Sarracenorum ciuitates cepiſſe, quorum theſaurum in exornando maximo templo conſumpſiſſe, auctor eſt Anonymus noſter in chronico; *Anno*, inquit, 1088. *Piſani & Ianuenſes ſimul ſtolum maximum fecerunt in Africam, & ceperunt duas munitiſſimas ciuitates, ſcilicet Almadiam, & Sibiliam die S. Sixti, ex quibus ciuitatibus Saracenis fere omnibus interfectis maximam prædam auri, & argenti, palliorum, & ornamentorum abſtraxerunt, de qua præda theſauros Piſana Eccleſia in diuerſis ornamentis amplificauerunt, & Eccleſiam ſancti Sixti in curia veteri ædificauerunt.*

Eodem anno 1088. vel vt alij ſcripſerunt reliquere anno 1085. Præſule Gerardo ſuperſtite, Piſis è Sardinia tranſlata ſunt corpora ſanctorum martyrum Ephiſij, & Potiti, & in cathedrali collocata, inter duos tutelares recenſentur, cuius dies

A feſtus 13. nouembris hucuſque celebratur, natalis ipſorum apud Romanum Martyrologium decimaquinta Ianuarij habetur. Ephiſius Noræ in Sardinia apud Calarem paſſus legitur ſub Flauiano iudice in Diocletiana perſecutione. Potitus vero in Apulia martyrium côſummauit ſub Antonino Imp. de quo agitur in Rom. Martyrologio die 13. Ianuarij. Piſis autem de eo, & Ephiſio id. nouembris ſed illa eſt tranſlatio. Potiti corpus ex Apulia Noram ab Angelis delatum ſcribit Franciſcus Fera lib. 1. de rebus Sardois, cum Tricaricenſis Eccleſia in Lucania ſe corpus illius habere glorietur, eumque patronum ſuum præcipue veneretur, fertur etiam, vt refert Ferrarius, corpus ſancti Potiti apud Abellinos in Hirpinia aſſeruari, at horum martyrum lipſana ſacra huc tranſlata fuiſſe a Piſanis Sardinia potitis: monumenta eiuſdem Eccleſiæ rem adeo claram, & perſpectam faciunt, vt nullus deinceps dubitandi locus relinquatur. De tranſlatione eorumdem è Sardinia, in hac vrbe ita cecinit Saluator Vitalis ecloga 2. de myſtica Sardiniæ fertilitate.

Piſani rapuere, pauor Mauortius orbis
Sardiniæ rerum domini dum Rege ſub armis
Muſeto extincto, ſub amica ſilentia noctis
Sacrum onus imponunt naui, auriſque ſecundis
Deueniunt Arni fauces, cleriſque paratis
Præſule turrito, coram fulgente corona
Magnatum, populis, & maieſtate Senatus.
Mole togarum, ſacratum funus ab vndis
Eductum, cantante choro, mulcentibus æris.
C *Omnigenis fidibus redolente vaporibus ora*
Alma in tecta ferunt & ſancta Matris eburna
Virginis æde locant: aulam circa ilia templi
Forniceam condunt incluſas murice, & auro
Stellatis vrnis, Ephiſi de more piorum
Reliquias Diuai, Calaritanique Potiti,
Cuſtodia feris, munitaque clauibus oſſa,
Antiquo pro iure tenent, pio iure tuentur.
Magnus erat quondam Piſis florentibus vrbe,
Erga iſthæc zelus clariſſima lumina mundi,
Potitum, Ephiſium: quin & ſolemnia ſoles
Feſta per octo ſolent (olim meliora ſolebant)
Sueta celebrari, miris illuſtria ſignis.

Sub eodem Gerardo Epiſcopo Piſis delatum fuit corpus ſanctæ Anaſtaſiæ virginis, & martyris D per Gu'lelmum Epiſcopum Populonienſem anno 1085. reconditum ſub altari maiore Eccleſiæ ſancti Pauli ad ripam Arni, olim cœnobium ordinis Vallisvmbroſæ, cuius Eccleſiam conſecrauit Eugenius Tertius apud noſtrum Anonymum nondum typis editum. Obijt Gerardus an. 1086. Huius rei teſtem habeo auctorem veteris chronici Piſani manuſcript., cuius mihi copiam fecit Raphael Roncionius bonæ memoriæ canonicus Piſanus. *Anno*, inquit, *Gerardus genere Piſanus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus 8. idus maij obijt.*

40 DAIBERTVS, ſiue Dagobertus, quem alij Daumbertũ appellant, Piſanus poſtremus Epiſcopus anno 1088. Magnæ virtutis, & perſpicacis ingenij vir, quo Præſule quanta exiſtimatione Eccleſia, eiuſque Piſani in aula Romana apud Vrbanum Secundum Pont. Max. florerent, ſequens diploma eiuſdem Pontificis ad ipſum ſcriptum

rum abunde declarat, quo Corſicæ inſulam, olim a Gregorio Septimo Romanæ Eccleſiæ redditam Piſanis Epiſcopis, eiuſdemque ſub annuo cenſu perpetuo poſſidendam tradidit anno 1091. documenti exemplar ab originali, quod in archiuio reformationum Florentiæ extat, tenoris eſt ſequentis.

VRBANVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Dilecto fratri Daiberto Piſanorum Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Cum omnes Inſulę ſua ſtatuta legalia iuris publici habeantur, conſtat etiam eas religioſi Imperatoris Conſtantini liberalitate, ac priuilegio in beati Petri, vicariorumque eius ius proprium eſſe collatas. Intercidentibus autem plurimis diuina diſpoſitione iudiciorum calamitatibus proprietatis huius in quibuſdam paſſa eſt Eccleſia Romana iacturam, cæterum & canonicis, & legalibus inſtitutis Romanæ dignitatis proprietas non prolixitate temporum, non diuiſione regnorum vlla diuturnitate poſſeſſionis excluditur. Licet igitur, annis plurimis Romana Eccleſia Corſicę poſſeſſione caruerit, prædeceſſoris tamen noſtri Gregorij Septimi in eiuſdem ius noſcitur auctore Domino rediſſe. Nos igitur dilectiſs. fr. noſtri Daiberti Piſanorum Epiſcopi, ac nobilium ciuium, & chariſſimæ beati Petri filiæ Mathildis comitiſſæ poſtulationibus inclinati, quia multum iamdudum obſequij Piſanorum glorioſa nobilitas Romanam ſibi Eccleſiam fecit obnoxiam, prædictam Inſulam vice noſtra Piſanæ Eccleſiæ conſilio clericorum Cardinalium, aliorumque noſtrorum fidelium committimus, & condonamus, ita videlicet, vt quamdiu eadem Piſana ciuitas Epiſcopum non inuaſione tyrannica, ſed cleri, & populi electione canonica per Romani Pontificis manus acceperit, quemadmodum Landulphum, Gerardum, & te chariſſime frat. Daiberte accepiſſe dignoſcitur, & quamdiu in ea, quam hodie exhibet Eccleſiæ Romanæ fidelitate perſtiterit, huius noſtræ donationis, locationiſue gratia perfungatur, ea ſcilicet conditione interiecta, vt per annos ſingulos Lucanæ monetæ libras quinquaginta Lateranenſi palatio, remota qualibet occaſione perſoluat. Huius ergo noſtræ locationis tenorem inconcuſſum omnino manere noſtra Apoſtolica auctoritate ſancimus, quamdiu, ac ipſi præſcriptæ fidelitatis, penſioniſque tenorem debita deuotione ſeruauerint. Quocirca ſucceſſores noſtros rogamus, vt tam pro beatæ Mariæ ſemper Virginis reuerentia, quam pro nobiliſsimæ ciuitatis Piſanorum amore, ac familiaritate eamdem honorificentiam Piſanę Eccl. ſemper impendant: rogamus, & Daiberti præſentis Epiſc. ſucceſſores, & vniuerſos Piſanę vrbis ciues poſt præſentia tempora ſecuturos, vt eandem fidelitatem, eandemque deuotionem Romanæ Eccleſiæ ſemper exhibeant, vt firma inter vtroſq; fides, benignitas, amicitiaque Domino annuente permaneat.

Datum Beneuenti quarto Kalendas iul. per manus Ioannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis, indict. 14. anno Domini Incarn. 1091. Pontif. autem D. Vrbani Papæ II. quarto.

Dagobertus vero, qui vel ob præclara Piſanorum merita in Dei Eccleſiam, vel quia ipſe trepidis legationibus egregie perſunctus fuiſſet ann. 1092. ab Vrbano Secundo primus Archiepiſcopus appellatus eſt. Corſicæ Epiſcopis eidem pro ſuffraganeis aſſignatis, vt ex ſequenti bulla percipi poteſt, eruta ex Adriana mole.

VRBANVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Dilecto in Chriſto fratri Daiberto Piſanorum Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Cum vniuerſis ſanctæ Eccleſiæ filijs, ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate, ob beneuolentiam debitores nos exiſtimamus, illis tamen locis, atque perſonis, quæ ſpecialius, ac familiarius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque ampliorem eius gratiam obedientia gratior officijs frequentioribus, & auxilijs amplioribus promerentur, propenſiori nos conuenit charitatis ſtudio imminere. Ipſe enim per prophetam Dominus ait: *Honorificantes me honorificabo*; diſcipulis quoque ſuis anguſtiarum quas pro eo pertulerant, retributionem promittens dixit: *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit pater meus regnum.* Quia igitur in tanta tamque diuturna ſchiſmaticorum tempeſtate, Piſanorum glorioſa ciuitas, multis iam dudum laboribus, & obſequijs ſanctam Romanam, & Apoſtolicam Eccleſiam ſibi fecit obnoxiam, tua quoque fraternitas diuino charitatis ardore ſuccenſa ob eiuſdem S.R.E. libertatem non ſolum impendi parata eſt, & noſtris laboribus cooperata, multiſq; modis tribulationũ particepa effecta cooperante Domino beneficiorum meritis reſpondere curamus, vt ſicut nos præteritorũ memores ſumus, ita & ipſi tantam gratiam fauorem donati futuris temporibus S.R.E. fideliores, ac deuotiores exiſtant, & benigniori matri ſemper auxiliando, adiuuando, obſequendo reſpondeant. Diuinæ ſiquidem Maieſtatis diſpoſitio Piſanæ vrbis gloriam noſtris temporibus, & Saracenorum triumphis illuſtrare, & ſecularium rerum prouectibus promouere, vt præ comprouincialibus exaltare dignata eſt, eapropter & nos diuinæ pietatis proſecutores, & cooperatores eam in ſpiritualibus quoque glorificare decreuimus, ſicut prædeceſſores noſtros multis ciuitatibus olim feciſſe ſcriptorum eccleſiaſticorum teſtimonijs cõprobatur. Conſilio itaque confratrum noſtrorum Epiſcoporum, presbyterorum, ac diaconorum Cardinalium, aliorumque noſtrorum fidelium aſſenſu, immo precibus incitati, chariſsimæ quoque beati Petri filię Mathildis comitiſſæ, quæ ſe extremis quibuſque pro cauſa Apoſtolicæ ſedis expoſuit, obnixis poſtulationibus inclinati, ad honorem ſanctiſsimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis Mariæ, ſanctorumque Petri, & Pauli Apoſtolorum principum Corſicanæ inſulæ Epiſcopatus regendos, ac diſponendos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui auctore Deo, chariſsime frater Daiberte præſides præſentis decreti auctorita-

te committimus, atque ſubijcimus, teque frater venerabilis in Archiepiſcopum eiuſdem inſulæ promouemus. Idem iuris, & idem honoris tuis quoque ſucceſſoribus perpetuo indulgentes, quod cleri, ac populi electione legitima per Romani Pontificis manus intrauerint, quemadmodum Landulphum, Gerardum, & te ipſum ordinatos eſſe cognoſcitur. Corſicana etenim inſula, tam prolixitate ſpatiorum, quam negligentia paſtorũ, tam inſolentia Dominorum, quam noſtrorum diſſuetudine legatorum multis interuenientibus impedimentis ab Apoſtolicæ ſedis obedientia, ac deuotione deferbuit, & diſſolutioni, ac diſſipationi dedita eccleſiaſtici ordinis pene deſeruit diſciplinã, quam profecto ſua, ſuorumque ſucceſſorum vigilantia, quia & illis vicinior, & ſedis Apoſtolicæ familiarior eſt, in iuſtitiæ regulam, & Chriſtianitatis vigorem annuente Domino reformari optamus, atque præcipimus. Vnde frater in Chriſto chariſſime veſtræ iuriſdictioni, diſpoſitioni, procurationique committimus Eccleſiarum illarum bona ſecundum Deum regenda, defendenda, & quæ male deſtructa, & illicite vſurpata reperieris, in vſus eccleſiaſticos reſtituenda & auctore Deo, illic eccleſiaſticæ religionis diſciplina reſeruetur. Palleum igitur fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet Pontificalis officij ex Apoſtolicæ ſedis liberalitate concedimus, quo iura eccleſiaſtica tantum ad miſſarum celebranda ſolemnia tibi, ac ſucceſſoribus tuis vti licebit, ijs tantum qui ſubſcripti ſunt diebus ſolemnibus, idest Natiuitate Domini, Epiphaniæ hypoponton, cœnæ Domini, Paſcha, Aſcenſionis, Pentecoſte, tribus ſolemnitatibus ſanctæ Dei Genitricis, ac Virginis Mariæ, natalitijs ſancti Ioannis Baptiſtæ, ac ſanctorum Apoſtolorum, commemoratione omnium ſanctorum, conſecratione baſilicæ, & ſuffraganeorum Epiſcoporum, ac clericorum, & annuo natalitij tui die, in ſolemnitate etiam beati martyris, atque Pontificis Sixti, cuius indumenti honor efficaci actuum viuacitate ſeruandus eſt. Eius ergo te volumus per omnia genium vindicare. Huius enim indumenti honor, humilitas, atque iuſtitia eſt. Tota igitur mente fraternitas tua ſe exhibere feſtinet in proſperis humilem, & in aduerſis, ſi quando eueniunt, cum iuſtitia erectum, amicam bonis, peruerſis contrariam, nullius vnquam faciens pro veritate loquentem, præbens miſericordiam operibus iuxta virtutem ſubſtantiæ inſiſtens, & tamen inſiſtere etiam ſupra virtutem cupiens, infirmis compatiens, beneuolentibus congaudens, de alienis gaudijs, tanquam de proprijs exultans, in corrigendis vitijs ſæuiens, in fouendis virtutibus auditorum animum demulcens, in iracundia animi ſine ira terrens. Hoc eſt, frater chariſſime pallei accepti dignitas, quam ſi ſolicite ſeruaueris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis.

Datum Anagniæ per manum Ioannis S.R.E. diaconi Cardinalis x. Kal. maij, indict. 15. anno Dominicæ incarnationis 1092. Pontificatus vero D. Vrbani Papæ II. anno v.

Daibertus igitur primus Piſanus Archiepiſcopus fuit, primatuque inſulæ Corſicæ, ac duarum iſtarum inſularum, Sardiniæ videlicet, & Corſicæ legatus natus, ſuperius enim Gregorius Septimus Landulpho Epiſcopo Piſano Sardiniæ primatum conceſſerat. Cæterum Daibertus Archiepiſcopus factus, cum Boemundo validiſſimo ſuccinctus exercitu in Syriam profectus eſt, vbi plerique Chriſtianorum principes, ſepulchrum Chriſti recuperaturi ſociatis armis bella gerebant. Ibi ergo cum conſilio, manuque promptus ſtrenue ſe geſſiſſet, eodem Boemundo deprecante, Balduinoque primo Latinorum Rege Hieroſolymitano annuente, primus Hieroſolymitanus patriarcha adlectus eſt.

Anno, inquit ſæpe citatus auctor Anonymus noſter 1099. *Hieruſalem, & Cæſaream a Chriſtianis ſunt captæ idibus iulij, cuius victoriæ Piſanus populus fuit & caput, & cauſa, nam Daiabertus Piſanæ vrbis Archiepiſcopus extitit dominator, & rector exercitus Piſanorum, ſcilicet 120. nauium, qui Daiabertus factus eſt in Hieroſolyma patriarcha, ibi remanſit, & poſtea ceperunt multas ciuitates Græcorũ.* Huius meminit Guillelmus Tyrius lib. 9. hiſtoriæ Hieroſol. cap. 15. vbi illum Daimbertum appellat. Fulcherius Carnotenſis in geſtis Francorum lib. 1. eundem Daibertum vocat. Narrat autem Albericus Aquenſis lib. 7. hiſtor. Hieroſol. cap. 7. Dagobertum ſimoniace Hieroſolymitanam aſcendiſſe ad ſedem. Quod ipſum Sannutus confirmat, chron. cap. 3. adduque ſcelere detecto, fuiſſe deturbatum de ſede, prouocaſſeque ad Põtificem, a quo cum demum fauorabilem tuliſſet ſententiam, in Orientem victorem reuertentem, poſtremum diem obijſſe Meſſanæ anno 1107. die 14. menſis maij, ibidemque tumulatum fuiſſe. Vetus fragmentum Piſani chronici die 16. maij 1106. Daiberti obitum contigiſſe obſeruat.


Anno, inquit, 1106. *Daiabertus venerabilis Eccleſiæ Piſanæ Archiepiſcopus poſtea per gratiam Dei patriarcha Hieroſolymitanus in ciuitate Meſſana obijt in pace 17. Kal. iulij.* Fulchertius vero lib. 2. ad annum 1104. de Daiaberti exceſſu inquit: *Aeſtiuo tempore euoluto, neceſſitate Boemundus nimia anxius, raro nauigio transfretauit in Apuliam, terra ſua tota Tancredo commiſſa: cum eo tunc tranſijt Daiabertus qui patriarcha Hieroſolymorum fuerat vir prudens, & conſilio pollens. Iuit Boemundus, vt de tranſmarinis partibus gentem ſecum reduceret. Iuit autem Daiabertus, vt cauſam ſuam, & iniuriam ſibi a Rege factam Romano Papæ innoteſceret. Iuit & impetrauit, ſed non redijt quia in via obijt.* Et hunc quidem finem habuit Daiabertus, vir memorabilis, planeque dignus, qui primus Piſis Archiepiſcopatum gereret, primuſque Latinorum, qui in Hieroſolymitano throno ſederet. Inuoluere ſilentio inſigne monumentum hic noluimus, quod a comitiſſa Mathilda, Daiaberto iam in patriarcam electo anno 1100. Piſanis canonicis conceſſum eſt, cuius ad nos exemplum ab originali Trõci noſtri beneficio in manus noſtras peruenit, eademque ſerie iacet, atque illud, quod ab Henrico Imperatore traditum inſinuauit hiſtoriæ.

Mathilda Dei gratia ſiquid eſt.

Sanctis & Domino dicatis locis dignum eſt nos manum noſtræ protectionis porrigere, & in

& in eis pro cæleſti Rege militantibus, de abundantia noſtrarum facultatum ſubſidium præbere. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, tam præſentium, quam futurorum nouerit induſtria. Quod nos ob pium amorem beatæ Matris Domini noſtri Mariæ, & ob remedium animæ matris meæ b. m. Beatricis, necnon & omnium parentum noſtrorum, canonicos Piſani Epiſcopij in honorem beatæ Mariæ Virginis ædificati, atque res omnes illorum iam acquiſitas, & in futurum acquirendas, tam mobiles, quam immobiles ſub manu noſtræ defenſionis ſuſceptas, præcipientes, & firmiter per præſentis paginæ ſcriptum ſtatuentes, vt neque comes, neque vicecomes, neque ſcario, neque caſtaldio, neque aliquis publicorum miniſtrorum, neque aliqua magna, vel parua perſona, prænominatos canonicos præſumat inquietare, aut moleſtare in perſonis, aut rebus illorum, atque diſueſtire de omnibus, quæ modo poſſident, & quæ in futurum poſſidebunt abſque noſtræ præceptionis auctoritate, inſuper etiam omnes villanos in ſua dictorum canonicorum habitantes releuamus, & abſoluimus ab omni grauamine, & oppreſſione publicorum miniſtrorum, iubentes, & per huius noſtri ſcripti auctoritatem firmiter, & inuiolabiliter ſtatuentes, vt neque comes, neque vicecomes, neque caſtaldio, neque ſcario, neque aliquis publicorum miniſtrorum ad placitum faciendum ante ſe prædictos villanos compellere, aut ad publica ſeruitia ducere, ſeu in ſua illorum albergarias facere præſumat. Præterea concedimus, & per præſentis paginæ ſcriptum confirmamus ſupranominatæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, vt liceat canonicis, & miniſtris illius Eccleſiæ habere, & prouidere abſque alicuius contradictione Silciam ſumuli, & guaringanas omnes, qui ſunt in capite terrarum canonicorum, quos modo habent, aut in futurum habebunt, & liceat illis terras ſuas in paludes, & flumina extendere quantumcunque poterunt. Si quis contra huius noſtræ conceſſionis paginam venire præſumpſerit, quinquaginta libras optimi argenti ſupranominatis canonicis, & item alias quinquaginta Cameræ noſtræ componat, & inſuper noſtræ malæ voluntatis pœnam incurrat. Vt autem hoc verius credatur, & firmius teneatur ſigilli noſtri impreſſione inſigniri mandauimus, & manu propria ſubſcribentes corroborauimus.

Actum eſt hoc feliciter in villa Papiani, & datum per manus Vgonis capellani ſeptimo idus iunij, anno vero Dominicæ Incarn. MC. ind. 8.



41 PETRVS Piſanus ex ordine Camaldulenſi monachus, tertius ſancti Michaelis Abbas ſecundus Piſanorum Archiepiſcopus creatus circa annum 1103. Hic egregius vir Piſanorum claſſi

A præfectus, quæ trecentorum triremium numerum omnino explebat, adhortante Paſchale Secundo Pontifice, vna cum Boſone presb. Card. legato, poſt vigeſimum ſextum menſem a profectione, expulſis Saracenis, extincto Rege, Regina, eiuſque filio capto, Piſaſque in ſeruitutem abducto, maiorem, minoremque Bocales inſulas expugnauit anno 1115. Qua de re Ægidius Card. Viterbienſis in hiſtoria 20. ſeculorum. *Liberatus*, inquit, *Pontifex Piſanos in Agarenos animat, illi gloriæ piiſſimæ cupiditate incenſi non niſi victores redeunt. Dum abſunt, Lucenſes Piſas occupant: Florentini impium id factum rati, Lucenſes vi pellunt. Piſani victores non immemores beneficij duas columnas porphy-*
B *reticas mittunt patriæ ſeruatoribus, perpetuum, & Florentinæ pietatis, & Piſanæ gratitudinis monumentum.* Sed de Maioricano bello vetus auctor noſter Anonymus Piſani chronici, Laurentius Taiolus annal. Piſani manuſcript. Laurentius Veronenſis, Petri Archiepiſcopi a ſacris in ſuo Maiolichiſmo, aliuſque Petri ſynchronus Anonymus de captione Hieruſalem, & ciuitatis Maioricorum per Piſanos facta, qui nondum lucem viderunt, quos nobis communicauit Viuianus Epiſcopus Inſulanus amicus noſter nuper defunctus.

Anno, *inquit*, milleſimo centeſimo decimo quarto, præſidente D. Papa Paſchale II. diuinus ignis Piſanorum ciuium animos, & aliarum Tuſciæ vrbium populos contra Maioricam accendit. Ipſius enim inſulæ Rex imo tyrannus
C crudelis, & peſſimus licet eunuchus nomine Nazaredech innumerã Chriſtianorum multitudinem in vinculis, & carceribus captiuatam longo tempore cruciauerat. Quapropter Piſanus exercitus in trecentis nauibus ad Chriſtianos liberandos in die ſancti Sixti de Arni faucibus exiuit, & cum in Sardiniam deueniſſet, totus exercitus ad portum Capalbi applicuit. Quo in loco fere omnibus diſcordantibus ad pacem reductis, ducatus marini itineris Pedotis committitur, quorum ſigna omnis exercitus contra Maioricam conſequitur. Sed illis tandem in pelagus aberrantibus, & rectum iter ignorantibus dimiſſa Maiorica diuiſi, & diſperſi in partes Barchinonæ tandem ad portum ſancti Felicis de Girunda conuenerunt. In huius igitur exercitus aduentu tota pro-
D uincia maximo extollitur gaudio, & exclamat ſe cum Piſanis velle fieri participem Maioricæ triumphi. Quare Piſano exercitui Raimundus Barchinonæ Palatinus comes, & eiuſdem ciuitatis Pontifex, & comes Ampuri, & Rimericus Herbonenſis, & Guillelmus, Potulani montis, Raimundus quoque de Balſo, cum maxima ſuorum equitum, & peditum multitudine vnanimiter, & feſtinanter ſe ſociarunt, & ad portum de Salo ſimul applicuerunt, vbi diu demorantes, & frequenter contra Maioricam ire tentantes ventis contrarijs mare turbantibus iter ſæpe inceptum perficere non potuerunt. Quare Barchinonæ hyemare propoſuerunt, qui de portu Salo Barchinonam regredientes, multarum nauium in littore Barchinonæ ſunt perpeſſi naufragium. Inde igitur alij Piſam inibi hyemantibus, atque rates ruptas reficientibus de virtute diuina factum eſt, vt &

qui

A qui Piſam redierant, & qui Barchinonæ remanſerant in natalitio die ſancti Ioannis Baptiſtæ ad portum Salo conuenirent, & idem contra Maioricam iter optatum cum Petro Piſanorũ Archiepiſcopo, atque cum Boſone Cardinali Romanæ ſedis legato, & prædictis principibus aura proſpera flaote aggrederentur. Sed diuina diſponente gratia prius ad inſulam Euiſam applicueruot. In ipſa enim inſula erat eiuſdem nominis ciuitas in arduo ſita, muris, turribus excelſis, vallo, foſſa, locis paludeſtribus mari vndique munita, præter hæc autem armis innumeris, bellatoribus fortiſſimis elata feruebat. Quapropter ſpem nobis omnem poſſe capi repellebat. Quæ tamen per menſem obſeſſa faciente Dei omnipotentis potentia, B cum immani Saracenorum interfectione capta eſt illa in ſancti Laurentij feſto, vrbs crudelis, & fortiſsima. Eius itaque mœnibus vndique dirutis, eiuſque Caſſ. deſtructo, ſuiſque ſpolijs oneratis nauibus, eum eiuſdem vrbis Gardo peſsimo & impijſsimo catenis adſtricto, in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli ad inſulam Maioricam diuina diſpenſatione applicuerunt. Altera ergo die communi colloquio habito, & ſapienti conſilio inito vt de parte Orientis vrbem populoſam, & mœnibus, & antemuralibus maximiſque foſſatis circumdatam ſapienter, atque viriliter aggrederentur. Tertia vero die ad vrbem appropinquantes fortiſsimum cum Saracenis inierunt prælium, & eos perſequendo, & quamplurimos occidendo, C in vrbem viriliter recludebant. Compoſitis autem ab ingenioſis Piſanorum artificibus Manganis Gattis, atque ligneis caſtellis, vrbem fortiter expugnabant, & cum his machinis vrbis mœnia, & mœnium turres potentiſsime rumpebant. Facta tamen maxima murorum, & turrium ruina Piſanos vrbem ingredi non ſinebant, quia maxima vi fortium Saracenorum, atque ligneis caſtellis intus habitis, eis immaniſſime reſiſtebatur, ſicque factum eſt vt Chriſtianorum caſtellis a paganorum Manganis quamplurimis confractis, & ab vrbis mœnibus Chriſtianorum virtute delongatis, Saraceni Manganis ſe tuendo muros reficerent, & Chriſtianorum exercitum vix timerent. Sed quoniam Dominus ſuos vltra poſſe temptari non D patitur, paganorum ruinis, & inſultationi reſumptis viribus, & reformatis Chriſtianis omnibus ſapientiſſime reſiſtitur. Alij namque Chriſtianorum hyeme imminente domos ligneas ædificare, alij caſtella lignea duo alia perficere, atque duo priora reficere indeſinenter laborabant, atque alij Chriſtianorum inſulam terra, marique circuire, & bonis omnibus expoliare, totumque exercitum victualibus ſuſtentare accuratiſsime inſiſtebant.

Omnibus itaque Chriſtianorum machinis perfecte conſtructis, confeſtim cum his omnibus inſtrumentis ad vrbis mœnia acceditur, ibiq; Chriſtianorum caſtella contraponuntur ligneis caſtellis Saracenorum, factum eſt, vt de ingenio Piſanorum ignis pennatus de caſtello Chriſtianorum per antennam porrigeretur in caſtellum, & comburitur, & diuina virtute faciente, & interceſſione beatæ Mariæ Virginis interueniente, cuius purificatio tūc erat celebris Chriſtiano populo, ignis

A ab ipſo quod comburebatur caſtello ad aliud eiuſdem vrbis caſtellum diuinitus transfertur, & ſimiliter comburitur. Vnde Piſani ciues totus Chriſtianus exercitus nimis alacres effecti, & Deo, & beatæ Mariæ Virgini laudes magnificas reddentes ſua caſtella muro nouæ vrbis, quem ſuperant propinquiora faciunt, atque octauo idus februarij nouam vrbem prælíando capiunt. Facta multa Saracenorum ſtrage. Præſumentes igitur de Domini virtute ſua caſtella domos frangendo per vrbem captam magnificæ vrbi veteri, quæ turribus, & muris, & viris, & foſſis erat circumdata propinqua reddiderunt, & Manganis ſimiliter ad vrbem factis vicinis cum machinis, & totis viribus vrbem expugnare, & muros frangere for- B titer cœperunt. Tandem autem factum eſt, vt conuentus, & pacti conſilia comitis Barchinonenſis, & Sarracenorum Regis de Domini inſpiratione, & Piſanorum Archiepiſcopi, & Romani legati, Eccleſiæque Piſanæ canonicorum probitate atque prudentia diſsiparentur, & penitus fierent irrita. Cum enim Archiepiſcopus, & Romanus Legatus cum clero, & Barchinonenſi comite, alijſque principibus ad prædicta conſilia audienda conueniſſent, Petrus Albithonis nobilis Piſanus miles armatus celer aduenit, & Piſanos vrbem expugnare acclamans, conuentum diremit, cleroque, atque alijs, qui conuenerant ad bellum feſtinantibus prædictus comes triſtis remanſit, & quia ſuo conſilio creditum non fuerat C ſe præliaturum negauit, ſuoſque pugnare prohibuit. Sed diuina potentia prouidens ſeruorem Piſanorum, & volens misereri captiuorum, vrbem magnificam in ſolemnitate cathedræ Apoſtolorum principis per manus Piſanorum ciuium capi conceſſit multis millibus Saracenorum vtriuſque ſexus interfectis, atque plurimis in captione retentis, ibique Saracenorum theſaurorum maximas copias inuenientes, & eas quique recolligentes ad carcerem perueniunt captiuorum, & inde eos extrahentes, maximis cum fletibus diſſoluunt vincula, & catenas eorum. Poſt multa vero gaudia, quæ in Deo habuerant, de captiuorum pro quibus venerāt abſolutione, ad tertiam ciuitatem, quæ Regis Mortadæ fuerat, veniunt & eam mu- D rum rumpendo, & portas ferreas frangendo capiunt, quarto nonas martij, capta ibi Regis Mortadæ ſorore cum filijs, & filiabus, & nepotibus, & cum maxima copia auri, & argenti, atque palliorum, ſed quoniam ipſa in captiuos eis teſtantibus, omnemque Chriſtianum illuc peruenientem miſericordioſiſsima fuerat, cum ſua progenie eſt reddita libertati, factumque eſt, vt in ipſa inſula Maioricæ remanente filia ſua Regina cum fratre, ſuoque filiolo cum Piſano exercitu Piſam ſponte veniret, ibique abrenuntians paganiſmo Chriſtianum nomen cum ſuo paruulo filio ſuſcepit. Quarta vero ciuitatula, quæ circa regiam Sudam, quæ Caſſarum dicitur erat conſtructa, per manus Piſanorum capta eſt ſexto idus martij præter Caſſarum autem duæ remanſerunt turres, de quibus contra Chriſtianos pugnabant quamplurimi Saracenorum fortiſsimi bellatores, quod Piſani ſufferre volentes ignem in vnam turrium

ſubmi-

A ſubmiſerunt, & eam capiendo alios effugauerunt, & qui remanſerant Saraceni, contra quos expugnandos vnus Piſanorum fortis, & audaciſſimus per ſcalam aſcendit, & ei altero Chriſtianorum ſuccurrente qui de intus aſcenderat, quinque Saracenos interficientes, conſpiciente, & admirante toto Chriſtianorum exercitu turrim obtinuerunt quartodecimo Kalendas aprilis. Videns igitur Rex Burabe, quem Saraceni defuncto Rege Nazaredech ſibi Dominum fecerant, ſolum Caſſarũ remanſiſſe, & diffidens, & deſperans ſe Piſanorum fortitudini, & ingenijs poſſe reſiſtere per marinam fugam cum paucis Saracenorum, & regijs theſauris tentauit euadere. Sed ſicut Deo placuerat Piſanorum cuſtodias non potuit fallere. Ingrediens etenim in nauiculam a Piſanis illico captus eſt, & in vinculis detentus, tandem cum gloria Piſanorum Piſam captiuus ductus eſt. Audita itaque Maioricani Regis captura, Chriſtianus exercitus exultans, & Deum laudans, caſtello duo, & mangana conduxit ad Caſſarum. Iuxta quod erant Barbacana magnæ latitudinis, & profundæ altitudinis, quas ligneis impleuerunt, & caſtella ſuperduxerunt. Ex caſtellis ergo ſuperéminentibus Caſſari magnis turribus Chriſtiani contra fortiſſimos Saracenorum recollectos in Caſſaro acriter inſtare cœperunt, & fortiter eos expugnantes de ſuis caſtellis pontem ſuper Caſſarum poſuerunt. De caſtellis autem, & de ponte Chriſtiani contra Saracenos certantes multitudine Chriſtianorum eos pariter cum manganis affligente, per pontem Piſani tranſeunt in Caſſarum alios Saracenorum interficiendo, atque alios in præcipitium mittendo, pluresque intra Caſſarum perſequendo. Vexillum itaque Piſani exercitus ſuper Caſſarum eleuatur, & de Saracenis, & munitionibus habita, & conſũmata victoria ab omni exercitu Deum glorificando acclamatur. Ipſius autem Caſſari captio, & tanti laboris, & certaminis conſummatio peracta eſt, tertio nonas aprilis. Intrant ergo Piſani ciues in Caſſarum, & Regias domos, & cameras plenas inueniunt, innumera multitudine vtriuſque ſexus nobilium Saracenorum, quorum alios præcipitando interficiunt, & quamplurimos in vincula ponentes captiuos ad propria ducunt. Quantos autem regios theſauros in pallijs, & auro, & argento, atque regijs pretioſis veſtibus, alijſque innumeris ſpolijs ibi reperierunt, deſcribi difficile eſt, quorum magna pars propter cuſtodiam in curiam ibidem combuſta eſt, inuentis ibi ſuper hæc argenteis crucibus, atque diuinis libris, alijſque eccleſiaſticis ornamentis, quæ ipſi peſſimi Saraceni deprædati fuerant per prouinciam, & alias Chriſtianorum regiones. Deſtructo itaque Caſſaro, omniq; Maioricæ munitione in ruinam data Piſani ciues campum faciunt, & deſtructæ vrbis grandia, & innumera ſpolia inter ſe diuidunt, præordinatis, & conſtitutis Eccleſiæ Piſanæ maximis, & pretioſis muneribus in pallijs, & veſtibus, & vaſis argenteis, & eburneis quampluribus, atque cryſtallinis adiunctis ſuper hoc regalium ornamentorum inſignibus. His itaque peractis omnibus Piſani ciues, & totus exercitus captis ſpolijs naues onerant, & in eas intrantes cum omni proſperitate ad ſua loca remeant. Habitus eſt autem Maioricæ triumphus, & Chriſtiani exercitus glorioſus regreſſurus.

Haſtenus ille.

Piſani autem Petro Archiepiſcopo adhortante conciues in eo bello mortuos tumulo cum elogio rei geſtæ Marſiliæ, Volaterrano lib. 5. geograph. teſte in æde Victoris honorauerunt, quod adhuc extat his verſibus.

Verbi incarnati de Virgine mille peractis
Annis bis centum, bis ſeptem connumeratis
Vincere Maioricas Chriſti famulis inimicas
Tentant Piſani Mahumeti regna profani
Mane neci dantur: multi tamen his ſociantur
Angelicæ turbæ cælique locantur in vrbe,
Terra deſtructa claſsis redit æquore ducta
Primum ope diuina ſimul, & victrice carina.
O pia victorum bonitas, defuncta ſuorum
Corpora claſſe gerunt, Piſaſque ducere quærunt,
Sed ſimul adductus ne turbet gaudia luctus
Caſi pro Chriſto tumulo clauduntur in iſto.

Sed nec omittendum videtur hic Maioricenſis Reginæ epitaphium, quod adhuc in pariete Metropolitanæ Eccleſiæ ſpectatur, illa enim vna cum paruo filio Piſas in triumphum ducta, vbi a Petro Archiepiſcopo ſacro baptiſmate expiata, ibidem diem ſuum obijt; filius vero Chriſtianus ſimul, & canonicus maioris Eccleſiæ factus, ad poſtremum Rex Maioricæ, in paternum regnum dimittitur. *Anno Domini*, inquit breue chronicon Piſanum, 1114. *Piſani ceperunt ciuitatem Maioricæ, & Minoricæ, & Regem occiderunt, & per gratiam Dei omnipotentis ſuus filius nomine Lambertus, poſtea Canonicus ſanctæ Mariæ factus eſt: & ſua mater Chriſtiana deuota ſanctæ Mariæ permanſit. Reginæ vero epitaphium ita proſtat legentibus.*

Regia me proles genuit, Piſæ rapuerunt,
His ego cum nato bellica præda fui.
Maiorica regnum tenui nunc condita ſaxo,
Quod cernis iaceo fine potita meo
Quiſquis es ergo, ſuæ memor eſt conditionis,
Atque pia pro me mente precare Deum.

Petrus interea noſter Archipræſul non modo vita ſanctiſſima conſpicuus, verum multis præclare, ac ſumma prudentia geſtis, famam ingentem exiſtimationemque apud omnes, tum ſummam apud Paſchalem ſecundum, Gelaſiumque ſucceſſorem, tum apud Henricum Quintum Imperatorem gratiam collegit, vt ab ipſo, Petro Piſanorum conſule, ac Petro vicecomite, Theobaldoque iuriſconſulto flagitantibus ſe, Piſanamque Eccleſiam dato hoc priuilegio in imperialem clientelam admiſſus ſit. Documentum habuimus è tabulario Piſano talis tenoris.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Henricus, diuina fauente clementia iv. Romanorum Imperator Auguſtus. Quod & alijs Eccleſijs intuitu religionis nonnunquam impartiri ſolemus, hoc præcipue, & Piſanam Eccleſiam a nobis impetrare non renuimus. Vnde lega-

legatorum Piſanæ ciuitatis, hoc eſt Petri conſulis clariſsimi viri, item Petri vicecomitis noſtri, atq; Theobaldi iuriſconſulti noſtri fidelis poſtulationibus benignitatis aures accomodantes, prædictam ſanctam Eccleſiam Virginis Dei Genitricis Mariæ in noſtram defenſionem recipimus, eique publicarum functionum immunitatem pia deuotione deferimus, quo magis valeat libere diuinis miniſterijs inuigilare, diuiniſque præceptis obſecundare. Præcipientes ergo præcipimus, ne vllus dux, vel marchio, ſeu iudex publicus, vel aliqua publica perſona ingredi audeat in Eccleſias, aut villas, loca, vel agros, ſeu quaslibet poſſeſſiones, quas ſub imperio noſtro ſupradicta Piſana Eccleſia iam nunc poſsidet, vel habet, vel in futurum poſſidebit, vel habebit, neque ad cauſas audiendas, nec ad froda exigenda, aut manſiones, vel paratas ibi faciendas, aut fideiuſſores, aut homines ipſius Eccleſiæ conſtringendos, ſed nec præſtationes vllas, aut illicitam exactionem a quoquam hominum ibidem requirendas aliquo in tempore concedimus, ſed liceat his, qui vel nunc in eadem venerabili Eccleſia diuinis miniſterijs inſiſtunt, vel in futurum in eorum locum ſuccedent, omnes prædictas ordine res quiete poſſidere, eoque liberius tam pro nobis, quam pro totius Imperij ſtatu diuinam miſericordiam exorare. ſiquis autem hoc noſtræ ſerenitatis præceptum contemnere, vel in aliquo violare præſumpſerit, ſciat ſe pœnali centum librarum optimi auri obligatione conſtringi, cuius dimidium nobis dimidium præfatæ venerandæ Eccleſiæ inferant. Ne autem ſuper his omnibus aliqua oriatur ambiguitas, ſigilli noſtri impreſſione præſens inſtrumentum iuſſimus ſignari.

Signum D. Henrici IV. Imp. inuictiſs.

Burcardus cancellarius, & Monſterienſis Epiſcopus recognouit.

Dat 8. Kal. iulij indict. ix. anno Dominicæ incarnationis 1116. regnante Henrico quarto Rege Romanorum, regni anno 10. imperij vi. actum eſt in Chriſto feliciter amen.

Ego Bonus ſacri Lateranenſis palatij iudex, authenticum huius videlicet legi, & hic ſubſcripſi.

Ego Vgo notarius Apoſtolicæ ſedis, authenticum huius vidi, & legi, & hic ſubſcripſi.

Ego Gerardus notarius D. Imperatoris, authenticum vidi, legi, & exemplaui.

Anno 1118. Petrus, Gelaſium Pontificem in Galliam proficiſcentem excepit, ab eoque in Archiepiſcopali dignitate roboratus, nobili pompa in Corſicam inſulam tanquam Metropolitanus receſsit, ibique honorifice receptus, Maranenſem electum conſecrauit, aliorumque Corſicæ Præſulum obedientiam, fidelitatemque recepit.

Poſt deceſſum autem, *inquit auctor Anonymus noſter de geſtis Piſanorum*, venerabilis Papæ Gelaſij, Petrus Piſanorum Archiepiſcopus, cum Petro Cardinali Eccleſiæ Romanæ legato, & cum Eccleſiæ Piſanæ canonicis, atque cum Ildebrando iudice, & Piſanorum tunc conſule, alijſque Piſanis ciuibus in Corſicam iuit, ibique honorifice receptus in conſpectu cleri, & populi Corſicani Maranenſem electum, & ipſius A Eccleſiam conſecrauit, aliorumque Corſicæ Pontificum obedientiam, & fidelitatem recepit, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo decimo nono (more Piſano) Poſt eorum igitur honorabilem reditum velox fama Tuſciam, & Longobardiam continuo repleuit, reſonans Eccleſiam Piſanam Metropolitanã dignitatem aſſecutam in Corſicam iuiſſe, ibique Epiſcoporum, & Eccleſiarum celebrata conſecratione, & Epiſcoporum fidelitatibus receptis, Epiſcopos, & Corſicæ Eccleſias per Gelaſij Romani Pontificis conceſsionem ſuo iuri ſubdidiſſe. Vnde factum eſt, vt inuidia diaboli ſuper alterius bonis ſemper dolens, atque mœrens, immaniſſime bruta corda Ianuenſium inflaret, & eorũ ora ſuperbiſſima peſſime fœdaret. Proſequitur vetus ſcriptor annal. Anno 1119. (more Piſano) Gelaſius Secundus Papa in retributione tanti doni, quod Piſani Ro- B manæ Eccleſiæ, & toti mundo de Maioricana victoria fecerant, Piſas venit, & conſecrauit maiorem nouam Eccleſiam Piſanorum, & conceſſit Archiepiſcopatum ciuitati Piſanæ, & dedit, quia vſque tunc tantum Epiſcopus erat. Et nota, quod Papa, quando Piſani iuerunt Maioricam, ſuis manibus Piſanis dedit vexillum vermilleum, vnde ex tunc Piſana ciuitas vermilleo vtitur vbique vexillo, Ianuenſes inuidia moti de honore, & de tanta temporali, & ſpirituali exaltatione Piſanorum, guerram ſubito inceperunt, damna Piſanis, quæ poterant inferentes; vnde Deo, & glorioſa eius matre Maria propitiantibus anno ſequenti 1120. die ſancti Sixti in porta Veneris Ianuenſes vicerunt. *Hactenus ille.*

Quod vero ad Metropolitanæ Eccleſiæ Piſanæ C conſecrationem ſpectat, quam Gelaſius Pontifex Petri Archiepiſcopi, ac Piſanorum intuitu ſuis manibus ſacrauit, dedicauitque. hiſtoriam refert vetus eiuidem Eccleſiæ codex manuſcriptus.

Anno, *inquit*, ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MDXIX. (more Piſano) indictione 12. Kal. octobris Gelaſius Secundus almæ Vrbis Romæ, & vniuerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex, nouam Piſanorum Eccleſiam in honorem glorioſiſſimæ, ſemperque triumphatricis Virginis Mariæ conſecrauit, cui conſecrationi adiutores, & conſecratores interfuerunt quamplurimi, tam Romanæ Vrbis, quam Tuſciæ. necnon & Sardiniæ Epiſcopi, ſacerdotum, & diaconorum Romanæ Eccleſię Cardinalium multitudo plurima adfuit: Lucana autem Eccleſia, cum ſuis loco poſitis, alijſque canonicis; ſed & cum Abbatibus, D & Prioribus, & reliquiarum vigilijs, & reliquis dedicationis officijs, tanquam ipſa Piſana Eccleſia adſtitit. Romanus igitur Pontifex inter miſſarum ſolemnia ipſius dedicationis die, ipſam ſanctam Piſanam Eccleſiam, tam priuilegio, quam ore proprio, coram innumerabilibus turbis Tuſciæ, in Metropolitanam confirmauit ſublimitatem. Tanta ſiquidem clericorum, laicorum, nec non & mulierum multitudo die illa conuenit, quantam nullus noſtræ ætatis vna die in vnum conueniſſe meminerit; ſed & per octo ſubſequentes dies, de vrbibus, oppidis, villiſq; concurrere non ceſſauit. De criminibus igitur idem Gela-

ſius

ſius Papa conceſſit tali die, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, infra octo dies de indulgentia quatuordecim millia annos, & ab Aſſumptione glorioſæ Virginis Mariæ, vſque ad Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti conceſſit viginti quatuor millia annos indulgentiæ, & tertiam partem remiſſionis peccatorum. Item ſingulo die totius anni conceſſit quadraginta octo annos indulgentiæ, & centum quarantenas. Item in omnibus feſtiuitatibus ſanctæ Mariæ Virginis, mille annos. Treguas quoque per octo dies ante, & per octo poſtea, ſub anathematis rigore conſtituit: ſane in ipſo ſacroſancto altari reliquias, quas in priori antiquæ Eccleſiæ reperit, condidit. Ad reuerentiam præterea tantæ conſecrationis, vt in eadem hiſtoria refertur, ipſo dedicationis anniuerſario, & in ſecunda feria in Albis, & in Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, equum cum mappa candida ad proceſſionem Piſano conceſſit Archiepiſcopo. Quas proceſſiones procedunt bini, & bini, ſex clerici pluuialibus induti cum ſex vexillis, quibus ſex nuncij ciuitatis equos commodant coacti per poteſtatem. Et ſic totus clerus paratus, equos ſequitur ordinate. Ipſo quoque die pallio vti, quod eſt celſitudo Pontificalis officij, cum ſex alijs feſtiuitatibus anni, ſicut in ipſius priuilegio continetur, præter ſolitum morem indulſit. Crucem quoque ante ſe deferri ob inſignem Metropolitanæ legationis honorem, tam per diœceſim Piſanam, quam per Corſicanam inſulam priuilegio ſtabiliuit.

Poſt hæc Gelaſius alijs priuilegijs proſecutus Piſanos, Boreales inſulas in feudum eiſdem conceſſit, vt narrat Laurentius Bonincontrus in hiſt. quæ manuſcript. extat in bibliotheca Vaticana. *Præterea*, inquit, *Gelaſius. cum ſciret Piſanos pro adeptione Maioricæ multa expendiſſe, auxiſſeque fidem Chriſtianam, in tanta rei præmium Boreales eas inſulas in feudum eiſdem Piſanis conceſſit, donatque eos vexillo rubeo, cum cruce argentea obtutis capitibus.*

Cæterum dum Petrus è Piſana ſede ius diceret è gente Gherardeſca Beatus Vvido Piſis deceſſit, cuius ſacrum corpus in Metropolitana quieſcit. Huius nobiliſsimæ gentis adhuc extant Florentiæ non temnenda veſtigia, ſiue eius prinſapiæ ſpectes alumnos, ſiue ſplendorem opum intuearis. Vvidonis obitus incidit in annum 1110. ſequenti vero, qui fuit Petri pontificatus quinto in ſacras diui Matthæi ędes ſanctorum Mamiliani, Luſtri, Vendemij, aliorumque ſanctorum monachorum corpora ex Inſula, cui Mons Chriſti nomen eſt, tranſlata, ſolemnique pompa collocata, poſtmodum in Eccleſiæ illius honorificentiore loco repoſita fuere, vt in ſubiecta epigraphe legitur, quæ inciſa marmore viſitur.

Anno M C.XI, ſexta maij
tempore D. Petri Archiepiſcopi Piſani
iſta ſacra corpora
SS. Mamiliani, Luſtri, Vendemij,
Aurelij, Ruſtici, Infantis,
& Gobuldei mart.
poſita fuere in hoc ſacro templo
D. Matthæi in Ara paruulorum.
Poſtea A. D. M. C. LXXIX.
idibus ſeptembris
a Reuerendiſsimo D. Vbaldo
Archiepiſcopo Piſano
tranſlata fuerunt intus ad cancellos
D. Villana Abbatiſſa
A. D. M. D XCII. pride idus iulij
tempore Illuſtriſſ & Reuerendiſſ.
D. Caroli Antonij Putei Archiepiſc Piſ.
in hoc digniori loco recondita ſunt.
D. Neria de Tortis
dicti Monaſt.
Abbatiſſa meritiſsima.

Hæc vero inſula olim Artemiſia dicta a celeberrimo monaſterio in ea priſcis temporibus excitato, Montis Chriſti nomen traxit, in mari Tyrrheno iacet non longe ab Iginio, Planoſa, & Ilua inſulis, quæ quidem nullo portu commodo prædita, ſed abruptis vndique, ac pendentibus ſcopulis horret, excurrit que in mare. Inculta hodie eſt damis tantummodo ſylueſtribus ſubiecta, ex quo Ariadenus Ænobarbus pirata eam cultoribus orbauit, fœdaque maritimis Tuſciæ, Romanæque Campaniæ partibus inuſta vaſtitate, innumeros Chriſtianos miſeræ ſeruituti mancipauit, tum illius inſulæ cœnobij monachos, ac colonos in vincula abduxit. In ea inſula ius obtinet Plumbini dominus, quamquam Camaldulenſis ordo illud ſibi vindicet, vt qui ab Inſulæ dynaſtis eum ampliſsimis priuilegijs eam receperint. Ad illius montis cacumina, veſtigia peruetuſti monaſterij viſuntur, quo vero tempore excitatum monaſterium fuerit, hominum memoriam fugit, ſed cum hactenus D. Mamiliani in Monte Chriſti illi hæſerit, ea peruaſit opinio eundem ſanctũ Mamilianum vna cum ſocijs illius conditorem extitiſſe. Legitur in peruetuſto membranaceo manuſcripto codice monaſterij ſancti Matthæi Piſis, in quo Mamiliani, ſociorumque corpora condita ſunt, Mamilianum, Gobuldeum, Luſtrum, Vendemiũ, Ruſticum, & Infantem ſocios a Genſerico Vandalorum Rege, Leonis Papæ temporibus, poſt Valentiniani necem, in ſeruitutē Roma Carthaginem auectos, cum ille Roma potitus funeſtam cladem Vrbi intuliſſet, cumulatis expilatiſque eius opibus, innumeros Præſules, viroſque dignitate ſpectabiles, tum ipſam Eudoxiam Auguſtam, duoſque eius filios anno 455. abduxiſſe. Hos porro ſanctiſsimos viros, diuino inſtinctu afflatos, nauiſque occaſionem nactos, quæ ad Africæ ora appulerat, in Sardiniam vela feciſſe, atque ad Callaritanam vrbem appulluiſſe narratur, vbi cum paulo poſt ingentem ipſis famam, illuſtrata miraculis virtus peperiſſet, vt humanæ gloriæ ſe ſe ſubducerent, ſecretiore quodam receſſu abſcōdiſſent, dum porrigeret occaſio, vt inſulam Artemiſiam, ſeu Montis Iouis viciniorem peterent. Verum nautæ barbari, Mamilianum ſcilicet, Luſtrũ,

Vendemitium, & Aurelium in locum incluſum Turraium quondam, nunc Vltutaium appellatum, in quo nullum humani pedis veſtigium apparebat, expoſuerunt, adeo vt herbis ac radicibus quas ipſis aues afferebant, ieiunæ vitæ ſupplicium ſuſtentarent, paucis vero poſt diebus naue excepti ad montis Iouis inſulam, quam Chriſti vocarunt, appulere; quo in loco vitam eremiticam aſperrimamque agere cœperunt. Mamilianus draconem immaniſsimum, qui montis verticem inſederat extinxit, diuinaque virtute præfocauit, ibique tuguriolum ædificauit. Circumferebat iam late ſeruorum Chriſti fama, cumque dira in Chriſtianos perſecutio ſæuiret; Mamilianus inde cum ſocijs diceſſere; ille Sardiniam quondam montem abſciſſis vndique, ac pendentibus rupibus cinto ſe recepit, ſocij vero ad inſulam Iginiam ſe contulere, vbi ducta ſanctiſsima vita, ab omni humanæ conſuetudinis commercio, ac labe ſegregata in cælum euolarunt. At Mamilianus cum imminentem mortem diuinitas præuidiſſet, a Deo ſuis precibus promeruit, vt ſacra Romæ loca perluſtraret, diuinoq; numine inſtinctus mare conſcendit ad Iginiam inſulam appulit, vbi meritis onuſtus corporis ſolutus vinculis ad ſuperos laborum præmia decerpturus emigrauit 19. octobris anno Chriſti circiter 460. iuxta ſociorum corpora ſepulchro mandatus eſt. Cum vero innumera Deus eorum opera, miracula explicuiſſet, eorum ſacra corpora ad Centum cellas Chriſti fideles ſummo honore extulere, inde Paſchale Secundo Pontifice ſedente Piſas ingenti pompa allata a Petro Archiepiſcopo in D. Matthæi Eccleſia honorifice condita ſunt. Cæterum cum inſulæ Montis Chriſti fama late peruagata eſſet, plures ea tempeſtate Chriſtiani, ac viri religioſi in ea loca, quæ a viris ſanctiſsimis conſecrata fuerant, confluxerunt, vt monaſterium inibi conditum ad ſummā celebritatem aſſurgeret, eoque plures nobilitate ſpectatiſsimi totius Sardiniæ, ac Corſicæ homines concurrerent, muneribuſque ampliſsimis ſacras illas ædes exornarent: inter cæteros eximia fuit Berlingerij Regis Corſicæ liberalitas, qui cœnobium auxit, eiuſque exemplo plures certatim ſuas opes contulere. Ex ea porro religioſa domo, plurimum pietatis, ac virtutis fama florentiſsimi monachi ſub D. Benedicti regula, emerſere, qui deinceps nobiliſsima in Corſica, alijſque adiacentibus inſulis monaſteria excitarunt. Honorij Tertij temporibus, eiuſque auctoritate Camaldulenſibus monachis hoc nobile cœnobium ſe aggregauit ad hęc vſque tempora illi ordini iniũctum eſt. At vt eſt humanarum rerum conditio, nullos religioſos viros nunc alit, cum omnia illius bona peſſundata exhauſtaque ſint, nec iam dignitatis, & antiquitatis nobile aliud veſtigium manet, quam inter rudera ſqualentia ſaxa, priuilegia, atque prærogatiuæ a Romanis Pontificibus, Regibuſque Corſicæ, ac Sardiniæ dominis conceſſa, quæ temporum iniuriam, ac tyrannidem ſuperarunt. Pretioſa monumenta hactenus Camaldulenſes D. Michaelis in burgo aſſeruarunt, inter quæ illud Gelaſij Secundi, Henrico Abbati conceſſum dum Piſis eſſet, cuius exemplar ab autographo deſumptum impertiuit Maurus Corſus Abbas, huius tenoris.

GELASIVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei:

Dilecto filio Henrico Abbati monaſterij ſancti Mamiliani, quod in monte Chriſti, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Nos qui diſponente Domino ad S. ſedis ſeruitium promotos agnoſcimus, vt eius filios auxilium implorantes tueri, ac protegere proue Deus dederit, debeamus. Proinde nos dilecte in Chriſto fili Henrice Abbas tuis petitionibus annuentes beati Mamiliani in Monte Chriſti monaſterium, cui ductore Deo præſides, Apoſtolicæ ſedis protectione munimus. Statuimus enim ne inſulam veſtram nullus, neque cum beſtijs, vel cum aliquo machinamento perturbet, & vniuerſa, quæ in proxima 12. indictione in Corſica, vel Sardinia, in Plumbino, vel Elba, vel alibi veſtrum monaſterium poſsidet, quieta vobis, & integra conſeruentur, in quibus hæc proprijs nominibus duximus adnotanda, in Sardinia Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Sesls Heliæ ſancti Gregorij, & ſancti Mamiliani de Simaſsi cum pertinentijs earum. In Corſica monaſterium ſancti Stephani de Venaco, monaſterium ſanctæ Mariæ de Maiſia, Eccleſiam ſancti Pellegrini, & Eccleſiam ſancti Pauli de Conca cum pertinentijs ſuis, quæcumque etiam in futurum annuente Deo iuſte poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, obeunte te nunc eiuſdem loci Abbatem, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur niſi quē fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem, & D. Benedicti regulam prouiderint eligendum: ſepulturam quoque eiuſdem monaſterij, & cellarum eius liberam eſſe decernimus, vt eorum, qui illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Decimas vero veſtrarum terrarum, quas vbilibet habetis ſine vlla Epiſcoporum, vel Epiſcopalium miniſtrorum actione quietam vobis manere concedimus. Sane laicos, ſeu clericos ſeculariter viuentes ad conuerſionem ſuſcipere nullius contradictio vos inhibeat. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſeculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentauerit ſecundo, tertiaue commonita, ſi non ſatiſfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem monaſterio iuſta ſeruantibus ſit pax Domini

noſtri

noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniat. Amen.

Ego Gelaſius Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Signum manus meæ. Deus in loco ſancto ſuo.

Datum Piſis per manum Chryſogoni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis Kalend. octobris indict. 12. anno Dominicæ incarnationis M. C. XVIIII. pontificatus autem Domini Gelaſij Secundi Papæ anno primo.

Eodem anno 1118. Petrus Archiepiſcopus, vna cum ſuis canonicis obtulit Caſinenſi monaſterio Eccleſiam ſancti Silueſtri in Soaticia cum pertinentijs ſuis prope Piſas præſentibus eiuſdem Eccleſiæ fundatoribus Odimundo, eiuſque filijs. Conceſsioni præſentes fuerunt *idem Gelaſius Papa, Lambertus Oſtienſis Epiſcopus, Guido presbyter Card. ſanctæ Balbinæ, Chryſogonus diaconus Cardinalis ſanctorum Coſmæ, & Damiani, Ildeprandus iudex ſancti palatij Lateranenſis, nunc ciuitatis Piſanæ conſul, Gerardus conſul Piſanæ ciuitatis, Henricus conſul Piſanæ ciuit. Lambertus conſul Piſanæ ciuitatis. Actum Piſis iuſſione Papæ Gelaſij Secundi conceſsione Petri Archiepiſcopi in palatio Archiepiſcopali Kalendas octobris indict. 12. anno Domini 1119.* (more Piſano) *eiuſdem Gelaſij pontificatus I. instrumentum integrum extat in archiuio Caſinenſi in regeſto Petri diac. eiuſque meminit idem Petrus lib. 4. chron. Caſin. cap. 62.*

Vixit deinceps Petrus noſter illuſtris Archiepiſcopus ad annum milleſimum vigeſimum ſupra centeſimum, ipſiuſque annum obitus notat fragmentum Piſani chronici: *Anno*, inquit, 1120. *Petrus venerabilis Piſanorum Archiepiſcopus obijt.* His concordat aliud breue chronicon: *Anno*, ait, 1120. *Petrus Archiepiſcopus Piſanorum obijt.*

42 ATHO Archidiaconus Placentinus electus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1120. obijt vt refert fragmentum Piſani chronici anno 1122. ita & chronicon breue: *Quo anno, annales Piſani, Ianuenſes irati de prædicta victoria, quam Piſani de ſe habuerunt, ad fauces Arni cum galeis xxij. venerunt. Et tunc Piſani apud maiorem Eccleſiam erant cum Papa Calliſto Secundo, qui conſecrabat quædam altaria, & ſic Deo volente accidit, quod Piſani illuc iuerunt, Ianuenſes fugauerunt, & galeas ſex ex ipſis ceperunt. Vnde & altarium conſecrationem, Ianuenſium proteruia exaltauit, & Piſanorum honorem.* De Athone autem reperi in quodam Anonymo manuſcripto de rebus Piſanis, illum creatum fuiſſe Cardinalem a Calliſto Secundo. Cæterum cum hoc gratis dici videatur, cum apud Pandulphum nulla eius rei memoria extet, qui alioquin illis ipſis temporibus vixit, ſcripſitque accurate de Cardinalibus, putaui relinquendum in medio. Sub hoc Archiepiſcopo Piſis iacta fundamenta ſunt domus miſericordiæ, duodecim opulentis, ac nobilibus ciuibus Piſanis, in illud pietatis opus concordiſſime conſpirantibus. Præclare ſane factum, è cuius redditibus, non modo egeſtate marcentibus ſubuenitur, ſed etiam die diuæ Mariæ in cælum Aſſumptæ ſacro 48. puellæ collocantur in matrimonio.

43 ROGERIVS Athoni ſucceſsit an. 1125. cum antea Volaterranus Epiſcopus fuiſſet. In aliquibus tabulis huius Eccleſiæ habetur, hunc Rogerium ſedem Piſanam obtinuiſſe anno 1125. defunctum verum an. 1130. Auctor noſtri fragmenti eius mortis annum hiſce verbis exponit. *Anno 1132. Rogerius ven. Piſanorum Archiepiſcopus, & Volaterranenſis Eccleſiæ Præſul obijt.* Iunior autem Ammiratus in catalogo Volaterranorum Epiſcoporum affert fragmentum anno 1129. xiij Kalendas Septembris, vbi Rogerius hic gemino, Volaterrani ſcilicet, & Piſani Archiepiſcopatus titulo condecoratur, inde mihi certa coniectura eſt, vtrique Eccleſiæ præfuiſſe ad mortem vſq; quod affirmat fragmentum noſtri chronici, vt diximus. Cæterum plurimum debet Piſana Eccleſia Rogerij diligentiæ, qui cum ſuſcepto Archiepiſcopatu prædeceſſoris inſcitia illius maieſtatem admodum defluxiſſe cerneret, doleretq; priſtini illius ſplendoris reſtituendi cupidus, amiſſam pridem inſtituendorum in Corſica inſula Epiſcoporum prærogatiuam reuocare, locique Præſules ad Metropolitæ obſequia adducere ſummis laboribus ſtuduit, atque ab Honorio Secundo Pontifice promeruit, vt conceſſa Daiberto prædeceſſori ab Vrbano dignitas reſtitui, ſuoque primæuo iuri aſſeri iuberetur. Ea vero cauſa extitit, ob quam Rogerij anteceſſor Atho, præclara illa decidi diuini tot locis iuris auctoritate exciderat, quod cum Ianuenſes Piſanorum gloriæ æmuli bellum atrox ijs mouiſſent, Calliſtoque Secundo Romano Pontifici reſcripſiſſent, numquam pacem conciliatum iri, ni Archiepiſcopum Piſanum Metropolitæ dignitate, Epiſcoporumque præficiendorum iure in Corſica cauiſſet, & ad primum ſtatum redigiſſet, in quo antequam Vrbanus Daibertum primum Piſanorum Archipræſulem ea dignitate decoraſſet, verſabatur. Calliſtus ergo cum accenſi belli flammas, ne latius graſſarentur extinguere cuperet, inuitis Piſanis Vrbani aliorumque prædeceſſorum ſuorum priuilegia reuocauit. Sublato è viuis Calliſto, ac Honorio Eccleſiæ clauum capeſſente, cum inter eos populos etiamnum flagrarent diſcordiæ, Rogerius magnis exaggeratus animis ad eum ſe contulit, Eccleſiæque ſuæ prolatis iuribus, quamque iniuſte dignitate prædeceſſoribus de Eccleſia, deq; Apoſtolica ſede benemeritis conceſſa nudata fuiſſet, Pontificem ad cogendam ſynodum pro communi pace adegit, in ea enim diſcuſſa cauſa, Rogerij Archiepiſcopi, Piſanorumque iuribus illuſtratis, iniuſtaque ijs a Calliſto, nulla ipſorum grauiore culpa, iniuria demonſtrata, conſentiente ſynodo, Archiepiſcopatus in priſtinam auctoritatem ab Vrbano datam vindicatus, ab Honorio in eo ſequenti diplomate, in quo facti ſeries expoſita eſt, confirmatus, quod ſane monumentum luce digniſſimum e Vaticani archiuij tabulario, in quo plurima alia pulcherrima Piſanæ Eccleſiæ monumenta recondita a nobis diligentius ſumma animi voluptate perlecta delibatum audioribus animis proponimus.

HONORIVS EPISCOPVS A
ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Rogerio Piſano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc in ſancta Matre Catholica, & vniuerſali Romana Eccleſia, quæ iuſtitiæ ſedes eſt, nos auctore omnium bonorum Deo cognoſcimus conſtitutos, vt ſuam Eccleſijs omnibus iuſtitiam conſeruemus, & ſi quid perperam geſtum eſſe nouerimus, rationis conſilio ad rectitudinis tramitem reducamus, quatenus & quæ corrigenda ſunt, ordine iudiciario corrigãtur, & quæ recte ſtatuta noſcuntur, in ſuo vigoris robore perſeuerent. Prædeceſſor equidem noſter ſanctæ memoriæ Vrbanus Papa iuſtitiæ, ac charitatis intuitu, B conſilio Epiſcoporum, & Cardinalium, & aliorum fidelium aſſenſu Piſanæ Eccleſiæ, & Daibberto, qui ei præſidebat, eiuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus Corſicanæ inſulę Epiſcopatus regendos, & diſponendos commiſit, atque ſubiecit. Eundemque Daibertum in Archiepiſcopum inſulæ Corſicanæ promouit, & Corſicanis Epiſcopis, vt ei tamquam Metropolitano ſuo obedirent, per obedientiam præcepit. In magna namque, & diuturna ſchiſmaticorum tempeſtate, quam Romana tunc temporis patiebatur Eccleſia, Piſanorũ Ciuitatem multis laboribus fecit obnoxiam. Corſicana vero tam prolixitate ſpaciorum, quam negligentia paſtorum, dominorum C inſolentia, & deſuetudine legatorum ſedis Apoſtolicæ a ſubiectione, & obedientia Romanæ Eccleſiæ deferbuerat, & diſſolutioni, ac diſſipationi dedita eccleſiaſtici ordinis pene deſeruerat diſciplinam. Proinde idem prædeceſſor noſter tot a Piſanis collatorum beneficiorum meritis digne reſpondit, & Corſicanæ Eccleſiæ, quæ Piſanis proprior eſt, debita charitate prouidit. Poſtmodum vero ſucceſſor eius Papa Gelaſius eiuſdem charitatis reſpectu idem iuris, & dignitatis, quod a domino Vrbano Papa Piſanæ Eccleſię collatum fuerat, auctoritate ſui priuilegij confirmauit. Quo de hac luce aſſumpto prędeceſſor noſter Papa Calliſtus eiuſdem rationis cõſideratione, quod ab anteceſſoribus eius Vrbano, & Gelaſio datum, & confirmatum Piſanæ Eccleſiæ fuerat, priuilegij ſui munimine roborauit: Ianuenſes autem bonori D Piſani populi inuidentes, & eorum incrementum æquo animo non ferentes, huius rei ſumpta occaſione guerram contra Piſanos mouerunt. Vnde cædes, incendia, & multæ Chriſtianorum captiuitates peccatis exigentibus contigerunt, & debacchandi in Chriſtianos Saracenis multa creuit audacia. Præterea Ianuenſes ad Vrbem venientes Romanum clerum, & populum ſolicitare attentius ſtuduerunt, ſuadentes eis magnum eſſe Romanæ Eccleſiæ detrimentum, niſi conceſſa dignitas Piſanæ auferretur Eccleſię. Aſſerebant enim Romanam Eccleſiam huius guerræ cauſam, & fomentum exiſtere, & ſi Corſicanorum Epiſcoporum conſecratio ad proprium dominium Romanæ reuocaretur Eccleſiæ, indubitanter inter ſe, & Piſanos pacem, & concordiam prouenire. His igitur cauſis dominus Papa Calliſtus pacis amator inductus, donationem illam Piſanæ Eccleſiæ a ſuis anteceſſoribus factam, & a ſeipſo firmatam pacis intuitu reuocauit, & ſcripti ſui pagina irritauit. Cæterum neque ſuis, neque noſtris temporibus inter Piſanos, & Ianuenſes eſt adhuc concordia conſecuta. Poſt commiſſum vero nobis a Deo Romanæ Eccleſiæ regimen, tu frater Rogeri Piſane Archiepiſcope, & conſules ad nos venientes, vt de conſecratione Corſicanorum Epiſcoporum, quæ Piſanæ Eccleſiæ a prædeceſſoribus noſtris Vrbano, Gelaſio, & alijs collata fuerat, & ſine præcedente ipſorum Piſanorum culpa, & abſque iudicio ablata iuſtitiam faceremus ſuppliciter rogauiſtis, præſentibus etiam Piſanis, Ianuenſes poſtea ad præſentiam venientes, vt eiſdem ſacræ oblatio a Papa Calliſto facta per nos firmaretur, nihilominus poſtularunt. Nos autem vtroſque ad pacem faciendam diligenter monuimus, ſed pacem ab eis prece, vel monitis impetrare nequiuimus. Ianuenſes enim, quid ad nos venerant, ſed ad hoc non eſſe a populo ſuo miſſos, neque eius mandata poſſe tranſgredi aſſerebant. Habito igitur fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium conſilio, quod vterque populus ad pacem cogi rationi deberet, conuenimus. Legatum ergo noſtrum comitem tũc diaconum Cardinalem cum ſcriptis noſtris Ianuam, & Piſas miſimus, præcipientes, vt in manu eius iuramento firmarent, & de ſacra Corſicæ, & guerra vſque ad tunc proximum ſancti Michaelis feſtum noſtris iuſsionibus obedire. Tranſacto itaque termino vtraq; pars ad noſtram venit præſentiam. Nos autem diligenti ſtudio ad pacem inter eos ſtatuendam, quamuis non profecerimus, laborauimus: demum cum ab eis quæreremus, vt iuramento firmarent, ſe noſtris obedire mandatis, Ianuenſes ſe id implere non poſſe dixerunt, eo quod ſui conſulatus terminus eſſet expletus. Tunc communis deliberatione conſilij Piſanorum ſuper hac cauſa iuramentum recepimus, & ne Ianuenſes aliquam rationabilem contra nos occaſionem prætenderent, ſecundum eis, & tertium per noſtros nuncios, & litteras terminum dedimus. Qui profecto neque venerunt, neque pro ſe excuſationem canonicam direxerunt. Cum ergo inter Romanam Eccleſiam, & Piſanam quæſtio remaneret, & Piſani ad requirendam Eccleſiæ ſuæ iuſtitiam non deſiſterent, fratres noſtros Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, qui cauſam, & modum rei geſtæ a prædeceſſore noſtro Calliſto plene pronouerant, conuocauimus, Quibus in ſacro Lateranenſi palatio in nomine Domini congregatis regeſta prædeceſſorum noſtrorum Vrbani, Gelaſij, & Calliſti tradidimus, & quid inde a nobis poſtquam Apoſtolicæ ſedis onus aſſumpſimus, factum fuerat, & quantum pro pace inter eos componenda laboraueramus, diligenter oſtendimus, rogantes in charitate qua venerant, vt iuxta quod eis ſancti Spiritus gratia reuelaret, nobis conſulerent. Poſtmodum vero adiurati in fide quam beato Petro, & Romanæ debebant Eccleſiæ, reſponderunt ſe nulla alia cauſa niſi diuina charitate ad id quod dabant conſilium fuiſſe aſtrictos, quod nimirum conſi-

lium

lium per ſcriptum proprijs roboratum manibus ediderunt. Cuius videlicet ſcripti verba hæc ſunt: Spiritus ſancti dictante gratia: Domnus Honorius ſacratiſſimæ, & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus, diuerſarumque prouinciarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac Abbatibus, quid de negotio Piſanæ Eccleſiæ iuſte, canoniceque faciendum foret, petijt conſilium. Quibus rationabiliter viſum eſt, quatenus & beatæ memoriæ Vrbani, Gelaſij, Calliſti priuilegia, & decreta inconcuſſa permaneant, & Piſanam Eccleſiam debere reſtitui Corſicanis Epiſcopatibus, abſque iudiciario proprio ordine ſpoliatam. Et ſcripto huic ſubſcripſere Archiepiſcopi Gualterius Rauennas, Romualdus Salernitanus, Otho Capuanus, Rofredus Beneuentanus, & Epiſcopi Guilelmus Vrbeuetanus, Guido Aretinus, Gregorius Taracinenſis, Pandulphus Tiſnenſis, Clariſſimus Aſiſienſis, Robertus Auerſanus, Richardus Caietanus, Tranſmundus Signinus, Ioannes Calenas, Gualfredus Senenſis, Gaufredus Sueſſanus, Ranulphus Caiertanus, Iacobus Fauentinus, Otho Sutrinus, Petrus Caſtellanæ Ciuitatis, Benedictus Nepeſinus, Ildiro Soanenſis, Gherardus Amelienſis, Benno Cæienas, & Petrus Tuſcanus, & Abbates ſancti Laurentij Auerſani, Matthæus, & Ioannes ſanctæ Sophiæ, atque Ioannes Camaldulenſis Prior, interfuere etiam alij Epiſcopi Benedictus Lucanus, & Andreas Lunenſis, Illandus Meſſanus, Petrus Cluſinus, & Otho Tudertinus: Abſentes quoque Oldegarius Tarraconæ Archiepiſcopus, Gualterius Magalonæ, & Gottefredus Florentinus Epiſcopi aſſenſũ, & conſilium ſuum per proprias literas præbuerunt. Præterea Collaterales fratres noſtri Epiſcopi, & Cardinales in vnum conuenientes in Domino, inter ſe conſulere cœperunt, & ab omnibus præter vnum diaconum iudicatum eſt, quod Papæ Vrbano, ex auctoritate Romanæ Eccleſiæ, etiam contra voluntatem Epiſcoporum ipſius inſulæ licitum fuerit Piſanum Epiſcopum prouiſorem, & Metropolitanum Corſicanæ Eccleſiæ conſtituere, ſucceſſoribus autem ipſius domino Gelaſio, & domino Calliſto ad ipſum itidem licuit ſuis priuilegijs confirmare. Et quia Piſanæ Eccleſiæ a tot Pontificibus Romanis collata confirmata dignitas ſine manifeſta culpa, & iudicio auferri non debuit, iterum iudicatum eſt eandem ei dignitatem debere reſtitui, & facta de donatione illius Romanorum Pontificum priuilegia inconcuſſa ſeruari, in hoc etiam honoratorum virorum Petri præfecti, conſulum, & aliorum Romanæ Vrbis ſapientum, atque nobilium conuenit aſſenſus. Nos ergo quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus collaudatum, a Cardinalibus iudicatum, & a baronibus approbatum fuerat, iuſtum eſſe noſcentes in conſpectu omnium, te chariſſime in Chriſto frater Rogeri Piſanæ Archiepiſcope de conſecratione Epiſcoporum Corſicanæ inſulæ per baculum inueſtiuimus. Nunc itaque ſecundum iudicium fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium, & ſecundum conſilium, & collaudationem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum, & nobilium Romanorum aſſenſum prædeceſſorum noſtrorũ Vrbani, Gelaſij, & Calliſti priuilegia Piſanæ Eccleſiæ facta, & inconuulſa permanere ſtatuimus, & præſentis priuilegij pagina conſecrationẽ Epiſcoporum Corſicæ tibi per te Piſanæ Eccleſiæ reſtituimus, quatenus ſecundum iam dictorum priuilegiorum tenorem, tanquam proprius eiuſdem inſulæ Metropolitanus Epiſcopatus, & Epiſcopos ipſius regendi, ordinandi, conſecrandi, atque ad ſynodum iam in Metropolitana Piſana Eccleſia, quam in ipſa inſula conuocandi ad honorem Dei, & eiuſdem Piſanæ Eccleſiæ habeas poteſtatem. Pallei vero vſum, qui prædeceſſoribus tuis pro ipſius inſulæ prælatione a noſtris anteceſſoribus eſt conceſſum. Nos tam tibi, quam tuis deceſſoribus confirmamus his videlicet diebus, qui ſupraſcripti ſunt, ideſt natiuitate Domini, Epiphania, hypopanton, Cœna Domini, Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, tribus ſolemnitatibus beatæ Genitricis, & Virginis Mariæ, natalitijs ſancti Ioãnis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum, commemoratione omnium Sanctorũ, conſecratione baſilicarum ſuffraganeorum Epiſcoporum, & clericorum, annuo natalitij ſui die in feſtiuitate ſancti Sixti, in inuentione, & exaltatione ſanctæ Crucis, in anniuerſario dedicationis Piſanæ Eccleſiæ, in feſtiuitate ſanctorum martyrum Stephani, & Laurentij, & Epheſi, cuius corpus in eadem Eccleſia requieſcit, & in ſolemnitate beatæ Agathæ virginis, & martyris; ſane per Piſanam parochiam, & inſulam Corſicanam crucem ante te, & tuos ſucceſſores deferri concedimus. Si igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularíſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, ſi non ſatisfactione cõgrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Creſcentius Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Guilelmus Praneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Epiſcopus Guido Tiburtinus ſubſcripſi.

Ego Bonifacius Cardinalis presbyter titulo ſancti Marci ſubſcripſi.

Ego Gregorius Cardinalis presb. ſanctorum Apoſtolorum ſubſcripſi.

Ego Benedictus presb. Cardinalis tit. Eudoxiæ ſubſcripſi.

Ego Conradus presb. Cardinalis tit. Paſtoris interfui, & ſubſcripſi.

Ego Deuſdedit presbyter Cardinalis tit. Damaſi ſubſcripſi.

Ego Saſſo presbyter Cardinalis tit. ſancti Stephani ſubſcripſi.

Ego

Ego Petrus presb. Card. tit. ſanctæ martyris Suſannæ ſubſcripſi.
Ego Ioannes presbyter Cardinalis tit. ſancti Chryſogoni ſubſcripſi.
Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. ſancti Calliſti ſubſcripſi.
Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. ſancti Marcelli ſubſcripſi.
Ego Sigito presb Card. tit. ſanctorum Marcellini, & Petri ſubſcripſi.
Ego Gregorius presbyter Card. titulo ſanctæ Sabinæ ſubſcripſi.
Ego Gerardus presb. Card. tit. SS. Aquilæ, & Priſcæ ſubſcripſi.
Ego Vberius presbyter Card. titulo ſancti Clementis ſubſcripſi.
Ego Gregorius ſancti Angeli diaconus Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Romanus diaconus Card. ſanctæ Mariæ in Porticu ſubſcripſi.
Ego Vgo diaconus Cardinalis ſancti Theodori ſubſcripſi.
Ego Stephanus diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.
Ego Ioannes diac. Cardinalis ſancti Nicolai ſubſcripſi.
Ego Angelus diaconus Card. ſanctæ Mariæ in Domnica ſubſcripſi.
Ego Hyacinthus prior ſubdiaconorum ſacræ baſilicæ ſubſcripſi.
Ego Hermannus ſacræ Baſilicæ ſubdiaconus ſubſcripſi.
Ego Nicolaus ſacræ baſilicæ ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Silvius prior ſubdiaconorum de Cruce ſubſcripſi.
Ego Petrus ſubdiaconus ſubſcripſi.
Ego Caleph ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Matthæus ſacræ baſilicæ ſubdiaconus ſubſcripſi.
Ego Ioannes qualiſcumque ſubdiaconus ſubſcripſi.
Ego Bobus ſubdiac. ſacri palatij ſubſcripſi.
Ego Gerardus ſubdiac ſubſcripſi.
Ego Stephanus ſacri palatij ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Bonifacius clericus ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Americi ſanctæ Rom. Eccl. diac. Card. & cancellarij 12. Kalen. auguſti indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno 1126. Pontificatus autem D. Honorij Papæ Secundi anno ſecundo.

Inter alia tabularij Piſani documenta, duo inſignia aſſeruantur, alterum collatæ a Rogerio Archiepiſcopo, Vgoni Archipresbytero, alijſque Eccleſiæ ſanctæ Mariæ cathedralis canonicis, conſentientibus Piſanis conſulibus, donationis oppidi, cui Papiana nomen eſt, cum omnibus ad illud ſpectantibus, alterum eodem anno, ac die decimaquinta Kalendas Iulij 1127. quo eorum vrbis conſulum auctoritate, archipresbyterum, ac canonicos ea lege aſtringit Rogerius, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus dicta loca reſtituant, cum ſeptuaginta libræ probatæ monetæ ipſis fuerint refuſæ. Inſigniunt egregie hæc monumenta ſcriptorum conſulum, teſtiumque nomina, ad quæ inſpicienda alicuius animum ducta auiditas ſtimula-

A te poſſit, atque adeo in hiſtoriam adducemus, quorum tenor eſt huiuſmodi.

In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei æterni.
Amen.

Ab Incarnatione eiuſdem milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, decimaquinta Kalendas Iulij, indictione quinta. Quia legibus Romanis conceſſum eſt Dei Eccleſiarum rectoribus res eccleſiaſticas ſuo arbitrio ſecundum, & prout ſibi melius videatur ordinare, diſponere, & locis religioſis, Deoque dicatis de rebus ſuæ Eccleſiæ largiri, & concedere. Ideo ego Rogerius ſummi & Saluatoris Dei gratia, ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus firmiter cognoſcẽs, & nullatenus dubitans canonicos ſanctæ Mariæ
B mea auctoritate, & conſilio vendidiſſe, & tradidiſſe campum, qui dicitur ſanctæ Viuianæ, & inexcuſabili, & neceſſaria cauſa maioris noſtræ Eccleſiæ, & pro pace, & quiete communis populi Piſani pro amore Dei, & beatæ Virg. Mariæ conſilio, & omnibus Piſanæ ciuitatis conſulum, & ſapientum tam iudicum, quam cauſidicorum, & totius populi Piſani conſilio etiam, & hortatu, ac prudentia clericorum, & fidelium omnium dono, concedo, & irreuocabiliter trado iure proprio vobis Vgoni archipresbytero, & Gratiano vicedomino, & Bernardo presbytero, cæteriſque canonicis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ad partem dictæ canonicæ, curtem de Papiana cum omni iure, & actione, & pertinentia ſua exceptis
C feudibus militaribus, quæ excipio, videlicet, vt ab hac hora in antea vos, veſtrique ſucceſſores habeatis, poſſideatis, & inconcuſſe teneatis prædictam curtem, & omnia ad eam pertinentia, vt ſine omnia in poteſtate veſtra, veſtrorumque ſucceſſorum faciendi exinde quicquid volueritis ad vtilitatem, & commodum, ſeu meliorationem ſanctæ canonicæ abſque vlla mea, meorumque ſucceſſorum, & cuiuſcumque magnæ, paruæque perſonæ contrarietate, vel moleſtia, & vt hæc noſtra donatio, ſeu conceſſio, atque traditio ſtabilis permaneat, & perſeueret in futurum, ſi ego, vel aliqui mei quocumque iure ſucceſſores, vllo vnquam tempore per vllam occaſionem, vel modum hanc noſtram donationem, & traditionem
D dirumpere quæſierit, vel vos prædictos canonicos, veſtroſque ſucceſſores inquietare, vel moleſtare præſumpſerit, ſpondeo, firmiterque promitto ego prænominatus Rogerius Archiepiſcopus, meoſque ſucceſſores compoſituros, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ad partem prædictæ canonicæ iſtam meam donationem, & traditionem in duplũ inſtaſcripto loco ſub æſtimatione, qualis tunc fuerit, & inſuper pœnam auri optimi libras centum, & in tali ordine hæc ſcribere rogaui Vgonem notarium Apoſtolicæ ſedis. Actum in curia Piſana in communi colloquio prope Eccleſiam ſancti Donati.

Ego Rogerius Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Ego Bentio ſacri Lateranenſis palatij iudex interfui, & ſubſcripſi.
Ego . . . iudex Henrici iv. Rom. Imp. Auguſti interfui, & hic ſubſcripſi.

Ego

Ego Bonus ſacri Lateranenſis palatij index interfui, & ſubſcripſi.
Ego Falco index ſacri palatij ſubſcripſi.
Ego Alberita index interfui, & ſubſcripſi.
Ego Albertus conſul interfui, & ſubſcripſi.
Ego Gerardus cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Rolandus cauſidicus ſubſcripſi.
Ego Rainerius cauſarum patronus ſubſcripſi.
Ego Manfredus cauſarum patronus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Marchio cauſarum patronus ſubſcripſi.
Ego Vgo cauſarum patronus interfui, & ſubſcripſi.
Præſentia teſtium Gualandi d. Gualandi.

Gerardi d. Vgonis vicecomitis
Henrici d. Guinitonis.
Henrici d. Rolandi.
Ildeprandi d. Albithonis.
Rainerij olim Rainerij de Iſcla. &
Sicherij vicecomitis olim Sicherij vicecomitis Piſanorum Conſulum.

Caletani filij Vgonis.
Dodoni d. Teperti.
Henrici d. Stephani.
Manfredi d. Falconis.
Lamberti Curini d. Boni.
Henrici d. Henrici.
Ildeprandi d. Vgonis.
Landulphi d. Moronis.
Vgonis Pipini rogatorum teſtium.
Ego Vgo notarius Apoſtolicæ ſedis poſt traditam compleui, & dedi.



44 VBERTVM Rebeum de Lanfranchis Piſanum presbyterũ Cardinalem tit. ſancti Clementis poſt Rogerium iſtius Eccleſiæ publicis tabulis adſcriptum Piſanum Archiepiſcopum anno 1132. ad eam dignitatem euolaſſe, eamque Eccleſiam ad annum 1138. quo è viuis diſceſſit, adminiſtraſſe aſſerunt. Diſſentiunt tamen auctores, quis Vbertum Cardinalatus purpura decorauerit: nonnulli contendunt a Calliſto Secundo ornatum, quod ſane conſiſtere poſſe non videtur, cum Honorij Secundi electioni Anaſtaſius presbyter Cardinalis eiuſdem tituli ſancti Clementis interfuiſſe reperiatur, qui diplomati ab eodem Honorio Eccleſiæ Rauennati anno 1125. con-

A cesso calculum ſuum, nomenque adiecit: Hic ille eſt Anaſtaſius, cuius Ciaccon. mentionem tot inſignem laudibus edidit, cuius etiam memoriam in noſtris ad eundem additionibus pagina 451. celebrauimus, cuique in verbis Gabrielis de Caſtellis Interamnenſis in errorem compacti ex Caſtellorum ſtirpe genus aſſiximus, verum ſine fundamẽto in eam opinionem adductos nos fuiſſe perſpeximus. Vbertum vero noſtrum ab Honorio ex canonico Piſano ſacra purpura donatum anno 1127. illique titulum ſancti Clementis attributum fuiſſe clarum eſt, cum per eos dies Anaſtaſius vitã cum morte iam commutaſſet. In Piſani capituli tabulario extat donatio ab Vberto Piſanæ Eccleſiæ canonico, & Romanæ Eccleſiæ presbytero Cardinale facta, quæ ob ſalutem ani-
B mæ ſuæ in canonicorum collegium partem oppidorum Camaiani, & Popagnæ, vna cum diſtrictu dicundi iuris in certis illius locis poteſtate liberaliter contulit anno 1127. cum adhuc ipſe Piſis verſaretur, donationis exemplar velut inſigne illius pietatis veſtigium, in luce collocare viſum eſt è tabulario Piſano erutum.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Anno ab Incarnatione eius M.C.XXVII. tertio nonas octobr. indict. quinta.

☞ Manifeſtus ſum ego Vbertus canonicus Eccleſiæ Archiepiſcopatus ſanctæ Mariæ Piſenſis, & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis presbyter. Quia per hanc chartulã pro remedio animæ meæ & parentum meorum, dono, & trado omnipotenti Deo, & iam dictæ canonicæ, meam partem
C integram de caſtello, & burgo, & podio, & curte, & diſtrictu de Camaiano, & omnia eius pertinentia, & de caſtello, & burgo, & podio, & curte, & diſtrictu de Popogna, & omnia eius pertinentia prædictam meam partem integram de omnibus, quę ſupra leguntur in integrum cum inferioribus, & ſuperioribus eius, ſeu confinibus, & ingreſſibus ſuis, & cum omni iure, & pertinentijs earum omnipotenti Deo, & iam dictæ canonicæ, vt dictum eſt, dono, & trado. Quam meam donationem, & traditionem, ſi ego qui ſuper Vbertus, vel meus hæres, ſiue cui nos dediſſemus, aut dederimus retollere, vel minuere quæſierimus per aliquod ingenium, & eam ad partem prædictæ canonicæ, ſuiſque rectoribus, ſiue cui
D ipſi dederint, vel habere decreuerint, ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſauerimus, ſpondeo ego qui ſuper Vbertus, vna cum eis hæredibus componere ad partem dictæ canonicæ, ſuiſque rectoribus, ſiue cui ipſi dederint, vel habere decreuerint iſtam meam donationem, & traditionem in duplum in ſtadicto loco, ſub ęſtimatione qualis tunc fuerit, & inſuper pœnam argenti optimi libras quinquaginta, & in tali ordine hæc ſcribere rogaui Vgonem notarium Apoſtolicæ ſedis.

Actum infra prædictam canonicam.
Ego Vbertus prædictæ eccleſiæ canonicus, & Rom. Eccleſiæ presb. Card. in hac chartula a me rogata ſubſcripſi.
Signa manuum Rinaldi Lanfranchi, & Guiſcardi olim Homodei, & Alberti olim Proſperi, & Gerardi filij

filij Guidonis de Camaiano, & Bolgarini filij Guidonis Bolgarelli, & Bollandi filij olim Ruſtici de Aghelta rogatorum teſtium.

Ego Vbo notarius Apoſtolicæ ſedis poſt traditam compleui, & dedi.

Ego Albertus not. Apoſtolicæ ſedis authenticum illud vidi, & legi, & exemplaui.

Ego Ildeprandus notarius Apoſtolicæ ſedis authenticum huius vidi, & legi, & ſuperſcripſi.

Ego Paganus not. Apoſtolicæ ſedis authenticum, huius vidi, & legi, & ſubſcripſi.

Ex hac donatione Vbertum non Piſanum modo, verum ex nobiliſsima proſapia natum ſumus aſſecuti. Illum Ciaccon. Vbertum Fractam de Lanfranchis vocat: Theulphus in ſuo monaſterij Maurianeenſis chronico, quod ab ann. 1108. auſpicatur vſque ad annum 1147. excurrit de Innocentij Secundi Papæ in Gallias profectione locutus recenſet, vt in ea religioſa domo duobus diebus ſubſtiterit, eiuſque Eccleſiæ altare Diuo Laurentio martyri anno 1130. Kalendas februarij conſecrarit, hunc appellat Vbertum Rubeum tit. ſancti Clementis Cardinalem. Hinc vero in eam facile opinionem adducor Vbertum è Rubeis Lanfranchis Piſanis genus ſuum traxiſſe, cuius certiſſima ad nos emanauit memoria, non modo ob Cardinalitiam dignitatem, ex qua veluti nobiliſſimo Eccleſiæ membro patriæ ſuæ Archiepiſcopatui ab Innocentio admotus eſt, verum etiam ob certiſſima ipſius temporis argumenta, quo è viuis ſublatus videtur. Idem enim Innocentius in diplomate, quod Vberto, eiuſque ſucceſſoribus conceſſit teſtatur, ipſum in Romanæ Eccleſiæ gremio educatum proprijs manibus ſacris Pontificalibus Piſanis præficiendum initiaſſe, aſcriptus eſt diplomati quartus dies martij anni ab incarnato Verbo 1137. qui in annum 1138. nati Chriſti incurrit, quo anno idem ipſe Innocentius, defuncto Vberto, Balduino ſucceſſori, primo die maij ſimile aliud priuilegium indulſit, è quibus colligitur Vbertum eodem menſe martio, vel aprili e viuis diſceſsiſſe; hæc vero illius diplomati, ex ipſo Vaticano exemplari exſcripti ſententia eſt.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Vberto Piſano Archiepiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Piſanorum Eccleſia ſpecialis ſanctæ Romanę Eccleſiæ filia a longiaretro temporibus ad ſeruiendum beato Petro, & Romanis Pontificibus prompta extitit, & deuota, quod & ipſum in perſona noſtra manifeſtis indicijs comprobauimus, & præ cæteris interceſſoribus noſtris ingruente neceſſitate Eccleſiæ deuotionem cleri, & populi Piſanæ ciuitatis certa rerum ſenſimus argumentis. Accedit ad hoc tua familiaritas, & dilect. venerabilis frater Vberte Archiepiſcope, quem ob ſpecialem prærogatiuam ad regimen Eccleſiæ beatæ Mariæ ſemper Virginis, cui Deo auctore præſides de gremio ſedis Apoſtolicæ, ex magna benignitate conceſsimus, & proprijs tamquam beati Petri manibus Archiepiſcopalis dignitatis inſula decorauimus. Pro quibus omni-

A bus eandem præfatæ Dei Genitricis domum ampliori gratia, & beneuolentia dignam fore cenſemus, & cum omnibus ad eam pertinentibus preſentis ſcripti pagina communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt decimæ Piſani Epiſcopatus, quæ ſibi competunt ſecundum ſanctorum canonum inſtituta, honeſtas quoque perſonas in Epiſcopali ſede, ac præfata Dei Genitricis Eccleſia iuxta ſanctiones canonum ordinare, & ibidem canonicos conſtituere, & quę ibidem fuerint corrigenda canonice corrigere, ſeu alias plebes, vel capellas tuas diſponere nihilominus habeas facultatem. Decernimus etiam, vt quaſcumque poſſeſsiones, quæcumque bona præfata B. Mariæ B Eccleſia in præſens iuſte, & canonice poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, videlicet caſtrum de Cucilla. caſtrum, & curte de Locenthana, caſtrum, & curte de ſancta Lucia, caſtrum, & curte de Monte caluo, tres partes caſtri, & pogij de Ripaſticana, nouem partes de quatuordecim partibus caſtelli, & curtia de Bellora, & Boccello, quintam partem caſtri de Se- C galare, duas partes caſtri, & curtis de Plumbino, placitum, & fodrum de Vada, placitum, & fodrũ de Zaſignana, caſtrum, & curtem de Gari, medietatem caſtri, & curtis de Ceule, medietatem caſtri, & curtis de Lucagnano, placitum, & fodrum de Buti, placitum, & fodrum de Vico, curtem de Flentina, placitum, & fodrum ſancti Ioannis de Vena, Santam nouum, & vetus, caſtrum Epiſcopale de Calche cum curte ſua, curte de Papiana cum ſuis pertinentijs, curtem de Auane cum moſlo, & bouarin, & alijs ſuis pertinentijs, tumulum ab arno vſque ad ſtagnum a terra filiorum Dodonis, & caſtagnolo vſque ad mare, & a ſolatio vſque ad mare, tertium in ſtagno poſitum, caſtrum, & curte de Liborna, caſtrum, & curte de Vriliano poſitum prope Cheſinam, medietatem caſtri, & curtis de Caſtirile, caſtrum, & curte de Riniacco, terram Vberingam. Præterea plebes præfatæ Dei Genitricis D Eccleſiæ pertinentes ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus, videlicet plebem de Calcinaria cum capella ſancti Angeli de Traualda, capella de Rupida cum capella de Planthule, & omnibus alijs capellis eidem plebi pertinentibus, plebem de Buti cum capella ſancti Marci de Submōte cum omnibus alijs ſuis capellis, plebem de vico Auſuriſſole cum omnibus alijs ſuis capellis, plebem ſancti Ioannis de Vena cum omnibus ſuis capellis, plebem de Caſcina cum omnibus ſuis capellis, plebem ſancti Caſsiani cum omnibus ſuis capellis, plebem ſanctæ Iuliæ cum omnibus ſuis capellis, plebem ſancti Laurentij de curte cum omnibus ſuis capellis, plebem de Calci cum omnibus ſuis capellis, plebem de Aſciano cum omnibus ſuis capellis, plebem de Maſſazuculi cum capella ſanctæ Agathæ, & Clatri, capella ſancti Proſperi de Bozzano, capella de Balbano

cum

A cum omnibus ſuis alijs capellis, plebem de Auone cum &c. plebem de Pugnano cum capella de Laiano cum &c. plebem de Ruiulo, plebem de Arena, Eccleſia ſancti Nicolai de Patino, plebem de Liuorna, plebem de Larzenta cum &c. plebem de Limone cum &c, plebem ſancti Laurentij de Patha cum &c. plebem ſancti Angeli cū &c. plebem de Pomaria, & Monte vaſo, & omnibus capellis ſuis, plebem de Roſignano cū &c. plebem de Vada cum &c. plebem de Ripabella cum Eccleſia ſanctæ Perpetuæ, & territorio Eccleſiæ ſancti Caſſiani de Molazzano, & omnibus alijs capellis eidem plebi pertinentibus. Vt autem ad complementum ſecuritatis, ſeu corroborationis horum omnium nihil vobis deſit, cunctaque in territorijs prædictarū plebium, ſeu etiam infra

B terminos plebium infra poſitarum, videlicet plebis de Tratana, plebis de Miliana, plebis de Tripallo, plebis de Gello in Colline, plebis de Bibone, plebis de Pararini iure proprietaris ad præfatam Piſanam Eccleſiam pertinent, Apoſtolica vobis auctoritate firmamus, ſaluo nimirum iure beati Petri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Nulli igitur omnino hominum fas ſit prædictā Piſanam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre. Si qua igitur &c. cuncta autem, &c. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Theodeuinus ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi.

C *Ego Gerardus presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.*

Ego Anſelmus presb. Card. tit. ſancti Laurentij ſubſcripſi.

Ego Gotifredus presb. Card. tit. S. . . . . ſubſcripſi.

Ego Lucas presb. Card. tit. SS. Ioannis, & Pauli ſubſcripſi.

Ego Iuo diac. Card. ſanctæ Mariæ in Aquiro ſubſcripſi.

Ego Gregorius diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.

Ego Guido diaconus Cardinalis ſancti Adriani ſubſcripſi.

D *Ego Vbaldus diac. Card. ſanctæ Mariæ in Via lata ſubſcripſi.*

Ego Chryſogonus diac. Card. ſanctæ Mariæ in Porticu ſubſcripſi.

Ego Bernardus presb. Card. tit. S. Chryſogoni ſubſcripſi.

Datum apud Campilium per manum Americi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diac. Card. 3. nonas martij, indict. 15. Incarnationis Dominicæ anno 1138. pontificatus vero D. Innoc. Papæ Secundi anno 9.

Porro nec ſilentio Vberti egregias virtutes obruere debuimus, maxima nominis exiſtimatione floruiſſe, quippe qui legati in Italia dignitatem, abſente Innocentio, geſſit, cuius partes conſtantiſsime defendit, atque dum ille Piſanam Eccleſiam adminiſtraret, idem Innocentius generale concilium Piſis coegit, quod non modo maximo Præſulum numero, verum etiam Diui Bernardi Claraeuallenſis Abbatis præſentia ornatum, cohoneſtatumque eſt. Lanfranchi Piſani Parmam geſtaruot ſupremam rubeam, infimam argenteam.



45 BALDVINVS Piſanus, monachus Ciſtercienſis, ac ſancti Bernardi nobilis alumnus, ab Innocentio Secundo creatus presbyter Cardinalis ann. 1130. ab eodem etiam electus eſt Archiepiſcopus Piſanus, Sardiniæ, ac inſulæ Corſicæ primas, eundem Archiepiſcopali pallio decorauit, ſubiecto diplomate fauorabili, quod procuſum, indultumque eſſe conſtat anno 1138. eo ſcilicet ipſo an. quo ad Archiepiſcopatum aſſumptus eſt. Diplomatis exemplar authenticum extat Romæ

C in archiuio caſtri ſancti Angeli huius tenoris.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerab fratri Balduino Archiepiſcopo Piſano, eiuſque ſucceſſoribus canonice promouendis in perpetuum.

☞ Tunc Apoſtolicæ ſedi, & Romanis Pontificibus honor integre conſeruatur, ſi vnicuique Eccleſiæ ſua dignitas cuſtodiatur. Romanæ ſiquidem Eccleſiæ conſueta benignitas, & diſcreta humilitas, quos deuotos, & manſuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus ſibi facit amplius obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua ſublimat. Æquum etenim, & rationabile eſt, vt quorum nos beneficia, & obſequia ſuſcepiſſe recolimus, eorum deuotioni non

D menſura pari, nec quantitate æquali, ſed ex abundantis gratiæ beneuolentia libenti animo reſpondere curemus. Quia igitur de diſcordia, & guerra, quæ inter Piſanam, & Ianuenſem ciuitates extitit, multæ hominum clades, & Chriſtianorum captiuitates innumeræ prouenerunt. Nos quorum præcipue intereſt ſingulorum ſaluti tam ſpiritualiter, quam temporaliter ſolicitudine prouidere pro bono pacis, & recompenſatione Epiſcopatuum, quos vtique a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ Piſanæ conceſſos in inſula Corſicæ a prædeceſſore tuo bonæ memoriæ fratre noſtro Archiepiſcopo accepimus in Gallurienſi iudicatu duos Epiſcopatus, Galtelinenſem videlicet, & Ciuitatenſem, & Populonienſem Epiſcopatum tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Eccleſiæ Piſanæ concedimus, & Metropolitano iure ſubijcimus, voſque Primatus ho-

A nore ſuper Turritanam prouinciam declarauimus: legationem quoque Sardiniæ a prædeceſſore noſtro Papa Vrbano prędeceſſoribus tuis conceſſam, tibi, tuiſque ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina roboramus, denique vt Piſana ciuitas, quæ cęleſti fauore de inimicis Chriſtiani nominis victoriã frequenter obtinuit, & eorum vrbes plurimas ſubiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nouo albo in proceſſionibus vtendi, & crucem, vexillum ſcilicet Dominicum per ſubiectas vobis prouincias portandi tibi, tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus, pallij quoque vſum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo ſecundum conſuetudinem Piſanæ Eccleſiæ perfruaris, & in conſecrationibus trium Epiſcoporum In Corſica, Alerienſis ſcilicet, Adiacenſis, & Sagontini, ac prædicto- B rum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si quæ igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam auſu temerario venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, niſi congrua emendatione correxerit, poteſtatis, honoriſue ſui dignitate careat, reamque ſe, &c. & a ſacratiſsimo, &c. cunctis autem eidem Eccl. &c. quatenus &c. & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, amen.

Ego Innocentius catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Deſiderius presbyter Card. tit S. Praxedis ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter Card. tit. ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi. C

Ego Gerardus presb. Card. tit. ſanct. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Littifredus presb. Card. tit. ſanctæ Veſtinæ ſubſcripſi.

Ego Anſelmus presb Card. tit. ſancti Laurentij in Lucina ſubſcripſi.

Ego Lucas presb. Card. tit. ſanctorum Ioannis, & Pauli ſubſcripſi.

Ego Stantius presbyter Cardinalis tit. ſanctæ Sauinæ ſubſcripſi.

Ego Martinus presb. Card. tit. ſancti Stephani in Cælio monte ſubſcripſi.

Ego Petrus Epiſcopus Papienſis ſubſcripſi.

Ego Oddo diac. Card. ſancti Georgij ad Velum aureum ſubſcripſi.

D *Ego Guido diaconus Card. tit. ſancti Adriani ſubſubſcripſi.*

Ego Boethius diac. Card. tit. ſanctorum Viti, & Modeſti ſubſcripſi.

Ego Chryſogonus diacon. Cardinalis tit. ſanctæ Mariæ in Porticu ſubſcripſi.

Ego Vbaldus diac. Card. ſanctæ Mariæ in Via lata ſubſcripſi.

Ego Vitantanus diac, Card. tit. ſancti Nicolai in carcere ſubſcripſi.

Ego Hyacinthus prior ſubdiaconorum ſacri palatij ſubſcripſi.

Ego Ioannes ſacri palatij ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego B.rc ſacri palatij ſubdiac. & prior Scolæ crucis ſubſcripſi.

Ego Ioannes Paparo Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Galganus ſacri palatij ſubdiaconus ſubſcripſi.

Ego Monachus ſacri palatij ſubdiac ſubſcripſi.

Ego Baldicio ſacri palatij ſubdiac. ſubſcripſi.

Ego Vulgarius ſacri palatij ſubdiac. ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diac. Card. & cancellarij Kal. maij, ind. 1. incarn. Domin. anno 1138. Pontificatus vero D. Innocentij Papæ II. anno nono.

Inter huius Eccleſiæ monumenta, quæ in Vaticano codice condita ſunt, inſigne eſt priuilegium a Corrado ſecundo Imperatore eodem anno 1138. Balduino Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus, S. Bernardi Claræuall. Adami Eberbacenſis Abbatum, ac Othonis Friſingenſis Epiſcopi precibus obtentum, trium ſanctiſſimorum illuſtrium virorum opera Balduinus a Corrado Eccleſiæ ſuæ iurium confirmationem Imperiali diplomate ſequenti elicuit, quorum in monaſtica diſciplina Bernardum magiſtrum, Adamum, Othonemque ſocios habuit. In diplomate vero Piſanæ Metropoleos limites, ac bona ſic inſpici poſſunt.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Conradus, diuina fauente clementia, Romanorum Rex ſecundus. Dilecto, & venerabili Balduino Piſanorum Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Si ſacroſanctis Dei Eccleſijs, & regni fidelibus, maxime Epiſcopis de facultatibus regni nobis a Deo collati aliqua liberalitate regia conferamus, non credimus regnum diminuere, ſed augere. Prædeceſſores enim noſtros bonæ memoriæ Reges, & Imperatores Eccleſias ex nouo fundaſſe, & fundatas ex bonis regni ditaſſe cognouimus. Eapropter omnibus noſtris fidelibus tam præſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, quod pietatis intuitu, & interuentu sereniſſimæ Gertrudis Auguſtæ conſortis regiæ celſitudinis, & gloriæ, interuentu etiam Chriſtianiſſimi germani noſtri Othonis reuerendi Friſingenſium Epiſcopi, necnon, & Abbatum videlicet Bernardi Claræuallenſis magnæ ſanctitatis viri, atque Adam Eberbacenſis, tibi Balduino venerabili Piſanorum Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum a regali largitione donauimus, atque conceſſimus, & inconuulſa permanere pragmatica ſanctione decreuimus, quæ proprijs nominibus ſubnotantur, ſcilicet curtem de Auane cum bouario, & morlo, & omnibus ſuis pertinentijs, terras in palude Piſana iuxta burras poſitas. Item, vnam petiam de terra pratum in præfata palude prope campum de Arſula poſitam, quæ cohæret ab vno capite terræ monaſterij ſancti Viti, ab altero capite fluuio Hauſeris, latus vnum extenditur in palude, alterum latus in ducaria, quæ dicitur Cula ſicut ipſa ducaria defluit verſus præfatum fluuium Hauſeris, curtem de Blentina cum omnibus terris, & rebus ad ipſam curtem pertinentibus, placitum, & fodrum de Buiti, placitum, & fodrum de vico Auſuriſſolæ, placitum, & fodrum ſancti Ioannis de Vena, placitum, & fodrum de Silua longa, Gonſum vetus, & nouum, placitum, & Al-

& Albegariam de Pugnana, & Valtriana, placitum, & ſodrum de Vada, & Raſignano, & omnes terras, & res in ſupradictis duabus curijs Marchiæ pertinentes, paludem totam de Mortarolo, & tertiam in ſtagno poſitam, feudum ſpectatorium, qui morantur in burgo ſancti Pauli in Chintica, preſas Caſſiaulenſium, & illorum de Ripule in campo Lepoiano poſitas. Prædictas igitur curtes cum omnibus ſuis pertinentijs, & omnibus terris, vineis, montibus, & planis, cultis, & incultis ſiluis, buſcarijs, ſtirpetis, pratis, paludibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcarijs factis, & faciendis, ſalinis, molendinis, in iam dictis curtibus, & prænominatis locis, & eorum finibus regio iuri pertinentibus tibi præſato Balduino venerabili Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus conceſſimus. Confirmamus etiam contractum habitum inter prædeceſſorem tuum Vbertum, & Abbatem de Morrona, ſcilicet de Morrona, & Viuario, & eorum pertinentijs. Præterea irritum decernimus feudū de Liuotns conceſſum irrationabiliter marchionibus, videlicet Guillelmo Francigenæ, eiuſque fratribus. Decernimus etiam, vt de his omnibus nulli perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſeculari feudi nomine, vel aliquo alio titulo liceat aliquid ab Eccleſia alienare, quod ſi factum fuerit, irritum habeatur. Præterea donamus, & concedimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum tributum, quod Ripaticum vocatur, & ab omni parte Piſanæ ciuitatis debetur, atque ſtatuimus, vt a quibuſcumque petitur, & exigitur a te, tuiſque ſucceſſoribus ad partem Piſanæ Eccleſiæ petatur, & exigatur. Si quis igitur Archiepiſc. Epiſc. dux, marchio, comes, vel aliqua alia eccleſiaſtica, ſecularisue perſona contra hanc noſtræ inſtitutionis, & donationis paginam aliquid præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfatæ Eccleſiæ componat. Vt autem hæc nunc, & in perpetuum rata, & inconuulſa permaneant, ſigilli noſtri impreſſione corroborari mandauimus. Teſtes quoque, qui præſentes aderant ſubnotari fecimus, quorum nomina hæc ſunt, Otho Friſigenſis Epiſcopus, Adam Eberbacenſis Abbas, Figilbertus Barbengecenſis electus, Gotheſcalcus de ſancta cruce, Maria Henricus marchionis Luipoldi filius, Henricus comes de Leches Ehemuude, Manegaldus de Vrede, Hialter de Louenhuſen, Gotheſridus Caſtellanus de Rumberch, Folquinus magiſter ſcholarum Friſigenſium, & alij quamplures, &c.

Sign. D. Conradi  *Reg. Romanor. II*

Ego Arnoldus cancellarius vice Alberti Maguntini archicancellarij recognoui.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octauo, indictione prima Regnante Conrado Romanorum Rege ſecundo, Anno vero regni eius ſecundo.

Data Nuremberch decimo quarto Kal. aug. in Chriſto feliciter. Amen.

A Ad octo annos Piſanæ præfuit Balduinus Eccleſiæ, deceſſitque anno 1145. die ſexta menſis octobris, relatuſque eſt in numerum beatorum. Huius meminit D. Bernardus in epiſtola 144. & 244. Alan. Altiſſiodorenſis in vita ſancti Bernardi, eundē prægrande Eccleſiæ lumen appellat. Extat eiuſdem menuo in Kalendario Ciſterc. Chryſoſtomus Henriquez in ſuo martyrologio Ciſtercien. eiuſdem meminit. Ex priſcis autem Petrus diaconus in chron. Caſſ. lib. 4. cap. 110. Balduinus Cardinalis, qui poſt Piſanus fuit Archiepiſcopus, & eodem lib. 119. narrat commoratum fuiſſe illum in monte Caſſino cum Lothario Imp.
B De eodem ſcribit doctiſsimus Angelus Manriquez nunc Epiſcopus Pacenſis in ſua laurea euangelica, & in primo tomo annalium Ciſtercien. ord. cap. 6. vbi Ciacconum, noſtraſque ad ipſum additiones corrigit, quibus Balduinum natione Gallū aſſeruimus cum eodem Ciacc. fuiſſe autem Piſanum patria probat tum ex verbis exordij Ciſtercienſis ordinis, tum ex Bernardi Bonevallenſis libro de vita S. Bernardi cap. 8. qui cum Bernardi filios recēſeret, eo ſuperſtite, præſidentes Eccleſijs per totum orbem, hoc ſpeciale in Balduinum agnouit, quod alijs in diuerſa loca translatis, & veluti in alieno foro lucentibus, ipſe ſolus natali ſibi vrbi præfectus eſt, quæ accepiſſet cum lucro redditurus: *In Tuſcia*, inquit, *Piſis natalis ſoli gloria, & magnum Eccleſiæ lumen Balduinus effulſit.*
C Onuphrius vero Panuinius, Frizon, alijque Balduinum Gallum fuiſſe teſtantur. Primus inter monachos Ciſtercienſes Cardinalis ab Innocentio creatur anno vt diximus 1130. in Claramonte Aruerniæ, vbi concilium celebrauit, quo primum venerat, poſtquam ad ſanctum Ægidium appuliſſet. Cæterum tametſi Balduinus memoretur in beatis, qui tamen neſcio quam occaſionem dedit teterrimi belli, quod inter Piſanos, Lucenſeſque exarſit, exordium Ciſtercienſe lib. 3. c. 24. narrat, iuſta Dei vindicta, detruſum fuiſſe illum in vltrices, ac purgatorias flammas. Eius libri narrationem hic exſcribendam curauimus, quod ſecuturis videretur poſſe exemplo eſſe, ne quis deinceps ſemel Deo dicatus ciuilibus ſeditionibus inuolueretur.

D ☞ Inter Cæleſtis gratiæ pinguedine propagines, quas vinea Domini Sabaoth, Eccleſia, ſcilicet Claræuallis emiſit, vt tranſplantarentur ſuper aquas multas, id eſt ſuper diuerſarum regionū populos Pontificali honore ſublimarentur, natalis ſoli ſpecialis gloria Balduinus mirabiliter emicuit. Qui doctrinam reuerendiſſimi patris Bernardi ſecutus ſpreuit vniuerſas mundi pompas, & voluptates, ipſique mundo moriens, in Claraualle viuere cœpit, & veras voluntariæ paupertatis diuitias, fallacibus auri diuitiarum irritamentis ſe prætuliſſe gloriabatur, dicens namque ab Apoſtolo ſtultus eſſe, vt ſapiens fieret, & diuitias quæ potius exhauriunt hominem, quam replent, execratus eſt, & illas, quæ immenſum pondus gloriæ operantur in ipſo, in æterna beatitudine toto mentis

A deſiderio complexus eſt. Cumque perfectiſſimorum monachorum imitator factus eſſet, didiciſſetque ab irriguo inferiori, in quo peccata planguntur, ad irriguum ſuperius, in quo ad cæleſtis patriæ felicitatē gemitibus inenarrabilibus ſuſpiratur aſcendere, dignus qui iam ſibi non ſolum viueret, ſed etiam multis alijs verbo, & exemplo prodeſſet in ſalutem vocante Deo, Piſanæ Eccleſiæ, quæ eſt Metropolis Tuſciæ, Archiepiſcopatum ſortitus eſt. Conſecutus vero amplę huius dignitatis eminentiam, tanta ſpiritualis ſapientiæ luce refulſit, tantaque auctoritate, ac ſpiritus libertate officium ſuum exercuit, & nihilominus manſuetudine, & humilitate verum ſe monachum in Pontificali culmine demonſtrauit, vt non ſolum Ciſtercienſis ordo, verum etiam vniuerſi fideles intra Italiam gratularentur vehementer, B gratias agentes Deo, qui ſplendidiſſimam hanc columnam, & fulcimentum inconcuſſum ſanctæ Eccleſiæ ſuæ temporibus ipſorum conceſſiſſet. Sed quoniam in rebus humanis nihil ex omni parte poſſe beatum eſſe plangimus, contigit inſtigante diabolo, vt propter ipſum inter Piſanos, & Lucenſes populos grauis, & periculoſa guerra oriretur, quæ etiam poſt obitum ipſius contentione partium inflammata, atque protelata per aliquot annos durauit, & vix tandem ad pacis, concordiæque vinculum reuocari potuit. Cuiuſmodi vero fuerit occaſio, & cauſa huius diſſenſionis ignoramus penitus. Hoc ſolum dicimus, damnoſam, & pœnalem tanti Pontificis animę guerram illam extitiſſe. Scilicet diuina reuelatione declaratū eſt. C Poſt dormitionem nempe huius beati Præſulis, aliquanto tēpore elapſo, fuit in inſula Sardiniæ ſacerdos quidam honeſtæ conuerſationis, qui etiam ibi præerat cuidam Eccleſiæ parochiali, erat autem eadem Eccleſia extra villam ædificata, atque ab omni hominum habitatione remota. Quadam itaque die cū miſſam celebraret, hora perceptionis, inuenit Hoſtiam ſacram ſuper corporale fractam, atque in duas partes a ſe ipſa diuiſam, quam antea confectauerat integram, & ſanam. Quod vbi conſpexit, turbatus, & anxius cum metu, & admiratione myſterium ipſum conſummauit. Expleto autem miniſterio, cæteriſque dimiſſis, ſolus ibi remanſit. Cumq; triſtis eſſet pro ſigno, quod acciderat, egreſſus foras venit, & ſterit ante orientalem plagam eiuſdem Eccleſiæ dorſo adhærens D parieti templi, & facie verſa ad orientem, qui dum ita poſitus, ibidem aliquandiu ſtaret, & de re, quæ ſibi euenerat timide, ac ſolicite cogitaret, ſubtremuit ſpiritu, & inhorruerūt ſubito pili carnis eius, tunc irruente in eum neſcio, qua virtute externa, ita defici, ſique arctari cœpit, vt nullo modo poſſet ſe inde mouere. Et ecce apertis oculis vidit innumeræ multitudinis turbas equeſtres, & pedeſtres coram ipſo citatis greſſibus tranſeuntes. Erant autem in eis homines promiſcui ſexus, diuerſæ ætatis, & conditionis, in quibus etiam multos deprehendebat, quos viuentes in carne antea cognouerat. Vnus ergo ex eis, ipſi presbytero quondam notus, & charus acceſſit ad eum, & fixo gradu cœpit familiariter cum eo loqui. Percunctante vero presbytero, quænam eſſet, aut quid ageret tanta infinitas turbarum, reſpondit: Animæ hominum ſunt carne ſolutæ, quæ omnes pro varietate culparum, varijs ſunt ſubditæ pœnis. Ita ſemper curſu reciproco longe, lateque vagantur hincinde in mundo, quædam autem ex eis citius, quædam tardius liberandæ ſunt, quædam vero pœnæ inſolubiles permanent. Dum hæc ille loqueretur, reſpiciens presbyter, vidit ſupradictū Epiſcopum demiſſo vultu coram ſe prætereuntē, tanquam diſtricti iudicis ſententiam patienter ferentem, & inimicæ poteſtati, quæ illi ad tempus inſultabat, cum prophana dicentem, ne læteris ſuper me inimica mea, quia cecidi, conſurgam, cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea erit. Viſo ergo eo ſacerdos, vehementer obſtupuit, & cum terrore magnæ admirationis exclamauit, dicens, vę mihi miſero peccatori, quid eſt hoc quod video? Nunquid iſte eſt dominus noſter Balduinus, Piſanus quondam Archiepiſcopus de monaſterio Ciſtæuallis aſſumptus? Reſpondit is, qui loquebatur ad eum: Ipſe eſt vere, & presbyter ait: Hiccine ergo tantæ profeſſionis monachus, & tantæ perfectionis Epiſcopus deputatus eſt pœnis, quem nos ſperabamus iam in cælo gaudere cum Angelis? Ille vero reſpondens ait: Pro certo ſcias, & nullatenus dubites, quia ipſe eſt vere ſanctus, celſique meriti Pontifex, & magna erit gloria eius coram Deo, ſed quoniam propter ipſum inter Piſanos, atque Lucenſes populos diuturna iam guerra verſatur, propterea differtur a requie, donec inter illos ad pacem diſcordia reuocetur. Poſt hæc apparuit eidem presbytero columna quædam ſubtilis immenſi, cuius claritas vltra continuam ſolis valentiam coruſcare videbatur de cælo ad terram vſque porrecta, per quam anima quodam angelico ductu ad ſydera contendebat. Sciſcitante vero presbytero quidnam hoc eſſet, reſpondit alter: Ipſa eſt anima Conſtantini quondam iudicis, & domini Turritani. Hæc autem per nouem annos ventis, & pluuijs, & algoribus ſemper expoſita, a die exitus ſui vſque nunc in ſtillicidiis domus ſuæ conſtitit, ibique ſuorum exceſſuum pœnas luit. Sed quoniam miſericors & liberalis in pauperes extitit, & iudicium iniuriam patientibus fecit, inſuper etiam de malis, quę commiſit confeſſus eſt, & pœnitens a corpore exiuit, idcirco miſericordiam a Domino conſecuta, hodierna die meretur a malis omnibus liberari, & bonis omnibus ſocianda, ad æternam beatitudinem introduci. Hæc, & multa alia ſacerdos ille vidit, & audiuit de ſecretis alterius vitæ, inter quæ etiam dictum eſt ei, quod eodem anno eſſet moriturus, id quod ſubſecuta mors eius verum fuiſſe comprobauit. Sic omnipotens Deus innoteſcere voluit dilecti ſibi Pontificis animam, quāuis iuſtam, quamuis ſanctam, quantulumque rubigine culpæ fuſcatam, non potuiſſe regnum puritatis intrare, nec fulgorem meridianæ lucis, in qua cæleſtis ſponſus cubat intueri, donec ipſius gratia expiata, & pace inter diſſidentes reformata, ab eodem ſponſo mereretur audire: Tota pulchra es amica mea, tota pulchra, & macula non eſt in te. Veni de Libano, veni coronaberis. Quod vero in diuiſione ſacræ hoſtiæ nobis

inſinuatum putamus, niſi hoc, quod tales reuelationes, non abſque nutu, & voluntate Redemptoris noſtri fiunt ad commonitionem, & correctionem mortalium, maxime cum a religioſis perſonis tale aliquid videri contigerit.

Hæc ille.

Inceptum eſt hoc bellnm inter Piſanoa, & Lucenſes anno Domini 1145. qui poſtremus fuit Balduini, de quo auctor annal. Piſanorum. *Anno* 1146. (more Piſano) *incepta eſt guerra inter Piſanos, & Lucenſes. Nam Piſani propter iniuriam de caſtello Aghinolfi eis a Lucanis illatam.* De legatione Balduini in Sardinia, deque Auorenſis iudicis excommunicatione, poſt eius mortem ſcribit Bernardus epiſtola 244. ad Eugenium Papam: *Quod ſanctæ memoriæ Balduinus Archiepiſcopus Piſanus fecit in Sardinia de excommunicatione Auorenſis iudicis, quia nonniſi iuſte hoc virum bonum feciſſe credimus, veſtra auctoritate ratum, & inconcuſſum manere rogamus. Porro Turritanus iudex, quia bonus dicitur eſſe princeps, ſit vobis commendatus, & a vobis manu teneatur.*



46 VILLANVS Villanius ciuis, atque Archiepiſcopus Piſanus Balduino ſucceſsit an. 1145. Huic Archiepiſcopo Eugenius Tertius ann. 1146. Kalendas iunij ad incarnatione, indict. octauæ. Datum Viterbij per manum Roberti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & cancellarij, omnia indulta, quæ olim Innocentius Secundus Balduino conceſſerat, iterata liberalitate confirmauit; eidemque Adrianus Quartus ea ipſa induſit anno 1157. xj. Kalendas iunij, indictione quinta. Datum Laterani per manum Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis, & cancellarij. Idem obtinuit ab Alexandro Tertio anno 1169. ſeptimo Kalendas februarij, indictione ſecunda. Datum Ianuæ per manum Hermanni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, & notarij. Quæ omnia priuilegia cum ijſdem verbis cum illo ſuperiore ab Innocentio, Balduino conceſſo reincidant, ſuperuacaneum duxi, ſi hic exſcriberentur. Superioribus vero Villani temporibus, qui ſumma apud Eugenium Tertium gratia, atque auctoritate floruit, Metropolitanæ Eccleſiæ canonici, ab Anaſtaſio Quarto anno 1153. non modo conceſſas a prædeceſſoribus prærogatiuas, verum maxime ampliſſimam donationem, qua Eugenius Villani precibus adductus eoſdem auxerat, Apoſtolica auctoritate ſequenti diplomate corroborati fuere.

ANASTASIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Leoni archipresbytero, cæteriſque Piſanæ Eccleſiæ B. Mariæ canonicis tam præſentibus, quam futuris canonice intrantibus in perpetuum.

Pia poſtulatio voluntatis effundam proſequen. compleri, quatenus, & deuotionis ſinceritas laudabiliter enireſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus libenter annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum ſel. mem. Calliſti, & Eugenij Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes Eccleſiam beatæ Genitricis Dei Mariæ, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentia ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum fraternitatis veſtræ ſuſtentationem iuſte, ac legitime poſſidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & per vos eidem Eccleſiæ illibata permaneant, in quibus hęc propria duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſanctæ Viuianæ in . . . . cum omni proprietate, canonicæ ſanctæ Mariæ cum adiacentibus, Eccleſiam ſanctæ Chriſtinæ in Chinſica, Eccleſiam ſancti Martini in Guaſolongo, Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Mezzana, Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Villatada, Eccleſiam baptiſmalem ſanctæ Mariæ in Arena cum ſuppoſitis capellis, & decimationibus, Eccleſiam de Vaticaria, Eccleſiam de Puſignano, Eccleſiam de Faſiano, Eccleſiam ſancti Bartholomæi de Zumulo, Rouam de Comitello cum pertinentijs ſuis. Quicquid & habetis in caſtello Iupalli, & eius pertinentijs, caſtellum de Scannello cum pertinentijs ſuis, & alijs caſtellis cum ſuis pertinentijs quemadmodum a recolendæ memoriæ Beatrice, & Matilda comitiſsis Eccleſiæ Piſanæ collata eſſe noſcuntur. Quicquid habetis in curte, quæ dicitur Pappiana, & quicquid habetis in curte de Populogna. Rubuni Piſanæ ciuitatis, centum ſolidos de ripa, qui dari propter cereum conſueuerunt. quicquid habetis in caſtello, & curte Caſtelli noui, & Caſtelli veteris de Camaiano, terram apud Carraiam Gunduli, quam vobis bonæ memoriæ Caietanus deuotionis intuitu contulit, in qua Eccleſiā in honorem beati Ioannis Euangeliſtæ aſſenſu veſtro ędificauit, terram, quam habetis in Petriano cum Eccleſia ſanctæ Margaritæ, & eius pertinentijs, cenſum qui vobis perſoluitur a ſontiarijs, qui ſtagno piſcant. In Sardinia monaſterium ſancti Michaelis de Plaiano cum Eccleſijs, curtibus, & alijs pertinentijs ſuis officium eccleſiaſticum, & beneficium populi Piſani in portu de Turribus.

Præterea veſtram matricem Eccleſiam plenæ dilectionis brachijs amplectentes antiquas eius, & rationabiles conſuetudines confirmamus vnctio-

nea

nes ſcilicet infirmorum, & decimas Piſ. parochiæ bladæ, & iuſsionis. Pecuniæ vero omniũ eres eo integro perſolutiones tam de ciuitate ipſa, quam de villis, burgis, & territorijs, quæ a maiori Eccleſia baptiſma ſuſcipiunt, & oblationes viuorum, & mortuorum, quæ ad maiorem Eccleſiam conferuntur, vt nullius vnquam vobis, veſtriſque ſucceſſoribus calliditate, aut violentia ſubtrahantur, ſed in communem vſumfructum integræ, ſtabiliſque permaneant, idipſum, & de oblationibus miſſæ Epiſcopalis, quæ præſentibus canonicis celebratur, ſtatuimus excepto auro, vel precio pro auro. Nec in maiori Eccleſia vllus introducatur, vel ordinetur canonicus, niſi communi canonicorum, vel maioris partis conſenſu ordinatum fuerit. Nulli omnino Epiſcopo liceat officio, ſeu beneficio, ſiue canonico priuare iudicio, nullus etiã Eccleſias, quæ in proprietate canonicæ maioris Eccleſiæ ſunt, & earum clericos prȩter communem canonicorum, vel maioris partis voluntates ordinare, vel inquietare præſumat, oliuas autem, & cereos nulla ciuitatis, & burgorum Eccleſia præter matricem Eccleſiam, & præter monaſteria, & in hos præter monachorum, & familiarium vſum benedicere præſumat, & præter vbi antiquiſsime conceſſum eſſe dignoſcitur. Baptiſma in maiori tamen celebretur Eccleſia ſicut antiquitus obſeruatum eſt, excepto timore mortis. In ſabbato ſancto nullus miſſam cantare, & campanas ſonare præſumat, donec apud maiorem pulſantur Eccleſiam, populares quoque proceſſiones niſi in maiori fiant Eccl. Præterea præſentis priuilegij auctoritate ſancimus, vt defunctorum canonicorum bona nunc, & in futurum a nemine auferantur, tumulum fratrum communiter viuentium quiete, & integre dimittant. Porro, qui ad maiorem ſoliti ſunt Eccl. ſepeliri, ſepulturas ſolitas non relinquant. Sed qui ad aliarum Eccleſiarum tranſeunt ſepulturas, ſiue in ciuitate, ſiue in burgis iudiciorum ſuorum, partem quartam Eccleſiæ matrici derelinquant. In omnibus autem Eccleſijs, in quibus mortuorum exequijs interestis miſſarum vobis celebrationes cum oblationibus ſuis concedimus, ſane piorum canonicorum electiones, & collationes monaſterialium, & capellanorum, qui videlicet populo diuina officia adminiſtrant Epiſcopi, & canonicorum conſenſu fiant. Præterea ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſtatuimus, vt diuiſio ſiluæ de tumulo, ſicut venerab. fratre noſtro Villano Piſano Archiepiſcopo, & mandato iam D. prædeceſſoris noſtri Papæ Eugenij facta, & nobis aſsignata eſſe dignoſcitur, futuris temporibus rata, & inconcuſſa permaneat, nec quiſquam vobis, vel ſucceſſoribus veſtris inuitis diuiſionem ipſam vnquam præſumat infringere, ſiue ratione qualibet perturbare. Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si quis igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularíſue perſona hanc noſtrȩ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo tertioue commonita, ſi congrua ſatisfactione ſe non emendauerit, poteſtatis ſuæ prioris dignitate careat, & præterea ream ſe diuini iudicij exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſsimo Corpore, & Sanguine Dei, & D. Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, ac in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem in eodem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Dom. noſtri Ieſu Chriſti, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmium æternæ pacis. Amen.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Imarus Inſulanus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Vgo Oſtienſis Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Gregorius presb. Cardinalis tit. ſancti Calliſti ſubſcripſi.
Ego Guidus presb. Cardinalis tit. ſancti Chryſogoni ſubſcripſi.
Ego Vbaldus presbyter Cardinalis tit. ſanctæ Praxedis ſubſcripſi.
Ego Iordanus presbyter Card. tit. ſanctæ Suſannæ ſubſcripſi.
Ego Octauianus presbyter Card. tit. ſanctæ Ceciliæ ſubſcripſi.
Ego Artaldus presbyter Card. tit. ſanctæ Priſcæ ſubſcripſi.
Ego Ioannes presbyter Cardinalis tit. Equitij ſubſcripſi.
Ego Otho diaconus Card. tit. S. Georgij ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Hyacinthus diac. Card. tit. ſanctorum Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Otho diac. Card. tit. ſancti Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. Card. & cancellarij, ſexto id. ſeptembris, indict. 1. Dominicæ incarn. anno milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio Pontif. vero Anaſtaſij Papæ iv. anno 1.

Ijſdem fere verbis Adrianus Quartus eidem Leoni Archipresbytero, cæteriſque ſanctæ Mariæ Piſanæ Eccleſiæ canonicis omnia iura, ac priuilegia confirmauit. Datum Beneuenti per manum Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis, & cancellarij, 5. idus iunij, indict. 4. incarnationis Dominicæ 1156. pontificatus ſecundo. Diplomatis originale aſſeruatur in tabulario Piſani capituli, vbi alia duo eiuſdem Pontificis monumenta eidem Leoni, alijſque canonicis demandata leguntur, quorum tenor eſt talis:

ADRIANVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs L. archipresb. & alijs canonicis Piſanæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi commiſſum nobis officium pro Eccleſiarum omnium ſtatu nos cogat attentius cogitare, pro illis tamen ſpecialiter nos inuigilare oportet, quæ beato Petro, ac nobis propenſius adhȩrere noſcuntur. Ideoque dilecti in Domino filij quoniam bona, & poſſeſsiones Eccleſiæ Piſanæ quidam parochianorum Piſani Archiepiſcopa-

tus

tus violenter detinent occupatas, & eas reddere contradicunt, ſi poſtquam ven. fr. noſt. V. Piſanus Archiepiſcopus a vobis tertio fuerit acquiſitus canonicam iuſtitiam de ipſis facere aliqua prauitate forte noluerit, tibi fili Archipresbyter, & alijs ſacerdotibus veſtris canonicam in eos ſententiam promulgandi licentiam damus, ſtatuentes, vt ſententia ipſa vſque ad condignam ſatisfactionem firmiter teneatur, nec ab aliquo præſumptione aliqua violetur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Kalendas februarij.

ADRIANVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs L. Archipresbytero, & cæteris Piſanis canonicis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Quos ampliori deuotione nobis aſcriptos eſſe cognoſcimus, & quos maiori dilectionis affectu diligimus, illos vtique pro veſtris negotijs confidentius excitamus, cum enim prædeceſſoribus noſtris Eccleſia Piſana deuota extiterit, & ipſis ſemper ſtuduerit humiliter obedire, nolumus quod noſtris temporibus erga nos, vel matrem noſtram diminutionem recipiat, cum parati ſimus Eccleſiam veſtram, & perſonas plena charitate diligere, & ipſius iuſtitiam integre vobis, atque inuiolabiliter conſeruare. Inde eſt quod dilectos filios R. capellanum noſtrum Eccleſiæ Piſanæ ſatis deuotum, atque quoſdam fratres Eccleſiæ ſancti Rufi, quos pro incidendis lapidibus, & columnellis ad partes veſtras dirigimus, cum quibus etiã dilectum filium P. ſcriptorem noſtrum vtiq; miſiſſemus niſi pro veſtro negotio remanſiſſet. Eos charitati veſtræ attentius commendamus rogantes quatenus ita eis, & nobis gratum ſuper hoc auxilium, & conſilium tribuatis tam in magiſtris, quam in alijs, vt ipſi opus, quod intendunt poſſint peragere, & nos fructuoſas vobis debeamus gratias exhibere. Ad opus ſiquidem dilectorum filiorum noſtrorum canonicorum Eccleſiæ ſancti Rufi clauſtrum fieri volumus, quod veſtro auxilio vellemus operis executionem perficere.

Datum Beneuenti 12. Kal. Maij.

Anno ſuperiori 1154. Raynaldus Antiochiæ Princeps, eiuſque vxor Conſtantia Boemundi iunioris filia, reipublicæ Piſanæ, Villano Archiepiſcopo, eiuſque principis templo nonnullas ædes Laodiceæ, & Antiochiæ ob eximiam Piſanorum de ipſis optime meritorum ſtudia cõceſſere: quippe ſæpius Piſani, eorumque Archipræſules ad infidelium Terræ ſanctæ elidendos impetus maximo ijs fuerant adiumento. Raynaldi porro principis documentum, ex eodem tabulario eruꝛum iacet in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Vniuerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filijs præſentibus, atque futuris notificari, & manifeſtari volumus, quod ego Raynaldus, Dei gratia Antiochenorum princeps, vnaque Conſtantia eorundem principiſſa Boemundi iunioris filia perenni iure donamus, & concedimus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & Archiepiſcopo Piſanæ ciuitatis Conſulibus, & Senatoribus, & communi populo

A tam in Piſana prouincia, quam in veſtra manenti, & legato Britate terram ad conſtituendam domum in portu ciuitatis Laodiceæ, quę terra extenditur ſubtus Eccleſiam ſancti Heliæ ante domum templi, & domum magiſtri Vgonis vſque ad mare, quod contra eſt, & extenditur per littus maris vſque ad quandam cauernam, & murum antiquum, & in ſuperiori parte vſque ad foſſatum. Sciendum eſt autem, ſi iudicio curiæ terram recuperare poſſent, quam in prædicto portu Vvillelmus Embriacus poſſidet in proprijs vſibus noſtris, redibit terra, quam ſuperius illis dedimus. Inſuper hæreditario iure illis donamus domum in ciuitate Antiochena, quæ fuit domus Odonæ de Tito, & dimittimus illis, & condonamus per

B totam terram noſtram a quibuſcumque partibus venerint medietatem totius iuris, quod per conſuetudinem intrando, vel exeundo, emendo, vel vendendo dare ſoliti ſunt, & illos, ſiue ſint in mari, ſiue in terra noſtra ab omni poſſe noſtro protegemus, & defendemus. Præterea ſi in terra noſtra naufragium paſſi fuerint, illos, & res eorum ſaluabimus, & protegemus. Et ſi quiſquam illorum in terra noſtra mortẽ paſſus fuerit, res eius parentibus ſuis ſeruari faciemus. Inſuper ſi inter ſe querelam habuerint, non in curia noſtra, ſed in ſua iuxta ſtatuta eorum tractabitur. Et ſi de noſtris hominibus, & ſuis querela fuerit, in curia noſtra audietur, vt autem hoc donum firmum, & inuiolabile permaneat, his literis annotari, teſtibuſ-

C que ſubſcribi, & principali impreſſione muniri fecimus.

Factum eſt hoc per manum Gaufridi cancellarij noſtri anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, indictione ſecunda. Huius rei ſunt in teſtes Garento de Soana, Galerius de Surdavalle, Gualfridus conſtabularius, D. Leonardus, Leo Maiopolis Dux, Marſaram de Margaht, Arnaldus de Gafardam, Robertus de Surdavalle, Vgo de Volera, Henraldus de Leuni, Petrus de Iuuenale.

Data eſt charta in palatio Antiocheno decima die menſis maij.

Obtinuit dono noſter Villanus anno Chriſti 1157. ab Almerico Aſcalonis comite, Balduini ſecundi Hieroſolymitani Regis fratre tum certa

D in Ioppenſi vrbe iura, tum porrectum late campum, vt in eo Piſani ciues domos, Eccleſiamque excitarent, ſi Leoni patriarchæ ita viſum eſſet, depromptum ex eodem tabulario monumentum dicta comprobat.

In nomine ſanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Almericus per Dei gratiam comes Aſcalonis per voluntatem, atque laudamẽtum Domini, atq; fratris mei Balduini Regis Hieruſalem dono, concedo, atque confirmo tibi domino Villano Piſarum venerabili Archiepiſcopo, vnaque conſulibus eorundem, communiterque omnibus Piſanis dimidium eius iuris, quod ad me pertinet, & cum intrauerint, & cum exierint, & cũ emerint, & cum vendiderint Piſani in Ioppe tam per terram, quam per mare, dono etiam Piſanis plateam vnam in Ioppe, vt in ea componant ſibi domos,

domos, & faciant ibidem forum ſibi. Concedo eiſdem locum vnum ad fabricandum ſibi in eo Eccleſiam, ſi tamen dominus, ac magiſter Chriſtianitatis patriarcha hoc ipſum conceſſerit. Vt igitur hoc meum donum, hæc mea conceſſio, ac confirmatio rata, firma, & illibata in perpetuum permaneant, & nullius fraudulentia, aut violentia circumueniri poſſint, vel turbari, chartam præſentem ſigillo meo corroboro, teſtibuſque ſubſcriptis communio.

Factum eſt autem hoc anno incarnationis Dominicæ 1157. indictione quinta. Huius quidem teſtes ſunt Ferr. Epiſcopus Acchon. de fratribus Templi Gofredus Fulcherij de fratribus Hoſpitalis, Vuillelmus. Geollcht. de hominibus vero meis Simon de Hoſdem, Raynaldus de Ioppe, Iocelinus de Samulach, Albertus, Vuillelmus de Tiro, Vuillelmus de Tiberiade, Guido de Mirabello, Bartholomæus Suaſſionen. Gerbertus, Lambertus, Gerardus de Ramnui, Lambertus de Ioppe, Vuillelmus Ruffus.

Datum in Aſcalone per manum Rodulphi cancellarij 4. non. iunij.

Vidi nuper inter Piſanæ Eccleſiæ tabulas, quibus Metropolitanæ Eccleſiæ canonici, ab Imperatoribus, ſummis Pontificibus, ac principibus ornati fuere, inſigne monumentum ets conceſſum anno 1160. a Gulephone Spoleti Duce, qui ſe Tuſciæ marchionem, principem Sardiniæ, ditioniſque Mathildæ comitiſſę dominum inſcribebat, ſic diploma.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Gulepho, Dei gratia, Dux Spoleti, marchio Tuſciæ, princeps Sardiniæ, & dominus domus Comitiſſæ Mathildæ. Ad hoc diuinæ diſpoſitionis prouidentia nobis diſpenſationem multarum temporalium rerum conceſſit, vt Eccleſiaſticis perſonis debeamus ferre ſubſidium, vt ex rebus tranſitorijs mereamur æterna. Proinde omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum nouerit induſtria, qualiter nos petitione canonicorum Piſanę Eccleſiæ pro remędio animæ noſtræ confirmamus eidem Eccleſiæ, & canonicis ipſius poſſeſſiones ab antiquis Imperatoribus, ſiue Regibus eiſdem datas, & conceſſas. Quapropter tradimus, & concedimus, & confirmamus in perpetuum canonicis ſanctę Piſanæ Eccleſiæ in proprietatem, & poſſeſſionem ſalutem tumulum Piſarum a faucibus veteris ſerchiuſque ad fauces Arni, & a foſſa Lucij, quæ eſt prope foſſam Corbellariam vſque ad mare, & tertias piſcariæ de ſtagno, & omnia alia quę iuſte, & legaliter poſſident. Item decimas, prædia, domos, & familias, & varingangas omneſque quę eorum prædijs adhærent, & omnino omnia, quæ iuſtis modis canonice, & legaliter acquiſiuerunt, & acquirere poterunt. Inſuper confirmamus, & largimur præfatis canonicis centum ſolidos de ripa, & rubum de tota ciuitate, vt nemo ſine eorum permiſſione præſumat appendere, vel librare, curtem quoque de Pappiana veſtra conceſſione, auctoritate, & banni noſtri confirmatione teneant & de cætero abſque alicuius contradictione libere diſponant, & proprietario iure quiete poſſideant, & ſi quid poſt hanc conceſſionem in eadem curte acquiſierint, quiete, & libere poſſideant. Ipſos etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iam dictos canonicos ſub noſtra tutela, & defenſione recipimus, ita videlicet, vt nulla perſona magna, vel parua, nullus dux, nullus marchio, nullus Archiepiſcopus, nullus denique vel officij, vel ordinis homo, audiat ipſos canonicos, vel eorum res, vel familias inquietare, moleſtare, vel aliquo modo fatigare, nec ad placitum, nec cauſam forenſem, niſi in curia noſtra inuitare, ſed ſecure, & abſque nulla perturbatione diuinis poſſint ſeruitijs vacare & pro nobis Dominum propenſius exorare: ſiquis autem, quod non credimus, temeraria præſumptione huius noſtri præcepti decretum infringere tentauerit, noſtræ conſtitutionis violator extiterit, ſciat ſe noſtram offenſionem incurſurum, & banni noſtri pœnam compoſiturum quinquaginta libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſis canonicis, qui pro tempore ibi fuerint. Quod vt verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, ſigillis noſtris iuſſimus inſigniri.

Acta ſunt autem hæc apud ſanctum Geneſium anno 1160. ab Incarn. D. N. ind. 8. regnante Federico Romanorum Imp. inuictiſs.

Ego Henricus ducis cancellarius recognoui, & ſubſcripſi.

Ego Albertus notarius D. Ducis ſcripſi, confirmaui, & dedi.

Anno 1161. Lambertus Graſſus, ac collegæ Piſani conſules pro ſua pietate, ac decorandæ, augendæque Eccleſiæ Metropolitanæ, cui S. Mariæ nomen eſt, ad perducendam molem, maieſtatemque eidem Eccleſiæ omnes Eccleſias, ac iura, quæ ab Imperatoribus, ob inſignem in bellis nauatam operam maiores acceperant, quibus Piſani Conſtantinopoli potiebantur, conceſſere, non modo vt Balduini Archiepiſcopi piæ recordationis merita decorarent, verumetiam vt Villano Archipræſulis morem gererent, qui ſummis ab ijs precibus illud contenderat, tantæ donationis monumentum è tabulario Piſano elicitum afferimus.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Amen.

Iuſtum eſt pijs petitionibus clementer annuere, & in Piſana maiori Eccleſia S. Mariæ conſtruenda vigilanter operam dare. Ideo nos Lambertus Graſſus de ſancto Caſsiano, Siſmundus Henrici, Coccus filius quond. Graſſi, Bulſus quond. Petri, Henricus Raynerij Frederici, Boccius, Raynerius de Parlaſcio, Lanfrancus Vgonis, & Vgo quond. Tedicionis conſules, Dei gratia, Piſanorum, conſilio maioris partis Senatorum huius Piſanæ vrbis tibi Benedicto dilecto fratri recipienti in vice Ioannis operarij operis Piſanæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ pro loco ipſius operis damus, & irreuocabiliter concedimus Eccleſias, videlicet embolum, & ſcalas, & ſtateram, quæ ſunt in Conſtantinopoli, & ſunt ab Imperatore operi ſanctæ Mariæ conceſſa; ita vt deinceps libere, & abſolute ſint in tua, tuorumque ſucceſſorum rectorum iſtius operis ſanctæ Mariæ poteſtate ad augendum, & meliorandum ad honorem, & vtilitatem præfati operis ſanctæ Mariæ. Et neque

que Archiepiſcopus, neque clerici, neque conſules Piſani, neque Miſſatici, neque vicecomes, neque embolanij, qui modo ſunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua perſona occaſione Piſanæ ciuitatis poteſtatem habeant aliquo modo de prædictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi; ſiquis vero contra hanc noſtræ inſtitutionis, ac largitionis paginam venire tentauerit, ſit compoſiturus publico noſtræ ciuitatis pœnam librarum centum optimi argenti. Et quia nos præmemorati conſules hæc omnia in perpetuum volumus obſeruari imitantes etiam voluntatem, & ſcriptum domini Balduini pię recordationis Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi, & domini Villani nūc venerabilis eiuſdem Eccleſiæ Præſulis. Ideo hanc noſtræ irreuocabilis donationis paginam ſigillo noſtro plumbeo ſanctæ Mariæ communis huius Piſanæ ciuitatis iuſſimus inſigniri; & hæc omnia ad perpetuam firmitatem, atque memoriam Vguiccionem domini Imperatoris Frederici iudicem ordinarium, & ſacri Lateranenſis palatij notarium ſcribere rogauimus.

Acta ſunt hæc in veteri capitulo Piſanæ canonicæ ſanctæ Mariæ præſentia, & teſtimonio Pellarij q. Gualandi, Ildeprandi Famillati filij Vgonis, Gerardi Vgonis de Fabro nunc Piſani camerarij, ac Boni filij q. . . Anno Dominicæ incarnationis 1161. quintodecimo Kalend. april. ind. 9.

Ego Vgo conſul ſubſcripſi.
Ego Lamberto conſul ſubſcripſi.
Ego Coccus conſul ſubſcripſi.
Ego Henricus conſul ſubſcripſi.
Ego Bolſus conſul ſubſcripſi.
Ego Siſmundus conſul ſubſcripſi.
Ego Lanfrancus conſul ſubſcripſi.
Ego Boccio conſul ſubſcripſi.
Ego Rainerio conſul ſubſcripſi.
Ego Vguccio D. Imp. Frederici iudex ordinarius, & ſacri Lateranenſis palatij notarius præcepto horum conſulum ſcripſi.

Originale aſſeruatur in archiuio operę primatialis Eccleſiæ Piſarum.

Conſulum ſubſcriptionibus eidem monumento adiecta ſunt duo ſigilla, in quorum primo ſedentis Deiparæ effigies adumbrata eſt adſcriptis hiſce verbis: *Mater Dei*, ac circumquaque hæc verba leguntur: *Sigillum ſanctæ Mariæ ciuitatis Piſanæ*, quod Metropolitanæ eſt Eccleſiæ, expreſſa eſt in altero aquila, in cuius extremo orbe viſuntur hæc verba: *Vrbis me dignum Piſanæ nomine ſignum*. Depicta in oppoſito huius donationis ſigillo aquila, vt moria ipſorum erat, ſat probat, ea fuiſſe illius reipublicæ vetera inſignia, quæ ſemper Imperatorum partes ſecuta eſt, ac licet Gelaſij Secundi temporibus ijs permutatis albam crucem in ærarubra, vt fortiſſimi Eccleſiæ pugiles, dum pro Terra ſancta reparanda bellum Saracenis innouaretur, præferrent, ijs tamen temporibus Frederici Ænobarbi Alexandri hoſtis partibus irretiti relicta cruce, vt placerent Imperatori, aquilam inſignibus appinxere. Nolui hoc in loco ſilentio obruere epiſtolæ fragmentum ab Alexandro III. huic Eccleſiæ ſingulari amoris vinculo deuincto hoc eodem anno 1161. ad Piſanos canonicos da-

A tæ, quæ cum antiquitate venerationem, dignitatemque apud curioſum lectorem ſibi conciliet, temporumque iniuria maiori ex parte exeſa ſit, ne penitus interiret, quod in manus noſtras, noſtri eruditi Pauli Tronci opera peruenire potuit, noſtris monumentis, æternitatique volumus conſecrare.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem,

Quam celebris, & quam famoſa ſit Eccleſia veſtra, & qualiter vſque ad hæc tempora inter Eccleſias Italiæ fulgeat nomine, nos cum multæ laudis præconio ad memoriam ſæpe reducimus, & vos ſemper ante oculos veſtros habere
B debetis, vt ad vlteriora iugiter videamur proficere, cum poſteriora fuerint laudabili memoria commendanda. Vnde autem tanta laus, & gloria Eccleſiæ veſtræ prouenerit, ſi velitis ſolicite cogitare, proculdubio poteritis inuenire, quod non tam ædificijs, vel fulgidis ornamentis, quam honeſtate, & prudentia perſonarum, quæ ibidem inſtitutæ fuerint tam celebre nomen, & tam famoſæ laudis gloriam acquiſiuit. Reſtat igitur prouidendum vobis, & cum omni ſolicitudine cogitandum, ne tantæ laudis gloriam a vobis, & veſtris prædeceſſoribus conquiſitam per improuidam diligentiam, quod auertat Dominus, amittatis, vel quomodolibet minuatis, ſed ſi eam non poteritis adaugere, in ſuo ſaltem ſtatu ipſam ſummopere conſeruare curetis; inde eſt, quod prudentiam
C veſtram monemus, mandamus, atque præcipimus, quatenus ſtudioſius attendentes quanta, & quam famoſis perſonis ſit veſtra Eccleſia iudicata in locis vacantibus eiuſdem Eccleſiæ eas perſonas ſubſtituere ſtudeatis, &c.

Villanum vero Archiepiſcopum optimum fuiſſe paſtorem, deque Romana Eccleſia benemeritum conſtat. Cum enim inter Alexandrum Tertium, ac pſeudopontificem Victorem ſchiſma ferueret, Villanus imperterrito animo vero Pontifici Alexandro adhæſit, atque ob id ab Ænobarbo declaratus perduellis in inſulam Gorgonam voluntario exilio ſeceſſit. Populus autem, clerusque Piſanus, qui Ænobarbo ſtudebat, ad eiuſdem votum, poſtulataque Benincaſam de Benincaſis
D canonicum ſanctæ Mariæ Maioris Piſanæ, in vacuam Villani ſedem intruſerant anno 1167. Victorque pſeudopapa in die S. Paſchatis inaugurauit, de qua re auctor noſtri Chronici.

Imperator, inquit, Fridericus Raynaldum cancellarium, & Colonienſem Archiepiſcopum Piſas miſit, qui exercitum facere ſtatuit in publico Piſanorum Parlamento in æſtate futura in Siciliam, Apuliam, Calabriā, & contra Romanos, & ſic in ipſo Parlamento iuratum eſt per quendam domini Imperatoris capellanum, & per conſules Piſanorum. Præterea ibidem prædicti conſules iurarunt Papam Paſchalem pro Catholico tenere, & eidem tamquam Catholico obedire, & clericis Piſanis iurare facere promiſerunt. Similiter & Archiepiſcopum Villanum, qui nullo modo ei obedire voluit, promiſerunt. Poſtea quidem 8. Kal. aprilis Piſani volentes

lentes obedire præceptis prædictorum Imperatoris, & Papæ Paſchalis, Benincaſam canonicum ſanctæ Mariæ Maioris Piſani in Archiepiſcopum elegerunt, cui ipſe Papa ſabbato ſancto ſacerdotium dedit, & die Lunæ Paſchæ honorifice cum ſuis Cardinalibus in Archiepiſcopum conſecrauit.

Ceterum cum deinde populus, clerusque Piſanus poſt Ænobarbi profectionem reſipuiſſet, proprio, veroque reuocato Paſtore, Benincaſam intruſum deturbarunt de ſede. Quibus acceptis Alexander Papa, qui ijs temporibus Beneuenti verſabatur, ſequentem epiſtolam ad Piſanos canonicos ſcripſit, ac ſuſceptis inſiſtere, Villanique ab ipſis reuocati partibus hærere hortatus eſt, atq; ob intruſum Benincaſam tandem eiectum ſummis laudibus extulit, quem quidem Pontifex ludens in illius nomine Malincaſæ dicterio aſperſit, in ſequentibus enim literis, quibus licet annus adſcriptus non ſit, digniſsimę tamen, quę poſteritati transfundantur viſæ ſunt, ac ex ſanctiori capituli tabulario decerptæ fuerunt.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Literas deuotionis veſtræ ſolita benignitate recepimus, & quod Catholicam vnitatem diligenter, propenſiuſque fouentes, ſchiſmaticæ prauitatis errorem viriliter impugnatis, & ad reuocationem ſchiſmaticorum toto ſtudio, & diligentia intenditis, fidei, & fortitudinis veſtrę conſtantiam digne prout conuenit commendamus, & vobis adepta opportunitate cupimus pro meritis reſpondere. Rogamus autem vniuerſitatem veſtram, atque monemus, quatenus ſicut bene cœpiſtis ad expulſionem Malincaſæ, & ad reuocationem venerab. fratris Archiepiſcopi veſtri modis omnibus laboretis, & totis viribus intendatis. De cætero illos nimirum ipſos in ſchiſmate iudicamus, qui iuramento, vel fide præſtita, oratione, cibo, vel oſculo, ſi hoc voluntarie fecerint, vel licet primum inuiti feciſſent, in conſuetudinem tamen poſtea deduxerint, ſchiſmaticis communicaſſe noſcuntur, quamuis eos, qui iuramentum, aut fidem præſtiterint, grauius alijs puniendos fore cēſeamus. Præterea cognito ex literis veſtris, quod præfatus Archiepiſcopus capellanum de Viſignano, qui nefarium illud iuramentum præſtiterat, abſolutum remiſerit, & vt A. Priorem ſancti Iacobi, & R. capellanum ſanctiſs. Saluatoris, qui cum prædicto R. ad execrationem eius iurauerūt patienter toleraretis mandauerit, ſatis doluimus, ac moleſte tulimus, ipſique mandauimus, vt niſi in præſentia veſtra, vel ſua cum veſtra tamen conſcientia, ſchiſma abiurauerint ſecundum formam, quam vobis præſcripſimus, & aliud iuramentum præſtiterint, quod noſtro, vel ſaltem ſuo debeant ſtare mandato, ipſos in priorem ſententiam reducere non poſtponat, ac vobis in his, & in alijs ſtudeat ſicut decet deferre, & congrue vniuerſitatem veſtram honoribus præuenire.

Dat. Beneuenti 6. Kal. ſept.

Ab eodem Alexandro datæ literæ Archipresbytero, ac canonicis hujuſce Metropolis videntur,

A

quibus ſummis præconijs conſtantiam, fidemque erga ſedem Apoſtolicam exornauit, qui dum ſchiſma arderet, ſtudium, operamque ſuam ad clerum, populumque ad Pontificias partes Alexandri reuocandos contulere, deturbatoque Malincaſa, rem magno ſuſceptam animo, maiori laude ad exitum perduxere. Exemplum vero epiſtolæ huiuſcemodi eſt.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs L. Archipresbytero, & vniuerſis canonicis Piſanæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Super illa ſolicitudine, & fidei conſtantia,

B

quam circa honorem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac noſtra, prouidentia veſtra habere dignoſcitur, & ſuper eo, quia illud, quod verbo ſecreto nobis obtuliſtis, euidenti operis executione adimplere hilariter voluiſtis, induſtriam veſtrā plurimum in Domino commendamus, & gratiarum exinde actiones vobis referimus, propoſitum, & voluntatem habentes perſonas, Eccleſiam, & ciuitatem veſtram pura mentis intentione diligere, & quantumcum Deo, & iuſtitia fieri poteſt in omnibus honorare. Cæterum licet ad exaltationem, & augmentum Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & noſtram adeo vos cognoſcamus

C

eſſe procliues, & in fidelitate noſtra feruentes, quod nullius vnquā perſuaſionibus ad hoc egeatis vllatenus incitari, quaſi deſuper abundanti diſcretionem veſtram rogamus, monemus, & in domino Ieſu, cuius cauſa eſt, obſecramus, quatenus ſicut hactenus bene, & laudabiliter feciſtis eodem ſpiritu, & non minori ſtudio pro exaltatione, & libertate Eccleſiæ totis viribus laboretis, verbum autem illud ſecretum conſilio, iuuante Deo, in melius commutato in præſentiarum duximus differendum, & vos in eo ad præſens noluimus aggrauari. Ad hæc deuotionem veſtram rogamus attentius, quatenus pecuniam vobis ſub conuenientibus vſuris, ſi aliter fieri nequit a ciuibus veſtris mutuo inuenire, & acquirere ſtudeatis, & dilecto filio noſtro Boſoni ſanctorum Coſmæ, & Damiani diacono Cardinali illam aſſignetis, vt

D

Manc. Lucano ciui credita pecunia ſine contradictione, & dilatione aliqua integre perſoluatur. Quod enim nobis mutuo acquiretis, nos, vel ſucceſſores noſtri auctore Deo integre perſoluemus.

Dat. Ferentini 12. Kal. octob.

Ex alijs multis epiſtolis ab Alexandro ad Piſanos canonicos exaratis colligitur, Piſanam Eccleſiam varias in partes diſtractam, diſciſſamq; fuiſſe, plures tamen Villano Archiepiſcopo Pontificiarum Alexandri partium ſtudioſo adhæſiſſe, inſigni argumento ſunt epiſtolæ Piſanis canonicis datæ, in quibus B. . . . Canonici, aliique presbyteri pertinaciam, ſceluſque percellit, dirisque defigit: cum enim reliqua capituli pars in officio conſtanti fide perſtaret, ad ſchiſmatici Victoris partes transuolarant, easque ſumma audacia tueri, augereq; moliebantur, vt ab eius conſuetudine ſeſe ſubducant, grauiſſimis hiſce literis Alexander imperat, quas ex eodem tabulario delibata in lucem collocamus.

ALE-

ALEXANDER EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs canonicis Piſanis in vnitate Eccleſiæ conſiſtentibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Iniqua & deteſtanda opera, & manifeſta conuerſatio indicat, qualiter B. quondam canonicus veſter ad vomitum tamquam canis reuerſus, nos, & Eccleſiam ſecundum facultatem, & modicas vires ſuas perſequi, & modis omnibus moleſtare ſategerit, & partem ſchiſmatis defendere non ceſſauerit, & fouere. Quapropter per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus cũ eo nullam participationem habeatis, ipſumque tamquam ſchiſmaticum, & membrum putridum, & a corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſequeſtratum modis omnibus euitetis, & alios canonicos fratres veſtros, vniuerſoſque viros Catholicos ciuitatis veſtræ id ipſum facere commoneatis, & auctoritate noſtra mandetis. Sed ne illum, vel aliquem ad ſinum Eccleſiæ redire volentem videamur abijcere, vel in deſperationis laqueum præcipitare, ſi errorem ſuum corrigere voluerit, & nos publice abiurato ſchiſmate in patrem ſuum & Romanum Pontificem profiteri, & quod noſtro debeat ſtare mandato iurare, ex quo id fecerit, eum poteritis in fratrem veſtrum poſtpoſita ambiguitate recipere, & cum ipſo participationem habere, ſiquis vero veſtrum cum eo participare, vel in tanta malitia ſibi præſumpſerit conſenſum, vel fauorem præbere, timendum ſibi erit, ne illius dam[n]ationis particeps fiat, & ſecum eadem pœna plectatur.

Dat. Laterani id. maij.

ALEXANDER EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei,

Dilectis filijs Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex literis dilectorum filiorum noſtrorum Abbatis ſancti Michaelis, & Hen. . . . monachi Camaldulen. accepimus, quod cum V. & M. presbyteri minis, & perſuaſionibus iniquis compulſi Malincaſæ intruſo reuerentiam, & obedientiam impendiſſent, poſtea pœnitentia ducti, & reatum ſuum humiliter recognoſcentes in præſentia eiuſdem Abbatis ſpontanea, & libera voluntate iurarunt, quod noſtris obedirent mandatis. Vnde nos eos ad noſtram præſentiam laborantes a ſententia fecimus, qua tenebantur abſolui, & ſibi pœnitentiam condignam imponi. Ipſos itaque ad vos abſolutos remittimus diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſi abſque interpoſitione fidei, & iuramenti Malincaſæ reuerentiam, & obedientiam prout aſſerunt impenderunt, ipſos vſque ad proximum feſtum natalis Domini a miſſarum celebratione abſtinere faciatis, alioquin per annum abſtineant. Verum ſi facultates Eccleſiarum ſuarum non ſuſtinent, vt per alios ſacerdotes eis valeant deſeruire, vos pœnitentiæ illis impoſitæ, prout vobis viſum fuerit ſuperaddentes ipſis officium ſuum reſtituatis, & quia eis hoc ipſum fuit ad pœnam vſque ad nos laborare prædictum Abbatem ex parte noſtra, & veſtra diligenter commoneatis, vt ipſos in plenitudinem beneficij ſui recipiat, & benigne, & manſuete pertractet. De cætero ad diſcretionis veſtræ notitiam volumus peruenire, quod Villanus preſbyter ſancti Iacobi cum ad nos veniſſet, iurare noluit noſtro ſtare mandato, vnde in ea veſte, in qua venit ad propria remeauit. Idcirco prudentiæ veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem V. tanquam contumacem, ſuperbum, & rebellem publice excommunicatum denuncietis, donec cum literis veſtris ad noſtram præſentiam ſatiſfacturus accedat.

Dat. Beneuenti 2. id. iun.

Villanus equidem Archiepiſcopus, Metropoleoſque canonici maiori ex parte magnis animis Alexandro ſtuduere, eos enim facile neceſſitudo olim cum Alexandro, dum illius Eccleſiæ canonicus eſſet, contracta permouerat, ex eoque gradu ille Eugenij Tertij beneficio ad Cardinalitiam dignitatem, ac demum ad ſummum Pontificatum euolarat, atque adeo eam Eccleſiam ſingulari beneuolentia proſecutus, cum ſeſe offerebat occaſio, clientelam illi ſuam, canonicisque impertijt, teſtis hæc epiſtola ad clerum, populumque Piſanum ſcripta, qua eos ad colenda illorum priuilegia, ſoluendaſque decimas ſollicitauit.

ALEXANDER EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs vniuerſo clero Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dignum eſt, & conſonum rationi mundi omnibus, vt filij matrem ſuam filiali ſemper reuerentia, & deuotione reſpiciant, & pro eius incremento ſoliciti, & feruentes exiſtant, vt tanto eam ſibi vberiori affectione aſtringant, quanto circa ipſam ſinceriorem animum gerere, & conſtantiorem fidem probati fuerint exhibere. Inde eſt quod vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, & mandando præcipimus, quatenus populum vobis commiſſum, cum omni inſtantia monetis, & eis firmiter, & diſtricte præcipiatis, vt dilectis filijs veſtris Archipreſbytero, & canonicis Piſanæ Eccleſiæ decimas ſecundum quod in eorum priuilegijs continetur, ſine moleſtia, & difficultate perſoluant, alioquin timere poterunt, ne ſi decimas denegauerint, ad decimam redigantur, & propter hoc indignationem incurrant diuinam.

Dat. Anagniæ 8. id augusti.

Verum in eodem ſanctiore tabulario aliæ Alexandri literæ ad eoſdem Piſanos canonicos datæ reperiuntur, quæ inſignem illum amorem quo eoſdem complectebatur, illuſtrant, veluti cum ſingularem animi voluptatem, qua eſſet perfuſus, admiſſo in canonicum ab ipſis capellano ſuo, ac notario a ſe commendato ſignificauit, atque in iiſdem literis controuerſiam, quæ ipſos inter, atque Abbatem ſancti Sauini de cadauere Tancredi comitis ſepulturæ tradendo verſabatur, ad Villanum Archiepiſcopum retulit.

ALEXANDER EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs V. Archipresb. & Can. Piſanis, ſalut. &c.

Deuotionis veſtræ literis conſueta benignitate, & animi alacritate receptis, quod dile-

lentes obedire præceptis prædictorum Imperatoris, & Papa Paſchalis, Benincaſam canonicum ſanctæ Mariæ Maioris Piſani in Archiepiſcopum elegerunt, cui ipſe Papa ſabbato ſancto ſacerdotium dedit, & die Lunæ Paſchæ honorifice cum ſuis Cardinalibus in Archiepiſcopum conſecrauit,

Cęterum cum deinde populus, clerusſque Piſanus poſt Ænobarbi profectionem reſipuiſſet, proprio, veroque reuocato Paſtore, Benincaſam intruſum deturbarunt de ſede. Quibus acceptis Alexander Papa, qui ijs temporibus Beneuenti verſabatur, ſequentem epiſtolam ad Piſanos canonicos ſcripſit, ac ſuſceptis inſiſtere, Villanique ab ipſis reuocati partibus hærere hortatus eſt, atq; ob intruſum Benincaſam tandem eiectum ſummis laudibus extulit, quem quidem Pontifex ludens in illius nomine Malecaſæ dicterio aſperſit, in ſequentibus enim literis, quibus licet annus adſcriptus non ſit, digniſſimę tamen, quę poſteritati tranſfundantur viſæ ſunt, ac ex ſanctiori capituli tabulario decerptæ fuerunt.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Literas deuotionis veſtræ ſolita benignitate recepimus, & quod Catholicam vnitatem diligenter, propenſiuſque fouentes, ſchiſmaticæ prauitatis errorem viriliter impugnatis, & ad reuocationem ſchiſmaticorum toto ſtudio, & diligentia intenditis, fidei, & fortitudinis veſtrę conſtantiam digne prout conuenit commendamus, & vobis adepta opportunitate cupimus pro meritis reſpondere. Rogamus autem vniuerſitatem veſtram, atque monemus, quatenus ſicut bene cœpiſtis ad expulſionem Malecaſæ, & ad reuocationem venerab. fratris Archiepiſcopi veſtri modis omnibus laboretis, & totis niſibus intendatis. De cætero illos nimirum lapſos in ſchiſmate iudicamus, qui iuramento, vel fide præſtita, oratione, cibo, vel oſculo, ſi hoc voluntarie fecerint, vel licet primum inuiti feciſſent, in conſuetudinem tamen poſtea deduxerint, ſchiſmaticis communicaſſe noſcuntur, quamuis eos, qui iuramentum, aut fidem præſtiterint, grauius alijs puniendos fore cenſeamus. Præterea cognito ex literis veſtris, quod prælatus Archiepiſcopus capellanum de Viſignano, qui nefarium illud iuramentum præſtiterat, abſolutum remiſerit, & vt A. Priorem ſancti Iacobi, & R. capellanum ſanctiſs. Saluatoris, qui cum prædicto R. ad execrationem eius iurauerũt patienter toleraretis mandauerit, ſatis doluimus, ac moleſte tulimus, ipſique mandauimus, vt niſi in præſentia veſtra, vel ſua cum veſtra tamen conſcientia, ſchiſma abiurauerint ſecundum formam, quam vobis præſcripſimus, & aliud iuramentum præſtiterint, quod noſtro, vel ſaltem ſuo debeant ſtare mandato, ipſos in priorem ſententiam reducere non poſtponat, ac vobis in his, & in alijs ſtudeat ſicut decet deferre, & congrue vniuerſitatem veſtram honoribus præuenire.

Dat. Beneuenti 6. Kal. ſept.

Ab eodem Alexandro datæ literæ Archipreſbytero, ac canonicis hujuſce Metropolis videntur, quibus ſummis præconijs conſtantiam, fidemque erga ſedem Apoſtolicam exornauit, qui dum ſchiſma arderet, ſtudium, operamque ſuam ad clerum, populumque ad Pontificias partes Alexandri reuocandos contulere, deturbatoque Malecaſa, rem magno ſuſceptam animo, maiori laude ad exitum perduxere. Exemplum vero epiſtolæ hujuſcemodi eſt.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs L. Archipreſbytero, & vniuerſis canonicis Piſanæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Super illa ſolicitudine, & fidei conſtantia, quam circa honorem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac noſtra, prouidentia veſtra habere dignoſcitur, & ſuper eo, quia illud, quod verbo ſecreto nobis obtuliſtis, euidenti operis executione adimplere hilariter voluiſtis, induſtriam veſtrã plurimum in Domino commendamus, & gratiarum exinde actiones vobis referimus, propoſitum, & voluntatem habentes perſonas, Eccleſiam, & ciuitatem veſtram pura mentis intentione diligere, & quantumcum Deo, & iuſtitia fieri poteſt in omnibus honorare. Cæterum licet ad exaltationem, & augmentum Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & noſtram adeo vos cognoſcamus eſſe procliues, & in fidelitate noſtra ſeruentes, quod nullius vnquã perſuaſionibus ad hoc ergatis vllatenus incitari, quaſi deſuper abundanti dilectionem veſtram rogamus, monemus, & in domino Ieſu, cuius cauſa eſt, obſecramus, quatenus ſicut hactenus bene, & laudabiliter feciſtis eodem ſpiritu, & non minori ſtudio pro exaltatione, & libertate Eccleſiæ totis viribus laboretis, verbum autem illud ſecretum conſilio, iuuante Deo, in melius commutato in præſentiarum duximus differendum, & vos in eo ad præſens noluimus aggrauari. Ad hæc deuotionem veſtram rogamus attentius, quatenus pecuniam vobis ſub conuenientibus vſuris, ſi aliter fieri nequit a ciuibus veſtris mutuo inuenire, & acquirere ſtudeatis, & dilecto filio noſtro Boſoni ſanctorum Coſmæ, & Damiani diacono Cardinali illam aſſignetis, vt Manc. Lucano ciui credita pecunia ſine contradictione, & dilatione aliqua integre perſoluatur. Quod enim nobis mutuo acquiretis, nos, vel ſucceſſores noſtri auctore Deo integre perſoluemus.

Dat. Ferentini 12. Kal. octob.

Ex alijs multis epiſtolis ab Alexandro ad Piſanos canonicos exaratis colligitur, Piſanam Eccleſiam varias in partes diſtractam, diſciſſamq; fuiſſe, plures tamen Villano Archiepiſcopo Pontificiarum Alexandri partium ſtudioſo adhæſiſſe, inſigni argumento ſunt epiſtolæ Piſanis canonicis datæ, in quibus B. . . . Canonici, aliique presbyteri pertinaciam, ſceluſque percellat, diriſque deſigit cum enim reliqua capituli pars in officio conſtanti fide perſtaret, ad ſchiſmatici Victoris partes tranſuolarant, eaſque ſumma audacia tueri, augereq; moliebantur, vt ab eius conſuetudine ſeſe ſubducant, grauiſſimis hiſce literis Alexander impetat, quas ex eodem tabulario delibata in lucem collocamus.

ALE-

A

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs canonicis Piſanis in vnitate Eccleſiæ conſiſtentibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Iniqua & deteſtanda opera, & manifeſta conuerſatio indicat, qualiter B. quondam canonicus veſter ad vomitum tamquam canis reuerſus, nos, & Eccleſiam ſecundum facultatem, & modicas vires ſuas perſequi, & modis omnibus moleſtare ſategerit, & partem ſchiſmatis defendere non ceſſauerit, & fouere. Quapropter per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus cũ eo nullam participationem habeatis, ipſumque tamquam ſchiſmaticum, & membrum putridum, & a corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſequeſtratum modis omnibus euitetis, & alios concanonicos fratres veſtros, vniuerſoſque viros Catholicos ciuitatis veſtræ id ipſum facere commoneatis, & auctoritate noſtra mandetis. Sed ne illum, vel aliquem ad ſinum Eccleſiæ redire volentem videamur abijcere, vel in deſperationis laqueum præcipitare, ſi errorem ſuum corrigere voluerit, & nos publice abiurato ſchiſmate in patrem ſuum & Romanum Pontificem profiteri, & quod noſtro debeat ſtare mandato iurare, ex quo id fecerit, eum poteritis in fratrem veſtrum poſtpoſita ambiguitate recipere, & cum ipſo participationem habere, ſiquis vero veſtrum cum eo participare, vel in tanta malitia ſibi præſumpſerit conſenſum, vel fauorem præbere, timendum ſibi erit, ne illius ...dam ar...nis particeps fiat, & ſecum eadem pœna plectatur.

Dat. Laterani id. maij.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Dilectis filijs Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex literis dilectorum filiorum noſtrorum Abbatis ſancti Michaelis, & Hen. . . . . monachi Camaldulen. accepimus, quod cum V. & M. presbyteri minis, & perſuaſionibus iniquis compulſi Malincaſæ intruſo reuerentiam, & obedientiam impendiſſent, poſtea pœnitentia ducti, & reatum ſuum humiliter recognoſcentes in præſentia eiuſdem Abbatis ſpontanea, & libera voluntate iurarunt, quod noſtris obedirent mandatis. Vnde nos eos ad noſtram præſentiam laborantes a ſententia fecimus, qua tenebantur abſolui, & ſibi pœnitentiam condignam imponi. Ipſos itaque ad vos abſolutos remittimus diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſi abſque interpoſitione fidei, & iuramenti Malincaſæ reuerentiam, & obedientiam prout aſſerunt impenderunt, ipſos vſque ad proximum feſtum natalis Domini a miſſarum celebratione abſtinere faciatis, alioquin per annum abſtineant. Verum ſi facultates Eccleſiarum ſuarum non ſuſtinent, vt per alios ſacerdotes eis valeant deſeruire, vos pœnitentiæ illis impoſitæ, prout vobis viſum fuerit ſuperaddentes ipſis officium ſuum reſtituatis, & quia etiam hoc ipſum fuit ad pœnam vſque ad nos laborare prædictum Abbatem ex parte noſtra, & veſtra diligenter commoneatis, vt ipſos in plenitudinem beneficij ſui recipiat, & benigne, & manſuete pertractet. De cætero ad diſcretionis veſtræ notitiam volumus peruenire, quod Villanus presbyter ſancti Iacobi cum ad nos veniſſet, iurare noluit noſtro ſtare mandato, vnde in ea veſte, in qua venit ad propria remeauit. Ideirco prudentiæ veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem V. tanquam contumacem, ſuperbum, & rebellem publice excommunicatum denuncietis, donec cum literis veſtris ad noſtram præſentiam ſatisfacturus accedat.

Dat. Beneuenti 2. id. iun.

Villanus equidem Archiepiſcopus, Metropoleoſque canonici maiori ex parte magnanimis Alexandro ſtuduere, eos enim facile neceſsitudo

B

olim cum Alexandro, dum illius Eccleſiæ canonicus eſſet, contracta permouerat, ex eoque gradu ille Eugenij Tertij beneficio ad Cardinalitiam dignitatem, ac demum ad ſummum Pontificatum euolarat, atque adeo eam Eccleſiam ſingulari beneuolentia proſecutus, cum ſeſe offerebat occaſio, clientelam illi ſuam, canonicisque impertijt, teſtis hæc epiſtola ad clerum, populumque Piſanum ſcripta, qua eos ad colenda illorum priuilegia, ſoluendaſque decimas ſollicitauit.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs vniuerſo clero Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

C

Dignum eſt, & conſonum rationi modis omnibus, vt filij matrem ſuam filiali ſemper reuerentia, & deuotione reſpiciant, & pro eius incremento ſolliciti, & feruentes exiſtant, vt tanto eam ſibi vberiori affectione aſtringant, quanto circa ipſam ſinceriorem animum gerere, & conſtantiorem fidem probati fuerint exhibere. Inde eſt quod vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, & mandando præcipimus, quatenus populum vobis commiſſum, cum omni inſtantia moneatis, & eis firmiter, & diſtricte præcipiatis, vt dilectis filijs veſtris Archipresbytero, & canonicis Piſanæ Eccleſiæ decimas ſecundum quod in eorum priuilegijs continetur, ſine moleſtia, & difficultate perſoluant, alioquin timere poterunt, ne ſi decimas denegauerint, ad decimam redigantur, & propter hoc indignationem incurrant diuinam.

D

Dat. Anagniæ 8. id augusti.

Verum in eodem ſanctiore tabulario aliæ Alexandri literæ ad eoſdem Piſanos canonicos datæ reperiuntur, quæ inſignem illum amorem quo eoſdem complectebatur, illuſtrant, veluti cum ſingularem animi voluptatem, qua eſſet perfuſus, admiſſo in canonicum ab ipſis capellano ſuo, ac notario a ſe commendato ſignificauit, atque in ijſdem literis controuerſiam, quæ ipſos inter, atque Abbatem ſancti Sauini de cadauere Tancredi comitis ſepulturæ tradendo verſabatur, ad Villanum Archiepiſcopum retulit.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs V. Archipresb. & Can. Piſanis, ſalut. &c.

Deuotionis veſtræ literis conſueta benignitate, & animi alacritate receptis, quod dile-

ctum filium G. notarium noſtrum, ſicut ex relatione dilectorum filiorum noſtrorum Gualandi ſubdiaconi noſtri, & P. canonicorum veſtrorum iampridem acceperamus, & poſtmodum ea eiſdem literis veſtris cognouimus in fratrem, & canonicum Eccleſiæ veſtræ ad preces, & interuentum noſtrum placido animo elegiſtis, gratiſſimum gerimus, & valde acceptum, & exinde affectioni veſtræ vberrimas gratiarum referimus actiones in propoſito, & voluntate habentes petitiones veſtras libentius & efficacius propter hoc exaudire, & circa commodum, & profectum veſtrum pro hac re ſpecialiter de cætero exiſtere promptiores. Quapropter rogamus vniuerſitatem veſtram, atque monemus, quatenus, quod de ipſo ad inſtantiam precum noſtrarum feciſtis, firmum, & inconcuſſum tenentes eum cum ad vos venerit tanquam fratrem, & canonicum veſtrum læto vultu recipiatis, & fraterne, ac honeſte tractetis. De cætero cauſam, quæ inter vos, & Abbatem, & monachos ſancti Sauini ſuper cadauere comitis Tancredi vertitur, quia iidem monachi factum ipſum longe aliter quam vos proponebant venerab. fratri noſtro Archiepiſcopo veſtro ſub certa forma commiſimus terminandam ei mandantes, vt niſi apud idē monaſterium prædictus comes elegerit ſepulturam, ſi alias ad ſepulturam Eccleſiæ veſtræ pertinebat interdictum noſtrum maxime ſi poſt appellationem hoc fuit attentatum, facias inuiolabiliter obſeruari quouſque vobis cadauer prædicti comitis reſtituatur, & de iniuria illata congrue fuerit ſatisfactum.

Datum Verul. 5. Kal. maij.

Tandem ſcripſit Alexander iiſdem canonicis pro tuenda eccleſiaſtica immunitate monaſterij Sextenſis, perfidia ſchiſmaticorum pene attriti diplomata hæc è tabulario deſumpta ſequentis tenoris.

ALEXANDER EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Qualiter inſurgentium ſchiſmaticorum perfidia monaſterium de Sexto, quod religione plurimum ſolebat pollere, attritum ſit, & ſpiritualiter, & temporaliter diminutum, veſtram non oportet prudentiam edocere, qui eius quotidie miſeriam, & deſolationem videtis. Vnde quia decet vos ſummopere ad eius releuationem eniti vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ex parte noſtra in Eccleſijs veſtris generaliter ſub interminatione anathematis prohibeatis, vt nullus ex diœceſi veſtra ab intruſo præſcripti monaſterij aliquid de rebus ipſius in feudum, vel alio modo recipere audeat, nec eidem intruſo in malitia ſua patrocinium, vel fauorem miniſtret. Quicumque autem hoc attentauerit ipſum auctoritate noſtra publica excommunicatum denuncietis, & vſque ad plenam ſatiſfactionem tamquam excommunicatum propénſius faciatis vitari. Eis vero, qui dilecto filio veſtro A. Abbati præfati monaſterij conſilium, & auxilium tribuerint, gratiam Dei, & benedictionem

A noſtram promittatis, & hoc in remiſſionem peccatorum ſuorum firmiter iniungatis.

Dat. Beneuenti 18. Kal. octob.

ALEXANDER EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,
Dilectis filijs Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Qualiter monaſterium Sextenſe, quod ad ius beati Petri, & diſpoſitionem noſtram ſpecialiter ſpectat per intruſum illum, qui poſſeſſiones, & bona eiuſdem monaſterij ſicut ille ad quē nihil de omnibus pertinebat diſtrahendo, & dilapidando conſumptum ſit, & a ſuo ſtatu valde dilapſum, non eſt ſicut credimus prudentiæ veſtræ diſcretionis incognitum, ſed ex vicinitate loci vobis eſſe debet liquide manifeſtum, verum cum de vni-

B uerſis Dei Eccleſijs pro noſtri officij debito teneamur ſolicitudinem gerere, illis propenſiori ſtudio debemus adeſſe, quæ ad curam noſtram nullo mediante reſpiciunt, & tutelam, & ne iura ſua imminui poſſint, vel ab aliquibus illicite detineri, Apoſtolicæ ſedis nos conuenit ſuffragium adhiberi. Vnde quod nos venditiones, vel infeudationes, ſiue alienationes, aut obligationes, quas idem intrutus de theſauro, vel poſſeſſionibus, ſeu de alijs rebus præſcripti monaſterij fecit Apoſtolica auctoritate caſſamus, & viribus prorſus carere decernimus, ſicut de rigore iuris carere noſcuntur. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, atque præcipientes, quatenus detentores earūdem poſſeſſionum, & rerum parochianos veſtros monere curetis ſtudioſius, & inducere, vt eas omni

C contradictione, & appellatione remota infra quadraginta dies poſt harum ſuſceptionem prædicto monaſterio liberas, & abſolutas dimittant, nec ipſas vlterius in ſuæ ſalutis periculum detinere præſumant. Quod ſi ad commonitionem veſtram adimplere contempſerint, in eos auctoritate Apoſtolica freti ſublato appellationis remedio excommunicationis ſententiam publice proferatis, qua ipſos teneatis vſque ad ſatiſfactionem congruam innodatos.

Dat. Verul. 17. Kal. aprilis.

Promeruere Piſani Villano adhuc ſuperſtite ab Almerico, qui Balduino fratri in regno Hieroſolymitano ſucceſſerat, de quo ſuperius mentionem egimus, plura priuilegia, ac bona, tum in Terra ſancta, tum in Ægypto, vt facilius merces diſtra-

D here, atque exercere commercia poſſent, teſtatur ſubiectum documentum ex eodem tabulario delibatum.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Amalricus per Dei gratiam in ſancta ciuitate Hieruſalem Latinorum Rex V. dono, concedo, & confirmo communi Piſarum libertatem de omni iure negociationis per totam terram, quam Deus mihi dederit in Ægypto, & curiam in Babylonia, & Eccleſiam, domum, furnum, molendinum, & balnea iuxta fundam mercatorū, ſimiliter apud Chariam in plaies Belbecant concedo ei curiam, Eccleſiam, domum, furnum, molendinum, & balnea, ſimiliter apud

Raſſir

Raſſit hæc omnia ei concedo, concedo præterea ei mille Biſancios in funda mea, ſiue in Babylonia, ſiue in Charta ſingulis annis ſine ſeruitio quouſq; de omni modo iure negociationis ipſum commune acquietauero in Alexandria, in Damiata, & Iamnis. Vt igitur hæc mea donatio communi Piſarum in ſempiternum ſtabilis permaneat, chartam præſentem teſtibus ſubſcriptis, & ſigillo meo corroboro.

Factum eſt hoc anno ab incarnatione Domini 1169. indictione ſecunda. Huius rei teſtes ſunt Bernardus Liddenſis, Guillelmus Acconenſis Epiſcopi, Philippus Militiæ templi Magiſter Gilebertus, Magiſter Hoſpitalis, Galterius Princeps Galileæ, Hemfridus conſtabularius, Milo Dapifer, Guillelmus Mareſcalus, Gaufridus Tortus.

Datum Accon per manum Rodulphi Epiſc. Bethele, Regiſque cancellarij 16. Kal. octob.

Huius priuilegij exemplar authenticum aſſeruatur Florentiæ in archiuio reformationum cum infraſcriptis ſubſcriptionibus notariorum Imperialium.

Ego Albertus Domini Frederici Romanorum Imperatoris iudex ordinarius, & not. authenticum huius vidi, & legi, & fideliter exemplaui.

Ego Vghicio nepos Gallici iudex, & notarius Domini Imperatoris authenticum, huius vidi, legi, & hic ſubſcripſi.

Ego Albagnanus iudex D. Frederici Romanorum Imperatoris, & Piſanæ ciuitatis cancellarius authent. huius vidi, legi, & ſubſcripſi.

Ego Ildeprandus D Frederici Romanorum Imp. iudex ord. & not. authent. huius vidi, & legi, & hic ſubſcripſi.

Anno 1170. Boemundus Raymundi principis Antiocheni filius conſentiente Vrgoloia conſorte ſua ſacro D. Mariæ templo, Villano Archiepiſcopo, populoq; Piſano campum Laodiceæ contulit, vt in eo Piſani ædes conderent, atque etiam Antiochiæ ſimillimam illi donationem in eoſdem liberaliter explicuit, quam Raymundus ipſius pater Villano Archiepiſcopo, populoque Piſano, vt ſupra vidimus detulerat, eſt monumentum.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Notum ſit omnibus hominibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Boemundus Raimundi principis filius, Dei gratia, princeps Antiochenus aſſenſu, & voluntate dominæ Vrgolloſæ vxoris meæ chariſſimæ principiſſæ, dono, & concedo, & iure perenni confirmo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & Archiepiſcopo Piſanæ ciuitatis, conſulibus, & ſenatoribus, & communi populo, tam in Piſana prouincia, quam in noſtra manenti, quãdam terram ad conſtruendam domum in portu ciuit. Laodiceę, quæ terra extenditur ſubtus Eccl. S. Heliæ, ſcilicet ante domum tẽpli, & domũ magiſtri Hugonis vſque ad mare, quod contra eſt, & extenditur per littus maris vſque ad quamdam Caneriam, & murum antiquum, & in ſuperiori parte vſque ad foſſatum. Sciendum eſt autem, quod ſi prædicti Piſani iudicio curiæ terram illam recipere poſſent, quam in prædicto portu Vgo

A Embriacus filius Villelmi poſſidet terra, quam ſuperius illi dedi in meis proprijs vſibus redibit. Inſuper dono illis firmo, & concedo domum quamdam in ciuitate Antiochiæ, quæ domus fuit D. Odone de Tito. Hæc quidem omnia ſuperius aſſignata dono ego illis, & concedo iure hæreditario habenda in pace, & ſine calumnia aliqua libere, & quiete, ſaluo tamen hominum meorum iure in perpetuum poſſidenda. Præterea ſi in terra mea naufragium paſſi fuerint, illos, & res eorum ſaluabo, & protegam, & ſi quiſpiam eorum in terra mea obierit, res eius parentibus ſuis reſeruari faciam, niſi inteſtatus obierit. Inſuper eiſdem dono, & dimitto per totam terram meam de qui-

B buſcumque partibus venerint medietatem totius iuris, quod per conſuetudinem intrando, vel exeundo, eundo, vel redeundo, emendo, vel vendendo dare ſoliti ſunt, & eos in mari, & in terra mea, ex omni poſſe meo protegam, & defendam, & ſi inter ſe querelam habuerint in curia ſua iuxta ſtatuta eorum tractetur, & emendetur, ſi vero querela talis fuerit, quæ ab eiſdem definiri non poſſit, vel de probato facto, vel proditione, vel homicidio, vel de ſuis, & meis hominibus fuerit in mea curia audiatur, & diffinietur. Hæc quidem omnia ſuperius aſſignata dono eis, & concedo iure hęreditario in perpetuum, Vt autem hoc donum firmum fiat, ſtabileque conſiſtat literarum inſcriptione, & mei principalis ſigilli impreſſione munio, & confirmo. Huius rei teſtes ſunt Gui-

C ſcardus de inſula vice Coneſtabulus, Rogerius de Surda valle, Vuillelmus de Lotijs, Gaufridus de Dordan, Ioannes de Salpa, Guiſcardus de Nazaret, Henricus de Coges.

Datum eſt autem priuilegium iſtud per manum Bernardi cancellarij anno principatus mei 7. & ab incarnat Domini 1170.

Authenticum aſſeruatur Florentiæ in archiuio reformationum.

Nec parum felix Villanus viſus, aut humilem honoris apicem aſſecutus, vidiſſe duos ſummos Pontifices, qui è ſua Eccleſia tantis virtutibus perpoliti emertiſſent ad ſummum humanæ dignitatis faſtiginm. Fuere ij Eugenius Tertius vicedominus antequam in Ciſtercienſi familia ſeſe D. Bernardo monaſtica diſciplina excolendum daret, at-

D que Alexander Tertius Metropolitanæ Eccleſiæ canonicus, quem leuiſſimis rationibus adductus Chryſoſtomus Henriquez in Ciſtercienſi menologio, auctorque, qui in vitam Gelaſij commentarios edidit, monaſticam diſciplinam ſectatum, & in Gallijs apud Claræuallem diui Bernardi manibus religioſum habitum ſuſcepiſſe gratis affixerunt, quod ſane ſi veritati conſentiret, numquam ab Alano Antiſiodorenſi Epiſcopo eius æui auctore, qui D. Bernardi geſta literis transfudit, ſilentio fuiſſet inuolutum, dum omnium Epiſcoporum, ac Cardinalium, qui ab ipſo exculti fuerant numerum percenſeret, atque adeo, vt ille Eugenium Tertium egregijs ornat laudibus, Vgonem, Henricum, Bernardumque Cardinales, ab eodem Eugenio ad eam dignitatem euectos commemorat, Rolandum ſane virum omni laude celebratiſſimum, qui poſtea Alexander fuit Tertius, nun-

quam

quam ſilentio obruiſſet. Quamquam verum ſit Alexandrum D. Bernardo, atque etiam Eugenio, cui in canonicatu collega extiterat, & ab illo Cardinalitia dignitate inſignitus, amicitia coniunctiſſimum vixiſſe. His Cardinalis Baronius adductis in medium peruetuſti manuſcripti bibliothecæ Vaticanæ verbis, pulcherrimam lucem affundit, dum enim honorum gradus, quos Alexander emenſus eſt, recenſet, fidem facit Piſanum canonicum fuiſſe, cum ad ſacram purpuram fuit euocatus. Hac enim occaſione non prætereo eundem Gelaſij vitæ ſcriptorem nulla ratione fretum, commentum eſſe Villanum hunc Piſanum Archiepiſcopum a Lucio Secundo ad Cardinalatum euectum tituloque ſancti Stephani in monte Cælio ornatum: adducit quidem nonnulla Piſana monumenta, ſed quæ num extent, omnes latent, ac quidem Piſanarum rerum peritiſſimi ignorant, è qua familia Villanus originem deriuarit, quamquam aſſerant alij Villani nomen antiquiſſimæ, ac nobiliſſimæ familiæ impoſitum fuiſſe, quæ dum reſpublica ſtaret, primos honorum gradus geſſiſſet, & pro gentilitio ſcuto duas turres rubeo colore pictas in area candida, ac ſuperiorem alteram quoque candentem aream præferebat, an ex ea familia genus propagarit, non aſſero. Illud certe conſtat nunquam Cardinalitios apices attigiſſe, cum ab anno 1146. ad 1174. Archiepiſcopatum Piſanum tenuiſſe reperimus, atque in monumentis innumeris, quæ ad nos tranſmiſſa fuere, inſcriptus Cardinalis, vt mox eſt in alijs, non inuenitur, quod ſane dignitatis nomen prætermiſſum numquam fuiſſet, ſi ſacra purpura Archiepiſcopatui coniuncta radiaſſet: Romani Pontifices, qui ad eundem Villanum ſcripſere, nunquam in ſuis bullis illum Cardinalem appellarunt, quod in ſequenti Anaſtaſij Quarti bulla ad Leonem Archipresbyterum, Piſanoſq; canonicos data videre eſt, vt maior huic veritati ſplendor concilietur, ijſdem quibus Villanus vixit temporibus, Gerardum reperimus presbyterum Cardinalem tituli ſancti Stephani in Cælio monte ab Eugenio Tertio creatum, qui alteri Villano eiuſdem tituli Cardinali, iam a Lucio Secundo electo, & poſt Eugenium ſalutarum Pontificem breuiore tempore ſuperſtiti, ſucceſſit. Nec aduerſatur in ſuis regeſtis B. Gregorius, cum plures ſimul tituli ſancti Stephani in monte Cælio Cardinales fuiſſe tradit, cum dignitatis Cardinalitiæ munera non ita diſtincta ſuis limitibus circumſcripta, titulíſue diſcretis, vt Eugenij temporibus inſignita forent, nec enim poſt ea tempora eundem titulum in duos ſimul contuliſſe inuenimus. Hæc delibaſſe oratione, ac perſtrinxiſſe ſuffecerit, ad rei veritatem indagandam in rebus ſane antiquis, ac difficillimis, quibus monumentorum, ſcriptorumue lux non effulget, temerarium ſententiam ferre, dignitates viris tribuere, quibus nunquam fallere, eorumque genus ex altera, quam quæ ipſis originem dedit, deriuare, vel ad nobilitatis, vel ſcientiæ arcanæ, ac reconditæ famam, furere eſt, vaticinari, ſeque omnium ludibrijs propinare. Deceſſit autem Villanus, haud vulgare variantis fortunæ exemplum, poſtquam ſibi creditam prudentiſſime rexiſſet Eccleſiam anno 1174. iv. nonas auguſti, vt notat vetus Kalendarium ſancti Zenonis de Piſis. Ad hunc ipſum Villanum Alexander Tertius literas dedit de conuentione coniugatorum cap. 3.



47 VBALDVS Lanfrancbus nobilis Piſanus, patriæ ſuæ Archiepiſcopalem ſedem obtinuit circa annum 1174. cui Alexander Tertius 1176. tertio idus aprilis, indictione nona, datum Anagniæ per manus Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, atque notarij primatum Sardiniæ aſſeruit, confirmauitque, vt idem fecit Lucius iij. Vrbanus Tertius anno 1186. indictione quinta 13. Kalend. nouembris ſub Dat. Veronæ per manum Alberti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Card. & cancellarij. Idem eidem indulſit Cœleſtinus Tertius ſub Dat. Romæ apud S. Petrum per manum Ægidij ſancti Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. non. februarij indictione decima anno incarnationis 1191. Idem dilargitus eſt Innocentius Tertius 1198. in hanc ſubiectam ampliſſimam formam.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Vbaldo Piſano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Si ſua cuiq; iura illibata ſeruamus, & eos, qui in Eccleſia Dei, pro iniuncto ſibi officio, & deuotione ſincera plus alijs elaborant, digna retributionis viciſſitudine, diligentius, ac ſpecialius honoramus, quod noſtrum eſt iuxta commune debitum ſicut debemus exequimur, & Apoſtolicæ ſedis honorem integre cuſtodimus. Proinde cum felicis memoriæ prædeceſſor noſter Innocentius Papa de diſcordia, & guerra, quæ inter Piſanam, & Ianuenſem ciuitates extitit multas hominum clades, & Chriſtianorum captiuitates innumeras proueniſſe conſiderans, vtriuſque parti ſaluti, tam ſpecialiter, quam temporaliter, paterna ſolicitudine ſtuduerit prouidere, atque pro bono pacis, & recompenſatione Epiſcopatuum, quos vtique a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ Piſanæ in inſula Corſicæ, a prædeceſſore tuo bonæ memoriæ Archiepiſcopo Huberto accepit in Gallurienſi Iudicatu duos Epiſcopatus, Galtellinen. videlicet, & Ciuitaten. & Populonien. Epiſcopat. ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, & per

& per eis Eccleſiæ Piſanæ conceſſit, & Metropolitano iure ſubiecit, nos qui in ſedis Apoſtolicæ administrationem diſponente Domino ſibi ſucceſſimus, eamdem conceſſionem noſtrorum bonæ memoriæ Adriani, Alexandri, Clementis, & Cæleſtini PP. veſtigijs inhærentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & ratam manere cenſemus. Prædeceſſorum quoque noſtrorum veſtigijs inhærentes, vobis primatus honorem Turritanæ prouinciæ confirmamus. Ad maiorem etiam honoris cumulum Piſanæ ciuitatis, vt Piſana Eccleſia cũ vniuerſo eiuſdem ciuitatis populo in fidelitate, atque deuotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iugiter perſeueret, & in ipſa quotidie augmentetur. Pro deuotione quoque, & honeſtate tua frater Hubalde Piſane Archiepiſcope perſonam tuam, & per te Piſanam Eccleſiam ampliori munere volumus decorare. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus primatum ſuper Calaritanam, & Albarenſem prouincias datum concedimus, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmamus, ita quidem, vt eos ad concilium vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ ad ius primatus pertinent, in eos exercendi habeant liberam facultatem. Veruntamen ſupradictarum duarum prouinciarum Archiepiſcopos ad concilium non vocabis Piſas ſinè ſcientia Romani Pontificis, ſuper Turritanam vero prouinciam dignitatem primatus, ſicut a prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ Piſanæ conceſſum eſt, habeatis. Legationem quoque Sardiniæ a prædeceſſore noſtro Papa Vrbano prædeceſſoribus tuis conceſſam, & fel. memoriæ Innocentij, & ſanctæ recordationis Eugenij, Anaſtaſij, & Cæleſtini Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratam tibi, tuiſque ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina confirmamus, & confirmationem ipſam ratam, & inconuulſam perpetuis temporibus decernimus permanere, denique vt Piſana ciuitas, quæ fauore cæleſtis luminis de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum vrbes plurimas ſubiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in proceſſionibus vtendi, & crucem, vexillum ſcilicet Dominicum per ſubiectas vobis prouincias portandi, & per ſpatium illud Volaterranenſis Epiſcopatus, quo de Piſano Archiepiſcopatu ad Populonienſem tranſitur, tibi, & tuis ſucceſſoribus licentiam damus. Pallij quoque vſum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet ſecundum conſuetudinem Piſanæ Eccleſiæ perfruaris, & in conſecratione trium Epiſcoporum in Corſica, Alerienſis videlicet, Adiacenſis, & Sagonenſis, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſue ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, &c. atque in extremo examine, &c. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax, &c.

A quatenus & hic, &c. & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Octauianus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Iordanus presbyter Card. titulo Paſtoris ſubſcripſi.

Ego Ioannes tit. S. Clementis Card. Viterbienſis, & Tuſcanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Guido presb. Card. tit. ſanctæ Mariæ Tranſtyb. tit. Calliſti ſubſcripſi.

Ego Vgo presb. Card. tit. Equitis ſanctæ Mariæ ſubſcripſi.

Ego Ioannes tit. ſancti Stephani in Cælio monte ſub-
B *ſcripſi.*

Ego Seffredus ſanctæ Praxedis presbyter Card. ſubſcripſi.

Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ, & Damiani diac. Card. ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Rainaldi domini Papæ notarij cancellarij vicem agentis indict. prima incarnationis Dominicæ anno 1198. pontif. noſtri anno primo.

Quæ autem illa Archiepiſcopi Piſani in inſulam Sardiniam poteſtas fuerit, idem Innocentius Tertius Pontifex abunde declarat in hac epiſtola, quam hic diligenter curauimus exſcribendam.

INNOCENTIVS EPISC.
C *ſeruus ſeruorum Dei.*
Archiepiſcopo Turritano, &c.

Licet venerabilis frater N. Piſanum Archiepiſcopum, & eius Eccleſiam non velimus ſuper collato ſibi a prædeceſſoribus noſtris priuilegio legationis, & primatus, quod nos poſtmodum confirmauimus, moleſtare, pati tamen nec volumus, nec debemus, vt beneficio ſedis Apoſtolicæ abutatur. Cum igitur certis temporibus auctoritate noſtra legationis officium in Sardinia valeat exercere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum terram ipſam iuxta tenorem priuilegij Eccleſiæ Piſanæ conceſſi dictis temporibus viſitauerit, quamdiu in eadem prouincia fuerit, ei tamquam legato ſedis Apoſto-
D licæ intendas, abſenti tamen, vel alio tempore venienti non teneberis auctoritate legationis aliquatenus reſpondere, auctoritate vero primatus non plus poteſt in prouincia Turritana, quam primatis vniuerſis concedunt canonicæ ſanctiones.

Dat. Laterani 5. non. Iulij.

Cæterum quantos Vbaldus labores ad Eccleſiæ ſuæ dignitatem, quam in Sardiniam, & Corſicam obtinebat, tuendam, defendendamque adierit, ex dictis illuſtre eſt, cum difficillimis temporibus, quibus ſchiſma tot clades orbi Chriſtiano, diſciſſis fidelium animis, nil prætermiſerit, vt integra dignitatis iura ſeruaret. Multa ille damna, iniuriaſque a Friderico Imperatore tulit, quod prædeceſſoris exemplo Alexandri Tertij partes amplexus eſſet, ſuamque poſtea egregie pro concilianda inter eos pace operam collocauit. Summo deinde ſplendore idem Vbaldus Piſis ex-
ccpit

cepit eundem Fridericum an. 1178. plurimaque ab eo priuilegia ornandæ ſuæ Eccleſiæ comparauit, occaſionemque iniecit Friderico, vt Villano Archipresbytero, canoniciſque ſuis ampliſſimum ad promerendam, iucundamque eorum gratiam, priuilegium impertiretur, quo ſua auctoritate priuilegia ab alijs Regibus, atque Imperatoribus olim eis conceſſa fulciuit. Illorum ego ſeriem ab autographis deſumptam, tum ob ſuam dignitatem, tum ob nonnullorum procerum Piſanorum, vt inter cęteros Paganellorum de monte Magno, qui ex eadem qua Eugenius Tertius ſtirpe genus duxere, inſinuata nomina adducere in medium decreui.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Federicus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Ad æterni regni meritum, & temporalis Imperij proſperiorem decurſum proficere credimus, ſi Chriſti Eccleſijs per noſtræ auctoritatis clementiam benefacere ſtudeamus, iura ipſarum confirmando, & bona earum ab iniurijs violentorum defenſando. Nouerit igitur fidelium Imperij noſtri præſens ætas, & futura, qualiter nos inducti monitis, & petitionibus venerabilium fratrum noſtrorum canonicorum ſanctæ Mariæ Maioris Piſanæ Eccleſiæ, & præcipue interuentu honorabilis viri Villani eiuſdem Eccleſiæ Archipresbyteri, ac dilecti capellani noſtri Gotefredi Viterbien. eiuſdem Piſanæ Eccleſiæ canonici, tradimus, concedimus, & confirmamus prædictæ Piſanæ M. Eccleſiæ canonicis in perpetuum dominium, & proprietatem, atque poſſeſſionem ſyluæ tumulum C Piſano a faucibus veteris ſercli vſque ad flumen Arni, & a foſſa Cincij vſque ad mare, ſicuti eadem foſſa in directum reſpicit verſus fluuium Auxeris. Item concedimus, & confirmamus Imperiali auctoritate tertias Piſcariæ de ſtagno, videlicet vt nulli alij perſonæ Eccleſ. vel ſeculari, vel laicæ in aqua de ſtagno cum lintribus, & nauibus liceat piſcari, niſi canonicis ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Maioris Eccleſiæ Piſanæ tam præſentibus, quã futuris, vel alijs pro eis conſenſu, & voluntate ſuæ conceſſionis. Ad hæc concedimus eis, & imperiali auctoritate confirmamus omnia, quæ iuſte, & legaliter poſsident, ideſt prædia, decimas, domos, & familias, & Guaringa omnes, quæ eorum prædijs adhærent, & omnino omnia, quæ iuſte, vel iuſtis modis canonice, & legaliter acqui- D ſiuerint, vel in futurum acquirent. Inſuper largimur, & confirmamus præfatis canonicis centum ſolidos de ripa, & rubum de tota ciuitate Piſana, vt nemo ſine ipſorum permiſſione præſumat appendere, vel librare. Curtem quoque de Pappiana cum omnibus pertinentijs ſuis in perpetuum dominium, & proprietatem, atque poſſeſſionem eiſdem canonicis concedimus, & confirmamus, quemadmodum eamdem curtem a Rogerio Piſano Archiepiſcopo per publicum inſtrumentum ipſi a canonicis in perpetuum, & irreuocabiliter cognouimus eſſe donatam, traditam, atque conceſſam, & ſi quid poſt ipſius Archiepiſcopi donationem, vel poſt hanc noſtram confirmationem canonici in eadem curte acquiſierunt, vel acqui-

A rere poterunt, quiete, & libère poſsideant, & cum ipſa curte per eandem auctoritatis confirmationẽ, & banni noſtri tuitionem teneant, & poſsideant, & plena iuriſdictione ad vſum ſuum nullo vnquã contradicente, vel impediente diſponant; ipſos, & ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ ſupradictos canonicos ſub noſtra tutela, ac defenſione recipimus, ita videlicet, vt nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, nec dux, marchio, vel comes, nec vicecomes, nec conſules, nec Cheuptani, nec aliqui officiales ciuitatis, nec miles, nec curatores, nec aliqua magna, vel parua perſona audeat ipſos canonicos, vel clauſtrum eorum, vel domos, aut res, vel familias, vel aliquem ipſorum, poſſeſsiones infra, vel extra ciuitatem inquietare, moleſtare, vel fatigare præſumat, nec aliquam exactionem in bonis eorum B facere, vel datum tollere audeat, nec vlla ſecularis perſona contra Regalium legum ſanctionem poteſtatem habeat eos iudicare, nec ad placitum, nec ad caſum forenſem habere tenter eos, vel appellare, ſed ſecure abſque omni perturbatione diuinis poſsint vacare ſeruitijs, & pro ſtatu Imperij protectorem regnorum noſtrorũ propenſius exorare. Prætereа ſtatuimus, vt ſupradicti canonici, nulla vnquam præſcriptione iura ſua perdant, nec poſſeſsiones ſuas amittant. Si quis autem temeraria pręſumptione huiuſmodi præcepti decretum infringere attentauerit, noſtræque conſtitutionis violator extiterit, ſciat ſe noſtram offenſam incurſurum, & banni noſtri pœnam compoſiturum, ſcilicet centum libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſis canonicis, C qui pro tempore ibi fuerint, quod vt verius credatur, & ab omnibus diligentius obſeruetur, præſentem paginam conſcribi, & maieſtatis noſtræ ſigillo iuſsimus communiri: teſtes huius rei ſunt, Otho Bambergenſis electus, Vvillelmus marchio Montis Ferrati, Henricus Vverziæ marchio de Vvallo, Moruel Malaſpina marchio, Gerardus marchio de Pauio, Vvillelmus marchio de Palot, Macarius comes ſancti Miniatis, Franco filius eius, comes Hebrandinus de Maritimis, comes Gerardus de Piſis, Hermannus Paganellus, & nepos eius Paganellus, Vvido de Monte magno, & filij eius, Ingheranus, & Paganellus, Vvido de ſancto Nazario, Ranuccius Saſso de Cedem, Ranuccinus de Gumula, & alij quamplures.

D

Sign. D. Federici  *Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.*

Ego Gotefridus Imperialis aulæ cancellarius vice Philippi Colonien. Archiepiſcopi, & Italiæ archicancell. recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1178. indictione vndecima Reg. domino Federico Roman. Imperatore glorioſiſſimo anno regni eius xxvi. Imperij autem eius xxiv. Dat. in palatio Archiepiſcopali in

ciuitate Piſa tertio Kalend. februarij feliciter in Chriſti nomine amen.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.


Fridericus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Si venerabilium petitiones perſonarum circa augendas Eccleſiarum commoditates clementer admittamus, credimus nobis apud Regem Regum ad æterni regni meritum, & temporalis Imperij proſperiorem decurſum proficere, & eos quos effectibus ſuarum honoramus petitionum non dubitamus nobis, & Imperio fideliores de cætero, ac magis deuotos exiſtere. Eapropter omnibus Chriſti, & Imperij noſtri fidelibus tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos ob animæ noſtræ ſalutem, & propter dilecti, ac fidelis noſtri Vbaldi Piſanæ Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopi petitionem ipſi iam dicto Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Imperiali noſtra munificentia dedimus, & in feudo, & beneficio conceſſimus, & pragmatica ſanctione eis confirmamus, & inconuulſa ſtabilitate eis permanere decernimus omnia bona illa, & poſſeſſiones, & iura, quæ dilectus patruus, & prædeceſſor noſter piæ memoriæ Rex Conradus eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo Balduino, ac ipſius ſucceſſoribus dignoſcitur tradidiſſe, conceſſiſſe, & confirmaſſe. Hæc enim credimus Imperio diminutionem inferre, cum Imperij Eccleſias donis noſtris augere ſtudemus, & exaltare. Ex his autem quædam proprijs ſuis exprimere vocabulis dignum duximus, ſcilicet curtem de Ananeum bouario, & in morlo, & omnibus ſuis pertinentijs, terras in palude Piſana iuxta Burras poſitas. Item vnam petiam de terra, pratum in præfata palude prope campum de Arſule poſitam, quę cohæret ab vno capite terrę monaſterij ſancti Viti, ab altero fluuio Auſeris: latus vnum extenditur in paludem, alterum latus in ducaria, quæ dicitur Cula, ſicut ipſa ducaria defluit verſus præfatum fluuium Auſeris, curtem de Blentina cum omnibus terris, & rebus ad curtem ipſam pertinentibus, placitum, & fodrum de Buis, placitum, & fodrum de vico Auſoriſſole, placitum, & fodrum de Sylua longa, Gunſum vetus, & nouum, placitum, & fodrum, & albergariam de Pugnana, & Valtriana, placitum, & fodrum de Vada, & Raſsinnano, & omnes res, & terras in ſupradictis curijs Marchia pertinentes, paludem totam de Mortaiolo, & tertiam in ſtagno poſitam, feudum ſpectatorium, qui morantur in burgo ſancti Pauli in Chintica, præter Caſſiaulenſium, & illorum de Ripule in campo Lepoiano poſitas. Prædictas igitur curtes cum omnibus ſuis pertinentijs, & omnibus terris, vineis, montibus, & planis, cultis, & incultis, ſyluis, buſcarijs, ſtirpetis, pratis, paludibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcarijs factis, & faciendis, alinis, molendinis in iam dictis curtibus, & prænominatis locis, & eorum finibus regio, ſeu Imperatorio iuri pertinentibus, præfato dilecto, ac fideli noſtro Vbaldo Piſanæ ſedis venerabili Archiepiſcopo, & ſuis in perpetuum ſucceſſoribus conceſsimus, tradidimus, & confirmauimus. Con-

A firmamus etiam noſtra auctoritate contractum habitum inter Piſanum Archiepiſcopum Vbertũ, & Abbatem de Motrona, ſcilicet de Marrona, & Vuiario, & eorum pertinentijs. Prætcrea irritum decernimus feudum de Liuurna conceſſum irrationabiliter marchionibus. Decernimus etiam, vt de his omnibus nulli perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſeculari feudi nomine, vel alio aliquo titulo liceat aliquid ab Eccleſia alienare. Quod ſi factum fuerit, irritum habeatur. Prætcrea donamus, & concedimus præfato Archiepiſcopo Vbaldo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum tributum, quod ripaticum vocatur, & ab omni parte Piſanæ ciuitatis debetur, atque ſtatuimus, vt a quibuſcumque petitur, & exigitur ab eo, ſuiſque ſucceſſoribus, ad

B partem Piſanæ Eccleſiæ petatur, & exigatur. Concedimus etiam, & confirmamus eidem Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus donationem quam fecit Berta Barrionis, ſalua in omnibus prętaxatis imperiali iuſtitia. Siquis igitur Archiepiſcopus, Epiſcopus, dux, marchio, comes, conſul, commune, vel aliqua perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis contra hanc noſtræ conſtitutionis, & donationis paginam, aliquatenus venire præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem Archiepiſcopo Piſano, qui ibidem pro tempore fuerit, componat. Vt autem hæc noſtris, & futuris temporibus rata ſemper, & inconuulſa Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopis permaneant, præſentis priuilegij paginam

C facimus inde ſcribi, & aurea noſtræ Maieſtatis bulla inſigniri. Aliquos etiam de teſtibus, qui aderant, iuſſimus adnotari, qui ſunt Lanfrancus Epiſcopus de Bruniano, Rodulphus notarius, Magiſter Metellus, Vvillelmus marchio Montis Ferrati, Henricus Vvertio, marchio Vvaſto, Munruclius, Marchio Malaſpina, Vvillelmus marchio de Paloth, comes Macharſus de ſancto Miniate, & filius eius Francho, comes Fredericus de Amberch, Burchardus iunior præfectus de Megeburch, Federicus de Anuort, Vvido de ſancto Nazario, Petrus Epiſcopus Papienſis, & alij quamplures.

D *Sign. D. Friderici*  *Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.*

Ego Gotefridus ſacri Imperij cancellarius vice Domini Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici regni archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octauo, indict. vndecima; & regnante D. Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni eius vigeſimo ſeptimo, Imperij vero vigeſimo quarto.

Datum apud Papiam 7. id. martij feliciter in Chriſti nomine. Amen.

Anno 1186. quo Vbaldus Piſanam Eccleſiam gerebat, Villanus Archipresbyter, & Metropolitanæ ſedis canonici ab Vrbano Tertio Papa, vt

priuilegia, & immunitates, quibus hactenus potiti eſſent, ſua auctoritate fulciret, eblandita ſunt, qui ipſorum votis lato diplomate, ijſdem fere verbis alterius Anaſtaſij ſupra recitati, beneuolum ſe impertijt.

Datum Veronæ per manum Moyſis Lateranenſis canonici vicem agentis cancellarij 7. idus nouembris indict. 4. incarnat. Domin. ann. 1186. Pontif. D. Vrbani Papæ iij. anno primo.

Ego Vrbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Petrus presbyter Card. tit. ſancti Silueſtri ſubſcripſi.

Ego Laborans presb. Card. tit. ſanctæ Mariæ Transtyberim ſubſcripſi.

Ego Pandulphus presb. Card. tit. SS. xij. Apoſtolorum ſubſcripſi.

Ego Melior presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pamachij ſubſcripſi.

Ego Adelardus tit. ſancti Marcelli presbyter Card. ſubſcripſi.

Ego Gratianus diac. Card. tit. SS. Coſmæ, & Damiani ſubſcripſi.

Ego Lofredus diac. Card. tit. ſanctæ Mariæ in Via lata ſubſcripſi.

Ego Petrus diac. Card. tit. ſancti Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi.

Ego Radulphus diac. Card. tit. ſancti Georgij in Velabro ſubſcripſi.

Eodem anno 1186. Vbaldus liberaliter conceſſit Alberto Bethlemitano Epiſcopo, Eccleſiam ſancti Martini prope Piſanam ciuitatem poſitam in loco, qui dicitur Vetula, vna cum iuribus, & pertinentijs ſuis, vt loquitur, donationis documentum, quod hic ex originali capitulari ſubijciam.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Anno ab incarnatione eius 1186. x. Kalend. ianuarij indictione quarta.

Ad veritatis euidentiam in perpetuum, cuiuſdam dationis, atque ceſſionis factæ a domino Vbaldo, diuina gratia Piſanorum Archiepiſcopo, totius Sardiniæ primate, & Romanæ Eccleſiæ legato, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Bethleem ſcriptum memoriale firmiter valiturum tale, & huiuſmodi, nos ſiquidem præmemoratus Vbaldus, Dei gratia, Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, ob reuerentiam ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Bethleem, per præſentis ſcripti paginam tibi dilecto fratri Nicolao ſubdiacono, & canonico ipſius Eccleſiæ nomine eiuſdem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Bethleem recipienti, & pro dilecto fratre noſtro Alberto Epiſcopo prædictæ Eccleſiæ, damus, atque concedimus Eccleſiam ſancti Martini ſitam prope Piſanam ciuitatem in loco qui dicitur Vetula cum ſuis bonis, & rationibus, vt ipſe Epiſcopus, & eius ſucceſſores poſſint in eadem cum ſuis clericis habitare, & Eccleſiam illam, & res, ac bona eius regere, & cuſtodire, & ea, & bonis, atque rebus eius ad vtilitatem ipſius Eccleſiæ de Bethleem vti, ſaluo in omnibus, & reſeruato nobis iure patronatus, & tu fr. Nicolaus, & alij clerici, qui in ipſa Eccleſia de Vetula erunt, debeant nobis, noſtriſque ſucceſſoribus obedientiam promittere, & facere, ſalua reuerentia prædicti Epiſcopi, & canonicorum eius, & tu, vel alij clerici, qui ibi erunt non debeant impedire, vel moleſtare Eccleſiam ſancti Petri de gradu de decimis, & pœnitentijs, atque ſepulturis totius populi de Vetula, vel de tota parochia ſancti Petri de gradu, quam habere ea omnia Eccleſia ſancti Petri, & omni anno ſemper per totum menſem auguſti tu, & cæteri clerici, qui in ipſa Eccleſia ſancti Martini præerunt, debeant nobis, noſtriſque ſucceſſoribus dare cenſum bonos bizantios Maſſamutinos quatuor, & omnia prædicta præfatus Epiſcopus cum ſuo capitulo debeant rata habere, & ſcripto publico firmare, & ſi omnia, quæ ſupra leguntur obſeruata nobis, noſtriſque ſucceſſoribus non erunt, hæc datio, & ceſſio irrita fiat, & ad nos reuertatur, niſi noſtra concordia, & voluntate remanſerit. Hæc omnia prædictus dominus Archiepiſcopus per ſe, ſuoſq; ſucceſſores præfato fratri Nicolao obſeruare per ſtipulationem promiſit. Et ipſe fr. Nicolaus ſimiliter per ſtipulationem ipſi domino Archiepiſcopo obſeruare, & firma tenere promiſit, & ad huius rei confirmationem hæc omnia prænominatus D. Archiepiſcopus, & fr. Nicolaus me Vguccionem familiatum iudicem, & notarium ſacri palatij ſcribere rogauerunt. Actum Piſis in curia D. Archiepiſcopi præſentibus D. Mariniano presbytero, & capellano D. Archiepiſcopi, & presbytero Guidone ſancti Chriſtophori de Ponte, & presbyteris Guidone, & Rainerio canonicis Eccleſiæ ſancti Siati, & Ildeprando Villano canonico, atque cancellario clerico filio q. Orzaroli, & Nigello cauſidico filio q. Petri Pagani, Matthæo, atque Rolando iuriſperitis de ſancto Geminiano, qui ad hæc interuenerunt rogati teſtes intelligendum eſt, quæ hæc omnia iam dictus D. Albertus Epiſcopus debeat cum ſuo capitulo publico ſcripto firmare infra hinc quinque annos, & dare, vel dari facere præfato D. Archiepiſcopo, vel ſuo nuncio.

Ego Vguccio familiatus vice D. Vbaldi Archiepiſcopi, qui præfatam crucem fecit, eius præcepto ſubſcripſi.

Ego Vguccio familiatus D. Imperatoris Federici iudex ordinarius, & ſacri Lateranenſis palatij notarius præſcriptis omnibus interfui, & mandato prælibati D. Archiepiſcopi, & Nicolai prædicti ſubdiaconi ad perpetuam memoriam, ac firmitatem omnia ſcripſi, & compleui.

Anno vero 1188. celeberrima eſt donatio, quã Conradus marchionis Montisferrati filius, & Tyri dominus Piſanis contulit, Vbaldo Archiepiſcopo, tunc in illis partibus Apoſtolicæ ſedis legato, Piſanorumque exercitus inclyto duce, qua non modo omnia, quæ Raymundus Tyri comes Piſanis conceſſerat, corroborauit, verum conſpicua priuilegia ob ſuſceptos labores in reparanda Terra ſancta, & è Saracenorum tyrannide vindicanda, fuſum ſanguinem, ac maxime pro ipſa Tyro, contra eorum impetus propugnata nauatam operam impertijt. Qui ſane rerum orientalium, Terræque ſanctæ hiſtoriam perlegerit, nullũ Italiæ populum inſpiciet

ſpiciet tanta auxilia Chriſti fidelibus Syris ſuppeditaſſe, ac Piſani pro fide in ijs regionibus, quas ſuo Chriſtus ſanguine perſudit, attulere; teſtis eſt tot Piſanorum ciuium in eis pro Chriſto fuſus ſanguis, ad quam defendendam maris ſpreuere pericula, ſubmotas illas penetrauere regiones, ac triumphalia crucis ſigna intulere. Incitabat illorum pietatem Piſanorum Archipræſulum zelus, & propagandæ religionis ardor, qui in eo Dagoberti prædeceſſoris præclaris veſtigijs inhæſere, qui ſub Vrbano Secundo, vt ſupra delibauimus, ipſos impulit, vt cum florentiſſimis copijs ad expugnandas Hieroſolymas ſe Duce Gotifredo coniungerent, quo facto ab Vrbano Eccleſiæ ſuæ inſignia priuilegia promeruit. Simillima laus noſtro Vbaldo Archiepiſcopo adſcribenda eſt, is enim ſumma contentione incubuit, vt Piſani conciues conflata potentiſſima triremium claſſe quinquaginta ad defendendam Terram ſanctam proſilirent, quorum virtuti famulata eſt fortuna, ac liberata Tyro, Conradus comes, vt gratiam ipſis reponeret, hoc nobili priuilegio ipſos decorandos cenſuit, quod ex tabulario Florentino reformationum deprompſimus.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Ego Conradus, diuina prouidentia, marchionis Montis Ferrati filius.

Dignum, & rationabile fore duxi mecum Tyrum defendentes remunerare, & beneficijs ad obſequiũ ciuitatis allicere, ideoque remunerans labores, & varios ſudores, & ſanguinis effuſionem ciuium Piſanorum, conſilio, & conſenſu magiſtri Monachi Cæſarienſis Archiepiſcopi, & domini Leotardi Nazareni Archiepiſcopi, & D. Odonis Epiſcopi Sidoniæ, & conſilio, & conſenſu fratris tertij domus militiæ Templi magni præceptoris Hoſpitalis, & aliorum fratrum, & conſilio militum, & burgenſium Tyri, & totius communis ciuitatis, do, concedo, & confirmo, atque corroboro in perpetuum communi Piſanorum omnes dationes, & conceſſiones Piſanis factas a domino Raymundo bonæ mem. Tripol. comite in Tyro, & in partibus Tyri de quibus habent priuilegia, & de quibus priuilegia non habent, vt ſunt domus, quæ fuerunt templi cum turre, & platea coram ipſis vſque ad mare, & ſunt poſitæ, & fundatæ prope fundacum Piſanorum ſuper murum ciuitatis, & earum pertinentia, & domus, quæ fuerunt filiorum q. Balduini Piſani cum platea coram ipſis domibus vſque ad mare, & ſunt poſitæ, & fundatæ iuxta fundacum Piſanorum, & domus, quæ fuerunt Guini Piſani cum omni earum pertinentia, & cum platea vſque ad mare, & ſunt poſitæ inter iam nominatas domus, & domus, quæ fuerunt Regis, vbi fiebant chartulę cum omni earum pertinentia, & ſunt poſitæ poſt fundum Piſanorum, & concedo, & confirmo eis plateam portus vndique liberam, vt nihil in ea poſſit edificari extra muros domum in mari, vel in terra Logia eorum excepta, & confirmo, & concedo dicto communi Piſanorum furnum Bucciariæ, quod fuit Regis cum omni ſua pertinentia, & eſt poſitum in ruga Bucciarię, & balneum, quod fuit

A Regis cum omni ſua pertinentia, & eſt poſitum in ruga templi prope rugam ſancti Iuliani, & concedo, & confirmo eis, vt poſſint facere duo molendina equi in Tyro, & furnum in ſuis domibus ſicut continetur in priuilegio Regis Balduini bonæ memoriæ, quod habent, & concedo, & confirmo dicto communi Piſanorum ſtateram, & pēſas, & modia, & menſuras vini, & olei, & omnium rerum, quæ ponderari, & menſurari poſſunt, conceſſa ei a dicto comite Raymundo, vt libere poſſint inter ſe ponderare, & menſurare, & extraneis ab eis comparantibus. Præterea extra Tyrum, & in partibus Tyri do, & concedo, atque confirmo d. Piſanorum communi vnum molendinum aquæ cum domo, & aqua, & omni

B ſua pertinentia, conceſſum ei a dicto comite Raymundo, & caſale, quod nominatur Talobie cum duabus guaſtinis, & cum omni ſuo territorio, & pertinentia, & Raſalame cum ædificijs omnibus, & molendinis, & aqua, & iure molendinorum, & cum omni ſuo territorio, & pertinentia, & cum guaſtina montis, & Ainebeddelle cum aquis, & omni ſuo territorio, & pertinentia, & iardinum, quod fuit Regis cum aqua, & omni ſua pertinentia, & concedo, & confirmo Piſanis, & eorum communi in Tyro, & in partibus Tyri omnes libertates, & curiam, quam antiquitus habuerunt, & Raymundus Tripolis comes eis firmauit, & amplius eis concedo, vt omnes Piſani, & qui Piſanorum nomine cenſentur tam ſrapuli, quam

C burgenſes, ſeu etiam milites, & comites, ſeu cuiuſcunque conditionis laici in Piſanorum curia iudicentur de omnibus cauſis, & factis, & forisfactionibus, quæ dici, vel excogitari poſſunt præterquam de feudis, & aſſiſijs, & quæ ad feuda, & aſſiſias pertinent, de quibus omnibus in clericorum curia iudicentur, de nulla autem alia re Piſanus iudicetur in Regali curia in Tyro, & eius partibus, nec etiam in toto regno, de domibus autem burgenſium Piſanorum extra honorem Piſani communis poſitis Rex taliam poſſit percipere, ſi pro communi ciuitatis Tyri taliam receperit, nihil autem nomine alicuius dic, cturę, aut hoſtil. expeditionis, vel ſui aueris occaſione ab eis poſſit extorquere, & vt a Piſanis, aut ab his qui Piſa

D norũ nomine cenſeatur nomine Tertiariæ, aut alicuius directurę poſsit exigi cõcedo, & concedo eis vicecomitatum, ſiue conſulatum pro regēda curia & eorum honore in Tyro, & concedo eis, vt pro ſuo communi ponantur homines pro ſuo velle ad catenam, et fundum, et portas ciuitatis Tyri, qui habent curam de omnibus Piſanis, et de his, qui Piſanorum nomine cenſentur, et vt nullus homo Regis ſe intromittat de aliquo Piſano, vel de his, qui Piſanorum nomine cenſentur, aut de eorum auere ad catenam, vel fundum, vel portas ciuitatis intrando, vel exeundo, et vt omnes Piſani per quaslibet partes Regni cum ſuis rebus ſecure, et libere poſsint ire, et a nullo poſsint impediri nomine Regis, aut alicuius baronis occaſione, et vt de nulla re fiat eis deuetum, nec ab eis occaſione alicuius deueti aliquid poſsit extorqueri, ſiquis autem Piſanus, vel Piſani naufragium inſtinuerint in Regno, aut in partibus Regni, cum omnibus

rebus ſuis ſint ſecuri, et nihil eis auferatur. Inſuper do, et concedo eis dictas domos, et furnos, et balneum, et caſalia, et molendina, et ſtateram, et penſas, et modia, et menſuras omnes liberas, et abſolutas ab omni tributo, et exactione, et vt nihil nomine ſupraſcriptarum rerum, et conceſsionum aliqua occaſione ab eis poſſit exigi, nihil etiã a' Rege, vel eius nuncio poſſit inurmiri, vel machinari per decretum, vel aliqua arte, vel ingenio, vnde ius totum lędatur, vel redditus eorum in Tyro, vel eius partibus minuantur in furnis, vel in molendinis, vel in balneo, vel in caſalibus, aut in aliquo honore eis conceſſo, & quia quidam Piſani in obſequio Chriſtianitatis deceſſerunt, quidam autem ſunt ſuperſtites, concedo, vt Piſani, & eorum hæredes, & qui Piſanorum nomine cenſentur, feuda, & aſſiſias ſuas recuperent, & per regnum totum feudis, & aſſiſijs ſuis reſtituantur. Ad hæc concedo eis, & eorum Eccleſiæ, quicquid iuris, & libertatis eis concedere poſſum. Promitto etiam, quod in libertate quęrenda eorum Eccleſiæ in Tyro, & eius partibus conſilium, & adiutorium præſtabo. Ideo autem omnia prædicta dedi, & conceſſi eis in Tyro, & per regnum totum, quia in Tyro remanſerunt, & pro defenſione ciuitatis contra Saracenos pugnauerunt, nullaque de cætero pro dd. dationibus in Tyro, aut in aliqua regni parte debent præſtare ſeruitia. Vt autem hæc mea datio, & conceſſio, confirmatio, & corroboratio omni tempore inuiolata conſeruetur, ac in poſterum firma permaneat, præſens priuilegium teſtibus ſubſcriptis, & ſigilli mei plumbei impreſſione iuſſi communiri.

Actum in Tyro in domo Hoſpitalis præſentibus his teſtibus, videlicet

Fr. Giofridus Morin. præceptor domus Templi in Tyro.
Fr. Bertram del Zana miles Templi.
Fr. Petrus Iterij miles.
Fr. Vcchilm. de Vendobre miles.
Fr. Vgo Giofrei miles.
Fr. Achardus templi capellanus.

Domus Hoſpitalis ſunt iſti:

Dominus Vgo Tyberiadis. &
D. Adulphus frater eius.
D. Galterius Cæſarea.
D. Helias vicecomes.
Nazareth, & Euſtachius vicecomes legionis.
Raynerius de Marone
Vbertus de Orgiolo.
Iterius de Manni.
Amalricus Godercalci.
Vuillelmus de Carneto.
Vbertus nepos Seneſcalcus marchionis.
Anſaldus Bonnicinus, &
Balduinus frater eius.
Bernardus Templi in Tyro vicecomes.
Vuillelmus Cacc.
Matthæus Io. Guidi &
Simon de Faleſia.

Anno ab incarnatione Domini noſtri 1187. menſe octobris ind 6. Dat. Tyri per manum Balduini D. Marchionis ſcribæ.

Conradi donationem, cæteraſque immunitates ab Hieroſolymitanis Regibus, alijsq; Terræ ſanctæ principibus Piſanis conceſſas Cæleſtinus iij. anno 1192. ſequenti diplomate cenſuit confirmandas.

CAELESTINVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,

Dilectis filijs Piſanis ciuibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sedis Apoſtolicæ circumſpectio circa eos benigniori cura verſatur, & ipſorum commodis propenſius intendere conſueuit, quorum fidem, & deuotionem certiori experimento cognouit, & ſtudium etiam plurium noſcit vtilitatibus inſeruire. Hac igitur conſideratione inducti nihilominus precibus inclinati, libertates, & immunitates, ac cætera quę vobis dilectus filius noſter nobilis vir G. quondã Hieroſolymitanus Rex cum Sibylla vxore ſua per regnum ipſum veſtro conſiderato multiplici ſtudio, ac labore indulſit, & ſcripti ſui munimine confirmauit. Quæ inſuper chariſsimus in Chriſto filius noſter Ricc. illuſtris Anglorum Rex, & bonæ memoriæ C. quondam Marchio Montisferrati rata habuerunt, & firma, ſicut ab eis conſulte ac prouide facta ſunt, & in ſcriptis exinde confectis plenarie continentur, auctoritate duximus Apoſtolica roboranda, & præſentis ſcripti patrocinio munienda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ paginam communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Laterani 6 idus aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Anno 1200. Gallorum virtute Conſtantinopoli expugnata, in cuius expugnatione Piſanorum non paucæ cohortes bellicam gloriam explicuere, cum late graſſata, ac fuſa incendia non modo prophanas ædes, verum etiam ſacras magna ex parte abſumpſiſſent, Piſanorumque Eccleſia non minus Patriarchæ, quam Vbaldo Archiepiſcopo Piſano obnoxia conflagraſſet, Benenatus Piſanorum, qui ibi verſabatur, prior ab aliquibus Epiſcopis, qui tunc delegatorum Apoſtolicorum munere fungebantur, ſupplex expetijt, vt ſancti Saluatoris templum ipſorum ædibus proximum attribuerent, ab ijs benigne, vt ex ſubiecto monumento conſtat, obtinuit, pauloque poſt a Petro Card. Apoſtolicæ ſedis in Oriente legato ratum firmumque habitum eſt, cui poſtea plures Apoſtolici legati, ac demum Honorius Tertius ſuam auctoritatem adiecerunt, vt in eorum mox adducendis documentis è Vaticano archiuio deſumptis inſpici poteſt.

Riuelo, Dei gratia, Sueſſionen. G. Trecenſis, P. Bethlehemitanus Epiſc. omnibus, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem in Domino.

Nouerint vniuerſi, quod cum vrbs Cõſtantinopolitana capta Dei virtute a Francis fuiſſet, Piſani, qui captioni vrbis interfuerant, propter incendium Eccleſijs, & eccleſiaſticis indigentes ſacramentis a nobis eccleſiam ſui Saluatoris Apologotheto ſitam prope campum eorum cum omni-

omnibus pertinentijs eius circa ſe poſitis humiliter poſtularunt, in qua eis competenter diuina poſsint officia miniſtrari. Quorum petitionibus intuitu probitatis eorum, & deuotionis, quam ergo ſacroſanctam Romanam Eccleſiam habere noſcuntur, benigniter annuentes dictam Eccleſiam cum omnibus eius pertinentijs circa illam poſitam pro iam dictis Piſania prior eorum ſacerdoti ſcilicet Benenato, & clero, qui Romam Pontifici in dicta vrbe tunc temporis erat obediens, conceſsimus, ita quod ipſis, & eiſdem in præfata Eccleſia ſubſtituendi, & dictis Piſanis, & eorum ſucceſſoribus ſacramenta debeant eccleſiaſtica miniſtrare, ſalua in omnibus ſummi Pontificis, & omni auctoritate maiori, quod vt notum omnibus habeatur, & ratum, præſentem paginam noſtrorum ſigillorum teſtimonio communimus.

Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto, ind 8. menſis ſept.

Petrus, diuina permiſſione tituli ſancti Marcelli presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus.

Dilecto in Chriſto filio Benenato priori Eccleſiæ Piſanorum ſalutem in Domino ſempiternam.

Sacroſancta Romana Eccleſia humiles, ac deuotos filios propenſius diligere, & ipſorum vtilitatibus prouidere ex ſolito pietatis officio cōſueuit. Eapropter dilecte in Chriſto fili attendentes deuotionem tuam, quam ad Romanam Eccleſiam habere dignoſceris, vt ex tua deuotione gratum fructum tibi ſemper gaudeas prouenisse, poſtquam recepimus litteras domini Papæ per venerabilem patrem I. Coniæ patriarcham, in quibus idem dominus Papa impoſuit nobis legationem in Imperio Romaniæ Eccleſiam S. Saluatoris, quæ dicitur Apologotheto prope campum Piſanorum ſitam cum omnibus pertinentijs ſuis tibi auctoritate legationis, qua fungimur, duximus canonice concedendam, ipſamque tibi eadē legationis auctoritate confirmamua, & præſentis ſcripti patrocinio communimua. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis, & confirmationis infringere, vel ei temere contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto, menſe ſeptembris.

Benedictus, dignatione diuina tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto in Chriſto filio Benenato priori Piſanorum ſalutem in Domino ſempiternam.

Iuſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecte in Domino fili prior tuis iuſtis poſtulationibus benigno concurrentes aſſenſu, conſiderantes deuotionem, quam ad Romanam Eccleſiam te fideliter habere cognoſcimus, attendentes quoque obedientiam, & fidem, quam tu inter ſpinas Græcorum poſitus eidem Romanæ Eccleſiæ omni tempore obſeruaſti, Eccleſiam ſancti Saluatoris Apologotheto ſitam prope campum Piſanorum cū omnibus pertinentijs ſuis, quam venerabilis in Chriſto frater noſter Petrus tituli ſancti Marcelli presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus tibi conceſsit, nos auctoritate legationis qua fungimur in Imperio Romaniæ tibi, & ſucceſſoribus tuis perpetuo poſſidendam concedimus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalua tamē canonica iuſtitia de ipſa Eccleſia patriarchæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem contra hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

B *Datum Conſtantinopoli duodecimo Kal. martij anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexto, indict. 10.*

Ioannes, permiſsione diuina, tituli ſanctæ Praxedis presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio . . . priori Eccleſiæ campi Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.

Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum tam, vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Domino fili tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Eccleſiam ſancti Saluatoris Apologotheto, ſitam prope campum Piſanum cum clauſtro, & omnibus pertinentijs ſuis, quas habere debet ex initæ pacis forma, quam bonæ memoriæ B. Portuenſis Epiſcopus tituli ſanctæ C Suſannæ presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus Eccleſiæ tuæ conceſsit, ſicut in eius litteris inſpeximus contineri, tibi, & per te tuæ Eccleſiæ auctoritate legationis, qua fungimur, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conmfirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli decimo quinto Kalendas maij, Pontificatus domini Honorij Papæ Tertij anno quinto.

Ioannes, permiſsione diuina, tituli ſanctæ Praxedis D *presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio . . priori Eccleſiæ Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.*

Sacroſancta Romana Eccleſia deuotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſueuit, & ne prauorum hominum moleſtijs agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confouere. Eapropter dilecto in Domino fili tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, paternitatem tuam, et Eccleſiam ipſam, in qua diuino es obſequio mancipatus, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſsides, ac in futurum iuſtis modis, præſtante Domino, poteris adipiſci, auctoritate legationis, qua fungimur, ſub B. Petri, et Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus,

ſpe-

ſpecialiter autem poſſeſsiones, terras, vineas, præſentia monaſteria, et alia bona, quæ ipſa Eccleſia iuſte poſsidet, et quiete tibi, et per te ipſi Eccleſiæ auctoritate confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, et confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, et BB. Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli, decimo Kalendas maij, Pontificatus domini Honorij Papæ Tertij anno quinto.

HONORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Priori Eccleſiæ Piſanorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacroſancta Romana Eccleſia deuotos, et humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſueuit, et ne prauorum hominum moleſtijs agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confouere. Eapropter dilecte in Domino fili tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu paternitatem tuam, et Eccleſiam cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſsidet, ac in futurum iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati Petri, et noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem redditus, et poſſeſsiones eidem Eccleſiæ a dilecto filio noſtro I. tituli ſanctæ Praxedis presbytero Cardinali tunc Apoſtolicæ ſedis legato, pia, et prouida liberalitate collatas, prout in ipſius litteris dicitur plenius cōtineri, ſicut ea omnia iuſte, canonice, ac pacifice poſsides, tibi, & per te ipſi Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, et confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Signiæ idibus iulij, Pontif. noſtri anno ſeptimo.

Ioannes, permiſsione diuina, tituli ſanctæ Praxedis presb Card. Apoſtol. ſedis legatus, dilecto filio priori Eccleſiæ S. Petri Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.

Cupientes monaſteria, & metochia releuari deſtructa, & releuata illæſa ſeruari, monaſterium ſancti Angeli Iachirelimi, & Metochium Iurectorea Chalcedonien. diœceſis, quod Metochium quondam ad monaſterium Maſſuchi pertinuit cum ſuis iuribus, & proprietatibus, quæ habere debet ex initæ pacis forma Eccleſiæ ſuæ in ſuarum poſſeſſionum recompenſationem, vt per ipſam Eccleſiam valeant fideliter conſeruari, auctoritate legationis, qua fungimur, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate conferimus iure perpetuo poſſidenda, ſic tamen, vt ab ipſo monaſterio monachi nullatenus expellantur in Apoſtolicæ ſedis deuotione, ac diœceſani obedientia perſiſtentes. Et cum monaſterium, & Metochium memorata

A nuper cum nimia difficultate ſint extracta de manibus laicorum, ſub anathemate prohibemus ne ipſa amodo cuiquam laico committantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis, & prohibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli decimo nono Kalendas ianuarij, Pontificatus domini Honorij Papæ Tertij anno quinto.

Ioannes, permiſsione diuina, tituli ſanctæ Praxedis presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio . . . priori Eccleſiæ Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in
B *Domino.*

Cum ſicut per vos intelleximus Metochiū ſancti Heliæ . . Giuto Nicomedienſis diœceſis Eccleſiæ tuæ ſancti Saluatoris Apologotheto fuerit ex antiqua, nos Metochium ipſum ereptum de manibus laicorum cum ſuis iuribus, & proprietatibus, quæ habere debet ex forma pacis initæ, auctoritate legationis, qua fungimur, tuæ reſtituimus Eccleſiæ memoratæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

C *Datum Conſtantinopoli decimo Kalendas maij Pontificatus domini Honorij Papæ iij. anno quinto.*

Ego Balduinus Bardæ ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis auctoritate notarius ſingula horum omnium authentica vidi, & legi ſepius diligenter, & caute munita ſingula ſigillis veris ſingulorum ſuprascriptorum venerabilium patrum, & ideo ea omnia fideliter ſicuti reperi in eis nihil addens, vel minuens tranſcribendo exemplaui, meoque ſigno roboraui.

Interfuit Vbaldus concilio Lateranenſi ſub Alexandro Tertio anno 1179. cuius decreta etiam ſua manu ſubſcripſit. Hic ingenti, validaque Piſanorum claſſe ſuccinctus, vt Ænobarbo illi belligeraturo ſuppetias ferret, nauigauit in Oriētem. Sed cum toties fœdifragum Ænobarbum ſe lauantem flumē abſorpſiſſet, Vbaldus Terra ſancta nauibus oneratis Piſas reuerſus eſt, vnde poſtea cele
D bris Campus ille ſanctus efformatus eſt. Ingentis animi fuit, mordicuſque eccleſiaſticam libertatem defenſauit, quamobrem Othonem Imperatorem tanquam patrimonij ſancti Petri vſurpatorem in cathedrali Piſana publice excommunicauit. Sed cum deinde Otho Piſas veniſſet, Vbaldus, vt iram furentis declinaret, in inſulam Gorgoniam aufugit, vt narrat Volaterranus lib. quinto Geographiæ cap. 126. Ad hunc Vbaldum Vrbanus Tertius ſcribit cap. 12. de iureiurando cap. octauo. Huius etiam temporibus Piſis deceſſit Gregorius Octauus, ſepultuſque eſt in cathedrali an. 1188. obijt vero Vbaldus anno 1209. 13. Kalendas iulij ex veteri menologio ſancti Zenonis, quo Præſule octauo Kalendas maij ad cælum euolauit B. Bona virgo Piſana, multis poſt mortem miraculis coruſcans, de qua Bzouius ad annum Chriſti 1208.

1208. Ferrarius in catalog. ſanctorum, & Piſana monumenta.



48 LOTHARIVM Roſarium ciuem Cremonenſem, & Epiſcopum Vercellenſem Innocentius Tertius ad Archiepiſcopatum Piſanum tranſtulit anno 1209. Eodemque anno menſe octobri cum Romæ eſſet, ab eodem miſſus fuit ad Othonem Imperatorem, vt illum hortaretur ab infeſtatione Eccleſiæ, & ab iniquitatibus, iuxta iuſiurandum in ſua coronatione, ſed Otho vilipendens ab Innocentio excommunicatus eſt, de qua re chronic. Ceccani. Eo ipſo anno, quo Lotharius Archiepiſcopatu auctus eſt, Michael Abbas cœnobij ſancti Michaelis de Verruca in Piſana diœceſi ſiti, tunc ordinis Ciſtercienſis ad Innocentium confugit, vt priuilegia ab alijs ſummis Pontificibus monaſterio indulta, ipſius auctoritate corroborarentur, obtineret, tum maxime, vt certæ permutationi ab Vbaldo Archiepiſcopo Lotharij prædeceſſore cum cœnobio factæ firmitatem adijceret, cui facilem ſe, ac placidum Innocentius impertijt, ac non modo tranſacta Vbaldum inter, ac cœnobium confirmauit, verum omnibus alijs immunitatibus gaudere, bonaque omnia ab Vgone Hetruriæ marchione, qui Abbatiam condidit, firma, ac rata eſſe iuſſit. Hęc vna è ſeptem illis Abbatia eſt, quas idem marchio in Hetruria excitauit, atque Benedictinis monachis attribuit, quibus Ciſtercienſes ſucceſſere, qui in ijs longo tempore religioſam vitam excoluerunt, dū tandem inductis commendatarijs, ea obſoleſcente & omnino proſtrata abſceſſere monachi, pauloque poſt monaſterium cum ſuis redditibus militari ordini equitum ſancti Stephani Piſis a Coſmo magno Hetruriæ Duce ad frænandas Turcarum excurſiones inſtituto addita eſt. Porro Innocentij priuilegium, cuius autographum in tabulario capituli Piſani aſſeruatur in libro Campione prædictæ Abbatiæ inſcripto, huius eſt ſententiæ.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Michaeli Abbati S. Michaelis Verrucen. eiuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Cum omnibus Eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis debitores, ex Apoſtolicæ ſedis aucto-

A ritate, & beneuolentia exiſtimamur, illis tamen attentius prouidere nos conuenit, vt eas a prauorum incurſibus hominum deſenſando arctiori debemus charitate diligere, quas beato Petro, & ſanctæ Romanæ Eccleſię non eſt dubium ſpecialius adhęrere, & tanquam iure proprio ſubiectas eſſe. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & B. Mariæ ſemper Virginis, ac ſancti Michaelis monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum fel. mem. Paſchalis, Innocentij, Eugenij, Adriani, Alexandri, Vrbani, & Clementis Romanorum Pontificum ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & pręſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, vt idem cœnobium, & monachi ad ipſum pertinentes ab omni ſecularis ſeruitij ſint infeſtatione ſecuri, omnique mundanæ oppreſſionis grauamine liberi in ſanctæ religionis obſeruantia Domino cooperante perſiſtant, nec vlli alij, niſi Romanæ, atque Apoſtolicæ ſedi, cuius iuris eſt locus ipſe, aliqua teneantur occaſione ſubiecti. Præterea quæcunque bona, quæcunque poſſeſſiones a bon. mem. Vgone duce, atque marchione ipſius cœnobij fundatore, ſeu ab alijs Dei fidelibus eidem loco pro animarum ſuarum remedio ſunt collatę, vniuerſa etiā, quę in præſentiarū idem cœnobium iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regū, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, cum C omnibus decimis tam dominicatuum, quam earum rerum, quas coloni poſſideot, duntaxat ex proprio iure, ſiue eas a quadraginta retro annis prælatum monaſterium quiete, & inconcuſſe habuiſſe dignoſcitur, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſancti Nicolai ſecus muros Piſanæ ciuitatis, cum cœmeterio, parochia, & oblationibus, cæteriſque ad eam pertinentibus, Eccleſiam ſancti Leonardi poſitam in praſtuſcello, ſaluo iure Piſanæ Eccleſiæ, hoſpitale ſancti Nicolai iuxta eandem Eccleſiam ſancti Leonardi poſitum, Eccleſiam ſanctæ Viuianæ iuxta fluuium Serchi, Eccleſiam S. Mariæ D in Monticulo, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Ponticulo ſuper fluuium Arni, Eccleſiam ſancti Chriſtophori in Pedemontis, Eccleſiam ſancti Laurentij in ſylua longa montis, Eccleſiam ſancti Hilarij in ſylua longa, capellam ſancti Petri in Valle, capellam ſancti Bartholomæi de Cucciano, patronatum Eccleſiæ ſancti Petri a Farneti, quicquid iuris habetis in Eccleſia ſancti Martini de Creſpignano, villam de Monte magno, Callare de ſtagno quod dicitur Bordone, & quicquid in præſentiarum loco veſtro pertinere cognoſcitur, in vico, in Beuiti, in ſelcia, in cintoria, in blentina, in monticulo, in territorio, in vada, in collinis, in aqua viua, in caprona, in criſpignano, in macagio, in ſambra, in grecciano; placitum quoque de villa de Monte magno, & de Bethano, & totum placitum, quod habetis a Calci. a Caprona

vſque

vſque ad Caule, tibi, tuiſque ſucceſſoribus regularibus regendum, diſponendum, poſſidendumque firmamus. Pratum quoque Vrcalterij, & id quod bonæ memoriæ Baldus 'q. Piſanus Archiepiſcopus veſtro monaſterio in concambium noſcitur tradiſſe, nos vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Ita quod nullus Archiepiſcopus, vel aliqua perſona ſuper his deinceps vos moleſtare præſumat, ſaluo ſuper decimis moderamine concilij generalis. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos a ſeculo fugientes recipere, & eos ſine contradictione aliqua in veſtro collegio retinere. Prohibemus, ne vlli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem niſi arctioris religionis obtentu ſit fas ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere, B diſcedentem vero abſq; communi literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis ianuis clauſis non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, dummodo cauſam non dederitis interdicti, diuina officia celebrare. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum, ſeu clericorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, a quocunque malueritis Catholico ſuſcipietis Epiſcopo. Ad hæc adijcimus, vt nulli Epiſcoporum facultas ſit prædicti cœnobij, & eiuſdem Eccleſiarum monachos, & conuerſos, ſeu familiam regulari profeſſioni obnoxiam, quæ intra ipſam Verucç arcem ad monaſterij cuſtodiam commorantur, interdicto, vel excommunicationi ſubijcere, ſiquidem in debita C ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidelitate perſiſtant. Prohibemus etiam ne vllus in dicta Eccleſia ſancti Michaelis, & ſanctæ Mariæ, aut eius officionis aliquam violentiam audeat exercere, ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri voluerint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici vſurarij, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum maior pars conſilij ſanctioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, ſiue de ſuo, aut de alieno, ſi opportunum fuerit, collegio prouiderint eligendum. D Electus autem ad ſedem Apoſtolicam benedicendus accedat. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam, ſeu monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & in ſupradictis Eccleſijs diœceſanorum Epiſcoporum canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius a ſede Apoſtolica perceptæ libertatis, & quod idem cœnobium beati Petri iuris exiſtat, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus duos aureos annis ſingulis perſoluetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciẽs, contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſsimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. B Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Albanus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ioannes Sabinen. Epiſc. ſubſcripſi.

Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſc. ſubſcripſi.

Ego Cencius SS. Ioannis, & Pauli presb. Card. & Pammachij ſubſcripſi.

Ego Petrus tit. ſancti Marcelli presb. Cardinal. ſubſcripſi.

Ego Benedictus tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Rogerius tit. ſanctæ Anaſtaſiæ presbyter Card. ſubſcripſi.

Ego Gregorius tit. ſancti Georgij ad velum aureum diac. Card. ſubſcripſi.

C *Ego Guido tt. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. ſubſcripſi.*

Ego Ioannes SS. Coſmæ, & Damiani diac. Card. ſubſcripſi.

Ego Pelagius tit. S. Luciæ Septiſolio diac. Card. ſubſcripſi.

Datum Viterbij per manum Ioannis ſanctæ Mariæ in Coſmedin diac. Card. S.R.E. cancellarij 7. idus iunij, indict. 12. incarnationis Dominicæ anno 1209. Pontificatus vero domini Innocentij Papæ iij. anno duodecimo.

Ex lib. antiquo dictæ Abbatiæ vocato Campione.

Lotharius demum cum in Orientem illic bellantibus Chriſti fidelibus opem laturus cum ſuis D Piſanis tranſijſſet, patriarcha Hieroſolymitanus creatus eſt anno 1216.

49 ALEPRANDINVS electus reperitur Piſanus Archiepiſcopus anno 1216. in quodam capituli Piſani inſtrumento, quo in Vitalem, Bartholomæum, Gallumque canonicos procuratorum munus apud ſedem Apoſtolicam obeundum tranſfuſum eſt, vt Aleprandini a ſe in Archiepiſcopali dignitate deſignati, electionem ratam, firmamque haberi flagitarent. An vero ſummus Pontifex Honorius Tertius electionem refutarit, an ſua auctoritate communierit, altum ſilentium eſt, nec vlla alia ipſius viget memoria eius Eccleſiæ monumentis expiſcata, quam quæ in hoc documento ex ipſius ſanctiore archiuio, ab archetypo deſcripta celebratur. Non vero leuis ſuſpicio obrepit animo, Aleprandinum in ipſo dignitatis li-

m it-

mite diem ſuum obijſſe, vel certe a Pontifice repulſam paſſum, eiuſque electione reſciſſa, eius vice M. Vitalem capituli procuratorem electum extitiſſe, cum Piſana monumenta illum ſequenti anno 1217. delectum ab Honorio multis priuilegijs, beneficijſque auctum, ornatumque fuiſſe commendarint. Inſtrumentum porro, in quo electi Aleprandini mentio fit, ita iacet.

In nomine Domini. Amen.

Anno incarnationis Chriſti 1216. Pontificatus D. Honorij Papæ Tertij anno 1. menſe decemb. die 16. indictione quinta.

Nos Bartholomæus Archipresbyter, magiſter Vitalis, & Gallus cannonici Eccleſiæ Piſanæ nuncij, & procuratores capituli Piſani apud ſedem Apoſtolicam conſtituti pro confirmatione electionis domini Aleprandini factę ad Eccleſiam Piſanam ex poteſtate, & mandato nobis conceſſo a dicto capitulo Piſano accipiendi mutuo pro facto, & occaſione Eccleſiæ, & Archiepiſcopatus Piſani, profitemur nos mutuo recepiſſe a vobis Bramazore Vguccione, & Lupo mercatoribus Senenſibus pro vobis, & alijs ſocijs veſtris ſoluentibus viginti libras bonorum proueſinorum Senatum, de quibus plene nos quietos vocamus nomine dicti capituli, & Eccleſiæ, & Archiepiſcopatus Piſani exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciantes, pro qua prætaxata ſumma viginti librarum prouefinorum promittimus nomine dicti capituli, & Archiepiſcopatus Piſani, & etiam noſtro proprio nomine ſoluere, & reddere vobis, vel alicui veſtrum, vel certo nuncio veſtro abhinc ad Kalendas Februarias proxime venturas apud Piſas quadraginta & duas libras bonorum, & nouorum Piſanorum tali vero tenore: Quod ſi in prædicto loco, & termino prætaxata pecunia vobis, vt dictum eſt, integre ſoluta non fuerit, ex tunc per ſingulos menſes pro ſingulis decem libris Piſanis viginti ſolidos eiuſdem monetæ promittimus vobis nos daturos, & expenſas vnius mercatoris cum vno equo, & vno ſeruiente, & hæc omnia pœnæ nomine pro dicto capitulo, & Archiepiſcopatu Piſan. vſque ad ſolutionem integram debiti prætaxati, eadem tamen pœna vobis in ſortem minime computata, pro quibus omnibus firmiter, & plenarie obſeruandis, nos nomine dicti capituli, & Archiepiſcopatus Piſan. & etiam noſtro proprio nomine obligamus vobis mercatoribus memoratis, & conſtituimus nos ſingulos in ſolidum prædictorum omnium debitores, obligantes etiam omnia bona noſtra mobilia, & immobilia, eccleſiaſtica, & mundana, & promittentes in verbo veritatis omnia ſupradicta nos firmiter ſeruaturos, & renunciamus omni iuris auxilio, priuilegio fori, & omni exceptioni, & rei, quæ poſſent obijci contra inſtrumentum, vel factum. In huius autem rei teſtimonium, & cautelam, ego prædictus Archipresbyter huic publico inſtrumento ſigillum duxi proprium apponendum.

Actum eſt hoc coram ſubſcriptis teſtibus ad hoc ſpecialiter rogatis, ſcilicet

Bernardo Plebano de Caſcina ſubſcripſi.

Petro de Baerchi ſubſcripſi.

Gualobio de ſancto Celſo ſubſcripſi.

Et ego Riccardus Imperialis aulæ notarius viſa, & lecta charta dictorum canonicorum de mandato eis dato in capitulo Piſan. ſuper mutuo contrahendo hanc chartam vtriuſque partis conſenſu ſcripſi, & compleui rogatus.

50 M. VITALIS de Martijs nobilis Piſanus. Contendunt nonnulli ex ijs Piſanis Martijs gentem illam nobilem Martiam, quæ hodie Florentiæ floret, ſuam traxiſſe originem. Alij ex vetuſta familia Caietana Vitalem proſeminatum narrant, vt res ſit, Vitalis inſignis doctor fuit, aſcenditque ad ſuæ patriæ Archiepiſcopatum anno 1218. quo ipſo tempore Honorius Pontifex ad Sardinienſes Epiſcopos, & Archiepiſcopos literas dedit, vt illum pro Primate venerarentur, legatoque nato S.R.E. vt ex ſubiectis literis perſpici poteſt, quas ex regeſt. Vatic. eiuſdem Pont. pag. 125. ex fide nos ipſi deprompſimus.

Archiepiſcopo Turritano.

Licet ven. fratri noſtro Piſanum Archiepiſcopum, & eius Eccleſiam non velimus ſuper collato ſibi a prædeceſſoribus noſtris priuilegio legationis, & primatus, quod nos poſtmodum confirmauimus, moleſtare, pati tamen nec volumus, nec debemus, vt beneficio ſedis Apoſtolicæ abutatur. Cum igitur certis temporibus auctoritate noſtra legationis officium in Sardinia valeat exercere, F. T. P. A. S. M. quatenus cum terram ipſam iuxta tenorem priuilegij Eccleſiæ Piſani conceſſi datis temporibus viſitauerit, quamdiu in eadem prouincia fuerit, ei tanquam legato ſedis Apoſtolicæ intendat, abſenti tamen, vel alio tempore venienti, non teneberis auctoritate legationis aliquatenus reſpondere: auctoritate vero primatus non plus poteſt in prouincia Turritana, quam primatibus vniuerſis concedunt canonicę ſanctiones.

Dat. Laterani 5. nonas iulij.

Archiepiſcopis, Epiſcopis, & nobilibus viris Turritanis & Galluren. iudicibus, alijſque nobilibus per Sardiniam conſtitutis.

Cum quidam prædeceſſores noſtri Piſanis Archiepiſcopis contulerint in Turritanæ, Arborenſis, & Callaritan. prouincijs primatus, & in Sardinia legationis honores. Nos V. F. N. Vitali Piſano Archiepiſcopo benigne conceſſimus, quod noſtri prædeceſſores ipſius Archiepiſcopi prædeceſſoribus conceſſerunt. Ideoque V. V. attente monemus P. A. S. M. quatenus eidem Archiepiſcopo in ijs, quæ in prædicta terra ſibi ſunt ab Apoſtolica ſede conceſſa, tamquam primati veſtro, ac Apoſtolicæ ſedis legato debitum honorem, & reuerentiam impendatis, eiuſque ſalubribus monitis curetis deuote, ac humiliter obedire.

Dat. Laterani non. febr. anno 2.

Capitulo, clero, & populo Piſano.

Quod circa Eccleſiam, & ciuitatem veſtram exuberet noſtræ ſinceritatis affectus, poteſtis perpendere per effectum, nam pręter alia, in quibus vos multipliciter honorauimus, V. F. N. Vitali Archiepiſcopo veſtro conceſſimus in Tur-

ritana, Arborenſi, & Callaritanæ prouincijs primatus, & in Sardiniæ legationis honores, ſicut prædeceſſores noſtri eiuſdem Archiepiſcopi prædeceſſoribus conceſſerunt, &c.

Diuturnas lites Vitalis cum clero ſuo diu exercuit, quæ in varijs iuribus a capitulo in nonnullas Eccleſias, locaue prætenſis vertebatur, adeo vt ab Archiepiſcopi auctoritate nullatenus penderent, quæ pluribus priuilegijs ſibi ab Imperatoribus, ſummiſque Pontificibus irrogatis deberi contendebant, quibus etiam multa alia tempore vindicata addiderant, iamque longo temporis ſpatio lites cum Archiepiſcopo agitarant, cum ille conciliandæ cum illis concordiæ cupidus, rem omnem tribus exploratæ prudentiæ viris, nimirum Abbati de Inſula, Archipresbytero Collenſi, ac Senenſi Archidiacono dirimendam permiſere. Ij vero re mature deliberata, ac partis vtriuſque diſcuſſo iure, hanc ſententiam grauiſſimam protulere, quæ cum maximam huic Eccleſiæ lucem afferat, ex ipſo Vaticano tabulario adducenda viſa eſt.

In nomine Domini. Amen.

Cum controuerſia verteretur inter capitulum Piſanum ex vna parte, & dominum Vitalem Archiepiſcopum ex alia ſuper plebe de Arena, & capellis ad dictam plebem, & capitulum pertinentibus, ſcilicet capella ſancti Hilarij de Piro, & capella ſancti Stephani de Riluon. & capella ſancti Martini de Albero, & capella, & Eccleſia ſancti Michaelis de Orboala, & capella no, & Eccleſia ſancti Pontiani de Orboala, & Eccleſia ſancti Iacobi de Coſagio regio, & capellanis, & capella de valle Auſeris, ſcilicet ſancti Ioannis de monte Piſano, & ſancti Chriſtophori de Borcano, & capellis ſancti Petri, & ſancti Donati, & ſancti Proſperi de villa Mathadij, & ſancti Nicolai de Hoſpitali Manni, & ſancti Ioannis de Campo longo, & ſancti Laurentij de Burgo nouo, & ſancti Michaelis de Caſodio, & S. Martini de Reto, & capellanis, & capellis de Ciſanello, ſcilicet ſancti Iuſti, & ſancti Blaſij, & ſancti Petri, & capellanis, & capellis ſancti Stephani de Faſiano, & ſancti Vernedij de Oſticaria, & ſancti Saluatoris de Pontignano, & ſancti Laurentij de Embolo pelleponorum, quos capitulum dicebat ad ſe pertinere, & in quaſi poſſeſſione eſſe inſtituendi, deſtituendi, excommunicandi, interdicendi, ſuſpendendi, corrigendi, viſitandi, cauſas matrimoniales tractandi, & etiam recipiendi decimas, primitias, oblationes, collectas, & procurationes, & ſuper viginti libris, quos dicebat dominum Archiepiſcopum ab eiſdem Eccleſijs extorſiſſe. Et ſuper ordinationibus, & deſtitutionibus clericorum, Abbatum, priorum, plebanorum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum celebratione concilij, excommunicatione, ſuſpenſione, ſiue conſilio capituli, vel maioris partis non proferendis ſuper alienationibus rerum Archiepiſcopatus, obligationibus, infeudationibus, impoſitionibus, & exactionibus clericis, & Eccleſijs Piſanæ ciuitatis, & diœceſis ab eodem Archiepiſcopo ſine capitulo faciendis ſuper inſtitutionibus Prælatorum in conſilio capituli factis ab ipſo Archiepiſcopo irritandis, ſuper reſtitutione trium procurationum, quas dictum capitulum L. libras exiſtimabat, & ſuper eo, quod non liceat Archiepiſcopo ordinatum in maiori Eccleſia officio, vel beneficio priuare, vel ipſum capitulum interdicere ſine admonitione legitima, & canonico iudicio, ſuper M. libris, quos capitulum dicebat Archiepiſcopum a clericis Archiepiſcopatus extorſiſſet ſuper inuentione, & inſtitutione operarij in opera ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ratione adminiſtrationis ſuæ reddenda, quæ capitulum ad ſe pertinere dicebat, & ſuper reſtitutione centum librorum oblationum in vna parte quadraginta, pro alia, quæ Archiepiſcopo in miſſarum celebratione obuenerant. Item pro domino Archiepiſcopo ſuper centum libris Piſanorum, & ſupee centum quinquaginta barilibus vini, & ſex ſealis plaſtrum, & ſuper ſexaginta libris denariorum, & ſuper viginti vaſis argenteis, quæ omnia dominus Archiepiſcopus dicebat capitulo poſt mortem domini Lotherij vacante ſede Archiepiſcopali de bonis Archiepiſcopatus viurpaſſe, & ſuper ornamentis Epiſcopalibus, ſcilicet planeta, pluuiali, dalmatica, & tunicella de ſerico albo, & vna tunicella de ſerico rubeo, quæ ſimiliter dicebat capitulum viurpaſſe, & ſuper ſexcentis libris denariorum, quos dictum capitulum tempore vacationis habuit de collecta a clericis Archiepiſcopatus facta, & ſuper ratione reddenda de rebus, & redditibus Archiepiſcopatus, quorum adminiſtrationem habuit capitulum tempore vacationis prædictæ, & ſuper alienationibus, obligationibus, & infeudationibus a capitulo ſine licentia Archiepiſcopi non faciendis, ſupee lxx. libris ipſi Archiepiſcopo de ſua præbenda a capitulo detentis, ſuper obedientia ipſi Archiepiſcopo a canonicis exhibenda, & ſuper iuriſdictione voluntaria, ſeu contentioſa in Eccleſijs a capitulo petitis, & opera ſancti Ioannis a capitulo non vindicanda, nec exercenda, quæ omnia in libellis partium plenius continentur. Placuit vtrique parti, nos Abbatem de Inſula, & Archipreſbyterū de Colle, & M. archidiaconum Senenſem iudices ſuper his deliberatis, arbitros eligere, & prædictam litem ſub pœna centum marcarum argenti noſtro arbitrio committere decidendam. Ideoque nos præfati arbitri pro bono pacis, & concordiæ arbitramur, laudamus, & pronunciamus, quod excepta Eccleſia ſancti Laurentij de Embolo Pellipanorum ſine contradictione domini Archiepiſcopi Piſani, capitulum Piſanum de cætero habeat, & poſſideat Eccleſias ſuperius poſitas, quoad ius confirmandi, inſtituendi, interdicendi, ſuſpendendi, excommunicandi, corrigendi, viſitandi propris prædicta, & recipiendi decimas primitias, & oblationes, & procurationes ratione prædictorum neceſſarias imponendi, & exigendi moderatas collectas ex aliqua rationabili, vel neceſſaria, vel vtili cauſa impoſitas, vel imponendas, & ijs tantum ſcilicet in ſacramentis ab eo recipiendis in cognitione criminalium cauſarum, quando ageretur ad depoſitionem, in correctione ſi capitulum fuerit negligens, & hoc admonitione præmiſſa capitulo in viſitatione generali cum totū Epiſcopatum viſitauerit, & appel-

lationē

latione ad eum interponenda dominum Archiepiſcopum debita reuerentia, & canonica iuſtitia reſeruata. Item arbitramur, & pronunciamus, quod prohibitio, quam fecit dominus Archiepiſcopus clericis prædictarum Eccleſiarum, ne capitulo reſponderent, ſit irrita, & inanis, & quod illum dominum Archiepiſcopum reuocaret, & nec de cætero impediat capitulum, quo minus impeditis Eccleſiis vtatur iure ſibi conceſſo. Item arbitramur, & pronunciamus, quod domino Archiepiſcopo cum fuerit in Epiſcopato Piſano, requirat capitulum, & cum eorum conſilio, & aſſenſu ordinationes clericorum ſolemnes faciat, Eccleſias, & Epiſcopos conſecret, electiones Abbatum, priorum, canonicorum, ſiue plebanorum examinet, & confirmet, & inſtituat, & deſtituat clericos ratione criminum, & concilium celebret. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum ad prædicta ad eius requiſitionem cum ipſo conueniat, ſi commode poterit, vel aliquos pro capitulo mittat. Verum ſi requiſitum cum conuenerit, vel veniens non conſenſerit niſi ſufficienti, & rationabili cauſa aſſignata dominum Archiepiſcopum, nihilominus ſine eo prædicta exerceat illis vice, & ſufficiat dominum Archiepiſcopum per ſe, vel per alium Archipresbyterum, vel camerarium, vel alios de canonicis inuentos, ſi ipſi eſſent abſentes pro capitulo requiſiſſe. Item arbitramur, & pronunciamus, quod dominus Archiepiſcopus aliquem ordinatum in maiori Eccleſia non priuet officio, vel beneficio, nec capitulum interdicto ſupponat, vel excommunicatione canonico iudicio præeunte, & legitima admonitione præmiſſa, quod ipſi capitulo Apoſtolico priuilegio noſcitur eſſe conceſſum. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum, & quilibet de capitulo D. Vitali Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis debitam reuerentiam impendant, & obedientiam promiſſam obſeruent. Item arbitramur, & pronunciamus, quod in venditione rerum immobilium, & alienationibus ab vtraque parte ius commune ſeruetur, ſed ſi in hoc articulo contra factum fuerit, quod fieri non debet, pœna non omittatur. Item arbitramur, & pronunciamus, quod dominus Archiepiſcopus ter in anno procuret capitulum, ſcilicet in Natiuitate Domini, Reſurrectione, & Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, ordine hactenus conſueto. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum eligat capellanum in Eccleſia ſancti Laurentij de Embulo pellipariorum, & præſentet domino Archiepiſcopo confirmandum, & per capitulum auctoritate domini Archiepiſcopi inſtituatur in ea. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum operarium in opera ſancti Ioannis inueniat, & inuentum Archiepiſcopus, & capitulum ſimul inueniant & obedientiam ſimul recipiant, & idem operarius rationem ſuæ adminiſtrationis capitulo reddat, & dominus Archiepiſcopus inſtitutum in aliquo non moleſtet. Item arbitramur, & pronunciamus, quod omnes aliæ petitiones, quas ſibi inuicem faciebant, ſint irritæ, & inanes, & quod vlterius exinde vtraque pars alteri nullam moueat quæſtionem, exceptis petitionibus de curte Pappiana, & canonica portione donationum Archiepiſcopatui nomine Eccleſiæ factarum, de quibus in vos non fuit a partibus compromiſſum. Et hæc omnia præcipimus vtrique parti in perpetuum ſub pœna centum marcharum argenti pro quolibet articulo firmiter obſeruanda, quam pars quæ contrauenerit parti ſeruanti ſoluere teneatur, qua ſoluta arbitrium nihilominus in ſuo obtineat firmitatem.

Latum eſt hoc arbitrium Piſis in palatio Archiepiſcopali a ſupradictis arbitris coram domino Bernardo priore Siſti.

Franciſco plebano de Rado.

Arnulpho monacho de Inſula.

G. Rectore Eccleſiæ S. Martini de Senole.

Presbytero Bonocorſo capellano ſancti Georgij.

Magiſtro Orlando capellano S. Blaſij.

Presbytero Angelo capellano D. Archiepiſcopi.

Bonalbo notario.

Bernardo notario.

Riccardo notario.

& alijs pluribus rogatis teſtibus. in an. D. milleſimo ducenteſimo vigeſima quarta, die . . kal. iunij, indict. duodecima.

Ego Fratellanus notarius prolationi dicti arbitrij interfui, & de mandato dictorum arbitrorum ſubſcripſi, & in publicam formam redegi,

In Honorij Vaticano regeſto terribilem, zeloque plenam offendimus eiuſdem Pontificis epiſtolam ad Vitalem noſtrum Archiepiſcopum, cuius fauore, conſilioue Piſani ciues Vbaldum quemdam virum potentem, Eccleſiæ inimicum, & excommunicatum, in poteſtatem elegerant. Epiſtolæ tenor talis eſt.

HONORIVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Piſano Archiepiſcopo.

Si ad tribunal mentis acceſſeris, & ante te ſtatueris temetipſum, cogitationemque accuſatoris vice, ac defenſoris vtatur, inueſtigetque ratio ſancta tua, nunquid non te tua conſcientia condemnabit, & iudicabit non tantum Eccleſiæ Dei membrum inutile, verum etiam putridum, & ob hoc ab ea merito abſcindendum, qui oblitus fidelitatis exhibitæ nobis, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in ſuſceptione pallij præſtito corporaliter iuramento, filium Belial Vbaldum in iniquitate parentem, perfidum, & Dei Eccleſiæ inimicum, traditumque cum complicibus, & fautoribus ſuis propter multiplices, & graues eius exceſſus in Apoſtolicam ſedem commiſſos in carnis interitum Sathanę, permiſiſti, ne feciſti dicamus verius in Piſanæ ciuitatis poteſtatem aſſumi, non ſine ſcrupulo forſitan ſocietatis occultæ, nec ſufficit ſi ad excuſandas excuſationes in peccatis forſitan dixeris, quod tu illum nequaquam elegeris, ſed potius electores, qui elegerunt eundem cum tibi de prouidendo rectore, ſeu poteſtate ciuitate Piſana libera fuerit tributa facultas, & illis potuiſſes electoribus inhibere, ne prædictum eligerent reprobum, eo quod eſſet ab eccleſiaſtica vnitate præciſus, & ipſius contagio infici poſſet populus vniuerſus. Præterea multos alios in electores po-

tuiſſes eligere, qui nequaquam elegiſſent eumdem? et ideo ſcultra iaciatur tete ante oculos pennatorum. Rurſus conſule temetipſum, vtrum ſcelus incurreris idololatriæ contra obedientiam nobis promiſſam temere veniendo, et deferendo homini contra Deum. Cum enim tibi noſtris litteris dederimus in mandatis, vt niſi populus ciuitatis prædictæ a te monitus diligenter ſæpedictum reprobum remouerent a ſuæ regimine ciuitatis, tam ciuitatem ipſam auctoritate noſtra eccleſiaſtico interdicto concluſam, quam ſæpe dictum Sathanæ membrum, et omnes intendentes eidem, ſeu præſtantes auxilium, vel fauorem, excommunicationis laqueo innodatos, ſub cuiuslibet contradictionis, et appellationis obſtaculo nuntiares, et per ciuitatem eamdem, et eius diœceſim faceres nuntiari, tu oculos tuos ſtatuens declinare in terram, obedientiæ nexu dirupto, non ſolum id efficere contempſiſti, verum etiam noluiſti litteras ipſas recipere, et quod deterius eſt, nuncios adferentes eoſdem, non ſine contemptu Apoſtolicæ ſedis, et noſtro in tuis ſuſtinuiſti domibus atrociter verberari, quod non ſine tua conniuentia merito præſumitur fore factum. Vide, et apud te ipſum recogita, quam in hoc nobis fueris obediens, quam fidelis. Si ſedes eſt Apoſtolica mater tua, vbi eſt honor eius? ſi Domina, vbi timor? Nonne iuris, etc. honorem, et reuerentiam ſubtraxiſti, et fœdus iniſſe videris cum morte? Attende iterum, et conſidera, ſi Epiſcopale conuenit tibi nomen, cum ad extrahendum de lacu peruerſitatis gregem tibi commiſſum, ne in profundum veniat, et contemnat, prout interpretatio dicti nominis, et officium exigit non intendas, ſed ipſum in illo permittas immergi potius, et immergas. Numquid non populum ipſum in ſua videris peruerſitate fouere, dũ præſentibus vinculo excommunicationis ligatis, ſolemniter celebras in ciuitate auctoritate noſtra ſuppoſita interdicto. Nec allegare potes profecto, quod ignores ciuitatem eamdem interdicto concluſam, eo quod non receperis litteras illas, per quas id tibi fuerat demandatum, cum talis ignorantia non ſolum ſit craſſa, ſed etiam affectata, et nihilominus eædem litteræ poſtmodum per clericum venerabilis fratris noſtri Bethleemitani Epiſcopi, cui fuerunt exhibitæ, vt eas faceret tibi præſentari, in tua fuerint præſentia recitatæ, cui ſic diceris reſpondiſſe, quod idem Epiſcopus de ijs hoc tempore ſe intromittere non deberet. Cum ergo ſic ad te mandatum Apoſtolicum venerit iterato, et obſtinato corde non acquieueris, et facie indurata nonne incurriſti quaſi Ariolandi peccatum, et in Balaham filij Beor conſortium incidiſti. Præterea, et ſi ſuper hoc noſtrum non recepiſſes mandatum, nec tamen deberes illis celebrare diuina, nec participare cum eis, præterquam in illis, quæ pertinent ad ſalutem, cum ſcias illos excommunicationis ſententiam incurriſſe, quam prædictus Bethleemitanus Epiſcopus tulit in eos, ſi a nono Kalendas Iulij vſque ad feſtum beati Iacobi proximo tunc venturum Lucania in perſonis, et rebus per ſe, vel ſubditos ſuos offendere attentarent, et ex eo nihilominus excommunicatione ligatos nõ

A ignores eoſdem, quod communicant reprobo memorato, intendendo ſibi, et parendo ipſius diſpoſitionibus, et mandatis. Denique cum deberes ex officio paſtorali reducere proprijs humeris aberrantes oues ad caulas, tu de paſtore ne proprius dicamus in lupum, in mercenarium commutatus expoſuiſti gregem tibi commiſſum luporum rapacium morſibus laniandum, dum eis talem in rectorem præfici permiſiſti, cuius contagio maculati tendant ad interitum ſalutis æternæ. Ecce quomodo diligis gregem tuum, ecce qualiter exequeris officium paſtorale, quod eſt infirmum conſolidas, et ſic quod ægrotum eſt ſanas, necnon ita quod confractum eſt alligas, et abiectum reducis, et quod de ipſo grege periit, ſic requiris? Diſciplinam namque videris, vt conſilio perditus ab-
B iecisse, ſic tuis ouibus prouidendo, et ſubtrahendo obedientiam, et reuerentiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri tuæ. Vtinam ſaperes, et intelligeres, ac nouiſſima prouidens non hæc ei retribueres, quæ te creauit, et ad tantum prouexit apicem dignitatis, quæ quoque nunc dicere de te poteſt, filium enutriui, et exaltaui, ipſe autem me contemnit, et ſpernit, propter quod dolentes compellimur exclamare, pœnitet nos hominem hunc feciſſe, cum propter hæc de te non modicũ confundamur, et aduerſarij tui contra nos, qui te promouimus, materiam habeant inſultandi, et nonnulli fratrum noſtrorum nobis in faciem iam pluries inſultarint, ex eo quod Apoſtolicæ ſedi, et nobis te indeuotum ſic exhibeas, et ingratum. Et quidem pœnitentiam noſtram in te celeriter
C ſortiri faceremus effectum, exceſſus huiuſmodi taliter caſtigando, quod pœna docente cognoſceres, quam temerarium ſit Apoſtolicis non obedire mandatis, et brachia contra torrentem extendere, contraque ſtimulum calcitrare, niſi manſuetudo motum noſtri animi temperaret, et non minus noſtro, quam tuo pareremus pudori, cum vix ſine noſtra, qui te nonnullis contradicentibus, et inuitis promouimus, poſſea confuſione confundi. Adhuc igitur experiri volentes verum in te ſaltem ſynderesis remanſerit inextincta ita quod huiuſmodi obiurgationis vexatio tuo auditui tribuat intellectum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, et in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus mandatum præſcriptum omni gratia, et timore mundano poſtpoſitus,
D illud infra octo dies poſt ſuſceptionem præſentium qualibet occaſione, contradictione, ac appellatione ceſſantibus plene, ac fideliter exequaris, et ad ſæpedicti perfidi confuſionem maiorem, et eius contumaciam confutandam, ipſum cum complicibus, ac fautoribus ſuis ſingulis diebus Dominicis, et feſtiuis, pulſatis campanis, et candelis accenſis anathematizatum, et ab eccleſiaſtica vnitate præciſum, et tu ipſe denunties, et facias per totam ciuitatem Piſanam, et eius diœceſim publice nuntiari. Attentius prouiſurus, vt in ciuitate prædicta interdicto concluſa, quamdiu ſæpedictus reprobus eidem præfuerit, nullum prorſus eccleſiaſticum Sacramentum præter baptiſma paruulorum, et pœnitentias morientium miniſtretur, alioquin ex nunc te noueris ab officio

Ponti-

Pontificali, et ſacerdotali ſuſpenſum, et ſic vſque infra menſem vnum noſtro te conſpectui repræſentes, reſponſurum de tanta inobedientia, et contemptu, et recepturum, quod de te noſtri conſilij circumſpectio prouiderit decernendum.

Datum Signiæ . . ſeptembris, Pontif. noſtri anno octauo.

Eidem Vitali Gregorius Nonus anno 1231. partem Lucani Epiſcopatus contulit, vt ibi munia Epiſcopalia exercere valeat ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis, vt legitur in ſequenti epiſtola, quæ 128. eſt in ordine in regeſto Vaticano.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,
Archiepiſcopo Piſano, &c.

Meminimus olim partem Epiſcopatus Lucani tibi quoad ſacramenta omnia commiſiſſe, reſeruatis in ea Epiſcopalibus iuribus venerabili fratri noſtro Epiſcopo Florentino, nunc autem fraternitati tuæ facere volentes gratiam ſpecialem, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus in eadem parte vice noſtra pleno iure ſacramenta omnia, & Epiſcopalia iura ſtudeas de cætero exercere, donec noſtræ proceſſerit beneplacito voluntatis, non obſtantibus litteris ſuper hoc a nobis eidem Epiſcopo deſtinatis. Contradictores, &c.

Datum Reat. 8. Kalend. octobris, pontif. noſtri anno quinto.

Anno 1234. Romam confugit Vitalis ad Gregorium Pontificem, vt iura, immunitateſq; olim per Romanos Pontifices ſuis anteceſſoribus conceſſas in Inſula Sardiniæ illibata conſeruaret contra nonnullos eiuſdem prouinciæ prælatos. Super iis ſcripſit Gregorius capitulo, et clero Piſano epiſtolam, quam modo ex regeſto Vat. deſumptam proferemus, nolens nec Archiep. vllum inferre præiudicium, neque Sardiniæ Prælatis denegare iuſtitiam.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Capitulo, & Clero Piſano, &c.

Venientem ad ſedem Apoſtolicam venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum veſtrum ſolita benignitate recepimus, & quæ coram nobis pro Eccleſia ſua proponere voluit, intelleximus diligenter. Cæterum licet idem Archiepiſcopus a nobis cum inſtantia poſtulauit, ſuper iuribus, & honoribus in inſula Sardiniæ Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ Piſanæ conceſſis, prout in eorum priuilegijs nobis oſtenſis euidenter apparet, ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, & clerum eiuſdem inſulæ ſub certa forma litteras Apoſtolicas ſibi dari, nihil de contingentibus omittendo, & nos ob ſuæ deuotionis feruorem, necnon & affectionem quam ad eandem eccleſiam, & ciuitatem Piſanam ſpecialiter gerimus, petitionibus ſuis quantum cum Deo poſſumus libenti animo intendamus, quibuſdam tamen pro Prælatis aliquibus ipſius inſulæ inſtanter petentibus iuſtitiæ ſibi plenitudinẽ exhiberi, quia ipſis nequiuimus denegare iuſtitiam, qui ſumus in ea omnibus debitores, & idem Archiepiſcopus moram noluit trahere longiorem. Nos volentes iura ipſius Eccleſiæ illibata ſeruari, ac nihil iuri ſuo ſuper præmiſſis quoad proprietatem, vel poſſeſſionem penitus ſubtrahentes, nec inhibentes eidem quominus vtatur libere iure ſuo, ipſum cum noſtræ gratiæ plenitudine ad propria duximus remittendum.

Datum Reat. decimoquarto Kalendas auguſti anno octauo.

Sequenti anno 1235. Vitalis excelſi animi vir, inconſulta Apoſtolica ſede in Sardinia officium legationis obiuit, de qua re certior cum factus fuiſſet Gregorius, Vitalem redarguit ſequenti epiſtola, non potuiſſe namque Piſanum Archiepiſcopum, niſi prius ſpeciali ad hoc a ſede Apoſtolica impetrata licentia officium legationis ea in inſula exercere, en epiſt. quæ 256. in reg. Vatic. eſt fol. 29. anno 9.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,
Archiepiſcopo Piſano, &c.

Si tua diſcretio prout conuenit diligentius attendiſſet, quod honorem ſuum ſibi merito ſubtrahit, qui honorem debitum alteri non impendit, ſi tui exercuiſſes officij debitum, dignitati ſedis Apoſtolicæ per te non eſſet in aliquo derogatum. Nam cum ſit moris, & conſuetudinis approbatæ, vt nequaquam Archiepiſcopus Piſanus in Sardiniam accederet, aut ibi legationis officium exerceret, niſi prius ſpeciali ſuper hoc a ſede Apoſtolica licentia impetrata, tu nullatenus hoc attendens, & ex eo indebitam occaſionem aſſumens, quod capitulo, & clero Piſano quaſdam direximus litteras continentes, quod iura tua, & Eccleſiæ Piſanæ volentes illibata ſeruari, non inhibueramus tibi, quin poſſes vti libere iure tuo, a nobis, nec petita licentia, nec obtenta Sardiniam ipſam tanquam legatus Apoſtolicæ dignitati derogare, non veritus intrauiſti. Verum cum iura ſedis Apoſtolicæ noſtris temporibus minui nequaquam a nobis deceat tolerari, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de cætero nullatenus in Sardinia legationis officium exercere præſumas, niſi a ſede Apoſtolica licentiam obtineas ſpecialem, alioquin indignationem ſedis Apoſtolicæ poteris non immerito formidare.

Datum Fulgin. ſecundo nonas octobris, Pontif. noſtri anno nono.

Cæterum ſub noſtri Vitalis Præſulatu, Piſana ciuitas diu eccleſiaſtico interdicto innodata manſit, alijſque cenſuris afflicta, a Gregorio Nono, ob retentionem nonnullorum bonorum Lucanæ Eccleſiæ, rem totam narrat Innocentius Quartus ad ciues, & populum Piſanum, quæ cum ſatis ſit pulchra, hic ex regeſto Vaticano retulimus.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Poteſtati, Conſilio, & populo Piſanenſi, &c.

Habet hoc intentio noſtra potiſſimum, vt ad Dei gloriam pax, & concordia vigeat vbique terrarum. Digne igitur ad vos, qui paſtoris Eccleſiæ, oculos mentis dirigimus vt ad ſalutis, & rectitudinis ſemitam vos de inuio reducamus, itaquod noſtris contenti iuribus vicinis, aut proximis nullam indigne moleſtiam, vel iniuriam. Sane venerabilis frater noſter Lucanus Epiſcopus nobis expoſuit, quod vos propter grauem diſcordiam, quæ inter vos, & Lucanos ciues diu verſa fuerat, afflicti grauiter, & atteriti in manibus piæ memoriæ Cæleſtini Papæ prædeceſſoris

ſoris noſtri tunc tituli ſanctæ Mariæ presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legati abſolute, & præciſe iuraſtis, quod impleretis, & ſeruaretis toto tempore vitæ veſtræ omnia, & ſingula præcepta, arbitria, pronunciationes, ſententias, atque dicta, quæ idem legatus vobis per ſe, aut literas ſuas, vel nuncium faceret vno tempore, vel diuerſis pro facienda, & obſeruanda pace de guerra, quæ inter Lucanos eoſdem, & vos hinc inde tunc temporis exiſtebat, & ſuper ijs, quæ occaſione ipſius guerræ alterutro facta erant. Quare idem legatus inter cætera parti veſtræ præcepit, vt poſſeſſionem, & quam poſſeſſionem caſtrorum montis Topari, Pratilionis, ſancti Geruaſij, montis Caſtelli, Palariæ cum villis, & pertinentijs ſuis, & medietatis Collicelli, Tepiatij, & Toiani, ac eorum iurium vſque ad certum terminum ab ipſo legato expreſſum reſtitueretis Epiſcopo Lucano, & Epiſcopatui ſuo, & eis libere vti permitteretis, ſicut vtebantur eo tempore, quo guerra ipſa inter eos, & vos fuerat inchoata. Cum autem parere præcepto huiuſmodi minime curaſſetis, idem legatus in vicarios A. quondam poteſtatis veſtræ tunc apud ſedem Apoſtolicam exiſtentis, & in totum ciuitatis veſtræ conſilium excommunicationis ſententiam promulgauit, comminando ſe contra vos durius proceſſurum, ſi diutius in veſtra duritia duraſſetis. Deinde vobis accedentibus ad dicti legati præſentiam, & interpretationem præfati præcepti petentibus ipſe illud fuerit interpretatus hoc modo, videlicet, vt vos amoueretis de dictis locis omnes poteſtates, baliuos, caſtaldiones, & generaliter omnes officiales, quos habebatis in illis quocumque nomine cenſerentur, & tunc dictus Epiſcopus apprehenderet poſſeſſionem, & quaſi quam tempore inchoatæ guerræ in eiſdem habebat; quæſtione ſi qua inde poſtmodum oriretur, coram ipſo legato, vel eius nuntio, ſeu arbitro electo communiter ventilanda. Licet autem dicta poteſtas, quæ interim ab Apoſtolica ſede redierat, a procuratore ipſius Epiſcopi requiſita vtrum vellet iuxta interpretationem ipſius legati poſſe reſtituere antedictam, reſpōdiſſet, quod pro ea facienda per Conradum de Aldanis iudicē, & aſſeſſorem ſuum ad loca eadem acceſſiſſet, ipſo autem Conrado offerente ſibi dicto poſſeſſionē, facto autem penitus denegante, idem Epiſcopus rediit omnino ſpe ſua in hac parte fraudatus, vnde legatus ipſe contra vos aggrauans manum ſuam, Poteſtatem, & Conſilium iterum vinculo excommunicationis aſtrinxit, necnon iudices, tabelliones, & officiales, ac quoſlibet alios ciuitatis Piſanæ, qui vobis in hoc præſtarent conſilium, auxilium, vel fauorem, niſi vſque ad feſtum omniū ſanctorum proximo tunc venturum poſſeſſionem dictorum locorum iuxta interpretationem iamdictam reſtitueretis Epiſcopo ſupradicto, expreſſo quod illi, qui durante huiuſmodi contumacia vobis ſuccederent in eiſdem officijs ipſo facto vinculo eſſent excommunicationis aſtricti. Ipſamque quondam ciuitatem Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, diſtrictius inhibens, ne interim ibi celebraretur aliquod diuinum officium, vel exhiberetur eccleſiaſticum ſacramentum, exceptis dumtaxat A pœnitentiis morientium, & baptiſmatibus paruulorum. Porro Epiſcopus ipſe conſiderans, quod vos prædictam interpretationem pro veſtræ voluntatis arbitrio peruertentes manifeſte illuſeratis eidem, petiit a legato, vt interpretationem ipſam apertius declararet, qui eam declarando expreſſit, quod eius intentionis erat, & fuerat, vt ſicut nulli ciues Piſani, vel aliqui pro eis erant in caſtris prædictis ante guerram inceptam, ita nulli remanerent in illis, ſed dimitteretis ipſi Epiſcopo poſſeſſionem eorum, & pertinentiarum ſuarum liberam, vacuam, & pacificam, ſicut ante habebat, ſaluo vobis iure, ſi quid habebatis in illis, ita tamen, quod huiuſmodi ius retinere, vel auctoritate veſtra apprehendere minime deberetis. Piæ B vero recordationis G. Papa prædeceſſor noſter, quia vos huiuſmodi ſententias damnabiliter contemnentes, ad mandatum Eccleſiæ redire minime curabatis, decreuit eaſdem ſententias ad petitionem dicti Epiſcopi obſeruandas, & per ſuas literas mandauit eaſdem vſque ad ſatisfactionem cōdignam inuiolabiliter obſeruari, proceſſum venerabilis fratris noſtri Pandulphi Lactenſis Epiſcopi tunc notarij ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc habitū irritum iudicando. Cæterum idem Gregorius Papa poſtmodum ſperans, quod eo libentius Apoſtolicis curaretis obedire mandatis, quo vobiſcum ab ipſo benignius ageretur, dictas ſententias de ſedis eiuſdem ſolita clementia relaxauit, ſed vos Apoſtolica patientia minus prudenter abuſi, C prædicta caſtra Eccleſiæ Lucanæ reſtituere, longo expectati tempore non curaſtis, quare iam dictus prædeceſſor vobis per Apoſtolica ſcripta mandauit certis ſuper hoc monitoribus deputatis, vt vos prædicta caſtra cum villis, iuribus, & pertinentijs ſuis iuxta præceptum, interpretationem, & declarationem prædictas prælatis Eccleſiæ, & Epiſcopo Lucano, vel eius procuratori reſtituere abſque difficultate qualibet curaretis, ſed vos ſicut eodem Epiſcopo accepimus referente huiuſmodi, & alia directa ſuper hoc vobis eiuſdem prædeceſſoris mandata complere in aliquo nō curaſtis, propter quod dictus prædeceſſor noſter vos poteſtatem, & conſilium, necnon iudices, tabelliones, & officiales, ac quoſlibet alios ciuitatis Piſanæ, qui D vobis in hoc præſtarent conſilium, auxilium, vel fauorem, in priſtinas excommunicationis, & ciuitatem veſtram interdicti ſententias Apoſtolica fecit auctoritate reduci. Nos quidem ex nimietate obſtinationis huiuſmodi admirationem multam incurrimus, & dolorem, præſertim cum euidentibus ſignis appareat, quod vos Dei, & hominum reuerentiam non habentes, præconium bonæ famæ contemnitis, & animarum ſalutem, quam pro nihilo reputatis de promulgatis dudum & pluries, & cauſis pluribus in vos interdicti, & excommunicationis ſententijs nō curantes, propter quod forte apud aliquos notā incurritis, quod de puritate Catholica in vobis modicum habeatis. Cum igitur cordi nobis ſit, vos, Deo propitio, ad ſalutem dirigere, ac ciuitati veſtræ pacis, & proſperitatis materiam procurare vni. V. affect one, qua poſſumus exhortamur, obſecrantes in Domino, & in remiſſ. vobis peccat. iniungentes, qua-

tenus

tenus penſato prudenter, quod ſit indecens, & iniquum vos dici hoſtes Eccleſiæ, & ipſius clauium contemptores, memorata caſtra cum villis, iuribus, & pertinentijs ſuis iuxta præceptum, interpretationem, & declarationem præfata, & omnia, quæ a tempore, quo idem legatus præcepit illa reſtitui vſque ad hæc tempora exinde percepiſtis memoratis Epiſcopo, & Eccleſiæ Lucanæ, vel procuratori eiuſdem infra terminum vobis a venerabili fratre noſtro Epiſcopo Florentino, cui ſuper hoc dirigimus ſcripta noſtra, præfigendum, ac iuxta taxationem ipſorum, ſi forte inter partes de perceptis differentia fuerit, reſtituere procuretis præſtantes infra iam dictum terminum idoneam cautionem coram ipſo, quod in terris eiſdem nullam de cætero iuriſdictionem exercebitis, nec ſuper eis aliquam ipſi Epiſcopo, vel Eccleſiæ Lucanæ moleſtiam inferetis. Alioquin ne perditionis veſtræ quodammodo videamur auctores, ſi vos ſub labe periurij, & excommunicationis periculo vlterius perſiſtere permittamus prædicto Epiſcopo noſtris damus literis in mandatis, vt in vos excommunicationis, & in ciuitatem veſtram interdicti ſententias omni occaſione poſtpoſita non differat promulgare, ac in omnes, qui vobiſcum præſumpſerint habere commercium, vel vobis contra Lucanam Eccleſiam in aliquo, præſtabunt conſilium, auxilium, vel fauorem, ferat excommunicationis ſententiam generalem, ſententias ipſas, per Tuſciam, & vbicunque viderit expedire, publicari ſolemniter, & vſque ad ſatisfactionem condignã inuiolabiliter obſeruari per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita faciendo. Cæterum illis omnibus de ciuitate veſtra, & ad quatuor milliaria extra ipſam, quæ ex indulto ſedis Apoſt. poſſunt celebrare diuina diſtricte præcipiãs, vt illis ipſi celebrent, quod extra ipſorum Eccl. nullatenus audiantur; auctoritate noſtra etiã interdicat expreſſe, quod nullis ex vobis abſoluatur in mortis artic. niſi prius præſtiterit iuram. quod efficacem dabit opem, & operam, vt eidem Epiſcopo fiat prædictorum reſtitutio, ac præſtetur præſata cautio ſine mora, & quod tacite, aut expreſſe contrarium non faciet, vel tractabit, & confici faciet ſuper hoc publicum inſtrumentum, quod infra octo dies a præſtatione huiuſmodi iuramenti eidem Epiſcopo, vel eius certo nuncio faciet aſſignare a prædicto etiam Epiſcopo, vel eius certo nuncio faciet aſſignare, a prædicto etiam Epiſcopo expreſſe mandauimus interdici, ne aliquis clericus interſit alicuius ſepulturæ Piſanæ, vel eorum, qui extra ciuitatem ipſam ſunt infra quatuor milliaria conſtituti, & quod ipſi Eccleſias poſitas infra idem ſpatium extra ciuitatem eandem eccleſiaſtico interdicto ſupponat, & clericis Piſanæ ciuitatis, ac diœceſis, vt ſententias memoratas ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis pulſat. campan. & cand. accenſ. ſolemniter publicent iniungat, omni poſtpoſita gratia, & timore, &c. Quid plura? ne nobis imputetur ad culpam, ſi aliud quia vobis prædixerimus proceſſu temporis faciamus, noueritis, quod niſi ſuper præmiſſis promptæ deuotionis ſtudio noſtris mandatis, & monitis pareatis, contra vos in ſpiritualibus, & temporalibus, ſicut grauius poterimus, procedemus, itaut ceruicis veſtræ duritia, quæ fomenti lenitate non flectitur, aſperis remedijs inclinetur.

Dat. Laterani 2. idus maij Pontific. noſtri anno 1.

Anno 1247. ipſe idem Innocentius ſcripſit ad Vitalem Archiepiſcopum, & capitulum Piſanum, vt ob ſummum ſtudium, atque amorem, quem erga Eccleſiam Romanam præ ſe tulerat, eum maxime Federicus ſecundus grauiſſimas in eum tempeſtates excitaret, Albertum Vguccionis comitis filium Campiliæ plebanum canonicorum collegio aggregarent, qui dum ſureret perſecutio grauiſſimas iniurias acceperat, ob quas conſtanti, & imperterrito animo exceptas, in ſedis Apoſtolicæ clientelam admiſſus fuerat, literarum exemplar ita iacet in ſanctiore illius Eccleſiæ tabulario.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Ven. fr. Archiepiſcopo, & dilectis filijs Archipresbytero, & capitulo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Benignitatem Apoſtolicæ ſedis propitiam ſentire merentibus, nos libenter beneuolos exhibemus. Sed tunc præcipue quãdo prouiſionis noſtræ ſubſidium eis eſſe dignoſcitur opportunũ. Sane dilectus filius Albertus plebanus de Cãpilio natus dilecti filij nobilis viri Vguccionis loci eiuſdem, ac nepos dilecti filij nobilis viri Guillelmi comitum pro ſinceræ deuotionis affectu, quem circa dictam ſedem habuiſſe dignoſcitur, ſtudendo ſolicite, vt eius promouere poſſet honorem, illam indignationem Friderici quondam Imperatoris incurrit, vt per poteſtatem ciuitatis Piſan. cum de ipſa, & diſtrictu Piſan. in opprobrium Eccleſiæ perpetuo fecerit forbanniri. Cum itaque dignum ſit, vt eumdem A. pro ſuis, & ſuorum meritis proſequamur fauore gratiæ ſpecialis, vniuerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eũdem pro Apoſtolicæ ſedis, & noſtra reuerentia in fratrem, & canonicum admittatis, & de præbenda, quam cito ſe facultas obtulerit, liberaliter prouideatis eidem. Non obſtante certo canonicorum numero iuramento, ſeu quacumque firmitate vallato, vel ſi vobis pro alijs ſcripta noſtra direximus, quibus auctoritate præſentium volumus præiudicium generari, ſiue aliqua indulgentia de qua ſpecialem in literis noſtris oporteat fieri mentionem preces, & mandatum poſſet exinde prouenire. Alioquin dilecto filio priori ſancti Petri maioris Lucan. per literas noſtras iniungimus, vt ipſe ſuper hoc mandatum Apoſtolicum exequatur contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum Lugduni id. maij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Deceſſit autem Vitalis anno 1253. ſepultus eſt in Metropolitana prope altare ſanctæ Luciæ in marmoreo tumulo cum hoc epitapio.

Cum tribus & quinque decies cum mille ducenta
Tempora currebant, Dominuſque concipiebatur,
Ecce proceres, lachrymas deducite luctus
Soluite, Vitalem mecum deplangite, cuius

Ardua

Ardua vita fuit, viuendi formula recta;
Sanguine clarus erat, ſed morum lampade maior,
Ingenuos praceſſit anos de fonte Sophia:
Pariſias potauit aquas, quas prodigus imber
Inde Bononias large diffudit in agros.
Piſanas ita pauit oues, ita praſuit ipſis,
Vt pariter prodeſſet eis, obſequia noſtra,
Diſcite ſi ſimilem noſtro vidiſtis in æuo.
Praſidium cleri, dux pacis, amator honeſti.
Quas inuenit opes a ſacra ſede receptas,
Prouidus immenſo pater augmentauit aceruo
Pauperibus conquaſſa fuit, pia dextera patris
Quantus erat pater iſte putas dum tranſijt æquor
Inclyta Primatis oſtendens cornua Sardis,
Denique Turris erat nullo concuſſa pauore
Metra nepos Guido tuus eſt pater iſta tibi do.



51 FRIDERICVS Vicecomes Piſanus, Innocentij Quarti capellanus, Vitali in Archiepiſcopatu ſucceſſit anno 1254. eiuſdemque plura condita inſtrumenta cernuntur vſque ad ann. 1278. quo è viuis ſublatus eſt. Ad ipſum electum Alexander Quartus Pontifex, & ad alterum Præſulem in Hetruria fauorabile diploma direxit erga Abbatiam ſancti Galgani Volaterranenſis diœceſis ordinis Ciſtercienſis. Eius intuitu Alexander ciues, ciuitatemque Piſanam eccleſiaſticis cenſuris innodatam abſoluit, anno primo Præſulatus, cuius reconciliationis hiſtoriam præter ea, quæ ſupra retulimus, tradit breuiter Anonymus noſtri chronici his verbis. *Reconciliatio Piſana ciuitatis facta* D *fuit ſacroſancta Romana Eccleſia matri noſtra piiſſima, videlicet religioſo viro fratri Manſueto de ordine Minorum primario, & capellano domini Papa, eiuſque legato, & nuncio recipiente pro ſanctiſſimo patre, & domino noſtro Alexandro Papa Quarto, & ſancta Romana Eccleſia, tempore domini Bonifacij, de Gorſano de Mutina capitaneo Piſani populi, & Piſana poteſtatis poſt obitum domini Alemanni de . . Piſis poteſtatis in domini Petri Ingundi iudex, Erpetini de Scampo, & ſociorum.* Eodem anno 1255. omnium in Piſana republica addictiſſimus Alphonſi Regis Caſtellæ partibus extitit noſter Fridericus Archiepiſcopus, dum poſt Imperatoris Federici ſecundi obitum, extincto Vvillelmo Hollandiæ comite, qui a Friſijs inſidijs appetitus, cum concretam glacie paludem equo calcaret, miſere occubuerat, disiunctis electorum principum ſuffragijs, quo-

A rum pars Richardum Cornubiæ comitem, Henrici Anglorum Regis fratrem, Ioannis filium, ad Romanorũ Imperium exciuerat, pars alia Alphõſum Legionis, & Caſtellæ Regem elegerat, cumque ciuili bello arderet Imperium, ac diſcordia in Italia præteruolaſſet, ſcidiſſetque vrbium, populorumque ſtudia, Piſani, Friderici Archiepiſcopi, qui maxima apud Alphonſum Legionis gratia florebat, auctoritate impulſi, Hiſpanum Regem, Imperatorem ſalutarunt, ſuiſque ad illum tranſmiſerunt. Functus ea eſt legatione Benedictus Lancius magnæ exiſtimationis vir, vna cum Stephano Turritano Archiepiſcopo, qui Friderici Piſani Archiepiſcopi Primatis ſui vices referebat.
B Lancius vero, vti Piſani populi procurator Alphõſum Imperatorem elegit, eumque Imperio cruce, & gladio porrectis induit, ſuamque fidem ſacramento aſtrinxit. Rem gratiſſimo animo excepit Alphonſus, publicaue documenta confecit, quæ cum venerandæ antiquitatis amantibus acceptiſſima crediderim, ex Florentino tabulario decerpſimus, & hic exſcribenda cenſuimus, quorum tenor eſt huiuſmodi.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

☞ Quia vos excellentiſſimum, & inuictiſſimum, & triumphatorem dominum Alphonſum, Dei gratia Regem Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Siuiliæ, Cordubæ, Murciæ, & Gien-
C næ, commune Piſanorum, & tota Italia, & totus fere mundus cognouit excelſiorem ſuper omnes Reges, qui ſunt, vel fuerunt vnquam temporibus recolendis, præſertim gratia Spiritus ſancti vobis diuinitus inſpirata, vos dote multiplici decorante, & vos etiam ſciuerint præ alijs pacem, veritatem, miſericordiam, & iuſtitiam diligere, & eſſe præ alijs Chriſtianiſſimum, & fidelem, & cognouerunt etiam vos ad ampliationem honoris matris Eccleſiæ Romanæ, bonum eius ſtatum, necnon etiam Romani Imperij toto animo aſpirantem, & Imperium nimis vacaſſe, & ab æmulis dilaniatum, & vos cognouerint eſſe natum de progenie domus ducum ſuæ viæ ad quam de priuilegio principum, & de conceſſione Romanæ Eccleſiæ Pontificum Imperium iuſte, & digne dignoſcitur per-
D tinere, & ſucceſſiue ad vos cum ſuccedatis ex Manueli olim Romanorum Imperatore, Imperia abuſiue diuiſa in vnum videantur poſſe colligi, & in vobis diuine counire, ſicut tempore Cæſaris, & Conſtantini Chriſtianiſſimi fuit vnum, & propter prædictam motionem animorum, & oculi ſanctiorum, & diſcretorum hominum, & principum, & baronum, dominorum, & communium, & totius populi Italici, & etiam Theutonicorum, & aliorum de Imperio in habendo vos dignum in Romanorum Regem, & in Imperatorem ſunt directi. Ideo ego Bandinus Lancea filius q. domini Guidonis Lanceæ de Caſalei de Piſis Miſſaticus, ambaſciator, ſyndicus, & procurator communis Piſarum, ſyndicatus nomine pro ipſo communi, & ex balijs, & poteſtatibus, & mandatis mihi conceſſis publica inſtrumenta ad gloriã Dei, & ad honorem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ ma-

tris

tris Chriſti Dei viuentis, & omnium ſanctorum, & ſanctarum Dei, & ad honorem ſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, & eius Antiſtitis, ſuorumque fratrum, & ad honorem, & bonum ſtatum principum, baronum, comitum, marchionum, procerum, & aliorum omnium dominorum, & ciuitatum, terrarum, & omnium communium, & totius populi Chriſtiani, & Imperij Romanorum, inuocata gratia vnius Dei, & indiuiduæ Trinitatis, Vos dominum Alphonſum prædictum præſentem pro toto Imperio Romanorum, & eiuſdem Imperij nomine, & totius populi de Imperio eius negotium vtiliter gerendo, in Romanorum Regem, & Imperatorem Romani Imperij nunc vacantis eligo, & aſſumo, promoueo, atque voco: quare nos prædictus Alphonſus Rex, prædictam electionem, aſſumptionem, promotionem, & vocationem, & omnia prædicta Spiritus ſancti gratia inuocata, ad gloriam Dei, & ad honorem Virginis ſanctæ Mariæ, & omnium ſanctorum, & ſanctarum, & ad honorem ſanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, & eius Antiſtitis, ſuorumque fratrum, & ad honorem, & bonum ſtatum principum, baronum, comitum, marchionum, procerum, & aliorum omnium nobilium, & ciuitatum, terrarum, & omnium communium, & totius populi Chriſtiani, & Imperij Romanorum, acceptamus, percipimus, volumus, & firmamus, & in ſignum, & inueſtituram dicti Imperij ego iam dictus Bandinus, ſyndicus, ſyndicario nomine, pro communi Piſarum, & pro omnibus ſupraſcriptis, vt ſeruus Ieſu Chriſti, per vetus, & nouum teſtamentum, & crucem, & enſem, vos prædictum D. Alphonſum inueſtio, & flexis genibus oſculum pacis, & fidelitatis pedi veſtro porrigo, & ex nunc vos pro communitate Piſarum, & pro omnibus prędictis pro Rom. Rege, & Imp. recipio, & ab hac hora in antea habebo, & tenebo, & vt modo legitimo Imp. adhæreo, & toto tempore adhærebo, etiam veſtris filijs, & hæredibus vobis in hoc honore ſuccedentibus, & ſic ad ſancta Dei euangelia iuro. Quam inueſtituram, & omnia prædicta nos prędictus Alphonſus Rex, ſicut dictum eſt, recipimus, & ad veritatis memoriam de prædictis perpetuo conſeruandam dictus ſyndicus, & prædictus D. Rex me Matthæum notarium filium quondam Saluij de ciuitate Piſarũ, de præfatis omnibus, vt ſupra ſcripta ſunt, chartam, & chartas publicas vnam, & plures, & ſemel, & pluries ſcribere, & firmare, & in publicam ſcripturam redigere rogauerunt.

Acta ſunt hæc omnia in villa de Soria de Hiſpania regni Caſtellæ in palatio Regali ſupradicti D. Regis, in præſentia mei Matthæi notarij ſupradicti, & in præſentia DD. fratris Stephani de ordine fratrum Prædicatorum Archiepiſcopi Turritani (alij dicunt Trenanij) fratris Laurentij de Portugallia de ordine fratrum Minorum, pænitentiarij D. Papæ, & proſecutoris negotij crucis in tota Hiſpania, & Suerij Petri Epiſcopi de Zamorra, iam dicti D. Regis notarij, & Garziæ Petri Archidiaconi Marrochitani teſtium, ad hoc ſpecialiter vocatorum, & electorum D. I. anno 1256. ſecundum curſum Piſarum, indictione decima quarta 15. Kal. aprilis.

A *Ego Matthæus Saluij q. filius ſereniſsimi Romanorum Imperatoris notarius prædictis omnibus interfui, & hæc omnia rogatu prædicti D. Alphonſi in Romanor. Regem, & Imperatorem electi, & præfati ſyndici ad veritatis memoriam perpetuo conſeruandam ſcripſi, & meo ſigno firmaui.*

Ea etiam de re ita ſcripſit, reſcripſitque Alphonſus eadem die, & anno in Piſanorum gratiam.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Nos Alphonſus, Dei gratia, in Romanorum Regem, & Imperatorem electus Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Siuiliæ, Cordubæ, Murciæ, & Giennæ, cognoſcentes deuotionem ſinceram, & fidei puritatem, quam
B commune Piſarum erga Romanum imperium, & anteceſſores noſtros Romanorum Imperatores, & maieſtatem noſtram ſemper habuit præ cæteris clariorem, & ſeruitia magna, & excelſa, quæ hactenus præſtitit, & in antea dante Domino habebit, & affectuoſe præſtabit nobis, & noſtris filijs qui honore Imperij fuerint decorati, conuenimus, & promittimus tibi nobili viro Bandino Lanceæ filio quondam domini Guidonis Lanceæ de Caſalei de Piſis miſſatico, ambaſciatori, ſyndico, & procuratori communis Piſarum ſyndicatus nomine pro ipſo communi, & ciuitate Piſarum recipienti, quod faciemus, & curabimus ita toto conamine, & poſſe noſtro, quod dante Domino, eiuſque fauente clementia Imperium Romanum
C conſilio, & auxilio communis Piſarum, & aliorum noſtrorum fidelium obtinebimus, & manu tenebimus vniuerſum, & quod tempore noſtræ coronationis Romanæ, vel ad D. PP. ſecundum quod alterum magis de conſilio noſtro, & ipſius communis Piſarum, & aliorum fidelium Imperij, & Regnorum noſtrorum proceſſerit vtile, veniemus magnifice, ac potenter, vt noſtram decet maieſtatem. Et quod ad Imperium manutenendum, & augendum erimus ſtudioſi pro poſſe noſtro, & operam dabimus efficacem, & quod Imperij fideles noſtros manutenebimus iuſtitia, commodo, & honore, & infideles ſubiugabimus nobis iuxta diuinam potentiam nobis datam; & præcipue Piſanos, vt fideliſſimos honorabiliter tractabimus, & eos ex nunc ſub noſtra cuſtodia, tutela, prote-
D ctione, omnimodaq; defenſione recipiemus contra omnem perſonam, & locum, & omnes ſuos honores, & iura, dignitates, poſſeſsiones, priuilegia, bona, conſuetudines, comitatum, & diſtrictum eis ſeruabimus, & ſeruari faciemus, & mandabimus per officiales noſtros, prout nunc habent, & tenent, & eiſdem a Diuis Romanorum Imperatoribus ſunt conceſſa, & ex nunc ea omnia auctoritate qua fungimur confirmamus, & tempore noſtræ Imperialis coronat. per priuilegium promittimus confirmare. Et ex nunc comitatum, diſtrictum, ciuitates, caſtra, villas, loca, & inſulas prout communi Piſarum a Diuis Romanorum Imperatoribus ſunt conceſſa, tibi pro cõmuni Piſ. & ipſi communi Piſarum in feudum, & in nomine feudi damus, concedimus, & largimur, & ea auctoritate defendere ab omni perſona,

& loco tibi pro dicto communi Piſano promittimus. Et inde te per vexillum, quod in manu tenemus, de noſtris armis inueſtimus, & tempore noſtræ coronationis enſem, & vexillum eidem communi concedemus. Quare ego ſupradictus Bandinus ſyndicat. nomine pro dicto communi Piſarum, & omnibus adhærentibus dicto communi conuenio, et promitto vobis ſupradicto domino Alphonſo, Dei gratia, in Romanorum Regem, et Imperatorem electo, quod commune Piſarum, Maieſtatem veſtram, et perſonam veſtram, et filiorum veſtrorum, et omnium nunciorum, qui pro vobis fuerint, ſaluabit, et cuſtodiet in terra, et mari, et vbique iuxta ſuum poſſe, et ſcire omni tempore bona fide. Et quod commune Piſarum non erit in conſilio, conſenſu, vel facto, quod veſtra Maieſtas, vel filij veſtri, vel vicarius veſter in Italia, vel capitaneus veſter in Tuſcia, ſiue nuncij, atque officiales perdant vitam, vel membrum, vel capiantur mala captione, aut perdant Imperium, vel honorem, regnum, vel terram quam nunc habetis, vel in antea dante Domino acquiſiueritis, et ſi ſciret vos, et ipſos inde eijci defendet iuxta ſuum poſſe, et ſi non poſſet veſtræ Maieſtati, et filiorum veſtrorum, et cuilibet prædictor. citius quam poterit nuntiabit, et vos, et ipſos recipiet honorabiliter debitis reuerentia, et honore, et quod omnia, et ſinguls conſilia, quæ vos, vel aliquis pro vobis petieritis a dicto communi fideliter, et recte dabit prout diuina gratia miniſtrabit, et quod omnes credentias, quas ſibi mandaueritis, vel vicarius veſter in Italia, ſibi mandauerit, ſiue capitaneus in Tuſcia ſeruabit, et tenebit, et ad damnum credentię non manifeſtabit. Et quod operam, et ſtudium, et iuuamen dabit commune Piſarum iuxta ſuum poſſe, vt anteceſſoribus Imperatoribus fecit, vel facere conſueuit, quod Imperium vniuerſum in tranquillitate, et pace habeatis, et poſſideatis in perpetuum vos, et veſtri filij legitimi, qui vobis in hoc honore ſucceſſerint bona fide ſicut Romanorum anteceſſ. Imperatores etiam ſi aliqui de Imperio, vel pro Imperio cõtradixerint. Et quod omnia, et ſingula, quæ aliqui Romanorum Imperatorum anteceſſorum veſtrorum dictum commune fecit, vel tenetur facere, ſeu conſueuit, faciet vobis, et veſtris filijs legitimis, qui vobis in hoc honore ſucceſſerint, tam per mare, quam per terram bona fide, ſine fraude, et remota omni malitia. Et quod ſacramentum fidelitatis Imperatoribus conſuetum, tam per poteſtatem, quã per capitaneum populi, et antianos, et ſenatores, et capitaneos militum, et conſules ordinis maris, et conſules mercatorum terræ, et conſules artium, et omnes officiales, et populum vniuerſum, tam de ciuitate, quam de diſtrictu, et inſulis per ſacramentum populi Piſis præſtare conſueuerunt dictum commune præſtabit ad veſtram, veſtrorumque nuntiorum requiſitionem, et ex nunc ego dictus Bandinus ſyndicat. nomine pro dicto communi inuocata Chriſti gratia, et auxilio, ad gloriam Dei omnipotentis, et ad honorem glorioſiſsimæ Virginis ſanctæ Mariæ, et Archiepiſcopati, et Archiepiſcopatus Piſani, et Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, eiuſque capituli, et aliarum Eccleſiarum, et dictorum poteſtatis, capitanei, antianorum, et aliorum omnium prædictorum in animas dicti communis, et omnium, et ſingulorum Piſanorum ex licentia, et poteſtate mihi data per publicum inſtrumentum bulla ceræ Piſani communis bullatum ſacramentum fidelitatis facio, ſicut Piſani conſueti ſunt facere Imperatoribus Romanorum, vobis domino Alphonſo prædicto excellentiſsimo, et inuictiſsimo Romanorum Imperatori, et inſuper ex nunc comitatum, diſtrictum, ciuitates, caſtra, villas, loca, et inſulas, prout communi Piſano a diuis Imperatoribus ſunt conceſſa a M. V. pro communi Piſarum ſyndicat. nomine me in feudum ſateor recepiſſe, et ad veritatis memoriam de prædictis in perpetuum conſeruandam prælatus dominus Imperator, et dictus ſyndicus me Matthæum notarium filium q. Saluij de ciuitate Piſarum de præfatis omnibus, vt ſuperius ſcripta ſunt, chartam, et chartas publicas vnam, et plures ſemel, et pluries ſcribere, et firmare, et in publicam ſcripturam redigere rogauerunt.

Acta ſunt hac omnia in villa de Soria de Hiſpania regni Caſtellæ in palatio Regali ſupraſcripti D. Regis in præſentia mei Matthæi notarij ſupradicti, & in præſentia dominorum fratris Stephani de ordine fratrum Prædicatorum Archiepiſcopi Tremani, & fratris Laurentij de Portugallia de ordine fratrum Minorum Pænitentiarij D. Papæ, & proſecutoris negotij crucis in tota Hiſpania, & Suerij Petri Epiſcopi de Zamorra iam dicti domini Regis notarij, & Garciæ Petri Archidiaconi Marrochitani teſtium ad hæc ſpecialiter vocatorum, & electorum D. I. anno 1250. ſecundum curſum Piſanorum indictione 14. decimo quinto Kalendas aprilis.

Matthæus q. Saluij filius D. sereniſſimi Imperatoris Romanorum notarius prædictis omnibus interfui, & hac omnia rogatu prædicti D. Alphonſi in Romanorum Regem, & Imperatorem electi, & præfati ſyndici ad veritatis memoriam perpetuo conſeruandam ſcripſi, & meo ſigno firmaui.

Frætuie Frederico anno 1257. Piſani nobile xenodochium ad pauperes excipiendos liberaliter fundarunt, nomenque Alexandri impoſuerunt, Alexandro Quarto Pontifice ita cenſente, in pœnam ſuſceptarum partium Federici ſecundi a fidelium communione olim depulſi, qui maximum Prælatorum numerum, duoſque Cardinales legatos ad concilium ab Innocentio Quarto Romę indictum, confluentium, Piſanorum opera ceperat, iuſſitque Pontifex, vt ſolemni ſacramento oratores Piſani ſe aſtringerent, nunquam ipſos Eccleſiæ hoſtibus adhæſuros, atque omnia Prælatis erepta reſtituturos iri, xenodochiumque excitaturos, quod ab Archiepiſcopi auctoritate liberum eſſe impetrauit. Subiectam epiſtolam Alexander ad fratrem Manſuetum ordinis Minorum Pœnitentiar. de ijs omnibus dedit, quæ Piſani ad rem abſoluendam præſtare deberent, cuius exemplar in xenodochij tabulario aſſeruatur.

ALE-

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio Pœnitentiario noſtro fratri Manſueto de ordine Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

A Clemens ſemper & mitis in ſuis actibus mater Eccleſia illum circa ſuos filios tenet modum, vt tanquam vehementer in operibus pietatis exultans, quaſi amœnas ſibi delicias exiſtimans miſereri, eligit magis ſeruare manſuetudinẽ, quam rigorem, & ignoſcere potius, quam ſæuire, vnde ſi culpam in quoquam reperiat, vel offenſam, quia delectabile, ac iucundum eſt ſibi dimittere delinquentem in pœnæ dimiſſione, vel moderatione iucundum, libentius parcit, quam feriat, & plus ſe illi propitiam exhibet, quam ſeueram, nam & agnoſcit, quod re uera tunc de B aliquo egregie vindicta ſumitur, cum ei magnanimiter indulgetur, id enim in ſuis præcipue quærit, & optat Eccleſia, quod cum ſuo benigno collecti gremio, amore, ac deuotione proficiant, & in ſuorum dulcedine vberum continuo delectentur. Sane accedentes ad præſentiam noſtram ambaſciatores, & ſyndici communis Piſ. ex parte ipſius communis vobis ſupplicarunt, vt dictum commune paratum mandata noſtra ſuſcipere, ac ſeruare per omnia reuerenter, in noſtram, & Apoſtolicæ ſedis gratiam admittere curaremus, offerentes nobis, quod dictum commune nullum in Regem Romanorum, ſeu Imperatorem recipiet, niſi eum quem Romana Eccleſia approbabit, & quod dictum commune dictam Eccleſiam, legatos, & nuncios eius, ac familias eorundem in C perſonis, vel rebus nunquam offendet, nec vllo tempore in aliquo contra Eccleſiam erit eamdem nec aduerſus ipſam inimicis eius, vel aduerſarijs adhærebit, aut contra eam præſtabit auxilium, vel fauorem, ſed Eccleſiæ legatos, & nuncios humiliter, & deuote ſuſcipiet, & eos congrua reuerentia, & honorificentia pertractabit. Dictum quoque commune in ciuitate Piſana, & diſtrictu ipſius res, & bona, quæ fuerunt Prælatorum, & familiarium ſuorum, & illorum omnium, qui dudum in galeis capti fuerunt, diligenter, & ſine fraude inquirere, ac ea de quibus inuenire poterit, quod ad illos de ciuitate, & diſtrictu prædictis præſentes, abſentes etiam peruenerint per eos, aut hæredes, vel ſucceſſores eorum, ſi forte deceſſerint, reſtitui facere teneantur. Ad hæc præ- D dictum Piſ. commune in ciuitate ipſa, vel circa eam in loco apto, quem ad hoc duxerit deſignandum, quoddam hoſpitale conſtrui faciet, in quo tam pro ædificijs, quam pro dotatione ipſius vſq; ad quinquennium decem millia libras Piſ. paruarum, videlicet duo millia quolibet anno expendet. Huiuſmodi autem hoſpitale curæ, gubernationi, diſpoſitioni, & defenſioni nullo medio ſubiacebit ab omni iure, & iuriſdictione diœceſani Epiſcopi, & cuiuſcumque alterius prorſus exemptum. Nos itaque more patris, qui offendentes filios odiſſe non poteſt, te, de cuius circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad partes illas propter hoc duximus deſtinandum. Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus,

A quatenus poſtquam prædictum commune de prædictis omnibus faciendis, & plenarie adimplendis et obſeruandis cautiones, & ſecuritates idoneas, & ſufficientes curauerit exhibere, & de ſtando præciſe mandatis noſtris ſuper omnibus iniurijs, & offenſis Eccleſiæ legatis, & nuncijs prædictis, & familijs eorundem, ac etiam quibuſcumq; alijs occaſione ipſorum, & diſcordiæ ortæ dudum inter Eccleſiam, et quondam Fred. olim Romanorum Imperatorem illatis, corporale præſtiterit iuramẽtum, ac nihilominus de non offendendis Eccleſiæ legatis, ac nuncijs prædictis, et eorum familijs, et de ſuſcipiendo eos humiliter, et deuote, ac ipſis reuerentes, et honorifice pertractandis, et quod nullo tempore contra Eccleſiam ipſam erit, atque aduerſus eam ipſius inimicis, et aduerſarijs adhæ- B rebit, aut contra ipſam præſtabit auxilium, vel fauorem, prout ſuperius eſt expreſſum. Statutum fecerit poſt capitulum de fide catholica in ſuis capitularibus adnotandum, quod ſtatutum poteſtates ciuitatis ipſius, qui pro tempore fuerint in eadem in principio ſui regiminis, ac vniuerſi, et ſinguli ciuitatis prædictæ obſeruare iurabunt, et de quo fideliter obſeruando quilibet poteſtas Piſ. ciuitatis ſucceſſorem ſuum præſtare faciet in perpetuum iuramentum, et de hoc etiam cautionem, et ſecuritatem idoneam, et ſufficientem ipſum commune exhibuerit. Præfatum commune, et omnes clericos, et laicos, viros, et mulieres ciuitatis, et diſtrictus prædictorum, abſentes, et præſentes, et quoslibet, qui nomine Piſ. cenſentur ab omnibus excommunicationum, et interdicto- C rum ſententijs quas incurrerunt, et quæ vt eos fuere probatæ occaſione captiuitatis, et ſpoliationis Prælatorum, et familiarium ſuorum, et aliorum, qui dudum in galeis cum Prælatis capti fuerunt, eiſdem, ac etiam ſeruitij ſui obſequij præſtiti ab ipſis q. Frid. olim Rom. Imperatori, et eius filijs, ſeu nuncijs, vel officialibus, aut fautoribus, vel coadiutoribus, ſiue complicibus eorundem, et pro quibuſcumque iniurijs, vel offenſis illatis, vel factis ab eis, eidem ſedi, ſeu legatis, vel nuncijs ipſius, ſiue alijs pro eadem ſede quacumque occaſione, vel cauſa, et pro eo, quod inobedientes prædictæ ſedi, vel legatis ipſius, ſiue nuncijs extiterunt, a pœnis quoque quibuslibet eis pro præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum debitis, vel quibus ſunt obnoxij occaſione Eccleſiæ legatorum, et nũ- D ciorum prædictorum, ac familiarium eorumdem, et perſonarum eccleſiaſticarum iuxta formam Eccleſiæ abſoluas auctoritate veſtra, interdicto in ciuitate, et diſtrictu prædictis propter præmiſſa poſito, relaxato. Iniungens nihilominus eidem communi pœnitentiam publicam, ad quam deuote recipiendam ſe obtulit, et humiliter peragendam. Ad hæc omnia priuilegia prædicto commune a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, aut ab eodem Frederico antequam in eum eſſet ſententia depoſitionis promulgata, ſiue a quibuſcumque Imperat. Romanorum conceſſa etiã ſi eorum aliquibus per Eccl. eãdem occaſione præmiſſorum priuati fuerint, ſibi auctoritate veſtra confirmes, ſine iuris præiudicio alieni. Contradictores autem, ſi qui fuerint, vel rebelles mo-

A nitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota.

Datum Laterani Kal. aprilis Pontificatus noſtri anno tertio.

Lapſis abhinc duobus annis confirmauit Alexander omnes immunitates, bona, ac priuilegia eidem xenodochio a Friderico Archiepiſcopo, alijſque conceſſa, cuius religioſi viri D. Auguſtini inſtituta ſectabantur; eoſque feſto Dominicæ reſurrectionis ad libram ceræ in acceptorum beneficiorum memoriam Romano Pontifici offerendam adſtrinxit. Hæc vero diplomatis in eodem tabulario contenti ſententia eſt.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

B *Dilectis filijs magiſtro hoſpitalis Spiritus ſancti Piſanum, quod Papa Alexandri nuncupatur, eiuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.*

Etſi vniuerſæ orbis Eccleſiæ Apoſtolicæ ſedi, quæ diſponente Domino ſuper illas ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, ſubeſſe noſcantur, aliquas tamen interdum de ſuæ auctoritatis plenitudine ſpecialius ſibi ſubdit, ſic eas a cuiuslibet iuriſdictione prorſus eripiens, vt nullum niſi Romanum Pontificem ſuperiorem, et Dominum recognoſcant conſtituendo ipſas quodam ſingulari priuilegio liberas penitus, et exemptas. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu, hoſpitale C Spiritus ſancti ſitum in ciuitate Piſana, quod hoſpitale Papæ Alexandri nuncupatur, et in quo eſtis diuino obſequio mancipati, cum capella, et omnibus membris ſuis, in ius, et proprietatem B. Petri, et prædictæ ſedis aſſumimus, tam hoſpitale ipſum, quam membra eadem cum perſonis in eis Domino ſub regulari habitu ſeruituris ab omni iuriſdictione, poteſtate, ac dominio tam Archiepiſcopi Piſani, qui pro tempore fuerit, et ſui capituli, quam cuiuslibet alterius Prælati, ſeu Eccleſiaſticæ, ſecularisue perſonæ totaliter et perpetuo eximentes, ita quod nec idem Archiepiſcopus, nec quæuis alia perſona eccleſiaſtica ea vtpote prorſus exempta, vel vos, aut perſonas ipſas Deo futuris temporibus inibi ſeruituras, interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare valeat, ſeu quocunque modo alias in præfatum hoſpitale, ac membra, et perſo-D nas ipſas poteſtatem, vel iuriſdictionem aliquam exercere, et ſi contra fortaſſe præſumptum fuerit, ſit vacuum, et inane. In primis itaque ſtatuimus, vt ordo canonicus, qui ſecundum Deum, et beati Auguſtini regulam in eodem hoſpitali inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem hoſpitale in præſentiarum iuſte, et canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, et illibata permaneant. In quibus hæc duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum in quo præfatum hoſpitale ſitum eſt cum omnibus pertinentijs ſuis omnia hoſpitalia ciuitatis, et diœceſis Piſan. ad Eccleſiam Piſanam olim ſpectantia cum omnibus pertinentijs eorundem hoſpitali veſtro conceſſa a venerabili fratre noſtro Friderico Archiepiſcopo Piſano capituli ſui accedente conſenſu cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vſuagijs, et paſcuis in boſco, et plano, in aquis, et molendinis, in vijs, et ſemitis, et omnibus alijs libertatibus, et immunitatibus ſuis. Sane laborum veſtrorum de veſtris poſſeſſionibus, ac etiam noualium, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus noualibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, et abſolutos è ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, et eos abſque contradictione aliqua retinere; prohibemus inſuper, vt nullum fratrum veſtrorum poſt factam in hoſpitali veſtro profeſſionem fas ſit, ſine magiſtri ſui licentia niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, et interdictis, non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce, diuina officia celebrare, chriſma vero, oleum ſanctum conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi a ſupradicto ſuſcipietis Archiepiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, et gratiam, et communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, et ea vobis voluerit ſine prauitate qualibet exhibere, alioquin liceat vobis quemcumq; malueritis Catholicum adire Antiſtitem communionem, et gratiam Apoſtolicæ ſedis habentem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Ad hæc nouas, et indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, et Epiſcopis, archidiaconis, ſeu decanis, alijſque omnibus eccleſiaſticis, ſecularibuſue perſonis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſam liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni, et extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici vſurarij, nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea, et poſſeſſiones ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ a laicis detinentur redimendi, et legitime liberandi de manibus eorum, et ad Eccleſias, ad quas pertinent, reuocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te eiuſdem loci magiſtro, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum maior pars conſilij ſanioris ſecundum Deum, et beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum. Paci quoque, et tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſolicitudine prouidere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum, ſeu granciarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, homi-

nem

A gem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a præfato Archiep. Piſano ſui capituli . . conſenſu hoſpitali veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a communi Piſano, vel alijs Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Ad iudicium autem huius perceptæ a prædicta ſede libertatis, memoratum hoſpitale vnam libram ceræ in feſto Reſurrectionis Dominicę nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim perſoluat. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, &c. Cunctis autem, &c.

B *Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Otho Card. Epiſcopus Tuſculanus ſubſcripſi.

Ego Stephanus Cardinalis Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego fr. Ioannes tt. ſancti Laurentij in Lucina presb. Card. ſubſcripſi.

Ego fr. Vgo tit. ſanctæ Sabinæ presb. Cardinal. ſubſcripſi.

Ego Riccardus tit. ſancti Angeli diaconus Card. ſubſcripſi.

Ego Octauianus tit. ſanctæ Mariæ in Via Lata diac. Card. ſubſcripſi.

Ego Petrus tit. ſancti Georgij ad Velum aureum diac. Card. ſubſcripſi.

C *Datum Anagniæ per manum magiſtri Iordani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ notarij, & vicecancellarij ſeptimo Kal. febr. indictione ſecunda, incarnationis Dom. anno 1259. Pontif. vero Domini Alexandri Papæ IV. anno quinto.*

Sequenti vero anno idem Alexander ſignum dedit magiſtro, & fratribus prædicti xenodochij ex panno rubeo conficiendum, vt a cæteris religioſis diſcernerentur, vt ſubiecta epiſtola loquitur ex eodem tabulario deſumpta.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Magiſtro, & fratribus hoſpitalis Piſarum, quod Papæ Alexandri dicitur ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

D *Vt fratres hoſpitalis veſtri a religioſis alijs diſcernantur, veſtris ſupplicationibus inclinati ſignum huiuſmodi . . de panno rubro hoſpitali veſtro concedimus a vobis, & ſucceſſoribus veſtris in cappis flocatis, & mantellis perpetuo deferendum. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.*

Datum Anagniæ Kal. iunij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

* Poſt hæc in Piſana diœceſi nobile cœnobium canonicorũ regularium, quidam Hugo Nicoſienſis Epiſc. circa ann. D. 1268. quod nunc a canonicis regularibus ſancti Saluatoris Bononienſis congregationis poſſidetur fauore Iulij Secundi Pontificis Max. ab anno 1504. de qua re legendus Ioſeph Muzzagrugnus lib. 7. de rebus geſtis canonicorum regularium. De occaſione vero fundationis huius monaſterij talem hiſtoriam refert Penottus

A lib. 2. cap. 20. tripartitæ hiſtoriæ, quæ quoque in antiquis monumentis eiuſdem monaſterij reperitur.

In diœceſi Piſana vetus, ac nobile monaſterium ſancti Auguſtini de Nicoſia nuncupatum, quod fundauit Vgo Epiſcopus Nicoſiæ in Cypro inſula, genere quidem obſcurus, ſed doctrina, probitate, ac dignitate clariſſimus. Nam cum puerulus in valle Arni Piſanæ diœceſis ouibus paſcendis operam daret, ab illius loci plebano ad ſcholas deſtinatus, breui optimus philoſophus, ac Theologus euaſit, nec minus pietate, & religione, quam doctrina omnibus ſe amabilem, & admirabilem exhibuit, cuius virtute commotus Romanus Pontifex Nicoſienſem Epiſcopum illum deſtinauit, quo munere per aliquod tempus laudabiliter abſoluto cum B *ſub Clemente Quarto in patriam eſſet reuerſus, inter alia pietatis opera, quæ præclare ab illo geſta fuerunt, monaſterium apud Piſas in valle Calcis vocata, ſub inuocatione ſancti Auguſtini ædificauit, in quo etiam canonicos ſecundum beati Auguſtini regulam viuentes conſtituit, quam eleganter expoſuit, additis etiam conſtitutionibus, iuxta quas in eodem monaſterio vitam componere deberent. Accidit hoc circa annum Domini 1268.*

Eodem Friderico ſedente Piſani ciues cum Corradino Friderici Imperatoris nepoti adhæſiſſent contra Carolum Andegauenſem Neapolitanum Regem, a Clemente Quarto fuerunt excommunicati, ciuitaſque Archiepiſcopali dignitate priuata, ad Gregorij Decimi vſque tempora ſpoliata manſit, tandem idem Gregorius an. 1272.
C Piſanorum ſupplicationibus, humilibuſque votis clementer aures pietatis aperiens, populum ab excommunicatione abſoluit, ciuitatique Archiepiſcopalem dignitatem cum omnibus iuribus, honoribus, priuilegijs ab Apoſtolica ſede conceſſis, reſtituit, cuius rei hoc æternum monumentum extare voluit, quod habetur in reg. Vatic. eiuſdem Pontif. ep. 52. fol. 92. anno 2.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.


Sicut magni beneficij indicium eſt in deuotorum excessibus, medicinalis vltionis antidotum obiter adhibere, vt quos a filialis deuotionis debito culpa propriæ temeritatis auertit, ad
D ipſius obſeruantiam vnguentis ſalutem, ſeruitutis diſciplinam conuertat, ſic maternæ pietatis eſt debitum ijs, qui poſt indeuotionis lapſum, & perſecutionis exceſſum firmiores in obſequendi propoſito, & continuandæ in poſterum deuotionis exhibitionem reſurgunt, nec pietatis ſinum precludere, nec miſerationis vbera denegare. Sane dudum fel. record. Clemens Papa Quartus prædeceſſor noſter Eccleſiam, & ciuitatem Piſanam, exigentibus culpis, & pertinacia incolarum ciuitatis ipſius, qui contra monitiones, inhibitiones, & comminationes prædeceſſoris eiuſdem dudum Corradino quondam Fred. olim Romanorum Imperator. nepoti pertinaciter adhærendo præſtitere eidem auxilium, conſilium, & fauorem contra Romanam Eccleſiam, & deuotos ipſius, vna cum illo, & eius fautoribus, grauibus affi-

ciendo

ciendo moleſtijs, ac moleſtis iniuriis aggrauando & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Siciliæ Regem illuſtrem primo Patiarum, & poſtea vicarium Imperij per eandem Eccleſiam in Tuſcia deſtinatum, non ſolum recuſauerunt admittere, verumetiam ſe illi præſumpſerunt opponere, ac ipſum multipliciter impugnare, Archiepiſcopalis dignitatis honore priuauit. Verum ijdem incolæ, tangente Domino cor ipſorum, poſt tantorum exceſſuum culpam magnæ humiliationis prætendentes indicia, eiuſdem matris Eccleſiæ miſericordiam, continuata diutius inſtantia, implorarunt, deuotionis ad eandem Eccleſiam irreuocabiliter obſeruandæ ſupplicantes oblationibus, & oblatis deuote ſupplicationibus inſiſtentes, vt ad ſinum eiuſdem matris Eccleſiæ, a quo ipſi ſua, quam recognoſcebant humiliter, peruerſitate receſſerant, ſola miſeratio materna reduceret, & circa filios pœnitentes ſuperexaltata iudicio benignitas piæ matris, Eccleſiæ Piſanæ, ac ciuitatis prædictæ de reſtitutione dignitatis Metropolitanæ miſericorditer prouideret. Nos itaque more pij patris offenſarum immemores, vbi ad id pœnitentiæ ſignis congruentibus inuitamur, deſiderantes ciuitatem prædictam in oblatæ ad eandem Eccleſiam deuotionis propoſito multæ benignitatis exhibitione firmare. Syndicos, & procuratores ciuitatis ipſius ad mandata recepimus, & ciuitati, ac incolis memoratis circa excommunicationis, & interdicti ſententias occaſione præmiſſorum latas in ipſos, de abſolutionis, & relaxationis beneficio fecimus prouideri, & vt eo plenius ſedis apoſtolicę ſinceræ affectionis vinculis aſtringatur, quo erga ſe ipſius beneuolentiam in remiſſionis promptitudinem ſenſerint promptiorem, de fratrum noſtrorum conſilio, Eccleſiam Piſanam reſtituentes in integrum, ipſi Eccleſiæ, necnon & ciuitati prædictæ Archiepiſcopalem dignitatem omnibus iuribus ſuis, immunitatibus, priuilegijs, & quibuſcumque honoribus a ſede Apoſtolica Eccleſiæ conceſſis, eidem prout eodem tempore priuationis huiuſmodi obtinebit, de gratia reſtituimus ſpeciali. Nulli ergo, &c. noſtræ reſtitutionis, &c. ſiquis erga, &c.

Datum Florentiæ 12. Kal. iulij, Pontificatus noſtri anno 2.

Poſt hæc autem Fridericus populum, clerumque Piſanum in Romanam Eccleſiam, qua pietate, qua deuotione excitauerit, teſtis erit ſolemnis illa legatio ad eundem Gregoriū Florentię agentem, cuius legationis princeps fuit ipſe Fridericus, qui pro ſenatu, clero, populoque Piſano luculenta oratione in publico purpuratorum fratrum cōſeſſu gratias egit maximas, & ad ſuos cum exultatione, priuilegijs, & immunitatibus exornatus remeauit. Anno 1276. cum poſt obitum Vgonis Calaritani Archiepiſcopi capitulares canonicos in eligendo ſucceſſore diſcordes, & in ſingularia odia ſciſſos videret, ſua auctoritate, qua ſummopere apud omnes pollebat, ad vnitatis, amoriſque ſtudium reuocauit, effecitque ſua dexteritate, vt Gallus ciuis, Piſanuſque canonicus vnanimi conſenſu eligeretur in Præſulem, cuius eximiæ virtutis, ac ſapientiæ haud ignarus Ioannes Vigeſimus ſecundus Pontifex ſuo diplomate canonicorum electionem roborauit, ſtatuitque Gallum Calaritanum Archiepiſcopum 5. Kalend. decemb. Pontif. ann. primo, vt in regeſto Vaticano eiuſdem Pontificis legimus epiſt. 18. fol. 7. Vgonis, Galliq; Calaritanorū Archipræſulum altum tenuit ſilentium Ambroſius Machinus in tractatu defenſionis ſanctitatis beati Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, vbi plura de primatu Calaritanæ Eccleſiæ, de qua deq; Calaritanis Præſulibus plura Deo dante alibi dabimus. Præfuit vtiliſſime Fridericus Piſanæ Eccleſiæ annis vigintiquatuor, debitum naturæ tandem Piſis abſoluit anno ſalutis 1278. vbi honorifice ſepultus eſt, Vicecomitæ gētis germen illuſtris, Galgani ſecundi Volaterrani Epiſcopi Pancaldi Vicecomitis præpotentia ciuis Piſani filij, propior affinis, de quo in primo noſtro tomo, cuius patrem, gentemq; expiſcatus eſt ex antiquis monumētis Abbas Antonius Libanorus nobilis Ferrarienſis amicus noſter vir eruditus, & antiquitatis ſtudioſus, in vita ſancti Galgani, quam nuper Senis in lucem emiſit: Pancaldi Vicecomitis Galgani parentis meminit etiam Iugurtha Thomaſius par. prima hiſtor. Senenſia.



52 ROGERIVS Duraldus, quem alij de gente Vbaldina contendunt eſſe, Friderico in ſede Piſana ſucceſſit, ex Archidiacono Bononienſi, a Nicolao Tertio eligitur 6. idus auguſti anno 1278. ita habetur in regeſt. Vaticano epiſtola 57. fol. 13. anno primo. Vir vtique efferatus, & inexorabilis animi. Hic ille eſt, qui è Gherardeſca gente comitem Vgolinum, ſiue ob initum cum Florentinis victoribus fœdus, ſiue cædem nepotis vlturus, Antianorum Turri incluſum, cum innocentibus filijs crudeliſsime fame necauit. Quē merito Dantes Aligherius in ſua diuina comœdia in vltricea inferni flammas detruſit, crudeliſq; facinoris his carminibus meminit.

Tu de' ſaper chi fu 'l Conte Vgolino,
E queſto e l'Arciueſcouo Ruggieri,
Hor ti dirò perch' io ſon tal vicino,
Che per l'effetto de' ſuoi mai penſieri,
Fidandomi di lui io fuſsi preſo,
E poſcia morte dir non è meſtieri.

Conſtat

Conſtat hanc Archiepiſcopi Rogerij crudelitatem cætera eius præclara geſta mirum in modum obſcuraſſe. Deceſſit Viterbij 1295. ſepultuſque eſt in Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Gradus in lapideo ſepulchro prope Templi principem portam, vbi hæc ſimplicia verba inciſa ſunt.

HIC REQVIESCIT
VENERABILIS PATER
DOMINVS ROGERIVS DVRALDVS
ARCHIEPISCOPVS
PISANVS.

In ſententias adeo ancipites diſtracti ſunt auctores, è qua familia Rogerius Piſanus Archiepiſcopus ſatus eſſet, vt hiſtoriæ veritati ſummam caliginem
B offundant. Volaterranus ex Vbaldis profeminatum aſſerit, contendunt alij ex Lanfranchis, alij ex Vbaldinis nobiliſsimis Florentinis oriundum, aiuntque aſperrimis illis temporibus, quibus Guelphorum Gibellinorumque ſeditiones ardebant, ſuſque, deque euertebant ciuitates, illius familiæ ſurculum transfugiſſe Campilium oppidum ditionis Piſanæ, ac poſtea ad primos bonorum gradus Piſis admiſſos, indeque Vbaldinorum Campilij nomen traxiſſe, vt Ioannes Baptiſta Vbaldinus in eius familiæ hiſtoria prodidit. Ipſius epitaphium, quod Viterbij perlegimus, nō Vbaldinum, Vbaldumue, ſed Duraldum illum appellat, ſi ea vox nomen ſignificet, ac ſonet, hunc modum Rogerius Duraldus, cognomen vero de Vbaldinis ſilentio ſit prætermiſſum, explorandum, diſcutiendumque lectori permitto. His poſitis aſſerere certiſsime poſſumus, ſepulchrum, quod Viterbij viſitur, Rogerij huius Archiepiſcopi eſſe, nec moueri quæſtio poteſt ad Rogerium Archiepiſcopum, qui anno 1130. obijt, pertinere, cum eo tempore Eccleſia ſanctæ Mariæ, cui a Gradibus nomen impoſitum, Viterbij excitata non eſſet, quam deinceps Raynerius Capocius Cardinalis Innocentij Quarti temporibus extruxit.



53 THEODORICVS Raynerius Vrbeuetanus, cum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius eſſet, Archiepiſcopus Piſanus ſubſectus eſt a Bonifacio Octauo anno 1295. 12. Kalend. octob. ex regeſt. Vatic. epiſt. 399. fol. 90. anno primo. Potuit autem ſuam diſtuliſſe aliquandiu inaugu-

A rationem. Reperi ſiquidem illius fieri mentionem in quadam epiſtola ad Abbatem ſancti Saluatoris de monte Amiato, in qua ita ſubſcribit, Papæ Camerarius, & Piſarum electus 1298. die decimaſeptima menſis martij, anno vero 1299. factus eſt presbyter Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem, mox Epiſc. Card. ciuitatis Papalis, ſeu Prænestinus ab eodem Bonifacio Octauo, de quo vide in Epiſcopis Præneſtinis tom. prim. quæ de ipſo diximus.



54 IOANNES de Prouincialibus Piſanus, quem alij de Polo appellant, ex nobili genere procreatus, electus eſt Archiepiſcopus Piſanus 1299. idibus februarij ex regeſto Vaticano ep. 8. fol. 136. anno quinto Bonifacij Octaui, quo ipſo
C anno amplam indulgentiam conceſſit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Campi regij fratrum Prædicatorum die octaua menſis martij. Sedit ad annum vſque 1312. quo ad Archiepiſcopatum Nicoſienſem translatus eſt 6. id. maij, vt habetur in reg. Vatic. epiſt. 346. fol. 69.

Inter latas a Ioanne Archiepiſcopo ſententias, quæ in tabulario Piſani Archiepiſcopatus continentur, ea a Tancredo ipſius vicario contra Galtelinenſem in Sardinia Epiſcopum fulminata reperitur, cum enim illi diem, vt ſe primati Archiepiſcopo ſiſteret de more indixiſſet, renuentem contumaciæ nomine anathemate defixit anno 1302. è quo illuſtre eſt ijs temporibus Archiepiſcopos Piſanos ius auctoritatemque in Sardinia tenuiſſe, probatque ſententia ex ſuo originali
D delibata in hunc modum.

In æterni Dei nomine. Amen.

Cum nos Tancredus de monte Raynaldi vicarius venerabilis patris domini Ioannis Piſani Archiepiſcopi citari fecerimus, & moneri per noſtras literas ſpeciales venerabilem patrem dominum Epiſcopum Galtelinenſem Inſulæ Sardiniæ, vt certo termino ſibi a nobis pro primo, ſecundo, & tertio peremptorio aſſignato Piſis coram nobis per ſe, vel legitimum reſponſalem comparere deberet, & reſpondere de iure Spontino clerico familiari bonæ memoriæ domini Rogerij olim Piſani Archiepiſcopi conquerenti coram nobis de ipſo domino Epiſcopo de quadam pecuniæ ſumma, quam ab eo recipere debere aſſerebat, qui dominus Epiſcopus dicto termino non venit, nec

miſit

miſit legitimum reſponſalem, ſed contumax extitit, dicto Spontino comparente, & domini Epiſcopi contumaciam accuſante, & petente contra eum procedi, prout poſtulat ordo iuris.

Hoc igitur contumacia dicti domini Epiſcopi exigente, ipſum dominum Epiſcopum reputamus merito contumacem, & ne de ſua contumacia glorietur, ipſum dominum Epiſcopum excommunicamus in his ſcriptis, & a gremio ſanctæ Eccleſiæ ſeparamus.

Data, & lata eſt dicta ſententia Piſis præſentibus Bindo, & Ioanne Quattri notarijs, & ſcribis publicis ſupradictæ curia anno 1302. ind. decima quinta, die 6. februarij.



55 Fr. ODDO de Sala, ex ordine Prædicatorum Polenſis antea Epiſcopus in Iſtria, mox etiam Archiepiſcopus Arborenſis, ad Eccleſiam Piſanam denique translatus eſt, anno 1312. ſexto idus maij, ex regeſto Vaticano epiſt. 352. fol. 71. adminiſtratorque fuit aliquando monaſterij montis Caſſini, ac patriarcha Alexandrinus. De quo altum ſilentium tenuit M. Antonius Scipio in elogijs Abbatum montis Caſſini.

Ipſis adeptæ dignitatis initijs, quam ſemper Oddo ſumma virtute rem erga patriam, tum cæteras Eccleſias geſſit, cum Henricus ſeptimus Imperator Piſanis addictiſſimus in ea vrbe verſaretur, oblata eſt Oddoni egregia occaſio, vt in Imperatoris gratiam ſe inſinuaret, a quo priuilegiorum Eccleſiæ ſuæ, ac prædeceſſoribus conceſſorum ampliſſimam confirmationem eſt eblanditus, in quam Henricus omnia illa, vt iacebant referri voluit, nos vero nonnulla diplomata, quę ex aſſeruato exẽplari in eodem tabulario, omiſſis omnibus alijs priuilegijs, quæ inſerta ſunt, ac nos ſuis in locis ſeruata temporum ratione coniecimus, hoc in loco in lucem edenda exiſtimauimus, ſic enim habent.

Henricus ſeptimus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Venerabili Odoni Piſano Archiepiſcopo principi, & ſecretario ſuo dilecto gratiam ſuam, & omne bonum.

In literis, ſeu priuilegijs diuæ memoriæ Henrici Tertij, Henrici Quarti, & Conradi Secundi Regis, & Friderici Romanorum Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum, necnon G. ducis, & marchionis, atque vxoris eius Beatricis, quarum literarum, ſeu quorum priuilegiorum tenores ſuis precibus inclinati præſentibus inſeri fecimus, ſeu tradimus contineri.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Henricus, diuina fauente clementia, tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Curtem Papianam, & Liuurnam iacentem in valle Sardę ſub comitatu Piſano cum omnibus appendicijs ad eam pertinentibus, id eſt vtriuſque ſexus mancipijs, areis, ædificijs, agris, pratis, paſcuis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus, & redditibus, vijs,
B & inuijs, quæſitis, & inquirendis tradidimus ad vtilitatem, & ædificationem Piſanæ Eccleſiæ Hildeprando eiuſdem ciuitatis vicecomite cum fratribus ſuis monente, & impetrante, ſed hoc quidem præcipue fecimus ob amorem ſanctæ Mariæ pro remedio animæ noſtræ, dein ob fidem ciuium hactenus nobis ab eis bene ſeruatam, ſperantes eos amodo fore fautores, ac defenſores honoris noſtri. Quam donationem ſi qua perſona magna, vel parua infringere tentauerit, centum libras auri optimi ſciat ſe compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſi matri Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. Cuius donationis teſtem chartam præſentem ſcribi, & propria manu noſtra, vt infra videbitur, corroboratam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

C *Signum D. Henrici Tertij Romanorum Imperatoris Auguſti.*

Ego Herimannus cancellarius recognoui. Data eſt autem Kalendis februarij anno Dominicæ incarnationis milleſimo octuageſimo nono, indictione duodecima, anno ſecundo, ordinationis domini Henrici trigeſimo ſexto Imperij quidem anno quinto.

Actum Ratiſponæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

Item. In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Henricus, diuina fauente clementia, quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Quod & alijs Eccleſijs intuitu religionis nonnunquam impertiri ſolemus, & cæt. vt ſupra. Hoc ſignum domini Henrici quarti Romanorum Imperatoris inuictiſſimi. Burcardus cancellarius, & Monaſterienſis Epiſcopus recognouit.
D Data octauo Kalendas iunij, indictione nona, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſextodecimo, regnante Henrico quinto Rege Romanorum anno decimo, imperante ſexto. Actum eſt in Chriſto feliciter amen.

Item. In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Henricus, diuina fauente clementia, quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Imperialis eſt Maieſtatis & ſacroſanctis Eccleſijs reuerentiam, & fidelibus noſtris deferre clementiam, vtriuſque noſtræ liberalitatis munificentiam exhibeamus. Vnde notum fieri cunctis Chriſti, noſtriſque fidelibus tam præſentibus, quam futuris volumus Piſanæ ciuitatis legatos, hoc eſt Petrum filium Albici conſulem, virum clarum, nob[illegible] ſatis charum, Petrum Vicecomitem noſt[illegible] virum nobilem, & ſapientem, & Tiſpaldu[illegible] conſultum fidelem noſtrum, noſtram ad[illegible] gnitatem, ſuorumque conciuium protul[illegible]

[illegible]

tionem, quorum precibus duplici ratione moti
decreuimus indulgendum eſſe, vel quia pro Ec-
cleſiæ beneficijs, quod religioſum erat, interue-
nirent, vel quoniam ipſis digne, meritoque tri-
buenda eſſet audientia, qui eodem anno non pa-
rum gloriæ noſtro Imperio, ſed cuncto Chriſtia-
no populo ſuis & laboribus, & impenſis periculis
addidiſſent, cum Maioricam copioſam ciuitatem,
nec minus populoſam vi bellica deuictam cum
alijs locis adiacentibus funditus euerterent. Qua-
propter eorum poſtulationi libenter annuentes
curtem Liuurnam, & Pappianam in valle Sercli
iacentem cum omnibus ſuis appendicijs, & ac-
ceſſionibus, hoc eſt vtriuſque ſexus mancipijs,
ædificijs, areis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis
& incultis, aquis, aquarumque decurſibus, piſca-
tionibus, molendinis, exitibus, & redditibus, vijs,
& inuijs, quæſitis, & inquirendis concedimus, &
tradimus ad vtilitatem, atque ædificationem Pi-
ſanæ Eccleſiæ beatæ, & glorioſæ Virginis ſemper,
& Dei genitricis Mariæ, vt ex noſtra liberalitate
iam dictorum prædiorum ſubſidio . . . .
ſubſtententur. Quam largitionem noſtram, &
donationem, ſi qua perſona parua, vel magna
violare, vel quoquo modo infringere tentauerit,
trecentum librarum auri optimi pœna ſe ſciat ob-
noxium, cuius dimidium quidem noſtræ cameræ,
dimidium vero præfatæ ſacroſanctæ Eccleſię per-
ſoluat. Cuius donationis argumentum huic in-
ſtrumento inſcribi, atque hoc noſtra manu pro-
pria, quod inferius apparet corroboratum ſigilli
noſtri impreſſione muniri mandauimus. Signum
domini Henrici quarti Romanorum inuictiſſimi.
Burcardus cancellarius, & Epiſcopus Monaſte-
rienſis recognoui. Data ſeptimo Kalendas iulij,
indictione nona, anno Dominicæ incarnationis
milleſimo centeſimo ſexiodecimo, regnante Hen-
rico quinto Rege Romanorum anno decimo, im-
perante ſexto. Actum eſt Paſilian. in Chriſto fe-
liciter. Amen.

Item. In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trini-
tatis. Conradus, diuina fauente clementia, Ro-
manorum Rex ſecundus. Dilecto, & venerab.
Balduino Piſanorum Archiepiſcopo, & cætera,
vt ſupra.

Item. In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Tri-
nitatis. Federicus, diuina fauente clementia,
Romanorum Imperator Auguſtus. Si venerabi-
lium petitiones, &c.

Item. In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Tri-
nitatis. G. diſponente Dei gratia, dux, & mar-
chio, atque vxor eius Beatrix omnibus fidelibus
noſtris in Chriſto ſalutem. Notum fieri volumus
omnibus noſtris fidelibus tam minoribus, quam
maioribus, qualiter res iſtius Epiſcopi Piſani, &
vniuerſa, quæ ad eius Epiſcopatum pertinent, ſub
noſtro mundiburgio defendendas recepimus, tali
ſcilicet lege, vt nulli noſtrorum miniſterialium,
vel eorum ſubiecti, aut quiſquam mortalium
hunc præfatum Epiſcopum immo Piſanum in
ſuis bonis hoſpitando, prædando, incendendo,
aut in placito fatigando, ſeu foderum tollendo,
ſiue quolibet genere vaſtationis, aut in perſonis
hominum laicorum, ſiue clericorum moleſtare

A præſumat. Addimus etiam hoc noſtræ auctori-
tatis banno, vt quiſquis viuentium hoc præcep-
tum noſtrum tranſgreſſus fuerit cumque, vel in
vno te contra iſtius paginæ ſcripturam moleſtaue-
rit, debitor centum libras auri componere, medie-
tatem noſtræ Cameræ, alteram vero partem Epi-
ſcopo. Et vt hoc melius credatur, firmiuſque
obſeruetur, ſignum noſtri ſigilli ſubtus imprimi
mandauimus. Nos autem Henricus ſeptimus Im-
perator prædictus tuis Odonis Archiepiſcopi ſu-
pradicti ſupplicationibus annuentes tibi propter
hoc in noſtra præſentia conſtituto, & nobis de
prædictis omnibus, & ſingulis, quæ a nobis, &
Imperio recognouiſti, & recognoſcis homagium
facientibus per te dictæ Piſanæ Eccleſię confirma-
B mus, & de gratia vberiori de nouo donamus om-
ne ius, quod per litteras, & priuilegia prædicta
tibi, & eidem Eccleſiæ competit, ac illud illæſum,
& integrum perpetuo volumus conſeruari. Præ-
terea cum eadem Eccleſia tam propter reueren-
tiam maieſtatis altiſſimi, quam tuæ deuotionis lau-
dandæ merita, & magnæ fidelitatis obſequia, non
ſolum in ſuis iuribus, & immunitatibus conſer-
uare, ſed & gratioſis largitionibus proſequi cu-
pientes, tibi præſentiũ tenore concedimus, quod
in terris Eccleſiæ prædictæ ſitis citra Eccleſiam
ſancti Petri ad Gradus verſus Piſas, & vltra verſus
portum Piſanum, & fauces Arni poſſis domifica-
re, villamque conſtruere. Cuius habitantes, &
hæredes eorum, vt ad manendum in loco illo,
C qui ſilueſtris, & infirmus eſſe dicitur, libertatis al-
liciantur dulcedine, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in
perpetuum totaliter ſubiecti exiſtant, & ab omni
iuriſdictione Piſani communis, & quorumcum-
que aliorum penitus ſint exempti, ita tamen,
quod nemo de ciuitate, vel diſtrictu Piſano natus,
villam prædictam inhabitet, ſed tu, & ſucceſſores
præfati in ipſa villa pro diuinis myſterijs exercen-
dis poſtquam dicti habitantes centum, vel plures
ibi commorantes extiterint, ſex ſacerdotes, &
vnum guardianum cum decenti familia teneatis.
Demum, vt gratiæ noſtræ plenitudine potiaris,
tuos, & ſucceſſorum tuorum familiares, domeſti-
cos, & commenſales continue tuis, ſeu ipſorum
ſucceſſorum, ac Eccleſiæ Piſanæ prædictæ ſerui-
D tijs in tuis, vel eiuſdem ſucceſſorum, & ipſius Ec-
cleſiæ continuis ſumptibus, expenſis, & veſtibus
inſiſtentes, quos nunc habes, & quos in futurum,
fraudibus, & dolis ceſſantibus ad ſeruitia prædi-
cta tu, vel ijdem ſucceſſores receperitis vſque ad
numerum quinquaginta famulorum laicorum, ab
omnibus, & ſingulis ciuitatis Piſanæ, & quorum-
cunque aliorum perſonalibus oneribus collectis,
datijs, præſtantijs, angarijs, perangarijs, & exa-
ctionibus quibuſcunque, ac omni iuriſdictione,
& poteſtate quamdiu ſeruitijs prædictis, ſicut di-
ctum eſt, extiterint, eximimus, & tibi, & eiſdem
ſucceſſoribus iuriſdictionem, & poteſtatem præ-
dictas ſuper ipſos familiares per tempus ſeruitio-
rum huiuſmodi committimus per præſentes. Vo-
lumus tamen, quod neminem ad huiuſmodi fa-
mulatum tu, vel ijdem ſucceſſores intentione ip-
ſum a iuriſdictione ſeculari eximendi, aut aliter
malitioſe, ſed ſolum conſideratione ſuis perſona-

ſet, clauſtro concluſus, ita nobiliores diſciplinas cum probitate vitæ coniunxit, vt in Theologia inſigniter lauream tulerit, pronunciatuſque ſit ſui cœnobij primum præfectus, tum & prouincialis Romanus, nec multo poſt Parmæ Epiſcopus, anno vero 1323. 8. idus iunij ſub Ioanne Vigeſimoſecundo Archiepiſcopus Piſanus, quam ille Eccleſiam ad multos annos ſumma cum laude adminiſtrauit. Bauari tamen duriorem tyrannidem expertus eſt, cum enim Piſas pſeudopontificem ſecum deduxiſſet Corbarium, Simon ne cogeretur ſchiſmaticum adorare, profugit Florentiam, idenque a Bauaro rebellis declaratus eſt, atque proſcriptus, Piſanæque Eccleſiæ Gerardus Rolandus Alerienſis Epiſcopus in locum profugi adminiſtrator admotus, anno 1328. Hic ille eſt Alerienſis Epiſcopus, qui Romæ poſtea Bauarum regni corona inſigniuit. Anno vero 1329. cum Gerardus ad Eccleſiam ſuam Alerienſem meliori conſilio reuerſus fuiſſet, Nicolaus pſeudopontifex ita cenſente Bauaro, quemdam Ioannem Lanfranchum in Piſanam Eccleſiam intruſit. Cæterum cum deinde Corbarius coniectus fuiſſet in carcerem, Simon ad Eccleſiam ſuam redijt ann. 1334. ibidemq; eximiæ pietatis operibus clarus, cumulatuſque meritis quieuit in Domino octuagenarius anno 1342. die 24. menſis ſeptembris: Tumulatuſque eſt non ſine lacrymis populi Piſani, apud ſuos Dominicanos in marmoreo ſepulcbro, quod cum eiuſdem ſtemmatibus gentilitijs, hoc eſt cum cruce, quæ tribus montibus inſidet, adhuc ſpectatur. Simon autem inter inſtituti Dominicani beatos a ſcriptoribus numeratur. Eius vitam ſcripſit Ioann. Caroli, fr. Leander Albertus de viris illuſtribus ſancti Dominici, Razius, & alij, de quo etiam chronic. cœnobij S. Mariæ Nouellæ c. 34. inter cætera hæc habet.

Dum fr. Paganus Adimarius prior, templo erigendo intenderet, multos nobiliſſimos ciues recepit ad ordinem, quos inter alios recepit iuuenem quendam Gillonis Salterelli filium, quem fratrem Symonem vocauit. Hic cum eſſet admodum diues, & vnicus patri, & iam vigeſimum ageret annum, nobilem quandam puellam per verba (vt dicitur) de præſenti iam deſponſauerat. Sed ſuperno lumine illuſtratus, tanquam alter Alexius patre, ſponſa, ac ampliſſimis facultatibus Chriſti amore relictis ad noſtrum ſe cœnobium contulit anno 1281. Cumque optima eſſet indole præditus probitate, ac ſapientia in eum virum euaſit, quod primo cœnobij huius præpoſitus, deinde totius Dominicani ordinis in Romana curia fuerit factus procurator, in quo ſane munere tantum conſilio, prudentia, ac probitate valuit apud Ioannem Vigeſimumtertium Caturcenſem, quod ad Parmenſem Epiſcopatum illum promouerit. Sed viri meritis dietim creſcentibus, maiorique magiſtratu dignum illum clamantibus ab eodem Pontifice poſt ſexennium Archiepiſcopatus Piſanus Corſicæ, Sardiniæq; primas, comeſque Palatinus efficitur. Digniorem itaque dignitatem adeptus templum hoc bonis organis decorauit, quorum vno ſupra pontem, altera contra ſacrarium poſuit, quatenus eorum ſuauitate illectus populus, huc numeroſior conueniret. Quaſdam inſuper argenteas cruces in ſacrario collocauit, & ſingulis Romanæ prouinciæ templis argenteum calicem pro ſua donauit magnificentia. Aedificauit campanariam turrim, campanaſque dulciſſimi ſonitus in eam euexit, & in maximo clauſtro prope ſancti Nicolai ædem quaſdam extruxit, ſeu inſtaurauit teſtudines, vti grauior illa in angulo erecta, ac Salterellia domus decorata inſigni teſtatur columna. Contra eam . . ſibi fabricatum eſt domicilium, ne cui de fratribus eſſet incommodo ſi quando Piſis adueniret Florentiam. Ad montem Lupum ſub ſancti Nicolai inuocatione quoddam hoſpitium condidit, cui etiam largos aſſignauit prouentus, cum ad commodam fratrum receptionem tum ad pauperum eleemoſynariam ſubuentionem hunc locum multos incoluit annos quidam fr. Nicolaus a monte Lupo, qui agros ei quoſdam adiunxit. qui cum multa veneratione D. Catharinam virginem, & martyrem eſſet colere ſolitus petijt, atque obtinuit, quod annua eius virginis dies, in ea ſancti Nicolai æde quotannis feſtiue celebraretur, ſicut & continue fit. Fr. Symon autem huius hoſpitij conditor, vbi Piſanæ Eccleſiæ ſexdecim annos præfuiſſet in lethalem incidit ægritudinem, qua ad extrema breui deductus poſt deuotam ſacramentorum receptionem, octuagenarius è vita deceſſit die 24. ſeptembris anno 1342. Corpus eius in Eccleſia ſanctæ Catharinæ virginis, & martyris, quam Piſis Dominicani tenent, honorifica pompa ſepultum fuit.

Ad Simonem Archiepiſcopum, eiuſque ſuffraganeos ſequentes litteras ſcripſit Ioannes Vigeſimus ſecundus, dum pro recuperatione Terræ ſanctæ expeditionem moliretur, cui Philippum Gallorum Regem præfecerat, quamuis nulla re magna geſta, ea expeditio tum ob Pontificis obitum, tum ob emergentes inter Gallorum, Angliæque Reges ſimultates euanuerit, nec Simon Archiepiſcopus obijcientibus ſe ijs difficultatum repagulis deſpondit animos, ſed tum opes, tum milites coegit, vt ſuſceptum opus, quod ad æternitati Piſanorum gloriam conſecrandam, maiorumque decus illuſtrandum ſucceſſurum videbatur, ad optatum finem perducere niteretur. Suſpexere enim ſemper Romani Pontifices Piſanorum, ipſorumque Archipræſulum virtutem, qua ſæpius ad elidendos Saracenos in Oriente feliciſſime vſi fuere, nec minus illi promptis animis ad ſacra Imperia exarſere, comparatiſque numeroſiſſimis claſſibus, florentiſſimis exercitibus inſtructis, Hieroſolymitanis Regibus laborantibus, non ſemel ſuppetias tulere, ſed tandem aucta infidelium potentia, depulſiſque Chriſti fidelibus, eandem cum cæteris aleam Piſani ſubiere, pluribuſque locis, quæ obtinebant, ædibus, ac templis in diuerſis maritimis Orientis Emporijs exuti fuere, quæ Ioannes Pontifex dum recoleret ad Simonem Archiepiſcopum ad ſuppetias ferendas, literas, vt diximus, ſequentes exarauit, quas nos in Vaticano tabulario reperimus, & in lucem cenſuimus collocandas.

IOANNES EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Piſano, eiuſque ſuffraganeis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad commemorandum recentius cunctorum fidelium mentibus, quomodo Saluator noſter Vnigenitus Dei Filius Ieſus Chriſtus in Terra ſancta ſuo purpurata ſanguine ſalutem humani generis dignatus eſt miſericorditer operari, necnon qualiter ipſe poſt contumelias, flagella varia, ſpinas, & ſputa, languoreſque inaſſabiles innocens ſine cauſa damnatus, ſaturatus opprobrijs, clauis affixus, aceto, ac felle potatus, ac foſſus lancea in crucis patibulo pro redemptione noſtra tam diræ mortis ſubijt paſſionem, ſicuti nam Redemptor ipſe ſuo lumine in eiſdem fidelibus oculos hominis interioris illuſtret, quod zelus eorum ad ſubueniendum ipſius Terræ calamitatibus, & ſtatui, proh dolor! miſerabili accendatur, vt igni concaleſcant corda, & inflammetur affectus, ac prompta operis executio commendet effectum. Si enim ipſi fideles præmiſſa, & alia innumerabilia ipſius Redemptoris beneficia in dicta Terra ſancta humano impenſa generi, necnon quam opprobrioſe ſpurcidi Agareni perfidi hoſtes Chriſti dum Terram ſanctam funiculum hæreditatis Dominicæ ab eis tam longo tempore occupatum ipſorum nefandis actibus continue dehoneſtant, & polluunt in iniuriam, & blaſphemiam nominis Chriſtiani frequenter infra clauſtra pectoris attenta meditatione reuoluerint, & qua decet attentione penſarint, quem de eiſdem fidelibus non poderit nota ingratitudinis argui, vel potius quodammodo de infidelitate notari, ſi creatori proprio tam benefico Domino ad recuperationem hæreditatis ſuæ Terræ prædictæ potenter, & viriliter non aſſurgant? Quis quoque fidelium prædictorum pia compaſſione non mouebitur ad releuandas ab olim continuatas, & iugiter, quod dolentes referimus, augmentatas eiuſdem Terræ ſanctæ contumelias, & preſſuras, quas Terra ipſa coinquinatorum pedibus tanto tempore conculcata cunctis fidelibus clamoribus validis, & voce gemebundæ lamentationis exponitur. Præmiſſis itaque chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Francorum illuſtris, velut Chriſtianiſſimus princeps claræ memoriæ Chriſtianiſſimorum Regũ Francorum anteceſſorum ſuorum, qui charitatis, & deuotionis feruore ſuccenſi tanquam fideles pugiles, & Chriſti athletæ conſtantiſſimi Terræ ſanctæ negocium per retroacta iam tempora cordi ſpecialiter habuerunt, illudque fuerunt feruenter, & fauorabiliter proſecuti, veſtigia imitando debita conſideratione diſcuſſis volens eidem Redemptori noſtro, qui eum ſublimauit in Regem, per debitum obſequium in hoc ſeculo gratitudinem exhibere, ac ſe ſibi reddere acceptabilem in excelſis, cunctiſque fidelibus ad dictæ Terræ ſuccurſum exemplum præbere, ac viam etiam præparare, necnon ſummum deſiderium, quod a longo tempore habuit, etiam priuſquam Orthodoxi regni Franciæ gubernacula ſuſcepiſſet

A ſubueniendi calamitatibus, & miſerijs d. Terræ, ac in eius ſubſidium transfretandi cupiens deducere in effectum, per ſuos ſolemnes procuratores, & nuncios ad ſedem Apoſtolicam pluries deſtinatos ſolicitis, & continuis inſtantijs nobis fecit humiliter ſupplicari, quod pro pleniori dictæ Terræ ſuccurſu paſſagium generale indicere, ac pro illo celebrius, & velocius peragendo verbum Crucis cunctis Chriſti fidelibus cum indulgentijs cõſuetis prædicari mandare, eiuſque paſſagij, & totius exercitus Chriſtiani, qui in illo inſpirante Domino transfretabunt præfatum Regem generalem rectorem, & capitaneum conſtituere, ac pro huiuſmodi faciendo paſſagio certa concedere ſubſidia dignaremur. Nos itaque ſanctam inten-

B tionem eiuſdem Regis, & feruentem compaſſionis affectum, quem ad ſtatum, proh dolor! miſerabilem dictæ Terræ habere dignoſcitur, multipliciter in Domino commendantes, necnon gaudentes, & exultantes in eo, ſibique laudes, & gratias humiliter exhibentes, quia dignatus eſt tam pium, tamque ſalubre propoſitum regalibus præcordijs inſpirare. Cupientes quoque, vt huiuſmodi ſanctum negocium, Deo, cuius agitur cauſa, fauente, felicibus proſperetur euentibus, & votiuis proficiat incrementis ſuper his per nos cũ noſtris fratribus matura, & diligenti deliberatione præhabita ipſius Regis pijs, & ſanctis annuentes affectibus, & ſupplicationibus inclinati, ad honorem omnipotentis Dei, exaltationem, & di-

C latationem Catholicæ fidei cunctorum fidelium animarum profectum, liberationem præfatæ Terræ, ac exterminium hoſtium prædictorum eiſdem nuncijs, & procuratoribus, necnon prælatorum in curia Romana exiſtentium, & aliorum fidelium multitudine copioſa præſentibus auctoritate Apoſtolica de dictorum fratrum conſilio paſſagium generale ad Terram ipſam indiximus, ac præfatum Regem ipſius, & totius exercitus Chriſtiani, qui transfretabit in illo, rectorem conſtituimus, & capitaneum generalem. Et nihilominus per vniuerſas mundi partes decimam eccleſiaſticorum redditǔum impoſuimus ſexennalem colligendam ſub certis modis, & formis, ac in vtilitatem dicti paſſagij Terræ prædictæ ſubſidium, & alias contra infideles, ac inimicos fidei conuertendam, nec-

D non quædam alia ſubſidia pro ipſo paſſagio fieri per alias noſtras litteras ordinauimus, & leuari quæ in eiſdem noſtris litteris plene, & particulariter exprimuntur, dictique procuratores, & nuncij Regis eiuſdem ad hoc per ipſius patentes litteras coram nobis, & fratribus noſtris per ipſos exhibitas ad hoc ſufficiens, & ſpeciale mandatũ habentes pro Rege ipſo, ac eius nomine in noſtra fratrum noſtrorum, & aliorum prædictorum præſentia ipſum paſſagium per nos, vt præfertur, indictum illico aſſumpſerunt, & capitaneatum, & rectoriam illius, & dicti exercitus acceptauerunt, & in animam dicti Regis, prout poterant ex eodem mandato tactis ſacroſanctis euangelijs, iurauerunt, quod ipſe Rex in Kalendis auguſti, quæ erunt anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, quas tam eidem Regi, quam cæteris cruceſignatis, & cruceſignandis pro termino

ad

ad tranſfretandum in dicto paſſagio duximus aſſi-gnandas, iter arripiet dicti paſſagij, illudque deinde proſequetur realiter, & perſonaliter iuſto, ac legitimo impedimento ceſſante, ſub certis tamen conditionibus, modis, & formis in alijs noſtris literis inde confectis ſeriosius annotatis. Et quia nemini venit in dubium decimam, & alia ſubſidia memorata ad tanti proſecutionem negotij non ſufficere, ipſumque negocium longe maioris ſubuentionis beneficio indigere, ac ad illud coadiuuandum cunctorum fidelium grata ſubſidia exiſtere opportuna, fideles eoſdem ad hoc quibuſdam ſpiritualibus munificentijs, indulgentijs videlicet, & remiſſionibus prouidimus inuitandos. Quocirca fraternitati veſtræ de dictorum fratrum conſilio per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, vos nihilominus obſecrantes per aſperſionem pretioſi ſanguinis Ieſu Chriſti, quatenus commemorantes ante flatum lugubrem dictæ Terræ, ac prouide conſiderantes, quod cum fidelium ſuorum regimini nos velut in ſolicitudinis partem aſſumptos præfecerit Dominus ad promotionē huiuſmodi ſancti negotij plus cæteris tenemini ex officio paſtorali tanquam præcones fideles, & fortes athletæ fidei contra præd. perfidos hoſtes Chriſti ſinguli vid. veſtrū in ſingulis veſtris ciuitatibus, & diœceſib. cōtra prædictos blaſphemos Chriſtiani nominis per vos, & alias perſonas eccleſiaſticas, ſeculares, & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas fore noueritis cunctis Chriſti fidelibus iuxta datam vobis, & eis a Deo prudentiam proponatis publice verbum Crucis, & venerabile ſignum eius quibuſcum fidelibus, illud ſuſcipere deuote volentibus, quos ad hoc vtiles fore credideritis concedatis, ipſorumque humeris imponatis fideles eoſdem, quos ad audiendum propoſitionem ipſam, quoties expedierit ad loca idonea conuocare poſſitis ſolicitis exhortationibus, & opportunis inſtantijs inducentes, vt ſuſcipientes cum reuerentia ſignum crucis, ipſumque ſuis cordibus imprimentes contra hoſtium prædictorum perfidiam, & ad eiuſdem Terræ ſanctæ ſuccurſum aſſurgant viriliter, ac negocium ipſum magis viriliter, & feruentius proſequantur. Porro, quia dignus eſt operarius mercede ſua, ſinguli veſtrum, & eorum quos ad prædicationem crucis, vt dictum eſt duxeritis aſſumendos in hoc diuino fideliter laborantibus opere, præter mercedem æternam, quam merito ſperare poteſtis quotieſcunque populis ad hoc ſpecialiter conuocatis propoſueritis verbum Crucis, vnius anni, & quadraginta dierum, necnon fidelibus ipſis, qui ad verbum huiuſmodi audiendum deuote conuenerint centum dierum vere tamen pœnitentibus, & confeſſis indulgentiam elargimur. Volumus autem, quod omnes, qui ſignum crucis huiuſmodi hactenus in dictæ Terræ ſanctæ ſubſidium receperunt auctoritate Apoſtolica moneatis, & inducatis attente, ac nihilominus ſi opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis, vt illud ſi forte dimiſerint reſumentes alacriter votum Domini reddere ſtudeant, quod vouerunt dictæ Terræ ſubueniendo cum efficacia vt tenentur, & vt cuncti fideles tan-

A to libentius, & efficacius promiſſa exercere ſtudeant quanto ex ſuis laboribus potiorem gratiam ſe nouerint percepturos. Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, ac illam, quam nobis Deus licet immeritis ligandi, atque ſoluendi contulit poteſtate, omnibus Chriſti fidelibus, dicto Rege huiuſmodi paſſagium perſonaliter proſequente in eiuſdem Terræ ſanctæ ſuccurſum ad recuperationem eiuſdem laborem ipſum in perſonis proprijs ſubierint, & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confeſſi veniam indulgemus, & in retributione iuſtorum ſalutis æternæ pollicemur augumentum. Eis autem, qui licet in alienis expenſis, in proprijs tamen il-
B luc perſonis acceſſerunt, & illis ſimiliter, qui iuxta qualitatem, & facultatem ſuam idoneos expenſis proprijs deſtinabunt, quamuis perſonaliter ipſi non vadant, plenam concedimus ſuorum veniam peccatorum, pœnitentias quoque omiſſas, vel recte non factas per aliquos ex prædictis niſi peregrinationem aliam, aut aliquod pium opus, vel reſtitutionem, ſeu aliquam realem præſtationem, aut erogationem concernerent eiſdem miſericorditer remittentes omnibus ipſis cōcedimus . . . confeſſionem generalem peccatorum, de quibus memoriam non habuerint, quæ tamen ſi de illis in ſpeciali recolerent confiterentur libenter, indulgentiam plenam obtineant taliter confitentes, ita tamen, quod ſi poſtmodum ad eorum memoriam huiuſmodi pecca-
C ta redierint, illa confiteri ſpecialiter teneantur. Eos præterea, qui licet non iuxta qualitatem, & facultatem ſuam, aliquem tamen, vel aliquo, vt præmittitur in ſubſidium dictæ Terræ proprijs ſūptibus deſtinauerint, vel de ſuis temporalibus bonis contribuerint ad aliquos deſtinandos, & illos, qui ad ſubuentionem ipſius Terræ de bonis eiſdē congrue miniſtrabunt, prout ſingulis fuerit diuinitus inſpiratum, necnon conſiliarios Teſtatorum, qui teſtatores eoſdem ad ſubueniendum dictæ Terræ cum efficacia hortabuntur, & qui pro huiuſmodi ſancto paſſagio laborabunt, vel hactenus laborarunt, & alias ad promotionem huiuſmodi negocij conſilium, & auxilium impenderunt, ſeu impenderint opportunum iuxta qualitatem ſubſidij, & deuotionis affectum, & menſuram labo-
D ris participes eſſe volumus indulgentiæ memoratæ. Cæterum deſiderantes huiuſmodi ſanctum negocium votiuo, & felici exitu conſummari, ne fideles Chriſti, qui habent propoſitum in iſto paſſagio trāſfretandi timentes forſitā ex aſſumptione Crucis, vel emiſſione voti huiuſmodi hæredes eorum, ſi eos præmori contingeret ad iſtum paſſagium obligari, ex hoc ab huiuſmodi ſancto propoſito retrahantur in maiorem fauorem ipſius paſſagij, quantum condicere poſſumus de præſenti auctoritate concedimus ſupradicta, quod ſi aliqui prætextu paſſagij ſæpefati vouendo, vel crucem ſumendo intellexerint, vel voluerint hæredes ſuos, ex hoc nullatenus expreſſe, vel tacite obligari, & infra dimidium annum a voto, vel aſſumptione huiuſmodi numerādum coram diœceſa-

ceſanis ſuis, vel alijs deputandis ab eis intentionē, ſeu voluntatem ſuam huiuſmodi declarauerit, & per eos non ſteterit, quominus transfretando cōpleuerint votum ſuum, nec hæredes eorum, nec bona in aliquo ſint, vel remaneant obligati, niſi forſan ipſi crucesignati, vel vouentes aliquid pro paſſagio huiuſmodi dum viuerent recepiſſent, quo caſu ad hoc reſtituendum ſint, & remaneant niſi obſiſtat aliud obligati, verum ad illos, qui iam crucem aſſumpſerunt, vel qui quouiſmodo ad crucem ſumendam, ſeu alias ad transfretandum in dictæ Terræ ſanctę ſubſidium iam obligati exiſtunt, præcedentem conceſſionem extendi nolumus, ſed in ipſis ſtatuta canonica obſeruari, non tamen noſtræ intentionis exiſtit, quod ex his, quę in præcedenti clauſula proxima continentur aliquis in pluſquam antea tenebatur quomodolibet obligetur. Vobis quoque, & ſingulis veſtrum, necnon & illis, quos ad prædicationem Crucis huiuſmodi aſſumetis, mandamus, quod antequam crucem concedatis eandem cunctis illam recipere volentibus in veſtris prædicationibus exponatis, vt infra prędictum dimidium annum intentionem ſuam de non obligando hæredes eorum, ſi eam talem habuerint coram diœceſanis prædictis, vel deputandis ab eis debeant declarare. Quod ſi infra dictum dimidium annum intentionem ſuam huiuſmodi non duxerint taliter declarandam, hęredes eorum ad executionem dictorum aſſumptionis, & voti remanere decernimus obligatos. Rurſus illos, qui crucem aſſumpſerint, vel aſſument, aut votum de transfretando in iſto paſſagio emiſerint, vel emittent, ſi moriantur antequā iter arripiant, dum tamen pro ſubſidio dicti paſſagij tantum dimiſerint, quantum expenſuri fuiſſent ſecundum ſui ſtatus decentiam, eundo, morando, & redeundo per annum, ſi perſonaliter transfretaſſent, & quantitatem huiuſmodi in vita eorum, iuxta ſuas declarauerint conſcientias, quas ſuper hoc oneramus, necnon & eos, qui poſt aſſumptionem, ſeu votum huiuſmodi declarauerint plenam indulgentiam obtinere ſe velle, ac dare in dictæ Terræ ſubſidium, ſi eos contingeret præmori, quantum eſſent per annum eundo perſonaliter, vt de alijs præmittitur expenſuri, etiam ſi quantitatem eandem viuentes non declarauerint, quo caſu quantitas ipſa per legatum ſedis Apoſtolicæ, vel taliter decedentium ordinarios debeant declarari plene conſequi volumus indulgentiam memoratam, retenta nihilominus ſedi Apoſtolicæ poteſtate, quod facultatem declarandi quantitatem prædictam poſſit alijs committere, vel transferre in alios, ſi hoc viderit expedire. Volumus inſuper, quod illi ex cruce ſignatis, ſeu vouentibus ſupradictis, quod de intentione ſua non obligandi, vt præfertur hæredes declaratione non facta infra dictum dimidium annum poſtea mori contigerit, plenam indulgentiam conſequantur, hæredes tamen ipſorum, & bona ad quantitatem, quam illi ſi transfretaſſent, fuiſſent per annum, vt de alijs prædicitur expenſuri conuertendi in dictæ Terræ ſubſidium remaneant obligata. Si autem aliqui ex cruceſignatis, ſeu vouentibus memoratis infra dimidium annum præ-

A fatum priuſquam declarauerint ſe velle plenam indulgentiam obtinere, ac dare pro dicto paſſagio quantum eſſent expenſuri per annum decedant, nullam habeant indulgentiam dictarum aſſumptionis, ſeu prætextu voti, ſed ſi forſitan aliquid dederint pro paſſagio ſæpedicto iuxta quantitatem ſubſidij, & deuotionis affectum ſint participes indulgentiæ memoratæ, hæredibus, & bonis eorum alias in nullo remanentibus obligatis. Circa morientes vero poſt iter arreptum dicti paſſagij, & bona, quæ tempore mortis eorum habuerint, vel habere ordinauerint pro ſuo paſſagio faciendo ſic duximus ordinandum videlicet, quod in caſum quo hæredes taliter decedentium taliter remanſerint ad faciendum pro ipſis paſſagium obligati, vtpote quia priuſquam taliter decedentes crucem aſſumerent transfretare tenebantur ex B voto, vel quia votum eorum non fuiſſe perſonale conſtabat, ſeu quia cruceſignati huiuſmodi, vel vouentes intentionem ſuam de non obligandis hæredibus infra præfatum dimidium annum per modum non declarauerint ſupradictum bona huiuſmodi decedentium, de quibus per eos dum viuerent, non fuerit ordinatum penes eorum hæredes debeant remanere, ipſique hæredes exequi teneantur vota huiuſmodi defunctorum, ita videlicet, vt vel perſonaliter iuxta ſtatus ſui decentiam transfretare, vel expenſas, & ſubſidia, quæ transfretando fuiſſent facturi mortui ſi vixiſſent, mittere in ſubſidium dicti paſſagij teneantur, ipſiq; decedentes plene hoc caſu indulgentiam habeant ſuprascriptam. In caſibus quoque, in quibus hę- C redes poſt arreptum iter dicti paſſagij decedentium ad dictam proſecutionem ipſius non remanſerunt obligati, concedimus, quod decedentes huiuſmodi plenam indulgentiam conſequantur, ſic tamen, quod omnia, quæ tempore mortis eorum habuerint, vel ſe habere ordinauerint, prout in ſuo paſſagio faciendo, & de quibus ſpecialiter in vita, vel in morte non diſpoſuerint, remaneant, & cedant in ſubſidium paſſagij antedicti. Prouiſo tamen de bonis eiſdem familiaribus defunctorum, & eis qui cum illis transfretare debebant, & hoc de bonis huiuſmodi taliter paſſagio applicandis in perſonis locum habere volumus laicorum. De clericis autem, & perſonis eccleſiaſticis ſic morientibus ordinamus, quod poteſtas diſponendi de bonis eorum in ſubſidium D dicti paſſagij ad legatum ſedis Apoſtolicæ, qui cum d. Rege in d. paſſagio transfretabit debere pertinere rebus ad cultum diuinū pertinentibus, vt ſunt cruces, calices, ac paramenta, & alia ſimilia, quæ ad Eccleſias, ad quas pertinuerunt, reſtitui volumus, dumtaxat exceptis. Verum quia dignum eſt vt cæleſtis Imperatoris obſequijs inhærentes prærogatiuis ſpecialibus, & libertatibus ſint muniti, vniuerſis, & ſingulis, qui in dicto paſſagio transfretabunt ipſo Rege aliud perſonaliter proſequente auctoritate Apoſtolica concedimus, quod ipſi a tempore arrepti itineris vſque ad eorum reditum, vel obitum a collectis extraordinarijs nullo iure ſcripto, vel non ſcripto debitis ſint immunes, quorum etiam perſonas, & bona poſt crucem aſſumptam ex tunc ſub beati


Petri,

Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſtatuenses, vt ſub Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac aliorum Prælatorum Eccleſiæ ſanctæ Dei defenſione conſiſtant proprijs ad hoc protectoribus ſpecialiter nihilominus deputandis, quodque donec de ipſorum obitu, vel reditu certiſſime cognoſcatur integri ab omni violentia, & iniuria permaneant, & quieti, & ſi quis contra præſumpſerit, cenſura Eccleſiaſtica compeſcatur. Si qui vero proficiſcentium illuc ad vſuras præſtandas iuramento tenerentur aſtricti, creditores eorum, vt remittant eis huiuſmodi iuramentum, & ab vſurarum exactione deſiſtant præcipimus eadem diſtrictione compelli. Quòd ſi poſt abſolutionem prædictam creditores ad ſolutionem ipſos coegerint, vſurarum creditores huiuſmodi ad reſtitutionem earum ſimili cogi animaduerſione mandamus. Iudęos vero ad remittendas vſuras per ſeculares compelli præcipimus poteſtates, & donec illas remiſerint ab vniuerſis Chriſti fidelibus per excõmunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. Cæterum quia curſarij, & piratæ nimis impediunt ſubſidium Terræ ſanctę capiendo, & ſpoliando tranſeuntes ad eandem illam, & redeuntes ab ea, ipſos, & adiutores, & fautores eorum excõmunicationis vinculo innodamus ſub interminatione anathematis inhibendo, ne quis ſcienter communicet cum eis in aliquo venditionis, vel emptionis contractu, ac iniungendo rectoribus ciuitatum, & locorum ſuorum, vt eos ab hac iniquitate reuocent, & compeſcant. Alioquin in perſonas, & terras eorum per Eccleſiarum Prælatos volumus ſeueritatem Eccleſiaſticam exerceri. Quia vero ad hoc negocium exercendum eſt permaxime neceſſarium, vt Principes, & populi Chriſtiani ad inuicem aſtringantur vinculo charitatis, & pacis, iniungimus Eccleſiarum Prælatis, vt diſcordantes ad veram pacem reducere ſtudeant, aut ad firmam treguam inuiolabiliter obſeruandam. Et qui acquieſcere forte contempſerint, per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in Terras eorum arctiſſime compellantur, niſi forte tanta fuerit inimicorum malitia, quod ipſi non debeant tali pace gaudere. Quod ſi forſan cenſuram Eccleſiaſticam vilipendant, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem Eccleſiaſticam contra eos tanquam turbatores negocij crucifixi ſecularis potentia indicatur.

Verum, quia præſentes literæ nequirent forſan propter viarum diſcrimina, vel alias veſtrum ſingulis commode præſentari, volumus, quod per te frater Archiepiſcope dictarum literarum tranſumptum manuſcriptum publica, tuoque munitum ſigillo vobis prædictis ſuffraganeis tranſmittatur, cui adhiberi volumus per vos, velut originalibus plenam fidem.

Datum Auenione ſeptimo Kal. auguſti, Pont. noſtri anno 17.

Cæterum ex hac item Simonis Salterella familia duo alij illuſtres Epiſcopi prodiere, alter ſcilicet Simon Epiſc. Comaclij, ac Nicolaus Epiſcopus Tergeſtinus. Huius etiam nobiliſſimę gentis alumnus fuit Lapus ille magnus Iuriſconſultus, cuius alicubi in ſua comœdia meminit Dantes. Hodie hæc tanta familia quondam, propemodum extincta eſt, cuius poſtremum ſunus, Damaſus Salterellus Monachus Ciſtercienſis, Braccij filius in eoque inſtituto noſter ſocius haud pœnitendo fine deducet; quippe qui cæteris virtutibus, quæ ingenuum Monachum decent, illuſtrem picturæ artem, ad quam ſuopte ducebatur ingenio, cum laude coniunxit. Ab exceſſu Simonis, Piſanus clerus, Marcum Roncionum Archiepiſcopum Piſanum dixit, ſed irrito omnino effectu, ſiquidem Clemens Sextus haud ratam habuit electionem, electumque ad Vrbinatem promouit Eccleſiam. Verum dum ille ad deſtinatum ſibi Epiſcopatū proficiſceretur, abſorptus flumine, quod ſiniſtro ſidere fuerat tranſuadare conatus, vtroque throno caruit, inſigne poſteritati documentum, nil tam certum eſſe, quod incerti, infortunatique noſtræ mortalitatis caſus non abrumpant, & rapiant. Temporibus autem Simonis Salterelli, e viuis ſublatus eſt beatus Petrus Gambacurta Piſanus, ordinis ſancti Hieronymi ſiue fundator, ſiue reſtaurator, anno 1340.



57 DINVS è Radicoſano, Hetruſcæ ditionis oppido Ianuenſis antea Archiepiſcopus ad Piſanam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1342. die 29. menſis octob is. Deceſſit autem 1349. Hunc Dinum (quem Celſus Cittadinus Senenſis antiquarius, alijque periti è Dina familia fuiſſe; quæ nunc Piſis Tronea vocatur è Radicoſano a Dini Archipræſulis quondam nepote illic tranſlata, & inter nobiles recenſetur, ſuis in monumentis ſcriptum reliquerunt) alterius illius è Radicoſano Dini arbitror fuiſſe conſanguineum, qui Cluniacenſem Abbatem ad delicatiores cibos iam nauſeantem, ideoque acrioris appetitus acquirendi gratia, ad Caſſiana balnea properantem, fabas, fruſtuliſque aridi panis cum aqua ad moderationem ciborum appetentiam lepido ſane commento traduxit. Memorabile factum in ſuas fabularum decades retulit Ioannes Boccaccius, ſeria poſteritatem docturus, nihil æque appetitū acuere ad cibum, quam ſobrietatem. Ad hunc Epiſcopum Clemens Pontifex literas dedit, in quibus Bernardum Sagonenſem Epiſcopum Piſani ſuffraganeum maxime commendatum volebat,

anno

annò 1346. Feto conceſsit anno 1349. apud ſuos conditus eſt.



58 IOANNES Scherlattus Piſanus, cum eſſet electus Coronenſis, & in diaconatus ordine conſtitutus, atque ad Conſtantinum Regem Armeniæ vna cum Antonio Epiſcopo Caietano legatus, ad Piſanam Eccleſiam translatus eſt anno 1349. 8. Kalendas iulij,ex regeſto Vatic.ep.180. fol. 110.

CLEMENS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.


Venerabili fratri Ioanni Archiepiſcopo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

C Cum nuper te tunc Coronen. electum a vinculo, quo tenebaris, Eccleſiæ Coronen. cuius regimini præſidebas,de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes, ad Eccleſiam Piſanam tunc vacantem duxerimus transferendum, præficientes te illi in Archiepiſcopum, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Piſanæ Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberam tibi dando licentiam ad prædictam Piſanam Eccleſiam tranſeundi, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, ac deinde tibi fecerimus per venerabilem fratrem noſtrum Bernardum Epiſcopum Portuen. apud ſedē Apoſtolicam munus conſecrationis impendi, & ſubſequenter cum pallium inſigne plenitudinis videlicet Pontificalis officij pro parte ſua fuiſſet a nobis cum ea, qua decuit inſtantia poſtulatum. Nos huiuſmodi ſupplicationibus annuentes pallium ipſum de corpore beati Petri ſumptum per dilectos filios noſtros Galliardum ſanctæ Luciæ in Silice, & Bernardum ſancti Euſtachij diaconos Cardinales tibi fecimus aſsignari, vt illud infra Eccleſiam tuam illis duntaxat diebus vtaris, qui expreſsi in ipſius Eccleſiæ Piſanæ priuilegijs continentur, recepto per eos a te poſtmodum noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ iuramento. Vt igitur ſignum non diſcrepet a ſignato, ſed quod geris exterius, intus ſerues in mente, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Apoſtolicæ ſedis beneplacitis te conformans, ad prædictam Eccleſiam Piſanam, cum noſtræ benedictionis gratia te perſonaliter conferens, humilitatem, & iuſtitiam obſeruare ſtudeas, quæ ſuum ſeruant, & promouent ſectatorem, ſic te in prædicta adminiſtratione Eccleſiæ diligenter, & ſolicite habiturus, quod Eccleſia ipſa vtili adminiſtratori, & prouido non immerito gaudeat ſe commiſſam, ac famæ laudabilis tuæ odor ex tuis probabilibus actibus latius diffundatur, & præter retributionis æternæ præmium, noſtræ beneuolentiæ gratiam, & fauorem exinde vberius conſequaris.

Datum Auenion. 8. Kal. iul. Pontificatus noſtri anno octauo.

Piſis è viuis exceſsit Ioannes anno 1363. atque apud ſacrarium Metropolitanæ cum hoc epitaphio tumulatus in marmoreo ſepulchro.

B SEP. IOANNIS SCARLATTI
C. PISA. ARCHIEP.
OBIIT ANNO DOMINI
M. CCC. LXIII.



59 FRANCISCVS Piſanus, quem aliqui è Puccia nobili Piſana familia fuiſſe tradunt, Metropolitanæ canonicus, patriæ Archiepiſcopus electus eſt anno 1363. cum in minoribus tantum ordinibus conſtitutus eſſet. Ei Vrbanus Quintus anno 1370. poteſtatem fecit in Orientem ad ſancta loca cum duodecim tantum ſocijs peregrinandi, nec de eo alia memoria extat: quippe qui in longiori itinere potuit obijſſe eodem anno,
D cum eius ſucceſſor reperiatur anno 1371. in Piſanis tabulis.

Quamquam ego non mediocrem operam, diligentiamque adhibuerim, nunquam reperire potui, an hic Franciſcus, quem de Puccis vocant, alter ab illo Franciſco ſucceſſore fuerit, qui è Maricottis traxit originem, dignitate Cardinalitia effloruit in obligationum, Prælatorumque promotionum codicibus nulla alia, quam vnius Franciſci mentio fit, qui ab Vrbano Quinto, quamquam annis impar tantæ dignitati, ad Piſanam Eccleſiam adminiſtrandam admotus eſt, nec illius, alteriuſque alia mentio edita reperitur, quod ſane mihi opinionem iniecit, vnum tantummodo Franciſcum nomine, illumque Maricottorum proſapia oriundum fuiſſe, cum certiſsimum videatur illius electionem anno 1371, ſi ab eo Franciſco Puccio alter foret, monumentis commendatam repertum iri, tandem poſt ancipites cogi-

ta-

tationum æſtus, in eam opinionem illum Puccium gratis adiectum ac vnicum Franciſcum Moricottum, Vrbaniq; Sexti ex ſorore nepotem iis temporibus viguiſſe. Cæterum cuilibet quid in ea re ſentire velit, liberum relinquimus, cumque Archiepiſcoporum nomina in tabulas referrem, duos Franciſci nomine aſſignatos appoſui, quamquam me ea imbuerit opinio, vnum tantummodo Franciſcum Moricottum gerendæ adminiſtrandæque Piſanæ Eccleſiæ præfectum fuiſſe, atque illius clauum ab an. 1363. ad 1380. tenuiſſe. Scutum Pucciæ Piſanæ familiæ tribus rubeis circulis in area argentea exornatur.



60 FRANCISCVS Moricottus de Vico Piſanus, Vrbani Sexti ex ſorore nepos, ex primicerio ſublectus fuit Archiepiſcopus Piſanus anno 1363. atque a patruo vocatus ad purpuram ad titulum S. Euſebij an. 1378. inde Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, poſtea Epiſcopus Card. Prænestinus, tum & totius Campaniæ legatus. Eumdem patruus Pontifex indiuiduum, perpetuumq. comitem itinerum habuit, Patrimonium S. Petri fideliſſime adminiſtrauit. Deceſsit Aſisij 8. idus febr. anno 1394. à natiuitate, more vero Piſano 1395. eiuſq; cadauer Piſas delatū, in marmoreū ſepulchrū apud ſacrarium in Metropolitana intulerunt, vbi adhuc à prætereuntibus hæc inſcriptio lectitatur.

SEP. FRANCISCI MORICOTTI PISANI
CARD. S. R. E. VICECANCELLARII
PATRIÆ ARCHIEPISCOPI
OBIIT ANNO DOMINI
M. CCC. XCV.



61 BARNABAS è Marchionibus Maleſpinis Epiſcopus Adrienſis, & Pennenſis, ex ceſsione Cardinalis Franciſci, ſublectus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1378. Piſas primo ſolemni ritu ingreſſus die 12. Aprilis anno 1381. vbi omnium mœrore 7. Nouembris eiuſdem anni defunctus eſt, & in Metropolitana ſepultus hoc habuit epitaphium.


Ex nobilibus de Foſdenouo
venerabilis olim Canonicus primus Sarzanæ,
poſtquam Eccleſiæ Antiſtes Adrienſis ſedis,
& idem Pennenſis miniſter,
& tandem Piſanæ Archiepiſcopus.
Is pater, & dominus ingens fuit Bernabas
incluſus tumulo qui pauſat, quique
in eodem Archiepiſcopatu deceſſit
M. CCC. LXXXI.

Inter Præſules huius familiæ recenſentur Aragonius Bernabonis propior affinis Archiepiſcopus Brundiſinus, mox Hydruntinus ſub Martino V. defunctus, Gherardinus, Barnabas, & Gabriel Lunenſes, Horatius Albinganenſis, Germanicus ſancti Seueri, & Ioannes Baptiſta Maſſanus Epiſcopi, de quibus ſuis in locis. Porro Maleſpinæ gentis hiſtoriam ſcripſit Thomas Porchacius Veronæ Typis editam, ſed ſatis ieiunam. Bernabæ vero noſtri Piſani Archipræſulis ſumma cum laude meminit Anonymus in Chronica Piſana M.S. quam nobis pro ſua humanitate communicauit Carolus d'Aſte vetuſtæ nobilitatis Albinganenſis ornatiſsimus ciuis, & Acernæ ciuitatis Baro, & in omni literarum eruditione verſatus.



62 LOTTVS Gambacurta, Gerardi filius, Petri Piſanorum tyranni nepos, ex canonico Metropolitanæ Eccleſiæ a capitulo die 7. aprilis 1382. deſignatus Archiepiſcopus 21. eiuſdem menſis primum ſacrum peregit, & per vrbem equitauit magnifice, annuente deinde Pontifice Vrbano VI. rite Piſanus Archiepiſcopus renunciatus eſt 5. idus ſept. an. 1382. vt habetur in Regeſto Vat. ſedit fere annos vndecim nec laudabiliter, nec bene, cum eſſet natura ferox, & ſuperbus, tandem cum cæteris ſuæ familiæ viris expulſus in gratiam Florentinorum, qui iam rerum Piſanarum potiti fuerant, ad Tarſienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1394. de quo in quarto noſtro tomo. Huius meminit Anonymus Piſani Chronici. Hic ille Lottus eſt, qui cum alijs Ghibelli-

nis inita conſpiratione, Piſas reuocare ad liberta- A tem conatus eſt, vt Scipio Ammiratus in Florentinis hiſtorijs narrat.



63 IOANNES Gabrielius Pontremulenſis ex Epiſcopo Maſſano, & Piſanę Eccleſiæ ſuffraganeo ſucceſsit Lotto iuſſu Bonifacij Noni Pontificis Maximi, tertio idus ſeptembris anno a nato Chriſto 1394. Fuit Ioannes omnium ſcientiarum genere optime eruditus, ac prudentia præditus, inſigniſque in Eccleſia Dei Præſul, quippe qui ab eodem Bonifacio in Poloniam, Lithuaniamque legatus miſſus, Regem, magnumque Magiſtrum Theutonicorum militum inter ſe diſſidentes mira dexteritate ſedauit. Hic cum ſatis tranquille ſex annis Piſanæ Eccleſiæ præfuiſſet, charus omnibus, ac præcipue reipublicæ Florentinæ, valedixit huic mortali vitæ anno millesimo C quadringenteſimo: ſepelitur in ſummo templo, de quo in Martij Mileſii claræ memoriæ amici noſtri notis ſequens reperimus elogium, forte ad eius tumulum incidendum in patria, nunquam, quod ſciam, editum, quod hic libenter adſcribo.

D. O. M.

Ioanni Gabrielio Pontremulenſi
viro nobili omniumque virtutum genere
cultiſsimo
quem ob ſingularem fidem animique
candorem Bonifacius IX. Pont. Max.
Maſſanæ Epiſcopum fecit,
mox in Poloniam, & Lithuaniam ad
Ladislaum Regem
equiteſque Theutonicos legatum miſit.
Legatione feliciter obita ad
metropolitanam Eccleſiam Piſanam
euexit.
Desiſt eſſe omnibus eximie charus
anno reparatæ ſalutis M. CCCC.
gentiles eius PP.



B 64 LVDOVICVS Bonitus Siculus, patria Agrigentinus, origine Neapolitanus è Scalenſi ciuitate, cuius maiores nobiles, & patritios cum Andrea de Bonito Siciliæ in Meſſana Regio magiſtro an. 1272. è Scala in Siciliam demigraſſe creditur, Agrigenti, alibique in ea Inſula ſe diffudiſſe: hi honores, & dignitates aſſequuti, non ſecus ac in patrio ſolo à Neapolitanis Regibus eorum peruetuſta gens, abunde receperant, vt inter cæteros recenſeatur Odo nobilis vir, ſub Roberto Rege anno 1336. Sedilis Nili (vt vocant) procurator magnæ exiſtimationis miles, regi in paucis charus, dominuſque Boniti Oppidi, à quo vel eius familia, vel Oppidum ipſum nomen retinuiſſe, exiſtimatur. Ex hac nobili gente Ludouicus Agrigenti ortus, humanioribus litteris, boniſque artibus delibatis, iuris vtriuſque doctor euaſit. Regio fauore, ſatiſque iuuenis Panormitanæ Eccleſiæ præficitur anno 1383. pallioque donatus ab Vrbano Sexto. Nouem omnino annos vario euentu eam adminiſtrauit, nec parum ſub ipſo detrimenti paſſa eſt, ob bellum Martini Regis in Claramontanos, quibus Ludouicus, in hoc parum ſapiens, fauebat. Vt ergo Martinus Panormum recepit, Ludouicus à ſua pellitur ſede anno 1391. teſte Fazello, exul ab Inſula Romam tranſfugit ad Bonifacium Nonum Pontificem, benigne ab ipſo receptus, apud eum, alioſue Pontifices in Romana claruit aula, variſque muneribus egregie functus. Poſt quartum ſui D exilij annum Panormitanæ Eccleſiæ remiſit titulum, recepto Antibarenſi in Albania anno 1395. inſequutoque anno ab eodem Pontifice 11. Kalend. iunij Theſſalonicenſis conſtitutus eſt Archipræſul, anno vero 1399. nonis ſeptembris vt lib. Prouiſionum, Obligationumque Prælatorum Vaticani Archiui narrant, ad Bergomenſem Epiſcopatum in Inſubria ex deceſſu Branchini Betuti tranſlatus eſt, quem nec vidit, nec longo tempore adminiſtrauit, cum anno 1400. die vero 15. nouembris ad hanc Piſanam Tuſciæ Metropolim iterum eum tranſtulerit Bonifacius, & apud ſe ad ardua explicanda negocia retinuerit, ita vt per alios oportuit quintam ſponſam, quinque fere annis moderare, donec Innocentio Septimo ita cenſente, cum Tarentina inuitus commutauit anno 1406. Hanc

retinuit

retinuit ad mortem vſque, quæ nec ipſa ſponſi faciem videre meruit, ille enim ad Ladislaum Regem Neapolitanum Apoſtolicus nuncius ab Innocentio miſſus, eodemque munere ſub Gregorio Duodecimo functus, perſpectaque eius virtute, ab ipſo Senis commorante anno 1408. decimoquarto Kalen. octobris ad purpuram euocatus ſub titulo ſanctæ Mariæ Tranſtyberim, Cardinalis Tarentinus in honorem quartæ ſuæ ſponſæ nuncupari voluit. Infracto deinde animo per varios caſus, per tot Chriſtiani orbis diſcrimina rerum, & portentoſo illo ſchiſmatis tempore, Gregorium A ſuum, tametſi in concilio Piſano, vna cum pſeudopontifice Benedicto, abrogatum hinc inde vagantem ſecutus. Arimini tandem omnibus mœrentibus febri abſumptus eſt anno 1413. die decimatertia ſeptembris ſolemnique pompa elatus in æde ſancti Franciſci die decimaquinta eiuſdem funebri oratione a Ioanne Dominico Cardinali Raguſino laudatus, in medio Eccleſiæ conditus eſt. Tumulo, qui adhuc extat, marmorea Ludouici effigies, & gentilitia ſtemmata vt viuere hoc titulo eminent.



Non ſum neſcius, Ludouicum Cardinalem Tarentinum, quem ex Piſano Primate, Tarentinum Archipræſulem, & ex Boneta Agrigentina, tum apud Siculos, tum verò apud Salenſes in Amalphitana prouincia nobili familia profeminatum, diximus ex epitaphio, quod adhuc ad eius tumu-

A lum Arimini extat, a pleriſque Neapolitanis ſcriptoribus cum Ioan. Iuuene, Ciaccono, Victorello, noſtriſque Ciacconianis notis inter Brancaciæ protonobiliſſimæ Neapolitanæ gentis Cardinales recenſeri. Sed huic errori fundamentum præbuiſſe potuit primus Ioann. Iuuenis, dum Neapolitanum pro Agrigentino, & Brancaccium pro Boneto, Ludouicum ſuppoſuit, qué forte Ludouici apud Ariminenſes ſepulchri, inſcriptioniſque notitia ſubterfugerat, dum de illo in ſuo variæ Tarentinorum fortunæ libro ſermonem inſtituiſſet.

Tu quoque ſi vis lumine claro cernere verum
Additur ecce fides, nec me mea luſit imago,
B *Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur.*

Ludouici obitus, funeris, eiuſque ſepulchri meminit Cęſar Clementinus in hiſtoria Ariminenſi par. prima, vbi ex monumentis patriæ addidit Ioãnem Bononienſem Epiſcopum ſacra feciſſe, dum Ludouici cadauer ſolemni pompa funeraretur, aſtante ſacro ſenatu; de eo etiam mentio habetur in lib. prouiſionum Prælatorum ſub Bonifacio Nono, Innocentio Septimo, & Greg. XII. Pontiff. Maxx.



65 ALEMANNVS Adimarius nobiliſsimus Florentinus, Philippi, & N. Forteguerræ filius, vir a publico maximo habitus in honore, celebris doctor fuit, canonicuſque ſuæ patriæ, ornatuſque ijs omnibus virtutibus, quæ ad protonotariatum Apoſtolicum, Florentinum Epiſcopatum, deinde ad Archiepiſcopatum Tarentinum, tum etiam
D ſub Innocentio Septimo ad Piſanum illi gradum fecerunt anno 1406. die tertia menſis nouemb. Renunciatus poſtea referendarius Apoſtolicus a Ioanne Vigeſimotertio ad Gallorum Regem legatus eſt. Cuius legationis Pontifex cum tuliſſet fructus vberrimos, ſenatoria purpura illum condecorauit anno 1411. ex merito, iterumque in Hiſpaniam direxit, vt illic regnum illud cum Romana Eccleſia fœdere iungeret. Conſtantienſi concilio interfuit, interque primores Cardinales Martinum Quintum Columnam ad Pontificatum promouit. A quo in Aragoniam ideo legatus eſt, vt intentato religionis telo Petrum de Luna cogeret ad deponendam vſurpatam dignitatem, vnde patrum concilij Conſtantienſis publico decreto, conſenſuque exciderat. In fauorem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ hic Præſul vbique & ſemper egregia præſtitit. Quamobrem optimo iure a Garim-berto inter Eccleſiæ Romanæ amantes Cardinales reponitur, lib. 1. cap. 3. Redijt poſtea Romam tot legationum prope laboribus fractus, Tyburiq; ex graſſante contagio è viuis ſublatus eſt an. 1422. die decimaſeptima menſis ſeptembris. Eius corpus Romam relatum apud ſanctam Mariam Nouam tumulatum eſt, vbi in prægrandi tabula marmorea hoc epitaphium legitur.

Corpus Alemanni Cardinalis Piſani
Florentiæ ex Adimariorum
antiqua, & nobili familia ortus,
Vtriuſque Iuris Doctor,
& omni literarum genere eruditus:
Primum Protonotarius,
deinde Tarentinus,
poſt Piſanus Archiepiſcopus,
ad Cardinalatus apicem prouectus,
dum pro Rom. Eccl.
legatione fungeretur in Gallijs,
doctorum virorum amator,
& cultor,
vir ipſe doctiſsimus, zelator iuſtitiæ,
& communis Reipub. bonis,
qui pro Eccleſiæ amore apud Piſanum,
Conſtantienſeque concilia,
vſque ad optatam concluſionem
C *neminem veritus laborauit intrepide.*
obijt ex peſte
Anno ætatis ſuæ LX. menſe ſeptemb. xvij.
M. CCCC. XXII.

Alemannum Raphael Volaterranus, Platina, Io. Iuuenis per antiquit. Tarentinorum, Iacobus Gaddus odarum lib. 2. Eurotas Mieſcolus in ſuis ad Gaddi libros notis, Alexander Adimarus in ſua Clio, alijque recentiores auctores commendarunt, idque iure merito, cum ſumma prudentię, probitatiſque inter cæteros ſuæ ætatis clariſſimos Antiſtites excelluerit, tantamque gratiam, beneuolentiamque apud Piſanos collegerit, vt ſuauiſſimo parentis nomine illum compellarent, nec ille minori eos amore, beneficijſque eſt proſecutus, ſacræque purpuræ honoribus exornatus, Cardinalis Piſani nomen ſibi adſciuit, vt quam alte in eos pectori impreſſus, fixuſque amor hæreret, ſignificaret: quin etiam in gentilitio ſcuto Piſarum inſignia, crucem nimirum candidam in rubra area adiecit. Quantos vero labores ad funeſtum illud ſchiſma, quod Chriſtianorum animos tot annis diſciderat, ac lacerarat, extinguendum, conficiendumqua adierit, pulcherrimo argumento eſt in egregiæ nauatæ operæ ſignum, ac præmium Cardinalitius apex attributus, ad quem, perfecto concilio Piſano, a Ioanne Vigeſimo ſecundo, Alexandri Quinti ſucceſſore in eodem concilio creati, euectus eſt.

Celebratum eſt hoc Piſanum concilium Alemanno Archipræſule anno 1409. indictum, & congregatum a Cardd. Greg. Duodecimi, & Be-

nedicti

nedicti Decimi tertij ad ſchiſma tollendum, inchoatum die vigeſimaquinta martij, abſolutum vero 7. auguſti. Res ita geſta eſt teſte Blondo, D. Antonino, alijſque eius æui ſcriptoribus. Cardinales obedientię Gregorij Duodecimi videntes negocium extirpandi ſchiſmatis paulatim ad nihilum reduci, & non ſolum Gregorium, ſed etiam Benedictum concordiam recuſare contra iuſiurandum, & fidem in ipſorum electionibus datam, Gregorium quoque contra idem iuſiurandum, & fidem alios Cardinales, abſque vlla neceſſitate, & ipſis inuitis creare; hanc nacti occaſionem, ab eo tunc Lucæ commorante recedentes, Piſas petiere. Quod cum plerique eorum, qui Benedictum ſequebantur, vidiſſent, ſimili exemplo ipſum Benedictum deſerentes, cæteris Cardinalibus Gregorij, qui Piſis erant, ſeſe adiunxerunt, ibique indicto concilio generali, & cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, vterque Pontifex ab eis damnatus eſt, & vtroque tamquam perjuro, ſchiſmatico, hæretico, colluſore, & ſchiſmaticorum fautore, publico omnium decreto nonis iunij anno 1409. è Pontificatu eiecto, in vtriuſque locum vigeſimo poſt abrogationem die, tertium elegerunt, Petrum de Candia ordinis Minorum, & ſacræ Theologiæ doctorem eximium presb. Card. Baſilicæ ſanctorum duodecim Apoſtolorum, & Alexandrum Quintum vocarunt, præſentibus Regum, principum, reſpublicarum Chriſtiani orbis oratoribus, magnoq; Prælatorum numero. Quidam viginti duo, quidam viginti tres, alij viginti quatuor Cardinales interfuiſſe narrant: delectum Pontificem a vigintitribus teſtatur Panuinus in chronico, & in Alexandri elogio. Maſſonna viginti duo Cardd. tres patriarchas, centum Archiepiſcopos, vel Epiſcopos, 300. cœnobiorum patres, 282. Theologos Europæ principum legatos ei concilio interfuiſſe ſcribit. Coriolanus in Breuiario chronolog. viginti tres Cardinales, Patriarchas tres, Archiepiſcopos, & Epiſcopos 300. monaſteriorum præfectos 280. alioſque Theologos, principumque legatos refert. Acta vero huius concilij manuſcript. quorum vnicum tantum exemplar vidimus apud Felicem Contelorium humanarum, diuinarumque literarum virum clariſſimum, viginti duos Cardinales, quatuor Patriarchas, Archiepiſcopos 23. Epiſcopos ſexagintanouem procuratores Epiſcoporum 110. reliquoſque, ſumma fide ad poſteros tranſmiſerunt, quorum nomenclaturam nobis humaniſſime ab eodem Contelorio exhibitam, hic depromere, & in lucem proferre viſum eſt, vt eorum memoriam a temporis obliuione, hominumque ſilentio vindicaremus.

Sequuntur Prælati, Ambaſciatores, & Procuratores, qui in hoc ſacro Concilio Piſano comparuerunt.

Et primo Reuerendiſſimi in Chriſto Patres, & domini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales.

Epiſcopi Cardinales.

Reuerendiſsimus in Chriſto Pater, & dominus D. Guido Epiſcopus Præneſtinus.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Henricus Epiſcopus Tuſculanus.

Reuerendiſs. in Chriſto P. & dominus, D. Nicolaus Epiſcopus Albanen.

Reuerendiſsimus in Chriſto Pater, & dominus, D. Ioannes Epiſcopus Oſtienſis, dictus Viuarienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. A. Epiſcopus Præneſtinus, dictus Aquilegien.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. P. Epiſcopus Tuſculanus, dictus de Podio

Presbyteri Cardinales.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. P. tit. ſanctæ Suſannæ, dictus de Tureyo.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. A. tit. ſanctæ Pudentianæ, dictus Lauden.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. D. P. tit. ſanctæ Praxedis, dictus de Hiſpania.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Conradus tit. ſancti Chryſogoni, dictus Militen.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus D. F. tit. SS. Quatuor Coronatorum, dictus Burdegalen.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Ior. tit. ſancti Martini in Montibus, dictus de Vrſinis.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Ioan. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem, dictus Rauennaten.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. P. tit. SS. duodecim Apoſtolorum, dictus Mediolanen.

Diaconi Cardinales.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Amedeus ſanctæ Mariæ Nouæ, dictus de Salutijs, ſacri Collegij Camerarius.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. ſancti Viti in Macello, dictus de Brancacijs.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Landulphus ſancti Nicolai in carcere Tulliano, dictus Barren.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Balthaſſar ſancti Euſtachij, dictus ſancti Euſtachij.

Reue-

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D. Odo ſancti Georgij ad Velum aureum, dictus de Colomna.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D.L. ſanctæ Agathæ, dictus de Bar.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D.P. ſancti Angeli Vltramontan.

Reuerendiſsimus in Chriſto pater, & dominus, D.P. ſancti Angeli Rotoanus.

Sequuntur Ambaſciatores Regum, & primo Illuſtriſs. Romanorum, & Bohemiæ Regis.

Reuerendo in Chriſto pater dom. Vvenceslaus patriarcha Antiochenus.

Reuerendo pater dominus Simon Epiſcopus Miſſinen.

Mag. Baro Bonecins Chormeli Miles.

Ambaſciatores Domini Francorum Regis.

Reuerendo in Chriſto pater D. Simon patriarcha Alexandrin.

Reuerendo pater D. P. Epiſc. Melden.

Reuerendo pater D. Ægidius Epiſcopus Conſtantien.

Venerabilis vir D. Vvillelmus Boursterij legum Doctor.

Venerab. vir D. Ioffredus de Peruſis.

Ambaſciatores Domini Anglorum Regis, & omnium ipſius Regni Prælatorum, & Capitulorum, Eccleſiarum, ac totius Eccleſiæ Anglicanæ.

Reuerendo pater dominus Robertus Epiſcopus Saresberien.

Reuerendo pater dominus Henricus Epiſcopus Meneuen.

Reuerendo pater dominus Thomas Abbas monaſterij ſanctæ Mariæ Eboracen. ordinis ſancti Benedicti.

Reuerendo pater D. R. Abbas monaſterij beatæ Mariæ Ioreuallis ord. ſancti Benedicti.

Dominus Thomas prior Cantuarien. Ciſtereien. ordinis.

D. Comes Suceſolechiæ D. Ioannes Coluil Miles.

Dominus R. Caugugſton legum doctor, canonicus, & officialis Eboracen.

Ambaſciatores Regis Ludouici.

Reuerendo pater D. Ioannes Epiſc. Vapincen.

D. Vvillelmus de Rupibus miles, & cambellanus.

D. Ioann. Geutardus legum doctor conſiliarius.

Magiſter Lucas de Caſtellione ſecretarius.

Ambaſciator Regis Poloniæ.

Reuerendo pater D. P. Epiſc. Cracouien.

Procurator Regis Cypri.

Reuerendo in Chriſto pater, & D. D. P. Card. ſancti Angeli ſenior.

Ambaſciatores Ducum, & primo Ducis Brabantiæ.

Venerabilis vir dominus P. Candonis legum doctor cancellarius.

Venerabilis pater D. A. monaſterij de Genillous Ciſtereien. ord.

Venerab. pater D. Otho A. monaſterij B. Mariæ de Villetis Ciſtereien. ord.

Venerab. pater D. Io. A. monaſterij de Congielle ord. ſancti Benedicti.

Venerab. D. A. de Beeumonte in ſac. Theolog. Licentiatus.

Venerab. vir D. Godefridus de Zeeherus licentiatus in legibus.

Venerab. vir D. Io. de Chyrooonth licen. in legib.

Ambaſciatores Domini Ducis Erneſti Auſtriæ.

Magiſter Franciſcus ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ profeſſor.

Venerab. vir Petrus de Kruger vicecancellarius, vniuerſitatis ſtudij Viennen. magiſt. in artibus.

Ambaſciatores D. Ducis Vvillelmi Bauariæ.

Venerab. vir D. Io. A. monaſterij ſancti Gbisieri in Cella ord. ſancti Benedicti Cameracen diœceſis ſacræ Theologiæ profeſſor.

Dominus Thomas de Liſle, dominus Thomas de Faxino miles.

Dominus Henricus de Reyngheſtitte licent. in legibus ſcolaſticus Eccleſiæ ſancti Petri Luthoten. Cameraceo. diœceſ.

Ambaſciator D. Ducis Stephani de Bauaria.

Reuerendo pater dominus Ioannes Abbas monaſterij Cæſarien.

Ambaſciator D. Buguzlauÿ Ducis Stetinen. Pomeraniæ, & Caſciniæ, Principiſq; Rugianor.

Dominus Henricus de Vvalde miles.

Ambaſciatores D. H. Ducis Lotharingiæ, & Marchionen.

Venerab. vir dominus H. Troule licentiatus in decretis decanus Eccleſiæ beatæ Mariæ in Ynodio dicti Ducis conſiliarius.

Venerab. vir D. Gerſelus de Loalderfruga Paſtor Scuz Treueren. diœceſ. Capp. & Ambaſciator dicti domini Ducis.

Ambaſciatores D. Ducis Mazouiæ Seruorum.

Venerab. vir D. Paulus . . Præpoſitus Eccleſiæ beatæ Mariæ Magdalenæ extra muros Placen. ord. Præmonſtraten.

Ambaſciatores Comitum, & primo D. Comitis Cliuen.

Reuerend. in Chriſto pater, & D. Guido miſera-

miſeratione diuina, Cardinalis Prænestinus.
Venerab. vir D. Petrus Scal pipę canonicus Zanctæn. Colonien. diœceſ.

Ambaſciatores D. Ducis Blandratæ.

Reuerendo pat. dominus Ioannes Epiſcopus Nouarien.

Ambaſciatores DD. H. & G fratrum Comitum de Scoartzenburghen.

Venerab. vir D. Io. de Goth præpoſitus Eccleſię ſancti Sebaſtiani Magdeburgen.

Ambaſciatores D. Federici Comitis in Ortembrug, & Steruberg.

D. Vlricus in Viſſen.) Eccleſiar. rectores d. D.
D. Iodocus in foreſtru)) Comitis Secretarij.

Ambaſciatores Marchionum, & primo D. Iodoci Marchionis Brandeburgen. & Morauiæ Archicamerarij S.R. Imperij.

Reuerendo pater dominus Ioannes Epiſcopus Lubricen.
Ven. vir dominus Theodoricus decanus Eccleſiæ Stremben.
Venerab. vir D. Io. præpoſitus Taregarimunden. & licentiatus in decretis.

Ambaſciator DD. Federici, & Vuillelmi german, Lantgrauij Thuringiæ Marchionum Miſnen.

Venerab. vir dominus Nicolaus Lubick decanus beatæ Mariæ Gofforden. dictorum Marchionum cancellarius.

Ambaſciatores R. P. D. . . . Archiepiſcopi Colonien.

Magnificus vir dominus Ioffridus de Limunchiæ Præpoſitus Maguntinus, & Theſaurarius Eccleſiæ Colonien. Comes.
Magnif. vir. D. Theodoricus de Muſne præpoſitus Bunen. & Archidiacogus Eccleſiæ Colonien. Comes.
Dominus Ioannes de Lucepe ſubdecanus Eccleſiæ Colonien.
Dominus Henricus Vueſterholcz Vtriuſque Iuris Doctor, ſacri palatij Auditor Decanus Eccleſiæ Collegiatæ Colonien.
Dominus Vgo de Heruoſt miles.
Dominus Chriſtianus de Herpil legum Doctor canonicus Eccleſiæ ſancti Gereonis Colonien.
Dominus Henricus de Herpil leg. Doctor, canonicus Eccleſiæ ſancti Caſſij.
Dominus Valdebonus de Diche canonicus Eccleſiæ ſancti Andreæ Colonien.

A *Ambaſciatores R. P. D. Archiepiſcopi Maguntini.*

Magiſter Io. Stempen præpoſitus ſancti Bartholomæi Francforden. Maguntinæ diœceſ.
Dominus Philippus Flach canonicus Maguntin.
Dominus Herenſels decretorum doctor.
Dominus Vveyſu præpoſitus Iecheburgen.
Dominus Conradus Ouros decanus B. Mariæ ad Gradus Maguntin.

Ambaſciatores R. P. D. . . . Patriarchæ Aquilegien.

R.P.D. Iô. Epiſcopus in vniuerſali Eccleſia.
Nobilis vir Franciſcus de Panthera.
B D. A. de Monticulis licentiatus in legibus.

Ambaſciatores R.P.D. Io. Electi Leodien.

Venerab. pater ſacræ Theolog. Magiſt. Gerardus Rondelli.
Ven. vir. D. Lambertus de Stipite decret. doctor.
Ven. vir. D. Ægidius de Vicemolie in vtroq; iure licentiatus.
Ven. vir D. Andreas Fordeman licentiatus in legibus.
Ven. vir dominus Paulus de Clotinghen in vtroque iure licentiatus.

Ambaſciator R. D. Archiepiſcopi Salzeburgen.

C Ven. vir D. Fredericus Reys decretorum doctor decanus Pidelimen.

Ambaſciator Magiſtri ord. de Pruſſia.

D. Petrus . . . procurator generalis ſancti Ioan. Hieroſolymitani.

Sequuntur R. Patres DD. Patriarchæ præſentes.

R.P.D. Simon patriarcha Alexandrinus.
R.p.d. H. patriarcha Hieroſolymitanus.
R.p.d. Vvenceslaus patriarcha Antiochenus.
R.p.d. Franciſcus Lando patriarcha Graden.

D *Sequuntur Protonotarij.*

D. Aragonus de Maleſpinis.
D. Dominicus de Eliſco.

R.PP. Archiepiſcopi præſentes.

R.p.d. Franciſcus Archiepiſcopus Narbonen. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius.
R. p. d. Philippus Archiepiſcopus Lugdunen.
R.p.d. Petrus Archiepiſc. Bitur.
R.p.d. Nicolaus Archiep. Sypontinus.
R.p.d. Franciſcus Archiep. Smyrnen.
R.p.d. Amelius Archiep. Turonen.
R.p.d. Pileus Archiep. Ianuen.
R.p.d. Vitales Archiep. Tholoſan.
R.p.d. Alemannus Archiep. Piſanus.

R.p.d. Ber-

R.P.D. Bertrandus Archiep. Arboren.
R.p.d.Ioannes Archiep. Viennen.
R.p.d. . . Archiep. Smyrnen.
R.p.d.Ioannes Archiep. Vlyxbonen.

Sequuntur, Epiſcopi præſentes.

R.p.d.Petrus Epiſcopus Melden.
R.p.d.Vvillelmus Epiſcopus Lexouien.
R.p.d. . . Epiſc. Albingenen.
R.p.d.Dominicus Epiſc.Albien.
R.p.d.Gentiles Epiſc. Neocaſtren.
R.p.d.Helias Epiſc. Anicien.
R.p.d.Bertranduss Epiſc. Appamiar.
R.p.d.Iulianus Epiſc.Marſican.
R.p.d.Nicolaus Epiſc. Botentinen.
R.p.d.B.Epiſc. Vigintimillien.
R.p.d.Vvillelmus Epiſc.Vicen.
R.p.d.L.Epiſc. Bethleemitan.
R.p.d.P.Epiſc. Beluacen.
R.p.d.P.Epiſc. Famaguſtan.
R.p.d.Ludouicus Epiſc.Volaterranen.
R.p.d.G.Epiſc.Veltanus.
R.p.d.Iacobus Epiſc.Florentinus.
R.p.d.E.Epiſc.Nemauſen.
R.p.d.P.Epiſc. Lomberien.
R.p.d.N.Epiſc.Naſauten.
R.p.d.Aluarus Epiſc.Oueten.
R.p.d..P.Epiſc. Cracouien.
R.p.d.NicolausAnron.Epiſc.Lucionen.
R.p.d.P.Epiſc. Cameracen.
R.p.d.A. Epiſc. Calamonen.
R.p.d.Ray Epiſc.Petragoricen.
R.p.d.Ioann.Epiſc.Lubricen.
R.p.d.P.Epiſc.Aſten.
R.p.d.B.Epiſc. Sulcitan.
R.p.d.G. Epiſc. Laudemen.
R.p.d.G. olim Epiſc. Carleolen.
R.p.d.S. Epiſc. Caſſen.
R.p.d.M. Epiſc. Piſtorien.
R.p.d.B. epiſc. Mirapicen.
R.p.d.Vvalterus epiſc. Bouen.
R.p.d.G.epiſc.Ebroiceo.
R.p.d.Io. epiſc. Forolıuien.
R.p.d.Iacobus epiſc.Adrien.
R.p.d.P.epiſc. Coimen.
R.p.d. . . epiſc. Aretinen.
R.p.d.Chriſtinus epiſc. Iſecoren.
R.p.d.Paulus epiſc. Maſſilien.
R.p.d.Ioann. epiſc. Comaclen.
R.p.d.N.epiſc.Siſtaricen.
R.p.d.Branda epiſc. Placentin.
R.p.d.Philippus epiſc. Saonen.
R.p.d.Io.epiſc. Vapinen.
R.p.d.Leonardus epiſc. Firmanus.
R.p.d.B.epiſc. Dignen.
R.p.d.S.epiſc. Dolen.
R.p.d.B.epiſc. Alarien.
R.p.d.Marcus epiſc.Naulen.
R.p.d.M. epiſc. Atrebaran.
R.p.d.Alexius epiſc.Bobien.
R.p.d.Io.epiſc. Landen.
R.p.d.B.epiſc.Xanton.

A Reuerendiſs. D. D.P,Card. Hiſpaniæ pro Eccleſ. ſua Oxomen.
Reuerendiſſ.D. D.Card. Rauennaten.pro Eccleſ. ſua Rauennat.
Reuerendiſſ. D.D.Card. Mediolanen.pro Eccleſia ſua Militen.
Reuerendiſſ.D.D. Card. Militen. pro Eccleſia ſua Militen.
Reuerendiſſ.D. D.Card.Burdegalen. pro Eccleſia ſua Burdegalen.
R.P.D. Io.epiſc. in vniuerſali Eccleſia.
R.p.d.Bertrandus epiſc. Tutellen.
R.p.d.Ægidius epiſc. Foroiulien.
R.p.d.Vvillelmus epiſc. Conſtantien.
B R.p.d.Ioannes epiſc. Aggennen.
R.p.d.Franciſcus epiſc. Ciren.
R.p.d.Franciſcus epiſc. Viuarien.
R.p.d.Guritheus epiſc. electus Scaurgmen.
R.p.d.Nicolaus epiſc. Troianen.
R.p.d.Ioannes epiſc. Sariennen.
R.p.d.Ioannes ElectusFamaguſtan.
V.p.d.L.Adminiſtrator Eccleſiæ Chien.
Venerab. p. Magiſter Nicolaus adminiſtrator eccleſiæ Tergeſten.

Sequuntur R.patres DD. Abbates præſentes.

Venerab. pater D. B. Abbas monaſterij S.Mariæ VallisVmbroſæ Feſulan. diœceſ.
C V.p.d.Io. Abb. monaſterij Ciſtercien. Magiſter
V.p.d.in Theologia pro ſe, & toto ſuo ordine.
V.p.d.P.Abbas monaſterij Grandimonten.
V.p.d.Honuphrius Abbas generalis ord. Camalduleo.
V.p.d.Ioan. Abb. monaſterij de Agnano ord.Camaldulen.
V.p.d.Zenobius Abb. Monaſterij ſanctæ Mariæ
V.p.d.de Fabione ord.ſancti Benedicti Florentin. diœceſ.
Ven.p.d. G. Abbas monaſterij ſanctorum Sergij, & Bacchi prope Auden. ord. ſancti Benedicti
Ven.p.d. S. Abb. monaſterij Gematicen. Rothomagen. diœceſ.
Ven.p.d.Felix Abbas monaſt. S.Saluatoriade Septimo ord,Ciſtercien.Florentin. diœceſ.
Ven.p.d.Vvillelmus Abbas beatæ Mariæ de Nu-
D catijs Turon. diœceſ.
Ven.p.d. G.Abbas monaſterij Craſſen. Carcaſſonen. diœceſ.
Ven.p.d. P. Abbas monaſt. da Iuomo Carnoten. diœceſ.
Ven.p.d. Io. Abbas monaſterij ſanctæ Iuſtinæ de Padua.
Ven.p.d.Io.Abbas monaſt. de Grignano de Prato Piſtorien. diœceſ.
Ven.p.d. B.Abbas monaſt. S. Michaelis de Podio Bonzi Florentin.diœceſ.
Ven.p.d.M.Abbas monaſt.S.Bartholomei de Bono ſolario ord.Ciſterc. Florent.diœceſ.
Ven.p.d.P.Abbas monaſt. Camporum Bonorum ord.Ciſtec. Viuarien.diœceſ.
Ven.p.d.M.Abbas monaſt. S.Salu. de Florentia.
Ven.p.d.Balthaſſar Abbas monaſt. S.Michaelis de Paſſignano Flor.

Ven.p.d. Io.

Ven.P.D. Io. Abbas monaſterij S. Petri ſuprad. ord. ſancti Benedicti Sagien. diœceſ.

Ven.p.d. D.Abbas monaſterij B. Mariæ Foreual. ord. Ciſtercien.

V.p.d.A monaſterij S.Mariæ de Moriona ordinis Camaldulen. Aret. diœceſ.

V.p.d.Io.Abbas monaſterij S.Michaelis de Fureul de Piſtorio ord. Vallisvmbr.

V.p.d. Philippus A. monaſterij Amanæ Magalon. diœceſ.

V.p.d. Ant. Abbss monaſterij S. Mich. de Burgo Piſano.

V.p.d.Stephanus A.monaſterij Trudatij Viuarien. diœceſis.

V.p.d. M.Abb. Claræuallis ſacræ Theologiæ Magiſter.

V.p.d.P.Abbas monaſterij S.Maxentij ordinis ſancti Benedicti.

R.p.d. P. Abbas S. Auguſtini Lemouic. pro electo ciuit. & diœceſis Lemouicen.

V.p.d. F.Ab. monaſterij S. Mariæ de Pamana Piſtor. diœceſ.

V.p.d, G.A.monaſterij de Gimoodo ordinis Ciſtercien.

V.p.d. P. A.monaſterij S. Anaſtaſiæ de Amsndula Firman. diœceſ.

V.p.d. Psulus Ab. ſancti Martini Apium Aretin. diœceſ.

V.p.d.Ste. Ab. monaſterij de Charitate Bituntin. diœceſ.

V.p.d.G.Abb. monaſt.S.Ægidij Nouiomen.ord. ſancti Benedicti.

V.p.d. P. Abbas monaſterij ſancti Victoris Msſilien.

V.p.d. Ant. Abbas mooaſt. S.Pauli de Reſuello Feſulan.diœceſ.

V.p.d.Io.Ab.monaſt.Cæſarien. Ciſter.ord. Auguſten. diœceſ.

V.p.d. Ioan.Abbas monaſterij S.Criſpini Maioris Sueſſion.

V.p.p. G.Abbas monaſt. de Carmolijs Lexouien. diœceſ.

V.p.d.F.Abb. monaſt.de Ripolis ord. Vallisvmbr. Florent.diœc.

V.p.d.Gaſpardus Abbas monaſt. S.Trinitatis de Florentia.

V.p.d. Fr.Abbas monaſt. ſanctæ Genoueſæ Pariſien.

V.p.d.Riccardus Abbas monaſt. S.Pancratij de Florentia.

V.p.d. Sebaſt. Abb. monaſt. S.Saluatoris Camaldulen.

V.p.d. . . Abb.monaſt.de Saxo ordinis ſancti Benedicti Aretin.diœceſ.

V.p.d. Ab. monaſt. ſancti Benedicti Villaltæ ord Camald.Pergamen.diœceſ.

V.p.d.Chriſtoph.Ab.monaſt.S.Saluat.de Spongia. ordinis Vallisvmbr.Volaterren.diœceſ.

V.p.d. Ab.mooaſt. S.Angeli de Bigarero ordinis ſancti Benedicti Sarſinaten. diœc.

V.p.d. N.Abbas monaſterij ſanctæ Mariæ de Florentia.

V.p.d. Io.Abbas monaſt. S.Gbialeni in Cella Cameracen.

A V.p.d. Io. Abbss monaſterij ſancti Domnini Piſan.

V.p.d. Io. Abbas monaſterij S.Barouti Piſtorien. diœceſ.

V.p.d. Laurentius Abbas monaſterij ſancti Petri Gcueto.

V.p.d. Philippus Abbss monaſt. S.Caſſiaoi Volaterran.diœceſ.

V.p.d. G.Abbas monaſt. S. Saluatoris de Syluamuoda.

V.p.d. Io.Abbss monaſt.S.Petri de Michero Florent. diœceſ.

V.p.d. Io. Abbas monaſterij ſancti Stephani de Centorio.

V.p.d. P.Abbas monaſt.S. Mich.in periculo Maris ordinis ſancti Benedicti Abricen.diœceſ.

B V.p.d. Abbas monaſt.S.Fridiani de Piſis ord. Camaldulen.

V.p.d.Saluator Abbas monaſt.S.Ægidij Nemauſen. diœceſ.

V.p.d. R.Abbas mooaſterij omoium Sanctorum Andegsuiſ.

V.p.d. Rufinus Abbas monaſt.S.Laurentij extra muros Nouarien.

V.p.d. An. Abbas monaſt. Galliaci Albien. diœceſ.

V.p.d.Orlandus Abbas monaſt. S. Mariæ de Mationa.

V.p.d. Io.Abbas monaſt. de Cangiello Cameracen. diœceſ.

V.p.d.Abbas monaſt.de Gerblons ordinis Ciſtercien.

C V.p.d. Otho Abbas monaſt.ſanctæ Mariæ de Villers.

V.p.d.Andr.Abbas monaſt.S.Bart.de Aglata ord. Csmaldulen.

V.p.d. P. Abbas monaſterij Vrſiliacen. Eduen. diœceſ.

V.p.d. Bart.Ab.monaſt.Moliſmen. Lingon.diœc. Mag. in S.Theologia.

V.p.d. F. Abbas mnnaſt.de Coneo ordinis Vallisvmbroſ. Volaterr. diœceſ.

V.p.d, Abbss monaſt. S.Mariæ de Conghea ord. Præmonſtraten. Csmeracen.diœceſ.

V.p.d.Io.Abbas monaſt.B.Mariæ de Mulcero ordinis Ciſtercienſis Piſan. diœceſ.

V.p.d.Io.Abb. mnnaſt.aij.Apoſt.Beluedirus Leodien. Præmonſtraten.ord.

D V.p.d.Bar.Ab.monaſt.S.Bart.de S.Gunda ordinis Camald. Lucan. diœceſ.

V.p.d. Ioan. Abbas monaſterij ſancti Donati de Senis.

V.p.d.G.Abbas monaſt. Vveſtren. ex. mur. Londien.

V.p.d. Bar. Abbas monaſt.S.Fidelis Puppio Aretin. diœceſ.

V.p.d.Laur.Abb.monaſt. Sagonen. Vratislauien. diœceſ.

V.p.d.Ant.Abbas monaſt.SS.Fauſti, & Fauſtæ Bituricen. diœceſ.

V.p.d. Merislaus Abbas monaſt. Tuitien. Cracouien. diœceſ.

V.p.d. Amedeus Abbas monaſt. de Cluſa ordinis ſancti Beoedicti Taurin. diœceſ.

Sequuntur Generales ordin. & primo Generalis Prædicatorum.

Reu.P. ſac.Theolog. Magiſter Thomas de Firmo ordinis fr. Prædicat. generalis dicti ord. partis Citramont. pro ſe, & toto ſuo ord. vna cum infraſcriptis Magiſtris videlicet
Mag.Simone de Piſis Regente Florentiæ.
Magiſtro Michaele de Florentia vicario nationis Tuſciæ.
Mag Iacobo de Piſis.
Mag.Leonardo de Florentia.
Mag.Vbertino de Florentia priore Florentino.
Mag.Andrea de Florentia.
Mag. Andrea de Prouincia Poloniæ Regen. Cracouiæ.
B Mag.Ardizono de Padua priore Paduan. & vicario generali prouinciæ ſancti Dominici.

Generalis fr. Minorum.

Reu. p. fr. Ant.de Preto miniſter generalis Minorum partis Citramont. pro ſe, & ordine ſuo, vna cum infraſcriptis Magiſtris in Theologia, videlicet
Mag. Franciſco de Crepa Miniſtro prouinciæ Mediolanen.
Mag.Ioanne de Bononia miniſtro prouinciæ Boonien.
Mag.Matthæo de Palma miniſtro prouinciæ Romanæ.
C Mag.Vitale Valentini de prouincia Prouinciæ.
Mag.Io:Ioannis de Florentia.
Mag.Nicolao de Trigeſto.
Mag.Bartholomęo de Bononia.
Mag.Saizaletto de Placentia.

Generalis ord.fr. Carmelitan. partis Citramont.

R.p. fr.Matthæus de Bononia ſac.Theol. profeſſ. generalis ord.beatæ Mariæ de monte Carmeli pro ſe, & ſuo ordine vna cum infraſcriptis Magiſtris in Theologia, videlicet
Mag.Andrea de Luca procuratore dicti ord.
Mag. Io: de Florentia vic. generali in prouincia Tuſciæ.
D Mag. Bart. de Florentia ſyndico vniuerſitatis Bononien.

Generalis ord.Carmelit partis Vltramont.

R.p.S.Theol.mag.Io.Graſſi generalis ord.Carmelit. vna cum
Mag.Raymundo procur.gen.ordinis.

Generalis fr. Eremit. Citramont.

R.p.ſacræ Theologiæ mag. N. de Caſſia gen. ord. fr.Eremit.pro ſe, & toto ſuo ordine vna cum infraſcriptis magiſtris in Theologia, videlicet
Mag.Boethio de Tolentino proc.d.ord.
Mag.Simone de Florentia Regen. Floren.
Mag.Bart.de Piſis regente Piſis.
Mag.Gabriele de Spoleto Regen.Bononiæ.

A Mag. Iacobo de Gueſſa prouinciali prouinciæ Vallis Spolet.

Generalis B. Mariæ Seruorum part.Citramont.

R.p. ſac.Theol. Mag.Ant.de Bononia gener. ord. beatæ Mariæ Seruorum pro ſe, & ordine ſuo, vna cum infraſcript.Magiſt. videlicet
Mag.Antonio de Alexandria.
Mag.Vrbano de Bononia.
Mag.Antonio de Paſignano.

Generalis ord.Camaldulen. Citramont.

Ven.p.fr. . . . generalis ord.Camald.

B

General.fr.Eremit. S. Auguſtini.

R.p. ſac.Theol.Magiſt.P.de Vena gen.fr. Eremit. S.Auguſtini, vnacum
Fr.Raymundo de Eroſio.

Miniſter ordinum.
Primo Miniſter Turon. prouinciæ fratrum Minorum.

Ven.fr.Alanus Dauid miniſter prouinc. ord.Min. prouinciæ Turon.nomine ſuæ prouinciæ, & vt nominatus inter electos pro dicta prouincia.

Præceptores præſentes præceptoriarum infraſcript. & primo

C Nobilis vir fr. Iacobus de Aglis miles, præceptor domus, ſiue hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolym. de Florentia, & procur.gen.d. ord. S. Io. nomine ſuo, & vt Vicarius locumtenens D.Nicolai de Vrſinis militis prioris Venetiarum locumtenen.Mag.domus hoſpit.d.ord.
Religioſus vir fr. Ioan. . . præceptor domus S.Antonij de Riuerſo, & cellerarius generalis monaſt.Vienn. pro ſe, & præceptoribus d.ſuæ præceptoriæ ſubiectis.
R.vir fr.Vvillelmus de Brione præceptor præceptoriæ, ſiue domus de eleemoſynarijs ord. ſancti Antonij Biſuntin.diœceſ. nomine ſuo, & ſuę præceptoriæ.

Priores, & procuratores generales ordinum præſentes

D

R. vir fr.Honuphrius gen.totius ord.Camald. pro ſe.& xli.Abbatib.& lxx.priorib.d.ord.
R.vir fr. Nicolaus de Baleonibus de Peruſio prior gen.S.Sepulchri Dominici.
R. vir fr.Galterus Craſsi prior Eccleſiæ, & conuentus Rhodi ord. S.Io:
R.vir fr.P.prior gen. ord. beat.Mar. Theutonicorum nomine ſuo, ac nomine procuratoris Mag. generalis dicti ordinis.

Sequuntur priores prioratuum, tam Conuentual. quam aliorum, & tam Citramont quam Vltramont. videlicet

R.prior D.Ludolphus prior prioratus S.Io.in mōte
R.vir fr.Io. prior priorat.S.Sebaſt.Piſtorien.diœc.

R.vir

Reu. vir fr. Iō. de Griffnmonte prior Vallis viridis prope Piſas Patiſius.

R. vir fr. In. Caelli prior fontis noſtræ Dominæ ordin. Carthuſien. Sueſſionen. diœc.

R. vir fr. Dominicus prior prioratus S. Bart. prope Ianuam omnes tres eorum proprijs nominibus, & pro toto ordine Carthuſien. in regno Franciæ exiſten.

R. vir fr. G. de Sayſſet prior prioratus Conuentualis ſancti Arnulphi de Chriſpeio Siluanecten. diœceſ.

R. vir fr. Franciſcus prior monaſterij de Popiena ord. Camaldulen.

R. vir fr. Ioann. prior prioratus ſanctæ Mariæ de Serra.

R. vir fr. . . . prior prioratus de Salmatia.

R. vir fr. . . . prior prioratus Conuentualis de Bondolona.

R. vir fr. P. Morandi prior prioratus beatæ Mariæ de Chicherio Dignen. diœceſ.

R. vir fr. . . . prior prioratus Conuentualis de Podio Capientij.

R. vir fr. . . . prioratus Conuentualis de Voloncha.

R. vir fr. P. Charronis prior Turris Vien. diœceſis.

R. vir fr. P. Dachies prior prioratus Abb. Villæ Rhemen. diœceſ.

R. vir fr. Ant. de Reſtis præpoſitus domus Vercelinæ Mediolanen. ord. Humiliator.

Ambaſciatores vniuerſitatum ſtudiorum Generalium.

Primo ſtudij Pariſien.

Venerabiles, & circumſpecti viri magiſtri

Dominicus Pini.

Petrus Planor. in ſac. Theologia magiſtri.

Robertus de Queſunyo.

Petrus de Pumir. decretorum doctores.

Ioannes Petri in Medicina.

Euſtachius de Franquenherghe in Art. & licent. in decretis.

Pontius Simonetti in Art. & licentiatus in Theologia.

Petrus Carpentij in Art. & Baccalarius . . . in Theologia.

Ardūs Vvinctome in Art. & licentiatus in Theologia.

Ioannes Baurilleti dictus Franc. in Art. magiſtri, & licent. in decret.

Vniuerſitatis ſtudij Bononien.

Vniuerſitatis ſtudij Oxonien.

Vniuerſitatis ſtudij Tholoſæ.

Venerab. vir magiſt. Io. Garſiæ ord. fr. Min. ſac. Theologiæ profeſſor dictæ vniuerſit. procur. & ambaſciator.

Vniuerſitatis ſtudij Andegauen.

Venerab. vir D. Vvillelmus Malbgeneris vtriuſque iuris doctor.

Venerab. vir dominus Nicolaus de Maleyo legis doctor, dictæ vniuerſitatis ambaſciator.

Vniuerſitatis ſtudij Cracouien.

Vniuerſitatis ſtudij Viennen.

Sac. Theolog. Magiſter fr. Franciſcus ordinis Prædicatorum.

Ven. vir Magiſter P. de Kuger Vicecancellarius dictæ vniuerſitatis.

Vniuerſitatis ſtudij Montiſp.

Ven. vir dominus B. Alemanni licentiatus in decretis.

Vniuerſitas Cantebrigiæ.

Vniuerſitas ſtudij Pragen.

Vniuerſitas ſtudij Colonien.

Sequuntur Archiepiſcopi, qui miſerunt Ambaſciatores, & procuratores.

RR. PP. DD. Archiepiſcopi

Colonien. Maguntin. Aquen. Arelaten. Ebredunen. Senonen. Turritan. Rothomagen. Rhemen. Theobaldus Biſuntin. Eberardus Salzeburgen. Gunterus Magdeburgen. Cantuarien. & Eboracen.

Sequuntur Epiſcopi, qui miſerunt ſuos ambaſciatores, & procuratores.

RR. PP. DD. Epiſcopi

Pariſien. Aymo Gratianopolitan. H. Lemouicen. G. Regen B. Graſſen. Io, Vencien. Io. Glandacen. Ioann. Apten. Ioan. Tholonen. Vlricus Lauoriten. B. Ianuen. B. Linghemen. B. Montisalfani, Ioan. Ratiſponen. ſancti Pauli, ſancti Vabren. Conradus Olomucen. H. Nannecten. G. Cariſopicen. G. Rithen. Ioan. Caſtren. G. Leonen. Ioan. Malacen. G. Lucien. Germanus Epiſcopus Lucionen. Ioan. Laudimenſis, Ioan. Baiocen. Abrincen. Sagien. Ioan. Nouiomen. B. Buten. Sicardus Cuſſan. Har. Andegauen. Sator Sueſſionen. Ioan. Siluanetten. Ar. Tornacen. Ioan. Ambianen. Cathalanen. M. Morinen. Adam Cenomanen. M. Carnoten. Vlricus Buxinen. Vvencislaus, Ioannes Electus Lendien. F. Terræ Alban. N. Tullen. Fer Traiecten, Milo Eduen. H. Electen. P. Papien. P. Tardonen. B. Alexandriæ P. Pacen. Antonius Iuden. G. Lauraten. Ioan. Baiocen. M. Antiſiodoren. Ioan. Trecen. P. Matiſconen. R. Meten. N. Niuernen. G. Pictauien. Ioan. Placen. Ar. Culmen. Io. Pomeſanien. N. Vvarmien. H. Sambien. H. Claromonten. Philibertus Cabilonen. G. Prætauen. Nuburgen. VV. Mazeburgen. Viginimilien. Ioan. Epiſcopus Virdunen. P. Araycen. Pomezanien. Plocen. Banduren. Aſſanen. Vvigornien. Licheſelden. Nereſmden. Roſſen. Ciſſen. Vvintonien. Ludomen. Bathonien. & Voeſſen.

Sequuntur Abbates, qui miſerunt procuratores cum plena poteſtate,

Venerabiles patres domini Abbates monaſteriorum ſancti Antonij Veronen. ord. ſancti Benedicti Cluniaceo. pro ſe, & toto ſuo ordine.

Eſtedus Siſtarpicen. decretorum doctor ord. ſancti Benedicti Rothomagen. diœceſ.

Helias Burgidolen. ord. ſancti Benedicti Bituricen, diœceſ.

De Lezaco ordinis ſancti Benedicti Ruen. diœceſis,

Ioan. ſancti Cypriani extra muros Pict. ordinis ſancti Benedicti.

Ay. ſancti Benedicti de Quintiaco prope Pict. ordinis ſancti Benedicti.

P. ſanctæ Crucis de Anglia ordinis ſancti Auguſtini Pictsuien. diœceſis.

Io. Montiſmaioris ordinis ſancti Benedicti Arelaten. diœceſ.

B. ſancti Hilarij ordiois ſancti Benedicti Carcaſſonen. diœc.

Io beatæ Mariæ de Quadragiota ord. ſancti Auguſtini Narbonen. diœceſ.

Io. Fontis frigidi ordinis Ciſtercienſis B. S. Iuſti de Vulturnis ordinis Camaldulen.

Leo ſancti Petri de Trieto Ciſtercien. ord. Lauden. diœceſ,

M. Montis Iuligij ordinis ſancti Auguſtini Arelaten. diœceſ.

Philippus ſancti Canomi ordinis ſancti Benedicti Ebroicen. diœceſ.

G. de Belloco ord. ſancti Auguſtini Cenomanen. diœceſ.

Io de Imbricio ordinis ſancti Benedicti Ebroicen. diœceſ.

G. ſancti Petri de Cultura ordinis ſancti Benedicti Cenomanen. diœceſ.

Io. ſancti Georgij de Nemore ord. ſancti Auguſtini Cenomanen. diœc.

P. de Baldo Alueti ord. ſancti Benedicti Cenomanen. diœceſ.

Io. de Politia ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſ.

S. de Ebrono ordinis ſancti Benedicti eiuſdem diœceſ.

Dominus Prior, & Conuentus monaſterij de Loulayo Abbate ipſius monaſterij in remotis Agente ordinis, & diœceſis prædictorum.

G. ſancti Andreæ Auenionen. ordinis ſancti Benedicti, Io. Præmonſtraten.

Io. ſancti Petri ad Montes ordinis ſancti Benedicti Cathalan. diœc.

A. omnium ſanctorum in Inſula ordinis ſancti Benedicti.

Io. ſancti Memmij in Suburbio Cathalan. ordinis ſancti Benedicti.

G. Oſarchiæ ordinis ſancti Benedicti Lemouicen. diœceſ.

Io. beatæ Mariæ ſancti Eutičij de Cellis ord. ſancti Auguſtini Bitcoen. diœceſ.

A

Io. de Vntione ordin. ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

G. de Caſalibene ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

Io. ſancti Gildaſij ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœc.

G. Fontis Combandi ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſis.

Io. ſancti Genulphi ordinis, & diœceſis prædictarum.

Io. ſancti Petri Villæ de Nanco ordinis ſancti Benedicti Vabren. diœceſ.

Prior, & conuentus de Nulleuero ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

Ay. ſancti Ambroſij ordinis ſancti Auguſtini dictæ diœceſ.

B

R. Miſeracen. ordiois ſancti Auguſtini dictæ diœceſis.

Ray. Concleo. ordinis ſancti Benedicti Rhuten. diœceſ.

Ay. Pſalmodien. ordinis ſancti Benedicti Nemouſen. diœceſ.

Ioan. Condraceo. ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſ.

Io. ſancti Lendi de ſancto Laodo ordinis ſancti Auguſtini Conſtan. diœc.

Michael ſancti Saluatoris Vicecomitis ord. ſancti Benedicti dictæ diœceſ.

Steph. beatæ Mariæ de Monteburgo ordinis ſancti Benedicti dictæ diœc.

Io: ſancti Ioannis Angeliacen. ordiois ſancti Benedicti Xantonen. diœceſ.

C

M. de Villomancle ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

N. ſancti Leodegarij ordinis ſancti Benedicti Xantonen. diœc.

R. Iocunden. ord. ſancti Benedicti Electen. diœceſ.

G. beatæ Mariæ de Vetreclis ordinis ſancti Benedicti Rothomagen. diœc.

Ar. Abbas monaſterij de Iuncellis ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

Io. de ſancto Amano ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

M. ſecularis Eccleſiæ ſancti Affrodiſij Biterren. diœceſ.

B. ſancti Tyberij ordinis ſancti Benedicti Agath. diœceſ.

D

Io ſancti Mauri ſupra Ligerim ordin. ſancti Benedicti Andegauen. diœc.

Theobaldus ſancti Albini Andegauen. ord. ſancti Benedicti.

Io: ſancti Petri de Burgolio ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſ.

Germondus ſanctæ Trinitatis de Mallino ordinis ſancti Auguſtini Lucionen. diœceſ.

P. beatæ Mariæ loci Dei in Iardo Præmonſtraten. ord. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinen.

Io. ſancti Martini . . alias de Boſco ordiois ſancti Auguſtini Beluacen. diœc.

S. ſancti Nicolai prope Andegauen. ordinis ſancti Benedicti.

R. ſancti

R. ſancti Vicomi Virdunen. ordinis ſancti Benedicti.

R. beatæ Mariæ de Roſa ordinis ſancti Auguſtini Andegauen. diœceſ.

Zabulen. ordinis ſancti Benedicti Leodien. diœceſis.

Guido beatæ Mariæ Ingroſſi ordinis ſancti Auguſtini Eduen. diœceſ.

Gemblacen. P. beati Ioëuangeliſtæ ordinis ſancti Auguſtini Andegauen. diœceſ.

Sancti Trudonis ordinis ſancti Benedicti Leodien. diœceſ.

Sancti Lamberti ordinis ſancti Benedicti Leodien. diœceſ.

Aluen. Ciſtercien. ordinis dictæ diœceſ.

G. de Cadoena prior monaſterij beatæ Mariæ de Caſſiano Bituricen. diœceſ. a monaſterio ſancti Rufi prope Valen. immediate dependen.

Villarien. Vallis ſancti Lamberti ordinis Ciſtercienſis Leodien. diœceſ.

Vallis Dei ordinis Ciſtercienſis dictæ diœceſis, Magni prædicti ordinis Ciſtercien. dictæ diœceſ.

Floreffien. ordinis Præmonſtraten. dictæ diœceſis,

Sancti Gerardi de Liomo ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſ.

Vvalchiadonen. & Naſarien. ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſ. Florien. dictæ diœceſis, & ordinis.

Sancti Iacobi Leodiecen. ordinis ſancti Benedicti. Sancti Laurentij extra muros Leodien. ordinis ſancti Benedicti.

P. Abbas monaſterij xij. Apoſtolorum Velliroden. ord. Præmonſtraten.

H. Sancti Ægidij in publico monte prope Leodien. ordinis ſancti Auguſti.

Auerbodien. ordinis Præmonſtraten. Leodien. diœceſ.

Pucen. Præmonſtraten. ordinis dictæ diœceſis.

Sancti Leſſion. ordinis, & diœceſis prædict.

Helicinten. ordinis, & diœceſis prædictorum.

Noui monaſterij ordinis ſancti Auguſtini dictæ diœceſ.

Florien. ordinis, & diœceſis prædictorum.

Malomien. ordinis, & diœceſis prædictorum.

P. de Nobiliaco ordinis ſancti Benedicti dictæ diœceſ.

Beatæ Mariæ de Bello fonte ord. ſancti Benedicti Malleocen. diœceſis.

Limoſſen. ordinis ſancti Benedicti Pictauien. diœceſ.

Io: SS. Floræ, & Lucillæ ordinis ſancti Benedicti Aretin. diœceſ.

Sancti Iaminalis de Campolen. dictæ diœceſ.

Io: ſancti Ægidij de Carpano Camaldulenſis ord. dictæ diœceſis.

De Seato Ianuen. diœceſ. beatæ Mariæ de Puello Ianuen. diœceſis.

S. Benigni Ianuen. diœceſ.

S. Bart. de Foſſato Ianuen. diœc.

S. Mariæ de Iubino.

S. Andreæ de Lenzo Ianuen. diœc.

De Malleyo.

A De Lermiſſa.

De Mareſijs.

Sancti Sulpitij.

B. Trinitatis de Londioco ordinis ſancti Benedicti Car. diœceſ.

Ad Romanam Eccleſiam nullo med. pertin.

B. S. Polycarpi ordinis ſancti Benedicti Narbonen. diœceſ.

Io. S. Trinitatis de Exaquino ordinis S. Benedicti Conſtan. diœceſ.

S. Honorati, de Croſſio, de Toroneto. Saluatoris, ſancti Saluatoris Ludonæ ordinis ſancti Benedicti.

Sequuntur domini Abbates de Anglia, qui miſerunt ambaſciatores, ſiue procuratores.

B Primo Abbas ſancti Auguſtini extra muros Cantuarien.

De Fareſan. de Bello, de Colcheſter, de Hyeda, de Berumuidech, de Cartheſt, de Abbundone, de Redruge, de Therbone, de Multare, de Seme, Alboryſmo. de Malmiſan. de Caneſtola, de Euersban, de Gloſceſtriæ, de Barthere Zrucecoule, Alceſtre, de Ienubresbem, de Gleſtoma, de Hadruhech, ſancti Albani, de Eushan, de Ramſey, de Burgo ſancti Petri, de Trouland. de Bardem. de Ceſtria.

Abbas monaſterij de Sellopia, de Burcen, de Coruoy, de Burg. ſancti Edmundi, omnes ſupradicti ſunt ord. ſancti Benedicti.

Abbas monaſterij de Vvanoyſtayn.

C de Forneſa, de Simutanis, de Ranalle, de Vallaloenda, de Melſa, de Kiliſtoll, de Adrallay, de Nouo monaſterio, de Kalniueltan. de Caldua. de Roehſort, de Rupe, de Kanliſced. de Stroſordien. de Cumba, de Salbiæ, de Scoular. de Palcoludo, de Strata florida, de Haylis, de Valle regis, de Culiner, de Regali loco, de Doze, de Viliſter, de Blande, de Lihiſſil. de Gran. de Vvalbor, de Latres, Narnien.

Omnes ſupradicti ſunt ordinis Ciſtercien.

Abbas monaſterij Vvalcham,

De Leyteſtere, de Tutoton. de Notucon, de Oſcuay, ſancti Iacobi Northantene, de Darle, de Rucetre, de Oſtry.

Omnes iſti ſupradicti ſunt ordinis ſancti Auguſtini.

D

Priores prioratuum, & Eccleſiarum infraſcriptarum in regno Angliæ, & primo,

Prior monaſterij de Donoyn.

De Horten. Eccleſiæ Roffen. de Leuuen. de Boſguue, de Colue, Eccleſiæ Vintonien. Sancti Herti, de Vvalmiſſond. de Dauenture, Eccleſiæ Gonuentren. de Lenere. Eccl. Elien. Homvvicen. ſancti Nicolai Exonien. Eccleſiæ Barneſcalpe, Eccl. Vvigornien. de Derheſt. de Maluerne magn. Eccl. Bathonien. de Spaldian. de Terſorde, de Carslahe, de Bronelme, de Sconſcere. de Suapis. Vvnibam, prior monaſt. de Briſcahan.

Omnes ſupradicti ſunt ordinis S. Benedicti.

Se-

Sequuntur Capitula, Eccleſiarum, quæ miſerunt procuratores.

Tholoſan. Rigen. Apten. Niuernen. Albien. Electen. Ambian. Folqualquerien. Siſtaricen. Sancti Petri de Barreria, Vticen. Narbonen. Graſſen. Maſſilien. Carcaſſonen. Cenomanen. Nouiomen. Puniacen. Vapincen. Seuaſten. Attrebaten. Aquen. Vencien. Nannecten. Taruinen. Carnoren. Arelat. Dignen. Glandacen. Ianuen. Burgen. Ebredunen. Tholonen. Lamberien. Dolen. Tutellen. Vabren. Bolonien. Foroiulien. Tornacen. Ebroicen. Ruthen. Mimaten. Valentin. Nemauſen. Leodien. Flōren. Siluanect. Pariſien. Senonēn. Agathen. B Cameracen. Rothomagen. Bituricen. Eduen. Conſtantien. Aretinen. Bononien. Nouarien. Andegauen. Mirapiſcen. Tullen. Matiſconen. Meten. Cabiloneo. Lingoneo. Claromonten. Dunelmen. Lugdunen. Viennen. Anicien. Magalon. Vigintimilien. Virdunen. Viuarien. Auracen. Beati Martini Turonen. Vapincen. Londonien. S. Flori. Exooien. Sarelberien. Elien. Bathonien. & Voellen. Roſſen. Ciceſtr. Licheſelden. & Corueten. Vigornien. Lineolnien. Laudauen. Nerinen. Meneuen. Bangoren. Aſſauen. Culmen. Pomeranien. Vvarmien. Sambien.

Procuratores ciuitatum, & diæceſ. quæ miſerunt ad iſtud Concilium, & primo, C

Cleri ciuitatis, & diœceſ. Ambian. Sueſſiooen Bonon. Ianuen. Leodien. Siluanecten. Nouarien. Vvratislauien. Lemouicen.

Sequuntur prouinciæ, quæ miſerunt procuratores, & primo.

Rothomagen. Turon. Rhemen. Senonen. Lugdunen. Ebredunen. Arelaten. Aquen. Mediolaneo. Rauennaten. Burdegalen. Piſan. Cantuarien. Eboracen.

Sequuntur communitates, quæ miſerunt ambaſciatores D

Ciuitas Ianuæ.

Communitas Florentin.

Hactenus Codex.

Et catalogus licet amplius non tamen vſquequaq; reſpondens ſcriptoribus propter nonnullos Epiſcopos, alioſque deſideratos, quos potuit eorum properantia excuſare. Cæterum dubitatum eſt valde an canonice, & legitime conuocatum eſſet hoc concilium, eo quod ſine vlla Rom. Pontif auctoritate eſſet indictum. De ea re, teſte S. *Antonino par.* 3. *tit.*22.5. §.2. Florentiæ Laurentius Rodulphus triduo diſputauit, & tandem conclusit Concilium eſſe legitimum. Ioan. Gerſon in libello, *an Papa exauctorari poſſit*. Hi, *Dei nutu*, inquit, *& Spiritus ſancti, ſicut credendum eſt, inſpiratione tacti fuerunt*, qui Piſanæ ſynodo celebrandæ operam dederunt. Legitimum, & œcumenicum appellant Blondus, Seuerinus Bonetis, & quotquot Alexandrum, & Ioan. xxiij. in recta Pontificum ſerie annumerant. Card. Ægidius Viterbienſis, Theodorus Niem, & alij verum agnoſcunt. Card. Bellarmin. eam ſynodum neque approbatam, neque reprobatam videri dixit, communemque ſententiam tradere Alexand. V. & Ioann. Vigeſimum tertium veros Pontifices extitiſſe. Sanctus Antoninus loco citato concilium Piſanum legitimum fuiſſe opinatus non eſt, idem ſenſiſſe videtur Caietanus, Turrecremata, & alij plures pij, doctique homines Antonini aſſeclæ, ſed de hac re alij iudicent.



66 PETRVS Riccius Florentinus filius Iannozaij, Aretinus antea Epiſcopus, ex promotione Adimarij, ad Cardinalatum, ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt 1411. vij. idus octobris, quam ille Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad annum 1418. quo ipſo anno deceſſit, ſepultuſque eſt in ſumma æde in pulchro marmoreo ſepulchro, quatuor cubitis a terra ſublato, cum hoc epitaphio.

Hoc celebri tumulo Petri de Riccis
de Florentia
Aretini, deinde Piſani Antiſtitis benemeriti
ſita ſunt oſſa,
qui feliciter è vita migrauit
pridie Kal. decemb.
anno M. CCCC. XVIII.

Incidi in quemdam Ioſephum Betbuſinm, qui nobile palatium Cathai in agro Patauino accurate deſcribit: qui cum nobiliſſimæ gentis Obizzæ præconia, quæ olim a Sanſouino fuerant enarrata, in ſua monumenta tranſtuliſſet, ſimul attulit elogium Iacobi Obizzi, quem ex Adrienſi Epiſcopatu ad Piſanum Archiepiſcopatum tranſlatum fuiſſe contendit, anno 1416. reique quam dicit, fidem facere conatur ex quadam epiſtola, quam a Florentina publica re narrat patribus Cōſtantienſis concilij in fauorem Iacobi Obizzi fuiſſe directam. Hæc opinio falſa eſt, epiſtolaque, quæ affertur, omnino commenticia. Siquidem ſi

Petrus

Petrus Riccius Antiſtes Piſanorum fuit ab anno 1411. vſque ad annum 14 8 vt ex eiuſdem epitaphio, ac hiſque Conſiſtorialibus liquido perſpici poteſt, qui poteſt fieri, vt anno 1416. Piſana ſedes ex deceſſu Riccij vacua fuerit, poſtularintq; per literas Florentini a Conſtantienſi concilio, vt iſte Iacobus fictitius in ſede illa collocaretur? ſed nec in aula Piſana repereris vllam inſcriptionem de hoc Iacobo, conſtat omnibus ex regeſto Vaticano, defuncto Petro, Iulianum item Riccium eiuſdem nepotem in Archiepiſcopum Piſanum fuiſſe ſublectum a Martino Quinto. Nouerit interim Sanſouinus clariſſimam Obizziorum gentem alieno non indigere teſtimonio, vt iterum inclareſcat. Sed nimium fortaſſe credulo Sanſouino danda venia eſt, quod in ea tempora incidiſſet, quæ ſcripturarum falſarijs maxime abundabant. Quorum vnus Alphunſus Ciccharellus ne iterum peccaret, capitis pœnas luit. Cæterum Iacobus Obizzius Epiſcopus Adrienſis obijt anno 1444. vt infra videbimus.



67 IVLIANVS Riccius nepos anteceſſoris Petri Iannozzij filius, ex canonico Florentino, ad Archiepiſcopatum Piſanum aſſumptus eſt anno 1419. in locum defuncti patrui, die 24. menſis martij ex regeſto Vaticano. Hic duas capellanias, vt vocant, in Metropolitana fundauit ad titulum ſanctorum Ioannis Chryſoſtomi, atque Hieronymi ſuorum protectorum, illaſque gentis Ricciæ iuris fecit, voluitque ius illud redundare in clerum, vbi illa clariſſima gens contigiſſet deficere, ea tamen lege, vt non niſi ex Metropolitanæ clericis ad illarum poſſeſſionem promouerentur. Deceſſit Iulianus anno 1461. ſepultuſque eſt in Metropolitana cum hoc epitaphio.

Hic ſita ſunt oſſa Iuliani de Riccis
de Florentia
Archiepiſcopi Piſani.
qui in Archiepiſcopatu vixit
annis quadraginta duobus
menſibus decem, diebus duobus,
migrauit autem ex hac vita
die xxvj. Decembris
M.CCCC.LXI.

De hac Ricciorum nobiliſſima familia Scipio Ammiratus ſcribit, hodieque adhuc ſplendida viget, & in Antonio Epiſcopo Aretino, qui nuper exaggeratione virtutum, ſuos maiores viſus eſt, dum viueret, potuiſſe æquare. Ac non ita pridem nitidiſſimum illud lumen emiſit, hoc eſt Catharinam Ricciam, adeo in monaſtica vita perſpicuæ ſanctitatis, vt pijs, ac vere catholicis illius diuini amoris radiantis flammæ eſſe non poſſint non admirationi.



68 PHILIPPVS Mediceus Florentinus, Vierij filius Epiſcopus Aretinus, ad Piſanam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1461. die decima quarta menſis Ianuarij, Pio Secundo ſedente. Ingentem Philippus in republica Florentina apud omnes exiſtimationem collegit non ſolum ob claritatem natalium, verum etiam ob ſingularem prudentiam qua effulſit, atque a republica in pluribus obeundis legationibus, dum Aretinum Epiſcopatum gereret, adhibitus fuit. Cum vero poſtea ad Piſanum Archiepiſcopatum euolaſſet, in Galliam ad Carolum Delphinum Galliæ recens Regem legatus collegas habuit Bonaccurſium Pythium Lucæ filium, & Petrum Pactium ciues nobiliſſimos, mox ad Paulum Secundum, vt nuper adeptum dignitatis apicem gratularetur, vna cum ſupra memorato Bonaccurſio, alijſque primarijs ciuibus eodem munere functus, ſummam apud ciues famam, gratiamque ſibi conciliauit, adeo vt reſpublica ſummis precibus, repetitiſque literis a Pio Secundo flagitaret, vt ipſum ad Cardinalatum eueheret, atque a Sixto Quarto dignitatem obtinuiſſet, ni mors importuna ea conſilia obruiſſet anno 1474. Inſpexi ego in Franciſci Gualdi Ariminenſis, ſancti Stephani Equitis muſæolo nummum ex ære conflatum, iſtius Philippi effigie forma elegantiſſima inſignitum, in quo gentilitia ipſius arma orbiculis octo diſtincta viſebantur, vt pari numero vetuſtiſſima Mediceorum familia, interdum vero ſeptem, alias nouem præferebat, tandemque ad numero ſex redegit, vti in Magni Hetruriæ Ducis inſignibus conſpicimus. In aduerſa illius nummi parte, extremi Iudicij ſpecies egregio artis lenocinio ad ſpectantium terrorem admirationemq; incisa conſpiciebatur; cumque eximia illius Præſulis forma, qui ex ea ſereniſſima domo profeminatus fuit, me ſui admiratione percu-

Hic ille eſt, qui Sixti Quarti nepos, ac Cardinalis diaconus, Pactianæ coniurationi, in fauorem patrui exiſtimatus eſt faces ſubdidiſſe, ideoque parum abfuiſſe, quin populo furenti pœnas daret, niſi prudentia, benignitaſque Laurentij Medicei interueniſſet. Piſanam Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad annum 1499. deinde eo munere ſe exſoluit. Opulentis ſacerdotijs abundauit propemodum vſque ad nauſeam. Fuit enim Epiſcopus Imolenſis, Malacenſis in Hiſpania, Archiepiſcopus Tarentinus, Salernitanus, aliarumque Eccleſiarum præfectura fulſit. Admodum ſenex ſub Decimo Leone defunctus eſt Neapoli anno 1521. ſub quo iterum capitis periculum adijt, quod in Leonem conſpiratori Petrucio ſtuduiſſe crederetur. Itaque Galero roſeo ſpoliatus eſt, iterumque ingenti pecuniæ ſumma mulctatus, eidem dignitati reſtitutus, exemplum ſane nunquam ſatis ſimpliciter arridentia fortunæ. Corpus eius Romam delatum in templo ſanctorum duodecim Apoſtolorum in marmoreo tumulo ſecluſum breui inſcriptione exornatum, quam leges in primo noſtro tomo in Epiſcopis Oſtienſibus. A



71 CÆSAR Riarius Sauonenſis Patriarcha Alexandrinus electus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1499. die tertia menſis iunij, quam Eccleſiam ad decem & nouem annos adminiſtrauit. Anno vero 1518. cum Malacenſi in Granatenſi regno commutauit. Obijt Paduæ, ſepultus iacet in capitulo fratrum ſancti Antonij, habetque in marmoreo tumulo hoc epitaphium.

CÆSARI RIARIO
PATRIARCHÆ ALEXAND.
EPISCOPO MALACITANO
F. FIRMVS COMES MAG.

Porro hoc ſedente Archipræſule anno 1511. inceptum hic conciliabulum aliquot Cardinalium aduerſus Iulium Secundum, quæ res cum populo innotuiſſet, arreptis, quæ furor ſubminiſtrabat, armis, omnes eos profugere coegit, qui ea de cauſa illic conuenerant.



72 HONVPHRIVS Bartolinius Zenobij filius nobilis Florentinus, Leone Decimo ita cen-
B ſente, Piſanum in adminiſtrationem obtinuit Pontificatum anno 1518. decimo die ſeptembris, deinde ab eodem Leone creatus Archiepiſcopus, ab Adriano Sexto confirmatur, vexillifero, ac prioribus reipublicæ Florentinæ hiſce literis commendatur, quibus Pontifex reipublicæ gratiam ille conciliare ſtuduit.

Dilectis filijs Vexillifero iuſtitiæ, & prioribus Florentinæ reipublicæ.

ADRIANVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dudum felicis recordationis Leo Papa X. prædeceſſor noſter dilectum filium Honu-
C phrium electum Piſan. tunc in decimoſeptimo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutum adminiſtratorem in ſpiritualibus, & temporalibus Eccleſiæ Piſanæ certo tunc expreſſo modo apud ſedem Apoſtolicam Paſtoris ſolatio deſtitutæ, donec vigeſimumſeptimum dictæ ætatis annum attingeret de fratrum ſuorum, de quorum numero licet abſentes tunc eramus, conſilio Apoſtolica auctoritate conſtituit, & deputauit, & deinde cum vigeſimum ſeptimum annum ætatis huiuſmodi attigiſſet ex tunc, prout ex ea die, & è contra de perſona ſua ſibi, & eiſdem fratribus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta eidem Eccleſiæ de ſimili conſilio auctoritate prædicta prouidit, ipſumque illi in Archiepiſcopum præfecit, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem eiuſdem Eccle-
D ſiæ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis cum dictus prædeceſſor antequam eius literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit rebus fuiſſet humanis exemptus, plenius continetur. Nos igitur ipſum Honuphrium electum ſuis exigentibus meritis paterna beneuolentia proſequentes, & cupientes, quod dicta Eccleſia ſub eius regimine in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus felicia ſuſcipiat incrementa, deuotionem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Honuphrium electum, & Eccleſiam prædictam ſuæ curæ commiſſam habentes pro noſtra, & dictæ ſedis reuerentia propenſius commendatos, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarn. D. 1522. pridie Kal. ſept. Pontif. noſtri anno primo.

A Hic in præcipuis Clementis Septimi Pontificis familiaribus fuit, in ijſque Præſulibus connumeratus, qui pro obſidibus, apud Cæſareum exercitum poſt inſignem illam Romæ populationem fuere, adieruntque manifeſtiſsimum vitæ diſcrimen, cum a militibus veræ pietatis oſoribus ad furcam deducti fuiſſent, quos deinde immani periculo perfunctos, Pompeius iuuit ad fugam per tubam camini arripiendam, cum prius prudentiſsimus Cardinalis potenti mero milites cuſtodes dementaſſet. Nobilem ſancti Galgani Abbatiam Honuphrius commendatam habuit. Eo præſule renouatum eſt Nicomedis Gamalielis, & Abdiæ ſepulchrum in Metropolitana, quod indicat ſequens titulus in marmore.

B

Gamalielis, Nicomedis, & Abdiæ patris,
filij, & nepotis,
vt Eccleſia docet ciuium terrenæ,
ac cæleſtis Hieruſalem
felici tempore traducta cadauera marmore
ſub hoc nouato conduntur
M. D. XXXV.

Vitam produxit Honuphrius vſque ad annum 1556. cumque prudentiæ, ac probitatis laude deinde exceſsit.

Familiæ Bartolinæ ſua vetuſtate clariſsimæ, perhonorificam mentionem edidit Varinus noſter lib. 3.

C

Ex hac Syllana tua Bartolina propago,
Nomine mutato Salibeni venit in vrbem:
Ex hac Pariſiam primus de gente coronam
Accepit: doctorque Italas remeauit ad aras.

Pro gentilitijs inſignibus præfert hæc domus rapiantem leonem media corporis parte rubeo colore ardente, altera candido in rubea area effulgente, pepericque duces ſummæ in rebus bellicis exiſtimationis, grauiſsimoſque in pace Senatores.

73 SCIPIO poſt hunc Rebiba Siculus Piſanum tenuit Pontificatum, cum Pauli Quarti eſſet familiaris protonotarius Apoſtolicus, Epiſcopus Motulenſis, Romæque gubernator anno 1556. die decimo tertio menſis aprilis. Qui proxime elapſo anno ab eodem Pōtifice creatus fuerat Cardinalis ad titulum ſanctæ Pudentianæ, hoc eſt 1555. quam Eccleſiam cum ad quatuor annos adminiſtraſſet, illam cum Epiſcopatu Troiæ commutauit anno 1560. in Apulia. Fuit patriarcha Conſtantinopolitanus, cauſarum fidei ſupremus inquiſitor, ad Philippum Regem munere legationis functus eſt, vir vtique ſummæ, reconditæque doctrinæ, ac libertatis. Septuagenarius ſupra tres ab multo abdomine Romæ deceſsit anno 1577. die 14. menſis iulij, ſepultuſque eſt apud S. Silueſtrum in monte Quirinali, vbi legitur epitaphium ſupra allatum in Epiſcopis Sabinenſibus.



74 IOANNES Medices, Coſmi magni Ducis Hetruriæ, & Eleonoræ de Toledo Hiſpaniæ filius, decem & ſeptem natus annos a Pio Quarto creatus Cardinalis ſanctæ R. E. diaconus S. Mariæ in Domnica, anno 1560. Roſeo pileo Florentiæ condecoratus eſt adſtantibus Cardinalibus Vidone Aſcanio Sfortia, Ludouicoque Guiſio, ac paulo poſt ab eodem Pio Archiepiſcopus Piſanus deſignatus eſt, ad cuius adminiſtrationem, dum interim inter momenta prudentiæ adoleſceret, Ludouicum Beccadellum Bononienſem virum doctrina, & ſanctimonia clarum Archiepiſcopum Raguſinum admouit, ac pro exornandis ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ canonicis has Apoſtolicas literas exorſuit.

P I V S   E P I S C O P V S
ſeruus ſeruorum Dei.
Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad ea, per quæ Cathedralium præſertim Metropolitanarum Eccleſiarum, & perſonarum, inibi Deo famulantium ſtatui, decori, & honori cum diuini cultus augumento conſulitur, libenter intendimus, illiſque quantum cum Deo poſſumus, fauorem Apoſtolicum impertimur. Sane cum, ſicut dilectus filius noſter Ioannes ſanctæ Mariæ in Domnica diaconus Cardinalis de Medicis nuncupatus, qui Eccleſiæ Piſarum perpetuus adminiſtrator in ſpiritualibus, & temporalibus per ſedem Apoſtolicam deputatus exiſtit, nobis nuper expoſuit canonici dictæ Eccleſiæ, quæ inſignis eſt, & antiquiſsima Metropolis exiſtit, qui fuerunt, & aliæ perſonæ, quæ dignitates in ea obtinuerunt, hactenus quibuſuis horis canonicis, ac miſsis, & alijs diuinis officijs, necnon D funeralibus, & proceſsionibus, ſinguliſque actibus capitularibus, quandoque cottas, quandoq; vero cappas rubeas, ſeu mantella rubea, quaſi ad inſtar Cardinalium, ſine tamen rocchetto lineo ab immemorabili tempore forſan ex priuilegio, ſeu indulto Apoſtolico, aut alias deferre conſueuerant, prout dilecti filij moderni ipſius Eccleſiæ canonici, & aliæ perſonæ dignitates in ea obtinentes adhuc deferunt, & gerunt, illiſque vtuntur. Si quilibet ipſorum canonicorum, & perſonarum, & eorum ſucceſſorum canonicatus, & præbendas, & dignitates in eadem Eccleſia pro tempore obtinentes rocchettum lineum ſubtus illius cappam rubeam, aut mantellum rubeum tempore quo ipſi canonici, & perſonæ illam, vel illud

deferre

de ferre conſueuerunt, & tempore vero, quo Cotta linea vtuntur ſine huiuſmodi cappa, vel mantello, mozzettam rubeam horis canonicis, ac miſsis funeralibus proceſsionibus, & actibus capitularibus præfatis deferrent, & illis vterentur, profecto ipſi canonici, & perſonæ in laudem diuini nominis digniori, & decentiori veſtitu ornarentur, & ipſa Eccleſia magis decoraretur, ac a Chriſti fidelibus ad eam pro tempore confluentibus amplius veneraretur. Nos igitur, qui decus honorem, & venuſtatem quarumlibet cathedralium Eccleſiarum, præſertim Metropolitarum, & perſonarum in eis Deo famulantium augere noſtris potiſsimum temporibus ſinceris exoptamus affectibus, eoſdem modernos, & pro tempore exiſtentes canonicos, & perſonas ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, contemplatione dicti Ioannis Cardinalis eiſdem modernis, & pro tempore exiſtentibus canonicis eiuſdem Eccleſiæ, ac alijs perſonis dignitatea in ea pro tempore obtinentibus, & eorum ſingulis quatenus rocchettum lineum ſubtus cappam rubeam, aut mantellum rubeum huiuſmodi tempore, quo ipſi illam, vel illud deferre, tempore vero, quo cotta linea vti conſueuerunt, mozzettam rubeam ſine huiuſmodi cappa, ſeu mantello in dicta Eccleſia ſingulis horis canonicis, ac miſsis, & alijs diuinis officijs, necnon funeralibus, & proceſsionibus tam intra, quam extra eandem Eccleſiam faciendis, ac actibus capitularibus publicis, & priuatis, & alijs iuxta ſtatuta, licita tamen, & honeſta, & conſuetudines per eos deſuper edenda, & edendas, ac facienda, & faciendas, quæ poſtquam edita, necnon facta fuerint, Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita publice, vel occulte deferre, & gerere, ac illis vti libere, & licite valeant, plenam, & liberam auctoritate prædicta, tenore præſentium concedimus licentiam, & facultatem, non obſtantibus quibuuis Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus concilijs, edictis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac fundationibus ſingulorum canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum eiuſdem Eccleſiæ, illiuſq. etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ, necnon collegio dilectorum filiorum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper veſtimentis ad eorum inſtar per alios non deferendis, & quibuſuis alijs ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam forſan per nos etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſsis, approbatis, & innouatis, ac concedendis, approbandis, & innouandis, quibus omnibus illorum tenore præſentium pro ſufficienter expreſsis habentes, illis alias in ſuis permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Domini 1560. 12. Kal. febr. Pontificatus noſtri anno 1.

Cæterum, ſpes, quas de nobiliſſimi adoleſcentis egregia indole mortales conceperant, mors importuna corrupit. Siquidem Piſis deceſſit anno 1562. die duodecima decembris, ætatis ſuæ xix. delatuſq; Florentiam apud ſanctum Laurentium, non ſine ciuium lacrymis tumulatus eſt, cum hoc epitaphio.

MARIA SALVIATA
COSMI MEDICIS FLORENTIÆ,
ET SENARVM DVCIS MATER,
ET IOANNES
S. R. E. CARDINALIS,
VNA CVM GRATIA FRATRE
AMBO MIRIFICÆ INDOLIS
ADOLESCENTES,
ET EIVSDEM COSMI FILII,
HIC AD TEMPVS QVIESCVNT.

In Ioannis, Gratiæ, matriſque eorum Eleonoræ Toletanæ obitu hos verſus edidit Paganus Licianenſis.

GRATIA cum moritur pulcher, magnuſque IOANNES,
Optima cumque parens ELEONORA perit.
Tum vere, æſtate, autumno ſpoliatus vt eſſet
Annus, deformis TVSCIA facta fuit,

Præclariſſimi adoleſcentis elogium ſcripſit Hieronimus Martius medicus Auguſtanus, Petrus Victorius, oratione iam cuſa Florentiæ, quo cadauer translatum, in Lauretaua Mediceorum æde habita, nonnullas laudes expreſſit. Ioannes virtutum ſuarum ſpem commouerat, ſingularis ingenij, indolis optimæ, non vulgaris eruditionis ſpecimen dedit, a Victorio optimus, caſtiſſimus, innocentiſſimus appellatus, a Pio Quarto, non tam, vt Coſmo parenti rem gratam faceret, quam quia futurum ſperabat, vt quemadmodum nomine, & vultu, ita doctrina, prudentia, pietate, & rebus geſtis Leonem Decimum referret, in Vaticanum Senatum fuit adlectus. Romæ Ioannes aliquando vixit, ſed corporis voluptates, lethales iuuenum ſirenas, magno animo contempſit: cum diem è mortali carcere abeundi Piſis aduenıſſe perſpiceret, ſacroſanctos terræ Principes Petrum, & Paulum intimis ſenſibus exorauit, vt perennem in cælo ſedem ſibi obtineret a Deo: cum Ponti-

fice abſente, quaſi præſente verba faciens, vt ſe, indulgentia, & benedictione donaret, obſecrauit, moriens autem dixit: Noli pie Pontifex hoſtium impetum reformidare, conſpirent in Romani principatus, veræque religionis perniciem Germania, Britannia, Gallia, ſtabit tecum ſuo rectore, quamuis procellis agitata, Petri nauis inuicta, & inclyta: hoſtes autem & hic, & apud inferos, poſt obitum, nefarij parricidij pœnas dabunt.



75 ANGELVS Nicolinus Florentinus, Matthæi filius doctor, ac eloquentiſſimus Senator, ad Paulum Tertium, Carolumque Quintum ſæpius legatus pro Magno Duce Coſmo, deinceps Senarum propter ſpectatam prudentiam, factus adminiſtrator, cum extuliſſet vxorem, ſub Pio Quarto Archiepiſcopus Piſanus euaſit anno 1564. die 14. menſis Iulij. Anno vero 1565. etiam Cardinalis ad titulum ſancti Calliſti. Eius fauore, & beneficio poſt tot bellorum turbines refloreſcente pace apud Hetruſcos, & renaſcentibus literarum ſtudijs tum in Piſana, tum in Senenſi academia, multi doctrina excellentes viri, & eruditione clariſſimi floruerunt: cuius prudentiam admiratus Paganinus Licionenſis eum Senenſium præſidem, & Piſanorum Archipræſulem ſic affatur,

Eſt in te virtus, in te prudentia ſumma,
Qua recte, ac iuſte te, populoſque regis.
Nil igitur mirum eſt, tantum virtutis amanti
Coſmo: & prudenti ſi ANGELE docte places;
Si te hic diuitijs, ſi te auget honoribus, ac te
Si FLORA, & SENAE, totus & orbis amat.
Si te Pontifices mirantur, debita iamque
Si caput exornat purpura pulchra tuum.
Si vox vna hominum te dignum dicit honore,
Qui ſuperas claudit, qui reſeratque fores.
Vos Florentini, & Senenſes diſcite, tuque
Orbis, quem ſurgens ſol videt, atque cadens,
Tanta virtuti quanta eſt ſapientia iuncta,
Quæ nobis tanta, & talia ferre poteſt.

Senis tandem repentino fato è viuis ſubductus eſt 18. Kal. ſept. anno 1567. eiuſdemq; cadauer delatum Florentiam in ſuorum maiorum ſacello apud Eccleſiam ſanctæ Crucis tumulatum eſt cum hoc epitaphio.

Angelo Nicolino Matthæi filio,
Angeli nepoti I. C. D. ac Senatori clariſſimo
Coſmi Hetruriæ Magni Ducis
Conſiliario,
qui primo ad Paulum III. Pont. Max.
& Carolum V. Imp.
legationibus egregie functus,
deinde Senarum gubernationi præpoſitus,
itemque Piſanæ Eccleſiæ Archiep.
poſtremo a Pio Quinto
in Cardinalium collegium cooptatus,
integritatem, & innocentiam ſuam
omnibus probauit.
Obijt anno ſalutis M. D. LXVII.
Ioannes filius legitimo matrimonio procreatus
patri optimo poſuit.

Hæc nobiliſsima familia in omni memoria, protulit viros egregios, præcipue autem, qui diuinum cultum impenſius perurgerent, ſtuderentque eccleſiaſtico decori. Inde enim traxit originem magnus ille Otho Archiepiſcopus Amalphitanus, hodieque in Florentina ſede viget, ac floret Petrus Nicolinus, qui ob ſpectatiſſimam vitæ probitatem, ac lenitatem morum promeruit eo faſtigij promoueri, nepos ſupra memorati Angeli Card. Nec minorem eidem familiæ ſplendorem videntur afferre duo germani fratres, Nicolinij marchiones, Franciſcus alter pro Ferdinando II. Magno Duce legatus ordinarius ad Pontificem, Vrbanum Octauum, alter ſereniſſimi principis Io. Caroli Card. Hetruriæ aulæ præfectus, de quibus merito illud vſurpari poteſt.

Non cenſus locuples, vel clarum nomen auorum
Sed magna probitas, ingeniumque facit.

76 IOANNES Riccius Montis Politiani Cardinalis ſublectus eſt Piſanus Archiepiſcopus 1567. die quarta menſis ſeptembris. Petrus Antonius Riccius ob ſuam probitatem, fidemque, domi, foriſque clarus, hunc Ioannem, de quo modo loquimur, progenuit, qui vix annos pubertatis egreſſus, hoc eſt quindecim tantum natus annos, Romam profectus eſt, illumque Ioannes Maria de Monte, qui poſtea fuit Iulius Tertius, inter familiares, aulicoſque honorarios excepit. Apud quem Riccius aulæ magiſter conſtitutus eſt, digniorique deinceps munere apud Alexandrum Farneſium perfunctus, omnibus ſolertiam ſuam, conſiliumque probauit. Inde cum tamquam vir probus, & doctus inclaruiſſet, ad Franciſcum, Regem Gallorum, Carolumque Quintum ſemel & ſæpius de rebus grauiſsimis legationem obiuit. Quamobrem tantum apud Paulum Tertium gratiæ collegit, vt illum Apoſtolicæ Cameræ clericum creauerit, ac in regno Luſitaniæ collectorem ſpoliorum, ac non multo poſt totius Hiſpaniæ eidem legationem detulerit. Interea Paulus fato ceſſerat, reuerſumque Romam Riccium Iulius III. Generalem Eccleſiæ Theſaurarium declarauit, Sy-

ponti-

pontinum Archiepiſcopum, adminiſtratoremq; A
Epiſcopatus Cluſini, anno vero 1551. etiam preſbyterum Cardinalem ad titulum ſancti Vitalis. Cæterum Riccius Montis Politiani, ſuæ patriæ primus Epiſcopus fuit, promotuſque Piſanæ Eccleſiæ; Riccium collegium fundauit, auxitque cenſu, vt ibidem octo Politiani iuuenes a gente Riccia nominandi, diuino cultui ſubſeruituri, imbuendique nobilibus diſciplinis alerentur. Suffraganeum habuit in Eccleſia Piſana Antonium de Laurentijs Montis Politianenſem Epiſcopum Cæſarienſem, qui poſteà fuit Epiſcopus Aſſiſienſis. Fuit idem diues, ac ſplendidus, quæ duo raro fœdus contingit inire. Etenim tum Politiani, tum Romæ conſtituendis magnificis ædificijs opes ef- B
fudit. Romæ deceſsit, vir vtiq; magnæ perſpicacitatis, habiliſque ad omnia ingenij, iam Albanenſis Cardinalis Epiſcopus factus, ſepultuſque eſt apud ſanctum Petrum in Monte Aureo, in ſacello a ſe ibidem magnifice extructo, cum hoc epitaphio.

Ioannes Riccius Politianus
S. R. E. presbyter Card. S Vitalis,
memor officij ſui ſacellum hoc Deo dicatum,
quo moneantur omnes
inter humana negotia
antiquiſſ. Dei curam habend.
Pon. Cur.
anno ſalutis C
M. D. LXXIII.



77 PETRVS Iacobus Borbonius, ex marchionibus montis ſanctæ Mariæ, filius marchionis Bartholomæi, ac Pantaſileæ Vitelliæ, ſancti Chryſogoni Abbas commendatarius, poſt aliquot ciuitates ſtatus Eccleſiaſtici prudentiſsime adminiſtratas, vnus ex ijs Præſulibus, qui ſacram implent conſultam, renunciatus eſt Archiepiſcopus Piſanus die 17. menſis maij anno 1574. atque a Gregorio Decimo tertio Pontifice Maximo inauguratus. Piſas interdicto ſuſpenſas tanquam Apoſtolicus legatus ea cenſura exoluit. Breuis Pontifex fuit, quod vix annum in ea dignitate expleuerit. Deceſsit enim 1575. cum a mortalibus, qui illum nouerant, maximam gratiam promeruiſſet,



78 LVDOVICVS Antinorius nobilis Florentinus, antea Volaterranenſis Epiſcopus, tum & Piſtorij ad Archiepiſcopatum Piſanum tranſlatus eſt 2. die decembris 1575. ipſe per ſe eius Archiepiſcopatus poſſeſsionem inijt, die vigeſima ſecunda menſis ianuarij 1576. eademque die cum ex inſperato incidiſſet in morbum, die decimatertia menſis februarij fato ceſsit, inconſolabile ſui deſiderium relinquens, ob perſpectam pietatem, prudentiamque, quibus vſus fuerat, dum Volaterranum, Piſtorienſemque Epiſcopatus adminiſtraſſet.



79 BARTHOLOMÆVS Iunius Florentinus, filius Dominici, adhuc decem & octo annorum iuuenis, viuidę indolis, habiliſque ingenij, D
canonicatum Florentinæ Metropolitanæ obtinuit, mox & decanus, ac ſancti Romuli rector, ſub Pontificatu vero Pauli Tertij ſecretarius Nicolai Ardinghelli, Cardinaliſque Farneſij, tum & magiſter aulæ Ferdinandi Cardinalis Medicei, qui poſtea Magnus Dux Hetruriam ſapientiſsime frenauit, ac demum in gratiam Franciſci primi, magni Ducis Hetruriæ, ad Archiepiſcopatum Piſanum ſubuehitur anno 1576. die vigeſima menſis februarij, cum iam prouectæ eſſet ætatis. Cæterum breuiori mora Piſanam Eccleſiam adminiſtrauit. Deceſsit enim anno 1577. die vigeſimo ſexto menſis iunij, cum octuageſimum quartum ætatis ſuæ annum expleſſet, ſepultuſque eſt in Piſana Metropolitana. Marcello Secundo Pontifici Maximo Ceruino familiaritate coniunctiſsimus fuit, a quo poſt aſſumptionem ad Pontificatum

Romam

Romam vocatus, eundem in Tiara videre non poſſit, cumque ſepulto Pontifice ſpes ſuas funeratas inuenit.



80 MATTHÆVS Rinuccinus Florentinus, literatura clarus, præſtantiſsimique conſilij Archiepiſcopus Piſanus ſublectus eſt anno 1577. die decimaquarta menſis auguſti, cum prius in ſula Romana trepida, implicitaque negotia ſapientiſsime explicuiſſet. Deceſsit anno 1582. die octaua menſis iunij, ſepultuſque eſt in Metropolitana in ſepulchro, quod ei defuncto Alexander Rinuccinus Magni Coſmi ſecundi generalis depoſitarius erexerat, vbi hæc ſequentia verba in nigro marmore inciſa leguntur.

Matthæo Rinuccinio
varijs Eccleſiæ Romanæ muneribus
in Italia,
atque Hiſpania functo,
deinde Archiepiſcopo Piſano.
Alex. Rinucc.
sereniſſ. Coſmi II. depoſit. General.
patruo meritiſſ. P.
Obijt anno Domini
M.D.LXXXII.



81 CAROLVS Antonius a Puteo Franciſci Marchionis Romagniani, comitiſque Ponderani, & Amodeæ ex comitibus Verugnſibus filius

A quarto genitus Bugellæ in Pedemonte natus pridie Kalendas decembris 1547. frater fuit Ludouici Pedemontis primi præſidis, & comitis Fabritij pro ſereniſsimis Sabaudiæ Ducibus apud Venetos, Magnoſque Hetruriæ Duces oratoris, nepos Caſsiani, alteriuſque Pedemontis primi præſidis: cuius etiam gentis fuit Iacobus Iuriſconſultus, & Senator, celeberrimi Iaſonis magiſter, Humbertus ſub Ioanne Vigeſimo ſecundo, & Iacobus iuris lumen ſub Iulio Tertio Pontificibus Maximis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Antonius Archiepiſcopus Barenſis ad Cæſarem pro Apoſtolica ſede nuncius, Ioannes Lucas Regij Lepidi, & Alphonſus ſancti Donnini Epiſcopi. Clara enim, & peruetuſta Putea familia, non ſolum apud Italos, verum & in Gallijs ſemper habi-
B ta eſt, & toga, & armis illuſtrium virorum genitrix, quorum virtutes egregie inſectatus noſter Carolus Antonius, facile ei fuit non ſolum in dignitatum ſimilitudine, ſed multo magis in omnium virtutum genere, & morum ſuauitate anteire: a puero namque literis ita imbutus eſt, vt Græce, Latineq; eximie eruditus haberetur, Philoſophiam, diuinamque Theologiam didicit, illa vt corporis, hæc vt animi tueretur ſalutem. Piſas autem bono omine cum ſe contuliſſet, iuriſprudentia clarus euaſit, cuius facultatis Bononiæ poſtea ſub Hannibale Monterentio lauream tulit. Taurinum deinde cum reuertiſſet, & cauſas ſcripſit, & perorauit egregie, nec multo poſt Florentiæ a Coſmo primo Magno Hetruriæ Duce vocatus, & ad ardua negocia accitus, tantam ab ſa-
C pientiſsimo illo principe, & a Franciſco filio gratiam inijt, vt ſupremi Auditoratus Fiſci illum admouerit, ac deinceps cum ſedes Piſana vacaret, illius Eccleſiæ Archiepiſcopum ſeligendum curauerit anno 1582. die prima ineuntis octobris, ſub Gregorio Decimo tertio inauguratus, primum apud ſacram Camaldulenſium Eremum ſacrum fecit. Qui non modo deinde Eccleſiæ ſibi creditæ regendæ ſuffecit, ſed etiam cum Ferdinando primo Magno Duce Hetruriæ totam adminiſtrauit, & ad publicum commodum eiuſdem ius dixit, vt olim ſub Coſmo vere Magno Ferdinandi patre, famoſus ille Iuriſconſultus Lælius Torellus Hetruſci Imperij molem ſuſtulerat. Non defuit in Ferdinando maximorum principum ſui ſeculi prudentiſſimo, erga præſtantiſſimum virum nec
D amor, nec gratia, adeoque eius virtutes, fidemque adamauit, vt non ſemel apud Pontifices Maximos per ſuos legatos exorauerit, vt purpura cohoneſtaretur. In victu ſobrius, in pauperes liberalis, rigiduſq; Eccleſiaſticæ ſuæ diſciplinæ conſeruator fuit. Literatorum virorum familiaritate vſus, coluitque quam maxime Cæſarem Mazzonium, & Bonamicum inſignes Philoſophos, Rodericum Fonſecam, Boruinque medicæ diſciplinæ famoſos, comitem Alexandrum Raudentem, Iacobumque Angelium Bargeũ iuriſprudentiæ excellentes, & in academia Piſana primarios viros. Nulla fere dies fuit, in qua per octo ad minus horas literis non vacaret. Tractatum compoſuit *de poteſtate principis*, alterumque *de feudis*, in tredecim libros plures, curioſaſque quæſtiones digeſsit, vnde perſpi-

perſpicaciſsimi ingenij haud ſane mediocrem laudem tulit. Nec defuit in religioſo Archipræſule pietas, nec charitas: ſummam ædem Piſanam magna ex parte labefactatam munificentiſsime refecit, palatium Archiepiſcopale inſtaurauit, Eccleſiæ ſancti Fridiani Piſis nobile lacunar obduxit, Sacramentoque altaris ciborium, vt vocant, erexit, illamque clericis regularibus Bernabitis illuc aduocatis attribuit. Fratres Minimos ſancti Franciſci de Paula in Eccleſia S. Torpetis introduxit. A fundamentis tum ſignis, tum picturis viſendum ſacellum ſubſtruxit in campo ſancto, illudque D. Hieronymo protectori ſuo dicauit; ſacrarium ſuperba ſupellectili ditauit. Equeſtris ordinis ſancti Stephani nobilem, diuitemq; commendam inſtituit, Puteanæ ſuæ gentis iuſpatronatum fecit, quam hodie tenet Eques Caſsianus Abbas ſanctæ Mariæ de Caburro, morum ſuauitate, eruditione, exaggeratiſq; virtutibus vir illuſtris, filius Antonij Caſsiani primi Pedemontis Præſidis filij, & Caroli Antonij Archiepiſcopi conſobrini Magnorum Hetruriæ Ducum Ferdinandi Primi, & Coſmi Secundi, ſupremi octouirorum magiſtratus, Hetruriæque militiæ generalis Auditoris. Puteanũ fundauit Piſis collegium commodis eidem attributis redditibus, vt illic Pedemontana iuuentus inſtitueretur. Infirmis honeſtis viris paupertate laborantibus, quibus per verecundiam publica Xenodochia petere non liceret, perpetuo ſumma pietate, ſummaque ad id pecunia relicta inſtituit, vt medici, chirurgi, vitæque neceſſaria gratis in poſterum tribuerentur. Denique vere pater pauperum, iuſtitiæ amator, cleri lumen, eccleſiaſticæ diſciplinæ propugnator, Hetruſcis Principibus fidus Conſiliarius. Sexagenarius deceſsit, cunctis bonis mœrentibus anno 1607. die 18. menſis iulij, ſepultus in campo ſancto in ſacello ſancti Hieronymi a ſe conſtructo, in tumulo, quod ſibi viuens parauerat cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Carolus Antonius Puteus
Franciſci Comitis Ponderani filius
Archiepiſcopus Piſanus.
Diem mortis,
& vniuerſalis reſurrectionis cogitans, D
locum hunc viuens ſibi ſtatuit
pro cadauere ſuo reponendo
quando diuinæ clementiæ viſum fuerit
ipſum ab hoc ſeculo nequam eripere.
Anno Domini M. DC.

Eius funus oratione lugubri proſecutus eſt Curtius Centoletta canonicus Piſanus, eiuſque laudes non tacuit doctor Attilius Curſius Florentinus perelegãti oratione in academia Florentina die 30. ſeptembris eiuſdem anni, & Franciſcus Bocchius perorauit, Antoninus vero Theſaurus in præfatione ſuarum deciſionum, Viuianus Viuianus canonicus, & archidiaconus Piſanus, & Epiſcopus Inſulanus in tractatu de iure patronatus, & Ludouicus Comes Landius de vetuſtis numiſ-

A matibus honorificam digniſsimi Archipræſulis mentionem fecerunt, cui dicat tractatum de comparatione Ariſtotelis cum Platone, Iacobus Mazzonus inſignis philoſophus.



82 SALVSTIVS Taruſius Politianus nepos Franciſci Taruſij Cardinalis Archiepiſcopi Senenſis, ex vtriuſque Signaturæ Referendario tertius ſuæ patriæ Antiſtes euaſit, atque a Clemente Octauo ſancti Spiritus in Saxia Commendator aſcitus, a Ferdinando vero Magno Hetruriæ Duce ad Regem Catholicum in Hiſpaniam legatus, demum ſumma probitate, ac fide eo munere functus, ad Piſanam ſedem ſubuchitur anno 1607. prima die exordientis octobris. In ea dignitate ad ſeptem
C annos ſuperſtes fuit, cumque recuperandæ valetudinis gratia conceſſiſſet Politianum, ibidem poſtremam diem obijt die decima menſis auguſti anno 1613. ſepultuſque eſt in cathedrali non ſine bonorum lacrymis.



83 FRANCISCVS Bonciannius Florentinus nobilibus parentibus, Paulo, & Honeſta de Naſis Florentiæ natus, Metropolitanæ Eccleſiæ canonicus, & Archidiaconus, varia literatura exornatus, morumque comitate præcipuus. Ad Archiepiſcopatum Piſanum aſſumptus eſt an. 1613. die ſexta menſis nouembris. Huius magna fuit inter Hetruſcos Principes propter multiplicem rerum vſum auctoritas. Deceſsit autem 1620. die vigeſima octaua menſis nouembris, ſepultuſque eſt in Metropolitana, fratreſque Dominicanos ſuæ nobilis bibliothecæ apud ſanctam Mariam

No-

Nouellam hæredes inſtituit. Ipſius gentilis fuit Ioannes Baptiſta Epiſcopus Caſertanus ſub Leone Decimo clarus, de quo in noſtro quinto tomo poſtea nonnulla enarrabimus. Boncianæ familiæ meminit Varinus noſter lib. 3. de illuſtratione vrbis Florentiæ.



84 IVLIANVS Medices præcipuæ prudentiæ laude notiſsimus, & apud Hetruſcos principes maxime gratioſus, Raphaele Mediceo clariſſimo Senatore, ac ſancti Stephani equite prognatus eſt. Pluribus pro Magno Hetruriæ Duce inclaruit legationibus ad Imperatorem, ad Regem Gallorum, extra ordinem vero ad Regem Poloniæ. A Paulo Quinto Archiepiſcopus Piſanus ſublectus eſt die decimaquinta menſis iunij anno 1620. Eccleſiæ ſibi creditæ amantiſſimus fuit, quippe qui ad rectam clericorum inſtitutionem in ea ſeminarium diuendita ſua ſupellectili argentea munificenter erexit. Suis etiam impenſis monaſterium ſancti Petri ad Gradus ædificauit, Operæ magiſtratui crucem adamantino lapide intertextam in ornamentum Archiepiſcoporum dono dedit. Auxitque ſacrarium cultu ſerico, auroque contexto. Graſſante vero contagio; oues ſibi commiſſas, poſthabito vitæ periculo clementer inuiſit, multa pauperibus erogata pecunia, cuius cum ad mille ſcutatos Ferdinandus Magnus Dux Archiepiſcopo Iuliano cenſuiſſet reſtituendos, ipſe abnuit accipere, ratus ſatius fore, ſi in Florentino Pietatis Monte ad lucrum collocarentur, vt ex eo cenſu in Eccleſia Inſulæ Gorgoniæ ſacerdos animarum curator poſſet ſuſtentari. Bernabitas clericos in Liburnum Portum induxit, duobus ex illis pœnitentiarijs, ducentis attributis ſcutatis; quingentis inſuper eiſdem erogatis, vt ædificandæ deinde Eccleſiæ pares forent. Quotanniaſuis impenſis plures in matrimonium collocabat puellas. Sacroſanctam Spinam, quæ in ſancti Spiritus ſacello aſſeruatur affabrefacto argento incluſit. Demum ita conſilio valuit, vt Magni Hetruriæ Duces de rebus politicis vbique & ſemper adhibuerint conſultationi. Viſus Iulianus eſt cum Ioanne Mediceo marchione ſancti Angeli bellatore egregio fratre decertaſſe. Etenim ſicut ille apud exteros Reges armis inclaruit, ſic iſte domi, foriſq; ob ſummam prudentiæ laudem euaſit longe clariſſimus. Fato demum conceſsit Iulianus populo Piſano mœrente, ſepultuſque eſt in Metropolitana anno 1636. die ſexta menſis ianuarij 22. diei hora. Procera ſtatura fuit, macilento, & pleno dignitatis aſpectu, affabili, commodo, ac peracuto ingenio, ita vt ad magna natus videretur, & altus. Ad ſepulchrum hoc ei deſignarunt epitaphium.

A

D. O. M.

Iulianus Medices Florentinus
Archiepiſc. Piſanus
poſt legationes ad Rodulphum Cæſarem,
B
Matthiam Vngarorum,
Sigiſmundum Polonorum,
Philippum Hiſpanorum Reges
prudentiſſime obitas:
poſt Ludouici Gallorum victorioſiſsimi Regis
arma prudenti eloquentia ab Italia,
cui domitis alpibus
minabantur, feliciter depulſa,
poſt operam Reipub.
ex teſtamento Coſmi II.
conſilio nauatam:
poſt defenſam opibus periculiſq; ſuis
a pauperibus peſtilitatem:
paternamque in omnes ordines charitatem,
C
virtutibus omnibus ſuæ par vigilia,
quod mortale habuit
hic depoſuit immortalitatis
conditus.
Obijt ætatis anno LXII
ſalutis
M. DC. XXXVI,
octauo id. Ianuarij.

D



85 SCIPIO ex Comitibus Elcijs, Senenſis, filius illius magni comitis Vrſij, cuius paulo antea prudentia, conſilioque Ferdinandus II. Hetruriam ſuam prudentiſsime adminiſtrauerat. Ex Pientino Epiſc. ad Piſanam ſedem ſubuectus eſt ann. 1636. m. febr. Iuuenis adhuc annis, ſed maturus iudicio, & vnde cordati poſsint magna ſperare, quæ egregiam indolem illam, nobilitatemque addeceant.

ADIA-

ADIACENSES EPISCOPI.



ADIACENSIS ciuitas in primoribus Corſicæ inſulæ oppidis numeratur, milliario tantum ab eaque diruta diſtat, vbi olim inſulæ Domini ſedem fixere. Pulchre in planitie conſtructa eſt, videturque recentem redolere architecturam, ibique vltra montes pro republica Ianuenſi locum tenens, vt vocant, ius ciuile pronunciat. Territorium admodum fertile habet. Huius ciuitatis Epiſcopus ſuffraganeus iam inde e ſuo exordio Archiepiſcopi Piſani eſt. Eius diœceſis quatuordecim plebanias continet, ſiue mauis oppida appellare. Raro vtitur clero, egetque ſacerdotibus, vt narrat Antonius Petrus Philippinus in hiſtoria Corſicæ, in eaque vnum tantum ordinis Seruorum ſpectatur monaſterium, Cathedralis eſt, quæ dum hic auctor ſcriberet, vie per quinque palmos fundamenta ipſe excefferat, iam opottet ad faſtigium perueniſſe, nec quicquam occurrit aliud, quod de hac ipſa Eccleſia enarrandum eſſe videatur. Series Epiſcoporum, qui in ea ſederunt, ſequens eſt, quem ex diuerſis monumentis eruimus, ſcripturiſque, quas iamen Adiacenſis Eccleſia haud nobis ſubmiſit.

1 ARDIZVS Epiſcopus Adiacenſis anno 1128. ſubſcripſit priuilegio Honorij II. Eccleſiæ Piſanæ indulto.

2 IOANNES Epiſcopus Adiacenſis interfuit concilio Lateranenſi ſub Alexandro Tertio celebrato anno 1179.

3 ANDREAS Hiſpanus monachus Benedictinus, ex Ciuitatenſi Epiſcopo factus eſt Epiſcopus Adiacenſis, vir plane doctiſſimus, vt ſcribit Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis lib. 4. c. 43. Vvion. lib. 2. ligni vitæ, tametſi quo floruerit, non indigitent tempus.

4 AMERICVS deceſſit 1322.

5 Fr. Vitalis Grachius Piſanus, ordinis Eremitani ſancti Auguſtini, ex deceſſu Americi electus eſt Epiſcopus ab Odone de Sala Archiepiſcopo Piſano anno 1322. atque ab eodem Florentiæ inauguratus, menſe decembri. Deceſſit autem Vitalis anno 1342. ex libro prouiſionum Prælatorum.

6 Fr. MANFREDVS de Calcinaria ordin. Minorum electus anno 1342. id. nouemb. Deceſſit 1345. ex regeſt. Vatic. ep. 81.

7 Fr. BERNARDVS, ſeu Bertrandus Eſcarpiti Gallus, ordinis Minorum in Epiſcopatum Adiacenſem ſucceſſit anno 1345. 12. Kal. iunij.

A Hic tandem ad Aſiſij Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1348.

8 F. PHILIPPVS de Vrſone Meſſanenſis, ad hanc eandem ſedem ſubuectus eſt anno 1348 quarto idus nouembris ex regeſto Vatic. ep. 152 fol. 95.

9 Fr. VINCENTIVS Laſſaro ord. Minorum electus anno 1351. 13. Kal. iunij, & regeſt. Vatic. ep. 11. fol. 6. obijt 1369.

10 SIMON ad eundem Epiſcopatum electus eſt anno 1369. 14. Kalend. ianuarij, ex regeſt. Vatic. Deceſſit autem anno 1401. Huic ſcribit Gregorius Vndecimus anno 1373. ſeptimo Kalend. ſeptembris, vt reconciliare poſſit hæreticos, &c.

B 11 PETRVS Epiſcopus Ampurienſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt a Bonifacio Nono Pont. anno 1401. 3. id. februarij. Deceſſit autem 1411.

Maurus ſanctorum Apoſtolorum Abbas de Celinis, ordinis ſancti Benedicti diœceſis Piſanæ ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1411. 12. Kal. apr. Ioanne XXII. ſedente.

C



12 Fr. PAVLVS Albertina Florentinus ordinis Minorum Ortanenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1420. die quinta menſis iunij, qui etiam deinceps Anconitanæ Eccleſiæ Præſul fuit anno 1422. Scutum cæruleum cum catenis argenteis habet Albertia gens pro inſigni.

13 ANDREAS, ex Epiſcopo Ciuitatenſi, huc tranſlatus eſt anno 1422. pridie non. ſeptemb.

D Deinde anno 1427. tertio nonas maij ad Epiſcopatum Megarenſem, de quo in ſuſpicionem incidi, an idem ille eſſet, de quo ſupra commemorauimus, ſed cum mihi nulla certior coniectura occurreret, rurſui relinquendum in medio.

14 Fr. LVCAS de Cſiedo, ordinis Eremitani ſancti Auguſtini, tranſlato Andrea ſublatus eſt anno 1429. ſeptimo Kalend. februarij. Obijt 1438.

15 VALERIANVS de Calderinis Ianuenſis, electus 7. Kal. iunij 1438. Epiſc. Adiacenſis ad Sagonenſem Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1438. 14. Kal. auguſti.


16 RAPHAEL Spinula ordinis Minorum Sauonenſis, electus eſt ab Eugenio Quarto ſummo Pontifice anno 1438. die vigeſimaſecunda menſis auguſti, quam Eccleſiam adminiſtrauit

vſque ad annum 1457. deinde eo munere libens, A
volenſque abiuit.

17 Fr.DEODATVS Bacconius, ex ordine Seruorum, ad Epiſcopatum hunc aſſumptus eſt anno 1457. die 2. menſis maij, de quo Archangelus Gianius in annal. Seruorum.

18 NICOLAVS ad eandem ſedem vocatus eſt anno 1477. id. f.bruarij.


19 PAVLVS Cardinalis Fregoſius Ianuenſis, Adiacenſem Eccleſiam ſumpſit regendam, anno 1481. qua quidem adminiſtratione, cum cæteris dignitatibus, quas aliquando fuerat conſecutus, a Sixto Quarto in publico conſeſſu Patrum purpuratorum ſpoliatus eſt, deinde ab eodem Pontifice in integrum reſtitutus.



20 Fr.PHILIPPVS Pallauicinus Ianuenſis C
Antoniotti Cardinalis Pallauicini nepos, ex deceſſu Cardinalis Fregoſij hunc obtinuit Epiſcopatum anno 1498. die 21. menſis maij. Haud ſatis mihi conſtat, an hic ille idem Epiſcopus ſit, qui anno 1539. fato ceſſit.



21 LEONARDVS Turnabonus nobilis Florentinus, olim Epiſcopus Burgenſis, ad hanc Eccleſiam translatus fuit anno 1539. die vigeſima quarta menſis martij. Deceſsit autem anno 1540.



22 ALEXANDER Guidiccionius Lucenſis Pauli Tertij Magiſter aulæ, electus eſt an. 1541.
B die decima menſis ianuarij. Vir ſane a Pontificibus in pretio habitus, idcoque grauiſsimis negotijs explicandis ſemel, & ſæpius admotus, creatuſque ſancti Spiritus in Saxia Commendator. Obijt diem poſtremum Romæ ann. 1552. die ſeptima menſis octobris, ſepultuſque eſt in illa Eccleſia apud quoddam ſacellum ab eo exornatum, atque dotatum, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Alexander Guidiccionius
Adiacenſis Præſul,
Xenodochij huius Præſ.
vir in omni vita clarus,
legationibus ad Reges, ac curia muneribus
aliquot honorifice functus,
communis ſortis,
& humanæ inconſtantiæ mem.
ſepulchrum in ſacello
hoc dote per ipſum aucto
ſibi viuens poſuit M.D LII.
Vixit ann. LXIIII.
Obijt 7. octobris
M. D. LII.

23 IOANNES BAPTISTA de Bernardis Lucenſis electus anno 1548. die 22. menſis martij,
D ex ceſsione Alexandri, illamque Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad annum 1578. ac deinde eo munere volens abiuit. Concilio Tridentino dicitur interfuiſſe. Ad quem Pij Quinti ſequens extat epiſtola, in qua ad Epiſcopalis curæ munia diligenter obeunda eumdem cohortatur.

Venerabili fratri Ioann. Epiſcopo Adiacenſi in Corſica.
Venerabilis frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Commiſsi nobis officij ſolicitudo, diuiniq; honoris zelus coegit nos, hoc tempore, quo data a dilectis filijs, Duce, & Gubernatoribus reipublicæ Ianuenſis, populis iſtius Inſulæ pace, & omnipotentis Dei miſericordia diuturno, luctuoſoque bello finem impoſuit; fraternitatem tuam, & cæteros eiuſdem Inſulæ Epiſcopos fratres noſtros,

ſtros, & ſingulos ad officium ſuum Eccleſiæ propriæ præſtandum, ſuique gregis cuſtodiam, hortari atque excitare. Id autem eo etiam ſtudioſius, tibi, cæteriſque fratribus, Epiſcopis noſtris faciendum eſſe iudicamus, quo propter diuturni belli mala & creuiſſe populorum iſtorum peccata, & eorum licentiam magis auctam non dubitamus: vt apud quos peccatis eorum, ac noſtris id facientibus, tot animarum vulnera, morbique inualuerunt, vt ſpiritualium medicorum, paſtorumque propriorum cura magnopere indigere videantur. Hoc vtique conſiderans fraternitas tua, officij tibi a Deo commiſsi memor, omni ſtudio, cura, atque induſtria ad gregem fidei tuæ creditum paſcendum inuigilet: corruptos, deprauatoſque clericum, cæterorumque hominum, in tua diœceſi mores tum lenitate, tum ſeueritate, prout res ipſa poſtulare videbitur, adhibita, corrigere, atque emendare conetur: Tridentini concilij decreta, quorum intereſt, in vſum adducere curet: peccata publica, ſi qua forte, vt fit diſſolutis nimia licentia moribus corroborata ſunt, extirpare conetur. Illud præterea omnibus viribus, ac diligentia enitı debes, vt inſtituendorum in tua diœceſi puerorum, atque etiam natu grandiorum, paternam, bonoque Paſtore dignam, quam maximam curam ſuſcipias. Ad eam rem vtiliſsimum erit, vt per eos quos oportet, quique idonei ſunt, doctrinam Chriſtianam edoceantur, catechiſmus vulgari ſermone editus, legendus illis proponatur, populus ipſe ad audiendum Dei verbum, præcipue diebus feſtis, ad aliaq; Chriſtianæ pietatis opera, hortationibus paternis incitetur. Hæc & ſi quæ alia tibi, paſcendo gregi tuo vtiliora videbuntur, ſedulo age, dieique at noctes meditare, ſciens, æternum illum iudicem, cuncta quæ egeris, quæque omiſeris, in illo vltimo iudicij die diligentiſsime, ac ſubtiliſſime requiſiturum, atque vnumquemque noſtrum, non ex ſublimioris gradus prærogatiua, ſed ex operum meritis approbaturũ. Obſecramus ergo te, frater, & per viſcera Dei noſtri etiam, atque etiam obteſtamur, vt quoniam paſtor conſtitutus es, dominuſque ab his, quos paſtores conſtituit, fructum multiplicati gregi expectat, de creditorum tibi populorum moribus ſolicitus ſis, hortationibus, monitis, prædicatione, futuri iudicij terrore prætenſo, relictis peccatis, ad Deum conuerti ſuadeas, vt ad æterni iudicis tribunal conſtitutus, ſuauiſsimam illam vocem audire merearis: Euge ſeruæ bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Hæc pluribus fraternitatem tuam hortati ſumus, non voluntati, aut ſtudio erga Eccleſiam tibi creditam diffidentes, ſed paterni animi noſtri affectum, omniumque Eccleſiarum ſolicitudinem, quæ in nobis eſſe debet, teſtificantes.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 4. maij 1569. Pontificatus noſtri anno quarto.

24 CHRISTOPHORVS Guidiccionius Lucenſis, ad hunc eundem Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1578. die 14. menſis maij. Deceſsit autem 1587.

25 IVLIVS Iuſtinianus Ianuenſis, creatus eſt anno 1587. 28. die menſis ſeptembris. Fato autem functus eſt anno 1616.

26 FABIANVS Iuſtinianus Ianuenſis, creatus eſt Epiſcopus a Paulo Quinto Pontifice Maximo anno 1616. die 5. menſis iulij. Obijt anno 1627.

27 OCTAVIVS Riuarola, Dominici Cardinalis nepos, electus quinto iulij 1627. Viuit.

ALERIENSES EPISCOPI.



ALERIA in Corſica perantiqua ciuitas, elapſiſque temporibus potens, colonia quondam Romanorum, quam Sylla dictator excidit, cuiusque alicubi meminerunt Plinius, ac Ptolemæus. Super collem ſuperbe faſtigium extulerat, quem vndequaque iucundiſsimus terræ tractus circumdabat, eius modo tantummodo ſpectantur ruinæ. Cathedralis funditus exciſa, conuenientium videtur lachrymas poſſe excire. Narrat Antonius Petrus Philippinus Archidiaconus in hiſtoria Corſicæ lib. 1. hanc ciuitatem cum alijs Corſicæ ſacra Chriſtiana ſuſcepiſſe temporibus Paſchalis Primi Pontificis, qui miſsis illuc aliquot ſacerdotibus fidem Chriſtianam extendit, ac quinque ibidem Epiſcopatus inſtituit, qui partim Piſanæ, partim Ianuenſis Eccleſiæ arbitrium præſtolarentur. Conſtat tamen, quicquid Philippinus enarret, a Gregorio Septimo, Vrbanoque Secũdo Pontificibus, hanc Alerienſem Eccleſiam, cum alijs duabus Archiepiſcopo Piſano fuiſſe ſubiectas, atq; hoc tempore etiam Piſarum Præſulem ſuum in illis exercere imperium. Duorum millium ſcutatorum redditibus hac Eccleſia gaudet, decemque & nouem continet plebanias. Atque hoc ipſum eſt, quod de huiuſmodi Eccleſia enarrari poſſe videtur. Etenim defuerunt illi ſcriptores, qui quæ digna erant iacerent in commentarios. Itaque niſi regeſta ſummorum Pontificum, librique prouiſionum Prælatorum me iuuiſſent ſcribentem, pauci, qui in Alerienſi ſede ſederunt, emerſiſſent ad lucem.

1 N. . . . Aleriæ Epiſcopus, cuius nomen non extat, cum anno 1252. frequentibus Aleriæ cladibus, quibus miſera ciuitas ob excurſionem piratarum afficiebatur, mederi vellet, perfecit induſtria ſua, ac ſtudio, vt plures Hetruſci ad incolendum illud oppidum in maris littore ſitum confluerent, vtque eo ipſos alliceret ad defenden-

dum illud, muniendumque contra barbarorum, ac maris prædonum impetus ab Innocentio IV. ampliſsimam criminum condonationem ijs comparauit, qui ad incolendum locum ſe conferrent, confirmant dicta Apoſtolicæ literæ ad Epiſcopum ea de re exaratæ, atque a nobis ex Vaticano archiuio deptomptæ.


Epiſcopo Alerien. inſulæ Corſicæ.

Expoſuit nobis tua fraternitas, quod ex eo, quod caſtrum Aleriæ, quod eſt iuxta mare, in quo ſedes tua Epiſcopalis conſiſtit raria incolitur habitatoribus illud piratæ frequenter euntes per mare obſident, teque, ac homines dicti Caſtri ſpoliantes bonis veſtris, ac nonnulli magnates, & homines tuæ diœceſis illud idem Dei timore poſtpoſito facientes graues tibi, & tuis inferunt iniurias. Quare nobis humiliter ſupplicarunt, vt vicini multi de Tuſcia, & alijs partibus ad inhabitandum ipſum caſtrum venire deſiderent, teque, ac iura tua, & eccleſiaſticam libertatem ab huiuſmodi perſecutoribus defendere, dummodo aliquam ſuorum peccatorum indulgentiam per ſedem Apoſtolicã conſequãtur, ſuper hoc prouidere ſalubriter curaremus. De tua igitur circumſpectione plenam in Domino fiduciam habentes, concedendi vice noſtra venientibus illuc, & tibi aſſiſtentibus in præmiſſis, illam ſuorum peccaminum veniam, de quibus vere contriti fuerint, & confeſſi, quam ſecundum Deum ipſorum animarum ſaluti expedire videris, auctoritate tibi præſentium concedimus facultatem.

Datum Peruſij 10. *Kal. martij anno* 10.

2 Fr. NICOLAVS Forteguerra Senenſis, ex ordine Prædicatorum Epiſcopus Alerienſis effectus eſt anno 1270. de quo Michael Pius lib. de vir. illuſtr. ord. Prædic.

3 Fr. BARTHOLOMÆVS de Beneuento ord. Prædicatorum Epiſcopus Alerienſis translatus ad Amelienſem Eccleſiam ab Vrbano Quarto anno 1264. ex regeſto Vaticano epiſtola 113. fol. 33.



4 Fr. GHERARDVS Orlandinus Piſanus, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, Epiſcopus Alerienſis anno 1322. Ludouico Bauaro fauit, eundemque Romæ coronauit 1328. ſecutus noxioſiſſimas partes antipapæ Corbarij, a quibus, ſcilicet Bauaro, Corbarioque in ſedem Piſanam in-

A truſus fuerat, inde per ſolemnem iniuriam Simone Salterello ſanctiſſimo homine deturbato. Quãobrem Gherardus iſte a Ioanne Vigeſimo ſecundo Pontifice omni honore ſpoliatus eſt die ſecunda menſis martij anno 1330. Piſiſque eiectus miſere diſperijt. Parma aureis, cæruleiſque taxellis expreſſa eſt gentis Orlandæ apud Piſanos.

5 Fr. GALGANVS Blaſij, filius quondam Buccæleonis Florentinus, ex ordine Minorum, depoſito Gerardo ſuffectus eſt anno 1330. 2. id. martij, annoque 1342. translatus eſt ad Eccleſiam Cephaludenſem.

6 Fr. VVILLELMVS Arcumbaldi ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini electus 1342. 18. Kalend. februarij, ex regeſt. Vatic. ep. 77. anno 1. Clementis Sexti translatus ad Signienſem Eccle-

B ſiam anno 1345.

7 Fr. ARNALDVS Epiſcopus Signinus, ad hanc ſedem euectus 1345. 3. Kal. aug. ex reg. Vat. ep. 13. fol. 21. anno 4.

8 RAYMVNDVS 1354.

9 IOANNES. Obijt anno 1362.

10 Fr. BLASIVS autem ord. Prædic. electus anno 1362. 6. id. nouemb. ex lib. 3. prouiſ. Prælat. Vrbani 5. anno 1.

11 SALVINVS de Nebio, ex canonico electus Epiſcopus non. nouembris 1366. obijt 1406.

12 BARTHOLOMÆVS ex Archidiacono Volaterranenſi electus eſt 1406. idus ianuar. Deceſſit 1411.

C




13 OTHOBONVS de Lomellinis Ianuenſis, creatus eſt 1411. 12. Kal. martij: è viuis autem

D exemptus eſt 1412.

14 AMBROSIVS canonicus Maranenſis, Eccleſiæ, Othobono ſucceſſit 1412. 18. Kalendas februarij.

15 Fr. LEO ordinis Prædicatorum, electus anno 1440. 15. Kal. octob.

IOAN-



16 IOANNES ANTONIVS de Buxijs Viglienauenſis, Sixto Quarto a ſecretis, vir doctus, atque a Volaterrano laudatus, lib. 21. antipologiæ. Romæ deceſſit 1455. ſepultuſque eſt in Eccleſia ſancti Petri ad Vincula in prægrandi arca marmorea, vbi ſequens epitaphium legitur.

Ioanni Antonio Epiſcopo Alerienſi
gente de Buxijs,
patria Viglieuanenſis,
Sixti Quarti Pontif. Max.
Ref. Biblioth.
Secretarioque venerando Senatui,
ac toti Eccleſiæ charo,
qui fuit pietate, fide,
literis inſignis,
de patria, parentibus, amicis,
& omnibus benemeritus.
Iacobus
frater germanus pientiſſ.
Vix. ann. LII. menſ. VI. dies II,
Obijt anno Iubilei
M. CCCC. LXXV.
prid. non. febr.

17 ARDICINVS a Porta Nouärienſis, Iunior appellatus, alterius Ardicini quondam Cardinalis nepos, nobilibus ortus parentibus, literiſque egregie cultus, iam inde ab adoleſcentia adeo fuit in pretio, vt conciues ſui eundem habere Epiſcopum exoptarent. Cum Archiepiſcopi Florentini vicarius eſſet, magnam infracti, inuictique animi famam collegit, quod Pauli II. minaciſſimum monitorium contra Florentinam rempublicam in publico affigere, euulgareque fuiſſet auſus: Sixti Quarti deinde datarius fuit, anno vero 1475. decimo Kalendas maij, eumdem Alerienſem Epiſcopum creauit, legatumque adminiſtratorem ad diuerſas, pluresque ditionis eccleſiaſticæ ciuitates. In quibus adminiſtrandis cum ſe prudentiſſime geſſiſſet, iuſto deinde munere legationis functus eſt inter Matthiam Pannoniorum Regem, Fridericumque Tertium Imperatorem inuicem intentantes arma, illiſque auctor fuit ponendi arma, iungendique fœderis, vt euenit feliciter. Reuerſus ergo ad curiam nimium quantum apud omnes inclaruit. Conſtat deinde implicatiora, grauioraque Pontifices ſummos ad Ardicinum detuliſſe negotia. Itaque cum omnes viro de vniuerſali Eccleſia optime merito purpuram deſtinaſſent diſtuliſſetque Sixtus Quartus id facere, Octauus Innocentius omnium votis ſemel ſatisfacturus illum vocauit ad purpuram: quæ dignitas omnium maxima, non modo Ardicinum ſuperbe non extulit, ſed etiam variantis ſortis humanæ ſalutariter tandem admonuit, itaut Camaldulenſem Eremum ſerio cœperit cogitare. Adit ergo Pontificem ab ea dignitate, quæ nuper ei delata fuerat, miſſionem impetraturus, ad poſtulata difficilem Pontificem offendit, quem tandem repetitis ſuæ poſtulationis vicibus expugnat, poſitaque purpura iam ad Eremum pergebat, cum datæ veniæ ſero ſubiit pœnitentia Papam. Mittit ergo prouidus viros, qui virum inſignem ex profectione retraherent. Redijt ille, ſed ægre, obtemperaturus Pontifici, purpuraque iterum indutum, inuolutumque negotiorum ambagibus tanta mœſtitia cepit, vt mœrentibus cunctis, haud multo poſt ſub Alexandro Sexto è vita diſceſſerit anno 1493. 5. non. nouembris, ſepultuſque eſt apud ſanctum Petrum cum hoc epitaphio.

Ardicino de la Porta
Ardicini Cardinalis nepoti
Epiſcopo Alerienſi
I. V. præſtantiſſimo Conciliatori
Matthiæ Hungariæ Regis
cum Federico III. Auguſto
Gratiarum Iuſtitiæque Referendario,
ac Signatori
ſedente Sixto IV.
& Innocentio Octauo,
& ab hoc ſponte ob merita
Presb. Card. electo.
Qui vixit annos LIX.
Deceſſit ſub Alexandro Sexto
ab ſalute noſtra
M. CD. XCIII.
pridie nonas nouembris
domeſtici clientes
hæredes ſacello ornato monimentum
Hero pari exemplo
poſuerunt.

18 HIERONYMVS Pallauicinus Ianuenſis nepos Cardinalis Antoniatti Pallauicini, ad hanc ſedem aſſumptus eſt anno 1493. Hic duos inſignes fratres habuit, Philippum Epiſcopum Adiacenſem, & Ioannem Baptiſtam Epiſcopum Caballicenſem, qui poſtea purpura Senatoria decoratus eſt.

19 ANTONIVS, è viuis ſublatus eſt anno 1503.

20 Fr. IACOBVS Petruccius ordinis fratrum Minorum electus 1503. die vigeſima quarta

ta menſis aprilis. Deceſsit autem 1517.

21 INNOCENTIVS Cardinalis Cibo, hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit an. 1517. die 14. menſis iunij, eoque munere functus eſt ad tres annos.

22 FRANCISCVS Pallauicinus Ianuenſis, creatus anno 1520. die decima nona menſis decembris ad multos annos Alerienſem Eccleſiam adminiſtrauit, prouectæque ætatis Petrum Franciſcum nepotem ſuum coadiutorem aſciuit anno 1551.

23 PETRVS FRANCISCVS Pallauicinus à patruo cum ſpe futuræ ſucceſsionis coadiutor Eccleſiæ Alerienſis aſcitus eſt anno 1551. die 30. menſis maij.



24 ALEXANDER Saulius Ianuenſis, tametſi Mediolani natus, parentes habuit Dominicum Patritium Ianuenſem, ac Thomam Spinulam nobiliſsimam fœminam. Iam inde ab adoleſcentia iuriſprudentiæ operam dedit Ticini, ſed Inſtinctu deinde diuino, clericalem vitam excolere aggreſſus eſt, ex regula Clericorum regularium ſancti Pauli decollati, quos vulgo Bernabitas appellant, anno 1551. apud quos cum alacritate mirabili humanas, diuinaſque nobiliores diſciplinas percurriſſet diſcendo, eo peruaſit exiſtimationis, ac famæ, vt publice deinde, quod peritiſſime hauſerat, profiteretur. Quamobrem Pius V. illum in Alerienſem Epiſcopum cooptauit anno 1571. inauguratuſque eſt Ticini ab Hippolyto Rubeo, qui poſtea Senatoria purpura fulſit. Viginti omnino annos Alerienſem Saulius adminiſtrauit Eccleſiam, miro charitatis, pietatiſque exemplo. Inſtituit enim, aluitque redditibus clericorum ſeminarium, ac publice ipſe per ſe ſibi creditas oues Chriſtiana doctrina imbuebat. Epiſcopatum ſubſtruxit, itaque ampliauit, & ornauit, vt commode iam illic ſucceſſores Epiſcopi commorari poſſe videantur. Catechiſmi Romani capita præcipua, ſcituque digna in dialogum compuit, quo commodius parochorum ſubſeruiret memoriæ. In ſumma vbique, & ſemper Saulius ita ſe geſsit, vt cum deinde ex arbitratu Gregorij Decimiquarti Pontificis ad Ticinenſem Eccleſiam transferretur anno 1591. & exultarent qui paſtorem illum excepturi erant, & Alerienſes, vnde diſcedebat, ex corde mœrerent. De eo plura in Ticinenſibus Epiſcopis.

25 OCTAVIVS Belmoſtus Ianuenſis, electus anno 1591. die 31. menſis iulij, quam Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad annum 1608. deinde eo munere ſponte abiuit, verſatuſque in aula Romana, ijs muneribus functus eſt, quæ illi ſub Paulo Quinto Pontifice Maximo purpuram conciliarunt anno 1616. die 19. menſis ſeptemb. ſub titulo ſancti Blaſij ad annulum. Paulo poſt è viuis exceſsit Romæ 1618. die 16. menſis nouembris, ſepultuſq; eſt cum hoc epitaphio apud ſuum titulum.

D. O. M.

Octauio Belmoſto Ianuenſi
S. R. E. Card.
primo huius Eccleſiæ titulari,
quem ex Alerienſi Epiſcopatu
per grauiſsima Romanæ aulæ munera
ſub Paulo Quinto Pont. Max.
ob eximiam virtutem
ad Cardinalatum euectum
propera mors ſpei
florentiſsimæ ſubduxit
Anno ſal. M. DC. XVIII.
ætatis LIX.
Auguſtinus Belmoſtus hæres
ex teſtamento
fratri optimo mœrens P.

26 DOMINICVS Riuarola Ianuenſis, nobilibus ortus parentibus, adhuc iuuenis literis nobiliter excultus eſt. Quamobrem ſuæ patriæ canonicatum obtinuit, ſed cum ea dignitas impar Dominici celſo animo eſſet, relicta patria, Romam profectus eſt. Ibi cum fauore Gallorum legati acceſſum habuiſſet ad aulam Scipionis Burghesij nepotis Pontificia, inque eiuſdem rebus domeſticis adminiſtrandis ſe geſſiſſet egregie, ad vacuam Alerienſem ſedem promotus eſt die decima menſis decemb. anno 1608. ſed cum promptus, alacerque animus Riuarolæ Paulo Quinto Pontifici maxime placuiſſet, non modo non ſinit illum Aleriam proficiſci, ſed Romæ iuſſum morari, auditorem Cardinalis Burghesij illum pronunciauit, tranſtulitque ad Archiepiſcopatum Nazarenum, deſtinauitque legatum ad Henricum Quartum Regem Gallorum; qua legatione tametſi haud functus fuerit, cæſo Rege, Pariſios tamen peruenit, inde Romam reuerſus a memorato Pontifice ad purpuram euectus eſt ſub titulo ſancti Martini in Montibus, anno 1611. die ſeptima menſis auguſti, neque bene elapſo anno Æmiliana legatione illum condecorauit, qua vſque ad obitum Pauli Quinti egregie perfunctus eſt. Comitijs interfuit, vbi duo ſummi Pontifices, Gregorius ſcilicet Decimus quintus, ac Vrbanus Octauus euaſerunt ad ſedem. Vnus è Patribus ſacræ Conſultæ fuit, ac Epiſcoporum, & regularium. Romæ deceſsit anno 1627. die tertia ianuarij, cum quinquaginta omnino annos vixiſſet, ſepultuſque eſt

eſt apud ſanctam Mariam de Scala, mox inde ad ſanctam Mariam de Victoria transferendus.

27 Fr. IOANNES Scalus ordinis ſancti Dominici electus die 15. menſis iunij ann. 1609. è viuis exemptus eſt 1611.

28 IOANNES FRANCISCVS Myrtus Neapolitanus clericus regularis Theatinorum a Paulo Quinto ad hanc ſedem ſubuectus eſt anno 1611. die 18. menſis ſept. cum antea fuiſſet egregius concionator.

29 Fr. DECIVS Iuſtinianus ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Alerienſis. Obijt anno 1642.

30 OCTAVIVS Cardinalis Raggius Ianuenſis ſucceſſit Decio anno 1643. die duodecima ianuarij, Eccleſiam ſuam inuiſit ſumma populorum gratulatione, pauloque poſt Romam reuerſus exceſſit anno 1644. menſe ianuarij, ſepultus eſt in Eccleſia Nominis Ieſu.

B

31 AVGVSTINVS Donghus Ianuenſis Clericus regularis Theatinus, Stephani Donghi Cardinalis frater, electus die 18. aprilis 1644. munus conſecrationis accepit die 13. maij eiuſdem anni in Eccleſia ſancti Andreæ de Valle per manus Dominici Cardinalis Spinulæ Epiſcopi Mazarienſis.

C

SAGONENSES

EPISCOPI.



D

SAGONA Corſicæ perantiqua ciuitas, vt fabulantur quidam, a Sauino quarto Corſi filio poſt Troianam ruinam ædificata eſt: vtvt res ſit, antiqua fuit, & in fertili ſolo ſita, olim a Turcis deuaſtata, vix hodie eius conſpiciuntur veſtigia, nec fere quicquam aliud occurrit, quod de ea vere efferri poſſit, quod nullus fere ſcriptor reperiatur, qui res Corſicas monumentis ad memoriam futurorum extenderit. Decem omnino plebanias ſubiectas habet, atque Epiſcopali dignitate condecoratur, cuius Præſul Archiepiſcopi Piſani ſuffraganeus eſt. Epiſcopus reſidere ſolet in terris Vici, & Calui, in eiſdem locis Eccleſiæ cathedrales mediocris ſtructuræ viſuntur, prima ſub inuocatione B. Mariæ Aſſumptæ, & altera Calui ſancto Ioanni Baptiſtæ dicata. Conſtat temporibus Paſchalis Primi Pontificis, quinque Epiſcopatus in Corſica poſt Saracenos fugatos, fuiſſe erectos, in quibus Sagonenſis fuit. In hanc etenim inſulam

A

plures parti in Piſani, partim Ianuenſes demigrarunt ſacerdotes, qui a Saracenis exhauſtam ibidem fidem Chriſtianam inſtaurarent, quam iam olim illic plantatam ab Apoſtolorum alumnis veriſimile eſt. Eius Epiſcopatus cenſus vix ſexcentos ſcutatos excedit. Cæterum Sagonenſium Præſulum ſeriem, monumentis ſcriptorum deſtituti, delumbatam dabimus, talem tamen, quæ arguat nobis haud defuiſſe ſtudium demerendi poſteritatem.

1 N. . . Epiſcopus Sagonenſis concilio Lateranenſi interfuit ſub Alexandro Tertio anno 1179.

2 Fr. FATIVS ex ordine ſancti Dominici Epiſcopus Sagonenſis, Eccleſiam fratrum ſancti Dominici Senenſis indulgentia quadam ditauit anno 1298. die 18. menſis martij. Hic an. 1301. cum ad monaſterium ſanctæ Mariæ de Maximo prope Bibonam ordinis ſancti Benedicti Volaterranenſis Diœceſis humilitatis cauſa acceſsiſſet, ac in conſortiũ monachorum petijſſet admitti, receptus benigne, more tyrannico Abbatiam inuaſit, Abbas ad Bonifacium Octauum confugit, a quo epiſtolam contra ipſum impetrauit Epiſcopo Maſſenſi directa, vt contra rapacem lupum procedere non dedignetur. Datum Lat. Kal. martij an. 7. ep. 35. fol. 11. regeſt. Vatic.

3 BONIFACIVS Epiſcopus Sagonenſis translatus ad Chironeoſem Eccleſiam an. 1306 ex regeſto Vatic. forte idem eſt cum ſuperiori Fatio.

4 Fr. GAVINVS, ſiue Guarinus Gallus, ex ordine Prædicatorum anno 1306. 3. non. iulij ex reg. Vatic. epiſt. 13, fol. 15. Pariſijs vitam finiuit ann. 1323.

5 Fr. VVILLELMVS ex ordine Minorum apud Tartaros, vbi Chriſtianam fidem diſſeminauerat, ad Eccleſiam hanc translatus eſt an. 1323. 12. Kal. maij. Deinde anno 1328. ad Eccleſiam Tergeſtinam.

6 Fr. ANTONIVS, ex ordine Minorum, electus anno 1328. Deceſſit 1331. apud Apoſtolicam ſedem.

7 Fr. IACOBVS ex ordine Minorum, electus 1331. octauo Kal. octobris.

8 PAGANVS obijt anno 1343.

9 Fr. BERNARDVS de Monteſio, ex ordine Minorum, in eadem ſede floruit anno 1343. 5. idus iunij, ex regeſto Vaticano epiſt. 15. fol. 45.

10 GVALTERIVS eiuſdem ciuitatis Epiſcopus. Deceſſit 1391.

PETRVS



11 PETRVS Galeonus Florentinus, ex plebano ſanctæ Mariæ de Fileſtore diœceſis Florentinæ, canonum doctor, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ capellanus, auditorque ſacri palatij, a Bonifacio Nono ſubuectus eſt Epiſcopus Sagonenſis anno 1391. idib. ſeptembris. Clauſit diem poſtremum 1411.

B

12 MICHAEL Bartolus Bononienſis, a Ioanne vigeſimoſecundo Pontifice Epiſcopatum obtinuit an. 1411. 6. Kalend. auguſti. Deceſſit autem 1419.

13 IOANNES Albertinus rector parochialis ſanctorum Coſmæ, & Damiani de caſtro Columbani Marianenſis diœceſis, ad Sagonenſem ſedem ſubuectus eſt anno 1412. quarto Kalendas februarij a Gregorio Duodecimo in Piſano concilio iam depoſito, qui tamen vt ſemel habitum ius ſuum Pontificium tueretur, Epiſcopos ſeligebat, vt ſupra de Albertino vidimus. Quem tamen tanquam vltio electum deturbatum de ſede fuiſſe oportet, quando Michael anteceſſor commemoratus in ſede Sagonenſi vixiſſe reperitur poſt Conſtantienſe concilium. Deceſſit vero 1419.

C

14 IACOBVS Rodinus Ianuenſis canonicus, ſadis Apoſtolicæ notarius, ſub Martino V. Colomna Sagonenſis Epiſcopus pronunciatus eſt anno 1419. idib. martij, ex Michaelis deceſſu. Obijt autem 1432.

15 Fr. GABRIEL Abbas ſanctæ Mariæ Eugubinæ diœceſis, ordinis ſancti Benedicti, hunc Epiſcopatum obtinuit 1432. decimo Kal. auguſti.

16 VALERIANVS de Calderinis Sauonenſis, ex Epiſcopo Adiaceoſi, Sagonenſis effectus eſt anno 1438. die decima ſexta menſis auguſti translatus ad Sauonenſem 8. idus februarij 1443.

D

17 GREGORIVS Cardinalis de Fliſco, hanc Eccleſiam commendatam habuit 1443. die 7. menſis martij.

18 Fr. IOANNES ex ordine Minorum electus eſt, ex ceſſione ſupra memorati Cardinalis anno 1445. 12. Kal. iulij.

19 DOMINICVS Boerius Sauonenſis, ſublectus eſt, deceſſitque 1478.

20 LAVRENTIVS Regius Sauonenſis, eidem Eccleſiæ Sixto Quarto ſedente ius diuinum dixit 1479. nonis nouembris, è vita deceſſit 1481.

A

21 Fr. VVILLELMVS Sauonenſis, a Sixto Quarto ad eandem dignitatem aſſumptus 1481. idib. martij. Deceſſit autem 1493.

22 LAVRENTIVS eiuſdem Eccleſiæ Præſul pronunciatus 1493. die 23. menſis auguſti. Romæ deceſſit 1509.

23 AVGVSTINVS de Fliſco Ianuenſis, creatus eſt 1510. poſtrema die abeuntis octobris vitam autem finiuit 1528.

24 IMPERIALIS Doria Ianuenſis, eadem Eccleſia potitus eſt 1528. die 25. menſis auguſti. Clauſit diem poſtremum 1544.



25 EDVARDVS Cicada Ianuenſis, ad hanc eandem dignitatem aſſumptus eſt 1544. die 8. menſis februarij. Romæ deceſſit 1545. quinto Kalendas decembris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo in nobili ſepulchro cum hac inſcriptione.

C

D. O: M.

Eduardo Cicadæ patritio Ianuenſi,
Epiſcopo Sagonenſi,
pietate, innocentia, & vitæ integritate
vniuerſæ curiæ Romanæ cariſſ.
Qui quod diu
cum Laurentio Cardinale conſanguineo
è regione ſepulto
coniunctiſſime vixerat,
aſſentient. eius hæredibus,
in eodem ſacello
aucto illius cenſu,
humari iuſſit
Ioannes Baptiſta Cicada
Epiſcopus Albingaun.
Pont. Fiſcalibus
cauſis audien. præfectus,
patruo benemerenti
poſuit.
Vixit ann. LXXII. dies viij.
Obijt anno M. D. XLV.
quinto Kalendas
decemb.

D

26 IOANNES MARIA Butinonius Mediolanenſis, dignitate Sagonenſi perfulſit anno 1545. die 14. menſis decembris. E viuis exemptus eſt 1545.



27 IOANNES BAPTISTA Cicada Cardinalis tit. ſancti Clementis, Eccleſiam Sagonenſem perpetuo ſuſcepit regendam anno 1551. die 12. menſis februarij, eodem die eo munere ſe exſoluit, cum regreſſu tamen, vt euenit 1565. Is natus eſt Ianuæ anno 1510. ſexto Kal. iunij: non diſsimilis moribus, & vita fuit ab Eduardo patruo anteceſſore Epiſcopo, & a quo educatus maiorum imaginibus, & propria virtute clarus euaſit. Sub Paulo Tertio, vtriuſque iuris doctor, Signaturæ Referendarius, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Ingaunorum Epiſcopus, concilio Tridentino interfuit. Præſul omnino religioſus, iuſti, & æqui ſtudioſiſsimus, ſub Iulio Tertio anno 1551. peruenit ad purpuram ſub titulo ſancti Clementis, factuſque eſt Campaniæ legatus, cuius laudes non tacuit Vbertus Folieta in elogijs Ligurum illuſtrium: eundem laudarunt Antonius Vacca in epigrammate, Ianus Vitalis, Filiuccius, Crabera, Petramelarius, Victorellus, & alij. Debitum naturæ Romæ ſoluit Cicada anno 1570. die 6. aprilis: ad ſanctam Mariam de Populo in ſacello Ruuereo cum tali inſcriptione iacet.

D. O. M
Ioanni Baptiſtæ Cicadæ Ianuenſi
Epiſcopo Sabinenſi,
S. R. E. Cardinali S. Clementis,
viro ingenij acumine,
& vbertate conſilij admirabili,
omnium officioſiſſimo
iuris, rerumque bonarum,
ac forenſium vſu,
ac intelligentia peritiſſimo,
libertatis Eccleſiaſticæ defenſori
ſtudioſiſſimo.
Carolus Cicada Epiſcopus Albinganenſis
hæres ex teſtamento
patruo ben. mer. poſuit.
Vixit annos LX.
Obijt die 8. april. M. D. LXX.

A 28 HIERONYMVS Federici de Butinonijs, nepos Ioannis Mariæ ſublectus eſt an. 1551. die 12. menſis februarij. Hic Gubernator Romæ fuit, habituſque in pretio apud curiam. Deinde ad Eccleſiam Martoranam tranſlatus eſt anno 1562.

29 CAROLVS Grimaldus Ianuenſis, eandem Eccleſiam Præſul adminiſtrauit anno 1562. die ſexta menſis iulij. Hic inter Tridentini concilij Patres numeratus eſt, Sagonenſemque Eccleſiam cum Vigintimilians commutauit an. 1565.

Idem Ioannes Baptiſta Cicada Cardinalis ſancti Clementis, cuius ſupra meminimus, hanc Eccleſiam iterum ſuſcepit regendam ex regreſſu, quē ſibi reſeruauerat, illamque ad duos annos adminiſtrauit, iterumque eidem adminiſtrationi nuncium remiſit 1567.

B 30 HIERONYMVS Leonius Anconitanus, a Pio Quinto hanc eandem obtinuit Eccleſiam anno 1567. die 10. menſis ianuarij; qui deinde tranſlatus eſt ad Theatinum Archiepiſcopatum anno 1578. die 25. menſis octobris.

31 CÆSAR Contradus Ianuenſis, Epiſcopus Nebienſis, Hieronymo ſucceſsit die ſexta menſis aprilis, anno 1578. Deceſsit autem 1585. in patria in Eccleſia ſancti Franciſci hoc habet cenotaphium.

Eccum viator tibi ſepulchrum Cæſaris
Qui Nebienſis inter omnes Præſules
Virtute, & eruditione præſtanti:
Illum locuta ſunt priora ſecula
C *Illum deinde non tacebunt poſtera.*
Hic permeauit alitis penna ingeni,
Libris, & vna amplexus eſt perennibus,
Quicquid patente claudit ambitu Themis;
Quaſcumque ſalebras, atque teſqua continet,
Ec quid gemendum diua quod rerum parens
In bruta quæque nata brutis cedere
Tam liberalis temporum; mortalibus
Ratione fultis, igneoque mentium
Vigore mundi peruagatis ardua
Præſcripſit æui tam minutos limites?

D 32 IOSEPHVS Godonus, ad eamdem ſedem ſubuectus eſt 1585. die vigeſima prima menſis octobris, ſucceſsit Contradio, præfuit fideliter, ac ſatis vtiliter pro temporum ratione, ac fortunæ annis viginti vno. Synodum celebraſſe dicitur, cuius intuitu, & hortatu Antonius Petrus Philippinus Archidiaconus hiſtoriam Corſicæ in lucem emiſit. Fuit Gordonius Præſul eximie doctus, maiori loco digniſſimus, & apud omnes in ſummo pretio habitus, qui tandem ſenio affectus, fato deinde functus eſt 1606.



33 PETRVS Lomellinus auitæ nobilitatis vir, Ianuæ natus, monaſticam vitam ſub diui Benedicti regula amplexus, liberaliter in ſacris literis inſtitutus, ad Epiſcopatum aſcendit Pauli V. Pont. Max. iudicio ann. 1606. die 20. menſis nouemb. 19. omnino annos ſatis laudabiliter hanc rexit Eccleſiam, libereque reſignauit anno 1625. B

A ſatoque deinceps ceſſit, quieuitque in ſenectute bona.

34 SEBASTIANVS Albanus Sauonenſis, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus declaratus eſt anno 1625. Deceſsit autem 1631.

35 IOANNES Stephanus Syrius Saonenſis anno 1632. die nona menſis ianuarij, vita functus eſt 1635.

36 BENEDICTVS Rezzanius, ad hoc ipſum dignitatis faſtigium euectus 1635. die 17. menſis ſeptembris. Obijt 1139.

37 Fr. RAPHAEL Pizzurnus, ex oppido Ruſsilionis Terdonenſis diœceſis, ordinis Minimorum Generalis, electus Epiſcopus Sagonenſis ab Vrbano Octauo anno 1640. vndecima februarij.

†

METROPOLIS SENENSIS

Cuius Suffraganei ſequentes ſunt.

Epiſcopatus {
Cluſinus.
Groſſetanus
Maſſenſis, &
Populonienſis,
Soanenſis.
}







NOBILISSIMÆ Ciuitatis Senenſis antiqua origo in cauſa fuit, cur pletique ſcriptorum, cum de ea commemorant, abierint in diuerſa, ac plerumque contraria. Multi enim fabellis pluſquam par eſſet, addicti, Semum filium Noe Senatum auctorem fecerunt, impoſituri incantis ex illa affinitate nominum Sem, & Senę, quod ſcirent antiquos nomina ſua vocaſſe in terris ſuis. Alij volunt a Senio, & Aſchio, Remi fratris Romuli Romæ fundatoris, nepotibus Senas habuiſſe principium. Alij antiquis Tyrrhenis, priſciſque Hetruſcis eam fundatæ vrbis gloriam ſolent adſcribere, vt autem iſti de rebus a noſtra memoria longe poſitis more Græcorum fabulantur audacter, ſic alij in aſſerendis veris religioſiores, a vero timide ſatis recedunt: in ijs Blondus eſt, atque Ioannes Villanus cum recentiorum pleriſque, qui ſub Ioanne Primo Pontifice contendunt Senarum muros exurrexiſſe. Præteritis igitur primis, exploſiſque ſecundis, cum Pio Secundo Senenſi in ſuis commentarijs candido ſcriptore, & vero aſſerere viſum eſt a Romanis fuiſſe ædificatam, ideoque Senenſes Lupam, Romuli, Remique quondam altricem publico ſchemate in ſcuto geſsiſſe. Nec reijciendum putauerim, ſi quis aſſereret, a Gallis Senonēſibus ſub duce Brenno Senas ſuam traxiſſe

A originēm, dum ille fractus, fugatuſque a Romanis, in Hetruriam deſcendiſſet, locique amœnitate delectatus, patuum primum a Polycrate narretur conſtruxiſſe oppidum, alijque poſtea iunctum ſuos extendiſſe fines, atque duorum exercituum reliquijs auctum, qui inuicem prœliabantur, ita vt haud deinde difficile fuerit, ſub Carolo Magno in eam magnitudinem potuiſſe excreſcere. Cæterum item fabula eſt, ſub Furio Camillo Senas ſumpſiſſe vires. Siquidem illius temporibus nondum Romani Montem Ciminum tranſierant, ſeſeque in Hetruriam penetrauerant. Origo itaque prima Senæ, vt narrant, a priſcis Hetruſcis fuit, illumque in locum a Romanis deducta prima colonia eſt, poſtea in eandem ciuitatem
B Romanus Senatus Cæſaris Auguſti iuſſu alteram deduxit coloniam, quam coloniam Iuliam, Senamque Iuliam appellarunt. Conſtat fere apud omnes a Gallis Senonēſib. Senas fuiſſe appellatas. Scribit Patritius Beſſam a Græcis, cum deſcenderent, in Hetruriam, fuiſſe vocatam, ſed fabuloſe, meo quidem iudicio. Si quis autem de Senarum origine, ac nomine ampliorem cognitionem deſiderat, conſulat Iugurtam Thomaſium hiſtoriarum Senenſium libro primo, ac libro ſecundo. Cæſarem item Orlandum, qui de eiuſdem ciuitatis antiquitate, atque Epiſcopatu diligenter enarrat, Iordanum in chronicis, Landulphum Columnā, Ioan. Salesburien. Ioan. Biſdominum, Natalem comitem, Volaterranum, Iou. Pontanum, Æneam Siluium, Franciſcum, & Auguſtinum Patritios,

quorum hic Pientinus, ille Caietanus Epiſcopus fuit, Bartholomæum Benuolientem, necnon Orlandum Malauoltam in ſuis hiſtorijs, & alios; antiquiorum ſcriptorum pauci reperiuntur, qui Senarum meminerint. De ea commemorat Tacitus in lib.20. Ptolemæus lib.3. tab.6. Plinius lib.3. cap.5. Si qui præterea ſunt qui illius mentionem fecerint, vel dubie loquuntur, vel cum Senogallia oſcitanter confundunt. Aſſerit Apollodorus lib.2. cap.10. Senenſes Pana percoluiſſe, atque Minervam, eique ſpectabile, viſendumque ædificaſſe templum, vbi modo Chriſtiana illorum Metropolis ſuperbe extollitur. Syluanum etiam adoraſſe Senenſes, teſtis erit ſemetius lapis, non longe ab vrbis mœnibus inuentus, vbi conſtans fama eſt, vetus fuiſſe fanum Syluano ſacrum, verba in eo inſculpta adſcribam.

SYLVANO SAC.
C. VICTRICIVS
MEMOR VI. VIR
AVGVSTALIS.

Aliæ vetuſtæ inſcriptiones, & frequentes ibi nuper inuentæ huius ciuitatis antiquitatem probare videntur. Addam ſepulchrale fragmentum Viciri Flaminis Hetruriæ Senis defuncti.

D. M.

A. VICIRI A. F. ARI. . . .
LEG. IIII. SYTHICÆ . . .
ETRVRIÆ FLAMINIS . . .
O. D. FVNVS PVB. DECREVIT
OB MERITA.

Romanos faſces dum illorum floreret Imperiũ Sena diu venerata eſt, illo ruente, cum alijs Italiæ ciuitatibus & ipſa ſe in libertatem aſſeruit, atque per multa ſecula in reipubl. formam redacta libere ſuis populis imperitauit, tanta autem acerbitate diſcordiarum, ac factionum, vt plerumque extremum deſolationis periculum adijſſe ſit viſa. Siquidem de Imperio inuicem contendentibus ciuibus, modo huius, modo illius potentioris familiæ patiebatur tyrannidem; vt euenit patrum noſtrorum memoria, cum Pandulphus Petrucius potens, ac factioſus ciuis, ita diſcordantis patriæ ſuę frænum iniecit, vt ne liberum quidem ſpiritum Senenſes ciues poſſe ducere viderentur. Prolatis victricibus armis plures circumuicinas ciuitates, oppidaque imperio ſuo adiecit, ita vt etiam Florentinis ipſis potentioribus memorabiles & intulerint, & ab ipſis retulerint clades, donec Mediceus Coſmus, is ille, qui primus Hetruriæ Magnus dux appellatus eſt, ita eam ſubegit, vt omnino poſitis armis eas pacis artes excolere didicerit, quas eidem olim falſa libertatis imago fœde ademerat. Iam vti & ceteræ propinquę ciuitates Ferdinando Secundo Magno Hetruriæ duci pijſſimo paret.

Hæc nobiliſſima ciuitas Roma diſtat 1300. ſtadijs; edito ſita eſt loco cis Arbiam fluxu tortuoſo propter montis dorſum lateribus anguſtior, &

A procliuior, tria habens quaſi cornua, quorum quod meridiẽ ſpectat, latius eſt ijs, quæ ad ortum ſunt, & occaſum. Nam ea vrbis pars, quæ ſeptentrioni obuerſa, exigua præ ceteris, & planas, valles intermedię ab hortis fere occupantur. Cælo vtitur benigno, & ſalubri, niſi quod ſubinde noxijs infeſtatur ventis: aere temperatiſſimo, vt Facius Vbertus canit lib.3. cant.8. Italiæ delitias multi vocant Poetæ: vberrimo ſolo gaudet, cui nobilitando omnes naturæ opes conſpiraſſe videntur. Etenim præter amœnitatem collium, rerumque omnium annuum prouentum, paſſim ſcatet ſalubribus aquis inteſtinis morbis leuandis aptiſsimis, inque omni memoria illuſtribus viris grauis, ac fœta fuit. Siquidem Alexander ille Tertius è nobiliſſima Bandinella gente memorabilis Pontifex fuit Senatum alumnus; tum duo

B Piccolominei Pij nobilitatis, ac literarum prodigia, noſtriſque temporibus mortalium delitiæ, Paulus Quintus Burgheſius; ciues elegantiſſimis moribus ſunt, ingenij acumine ditati ad miraculum. Idioma Senenſibus præ ceteris Tuſciæ populis elegans, & auditu gratum. Pulcherrimis ædificijs nitet, ſupra quam credi poteſt de ciuitate, quam extulere colles. Plateæ, tot turres, tot è candidis marmoribus perſpicuæ proſilientes aquæ, cum vijs cocto latere conſtratis illum vndequaque ſpectabilem reddunt, nobilium diſciplinarum inſignis academia nulli Italicarum ſecunda eſt, nec amœniores literæ ibi ceſſant, Hetruſcæque linguæ facundia etiam externæ nationes ibi erudiuntur. De Senis vere canit Iulius Scaliger.

C *Quum premere inuictis vicinas viribus vrbes*
Martius imperij ſollicitaret amor,
Abſtinui, & iuſtam calcã ſub pace quietem,
Summaque iudicij maxima nolle fuit.
Quotnam oblita ſui, quæ regna aliena petebant?
Vt mea ſint, pro ſit potuiſſe ſatis.

Et Iacobus Gaddus in elogiographo.

Illuſtrent doctas illuſtria ſtemmata Senas.

Sed iam, quæ ad diuinas res pertinent, de Senenſi ciuitate proferamus. Ea igitur ciuitas ſacra Chriſtiana ſuſcepit, quæ olim e Marciale Petri Apoſto-

D li diſcipulo audierat, Anſano nobili Romano Tranquilli filio, ac martyre prædicante, eo ſcilicet tempore, dum Diocletianus, ac Maximilianus in Chriſtianos crudeliſſime deſæuirent, anno a condita ſalute 303. Anſanus igitur cum multos conuertiſſet ad Chriſtum, lauiſſetque ſacroſoncte baptiſmatis, tentus ob id a Lyſia præſide, carcereque maceratus, demum ad ripam Arbiæ, nobili coronatur martyrio, vbi Senenſes poſtea eiuſdem nomini templum conſecrandum curarunt. Conſtantino autem Magno Imperatore perſecutionis procella reſedit, Chriſtianuſque cultus mirum in modum adauctus eſt, ita vt nouiter initiati Chriſtiani expugnata idololatris, Templa Redemptori Chriſto, veroq; Deo alacriter conſecrarent, vt Senenſes narrant in ſuis chronicis: &

tem-

templum quidem Romuli dicti Quirini, ſancto Quirico dedicatum eſt, fanum Iouis in Teuio diuo Petro Apoſtolorum principi, illudque in quo veſanæ gentes Mineruam venerabantur, Deiparæ Virgini conſecrarunt, quod hoc tempore omni elegantia exornatum, in iuſtam totius ciuitatis Senenſis Metropolim euaſit. Tanta autem Senenſis populi erga Virginem Chriſti matrem vbique, & ſemper pietas fuit, vt merito præ omnibus ea ciuitas tulerit titulum.

Sena vetus ciuitas Virginis.

Cæterum ibidem fidem Chriſtianam ſemel plantatã altas radices egiſſe ingens numerus illuſtrium ſanctorum, qui inde prodierunt, pleniſſime teſtatur, in illis maxime nitent Catharina Senenſis Virgo Sanctiſsima ex ordine Dominicano, quæ ſacratiſsimis vulnerum Chriſti ſtigmatibus meruit inſigniri: ſanctus Bernardinus ordinis ſancti Franciſci reformator egregius, non voce magis, & ſcripto, quam maximarum virtutum exemplo: B. Ambroſius Sanſedonus Dominicanus, beatuſque Ioannes Columbinus, vnde Geſuatorum ordo profluxit. Nec Senis minus decori fuit ordinem Montis Oliueti, ſancti Benedicti generoſam propaginem protuliſſe, beatumque Sororium famoſi Xenodochij de Schala, vt vocãt, fundatorem. Opus ſane memoria dignum cœptum ab ſutore, auctumque lapſu temporis variorum collatione, & liberalitate, & ipſius redditus ad octuaginta ducatorum millia exurgere eſt fama. Spectantur Senis, omnium pene ordinum, quos Chriſtiana pietas alit, viſenda templa, ac monaſteria, tam virorum, quam mulierum. Adeo ea ciuitas pietatem ſemper excoluit, adeo quæ ad maiorem Dei gloriam ſpectare viderentur, contente promouit!

Vt autem de huius ciuitatis origine non vna opinio eſt, ſic non ſatis conſtat, quo tempore Epiſcopali dignitate condecorata fuerit. Crediderim tamen non longe ab obitu Anſani, eum dignitatis gradum fuiſſe aſſecutam, vt Sigiſmundus Tintus in Senenſibus hiſtorijs narrat, quæ apud Flauium Gullelmum ornatiſsimum ciuem, manuſcript. aſſeruantur. Potuit autem de huiuſmodi rebus in illo perſecutionis æſtu intercidiſſe memoria. Quamobrem ab Lucifero Epiſcopo, qui paulo ante Silueſtrum Primum floruit, coacti erimus ſeriem Senenſium præſulum exordiri. Hic Epiſcopatus amplam diœceſim poſsidet, Præſulque diuturniori mora pro reſidentia vetus caſtellum incoluit, vbi modo ſanctæ Margaritæ pauperes commorantur, donec Forteguerri, Azolinique eiuſdem nobilitatis conſortes, turri, palatioque, quod prope eſt, ſummam ædem Epiſcopatui attributis, ſub titulo Viſdominorum ſibi ius reſeruarunt, dum Epiſcopi ſolemni ritu poſſeſsionem inirent, in ciuitatem, in templum, in illas domos illos introducendi, Epiſcopo interim certum cenſum ſoluente illis familijs, quibus reſidentiæ beneficium ſub quibuſdam cæremonijs, ac recognitionibus ſolent acceptũ referre. Epiſcopus olim Senenſis Romano Pontifici immediate ſubiectus erat, donec a Pio Secundo Senenſi Pontifice Archiepiſcopus declaratus eſt, eidem pro ſuffraganeis attributis, Cluſino, Groſſetano, Maſſenſi ac Soano Præſulibus. Metropolis, ſummaque elegantia exornatiſsima ædes Deiparæ Virgini, vt ſupra diximus, dedicata eſt, in qua numeroſus clerus, atque canonici ſumma cum dignitate diuinum penſum exoluunt, in eo aliquot dignitatum gradus ſunt, in quibus Archidiaconatus, ac Primiceriatus præfulgent, nobilibus reliquijs abundat, picturiſque elegantiſsimis, vt in pauimento perſpicitur, quod Duccius ſplendidi nominis pictor exorſus eſt, ac Buccaſumus perfecit. Ante Sacramentum altaris octo ex candida cera funalia perpetuo ardent ex pio legato Auæ nobiliſsimæ Magdeburgenſis fœminæ, quæ cum olim Senas veniſſet, non procul a ciuitate cœnobium ſub regula ſancti Benedicti conſtruxit, eiuſdem ſancti habitu induta, & mirabili abſtinentiæ exemplo vitam traduxit, & ſanctiſsime vitam finiuit. Senis adhuc ſpectatur famoſa Pij Secundi bibliotheca, ſed librorum vacua, vt elegantiori ædificio parceretur, inſignis pictura fecit. Series Præſulum Senenſium ſequens eſt, quam ex varijs ſcripturis, monumentiſque eruimus, dum in ea ciuitate, vt graſſans contagium anno 1631. deuitaremus, commorari coacti ſumus.

1 LVCIFER Senenſis Epiſcopus, hic ille eſt, qui in veteri caſtello paruum Epiſcopale ſubſtruxit palatium, eidemque adiecit templum ſanctæ Mariæ ſacrum cum xenodochio. Viuit circa annum Domini 306.

2 FLORIANVS ſub Melchiade ſummo Pontifice interfuit Rom. concilio 313. vt refert Optatus Meleuitanus lib. 1. nam quod vulgo nunc editur a Cæſena, id non ab ipſo Optato, neque ex vetuſtis codicibus profertur, ſed a Franciſci Balduini coniectura, vel potius mala correctione, ipſe enim in notis ad eundem Optatum teſtatur in antiquis exemplaribus legi Florianum a Sinna, quod cum neſciret quid eſſet, ipſe Cæſenam ſubſtituit. Floriani fortaſſe tempore Senis conſecrata eſt Eccleſia ſancti Antonij a diuo Donato Aretino Epiſcopo; extat ibidem ſequens inſcriptio ab ignaro quodam exarata, cum ann. 335. pro 375. appoſitus ſit:

Has ſacras ædes D. Ant. dicatas
Blaſius eremita conſtruxit,
ſanctuſque Epiſcopus Donatus conſecrauit.
D. Damaſo ſumm. Pont. & Valentiniano Imp.
anno ſal. CCC.XXXV.

Hoc fere tempore tertio ab vrbe lapide ad ſyluam locus vetuſtum eremitarũ cœnobium initium ſumpſit, quod poſt multa ſecula propter ilicium abundantiam, & Eccleſiam, D. Saluatoris de Iliceto cognomen fecerunt. Primi cultores priſci illi Senenſes ciues fuiſſe narrantur, qui relicto ſeculo illic Deo famulaturi ſub regulari diſciplina eremiticã vitam traduxerunt, pluraque per Hetruriam fundarunt cœnobia. Huius monaſterij eremitæ ex Gregorij Noni indulto anno 1231. ab Epiſcopo Bonfilio Senenſi, relicta ſancti Benedi-

cti

cti viuendi norma, ſancti Auguſtini regulam accepiſſe colligitur. Euaſit deinde nobile hocce cœnobium caput Iliceranæ congregationis circa annum 1385. ſub Ptolemæo Venero eremitani, ordinis ſancti Auguſtini generali priore, vnde poſtea tot viri qua ſanctimonia, qua doctrina illuſtres prodierunt. Religioſiſſimi cœnobij hiſtoriam concinnauit Ambroſius Landuccius Senenſis eruditus Ilicetanus alumnus, priorq; Romani cœnobij ſancti Auguſtini, eiuſdemque meminit noſter Lucas Vvadingus in apologetici defenſione de pretenſo monachatò Auguſtiniano S. Franciſci.

3 DODVS floruit 440.

4 EVSEBIVS Chalcedonenſi concilio interfuit, contra Eutychianos anno 465. ſub Hilario ſummo Pontifice.

5 MAGNVS vixit anno 520. Quem Tintus virum egregium, ſanctiſque moribus appellat.

6 MAVRVS Senenſium Præſul fuit anno 565. Hic iſte, qui templa ſancti Petri, ac ſancti Clementis Volaterris conſecrauit, vnde quorumdam ortus eſt error illum aſſerentium Volaterranum fuiſſe Epiſcopum, de quo Volaterr. Georg. lib. 5.

7 AYMVS eandem ſedem obtinuit anno 597.

8 ROBERTVS 612.

9 PERITHEVS anno 628.

10 ANTIFREDVS, vir ſplendidi nominis, ac literatus, anno 642.

11 ANDREAS anno 658.

12 GVALTERANVS 670.

13 GERARDVS 674.

14 VITELLIANVS ſextæ Romanæ ſynodo interfuit, ſub Agathone Pontifice anno 679.

15 LVPVS ad eandem ſedem prouehitur anno 689.

16 CAVSIRIVS anno 722.

17 ADEODATVS ex eadem ſede ius dixit. Hunc inter, & Lupertianum Aretinum Epiſcopum graues de diœceſi exarſere lites temporibus Luitprandi Regis, vt ex bulla Alexandri Secundi perſpicitur ſupra in primo tomo relata.

Adeodati temporibus anno 731. Vvanfredus Senenſis ciuitatis pro Luitprando Rege Caſtaldius non procul ab ea vrbe fundauit Eccleſiam ſancti Eugenij Abbatis, excitauitque monaſterium ibidem, pro monachis ad expiandas patrum ſuorum animas, quod monaſterium ſumma pietate coluit, multiſque donis nobilitauit, vt habetur in donationis documento, multis tamen in locis exeſo ob vetuſtatem, quod Iugurtha Thomaſius retulit ſuis in hiſtorijs, aſſeritque in Metropolitanæ operis archiuo, vna cum autographo extare eiuſdem confirmationis diploma Alexandri Tertij Pontificis. Tabulæ vero donationis hæ ſunt, vt iacent, ineptæ.

In nomine Domini Dei, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti regnante excelſum Regem Chriſtum Filium Dei perpetuum Regem, & Saluatorem Chriſtianorum, atque domino præcelſo Luitprandum Longobardorum, at famulum caleſtis poteſtatis, anno regni eius nonodecimo die Calendarum decembrium, indictione xiiij. feliciter.

A Quiſque in hoc ſeculò, dum aduiuere meruit ſemper de æterna vita cogitare, & peragere videatur; vt dum venerit adueniente ſancti Dei iudicio, de gratia ſua poſſidenda leuiter poſſit ad vitam æternam feſtinare, quod in hoc ſeculo meliora eſſe cognoſcitur, quam in Deo viuere ſemper, vt alijs Chriſtianis etiam meliore mente ad vitam æternam feſtinent. Ideoq; ego Magnificus Vvarnefred Caſtaldius ciuitatis Senenſe Eccleſias beatiſſimi ſancti Eugenij Abbatis, & ſanctorum ſingulorum beneficia, quæ in ipſa Eccleſia reconditi eſſe inueniuntur, & quia certum eſt, Deo, & omni eorum ſacerdotio, vel exercitum Senenſium ciuitatis. Notum eſt eò, quod ante hos dies pro redemptione animarum genitoris, & genitricis noſtræ, & in remedium
B animæ noſtræ, & pro animabus parentum noſtrorum, qui iam fuere, & qui per futura tempora fuerint, Eccleſias ſupraſcriptorum ſanctorum a fundamentis ędificauimus, etiam ibidem aliquantulum de proprijs rebus noſtris pro noſtra redemptione offerimus, & per chartulam præſentem coofirmamus, & in ſacro altario eiuſdem ſanctã Eugenij, manibus noſtris poſuimus. Modo quidem cæleſtis miſericordia nobis inſpirauit, & adhuc iterati de proprijs rebus noſtris ad ipſo ſancto, & venerabili loco monaſterio ſancti Eugenij offerre, & contra dare deberemus pro redemptione animarum noſtrarum. In Chriſti nomine, in primis in curte noſtra, quod prope fluuio Merſæ in caſali, quod nominatur Tauriſiano, de quã-
C tum in præſenti die ad ipſa curte permiet, omnia, & integrum, at vbi ego Vvarnefred Caſtaldius, vna vobiſcum, & monachi ſancti Eugenij in Chriſti nomine ædificare debeamus Eccleſiam beatiſſimorum martyrum, & confeſſorum Anaſtaſij, & Hilarij, & tamen vt ipſo monaſterio de ijs permiſerit noſtra adimplere deuotione, vt ſub regula ſancti Benedicti, & poteſtate ſancti Eugenij, & de Rectoribus eius viuere, & permanere debeant, quia in Dei nomine damus ad ipſo monaſterio, vel ad ſupraſcriptorum ſanctorum virtutibus cicimari actor noſter, vna cum caſaa, vel abiacentia ſua, quod a præſenti die . . habere, & poſſidere viſus eſt, cum omnia integra parte ſua, vel cum omni ratione ſua, quæ a præſenti die, manu ſua tenuit, vel excoluit, de noſtra
D propria pecunia ad eandem curtem pertinente, omnia in integrum, vna cum caſa ſeruantur, atque aldiarius . . . ſingula caſalaia ad ipſa curte pertinente . . . in ſimul decem, & octo, id eſt in Orgia . . . Bariſiano ſimiliter Montecepraxio in primis in Orgia . . . caſa Babulæ, caſa Tederiſciupoli . . . item in . . . caſa Gungula Alcbnn in . . . caſa ſinguli Maſſario . . . Item in Bariſiano caſa Luciſridi Maſſario, & caſa . . . ſeu præſcriptum caſæ tam aldiaricios, quam & ſeruulos, quia ad ipſa cum noſtra pertinuere, vbi . . . . Manus ſuas, vel laborauere, cum omnia integraa partes ſuas ſimiliter ad ipſo venerabili loco . . . . Alia porticella noſtra in caſali, qui nominatur Feriano prope montem Liſtinæ, quæ & ipſa curricella excolere, & re-

& regere videtur per te . . . . . . Actor noſter, & vna cum caſa ipſius tende . . . . . hamarra, vel cum omni portiuncula ſua vbi . . . ſua tenuerit, vel cum caſis maſſae. . . . . . ad eadem curticellam pertinentes nunc quatuo, duas, vbi in Bultriuiano vna . . . . exercentes per Gadulo Alfredulo, Miſangelo, Fracculo Maſſarijs . . . ſimiliter Aldione . . . . ſupra ſcripto, caſe, vbi cum omnia abiacentia ſua, quod in præſente die ad manus ſuas poſſeſſis, vel iuſto ordine tenuere, ſimiliter Gagiolo illo . . . & Gagiolo illo prope ipſa curte, ora præſepe circumdatus, vna cum caſa de fine Bultriuiano, quæ ad ſingulos homines comparare viſus ſum . . . Sura vſque Fileſta, quæ mihi in comparatione aduenit de Partulo . . . duſino, & Vrſulo de Oppiana, omnia in integra hæc ſupra ſcriptas curtes duas cum omnia, & in omnibus, quæ in præſente die ſub ſe habere, vel ſupra ſcripti . . . cum omnia ad ipſo ſancto, & venerabili loco tradere viſi ſumus, ſimul & de Gagiolo noſtro hic da Surra campo vno, &c.

Reliqua pene corrupta, deformata, & vetuſtate caeſa legi non poſſunt.

18 GROSSVS Senenſibus præfuit 743. ex Baronio.

19 IORDANVS 761. cuius item meminit Baronius.

20 IOANNES floruit anno 792.

21 ANDREAS rexit anno 795. Caroli Magni temporibus, litigauitque cum Atiperto Epiſcopo Aretino ob diœceſis confinia, vt in quadam ſententia prodit Carolus Magnus, quam ſupra retulimus in Aretinis Epiſcopis in primo noſtro tomo.

22 PERITHEVS ad eandem ſedem Senenſem aſcendit anno 800.

Creditur ſub Peritheo nobile cœnobiũ S. Anthymi in Senẽſi territorio exędificatũ a iuriſdictione Epiſcopali exemptum fuiſſe, illud ipſum, quod Pius Secundus Pont. Maximus nouæ cathedrali Montis Alcini perpetuo vniuit, vt ſupra in primo noſtro tomo retulimus, cum de Epiſcopis Montis Alcini ſermonem inſtitueremus. Inter antiqua huius cœnobij documenta extat donatio Ludouici Pij Imp. anno 814. eidem vetuſto cœnobio in gratiam Apollinaris Abbatis liberaliter cõceſſa, quæ cum multum iuuet ad cognoſcendos eius ſeculi mores, locorumue diſtinctiones, hic exſcribendam curauimus, quam ex vetuſtiſsimo copiali tranſumpto ad me miſit Alexander Sergrandius Montalcinenſis Epiſcopus, quam etiam refert Iugurtha Thomaſius lib. 4. Senenſis hiſtoriæ donationis tabulæ ſunt in hunc modum, hiſceq; verbis conceptæ.

In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Hiludouicus Procis Caroli Magni Imperatoris, diuina ordinante clementia, Imperator Auguſtus.


Cum petitionibus ſeruorum Dei iuſtis, & rationabilibus diuini cultus amore fauemus, ſuperna nos gratia muniti non diffidimus. Igitur

A comparent omnium noſtrorum fidelium magnitudine, eoque ſecundum petitionem viri venerabilis Apollinaris Abbatis, conceſſimus ad monaſterium ſancti Anthymi vicum, qui vocatur de Cilcario, de ratione Senenſis ciuitatis, id eſt per confinia loca denominanda. Ab oriente fluuius Aso, ab occidente fluuius Vmbrone, a ponte vſque in vado, qui dicitur Vrſi. A meridie de vado Vrſi per viam, quę ducit ſub Monte Lucinij vſque in viam ſancti Anthymi, Ab Aquilone Geſſæ per Pomgaſtaldi, deinde viæ publicæ vſque ad pontem de Vmbrone, cum duo oratoria infra ipſa fine poſita, id eſt ſancta Chriſtina, & ſancta mater Eccleſia, cum vna curte prope ipſa ſancta Eccleſia, cum omnia quicquid ad ipſa curte pertinet. Et infra loca denominata. In cultu in fine Cluſinię, Piſcatia Ameſæ medietate, cum medietate de ipſa curte, vel caſas ad ipſa Piſcatia pertinentes, qui fuerant de publico ciuitatis Cluſinæ, id eſt per confinia, & loca nominanda. Ab oriente, ſtagno, qui dicitur Moreccia, vbi Eccleſia eſt ſancti Pancratij. Inde peruenit per campum ſancti Petri per medium montem ſuper Cordolatios inde a Caſſetatas vſque ad Ampla: ad Ampla peruenit ad Montem, qui dicitur Marmianus de Marmiano. Ex alia parte contra occidentem, pergit per ſummitatem montis Tili deſcendente vſq; ad lutum, de luto a valle Impia ad Laterbe. De Laterbe venit in mare. Deinde iuxta litus maris, peruenit ad locum vbi ſtagnus in mare mittit.

C Ex illo loco peruenit ad terram ſancti Laurentij, vna cum ipſa mortaria ex angulatique, atque cum ipſo ſtagno ex barcarijs ſuis cum omnia ſuper ſe habentes, quicquid ad ipſam cuſtodiam pertinet. Et infra loca determinata, cultum, & incultum, cum ſeruis, & aldionibus. Propterea has litteras præceptionis noſtræ in eodem ſancto monaſterio conſcribere iuſſimus, vbi ab hoc die iam frater Apollinarius Abbas, ſuique ſucceſſores habendi, tenendi, dandi, commutandi, vel quicquid exinde apud ſeſtum iam ſactæ Eccleſiæ, elegerint faciendi, in omnibus liberum perfruantur arbitrium. Nullus ex fidelibus noſtris, vel cuiuslibet ex iudicaria poteſtate iam dicto Apollinario Abbati, aut ſucceſſoribus ſuis de ſupradicta confinia inquietare, aut calumnia generare, vel aliquid ex hoc

D per nos pro remedio animæ noſtræ ad prædictum ſanctum locum ea noſtra munificentia conceſſimus abſtrahere, adminuere quoque tempore præſumantur. Sed nobis, Deo auſpice, futuris temporibus, in eleemoſyna noſtra ibidem inauguratio proficiat, quantum melius delectat ipſos ſeruos Dei, qui ibidem Deo famulari videntur: pro nobis vxoreque ac liberis ſungenti noſtræ iugiter miſericordiam Dei attentius exorare. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſsionem, quod non credimus, quoquo modo violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſitionem auri obrizi 60. medietatem palatij noſtri, & medietatem ad ſupradictum monaſterium S. Anthymi. Et vt verior, ac firmior habeatur, vel pro tempore Chriſto propitio, obſeruetur, manu propria ſubter firmauimus, & annulo noſtri ſigilli iuſſimus inſigniri.

Signum

Signũ Hiludouici qui recognouit.  *potentiſſ. Imp.*

Datum ɪv. Kal. ianuarij anno Chriſto propitio primo Imperij domini Hiludouici pijſſimi Auguſti, indict. viij. Actum Aquiſgrani, in palatio regio. In Dei nomine. Amen.

23 PETRVS Epiſcopus Senenſis anno 826. in concilio Romano ſub Eugenio Secundo, ex Baronio.

24 THOMAS autem 830.

25 GERARDVM 841. reperi in notis Celſi Cittadini illuſtris antiquarij, qui noſtris temporibus non ſine lacrymis doctorum fato functus eſt.

26 CONCIVS anno 844. adſtitit Sergio Secundo Pontifici coronanti Ludouicum Lotharij filium in Regem Longobardorum. ex Anaſtaſio Bibliothecario. Huius etiam Baron. meminit ad annum 853.

27 AMBROSIVS eodem Epiſcopatu condecoratus eſt anno 864.

28 VBERTINVS anno 900.

29 ÆGIDIVS 906.

30 THEODORICVS 913.

31 GERARDVS 932.

32 VITELLIANVS huius nominis tertius.

33 PISANVS interfuit concilio Romano contra Ioannem Duodecimum ab Othone Imperatore coacto anno 963. apud Baronium, vbi male Stephanus Senenſis ibidem inſcribitur pro Signinenſi, & Piſanus Senenſis in eodem ſuo loco inter Tuſciæ Epiſcopos commemoratur.

34 LVCIDVS, ſed Lucido huic, nullum reperi ſcriptorem, qui aliquam lucem temporis, quo floruerit, adferret, ſed reponitur poſt Piſanum ante Adeodatum 2.

35 ADEODATVS Secundus, cuius Præſulatus tempore Aua Mathilda relicta Ildebrandi Inſulanam Abbatiam ædificauit anno 1001. iuuidioſiſque opibus locupletauit ad Inſulanum lacũ in Senenſi territorio, eam ſancti Benedicti monachis attribuit perpetuo poſſidendam, quam Eugenius Quartus Pontifex anno 1446. monaſterio ſancti Eugenij congregationis ſanctæ Iuſtinæ de Padua perpetuo vniendam duxit.

36 LEO ad Senenſem thronum ſubuectus eſt anno 1031. Hic in canonicos ſuos multas fortunas contulit, canonicamque ſubſtruxit, cenſuque plebaniæ Corſani illam ditauit, vt ibidem ea regula, normaque morum poſſent traducere vitam.

37 IOANNES Epiſcopus Senenſis, monaſterium in honorem Deiparæ Virginis fundauit prope fontem Becciurn, vt ibidem ad Dei laudes ſancti Benedicti moniales alerentur. Quod ſucceſſu temporis Ciſtercienſibus attributum, hodieque propemodum exciſum eſt, præter Eccle-

A ſiam, in cuius arcu trabali hæc adhuc carmina inſcripta leguntur.

Præſulis ad votum primus hæc fundata Ioannis
Virginis ad laudem dant illuſtranda Maria
Virgineis ſanctis in Chriſti ſorte dicandis,
Vt precibus ſacris locus hic ſaluetur, & orbis.
Anno incarn. D. M. XLIII.

Sigiſmundus Tintus aſſerit hunc Ioannem vixiſſe anno 1063. obijſſe vero 1103. Kalend. ſeptembris, ſed fallitur, nam illis temporibus conſtat Gualfredum in eo Epiſcopatu, & quidem longiori mora vixiſſe, vt poſtea dicemus, reperioque

B hunc ipſum Ioannem floruiſſe anno 1050.

38 ANTIFREDVS Epiſcopus Senenſis, cui Stephanus Nonus Pontifex corpus diui Creſcentij martyris dono dedit, qui illud ipſum auguſtiori pompa condidit ſub confeſſione 4. idus octobris anno 1058. Hanc translationem antiqua in Metropolitana picturaoſtendit, cui aliquot ſubſcripti verſus ſunt, quos vorax antiquitas omnino corrupit, quo minus legi poſſint, atque hic deſcribi. Huius Epiſcopi temporibus, poſt exceſſum Stephani Noni Senis celebratum concilium eſt, in quo euexerunt ad Apoſtolicam ſedem Nicolaum Secundum, qui antea Gerardus Epiſcopus Florentinus vocabatur, eodemque anno Antifredus fato ceſſit.

C 39 ROFREDVS interfuit concilio à Nicolao Secundo Romæ celebrato anno 1059. cuius decreta ſubſcripſit.

40 RADVLPHVS, ſeu Rodulphus ſucceſſit Rofredo circa ann. 1068. natione Germanus fuit, patria Colonienſis. Hic è Colonia corpus ſancti Seueri tranſtulit Senas, condiditque honorifice ſub confeſſione ſuæ cathedralis in altari ſancti Sebaſtiani, præſentibus P. Epiſcopo Soano, atque G. præpoſito cum canonicis Senenſibus. Retulere factum Tintus, atque Iugurtha Thomaſius, qui hunc Rodulphum ſanctiſſimum virum appellant, ac Senenſi Eccleſiæ ſalubrem Præſulem. Hic ille idem eſt, qui Henrico Regi diris innodato cõmunicauerat, & a Gregorio Septimo abſolutionem petierat, pro qua Gregorius

D anno 1076. ad Epiſcopos Tuſciæ ſcripſit epiſtolam, quæ extat lib. 4. ep. 18. apud Binium.

41 GVALFREDVS Rodulpho ſucceſſit anno 1080. hic natione Longobardus fuit, vir ſane doctus, & eloquens, ſiue luderet carmine, ſiue ſoluta oratione grauis incederet. Sacram Gothifredi Bulionis in orientem expeditionem heroico carmine complexus eſt. Quod opus in ſummæ ædis ſacrario adhuc aſſeruatur. Scripſit inſuper librum, cui titulum fecit, de Vtroque Apoſtolico, vbi Vrbanum Secundum, Gilbertumque antipapam introducit, ſubiecitque quod ſcripſerat cenſuræ Epiſcopi Florentini, viri in iure doctiſſimi, Conſtantini Epiſcopi Aretini, ac Præſulis Tridentini. Altero item libro Romanæ Vrbis laudes eſt proſecutus; item alterum opuſculum de Annulo, & Baculo; deque Sacramento Corporis, & Sanguinis Chriſti: libellum item de Chriſtiana militia, tum & Rationale. Sub Paſchali Secun-

da

do Vaſtallenſi concilio interfuit 1106. ſequentiq; anno ſancti Antani martyris corpus è loco, in quo cæſus fuerat, ſolemni pompa tranſtulit in cathedralem. Bullam Honorij Secundi Piſanæ Eccleſiæ indultam ſubſcripſit, anno 1126. inſecutoque, anno fato conceſſit 6.Kal.auguſti, ſepultuſque eſt in cathedrali.

Sed nec prætermittendum, quod eo Præſule, Senenſis populus pro Terræ ſanctæ recuperatione cum Boemundo Apulorum principe in orientem mille ſubmiſit ſelectos milites ex ſuis ſub Bonifacio Guiccio ciue Senenſi viro ſtrenuo, quos bis mille fuiſſe ſcripſit Petrus Angelus Barggus Piſanus in Syriade lib.7.

At bis mille viros belli inſuperabile robur
Prorſus agunt, quos Sena agri ditiſsima paſcit,
Sena Camænarum cultrix, & Martis alumna.

Senenſium virtus in Antiochiæ expugnatione apparuit mirabilis, primuſque qui mœnia deturbatis viriliter inimicis, aſcenderit, cruciſque vexillum intulit, quidam Salimbenus de Salimbenis inter eos nobilitate illuſtris perhibetur a Ioanne Biſdomini in chronica, qui cum militari fortitudini pietatem, cæteraſque laudes, virtuteſque Chriſtianas coniunctas haberet, Antiochiæ cunctis acclamantibus primus Patriarcha effectus eſt, vbi & pie, & ſancte, vt vixerat, fato abreptus eſt, & in patriarchio conditus, de quo legendus Iugurtha Thomaſius lib.3. hiſt.Senenſis, Tinctus, alijque.

42 RAYNERIVS, quem alij Raynaldum appellant, Gualfredo ſuffectus eſt anno 1127. Hic cum Senenſes collatis ſignis, plures Piſanorum abduxiſſent in ſeruitutem, in quibus erat Vbertus Piſanorum Antiſtes, ita apud victores precibus egit, vt captum Præſulem ad ſuos remitterent. Podium Bonitium Eccleſiæ ſuæ adiecit. Canonicis regularibus ſancti Frigidiani Lucenſis Eccleſiam ſancti Martini cardinalem, tunc in ſuburbijs ciuitatis ſitam ab Olderico præpoſito, Ioanneque ſummæ ædis Archidiacono conceſſam, confirmauit anno 1168. quamdiu in ea regularis ordo viguiſſet, quem ad annum vſq; 1497. in ea perſeueraſſe ſcribit Gabriel Penotus lib.2. cap.20. tripartitę hiſtoriæ. Deturbatis inde canonicis, Eremitani fratres ſancti Auguſtini congregationis Ilicetanæ tūc magni nominis viri, Eremitanam coloniam fundaturi in eam feliciter ingrediuntur. Raynerij Senenſis Epiſcopi documentum pro Frigidianis canonicis eſt huiuſmodi.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octauo, quinto decimo Kalendas octobris, indictione ſecunda. Piæ poſtulatio voluntatis, effectu debet proſequente compleri. Eapropter ego Raynerius, diuina prouidentia, ſanctæ Senenſis Eccleſiæ Epiſcopus, dilecte in Domino frater Verne Eccleſiæ ſancti Frigidiani

A Lucanæ ciuitatis prior, tibi, tuiſque fratribus recte poſtulantibus, vt priuilegium religionis inmitu, prædeceſſori tuo Attoni beatæ memoriæ priori a nobis conceſſum firmaremus, clementer annuimus & firmius vobis, & illibatum veſtræ in perpetuum Eccleſiæ permaneat volumus, & deliberamus. Statuimus ergo, vt ſicut Oldericus ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Senenſis canonicæ præpoſitus, & Ioannes eiuſdem Eccleſiæ archipresbyter, ruorumque fratrum conſilio Eccleſiam ſancti Martini Cardinalem iuxta burgum Senenſis ciuitatis poſitam, eiuſque Eccleſiæ xenodochium cū ſuis poſſeſſionibus, eiuſque pertinentijs omnibus Attoni Lucanæ ſancti Frigidiani Eccleſiæ priori, eiuſque ſucceſſoribus conceſſerunt. Nos quoque eorum optatu, & conſilio presbyterum Pe-
B trum clauſtralem priorem prædictæ Eccleſiæ ſancti Frigidiani vice præfati prioris poſtea inueſtiuimus, & per noſtrum priuilegium ſub proprio ſigillo, & propriæ manus ſubſcriptione in perpetuum valitura firmauimus. Ita nunc vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, quouſque in ea canonicus ordo viguerit, per præsētis tēpori paginam in perpetuū valituram ſtabilimus, atque firmamus, & liberam tribuens facultatem omnium, quæ in noſtro Epiſcopatu, ſiue nunc iuſte poſſidet, vel de cætero acquirere Dei fauente gratia potuerit, firma ei, & illibata poſſidere noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, ſalua reuerentia Epiſcopali matricis Eccleſiæ Senenſis, ſynodi videlicet, & generalis capituli, & vt de eiuſdem ſancti Martini Eccleſiæ fratribus alioqui ad maiorem Eccleſiam in feſtiuita-
C tibus ſanctæ Mariæ Annunciationis, & Aſſumptionis, & vt in die cœnæ Domini, atque in ſabbatho ſancto Reſurrectionis veniant, & cenſum trium ſolidorum Lucenſis monetæ in feſtiuitate ſancti Martini, ſi Epiſcopus illuc ad celebrandum miſſam venerit, perſoluant. Addentes præterea, vt nulli, præter eos in ſua parochia liceat ædificare Eccleſiam, vel venerabilem domum, ſine conſenſu Epiſcopi, & canonicorum eiuſdem Eccleſiæ ſancti Martini voluntate, & aſſenſu. Si qua ergo eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona huius noſtræ inſtitutionis paginam violare tentauerit, ſui honoris periculo ſubiaceat, ac Corporis, & Sanguinis Domini acceptione indignus exiſtat, atque vltimi examinis iudicio damnatus pereat. Actum quidem hoc fuit in Epiſcopatu Lucenſi in caſtro
D videlicet, quod vocant Caſtillione Vallis Violæ, corā Auguſtino diuina gratia presbytero, & priore clauſtrali iam dictæ Eccleſiæ ſancti Frigidiani, & Bernardino diacono eiuſdem Eccleſiæ, & Vbaldo clerico . . iam dicti Raynerii Epiſcopi, & ſine nomine filio eiuſdem Bernardini, atque Græco camerario eiuſdem Epiſcopi.

Hanc conceſsionem Romani Pontifices confirmarunt, Alexander Tertius, qui priorem, canonicoſque prædictæ Eccleſiæ a iuriſdictione, & ſubiectione Epiſcopi, & capituli Senenſis exemit, Lucius Tertius ann. 1181. nonis nouemb. Vrbanus Tertius, & Honorius Tertius.

Raynerius deinde ceſsit e vita 1170. Kal. maij, ſepultuſque eſt in cathedrali apud matrem Sibyllam, quam paulo ante extulerat. In bulla Inno-

centij Secundi erectionis Archiepiſcopatus Ianuenſis ſubſcripſit Raynerius anno 1133. 14 Kal. aprilis.

43 GVNTERONVS, quem plerumque Galfranum, Gualfredumque appellant, adlectus eſt anno 1170. Ioterest conſecrationi maioris Eccleſiæ per Alexandrum Papam Tertium, ex Bandinella nobili ſamilia Senenſi natum, ſolemni ritu factæ anno 1171. menſe nouembri. Io cuius rei tantique conciuis memoria Senenſes io eadem Cathedrali cenotaphium, vna cum ſtemmate Alexandri familiæ in marmore excitarunt.

Alexander Tertius
ex Bandinella familia
Pont. Max.
reſtituta Chriſt. Rep
& Romana Eccleſia pacata,
Regibus, Venetiſque de ea B.M. decoratis,
hanc Virginis ædem Deo ſacrauit
nonnullis indulgentijs ditauit
Iugurtha Thomaſius
ædituus repetita memoria
M. D. XCI.

Inter Gunteronum vero, Florentinumque Epiſcopum diuturnior lis interceſsit ob Podij Bonitij iuriſdictionem. Laterano concilio interfuit ſub Alexandro Tertio anno 1179. exceſsit è vita 1189. id. decembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Anni ſunt Domini trahe bis ſex mille ducenti
Quod tumulo corpus incluſum menſe decembri
Eſt Gunteroni Senenſis Præſulis almi.

44 M. BONVS vnus ex primis monachis qui ſancti Galgani cœnobium ordinis Ciſtercienſis incoluerunt, vir doctus, & ſanctimoniæ vitæ præclarus, inuictus: a Clemente Tertio Epiſcopus Senenſis declaratus eſt 1189. Abbatia de Turri potitus eſt. Hic Cathedralem conſecrauit, condiditque ſepulchrum ſuorum ſucceſſorum, in quo decedens ſepultus fuit anno 1216. Kal. nouembris cum hoc epitaphio.

Pontifices ſacri Senenſes hic tumulantur
Subrepti cælo cum ſanctis ſanctificantur.
Quod fuerant, non ſunt, ſed tamen carne futuri
In regno Pacis cum ſanctis ſunt fruituri,
Cœtibus angelicis feliciter aſſociantur:
Atque beatorum ſibi calica regna parantur.

45 BONFILIVS adlectus eſt anno 1216. Hic ſaluberrimas tulit leges, vt clerum ſuum quam emendatum haberet, quarum meminit Tinius in ſuis hiſtorijs. Hunc ob probitatem morum, vitæque ſanctimoniam cum Martino Archidiacono, Bandinoque primicerio Romam vocaſſet Gregorius Nonus, voluit apud ſe in aula Romana commorari, quorum Martinus Vicecancellarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ effectus eſt, Bandinus autem Apoſtolicarum literarum

A corrector. Martinus extremã clauſit diẽ reſurrectionis dominicæ anno 1232. Bandinus vero ad patriæ inſulam aſcendit ſub Gregorio Decimo, vt inſra videbimus. Bonfilius autem diligens Eccleſiæ ſuæ Antiſtes, cum didiciſſet Albigenſium impietatem Senas è Gallijs a quibuſdam eiuſdem ſectæ nouatoribus delatam, altas radices egiſſe, indoluit, ſtuduitque omni prorſus labore eam ex vrbe eliminare. Fretus itaque Prædicatorum, Minorumque fratrum auxilio illam ex voto iugulauit, præcepitque eoſdem fratres, quibus intra ciuitatem locum deſignarat, fauorabili procuſo diplomate quæſitores fidei eſſe. Quod ego originale diploma membranaceum cum ſigillo Bonfilij obſignatum elapſis annis Lucæ Vvadingo annalium fratrum Minorum diligentiſsimo, eruditiſsimoque ſcriptori dono dedi.

B Nongentos Senenſes ciues ſelectos ſua prædicatione Bonfilius excitauit ad ſacrum bellum contra Saracenos, illoſque aſtante Vgolino Epiſcopo Card. Oſtienſi Honorij Tertij Hetruriæ legato, cruce ſignauit, tradiditque Guidoni Palatio ſtrenuo duci Alexandri Tertij conſanguineo, & in oriente ſuppetias allaturos ſubmiſit, Honorij Pontificis incredibili gaudio, qui Senenſem populum in crucis inimicos per ſequentem epiſtolam ſuccenderat, quæ extat apud Iugurtham Thomaſium lib, 2. Senenſis hiſtoriæ.

HONORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

C *Dilectis filijs poteſtati, & populo Senenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Inter cæteros noſtræ mentis affectus, qui ſibi varij ſuccedentes animum rapiunt in diuerſa, præcipuo, & ſingulari deſiderio ſalubriter anxiamur, quomodo exercitui Chriſtiano militanti feliciter in partibus tranſmarinis efficaciter ſuccurratur. Exurgens namque Dominus miſereri Sion, quia venit tempus miſerendi eius, fidelium dexteram exaltauit, & vſque adeo exterruit inimicos, quod Terram ſanctam, & circumſpectam regionem dimiſere deſertam, & alias deuicti multoties vix audent Chriſtianis occurrere, Chriſto eius in adiutorium exiſtente, ſed quanto Chriſtianus exercitus validius proficit contra illos terras eorum viriliter occupando, tanto ſuccurſu in-

D diget potiori, vt qui neceſſe habet occupatus probos deputare cuſtodes, nec tutum eſt eis diuidi ad terram, quam illi deſeruerunt, habitandam, quia cum fortitudo totius in partibus conſiſtat ex diuiſione huiuſmodi vniuerſitatis, debilitas ineuitabiliter ſequeretur, & ſic poſſet error peior priore non immerito formidari. Vnde cum tantum Chriſti negocium tot initiatum laboribus, & expenſis, tot promotum ſtudijs, & virtutibus, & tot Chriſti Martyrum ſanguine dedicatum. vſque adeo dextera Domini faciente virtute profecerit, quod iam in manibus, quaſi ſcilicet finem, & glorioſum exitum habeamus, niſi, quod Deus auertat, in vltimo inſtanti refrigeſcente charitate fidelium neuiter deſeratur, quod eſſet totius populi Chriſtiani opprobrium ſempiternum, & deſperatio talis, quod vix vnquam auderet aliquis

do

de cætero diebus noſtris reſumere tantum opus. Quis audebit in hoc articulo gratiam oblatam negligere gratiam, & Chriſti cauſæ deeſſe, a quo eſſe habet, & poſſe? Sperantes igitur, vt Apoſtolicis exhortationibus excitati & remiſſionibus peccatorum inducti, & mercede supernę retributionis illecti ad militandum Domino exurgatis viriliter, & potenter, venerabilem fratrem noſtrum Oſtienſem Epiſcopum, virum vtique plenum gratia, & fortitudine, ac Deo & hominibus gratioſum ad opus miniſterij huius, commiſſo ſibi pleniſſimo legationis officio, prouidimus deputandum. Quocirca vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, & in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus recipientes eundem humiliter, & deuote, ipſius ſalubria monita, & mandata vniuerſi, & ſinguli ſtudeatis efficaciter adimplere, credentes indubitanter quæcumque vobis ex parte noſtra duxerit exponenda. Hoc autem a communi veſtro ex parte Dei pro dono ſpeciali petimus, vt aliquem certum numerum militum, ex parte communitatis in Terræ ſanctæ ſubſidium deſtinetis, vt ſic ſinguli Chriſto auxilium impendere videamini opportunum. Et nos vobis ex hoc conſtituamur in Domino debitores.

Dat. Laterani 3. id. martij.

Eccleſiam eremi in ſylua lacus, nunc Ilicetum cœnobiū vocant, in honorem beatæ Virginis, ſancti Benedicti Abbatis, aliorumque ſanctorum conſecraſſe Bonfilium oſtendunt eiuſdem cœnobij monumenta, pro qua dedicatione eidem Epiſcopo Gregorius Nonus ſequentem ſcripſit epiſtolam ad fidelium pietatem excitandam.

GREGORIVS PAPA NONVS

Venerabili fratri Epiſcopo Senenſi, &c.

*Cum Eccleſiam eremi ſit ***in ſylua lacus dedicare diſponas, præſentium tibi auctoritate concedimus, vt indulgentiam quam de more facturus es ijs, qui in die dedicationis, & anniuerſario ipſius Eccleſiæ, vel infra competentem terminum quantum duxeris præfigendum perſonaliter cum debita deuotione ad ipſam accedent, extendas non ſolum ad eos, qui tibi ſunt lege diœceſana ſubiecti, ſed etiam ad quoslibet alios illuc perſonaliter acceſſuros.*

Datum Laterani nonis februarij.

Cæterum Bonfilius cum triginta ſex annos Senenſem adminiſtraſſet Eccleſiam cunctis mœrentibus fato functus anno 1252. Kal. decembris, ſepultus eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Senenſis Præſul Bonfilius obijt annos
Quinquaginta duos poſt mille, ferèque ducentos.

A



46 Fr. THOMAS Fuſconis de Berta Romanus, ex ordine Prædicatorum, electus Epiſcopus Ceſadulenſis, ad hunc Epiſcopatum aſ-
B ſumptus eſt anno 1253. idibus decembris, ex regeſto Vaticano epiſtola 291. fol. 36. vir in diuina ſapientia longe clariſſimus, ac ſingulari pietate erga Deiparam Virginem, auctorque Senenſibus, vt ſingulari voto ad eiuſdem tutelam confugerent. Eccleſiæ Cathedralis operarios inſtituit, attribuitque ſūptus nō paucos ex mēſa Epiſcopali ad templi honeſtamentum, vnde poſtea ſtupendum opus venit ad poſteros. Ad eum ſcripſit Alexander IV. vt in Poteſtatem, capitaneum, conſiliariosque populi Senenſis inquireret, & quæ in dedecus eccleſiaſticæ libertatis ſuis decretis publice ſanxiſſent, ſua, pontificiaque auctoritate, eorumdem impietatem imperterrite iugularet. Epiſtolam exhibet regeſtum Vaticanum ſub dat. Anagniæ de-
C cimo Kalendas februarij, Pontificatus quinto, qui fuit Chriſti anno 1258. Idem ab Vrbano Quarto Clementis ſucceſſore anno 1262. per literas exoratus, graues lites compeſcuit, quæ inter ſe inhumaniter exercebant Senenſes, quorum princeps habebatur Malitia Scottus diues, & præpotēs ciuis, de hac re in ſpiritu ardoris ſcribit Vrbanus tum Epiſcopo, tum poteſtati Senarum literas, quas legimus in eodem Vaticano regeſto, dat. apud Montemflaſconem ſecundo nonas octobris anno ſecundo. Item Thomæ temporibus, Octauianus diaconus Cardinalis Vbaldinus quædam ſtatuta ad bonum regimen capituli Senenſis ſanciuit ſpeciali mandato Alexandri Quarti anno 1257. Quæ ab eodem Pontif. ſequenti diplomate confirmata fuere, quod extat in regeſto Vaticano epiſtola 293. fol. 39. anno tertio Pontificatus Ale-
D xandri.

Capitulo Senenſi.

Quæ de mandato ſedis Apoſtolicæ ſunt prouide ordinata, ſeu reformata ſalubriter, decet opportuno muniri præſidio, vt firma ſemper maneant, & optatum proferre commodum non deſiſtant. Cum itaque dilectus filius noſter O. ſanctæ Mariæ in Via lata diaconus Cardinalis, de ſpeciali mandato noſtro diligenti quoque deliberatione præhabita quędam in Eccleſia veſtra ſtatuerit perpetuis futuris temporibus obſeruanda, quæ ad ampliationem cultus diuini nominis, & ipſius Eccleſiæ decorem, & decus redundare noſcuntur,

 prout

prout in patentibus literis eiuſdem Cardinalis cõfectis exinde, ac ſuo ſigillo ſignatis plenius continetur. Nos quod ab eodem Cardinale ſuper ijs factum eſt, ratum, & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem literarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.

Octauianus, miſeratione diuina, ſanctæ Mariæ in Via lata diaconus Cardinalis, diſcretis viris Capitulo Senenſi, ſalutem in Domino.

Ad audientiam Apoſtolatus ſanctiſſimi Patris, & domini noſtri Alexandri, Dei gratia, ſummi Pontificis noueritis perueniſſe, quod dudum prædeceſſorum veſtrorum vita, & induſtria Senenſe capitulum gratum Deo, & hominibus recepit in ſpiritualibus, & temporalibus incrementum. Cupiens igitur idem pater, & dominus ſic vos in eorundem prædeceſſorum veſtrorum propoſito annuente Domino conſeruare, quod a via prædeceſſorum ipſorum, quod abſit oculos nullatenus auctoritatis nobis iniunxit, vt tam ſuper ſtatutis, & conſuetudinibus veſtris rationabilibus, & antiquis a vobis, & ijs, qui vobis ſucceſſerint de cætero obſeruandis, quam alijs, quæ cultus diuini nominis honeſtatis veſtræ incrementum reſpiciunt ordinemus, quæ ſecundum Deum ordinanda videntur futuris temporibus in veſtro capitulo duratura. Hinc eſt, quod nos ipſorum prædeceſſorum traditionibus, & veſtigijs inhærentes; eiſque pauca non ad onus ſiquidem, ſed ad decorem, & vtilitatem potius adiungentes Spiritus ſancti gratia inuocata ad laudem Dei, & beatæ Mariæ ſemper Virginis, ſanctorumque martyrum Creſcentij, Anſelmi, Sauini, atque Victoris, & aliorum ſanctorum, quorum corpora, & reliquiæ in veſtra requieſcunt Eccleſia, duximus ſtatuendũ. In primis, quod ſicut paſcimini ea vno cellario, ſic in communi dormitorio paratı diuinis intereſſe officijs locum, & lectum ad iacendum ſimiliter habeatis. Adijcientes quia ordinem veſtrum canonici officij, tam in celebrandis miſsis maioribus, & proceſsionibus faciendis per clauſtrum, & circa Eccleſiam veſtram non alibi ſtatutis temporibus, quam in alijs, prout ibi plenius eſt expreſſum, & vobis priſca conſuetudo reliquit, necnon & ab anteceſſoribus veſtris fuiſſe recolitur obſeruatum teneatis, & obſeruetis plene quantum cum Dei timore veſtra permiſerit valetudo. Si autem ex tractu temporis huiuſmodi obſeruata forſan fuerint obliuione deleta, ad ipſum ordinem habeatur recurſus. Si qua tamen ſunt ibidem impoſsibilia quodammodo, & difficilia in cantando a nonnullis forſitan incognito, ea prout expedire videatis reſeretis. Illud autem, quod continet de obſeruatione ieiunij, diſcretioni veſtræ committimus moderandum. Quia vero Eccleſiæ nimium detrahitur in diuinis, ſi ſtipendia paucioribus, quæ pluribus ſufficiunt, tribuantur, præcipientes ſtatuimus, vt ſinguli veſtrum clericos in choro habeant idoneos, & etiam competentes, qui velint, & poſsint diuinis officijs intereſſe, & ne aliquis veſtrum ignoret, quid legere debeat, vel cantare præcipimus, vt in capitulo veſtro tabu-

A lam, quæ alias matricularia dicitur habeatis, in qua per capellanos veſtros, vel ſacriſtas ſingulorum nomina in choro pſallentium conſcribantur, & per eoſdem capellanos, vel ſacriſtam ſingulis quid cantare debeant, vel legere, cum reuerentia offeratur. Illud adijcientes, vt in altari beatæ Virginis miſſam niſi ſit Epiſcopus, vel canonicus Eccleſiæ nullus cantet, ſicut ab anteceſſoribus veſtris, a priſcis temporibus dicitur obſeruatum. In choro quilibet veſtrum ſecundum ordinem ſuæ receptionis habeat ſeſsionem, exceptis illis, qui habent in veſtra Eccleſia perſonatus, quibus in ſeſsionibus huiuſmodi, & alijs conſueta, & debita honorificentia impendatur. Ad hæc volentes, ne diuerſitas habitus diuerſitatem

B pariat animorum, præcipientes ſtatuimus, vt infra Eccleſiam in diuinis officijs, & ſepeliendis corporibus mortuorum, qui apud Eccleſiam veſtram habuerint, vel ſibi elegerint ſepulturam conſimilem habitum deferatis, Cappam apertam de ſaia ſcilicet & coccam, vel camiſiam ſuperaneã æſtiuo tamen tempore, & hyemali infra Eccleſiam, & clauſtrum pellibus non diſcoopertis, vel mantello cum cocca, vel camiſia ſuperanea vti poteritis aſsiblatis. Vbilibet vero extra Eccleſiam, & clauſtrum in inceſſu, in ſtatu, & habitu eundo, & redeundo conſtitutiones, ſiue præcepta vobis auctoritate felicis recordationis Gregorij Papæ Noni tempore promotionis ſuæ tradita inuiolabiliter obſeruetis. Illud autem diſtrictius in-

C hibemus, ne aliqua fœmina intra portam clauſtri veſtri quantumcumque conſanguinea, vel affinis alicui canonicorum dicatur, iaceat, vel manducet: & vt in refectorio etiam honeſtatem debitam obſeruetis, præcipimus ſtatuentes, quod quilibet veſtrum vno famulo ſit contentus ibidem ne lectionem clamor plurium impediat; vel tumultus. Nemo ibidem vllo vnquam tempore clericus extraneus, aut laicus admittatur, niſi forſan canonicus fuerit cathedralis Eccleſiæ, vel religioſus exiſtat, ſeu alias ſublimis perſona, aut in aliqua poſita dignitate, quorum reſpectu illos etiam quos ſecum habuerint, prout decens fuerit vobiſcum, & inter vos honoretis, exceptis illis diebus, quibus ratione feſti ſtatum Eccleſiæ veſtræ inuitare ſeculares, clericos, & laicos vos contingat. Beneficis veſtra inſuper, quæ cum officijs

D pariter conuenit ambulare ad remouendam omnem materiam ſcandalorum taliter inter vos prouidimus diuidenda, vt .ſ. omnes denarios quocumque modo præbendæ hactenus deputatos in communem burſam fideliter reponatis, & ex eis per manus Cameræ interioris omnes qui matutinis miſsis cum vigilijs mortuorum, & veſperis interfuerint, cum effectu quotidie in ſero denarios ſex exceptis præcipuis ſolemnitatibus, in quibus denarios decem & octo, & diebus Dominicis, & feſtis nouem lectionum, & diebus quadrageſimalibus, in quibus denarios 12. recipiant, eos nempe diuinis officijs cum effectu dicimus intereſſe, qui laborum officiorum ſuam in Eccleſia recipiũt, & peragunt, prout valent, & ſciunt ſine murmure portionem. Præbendam vero frumenti, quam vobis in feſto Aſſumptionis beatæ Virginis dari

volumus,

volumus, nullus recipiat, niſi per annum infra clauſtrum, vel in loco, a quo diuinis officijs, & tractatibus capituli intereſſe valeant reſidentiam cum effectu, vt ſuperius exprimitur, fecerint perſonalem; liceat tamen ſingulis per duos menſes, vel eo plus vſque ad tres menſes ſuis, vel amicorum ſuorum vacare ſeruitijs, ita tamen, quod diebus ſolemnibus, & feſtiuitatibus præcipuis Eccleſiæ veſtræ diuinis officijs ſinguli exhibeant ſe præſentes, famuli vero canonicorum, qui poſt receſſum dominorum ſuorum proprijs commodis inhiantium in clauſtro remanſerint, ſi laici fuerint, octo diebus ad expenſas familiæ capituli admittantur. Si autem clerici, & volunt, & poſſunt in Eccleſia commode deſeruire vſque ad regreſſum dominorum ipſorum, dummodo vltra duos menſes extra capitulum non morentur, expenſis eiuſdem familiæ ſint contenti: Excipimus tamen de prædictis omnibus infirmos, & quaſi grauiter debiles, potionatos, & ſanguine minutos, quibus tempus congruæ vnctionis, prout honeſtati conuenit ſecundum paſſionem, & ſanguinis minutionem diſcretionem capituli concedatur. Excipimus etiam peregrinos, qui ex deuotione, vel voto iuerint vltra mare ob reuerentiam ſepulchri Dominici, vel ad ſanctum Angelum, ſeu ad ſanctum Petrum, aut ad ſanctum Marcum, vel ad ſanctum Iacobum capituli petita licentia, necnon & illos excipimus etiam qui domini Papæ ſeruitijs, vel officijs, ſeu ſeruitijs dominorum Cardinalium immorantur. Ad hęc ne ſimultates, aut ſocietates in capitulo veſtro de cætero fiant, diſtrictius inhibentes præcipimus, vt ea quæ communiter omnes tangunt, & ab omnibus approbari conuenit, vel etiam reprobari ſingulariter, & extra capitulum non ordinentur, nec aliquatenus approbentur. Adijcimus inſuper, vt tractatus capituli veſtri, & conſilia, quæ priuata eſſe debebunt, ſiue ponantur in credentia, ſiue nonnullus ad damnum capituli, vel alicuius de canonicis reuelare præſumat. Vt autem bona veſtra nequeant neglectu diminui, vel perire, diſtricte præcipimus ſtatuẽtes, vt quilibet de canonicis officium, quod ſibi capitulum, prout moris eſt prouiderit committendum, humiliter recipiat, & fideliter exequatur. Præterea ne quis canonicorum elatus ſuperbia dare præſumat in commotionibus pedes ſuos, licitum ſit vobis de noſtræ auctoritatis permiſſu in quemlibet de capitulo, vel familiarem ſuum, ſiue capituli pro manifeſtis offenſis, niſi ſecundo, tertio, ue commonitus reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, excommunicationis ſententiam promulgare, ad prædicta vero firmitate vallanda perpetuo duratura, & vt negotia veſtra communia ſine ſuſpicione procedant, præcipimus ſtatuentes, vt de cætero, tam vos, quam ij, qui vobis ſucceſſerint promittatis per librum, & ſtolam iurantes in verbo Domini, vos illis futuris temporibus ſeruaturos, formã autẽ promiſſionis, & iuramenti huiuſmodi præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt: Ego N. promitto, & iuro in verbo Domini, quod ab hac hora in antea conſuetudines rationabiles, & antiquas, necnõ bona iura, & libertates capituli Senenſis ſeruabo, manutenebo, proſequar, & defendam bona fide quantum in me fuerit, & valetudo mea permiſerit contra hominem, auctoritate ſedis Apoſtolicæ, & ordine meo, in omnibus ſemper ſaluis, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Euangelia, vt autem præmiſſis omnibus maior fides poſſit, & debeat adhiberi, ordinationem noſtram huius ſigilli veſtri munimine fecimus roborari.

Datum Laterani 15. Kal. aprilis, Pontificatus domini Alexandri Papæ Quarti anno tertio. Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Dat. Laterani 5. *Kal. aprilis anno tertio.*

Thomas denique cum bene Eccleſiam ſibi creditam adminiſtraſſet ann. viginti, annorum, meritiſque plenus ann. 1273. vltimum diem clauſit, conditusque eſt in communi Epiſcoporum oſſuario in æde Cathedrali: eius honorifice meminit in vita B. Bonauenturæ de Tholomæis, Gregorius Lombardellus, quem patria Senenſem appellat, nos vero Romanum ex nobili Fuſcona de Berta familia profeminatum, & ad hanc inſulam è cœnobio Dominicano euocatum, ex reg. Vatic. ſupra retulimus.

47 BANDINVS, quem nonnulli Bernardum appellant, filius Boncij, ciuis, ac præpoſiti Senenſis, ſcriptor, Apoſtolicuſque corrector, Gregorio Decimo vocante ad Senenſem ſedem ſubvectus eſt, anno 1273. die ſeptima Kalend. iunij. Hic cum Gibellinæ factionis propemodum princeps eſſet, Guelphoſque per idem tempus accidiſſet de Gibellinis victoriam reportare, Bandinus tametſi paſtor, Guelphorum primoribus, ac potiſſimum præpotenti Gazanæ genti cœpit eſſe ſuſpectus (hæc autem gens ita de Epiſcopatu Senenſi olim bene merita erat, vt ob id obtinuerit vſus non niſi præſentibus Gazijs Senenſem Epiſcopum ad altare litare.) Bandinus igitur, ſiue vaniſſimum abominatus vſum, ſiue ex odio Guelphorum, eum contempſiſſet Gazios ad ſacrificium vocare, illi ſe deſpici rati Cathedralem ſuccincti armis irrumpunt, litantemque Epiſcopum ad altare ſacrilego auſu obtruncant. Senenſis populus mox conſternatus ad arma, non modo ſicarios ipſos, ſed totam Gaziam gentem, excisis ad infamiam domibus, minacisſimo mulctarunt exilio, ipſaque ciuitas ſub indignabundo, ex merito, Pontifice diu viduata paſtore, alieni ſceleris pœnas dedit. Conſule Tintum, qui hanc tragicam hiſtoriam ex propoſito narrat.

Poſt cæſum Bandinum beatus Ambroſius
Senenſis Epiſcopus adlectus eſt, qui
ex moderatione animi, amore-
que vitæ priuatæ,
ſibi
delatum a Pontifice onus
ſubire contem-
pſit.
†



48 RAYNALDVS Vguccionis Malauoltæ nobiliſſimus eques, ſuæ patriæ throno condecoratus eſt anno 1282. ex canonico Cathedralis, 16. Kalendas decembris. Confirmatur a Martino IV. ex regeſto Vaticano epiſtola 61. ſol. 63. anno ſecundo. Hic ſummæ ædis anterioris partis primũ lapidem iecit an. iubilei 1300. a Boniſacio Octauo indicto de quo ſupra. Ad eiuſdem ędis fores hęc in marmore incíſa leguntur carmina.

Annus centenus Romæ ſemper eſt iubileus,
crimina laxantur, cui pœnitet iſta donantur,
Hæc decreuit Bonifacius, & roborauit.

Abluit quoque Reymundus in ſacro baptiſmatis fonte filiam Czroli Valeſij Gallorum Regis fratris, Catharinæq; filiæ Imperatoris Philippi, quam Senis pepererat mater. Poſtremum diem clauſit Raynaldus anno 1307. die octaua menſis iulij, ſepultuſq; eſt in Cathedrali prope S. Bartholomæi altare.

49 Fr. ROGERIVS ex oppido Caſall, ordinis ſancti Dominici Theologica facultate præclarus, a clericali capitulo ſubiectus eſt, cum in nullum alium ſuffragia conuenirent anno 1307. Cuius deinde electio a Clemente Quinto conſtabilita eſt. Fuitque eiuſdem Pontificis in vrbe vicarius, vt ex literis Vatican. regeſt. patet: Dat. decimo Kalendas maij anno nono, epiſtola 339. fol. 78. Romæ deceſſit anno 1317. die 6. menſis iunij, ſepultuſque eſt apud ſanctam Mariam Mariam ſupra Mineruam.

50 DONVSDEI de Malauoltis, filius Rotlandi iuris vtriuſque doctor inſignis, ac eruditione præclarus, ex canonico Epiſcopus declaratus eſt 1317. id. iulij. Hic diuturniores lites inter Salimbenios, Ptolemæoſque compoſuit, xenodochiumque ſanctæ Mariæ, multis eidem attributis redditibus, ædificauit. Plures ſynodos habuit, in quibus latis ſalutaribus legibus, clerum ſuum in defæcatiorum morum diſciplina continuit. Capellanias quinque in Cathedrali fundauit. Brachium ſancti Aniani cælato argento, precioſis gemmis inſperſo concluſit anno 1344. Bindus de Petronibus Senenſis notarius apoſtolicus, Richardi de Petronibus Cardinalis conſanguineus, executorque teſtamenti, monaſterium Pontiniauenſe ordinis Carthuſianæ, non longe ab Vrbe cœpit ædificare, abſoluit poſt aliquot annos, vbi moriens humatus fuit, vbi vetus ſepulchrum ſpectatur hac inſcriptione.

Bindus Senenſis domus huius Carthuſienſis
Prudens fundator domini, Papaque notator
Hanc Pero donauit iacet hic ſuper aſtra volauit
Anno millena trecentum, luſtroque deno
Addas tres maij pleno die tunc ſeptimo deno.

Quo etiam Præſule abſolutum eſt cœnobium ſancti Michaelis de Quarto ordinis Ciſtercienſis, tertio ab hac ciuitate lapide exędificatum, ab eodem Cardinali Petronio innidioſis opibus ditatum, monachi è monaſterio ſancti Galgani euocati ſolemni pompa poſſeſſionem inierunt die 25. octobris anno 1337. de eo Iugurtha Thomaſius lib. hiſtor. Senenſis Antonius Libanorus in vita ſancti Galgani, de quo etiam cœnobio Bzouius ad ann. 1264. Hoc quoque Præſule fundatum eſt cœoobium de Roſa Camaldulenſis ordinis, & B. Bonauentura de Ptolemæis, ordinis Prædicatorum ad cælum euolauit ann. 1348. cuius vita ſcripſit Gregorius Lombardellus. Diu tandem Donus Dei Senenſem Eccleſiam ſumma cum pietatis laude adminiſtrauit. E viuis deinde ſublatus eſt anno 1350. Cum antea condidiſſet teſtamentum, ſepultus ad aram diuæ Victoriæ in æde maiori, vbi adhuc ſpectantur eius gentilitia ſtemmata; ſcala ſcilicet cum duabus inſulis.

51 AZOLINVS de Malauoltis canonicus, Donodei ſucceſſit anno 1351. non. Kalendas decembris. Hic teſtis fuit iuramenti fidelitatis, quod Abbas Bernardus ſancti Saluatoris Amiatini Mõtis ex ordine Ciſtercienſi præſtitit in manu Hernesti Archiepiſcopi Pragenſis, ac pro Carolo IV Imperatore generalis vicarius totius Hetruriæ anno 1355. coram nobili viro Cione xenodochij Sanctæ Mariæ de Scala rectore. Deceſſit autem 1370. die tertia menſis ianuarij ſepultuſque eſt in Cathedralis choro. Eo Præſule Carolus IV. Imperator ampliſſimo priuilegio ſtudium generale Senenſe exornauit, autographum aſſeruatur in archiuio Cathedralis, cuius tenor eſt huiuſmodi.


In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis feliciter. Amen.

Carolus Quartus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex. ad perpetuam rei memoriam.

Veneranda virtutum magiſtra rectrix morum, & recta humanæ conuerſationis imbutrix, ſacrarum legum, & canonum, ac liberalium artium precioſa ſcientia, quam peſtilentijs pridẽ mortalitatis rabies perampla orbis climata ſuffocauit, ipſo ſui ſilentio ad nos clamat, & inuocat tacite nomen noſtrum; vt ad reuelandum ipſius proſtratæ lapſum Imperialis ei dexteram potentiæ porrigamus, Nos igitur cunctarum vrbium, & totius orbis, cuius nobis Monarchia, licet immeritis, cælitus eſt commiſſa decus, & gloriam in perſonis prudentibus literarum notitia glorioſa præclatum relucere ſingulariter agnoſcentes. Ad ſupplicationem duodecim pro maieſtate noſtra Imperiali vicariorum generalium, necnon conſilij, populi, & communis ciuitatis, comitatus & diſtrictus Senarum ooſtrorum, & ſacri Imperij fidelium

fidalium dilectorum per religioſos Anthymū de Vgoragerijs lectorem Paduæ, & Petrum Franciſci de Senis ordinis fratrum Minorum, ambaſciatores ipſorum deuotos nobis dilectos, maieſtati noſtræ tam humiliter, quam ſapienter oblatam, in eadem ciuitate noſtra Senarum, quæ ſacri Imperij earellens inſigne membrum exiſtit, ſtudiū, quod ibidem hactenus viguiſſe, ſed his temporibus permiſſu Dei, aliqualiter obſcuratum eſſe dignoſcitur, in lucem decernimus erigere rediuiuā, vt ad ſacri ſplendorem Imperij cæterarum fiat vrbium ſpeculum, & lucerna, qua remotæ orbis tenebræ variarum ſcientiarum radijs illuſtrentur. Hinc eſt, quod præfatæ ciuitati Senarum, & eius communi generali perpetuum, atque glorioſum ſtudij generalis priuilegium auctoritate Cæſarea, damus, & concedimus liberalitate munifica tenore præſentium ex certa ſcientia, ac donamus, decernentes, ac edicto Cæſareo præſenti valituro perpetuo de imperialis poteſtatis plenitudine ſtatuentes, vt in ipſa ciuitate Senarum ſtudium perpetuo ſit, & habeatur in iure ciuili, ac canonico, & medicina, philoſophia, logica, grammatica, & quauis alia facultate, poſſintque omnes, & ſinguli doctores, & magiſtri per commune Senenſe ordinandi, & deputandi in ciuitate prædicta Senenſi, vtpote in ſtudio generali ſolemniter, & publice in memoratis facultatibus legere, & docere, etiam vna cum alijs ad ſubſcripta per ſuperiorem ipſius ſtudij euocādis ſcholares benemeritos licētiandi, & honorem Cathedræ, & alia doctoratus inſignia ipſis ſolemniter concedendi plenam habeant hac noſtra freti conceſſione Imperatoria, & liberam poteſtatem. Superiorem vero hoc caſu Senenſem Epiſcopum debere intelligi declaramus, qui præmiſſa per ſe, vel alium exerceat, dum nullo impedimento fuerit præpeditus. Vacante vero Epiſcopali ſede, vel Epiſcopo ipſo quomodolibet impedito capitulum Senēſis Eccleſiæ plenam, & omnimodam exercendi præfata omnia, & ſingula obtineat facultatem. Cæterum, vt ſcholares, & ſtudentes in dicta ciuitate Senenſi tanto valeant ſtudio vacare liberius, quanto a quarumlibet moleſtiarum impetu liberati vberiori fuerint libertate, de Imperiali liberalitate fulciti, de innata nobis clementia rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes ſtudij Senenſiſ prædicti, eorumque vniuerſos, & ſingulos familiares, & miniſtros, necnon domus, & ſcholas in noſtram, & ſacri Romani Imperij protectionem, & tutelam, ac defenſionem recipimus ſpecialem, eoſque omnibus, & ſingulis priuilegijs, libertatibus, gratijs, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum generalium ſtudiorum rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes, eorumque miniſtri, domus, & ſcholæ diuorum Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum largiflua conceſſione, ſeu laudabilium conſuetudinum inductione frui, & gaudere ſunt ſoliti de plenitudine noſtræ poteſtatis Cæſareæ ex certa ſcientia, vti perfrui decernimus, ac ſtatuimus perpetuis temporibus gaudere. Præterea ſtudij Senenſis iam dicti incrementa felicia feruentius affectantes, & longinquarum incolas regionum ad eius allicere cupientes acceſſum,

A vniuerſos, & ſingulos clericos, & laicos, ſeu ſcholares cuiuſcumque conditionis, ordinis, aut ſtatus exiſtant, ad præfatam ciuitatem Senenſem, cauſa ſtudiorum futuris temporibus accedentes in acceſſu ad eam, & in receſſu ab ipſa. a quibuslibet datijs, gabellis, pedagijs, vectigalibus, & oneribus quocumque nomine cenſeantur, ex certa ſciētia eximimus, & auctoritate Imperatoria liberamus, & vna cum familijs, equitaturis, arneſijs, lenſijs, valliſijs, & rebus ſuis omnibus liberos eſſe decernimus, & de Imperialis poteſtatis plenitudine exemptos. Mandantes vniuerſis, & ſingulis vicarijs, capitaneis, antianis, poteſtatibus, rectoribus, gubernatoribus, communibus, vniuerſitatibus, & officialibus, ac fidelibus noſtris, & ſacri Imperij firmiter, & diſtricte, quatenus contra præſentis noſtri Imperialis indulti tenorem, ſcho-B lares, ſeu ſtudentes huiuſmodi moleſtare, vel inquietare non audeant, ſeu quomodolibet perturbare ſub pœna ſubſcripta, ac etiam Imperialis banni, quam omnes, & ſinguli ſcienter contrafacientes, niſi congrue ſatisfaciant infra menſem, toties, quoties contrafecerint, ſe nouerint vſque ad ſatisfactionem condignam irremiſſibiliter incurſuros. Ne autem ſub habitu, & nomine ſtudentium a mercatoribus, vel alijs fraus in præmiſſis valeat exerceri, volumus in hac parte accedentium ad iam dictam ciuitatem aſſertioni, ſeu iuramento credatur, ſi illud qualitate perſonarum attenta viſum fuerit exigendum. Recedentes vero literas teſtimoniales Epiſcopi Senenſis, vel rectoris vniuerſitatis ſtudij ſupradicti recipiant, quibus hoc caſu volumus fidem plenariam adhiberi.
C Verum quia parum prodeſt libertates concedere niſi ſit qui tueatur eaſdem, Senenſis Epiſcopus, qui eſt, & qui fuerit pro tempore, omnium, & ſingulorum priuilegiorum, libertatum, & immunitatum, ac exemptionum ſtudij ſupradicti conſeruatorem conſtituimus, eique plenam damus, & liberam poteſtatem, ea conſeruandi, tuendi, & exequendi, ac in rebelles, & moleſtatores ſtudij, & ſtudentium prædictorum animaduertendi, pœnas quas virtute præſentium, vel etiam ſecundum leges, & canones, ſeu ſtatuta locorum meruerint, exigente ipſorum contumacia, ratione præuia declarandi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Imperialis maieſtatis paginam infringere, vel ei quouis auſu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium
D attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœna centum marcharum auri puri toties quoties contra factum fuerit, ſe nouerit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Imperiali ærario, ſiue fiſco, & reliquam vero partem, iniuriam paſſorum vſibus decernimus applicandas.

Signum sereniſſ. D. Caroli 4. Rom. glorioſiſſ. Bohe-  *principis, & Dom. Imp. inuictiſſ. & miæ Regis.*

Teſtes huius rei ſunt.

Vene-

Venerab. Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis, Theodoricus Miudenſis, & Ioannes Bliſincenſis Epiſcopi, necnon illuſtres Petrus Borbonienſis, Conradus Oleſnenſis, Henricus Magnopolnenſis, Pizienko Beſſebenen. duces, necnon ſpectabiles Burgardus Burgguius Madeburgenſis Magiſter curiæ Imperialis, Albertus de Anhalt, Otho de Furſtembergh, & Ioannes de Reuz. ac Fezeuſimo Feucaius de Prato comites, & nobiles Vuilſelmus de Straknuiz, Ioannes Dacus, & Vlricus fratres Roſſembergh, Rodulphus de Varta, Sbineo Lepus de Haſſembergh, & Haſco de Zvvierzet, Magiſtri Cameræ noſtræ Imperialis, Henricus Bauarus de Pobardia, & complures alij fide digni; præſentium etiam ſub bulla aurea Typario noſtræ Imperialis maieſtatis impreſſo teſtimonio literarum.

Datum Pragæ anno Domini 1357. indictione decima, 17. Kalendas ſeptemb. regnorum noſtrorum anno Romani duodecimo, Bohemiæ vndecimo, Imperij vero tertio.



52 IACOBVS Ægidij de Malauoltis, ab Vndecimo Gregorio Pontifice ſubuectus eſt ad thronum Senenſem anno 1370. die vigeſima quarta menſis ianuarij. Huius Epiſcopi extant originariæ apud me literæ, quas de noua electione ad publicam Senenſem rem perſcripſit, quas, quia egregiam viri pietatem oſtendunt, hic exſcribendas curauimus.

Magnificis, & excellentibus dominis, & amicis meis prædilectiſs. dominis . . defenſoribus . . .
capitaneo populi ciuitatis Senarum.

Magnifici, & ſingulariſſimi domini, & amici mei prædilectiſſimi, notum dominationi,& amicitiæ veſtræ facio per præſentes,quod audita creatione ſanctiſſimi Patris, ac beatiſsimi domini noſtri Gregorij Papæ Vndecimi, atque negotijs Lucanorum infirma, & bona diſpoſitione dimiſsi, pro ipſorum etiam Lucanorũ opportunitate Dominum noſtrum prælatum humiliter viſitaturus iter arripere die 13. huius menſis, & dum hodie applicuiſſem prope burgum Vrgonis per quinque leuguas, ab Auenione ciuitate diſtantem, per quamplures dominorum meorum literas de Auenione mihi portatas huiuſmodi noua certa qualiter externa die, quæ fuit dies Veneris 24. menſis ianuarij in conſiſtorio conſuetudo de conſenſu omnium reuerendiſsimorum Patrum dominorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium nemine diſcordante idem dominus noſter promouit me minimum ſeruum ſuum licet immeritum, & indignum, ad regimen veſtræ Senenſis Eccleſiæ præficiendo eidem Eccleſiæ me in Epiſcopum, & paſtorem, quod vtique licet importabilis ſit vi grauaminis, ex eo tamen conſolationis tantæ mihi exiſtit, quanto per amplius video hoc non mea procuratione, non meis meritis, non meis virtutibus, ſed ſolum ex diuinæ diſpoſitionis miſericord, & Apoſtolicæ ſedis gratia tam libera proceſsiſſe, hæc vtique, magnifici domini, vobis ſcribo ſciens pro firmo, quod de ijs, & alijs meis honoribus, qui certiſsime veſtri ſunt, lætamini, & gaudetis, aſſerens dominationi veſtræ totis præcordijs mentis meæ, atque tota cordis intentione attentans per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, quod fideliſsimam, & conſtantiſsimam intentionem habeo, totis ſum diſpoſitus viribus, omni ſum vſque ad mortem diſpoſitione paratus pro pace, & tranquillitate ciuitatis noſtræ, pro ciuium omnium vnitate, pro ſtatu perpetuo Senenſis populi, atque veſtro diuina operante, & adminiſtrante miſericordia operari, hoc pro firmo experientia docente videbitis, & quod iſte beatiſsimus dominus noſter Papa me minimum ſeruum ſuum non de nouo, ſed a diu ſpeciali deuotione, quatenus omne ſuum poſſe in ſpiritualibus, & temporalibus ſit diſpoſitus ſemper ad conſeruationem veſtri regiminis, atque ſtatus. Lætemini igitur, & confortari dignemini in Domino Ieſu Chriſto, quod paſtorem habetis, quamuis minus idoneum, tamen ab ea vobis traditum tanquam ad boni conſeruationem ſtatus, ad exaltationem quoque, & incrementum Senenſis Eccleſiæ ardentiſsimum,& fidelem, quam Eccleſiam meam, & me ipſum indigniſsimum ſponſum ſuum, per merita intemeratæ Virginis matris noſtræ, veſtræ dominationis protectionis, & brachijs ſtrictiſsimis cordis mei precibus recommendo. Altiſsimus ſtatum veſtrum ſemper in ſtatu felici dignetur per ſui miſericordiam incolumem conſeruare.

Datum in dicto burgo Vrgonis die ſabbati xxv. ianuarij, manu propria ſ

Veſter chariſsimus, & deuotiſsimus ciuis Iacobus Aegidij de Malauoltis, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia electus veſtræ Eccleſiæ Senenſis, totum ſe ipſum &c.

Cæterum Iacobus Auenioni inauguratus fuit, Senaſque reuerſus die vigeſima nona menſis iunij ſolemni pompa obtenti Epiſcopatus poſſeſsionẽ iniit, populo Senenſi præ lætitia geſtiente, ſed breuis fuit ea lætitia, ſiquidem defunctus eſt anno 1371. die octaua menſis nouembris, moriensque cum magnum æs alienum contraxiſſet, ita duros expertus eſt creditores, vt defunctum etiam ponerent ſequeſtro, donec Ægidio patre redimente cadauer, ſupremo officio demandaretur.

53 Fr. VVILLELMVS Vaſcho Gallus, ex ordine Minorum, antea Clonmachij Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1371. quod cum accepiſſent Senenſes, legarunt in Galliam ad Pontificem Lucam Ghini Bertini ſancti Martini

tini priorem, orantes, ne Pontifex Senenſi throno externum hominem imponeret, ſed ciuibus Senenſibus Senenſem ciuem potius præficeret, Lucamque quem miſerant ad id muneris aptiſſimum eſſe. Orantibus nequaquam Pontifex aſſenſus eſt, ſed cum Lucam ipſum Narnienſem declaraſſet Epiſcopum, apud Senenſes deinde ſcriptis literis conſilij ſui rationem humaniſſime probauit. Diſtulit interim Vvillelmus aduentum ſuum vſque ad annum 1373. Senaſque demum perueniens, auguſtiori pompa, quam putarat, a Senenſibus exceptus eſt, poſtrema die iulij abeuntis menſe ianuario, deceſſit anno 1377.




54 LVCAS Bertinus, ciuis Senenſis Ghini filius, ex Epiſcopo Narnienſi Præſul ſuæ patriæ effectus eſt anno 1377. cuius Epiſcopatus poſſeſſionem inijt die octaua menſis iunij per Franciſcum fratrem, deinde vigeſima prima ſeptembris ſolemni ritu ciuitatem intrauit: deceſſit vero poſtquam ſeptem omnino annos in adminiſtratione expleſſet 1384. & in Cathedrali ſepultus eſt. Vir fuit valde pius, ac doctus, & Eccleſiaſticæ puritatis peramator, qui cum incidiſſet in ea tempora, quibus ſchiſma illud nocentiſsimum in Romana Eccleſia cœpit poſt Vndecimi Gregorij obitum partem Vrbani Sexti ſecutus, quantum valuit ſibi commiſſam prouinciam ab ſeditioſorum rabie immunem fecit, cultumque ſacrum promouit mirifice, ſynodum in Cathedrali celebrauit, in qua vanitates, luxuſque omnis pompa in Eccleſiaſticis ſunt interdicti, moreſque correcti. Tempore quoque huius Prælulis Sanctiſſima Virgo Catharina Senenſis, patriæ gloria, Dominicani ordinis gemma fulgidiſſima Romæ migrauit ex hac vita anno a Chriſto nato 1380. qui tertius fuit Lucæ pontificatus, quam Pius Papa Secundus anno 1461. ſanctorum numero adſcripſit. Eius acta nobiliſſima ſcripſit beatus Raymundus Capuanus ordinis Prædicatorum generalis, alijque multi, quam etiam ſic ſalutauit in hymni principio, quem cecinit in laudem eiuſdem erud iſſimus, & doctus amicus noſter Franciſcus Pona Veronenſis in 77. emblemate ſacro ſui Cordimorphoſei, opus ſane pietate oppletum, & dignum, quod cordi ſculpatur Chriſtiano.

Salue Senarum Gloria,
Quas ſuper aſtra prouehis,
Virgo ſalue lectiſſima,
A *Flos, Gemma, Sol Italiæ.*
Roſam Te pudor efficit,
Puritas Lilium niuea.
Adamantem Conſtantia,
Pyropum Amor flammeus,
Illuſtras Orbem radijs,
Ordinis iubar nitidum
Fugas errorum tenebras
Cæleſti diffluа lumina,
Puella, &c.

55 CAROLVS, vel Carluccius Minutulus, nobilis Neapolitanus, ab Vrbano Sexto electus
B eſt Epiſcopus Senenſis anno 1384. ſed a republ. Senenſi impeditus poſſeſſionem Epiſcopatus nanciſci non potuit, hinc quieti intentus eodem ann. Epiſcopatu ſe abdicauit, & ad aliam dignitatem aſſumptus eſt ab eodem Pontifice, de quo hæc pauca in actis conſiſtor. & in monumentis Eccleſiæ Senenſis inuenire potuimus.

C



56 FRANCISCVS Mormilius, nobilis Neapolitanus ab eodem Vrbano Sexto ad eundem Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1385. id. nouembris, ſoluit ſolitum penſum ſacro Collegio, ex lib. oblig. Hanc Eccleſiam abſens adminiſtrauit ann. vndecim, tædioque affectus cum fere in eandem difficultatem incidiſſet, quã prædeceſſor ſuus Minutulus expertus fuerat, dignitati ſuæ nuncium remiſit ann. 1396. menſe nouembris, translatus deinceps ad Sernenſem, mox ad Caueoſem Eccleſiam in regno Neapol. de quo alibi diximus, dicemuſque in quarto tomo huius ſacræ hiſt.

57 GVILLELMVS cuius patriæ, vel familiæ fuerit non exprimitur In lib. 1. de dignit. vacant. ſub Bonifacio Nono, a quo anno 1396. in locum Mormilij Epiſcopus Senenſis renunciatus eſt. Decem omnino annos hanc rexit Eccleſiam, deceſſitque ann. 1407. quo Gregorius Duodecimus Senas venit cum duodecim Cardinalibus, vt reipublicæ Chriſtianæ conſuleret. Manſit in eadem ciuitate, irrito conatu, a die 3. ſeptembris 1406. vſque ad vigeſimam tertiam ianuarij anni ſequentis, vt marmorea inſcriptio in Metropolitana Eccleſia parieti affixa loquitur, in qua eiuſdem Gregorij ſtemmata, vna cum inſignibus


duodecim illorū Cardinalium, qui tunc ſecum aderant, viſuntur inſculpta, nempe Cardin. Angeli Acciaioli, Henrici Minutuli, Antonij Caietani, Valentini Hungari, Angeli de Arona, Cōradi Caraccioli, Franciſci Vguccionij, Iordani Vrſini, Antonij Calui, Raynaldi Brancacij, Odonis Columnæ, ac Io: Ægidij Normandi; inſcriptio vero ſic proſtat legentibus.

Dominus G. PP. XII.
intrat Sen. die iij. ſeptemb.
cum xij. Card. vt ſchiſma tollant
hic moram traxit vſque hodie
xxiij. ianuarij.
ipſorum D.PP. & Card.
in iſta Eccleſia multæ indulgentiæ
ſunt conceſſæ, quorum D.PP.
& Card. ad perpetuam rei memoriam,
Arma hic ſunt poſita
tempore egregij viri domini Catarini operarij
dominæ maioris Eccleſiæ
ann. D. M.CCCC.VII.



58 GABRIEL Condolmerius Venetus, Angeli filius, ex Batiola Nicolai Corrarij filia, clariſſima fœmina, & omnibus ſeculis celebris, raro felicitatis exemplo, fratrem, filium, ac nepotem ſummos Pontifices vidit, Gregorium quippe XII. germanum fratrem, Eugenium Quartum filium, & nepotem Paulum Secundum, ex Poli- D
xena filia, quæ Nicolao Barbo in matrimonium iuncta hunc genuit Pontificem. Gabriel ab auunculo Angelo tunc Caſtellano Epiſcopo educatus, magnæ ſpei adoleſcens, vna cum Antonio Corrario fratrueli in ipſo iuuentutis flore ordinis canonicorum ſecularium ſancti Georgij in Alga auctor fuit, mox ab eodem Angelo ad Apoſtolicam ſedem ſub Gregorij Duodecimi nomine euecto, Romam cum Antonio euocatus, ex canonico Veronenſi protonotarius Apoſtolicus Theſaurarius, varijſque locupletatus beneficijs, Epiſcopatui Senenſi præficitur ann. 1407. tametſi adhuc in legitima ætate conſtitutus non eſſet, quandoquidem nondum annos viginti quinque attigiſſet. Qui a Senenſi publica re, quæ è ſuis ciuibus vnum, qui mores hominum, & ritus ciuitatis noſceret, in Epiſcopum exoptauerat, pene

A tulit repulſam. Sed vicit Pontificis auctoritas, probata Gabrielis integritate, ac prudentia confirmata, qui paulo poſt maioribus honoribus eum condecorauit. Senenſi namque Epiſcopali munere haud diu functus eſt. Siquidem annuente auunculo Pontifice, eo onere, honoreque ſe exſoluit anno 1408. deinde Apoſtolicæ Cameræ clericus euaſit, mox ſub eodem Pontifice etiam Cardinalis tituli ſancti Clementis, tum poſt Martini Quinti exceſſum ſub nomine Eugenij Quarti ſummus Pontifex, cuius primordia, egregiaque facinora inter multos prodit nondum publicis iuris factus Veſpaſianus Florentinus in lib. de viris illuſtribus, Ægidius Card. Viterbienſis in manuſcript. hiſtor. 20. ſeculorum, & Iacobus Philippus Thomaſinus Aemoniæ Epiſcopus eruditiſſimus
B in canonicorum ſecularium ſancti Georgij in Alga annal. Cæterum ex ceſſione Gabrielis cum Senen. Eccleſia diu paſtore caruiſſet, Alexander Quintus Pontifex in M. Antonium Caſinum Epiſcopum Piſaurenſem eam cōtulit dignitatem. Nec prætereundum, quod Vvadingus noſter in quarto tomo annal. Minor. ad ann. 1409. refert Senenſem quemdam Epiſcopum hoc ipſo anno a Benedicto Decimo tertio pſeudopontifice, vna cum Tarraconenſi Archiepiſcopo Seguntino, Mimatenſi Epiſcopo, Bonifacio Ferrerio Carthuſiano, & miniſtro Galeciæ ordinis Minorum, Piſas ad concilium, quod tunc habebatur, miſſum fuiſſe, vt perſcrutaretur, quibus conditionibus Chriſtiana res in tot ſchiſmatis procellis fluctuantem ad concordiæ pactionem deduci poſſet;
C ia cum alijs Nemauſi a Francorum Regis miniſtris detentus Benedicti mandata haud potuit adimplere. Verum quis ille fuerit Senenſis Epiſcopus, cum nomen reticeatur, ſcire non potui. Gabriel quidem eſſe non potuit, cum ille iam Cardinalis creatus, Lucæ apud auunculum, partem eiuſdem ſuſtinebat, nec item Antonius, quem diximus in locum Gabrielis ad hanc ſedem ab eodem Gregorio euectum, crediderim certe alium quemdam Benedicti fuiſſe aſſeclam, ad huiuſmodi dignitatis titulum ab eodem intruſum, vt ferebat illorum temporum conditio miſerabilis.



59 ANTONIVS Caſinus, ex Ioanne patre inſigni medico, Florentiæ ortus, haud temnendi nominis doctor plebaniam Signanam primum obtinuit, poſtea Cathedralis Florentinæ canonicus eſt declaratus, vicariuſque illius Eccleſiæ

Tuſciæ

Tuſciæ ſubcollector, Cameræ Apoſtolicæ clericus ſub Innocentio Septimo, tum & Piſaurenſis Epiſcopus, deinde 1409. die 13. Kalend. aug. ab Alexand. V. ad Senenſem Epiſcopatum tranſlatus eſt, habuitque in Piſaurenſi ſede ſucceſſorem Bartholomæum germanum fratrem ex Abb. ſanctæ Muſtiolæ ordinis Vallisvmbroſæ ad eam dignitatem euocatum. Eximiæ exiſtimationis Præſul fuit, diuque Bononiam adminiſtrauit ſub Ioanne Vigeſimo tertio, ac ſub Martino Quinto theſaurarij munere functus eſt, ab eodemque presbyter Cardinalis creatus ad titulum ſancti Marcelli, vnde poſtea vulgo ſancti Marcelli, & Senenſis Cardinalis appellabatur. Senenſem Eccleſiam cum Groſſetana commutauit anno 1427. in Cathedrali Senenſi erexit ſancti Sebaſtiani ſacellum, illudque pretioſis donarijs locupletauit. In Cathedrali Florentina duas capellanias fundauit, perpetuoque cenſu dotauit. Poſtremum ſuum condidit teſtamentum 1439. Agnetemque ſanctæ Apolloniæ monialem Florentinæ dinonis inſtituit hæredem, multiſque alijs pijs legatis diuerſas inſpexit Eccleſias, præcipue autem ſanctiſſimæ Trinitatis Florentiæ, vbi fratres, ſuique maiores tumulantur. Ipſe vero fato functus eſt Florentiæ anno 1439. Romam relatus, vt in teſtamento mandauerat, apud ſanctam Mariam maiorem cum hac breui inſcriptione ſepulchrum accepit.

S. ANTONII TIT. S. MARCELLI
PRESB. CARD. DE SENIS,
QVI OBIIT
AN. M. CCCC. XXXIX.
DIE IV. FEBRVARII.

A Memini me dixiſſe in meis ad Ciacconem additionibus hunc Cardinalem e populari familia fuiſſe Florentinum. Quod verum eſſe ne dubites, ſi te prius monuero, parentem habuiſſe Ioannem illum Senenſem, Florentinumque ciuem, qui cum diuturniori mora Senis fuiſſet, ciuilitatem tandem aſſecutus, illam tranſmiſit ad poſteros, atque adeo in hunc Antonium Cardinalem, eandemque tum Senis, tum Florentiæ Caſinam gentem eſſe, cum eadem gentilitia ſtemmata geſtarent, vt ſepulchrum alterius Antonij Caſini Maſſenſis Epiſcopi, filij Franciſci celebris medici perſpicue prodit, quem aliqui tum nomine, tum tempore, quo ſimul vixere, decepti, vt noſter Andreas Victorellus in additionibus ad Ciacconem
B fol. 2027. l. ſ. patrem putarunt huius Antonij Cardinalis, quem modo commemorauimus. Antonius item Cardinalis deceſſit anno 1439. Romæ iacet. Antonius Maſſæ Populonij Epiſcopus obijt 1429. ſepultus in ſua Cathedrali, vt infra videbimus. Ille patrem habuit Ioannem Innocentij Septimi, hic Franciſcum Martini Quinti Pontiff. Maxx. inſignes medicos, vt certa produnt monumenta. Cæterum Caſina gens iam deſijt eſſe Florentiæ per mortem Agnetis ſororis Cardinalis Antonij, quam inſtituerat hæredem. Senis vero, per eius exceſſum, qui nomine factioſi, capitis pœnas luit. Cæterum Antonio Præſule Senis ex decreto Martini Quinti inchoatum eſt concilium generale ann. 1423. ſed poſt paucos men-
C ſes coorta diſſenſione inter patres diſſolutum eſt. Hinc lapis in Metropolitana ita prologuitur.

HIC ANN. M. LIX. ILDEBRANDO ILDEBRANDESCO ARCHID.
PVRPVRA CVRANTE
QVI POSTMODVM GREG. VII. OECVMENICVM CONCILIVM CELEBRATVM
VBI ANTIPAPA BENEDICTO ABROGATO GERARDVS ALLOBRVS
EPISCOPVS FLORENT. ADSVMPTVS
NICOLAVS II. APPELLATVS,
QVI STATIM L. G. D. NE AMPLIVS A POP. VEL A CLERO
SED A CARDINALIBVS ROM. PONT. ELIGERETVR.
HIC RVRSVS GENERALE CONCILIVM M. CCCC. XXIII.
SVB MARTINO QVINTO CELEBRATVR,
SED INTER CONCILII PROCERES PAVCOS
POST MENSES COORTA DISSENSIONE,
VT MVLTIS IAM CONSTITVTIS CANONIBVS ÆGRE FERENTES
SENENSE DISSOLVITVR.

Anno 1427. Card. Coſmum Senen. ſedem cum Groſſetana commutaſſe ex actis conſiſtorialibus ſupra retulimus, in cuius vacuę Eccleſiæ locum, cunctis ordinibus per oratorem apud Martinum

A Quintum poſcentibus ab eodem Pontifice ad eius Eccleſiæ gubernaculum aſcitus eſt Bernardinus Senenſis ſanctitate celeberrimus eius æui Minorita, qui hoc habet laudis, vt paulo poſt a Nicolao Quinto Pontifice in ſanctorũ numerum ſit relatus. Id conſtat ex epiſtolis eiuſdem Card. Caſini, quod olim autographum Lucæ Vvadingo amico noſtro, viro doctiſſimo, & nunquam ſine laude nominando, dono dedimus, quod hic iterum exhibeo.

Magnificis, & excellentiſſimis D. D. Prioribus, conſilio, communi, ac capitaneo populi ciuitatis Senarum amicis noſtris chariſſimis
A. Card. S. Marcelli.

B *Magnifici, & excellentes Domini. Hoc mane ſanctiſſimus dominus noſter de Eccleſia Senenſi prouidit reuerendo in Chriſto patri domino fratri Bernardino de Senis, de qua re ſuæ Beatitudini inſtantiſſime ſupplicauimus. Et ſicut in hoc operati fuimus, ita in omnibus vobis gratis, & iuxta vota veſtra faciemus. Romæ die quarta iunij 1427.*

Patriæ, aliarumque ciuitatum infulas, velut inanes fucos humilitatis gratia Bernardinum longius a ſeſe repuliſſe oſtendit Maffæus Vegius in lib. 3. eiuſdem ſancti patria vita, Iannottus Manettus in lib. contra Iudæos, & gentiles, Veſpaſianus Florentinus in eius vita manuſcripta, & Vvadingus tomo 4. annal. Minorum hiſce verbis cauſam notauit, cur dignitati nuncium remiſiſſet. *Vocatus vero, ait, vir ſanctus, vt collatam admitteret dignitatem, ne ciuium ſuorum videretur vota aſpernari, & beneuolentiam ingratitudine compenſare,* C *plurimas egit gratias vniuerſis tanti honoris auctoribus. Dein Epiſcopalem dignitatem, digneque præferentes ſummopere commendant, multas ſubiunxit rationes, propter quas non poſſet oblatam amplecti. Non enim, inquit, me miſit dominus baptizare, ſed euangelizare, & maioris lucri repute, vbicumque terrarum homines euangelica erudire doctrina, quam vnius Epiſcopatus ambitu circumcingi. Reliquaque Epiſcopum ſpecioſe circundant, aulici, & rerum affluentia, procul habeo, & malo cum pauperibus penuriam pati, quam inter opulentos Antiſtites honoribus efferri. Huic tantæ oneri innumeris curis obnoxio me imparem ſentio, & in humili ſtatu, quem Deo inſpirante, delegi, maiori fide potero reddere quæ promiſi.* Reſpuiſſe etiam Vrbini, & Ferrariæ Epiſcopatus D iidem, aliique auctores ſcriptum reliquerunt.



60 CAROLVS Bartolus Senenſis, filius Angelini eques, ac rector hoſpitalis ſanctæ Mariæ de Scala ad Epiſcopatum ſuæ patriæ aſſumptus eſt anno 1427. die vigeſima ſeptima menſis ſeptembris; eodemque die populo fauſta acclamatione plaudente a Martino Quinto Pontifice inauguratus fuit, declaratuſque legatus ad publicam Senenſem rem ob trepida, difficillimaque negotia, Apoſtolicæ ſedi illam cum ſumma prudentiæ laude conciliauit. E viuis ſublatus eſt 1442. menſe iunio, ſepultuſque eſt in Cathedrali ante ſancti Creſcentij altare cum hac breui inſcriptione.


D. CAROLI CL. EQVITIS,
ET PONT. PIISSIMI
SENENSIS D.

61 CHRISTOPHORVS de ſancto Marcello Vicentinus, ex Epiſcopo primum Ceruienſi, deinde etiam Ariminenſi ad Eccleſiam Senenſem ab Eugenio Quarto translatus eſt 1442. decimo quarto Kalendas octobris. Hic cum ſanctiſſimis moribus eſſet, decedens meruit, vt per ſolidũ diem in Cathedrali exponeretur, illumq; vt plane ſanctum ſupplex Senenſis populus veneraretur.



62 NERIVS de Monte Carulo Piſtorienſis diœceſis Regio Lepidi oriundus, ſpectatæ nobilitatis vir I.V.D. plebanuſque ſancti Laurentij in Collina Bononienſis diœceſis anno 1444. Epiſcopus ſublectus eſt quinto Kalendas decembris, eodemque anno Picenam prouinciam Eugenius Quartus illi demandauit regendam, gubernatoremque patrimonij ſancti Petri aſciuit. Contagioſo morbo laborans deceſſit Viterbij, tumulatuſque eſt in Eccleſia Paradiſi, olim Ciſtercienſium monialium monaſterio, nunc fratrum Minorum de obſeruantia. Ob egregias animi dotes charus omnibus fuit. Eius gentilitia ſtemmata in quodam ſigillo mihi videre contigit, quæ Montes tres cum tribus ſuperne roſis continent. Poſt Nerij exceſſum, poſtularunt Senenſes, vt ſibi in Præſulem ordinaretur comes Cacciacontius nobilis Senenſis monachus, ac Abbas inſignis monaſterij ſancti Galgani, ex ordine Ciſtercienſi, qui per id tempus pro Senenſibus apud Nicolaum Quintum legationis munere fungebatur, ſed in irritum ceciderunt preces, cum dictus Pontifex Piccolomineum, qui proxime

me ſequitur Senenſium Pontificem deſignaſſet.



63 ÆNEAS Syluius Piccolomineus nobilis Senenſis, Epiſcopus antea Tergeſtinus, a Nicolao Quinto ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1450. ſeptima die menſis nouembris, ac paulo poſt a Calliſto Tertio inter purpuratos Patres cooptatus, poſt euius exceſſum ad ſummam Apoſtolicam ſedem euaſit, ſub nomine Pij Secundi, Pontifex vtique memorabilis ob vitæ probitatem, ſpectatamque doctrinam. Hic & Eccleſiam ſibi creditam inſignibus ſanctorum reliquijs, ſuperbaque ſupellectili locupletauit, & ad Archiepiſcopatus apicem, eum ſupra memoratis ſuffraganeis euexit. Quæ ingentia Pij geſta prostans in Cathedrali Senenſi lapis, in hunc modum proloquitur.

Pius II. Piccol. Pont. Max.
Cathedralem hanc Eccleſiam
D. Io. Baptiſtæ
brachio dextro a ſe ditatam
Metropol. conſtituit.
Hic purpuratos cum pluribus alijs
Nicolaum Forteguerram,
& Franciſcum Piccol. nepotem
Archiepiſcopum Senenſem
Pium Max. III. nuncupatum creauit.
Hic à Conuentu in Turcas Mantua reuerſus
quotannis per tres Pentecoſtes dies
exactam peccatorum expiationem
rite precantibus indulſit
quam diu ſopitam
Paulus ex Burgheſia gente PP. V.
in perpetuum reſtituit.

Quiſquis adoratum veniſti hic
Chriſti Præcurſorem
poſt Chriſtum ſupplex venerare,
& libens has legito notas indices brachij,
quod terris Dei Filium indicauit
proximo in ſacello
dextrum Baptiſtæ brachium aſſeruatur.
Hoc Pius II. Pont. Max.
ante maximam huius Baſilicæ aram
purpuratis Patribus
octo circumſeptus Senatu,
ac Senenſium ciuitate
in vniuerſa venerabunda
in tantæ patriæ ſuæ paterni amoris
ſempiternum relicturus monimentum
Pontificia poteſtate donauit Eccleſiæ
prid. non. maij M. CCCC. LXIV.
ſuſcipe Sena inquiens
brachium nobis
a Thoma Palæologo Peloponneſi Rege
dono datum
ac plane diuinitus factum puta,
vt cum in parentis aluo clauſus
Ioannes a fœcunda Virgine,
dum in ventre fuerat ſalutatus
nunc idem emortuus
quaſi ſalutandæ Virginis cauſa
in hanc Virginis deferatur ædem,
quod igitur in Iordane
innocentem Seruatorem abluit
nocentium animorum
diuinæ gratiæ impetrator
ſordes eluat.
ſic fatus, læto cum plauſu ſacro
huius templi Senatui obtulit.
Quod grauiſſimis iuratis teſtibus
verum comprobatum,
ac precioſiſſ. ornamentis honoratus
luſtris pluribus circumactis
ſumma cum veneratione colitur.
Sancte nobis dexter
adſis in hoc dexter.

At in ſacello, In quo olim fuit bibliotheca Pij, hæc leguntur lemmata ſubrecta picturis hiſtoriam vitæ, rerumque ab eodem Pontifice geſtarum continentibus. Æneas Syluius Piccolomineus natus eſt patre Syluio, matre Victoria 8. octobris anno 1405. Corſiani in fundis gentilitijs. Baſileam ad concilium contendens, vi tempeſtatis in Libyam propellitur. Æneas Syluius a Baſilienſi concilio in vlteriorem Britanniam orator, ac in Scotiam ad Regem Calliſtum miſſus, a tempeſtate in Noruegiam pulſus, & per Britanniam regios ſpeculatores eludens, Baſileam reuertitur. Hic Æneas a Felice antipapa legatus ad Fridericum Tertium Cæſarem miſſus laurea corona donatur, & inter amicos eius, & ſecretarios annumeratur, & ijs præficitur. Æneas a Friderico III. Imperat. legatus ad Eugenium Quartum miſſus, non ſolum ei reconciliatus eſt, ſed hypodiaconus, & ſecretarius, mox Tergeſtinus, deinde Senenſis Antiſtes creatur. Æneas Friderico Tertio Imper. Leonoram ſponſam exhibet, & puellæ, ac Regum Luſitanorum laudes complectitur. Æneas Senenſis Antiſtes ad Calliſtum Tertium orator a Friderico Tertio miſſus, Pontificem ad bellum Aſia-

Aſiaticum armat, & patrum, principumque omnium rogatione Cardinalis efficitur. Calliſto mortuo, Æneas Cardinalis Senenſis acclamatione patrum, apertiſque ſuffragijs Pontifex deligitur, & Pius Secundus nominatur. Pius Secundus Pont. Max. a Ludouico Mantuanorum principe claſſe, in naumachiæ ſpeciem exceptus vi. Kal. iunij Mãtuam ad indictum de expeditione in Turcas conuentum ingreditur. Pius Secundus Pontifex Maximus Catharinam Senenſem ob innumera eius miracula inter diuos retulit. Pius Secundus cum Anconæ expeditionem in Turcas acceleraret, ex febre interijt, cuius animam eremita Camaldulenſis in cælum efferri videt. Corpus vero patrum decreto in Vrbem deportatum eſt.



r ANTONIVM Piccolomineum, filium Andreæ ex Murinellæ dominis, monachum, & Abbatem ſancti Vrgilij; ex ordine Camaldulenſi, Pius Secundus Pontifex ſuum ſucceſſorem effecit anno 1458. die 18. menſis ſeptembris. Inſecutoque anno primum Archiepiſcopum Senenſem declarauit die 19. menſis aprilis, eidemque detulit pallium, vt ea ſequenti bulla perſpicitur.

PIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Triumphans Paſtor æternus, glorioſa ſanctorum traditione patrum, vt ſuum ſaluaret populum, directis in monte colloquijs, eruditionis ſacratiſſimæ præmiſit myſteria, quod ignis in altari ſacerdotis conſouetur officio, & vt ſine intermiſſione comburat, ligna ei ſubijcere illius non ceſſet myſterium ſtudioſum. A latere quippe Dei, cor fidelis habetur cuiuslibet, in quo ipſis ardor ignis indeſinẽter aperitur, quo velut flammam ardentis neceſſe eſt incendere charitatis. Sancta vero, & immaculata (quam paſtor ipſe, adueniente temporis plenitudine, eius vnigeniti glorioſiſsimi aſperſione ſanguinis, fundari, conſecrari, & æternaliter ſtabiliri cenſuit) mater Eccleſia ignis eiuſdem ſacri ductu flammarum ſplendore veſtita, quos regenerauit in Chriſto nexus charitatis ipſius compage, fideles ſtringit vniuerſos, & Eccleſias alias ſuas, tanquam adoleſcentulas, ignis huiuſmodi conſouet ardoribus, & ſcintillis adornat charitatis. Nos itaque illius ſumm

A directione Paſtoris (qui Eccleſiæ, ac fidelium eorundem noſtræ commiſit inſufficientię cura, noſque licet immeritos in ipſius montis verticem, ad ſummi ſacerdotis Pontificium conſcendere voluit) huiuſmodi inſtructi documentis, adoleſcentulas ipſas, earumque paſtores, in partem ſolicitudinis conſilij cæleſtis diſpoſitione vocatos, in charitatis viſceribus ardentius complectentes, vt ea ſummopere noſtri miniſterij dona congeramus noſtros continue diffundimus cogitatus, per quæ ad exaltationem, & incrementum intendenda ſtatus Eccleſiarum, quoque compunctionis antidotis, & amore fulcienda diuino, corda fidelium eorundem, ignis huiuſmodi colans, & emundans quidquid humanę fragilitatis ſuaſu offenſionis, aut contagionis irrepſerit, validiora euitare poſſit afflatus, & pro decoris adoleſcentulis eiſdem, quæ

B Regis habitatio ſunt æterni ſpecioſiora elargita inſignia, gratioribus ipſa mater Eccleſia munita propugnaculis; pulchra veluti, & decora Hieruſalem filia, gregem depaſcat nitidum, charitatis, & virtutum radijs fœcundius illuſtratum. Ad venerabilem igitur Eccleſiam Senenſem agro irriguo (celebris videlicet, & inſignis congregationis, populique venuſtate) circumdatam, ſingulareſq; huiuſmodi congregationis palmites, quos (eis de cæli rore, & terræ pinguedine benedicens, qui nunc candidior inter lilia paſcitur) munere, & meritis ampliauit, eorumque loca extendit Altiſſimus paternæ non immerito dirigentes conſiderationis intuitum, ſperanteſque, quod (eo, qui chariſmatum largitor eſt omnium, dirigente

C Domino, & Spiritus almifici, qui, prout vult, ſua diſpenſat dona, gratiarum imbre refecto, de virtute in virtutem, palmitibus ipſis, ad illorum ædificationem, tranquillum quoque, & proſperum ſub timore diuino, conſouendum ſtatum, mutuæ charitatis viciſſitudine) fructus dietim affluant ampliores, tantoque Apoſtolicam (in qua cæleſtis clauigeri Apoſtolorum principis, ſucceſſores exiſtimus) ſedem puris iugiter corde, & animo venerari, illiuſque votiuum intendere, ſucceſſiue accuratioribus debeant ſtudijs, quanto copioſiori eius vbertate diſtenta Apoſtolicorum elargitione munerum, acceptiora congratulentur impendia liberalius acceptaſſe. Præmiſſis, & nonnullis alijs rationabilibus, noſtrum ad id animum inducentibus cauſis, matura ſuper his cum venera-

D bilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione præhabita, de illorum quoque conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ad omnipotentis Dei, totiuſque curiæ ſupercæleſtis laudem, & gloriam, fidei prorogationem orthodoxæ Eccleſiæ vniuerſalis, diuinique cultus, & omnium fidelium animarum ſalutis augumentum, Eccleſiam præfatam (quæ de prouincia Romana eſſe dignoſcitur) a iure Metropolitico, & Romana prouincia huiuſmodi omnino ſegregamus, & eximimus, necnon in Metropolim, & ſedem Epiſcopalem Senenſem in Archiepiſcopalem, auctoritate Apoſtolica erigimus, eandemque Senenſem Eccleſiam dignitatis Metropoliticæ honore, decoriſque titulis, ex ſpecialis dono gratiæ decoramus, ac etiam inſi-

inſignimus. Necnon venerabili fratri noſtro Antonio Epiſcopo moderno, & ſucceſſoribus ſuis, dictæ Eccleſiæ Senenſis Præſulibus, qui erunt pro tempore, pallium in ſignum plenitudinis videlicet Pontificalis officij, aſſignandum fore, Eccleſiamque Senenſem Metropolitanam, & præfatos Præſules Archiepiſcopos cenſeri, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere. Archiepiſcopalia quoque, & Metropolitica inſignia gerere, iura, iuriſdictiones, & cætera ſingula, prout Metropolitanis in eorum ciuitatibus, diœceſibus, & prouincijs a iure indultum exiſtit, facere, exercere, adminiſtrare, & exequi poſſe, eadem auctoritate concedimus. Necnon filias noſtras prædilectas Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. Eccleſias, cum ſuis ciuitatibus, & diœceſibus, iuribus, & pertinentijs vniuerſis Eccleſiæ Senenſis, & Archiepiſcopis præfatis, tanquam illorum Metropolitanis, & de eorum prouincia, ac modernos, & pro tempore exiſtentes Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſanen. Eccleſiarum præfatarum Epiſcopo, necnon Eccleſias ipſas, quæ (videlicet Suauen. Cluſin. & Groſſetan.) Romanæ, necnon videlicet Maſſanen. Eccleſia huiuſmodi, Piſan. Eccleſijs ſubiectæ exiſtunt ab eiſdem Roman. & Piſan. Eccleſijs, & eorum prouincijs omnino ſegregamus, illaſque Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. præfatis Archiepiſcopis pro eorum ſuffraganeis perpetuo ſubijcimus, & ſubiectas eſſe volumus per præſentes. Ita quod Archiepiſcopi Senen. in eiſdem Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. ciuitatibus, & diœceſibus, Ius Metropoliticum ſibi vendicent, necnon Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. Epiſcopi præfati, eiſdem Metropoli, & Archiepiſcopis, ad omnia, & ſingula habeantur, & ſint adſtricti, ad quæ ſuffraganei ſuis Metropoliticis Eccleſijs, ac Metropolitanis tenentur, & obligati iudicantur ſecundum canonicas ſanctiones. Volentes præterea, & etiam ſtatuentes, quod Archiepiſcopi, & Senenſis Eccleſia præfati omnibus, & ſingulis priuilegijs, exceptionibus, gratijs, & indultis apoſtolicis, ac alijs quibuſcumque potiantur, & gaudeant, quibus de iure Archiepiſcopi, Eccleſiæque Metropolitanæ, & earum capitula vtuntur, potiuntur, & gaudent, necnon Eccleſia Senen. præfata, & illi, qui hactenus præfuerunt ante erectionem huiuſmodi, etiam de conſuetudine, quomodolibet vti poterant, potiri, & gaudere. Quodque ſuffraganei præfati, ac earundem Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. ciuitatum, diœceſiumque clerici, & laici, præfatis Archiepiſcopis, velut ipſorum Metropolitanis, debitos exhibeant obedientiam, reuerentiam pariter, & honorem. Et inſuper irritum ex nunc decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quod Eccleſiæ ipſæ, vt præfertur ſubiectæ fuerint, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtatutis, conſuetudinibus Eccleſiarum prælatarum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c. ſiquis autem, &c.

Datum Senis anno incarn. Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, 10. Kal. maij, Pontif. noſtri anno 1.

Poſt inſtitutam Senis Archiepiſcopalem dignitatem, Pius Secundus Senenſem Eccleſiam per Agapitum de Ruſticis, virum conſilio promptum, ſacræque Rotæ Auditorem ſerio reordinauit, ſequentique Bulla, quæcumque Ruſticus cenſuiſſet, conſtabiliuit, ac rata habuit.

PIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera orbis terrarum vniuerſali curæ noſtræ commiſſæ, & inter arduas, variaſque occupationes noſtras, quibus aſſiduæ premimur, Eccleſiæ Senenſis non immemores ſumus, cui dum eramus in minoribus conſtituti paſtoralis officij curæ, & regimini præeramus, & licet eam vt decet ſemper dilexerimus, nunc vero ad ſummum Apoſtolatus apicem diuina diſpoſitione vocati, eam ac præbendas Eccleſiaſticas, in illa conſiſtentes, præcipua charitate complectimur, & adea libenter intendimus, quæ in ipſius Eccleſiæ cannonicorum, & . . . . prædictorum in ſuis actionibus dirigendis, & inſtitutis laudabiliter ſeruandis fore conſpicimus opportunum. Nos igitur cupientes diſſenſiones, & controuerſias, quæ propter diuerſitatem ſtatutorum, obſeruationes, & conſuetudines varias in eadem Eccleſia pro tempore fuerunt auellere, & amputare, ac vt Eccleſia ſupradicta huiuſmodi, ad animarum ſalutem, & vniuerſi mundi rationem ſecundum ſalutaria inſtituta proſpere, & decenter regatur, & gubernetur, venerab. fratrem noſtrum Antonium tunc Epiſcopum, modo vero Archiepiſcopum Senenſem, & dilectum filium Agapitum Cincij de Ruſticis canonicum baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Referendarium, ac familiarem noſtrum, continuum commenſalem, ac cauſarum palatij Apoſtolici Auditorem, de quorum doctrina, ac prudentia, & vitæ integritate ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, ad nonnullas in eadem Eccleſia conſtitutiones perficiendas, & reformandas, tollendas, moderandas, & corrigendas, prout eis melius viſum fuerit, commiſſarios delegimus, & deputauimus. Qui quidem mandatis noſtris obſequentes, anno incarnationis Dominicæ 1459. xiv. Kalendas maij, Pontificatus noſtri anno primo, quinquaginta ſex noſtræ conſtitutiones, & ordinationes huiuſmodi, quarum incipit: Quoniam, & finit ſucceſſerunt. Vltima autem incipit: Proſpicientes, & finit, ad Epiſcopum, in quodam volumine viginti octo capita deſcripta, noſtra auctoritate prudenter, fideliter, & diligenter inſtituerunt, prout in conſtitutionibus, ordinationibus, ac volumine prædd. latius continetur. Quocirca nos de præmiſſis omnibus, & ſingulis plenam, & veram notitiam habentes, ac conſtitutiones, & ordinationes huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſertæ forent, pro expreſſis habere volentes, omnes, & ſingulas conſtitutiones, & ordinationes præfatas per Antonium Epiſcopum, & Agapitum prædictos confectas, quas iuſtas, &

hone.

A honeſtas eſſe non ignoramus, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Supplentes omnes defectus, ſiqui forſan adueniſſent in eiſdem. Mandantes omnibus, & ſingulis, quorum intereſt, ſeu quomodolibet intereſſe poterit in futurum, quatenus conſtitutiones, & ordinationes præſcriptas penitus obſeruent, ac omnino faciant inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus alijs conſtitutionibus tam antiquis, quam nouis, ac duabus, vel etiam pluribus literis noſtris in forma breuis in prædictis, & ante prædicta emanatis. Quæ omnia quantum prædictis conſtitutionibus contrauenirent, vel in aliquo aberrarent, vel contradicerent, ex ſimili noſtra ſcientia tollimus, & annullamus, & caſſamus, ac pro ſublatis, annullatis, & caſſatis haberi volumus per præſentes. Nos enim irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, conſormationis, communitionis, ſuppletionis mandati, ſublationis, annullationis, & caſſationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Senis anno incarn. Dominicæ 1459. xi. Ka. maij Pontif. noſtri anno 1.

Antonius vero breuis Pontifex fuit. Deceſſit quippe prope Philippea balnea, delatumque eius cadauer Senas, in Cathedrali tumulatum eſt ſolemni pompa. Paulo poſt obitum Antonij, in Ilicetano cœnobio ad cælum euolauit venerab. Chriſtophorus Landuccius nobilis Senenſis, vir ſanctimonia, & rerum geſtarum magnitudine inſignis Ilicetanę cõgreg. ord. Eremitarum ſancti Auguſtini alumnus, ætatis ſuæ 93. qui in vinea domini per annos ſeptuaginta ſtrenue laborarat, fueratque dum viueret Pio Secundo Pontifici Antonioq; Archiepiſcopo in paucis charus, cuius meminit auctor alphabeti Auguſtiniani inter beatos Auguſtinianæ religionis. Porro de laudibus Ilicetani cœnobij extat epiſtola Ægidij Cardinalis Viterbienſis, nondum typis excuſa in bibliotheca Angelica ſatis pulchra.

†



2 FRANCISCVS Piccolomineus, ex ſo- B rore Laudemia, Pij Pontificis nepos, ac Nannes Todeſchini filius, in familiam Piccolomineam cooptatus, educatuſque a patruo, adhuc adoleſcens Senenſium Pręſul pronunciatus eſt an. 1460 die decima nona menſis februarij, Commendatariuſque Abbatiæ ſancti Vigilij, ac paulo poſt diaconus Cardinalis ad titulum ſancti Euſtachij, deinde etiam toto propemodum Chriſtiano orbe plaudente ſummus Pontifex conſalutatus eſt, cum Eccleſiam Senenſem vſque ad annum 1503. adminiſtraſſet. In memoriam patrui voluit appellari Pius, ſed breuiſſimus Pontifex fuit, cum vix viginti ſex dies regnaſſet. Metropolim Senenſem exornauit, ibidem altare è pario, candidoque marmore conſtructo, ſub quo viuens, adhuc ſibi ſepulchrum deſtinauerat, vt ex hac inibi inciſa C inſcriptione perſpicitur.

SEP. FRANCISCI PICCOL.
CARD. S. EVSTACHII
ARCHIEP. SENEN.

3 IOANNES Piccolomineus natus anno 1475. die nona menſis octobris, duorum Piorum Pontiff. propior affinis Archiepiſcopus adlectus eſt 1503. Lateranenſi concilio interfuit ſub Iulio Secundo. Eundemque Cardinalem creauit ad titulum ſanctæ Balbinæ Leo Decimus anno 1517. ſub Paulo Tertio ad Carolum Quintum, cum Alexandro Cæſarino Cardinali obijt legationem, cum victor redijſſet a Tunitana expeditione. Senenſem Eccleſiam adminiſtrauit D vſque ad annum 1529, illamque, reſeruato tamen ſibi regreſſu, Franciſco Bandino ceſſit. Senis demum defunctus eſt 1537. cum iam eſſet Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſacrique Collegij decanus. Sepultuſque eſt in Eccleſia ſancti Franciſci in ſuorum maiorum ſepulchro.

†

FRANCI-



4 FRANCISCVS Bandinus, filius Salluſtij, nobilis Senenſis, Ioanniſque Cardinalis Piccolominei ex ſorore Montanina nepos, ex ipſius Cardinalis ceſsione, ex Cameræ Apoſtolicæ clerico Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1529. die ſeptima menſis aprilis. Qua obtenta dignitate optimis ſuis ciuibus adeo charus fuit, vt ſæpe non ſolum eius conſilia in publicis negocijs poſcebant, ſed etiam Marium fratrẽ ſuum ad maxima ſuæ ciuitatis opera ſubeunda reuocabant. Poſtea Senis orta ſeditione, ſub Paulo Quarto Romam ſe contulit, cognitaque ſuæ virtutis excellentia ab ipſo, & a Pio Quarto, Pio Quinto, ac Gregorio Decimotertio eius ſucceſſoribus multis honoribus, ac dignitatibus decoratus fuit. Primum nomine Prælati domeſtici inſignitus, & capellæ aſsiſtens, fabricæ Vaticanæ Baſilicæ deputatus, tum Romæ Gubernator electus eſt ſumma omnium beneuolentia. Quo Præſule collegium Societatis Ieſu, opera Franciſci Mendozæ Cardinalis inchoatum eſt anno 1555. Eius opera Pij Secundi commentaria in lucem prodiere. Vir ſane doctiſsimus, variaque literatura præclarus. Ad ſexaginta annos Senenſem rexit Eccleſiam, ſumma cum laude prudentiæ, effœtæque ætatis Romæ deceſsit 1588. ſepultuſque eſt apud ſanctum Petrum prope ſepulchrum Pij Papæ Secundi, & Pij Tertij, eius conſanguineis cum hac inſcriptione.

D. O. M.

FRANC. BAND.
ARCHIEPISCOPO SENARVM,
VT IN S. ANDREÆ
OSSA HIC REQVIESCVNT.

GERMANICVS Bandinus, Franciſci nepos a Pio Quarto ſublectus eſt Archiepiſcopus Corinthi, patruique coadiutor, cum ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1560. interfuit Tridentino concilio. Deceſſit autem ante patruum, ſepultuſque eſt in Metropolitana cum hoc epitaphio.

Germanico Bandino Marij filio,
Archiep. Corinth.
& Senarum Eccleſiæ coadiutori,
doctrina, ac religione admirabili,

A *qui poſt reditum a ſacra Trident. ſynodo,*
dum ad corrigendum cleri,
& populi ſui
mores totus incumbit,
Deo vocante ex hac vita
omnium mœrore diſceſſit.
vix. ann. xxxvj.
Franciſcus Bandi. Piccolomineus
Archiepiſc. Senenſis
fratri, & fratris filio
B. M. D. C.

ALEXANDER Piccolomineus Senenſis Franciſci Bandini ſecundus coadiutor fuit, cum
B ſpe futuræ ſucceſſionis 1574. die vigeſima octaua menſis iulij, cum Archiepiſcopus antea Patrarum fuiſſet adlectus, qui item ante Bandinum defunctus eſt 1578. cordatis, & bonis mœrentibus, ſepultuſque in Metropolitana cum hoc epitaphio.

Alexandro Piccolomineo Patrarum
Archiepiſ. Senen. Card.
cui comitas cum grauitate,
& morum ſanctitate,
& amorem, & reuerentiam
omnium conciliauerat
incredibili autem
in omni laudandarum artium genere
doctrinæ copia, &
C *in eiſdem erudiendis perſpicacitas*
nunquam morituris
ab eo conſignata monumentis
Summo toto terrarum orbe nominis
celebritate comparauerat.
Ioannes Baptiſta
huius templi adituus,
& Diæphus Archipresbyter,
fratreſque alij poſuerunt.
Vixit annos LXX.
obijt anno M.D.LXXVIII.
quinto id. martij.

D



5 ASCANIVS Piccolomineus Æneæ, & Victoriæ Piccolomineæ filius eximia doctrina,

Te ac

ac ſapientia prædit, quippe qui optimarum diſciplinarum cognitione, & vitæ moderatione ab ipſis fere incunabulis inclaruit. Eligitur Tarſenſis Archiepiſcopus adhuc florenti ætate, ac Franciſci Bandini in Senenſi Eccleſia coadiutor, cum futura ſucceſſione datur in locum Alexandri Piccolominei immature ſublati, eidemque ſucceſſit anno 1588. Fuit Ferdinando primo Hetruriæ magno Duci tertio longe chariſſimus, cæteriſque emunctæ naris hominibus in pretio habitus. Condidit multa egregia monumenta, poſteriſque reliquit, quæ typis nondum edita præter vnum egregium in C. Cornelium Tacitum commentariũ, quod Politici omnes docti magni faciunt. Præfuit laudabiliter Senenſi Eccleſiæ magnus Eccleſiaſtici ordinis propugnator, rigiduſque Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſeruator, annis nouem. Conceſſit in patria ann. 1597. ſepelitur honorifice in maiorum ſepulchro apud ſanctum Auguſtinum, funus procurante Syluio germano fratre equite illuſtriſsimo, Aſcanij Archiepiſcopi viuentis, & Celſuij Amalphitanorum ducis Italici Martis patre, Magni deinde Coſmi Secundi Hetruſcorum ducis aulę pręfecto.



6 FRANCISCVS Maria Cardinalis Taruſius, ex Auenionenſi Archiepiſcopo, Senenſis Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1597. die decimquinta menſis ſeptembris. Hic Politiani nobili Hetruriæ oppido natus eſt, ſpectabilis dignitatis parentibus, fuitque pronepos Cardinalis Antonij de Monte, nepos autem Ioannis de Monte, Iulij Tertij ſummi Pontificis nepotis, magnique Magiſtri Hieroſolymitanæ militiæ. Adhuc adoleſcens congregationi Oratorij nomen dedit, mirabileſque progreſſus fecit ſub diſciplina ſancti Philippi Nerij. Deinde Oratorij generalis præfectus effectus adeo frequentee, ſalubriterque populis verbum Dei enunciauit, vt a Baronio dux diuini verbi meruerit appellari. Neapoli Oratorium fundauit, rapuitque per ſex annos, quibus ibi commoratus eſt, tum pietate, tum ſuauitate morum, omnium animos. Romam illum Pius Quintus vocauit, Cardinalique Alexandrino nepoti, in Hiſpaniam, in Galliam, Luſitaniamque proficiſcenti adhibuit monitorem, ac itineris ſocium, Romam reuerſus, ad ſolita pietatis officia rediji dumque illum ſuauiter diuina meditantem cella concluderet, magno ſuo mœrore a Clemente Octauo Archiepiſcopus Auenionenſis renunciatus eſt, nec multo poſt presbyter Cardinalis ſancti Bartholomæi in Inſula 1596. tum ex Auenionenſi ad Senenſem Archiepiſcopatum tranſlatus. Quam ille Eccleſiam ad decem annos prudentiſſime adminiſtrauit. Merito Taruſium Baronius ille virum Apoſtolicum vocat, ac cum priſcæ ætatis patribus comparandum. Defuncto Clemente Octauo in comitio, in quo Leo Vndecimus enaſit ad ſedem, parum abfuit, quin Taruſius ob egregiam virtutem Pontifex crearetur. Igitur Franciſcus Maria rerum humanarum pertæſus, etiam purpuratus, exolutuſque Senenſi onere, ad Oratorium rediji propioris mortis exitum ſerio meditaturus. Vbi breui deceſsit anno 1608. ſepultuſque eſt in eadem Oratorij Eccleſia in eodem ſepulchro, vbi non ita pridem magnus Baronius fuerat tumulatus, ne qui in vita coniunctiſſime vixerant, diſiungerentur in morte. Sepulchro hoc epitaphium affixum eſt.

D. O. M.

Franciſco Mariæ Taruſio Politiano,
& Cæſari Baronio Sorano,
ex congregatione Oratorij
S. R. E. presbyteris Cardinalibus,
ne corpora diſiungerentur in morte,
quorum animi
diuinis virtutibus inſignes
in vita coniunctiſſimi fuerant,
eadem congregatio
vnum vtrique monumentum poſuit.
Taruſius vixit ann. LXXXIII.
menſ. ix. dies xiv.
obijt: iij. id. iunij M. DC VIII.
Baronius vixit ann. LXVIII.
menſ. viij.
obijt pridie Kal. iulij
M. DC. VII.



7 CAMILLVS Burgheſius fratruelis Pauli Quinti Pontificis, Caſtrenſis antea Epiſcopus in Regno tum & Montalcinenſis. Archiepiſcopus Senenſis

Senenſis renunciatus eſt anno 1607. die 24. menſis ianuarij. Deceſsit anno 1612. ſepultuſque eſt in Metropolitana. A



8 METELLVS Bichius Senenſis, vulgo Card. Soanæ appellatus, ad ſuæ patriæ Archiepiſcopatum translatus eſt anno 1612. illamque rexit Eccleſiam vſque ad annum 1615. deinde vltro eo munere abijt. Nobiles parentes Metellus habuit, Alexandrum ſcilicet, Colamque Bandinellam. Senis literis operam dedit, iuriſque prudentiæ inſignem lauream tulit, ita vt deinde ciuile ius publice profiteretur. Romam profectum Horatius Cameræ Auditor, Camilluſque Burgheſij fratres tanquam veterem amicum exceperunt hoſpitio. Camillus defuncto fratre Cameræ Auditor ſuffectus eſt, atque ad Regem Philippum Secundum legatus, Bichium ſuæ domus reliquit curatorem. C Reuerſus deinde Burgheſius a Clemente Octauo, qui illum in Hiſpaniam direxerat, cooptatus eſt inter purpuratos Patres, Metellus autem in gratiam Camilli Cardinalis Soanæ Eccleſiæ eſt Epiſcopus declaratus anno 1596. die decima quinta menſis iunij. Quam ille Eccleſiam contentiori cura per decem annos adminiſtrauit. Cæterum cum Burgheſius ſummus Pontifex fuiſſet renunciatus, ſub nomine Pauli Quinti, Metellum Romam vocauit, eundemque ſacræ Conſultæ Præſulem effecit, canonicumque ſancti Petri, cum prius ille Soanenſi Epiſcopatui nuncium remiſiſſet, ac demum ſacra Senatoria purpura cohoneſtauit anno 1611. die decima ſeptima menſis auguſti ad titulum ſancti Alexij, D pauloque poſt eundem ad Archiepiſcopatum Senenſem promouit, cui curæ præfuit vſque ad annum 1615. eoque munere deinceps exſolutus explicandis grauioribus negocijs verſabatur In aula. Fato functus eſt Romæ 1619. ſepultuſq; eſt apud ſanctum Alexium, vbi Bernardinus frater, pater huius Alexandri, qui ſumma expectatione hoc tempore purpuram geſtat, nobile ſepulchrum defuncto ſubſtruxit, cum proxime ſequenti epitaphio, ſuper corpus in pauimento hæc verba leguntur.

D. O. M.

OSSA
METELLI BICHI
S. R. E.
CARD. SENENSIS.

Supra vero in marmoreo, ac nobili tumulo, cum ſtatua eiuſdem Cardinalis hoc elogium viſitur.

D. O. M.

Metello Bichio patritio Senenſi
tit. S. Alexij
Card. ampliſſimo, B
cuius paris nobilitatis virtus
Pauli V. Pont. Max. beneficio,
& Suanenſi Epiſcopatu,
ad Romanæ purpuræ lucem
ad Senenſis Archiepiſcopatus euecta
faſtigium, illuſtriſſima,
ſed breuiſſima effulſit.
Vincentius,
& Bernardinus
prærepto fratri mœſtiſſimi poſuerunt.
Hoc tamen
vno triſte mitigarunt deſiderium,
quod virtus illuſtriſſimæ
extinctæ cineris etiam purpurat
Obijt annos LXXVIII.
Kal. iulij
M. DC. XIX.



9 ALEXANDER Petruccius Senenſis, Maſſenſis Epiſcopus, Archiepiſcopatum Senenſem obtinuit anno 1615. die vigeſima quarta menſis martij. Hic Pandulphi Petruccij, & N. . . . . Niniæ filius fuit. Vir ſpectatæ probitatis, nec temnendæ doctrinæ, ſuæ genti ad miraculum charus: claudicauit nonnihil, cum tamen liberali facie eſſet. Synodum celebrauit, ſplendoremque Eccleſiaſticum promo-

uit, ſuper quam credi poteſt. Deceſſit anno 1628. die ſeptima menſis Iunij, ſepultuſque eſt in Metropolitana.



10 ASCANIVS Piccolomineus, filius Syluij clariſsimi equitis. Hic natus Florentiæ eſt, ingenuis diſciplinis exornatus, auorum memoria clarus, creatus eſt Archiepiſcopus Senenſis anno 1629. eiuſque Archiepiſcopatus inijt poſſeſsionem anno 1630. die prima exordientis Ianuarij. Adhuc viuit, ſummaque prudentia Senenſem adminiſtrat Eccleſiam, videturque cum Octauio fratre Amalphitanorum duce, qui in Germania Belgio, totaque Europa bellicis artibus maxime clareſcit, Eccleſiaſticis virtutibus, præcipuaque pietate in Deum certare.

C L V S I N I
E P I S C O P I.



CLVSIVM in duodecim Hetruriæ ciuitatibus antiqua, ac præpotens olim ciuitas fuit, vtpote Hetruriæ Regum quondam opulentiſsima ſedes, & quæ poſt exactos Reges, collatis ſignis cum gliſcente in dies Romana potentia decertare non dubitauit. In monte ſita eſt, ſeſeque protendit in longum. Seruius vult fuiſſe ædificatam a Cluſio Tyrrheni filio, vel a Telemacho filio Vlyſsis, leuiſsima ducta coniectura a Tyrrhenis Pelaſgis, quos Vmbri Camertes inde expuliſſe narrantur. Veroſimilius potius eſt, Cluſium ab Vmbris Camertibus fuiſſe conſtructum, ante Troianum bellum, quando ea ciuitas olim Camers appellaretur. Conſule T. Liuium in 10. vbi narrat Fabio extra ſortem prouinciam Hetruriam

A obuenisse, eundemque reuertiſſe Romam, vt cum Senatu de gerendo bello agitaret conſilia, ſecunda legione Cluſij relicta, quam priſci dixere Camertem. Horatio autem in lib. 11. cap. 19. Cluſium idem, quod Tuſcia eſt, ob id propterea, quod totius Tuſciæ olim ſedes fuiſſet. Cæterum Plinius in 36. cap. 13. meminit murorum labyrinthi, quos Rex Porſena conſtituit. Quam ego narrationem fabulæ ſimillimam iudico, quod nullum illorum neque in priſca, neque noſtra memoria veſtigium extet, videaturque ridiculum credere, inuidam in hos tantum deſæuiſſe vetuſtatem, antiquioribus ædificijs pepercisse. Cluſij meminerunt Strabo, Polybius, Appianus, Alexandrinus, Halicarnaſſeus, Silius, Virgilius,
Velleius, Procopius, ac Plinius, qui inter nouos,
B receteſq; Cluſinos diſcrimen conſtituit, & antiqui lapides, qui ibi & nunc extant multi, quorum duos hic apponam.

Q. GAVIVS Q. F.
ARN. CLEMENS
CLVSIO EVOC.
AVG.
A. QVÆSTIONIBVS.

Alius viſitur ad portam Aquilonarem in baſi.

IMP. CÆSARI
L. SEPTIMIO SEVER.
PERTINACI AVG.
PONTIF. MAX. TRIBVN.
C POTEST. II. IMP. IIII.
CONSVLI II. PROCONS. PP.
ORDO.

Potentia, opibuſque hæc ciuitas floruit vſque ad annum 458. a condita vrbe Roma, cum qua de confinijs, proferendoque Imperio ſtrenue aliquandiu decertauit, ſed victa tandem, municipium Romanorum fuit, ſub illorumque Imperio tranquilliſſime conquieuit, varios deinde dominos, vt viciſsitudo rerum, tulitque fortuna belli, experta eſt, hodieque ſub magnorum Ducum Hetruriæ imperio viget, haud vulgare variantis fortunæ exemplum, cum ex opulentiſsima, ac olim totius illius prouinciæ Regina, inter anguſtos, & pene deſolatos muros ad duo tantum
D millia hominum alere videatur. Quis ibi Chriſtianam fidem ſeminauerit, quoue tempore, haud ſatis erui potuit, cum Eccleſia illa monumentis deſtituatur; vetus tamen traditio tenet Apoſtolorum diſcipulos ibi, ſicut & in alijs circumadditis vrbibus euangelium propagaſſe. Reperitur enim vſque ad annum 461. noſtræ ſalutis Cluſium proprium habuiſſe Paſtorem, ibidemque ſub Aureliano Imperatore Irenæum diaconum, ac Muſtiolam virginem laurea fuiſſe coronatos martyrij. Et ille in Cathedrali requieſcit, hæc non procul a ciuitate in templo eius nomini dicato, in marmorea arca collocatam venerantur fideles. Cum elapſis annis in adiacenti eiuſdem ſanctæ Muſtiolæ celebri quadam Canonicorum regularium præpoſitura, nunc vero fratrum ſancti Franciſci de obſer-

obſeruantia eſt cœnobij, altum puteum effodiſſent, multa ſepulchra priſcorum illorum Chriſtianorum cum antiquis inſcriptionibus repererunt, qui conſtruebant, quæ ipſe magna cum animi voluptate oculis perluſtraui, indeque collegi, Cluſium ex illis primis fuiſſe ciuitatibus, quas euangelium Chriſti illuminauit ad vitam. Sicut etiam haud procul ab eo loco plura alia ſepulchra inuenta ſunt, cum iacentibus ſtatuis, inſcriptaque antiqua lingua Hetruſca, quæ ciuitatis illius antiquam produnt potentiam, ac magnitudinem. Campus autem in quo reperta ſunt, Pilare modo appellant. Amplam olim hæc ciuitas diœceſim poſſidebat, quam ſummi Romani Pontifices ſenſim oſtiaxerunt, inque alias Cathedrales, quas erexerunt, deriuarunt: itaque duodecim tantum oppida ſub ſe habet. Cathedralis, quæ antiquæ ſtructuræ eſt, decentiſque magnitudinis, ſancto Secundino conſecrata eſt, qui ibidem ciuitatis patronus honorifice requieſcit. Duabus inſignita eſt dignitatibus, Archipresbyteratu ſcilicet, atque Præpoſitura, quibus animarum cura adiuncta eſt. Tresiij canonici, cum quatuor presbyteris, alioque promiſcuo clero, ibidem diuinum penſum exoluunt. Epiſcopale palatium haud procul abeſt a Cathedrali, non ſatis commodum, neque amplum. Duo monaſteria ibi ſunt, alterum monialium, virorum alterum. Quatuor confraternitates ſecularium, vnicumque xenodochium. Eius Eccleſiæ in libris Cameralibus taxa eſt florenorum 450. milleq; ſcutata eiuſdem annuum centum conſtituunt. Cluſinus Epiſcopus a primis temporibus Romano Pontifici proxime ſubiacebat, donec Pius Secundus Archiepiſcopi Senenſis illum ſuffraganeum fecit.

Cluſinorum Epiſcoporum ſeries ſequens eſt, quam ex actibus Romanis, alijſque monumentis ægre depromſimus, & niſi inter Ammiatinum ſancti Saluatoris Abbatem, Præſulemque Cluſinum lites interceſſiſſent, omnino vetuſtiorum deperijſſet memoria, quæ modo ex illius monaſterij archiuio emergit in lucem.

1 FLORENTIVS primus eſt, qui nobis occurrit, vixitque anno Domini 462.

2 THEODORVS, quem codex Nonantulanus Theudoſium vocat, Eccleſiam Cluſinam rexit, interfuit concilio ſub Agathone Papa anno 680, extatque eiuſdem memoria anno 676.

3 ARIALDVS anno 743. Cluſinorum Epiſcopus fuit apud *Baronium*. *Huius* epiſcopi temporibus, Rachis cum Peruſinam ciuitatem obſidione cinxiſſet, animique gratia per montes Ammiatinos in agro Cluſino aliquando ſpatiaretur, ex abiete ſatis procera Seruator humani generis inter duas ardētes faces ſeſe illi obtulit per noctem. Rex notato loco, ibidem deinceps celebre Ammiatinum cœnobium in honorem Saluatoris cōſtruxit, ampliſſimiſque, atque opulentiſſimis fortunis ditauit. Cuius donationis fauorabilis diplomatis exemplar hic exſcribendum curauimus ex originario extractum, quod adhuc in eius monaſterij archiuio aſſeruatur cum ſigillo effigiei eiuſdem Rachis Regis quondam Longobardorum, ſed antequam illud demus, non ab re iudicauimus hic rem totam referre, quam ex antiquiſſimo codice pergameno eiuſdem Abbatiæ deſumpſimus de fundatione eiuſdē monaſterij, cuius tenor talis eſt.

Temporibus domini Papæ Zachariæ mortuus eſt Luitprandus Rex, factumque eſt gaudium non ſolum Romanis, & Rauennatibus, ſed etiam genti Longobardorum, qui Ildeprandum nepotem ſuum maleuolum, quem ipſe Regem reliquerat, proiecerunt de regno, Rachiſque, qui dux fuerat, a Longobardis ſublimatur in regnum. Ad quem ipſe beatiſſ. Pontifex continuo miſſa relatione petijt, vt benigne, decenterque regnum gubernaret. At ille ob reuerentiam Apoſtolorum Principis, & eius precibus inclinatus in viginti annorum ſpatium multa pace vniuerſum Italiæ populum, qui eum Regem elegerat, pacifice gubernauit. Ipſis itaque temporibus Rachis Longobardorum Rex ad capiendam ciuitatem Peruſinam, vtpote ſibi inobedientem vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hæc audiens ſanctiſſ. Papa, continuo ſpe diuina fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero optimatibus, quantocyus ad eamdem perrexit ciuitatem, impenſiſque eidem Regi plurimis muneribus, atque oppido eum deprecans, opitulante domino ab obſeſſione ipſius ciuitatis eum amouit, cui & ſalutifera prædicans, Deo auctore valuit animum eius in ſpiritualis dogmatis inclinare ſtudio, & poſt aliquantos dies ipſe Rachis Rex relinquens Regalem dignitatem deuote cū vxore, & filijs ad beati Principis Apoſtolorum limina perrexit, ibique Dei nutu, & ſanctiſſimi Papæ prædicationibus clericus effectus, monaſtico indutus eſt habitu cum vxore, & filijs. Qui diuinæ charitatis igne ſuccenſus pio animo ſolius Dei iuſſa adimplere conatur. Ipſo itaque tempore memor voti, quod Deo fecerat, ſcilicet ſe in Tuſciæ partibus monaſteria in locis habilibus editurum, ſi eum ſupernus Opifex ſua ope cælitus collata Romam pacifice ingredi permitteret, Deo ſoli deinceps militaturus ab Vrbe vrbium diſceſſit. Igitur dum prædicta loca vſquequaque in Tuſciæ partibus ſtudioſe perquireret, fama referente, quæ nihil occultari patitur, didicit, quod in monte Miato, in quodam habiliſſimo loco, & a frequentationibus hominum nimium ſegregato paſtores porcorum ſæpiſſime conſueuerant in quadam pulcherrima arbore lumen ſplendidiſſimum modo trinum, modo vnum cernere. Quod ipſe Rachis Rex, imo monachus audiens, ingenti repletus eſt gaudio, quia tale miraculum fieri minime putabat ſine nutu diuino. quapropter mox a latere ſuo ex optimatibus clericos, laicoſque bene religioſos, & in multis probatos veridicos perſcrutari omnē veritatem permiſit. Interim ipſe Rex cum ſuis fidelibus triduū celebrat ieiunium Domini puro corde deprecans auxilium, quatenus ipſe, qui eſt lumen verum, dicente Simeone: Lumen ad reuelationem gentium, legatis, quos pro tanta viſione miſerat, certum dignaretur rei veritatis monſtrare indicium. At legati ad montem ſupraſcriptum venientes, paſtoreſque porcorum prædictos vehementi ſtudio perquirentes meruerunt inue-

inuenire, quod pio flagitabant pectore. Scriptum eſt enim: Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis. Qua arbore a paſtoribus monſtrata prima nocte cum ipſis paſtoribus ſancta caliditate cuſtodientes prima noctis vigilia ſomno eorum oculos prægrauante nulla fulgorem ſplendidiſſimum de cælo in arborem prædictam venientem viderunt. Ibique eis integre vigilantibus prædictus fulgor nec trinus, nec vnus per tres horas integras aperte viſus eſt. Quid plura? diuinus ille fulgor ab eorum oculis ſtatim euanuit, & ipſi tanta viſione gaudentes, certatimque pijs manibus ſua pectora verberantes Domini laudabant magnalia, qui ſe puro corde quærentibus ſua non celat myſteria. Deinde noctis eiuſdem ſecunda vigilia ille idem fulgor, qui prius venerat, cuſtodibus trinus, & vnus apparuit per tres horas. Et inde rurſus primo galli cantu Regalibus legatis, paſtoribusq; ſimul obnixe vigilantibus, ſicut iam bis venerat fulgor, venit igneus manens ibi per tres horas, ſicut fecit primitus, vt trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate ibi veneretur. Poſtea vero dum exorta lux redderetur terris, Regales legati tanquam ex vno ore dixerunt: Hodie hic, & cras abſtemij manentes ſanctum celebremus ieiunium Domini pura mente poſcentes ſuffragiũ, vt ipſe qui eſt trinus in vnitate, & vnus in trinitate ternobis demonſtret hoc idẽ miraculũ, quatenus facti certi, certiores poſtea ad noſtrũ redeamus dominiũ. Quorũ Deus vota ob alto proſpiciens petitioni eorũ haud defuit, vt impleretur illius veridica promiſsio dicentis: Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Nocte etenim veniente proxima, & tertia fulgor ille, qui prius ſicut nocte priori, trinus, & vnus ter refulſit cuſtodibus per tres horas, vt trinitatis, & vnitatis maieſtas ibi ab omnibus indubitanter fuiſſe credatur. Mox imperiales legati viſione tanta, tamque firma lætificati, arbore prædicta oculis, & animo bene notata ingenti cum gaudio repedarunt ad Regem. Cui cuncta, quæ fecerant, & viderant, & quomodo eis diuina pietate reuelanté acciderant, ſeriatim narrantes non modicum intulere gaudium. Quippe, quod id, quod illius intimis præcordijs animus flagitabat, & cælitus diuina pietas reuelabat. His itaque geſtis ſtatim Rachis Rex (& vere Rex, non monachus) igne diuinæ charitatis accenſus mõtem iam dictum fideli pertijt exercitu. At vbi vidit locum, in qua prædicta arbor erat amœniſsimum amœnitate nemorum, aquarumque præterfluentium abundantia habiliſsimum, ingentes retulit grates Creatori omnium. Poſtea ſtipulatus a ſuis, in eius honore, & nomine ibi fabricare Eccleſiam vellet, diuino repletus arbitror dogmate, inquit, qui ſuæ inſignia poteſtatis ſic mirifice monſtrauit iu lignum, & in ligno crucis genus ſaluauit humanum, quod per ligni vetiti præſumptionem corruit in infernum, in hoc loco, ni fallor, vt nos regat, ac ſaluet incolumes, ſuimet flagitat fieri vocabulum, quod cuncti qui aderant heroes audientes Regem ſtrenuo viium conſilio conclamauere, ſed mox incidi, radicibuſque euulſis per circuitum loci illius arboribus in quantum res neceſsitas, famulatuſque Deo exhibendus expoſcebat, Eccleſia competens in honorẽ Saluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti apparatu celeri ibidem conſtruitur, maiori ibi altari conſtructo, vbi arbor fuerat, in qua fulgor viſus erat igneus. Poſt quod vero ad vnguem Eccleſia perducta eſt, regalibus eam mirifice decorauit muneribus.

Hucvſque codex. Rachis vero diploma tale eſt:

Rachis vir excellentiſſimus Rex Erfoni venerabili Abbati deinceps futuris temporibus, patribus, ſeu fratribus cunctis. Cum præceptis Tonantis arbitrijs ſpeciali ſæpe muniamur inſignia. Celſa regalium ſublimati in faſcia habituum ad ianuas præbere iuge polorum, & tali itinere pijs incedentibus greſſibus ea, quæ conueniunt ſubminiſtrare ſolatia, operæpretium duximus inter ſalutarium monimenta virtutum, & temporalis lucri largiri ſubſidia. Nam conueniens eſſe videtur ijs, qui cæleſtis Regni optata gaudia perfruuntur, terrenis vt gaudeat opibus. Neceſſe enim conſtat eſſe propter aduentantium hoſpitum ſuſceptionem, quieteinque fraternam, huc ſtabilitatem gentis noſtræ, & regni opia vnanime ſanctæ congregationis deſerre: & quia cunctis patet te præfatum Abbatem anxie ad monachalem habitum conuolaſſe, contemnendo diuitias parentum accola deſiderans effici paradiſi, atque impetraſſe nobis vt vobis in remotiore loco terræ iſtius ędificandi monaſterij largiri poteſtatem votiuum tui operis impletum eſſe proſpicimus curſum, & ædificandi baſilicã ad honorem domini Saluatoris diuerſa tibi loca conceſſa ſicut veſtro relatum cognouimus nos Deo Præſule maxima deuotione ad perfectum cupimus perducere opus, & Chriſti famulis ſemper augmenta præbere. Quæ dona noſtrum ſtabilitati firmamus monimentum, diuerſaq; loca nominatim decernimus, ideſt caſalia duo, quæ dicũtur Paliani, & Caſulani, de iſta duo caſalia portiones tres, qui de vno capite tenentur in monte Amiato, & alio in Palia flumine, ab vno latere decerni finis Suanenſe, ex alia parte adiacit caſalis ſancti Philippi, ideſt pro ſollato, qui vocatur Palia, & peruenit in rigo qui dicitur Rigule, inde vero extendit vſque in monte Amiato, & iam, & alia loca de finibus noſtris ſuper muris ſcilicet Cluſinia hæc ſunt caſalia duo, qui vocantur Reodola maiore, & Reodola minore, qui reguur per Bonualdo, & Cuinullum, necnon Vrſuluizo & Martino cũ vxoribus, filijs, & familijs, vel quãrum ad manus ſuam habuit, hæc ſunt vncias 35. & ipſa terra, quę vocatur Gualfridula, & caſalibus, & terris cum filijs, qui vocatur Birena, cum ipſa terra, qui vocatur Haundula, de vno lato eſt terra, qui vocatur Clanrio, & de pede eſt Porio, qui vocatur Amanile per loca deſignata venire in Riuulo, & de alia parte eſt terra qui vocatur Clauſura, & de capite eſt via publica, & curte illa mea, qui vocatur Moxona, qui regitur per Magnum, & Reſtitum L. Stephanum, necnon Riſtulum Lonſo, & Iordani Chriſtiano, & Ronzino cum vxoribus, filijs, & familijs, & alia caſalia, qui vocatur Erminule cum caſis, & filijs, & familijs, omniaque ad manus tuas habentia, cum duodecim vncijs in ipſis caſalibus aldijs per

aldi-

aldixiones ſeruas, & ſeruis vtriuſque ſexus ſecundum pertinentiam ſuam, quod tuæ venerationi eo cedimus ordine, vt ſiue in monaſterium relinquere, ſiue liberas dimittere in tua maneat poteſtate, ſimiliter & molinas tres, qui poſita ſunt in fluuio viuo cum caſis, vel homines, qui ipſas molinas regere videntur, & ſicut rectas ipſis caſis, vel molinas per taurula, & vtſula cum omnia quicquid ipſis ſuas manus habere viſa ſunt, & ſex vocias de terra adauximus illorum habendi ſimiliter, & conceſſimus terras, & ſiluas prope ipſas molinas, lacus, qui dicitur Cagiolo aduenerreto Dominico ſimul in vnum iugis numerum ducentis, & pertinere videtur iam dictas caſas, & molinas, vel terra cum ſilua de ſub curte ciuitatis noſtræ Cluſinæ, necnon etiam concedimus tibi intra finibus noſtris Cluſinis, & Suaneſes ſingula loca, id B eſt ſupradicto monte Amiato, ad locum, vbi dicitur Riuulo putrido, & venit vſque ad Ripam albam, & inde per Serra venit per loca deſignata ad girum montis vſque in nuo, qui dicitur armine, & venit in riuulo qui dicitur Decadonem, atque exinde per arbores, & petras ſignatas vſque in ripa de pratuſcellus, & deinde in hotto Laurentio, inde peruenit ad ſanctam Mariam de Cantaria per arbores deſignatas, atque exinde vadit in viam publicam, inde per Caiolo deſcendit in foſſato capu, inde mittitur riuulo, qui dicitur Burzolino, & inde deſcendit in fluuio Miniſtorne, inde per ſigna, quæ ſunt inter ſerram de rugia, & de alia parte eſt vicum Spargitia, de alia denique parte finis Cluſinus per Serras de rugia venit vſque ad puteum, inde ſtendit per arbores deſignatas in fluuio Palia emittit ſe in foſſato ſicco, C inde per foſſato ſicco vſque in terram ſancti Philippi, habentes de fluuio Palia vſque in caſale ſancti Philippi Sugis numerum centum quinquaginta ſex, & ipſas Sugas per vnamquamque habentea pedes ſexaginta ad pedes munichis, inde vero de terra Philippi recte in montecello ad ipſas quercias vbi ſunt cruces factas deſuper campo vbi dicitur Cāpo presb. inde recte ad alia quercia, qui eſt circa ſemita, qui venit de Paliano, & vadit recte vico Lordoniano, & habet ceclatutas, inde vero recte in fluuio Palia indirecte intrat in foſſato, qui vocatur Rigale, inde vero, vt ſuperius legitur per foſſato Rigale vſque in monte Amiato. Quæ omnia tam arboribus terra vmbrata, quamque aperta in tua maneat poteſtate, & tua declaret veneratio, & noſtram excellentiam monſtret, atque omnia tuæ venerationi, vel ipſius ſanctæ congregationi conceſſiſſe videtur. Videtur etenim nos pro futuris temporibus ampliſſimam firmitatem præfatas res per noſtram firmamus ſtabilitatem, quatenus omnium a modo tuta poteſtatum recluſa, ſecuri tam vos, quam ipſa ſancta congregatio poſſidere valeamini decenter, vt Domino deuotas poſſetis dicere laudes, videlicet villis, manſijs, domibus, ſeruis, ancillis, terris, cultis, & incultis, ſiluis, pratis, paſcuis, & redditibus, decimationibus, atque vniuerſis, quæ ab eiſdem, vel in eiſdem vtiliter, ac rationabiliter accipi, vel fieri poſſunt ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus per hanc noſtri edicti præceptalem paginam perpetuo habenda

A cenſemus. Statuimus, atque firmamus quod in ipſius, eiuſque ſucceſſorum ſit dominio prænominate curtes, & terras ſimul competenter regere, & frui, atque vbi oportuerit monachos ordinare omnium contradictione, inquietatione, ac contentione remota. Interdicentes omnimodis, & interminantes, vt nullus dux, aut marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, ſcudalchio, ſeu quis actionarius cuiuslibet dignitatis, vel conditionis ſublimis, humiliſue perſonæ contra hoc noſtræ auctoritatis præceptum qualibet præſumptione, vel occaſione agere, aut tentare præſumat. Siquis autem, quod abſit, auſu temerario infringere, ipſum paruipendendo, aut annullare præſumpſerit, debita ab eodem vltione, centum auri libras exſolui iudicimus, medietatem Cameræ noſtræ, B ac medietatem prædictæ Abbatiæ, ſuiſque rectoribus, & perpetuo anathemate in ignea abyſſo ligetur. Et vt hoc præceptum abſque omni inquietudine in ſua ſoliditate, & ſtabilitate perſeueret, manu noſtra illud firmauimus, ac more noſtro inſigniri iuſsimus.

Signum D. Rachis  *Regis inuictiſſ.*

C *Vvichinghus Archicancellarius ad vicem Ledemari Archicapellani recognoui. & ſubſcripſi.*

Datum idib. maij anno incarnationis Domini 742. *indictione decima anno regni ſereniſſimi Rachis Regis tertio.*

Actum ciuitatis Cluſinæ, in Dei nomine feliciter. Amen.


Poſt fundatum autem Ammiatinum cœnobium Rachis apud montem Caſinum monachum induit. Deinde idem monaſterium Carolus Magnus, tum redditibus, tum ſplendidis iuriſdictionibus mirum in modum auxit. Quæ omnia Ludouicus inde Pius filius fauorabili ſequenti diplomate conſtabiliuit anno 816.]

In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Ludouicus, diuina prouidentia, Imperator Auguſtus, &c.

☞ Cum petitionibus ſeruorum Dei iuſtis, ac rationabilibus diuini cultus amore fauemus, ſuperna nos gratia muniri non dubitamus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ præſentibus, & futuris, quia vir venerabilis Audoaldus Abbas ex monaſterio ſancti Saluatoris quidem ſito in monte Amiato in territorio Cluſino detulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis domini, & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ pijſsimi Auguſti, in qua continebatur inſertum, qualiter prædictum monaſterium ob amorem Dei, tranquillitatemque monachorum ibidem conſiſtentium ſemper ſub pleniſſima tuitione, & immunitatis defenſione habuiſſet, firmitatis

mitatis namque ſtudio a nobis procurauit, vt paternæ auctoritati hanc noſtram iugeremus auctoritatem, cui petitioni libéter aurem accommodare placuit, & hanc noſtræ auctoritatis præceptionem fieri, per quam præcipimus, atque iubemus, vt nullus iudex publicus, vel quilibet, & iudiciaria poteſtate in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſsiones prædicti monaſterij, quas moderno tempore iuſte, & legaliter poſsidet, vel quæ deinceps in iura ipſius loci voluit diuina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel feuda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut honores monaſterij, tam ingenuos, quam etiam ſeruos ſuper terram ipſius commanentes, nec ad hoſtes diſtringendos, nec vllas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas vllo vnquam tempore ingredi audeat, valeatque, ſupra memorata penitus exigere præſumat. Continebat etiam in eadem auctoritate, qualiter confirmaſſet idem D. Imperator ad ipſum monaſterium rerum, idem Eccleſiam ſancti Petri in Carmatica, atque cellulam ſancti Sauini, & ſanctæ Reſtitutæ, vel ſancti Petri, & ſancti Stephani in Tarquino cum eorum pertinentijs. Quas res confirmamus perpetualiter prædictu monaſterio ad habendum, ſicut Dominus, & genitor noſter per ſuum præceptum confirmauit. Conceſsimus etiam eidem ſancto monaſterio quemadmodum Dominus, & genitor noſter conceſsit, vt quandoquidem diuina vocatione prædictus Abbas, vel ſucceſſores eius de hac luce migrauerint, quamdiu monachi inter ſe tales inuenire potuerint, qui ipſam congregationem regere valeant per huiuſmodi noſtram auctoritatem, & conſenſum, vel dilecti filij noſtri Bernardi Regis licentiam habeãt eligendi Abbates, quatenus ipſos monachos, qui ibidem Domino famulari videntur, pro nobis, & & coniuge, proleque noſtra, atque ſtabilitate totius Imperij a Domino nobis commiſsi, atque conſeruandi iugem Domini miſericordiam exorare delectet, & vt hæc auctoritas noſtris, futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconuulſa manere, manu propria ſubter firmauimus, & anuli noſtri impreſsione ſignari iuſsimus.

Signum Ludouici  *ſereniſſimi Imp.*

Dat. 15. Kal. decemb. anno Chriſto propitio 3. Imperij domini Ludouici pijſsimi Auguſti indict. decima.

Actum compendio palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

Reperio quoque Arialdi temporibus, qui diu hanc Eccleſiam rexit, regnante Luitprando Longobardorum Rege, templum diuæ Muſtiolæ non longe ab hac ciuitate poſitum, egregios quoſdam claroſque viros Gregorium, & Ariteburum Cluſinos ciues ædificaſſe. Tempus, piumque facinus exhibent vetuſtiſsimi verſus ibidem in marmorea tabula adſcripti, quos ad me Ioannes Baptiſta Piccolomineus claræ memoriæ Cluſinus Epiſcopus amicus noſter tranſmiſit. Carmina ſunt.

Nobilis vaſta nites rediuiua en fabrica templi
Egregia progenies ornarunt culmina pulchre
Fulgidus vita Pius Gregorius aptus vbique
Hoc opus patrarunt Luitprandi tempore Regis
Tramite ſat recto Ariadi pollet in alto
Muſtiola præcat tu poſt gaudia illis
Celſus vbique ſuis concedat proſpera votis
Mox dabitur placide ſi nil dubitaris aberrans
Martyr Ariſebuti ſis memor alma miſelli.

Hoc templum quondam fuiſſe canonicorum regularium vetuſtiſsimum monaſterium diſcimus ex Pennotti tripartita hiſtoria lib. 2. cap. 20. cuius meminit Ioannes Baptiſta Laurus Peruſinus in libello de Anulo pronubo beatæ Virginis Mariæ. Porro de ſancta Muſtiola legimus acta longe diuerſa ab ijs, quibus paſsim circumferuntur in vetuſtiſsimo membranaceo codice Abbatiæ ſancti Saluatoris montis Amiati, vbi plures ſanctorum vitæ recenſentur, quæ adhuc non ſunt Typis mandatæ. Legimus præterea ad marmoreum tumulum eiuſdem ſanctæ eo in templo collocatum hæc acroſticha carmina.

C ✠ *Chriſte fabs votis Gregorio, & auctē cõde decis*
L *Quod Muſtiola obtulerunt martyre Chriſti.*
V *Hoc Tec. Aretiburij ſublata vetuſtas,*
S *Qua meliore cultu nobiliore redit*
I *Cedet nouitati diruti antiquitas ligni*
O *Pulchrius ecce micat nitentes marmoreis decus*
D *O Muſtiola merita beneranda quæ ſedis*
I *Roſeis virgineis crocis amore paratus*
C *Nobilior proſapia qui & de Claudij prolem,*
I *Cuius aula maxima a fundamentis dicauit*
T *Gregorius Armipotens, & r. beſtiſsimus Do:*

† *Ego Hanaſtaſius diac. optuli martyre Chriſti. Hic dilecta Do. recumbens Muſtiola quieuit clara parentum, clarior & merito: Deo gratias.*

Exceſſit tandem Arialdus amator, & promotor religionis, ſub Ludouico Pio Imperatore ſepultus apud ſanctam Muſtiolam, quam impenſe coluerat.

4 THEOBALDVM hanc eandem Eccleſiam reperimus adminiſtraſſe temporibus Ludouici Pij, Lotharijque filij Imperatorum, hoc eſt, poſt ſeculum pene integrum, cuius honorifice meminerunt montis Amiatini monaſterij monumenta, tanquam principis loci illius benefactoris. Præcipuo ſiquidem ſtudio eiuſdem cœnobij iura, ac latifundia apud Cæſares, ad quorum gratiam propriori gradu acceſſerat, ſarta recta præſtitit, atque inuiolata. Nobili inſuper eccleſiaſtici cultus inſtrumento eandem adauxit, ditauitque quãpluribus manuſcriptis codicibus, quos vt & ipſe nobiliter eruditus erat, in membranis exſcribendos curauit, vnde Amiatini monachi poſſent ſibi doctri-

doctrinarum ſubſidia comparare. In iis adhuc, tanquam pretioſa ſuppellex ſpectatur membranaceus codex, antiquitate venerandus, doctrinaque præcipuus, vtpote Mauri Rabani Maguntini Archiepiſcopi partus, cum quo neceſſitudine iam tum iunctus erat Theobaldus, cum in aula Cæſarum coniunctiſſimi verſarentur. Theobaldus igitur cum Rabani plane Theodidactam deguſtaſſet doctrinam, ab eodem impetrauit, vt quæ aliquando ſcripſiſſet, ſibi liceret exſcribere monumenta. Quæ cum diligenter exaranda curaſſet, Abbatiæ deinde Amiatinæ dono dedit. In quo quidem codice, non ſemel a me viſo, lectoque animaduerti duo opuſcula contineri de prædeſtinatione, quorum alterum inſcriptum eſt Nocungo Epiſcopo Brixienſi, alterum epiſtolari ſtylo ad Eberardum comitem tranſmiſſum, ad iugulandam noxiam opinionem quamdam, quam in eius iuriſdictione neſcio quis Godeſcalchus monachus diſſeminauerat. Hæc duo opuſcula ab Epiſcopo Theobaldo dum viueret, ac deinceps a monachis, ad iniuriam propemodum ſtudioſorum diligentius, ſecretiuſque aſſeruata, nuſquam quod ſciam aſpexere lucem. Quamobrem operæpretium mihi viſum eſt his noſtris monumentis illa adiungere, cum ad memoriam ſeruatoris Theobaldi, tum ad deludenda incommoda, quæ ab iniuria temporum, quæ a plagiariis, quæ a bellis, quæ a cæteris ſiniſtris naturæ caſibus poſſent impendere. Quod ipſum abundantius excuſauerit, ſi quid videantur extra noſtri propoſiti chorum ſaltare. Et primum quidem opuſculum de prædeſtinatione ita ſe habet ad Nocungum, vel Notingum Brixienſem electum.

Viro venerabili, & omni nomine digniſſimo Netingo electo Epiſcopo Rabbanus in Chriſto ſalutem. Nuper quando ad ſereniſſimum Imperatorem Ludouicum in tranſitu expeditionis hoſtilis in pago Legana veniſti, & ibidem mecum locutus de hæreſi, quæ quidem de prædeſtinatione Dei, ſiniſtre contendunt errantes, & alios in errorem mittentes ſermonem habuiſti, conuenit inter nos, vt e diuinis ſcripturis, & de orthodoxorum Patrum ſententiis aliquod opuſculum conficerem, ad conuincendum errorem eorum, qui de Deo bono, & iuſto tam nequiter ſentiunt, vt dicant eius prædeſtinationem facere, quod nec homo ad vitam prædeſtinatus poſſit in mortem incidere, nec ad mortem prædeſtinatus vllo modo ſe poſſit ad vitam recuperare. Cum auctor omnium rerum, & conditor naturarum Deus, nullius ruinæ, atque interitus cauſa ſit, ſed multorum origo ſalutis. Proinde accipe nunc opuſculum, quod tibi rogaueras a noſtra exiguitate confici. Et ſi quod in eo gratum, atque catholico ſenſu explicitum repereris, illi hoc tribuas a quo omne bonum eſſe ſcias, meque noueris quicquid eius gratia poſſum, tua charitatis vtilitati conferre per omnia, & in omnibus paratum eſſe. Vale, & amantem te dilige noſtræque paruitatis in ſacris orationibus memor fieri dignare.

Explicit præfatio.

A

Incipit liber de Prædeſtinatione.

Si homo rationalis vim ſuæ agnoſceret naturæ, & Creatoris ſui potentiam rite intelligeret, nequaquam ſtultis ſe implicaret quæſtionibus, & quæ Chriſtianæ Religioni ſunt contraria, nec ſenſu teneret, nec voce proferret. Sed quia antiquus hoſtis, qui ab initio humanæ inuidit ſaluti nūquā deſinit in ſegete Chriſti ſuperſeminare zizania. Ideo pro vaniloquo non ſolū ocioſa, ſed & noxia, & blaſphemiis plena profert eloquia. Ita vt, quod eorum perditionis ſuæ conditorem ſuum aſſerant auctorem dicentes, quod & ſicuti, qui per præſcientiam Dei, ac prædeſtinationem con-
B
uocati ſunt ad percipiendam gloriā æternæ vitæ, ita & illi, qui ad æternum interitum vadunt, prædeſtinatione Dei coguntur non poſſe euadere interitum. Quod quam abſurdum ſit etiam imperiti intelligere poſſunt: quia nullo modo ille qui cuncta bona creauit, etiam ſtabiles fecit nationes orbis terrarum, atque vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, aliquem cogit interire; ſed magis facit recte credentem, ac benigne operantē ad ſalutem æternam peruenire. Si enim ſecūdum ipſos qui talia ſentiunt, Dei prædeſtinatio inuitum hominem facit peccare; quomodo iuſto iudicio Deus damnat peccantem cum ille non voluntate, ſed neceſſitate peccauerit? Aut quomodo Deus iudicauerit mundum, qui eſt iuſtus iudex, & reddet vnicuique ſecun-
C
dum opera ſua, iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua? Si autem huiuſmodi ratiocinatione tollitur Deo, ne iudex iuſtus ſit, conſequenter auſertur illi & regia dignitas, atq; diuina maieſtas. Sed e contrario ſcriptura clamat prophetica: Quoniā Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes deos. Et item: Regnabit Dominus ſuper omnes gentes; Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Igitur cum hac ratione perſpicualiter explicantur, reſtat vt ipſe, qui talia ſentit, ex eorum numero ſit, de quibus Pſalmiſta ait: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluptatibus ſuis. Hunc autem errorem ſanctorū Patrum multipliciter diſputat doctrina, & conuincit taliter ſentientes, nec ſcripturarum aucto-
D
ritate, nec veraci initi ratiocinatione. Prædeſtinationis autem fides firmiſſima ſanctorū auctoritate, & ſcripturarum munita eſt, cui vllo modo fas eſt ea quæ ab hominibus male aguntur, adſcribi, qui in procliuitatem cadendi non ex conditione Dei, ſed ex primi patris præuaricatione venerunt. De cuius pœna nemo liberatur, niſi per gratiā Domini noſtri Ieſu Chriſti; præparata, & prædeſtinata in æterno conſilio Dei, ante conſtitutionem mundi. Omnis homo qui credens in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum regeneratur in baptiſmo, tam a propriis peccatis, quæ mala voluntate, & actione contraxit, quam ab originali, quod a parentibus traxit, abſoluitur; ſed relapſum poſt baptiſmum ad infidelitatem, & impios mores, qui negat originali peccato fuiſſe purgatum, tam falſa opinatur, quam qui eumdem aſ-

ſeris non æterna morte eſſe damnandum. Qui enim recedit a Chriſto, & alienus a gratia finit hanc vitam, quid niſi in perditionem cadit? Nec originali peccato damnabitur, qui tamẽ propter extrema crimina ea morte afficietur, quæ ei propter quam remiſſa ſunt, debebatur, quod eloquia Dei præſcientiã nec allidit, nec fefellit, ſine dubio tales nunquã elegit, nunquã prædeſtinauit, & periturum nunquam ab æterna perditione diſcreuit. Igitur ſicut bona opera ad inſpirationem eorum, ita mala ad eos ſunt referenda, qui peccant. Non enim relicti ſunt a Deo, vt relinquerent Deũ, ſed reliquerunt, & relicti ſunt, & ex bono in malum propria voluntate mutati ſunt, atque ad hoc licet fuerint renati, fuerunt iuſtificati, ab eo tamen, qui illos tales præſciuit, non ſunt prædeſtinati. Prædeſtinationẽ autem Dei, ſiue ad bonum, ſiue ad malum in omnibus operatur, ineptiſſime dicitur. Vt vtrum homines quædam neceſſitate videantur implere, cum in bonis voluntas non ſit intelligenda ſine gratia. Quæ enim ratio eſt, vt nullus, qui ſanum ſapit, dicat: Non eſt neceſſe mihi, vt laborem pro requie, & ſalute mea, quia ſi prædeſtinatus ſum a Deo ad vitam æternam, velim nolim, illuc perueniam. Si autẽ prædeſtinatus non ſum, nihil mihi proficit bene operari, ac virtutibus operam dare, quia æternæ beatitudinis pręmia non poſſidebo. Quaſi Deum tentando, ac promiſſa ipſius deſpiciendo, & non magis per fidem, & delectationem deuote ſeruiendo placere poſſint. Prius ergo ipſum nomen prædeſtinationis quid indicet, exponamus: deinde eſſe apud Deum, qui ſine acceptione perſonarum eſt, prædeſtinationem, diuinarum ſcripturarum auctoritate probemus. Prædeſtinatio quippe a præmittendo, & præueniendo, vel præordinando futurum aliquid Deus. Et ideo cui præſcientia non accidens eſt, ſed eſſentia, ſemper fuit, & eſt, quicquid antequam ſit, præſcit, prædeſtinat, & propterea prædeſtinat, quia quale futurum ſit, præſcit. Ideo & Apoſtolus: Nam quos præſciuit, inquit, & prædeſtinauit. Sed non omne quod præſcit, prædeſtinauit. Mala tantum præſcit, bona prædeſtinauit. Qui enim bonum præſcientia prædeſtinat, idem priusquam ſit in ſe præordinat, hoc enim ipſo auctore eſſe cœperit, vocat, ordinat, & diſponit. Vnde & ſequitur: Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, illos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. Iã igitur apertius diſſeramus, quod loquimur, quomodo humanum genus præſcientia ſua, & prædeſtinatione Deus, in quo non eſt iniquitas, vtatur. Maſſa itaque humani generis, quæ in Adam, & Euæ præuaricatione damnabilis, mortalisque facta eſt, non eo dem ordine diuina generaliter, ſed ex debito pœna, cruciatuque debetur. Veniam vero non merito, ſed Dei iuſti iudicis miſericordiæ largitate conſertur. Quia vero iuſtus, & miſericors Deus, præſciuſque eſt futurorum, & ex hac damnabili maſſa non perſonarum acceptione, ſed iudicio æquitatis ſuæ irreprehenſibili, quo præſcit miſericordia gratuita præparat. Idem prædeſtinat ad vitam æternam. Cæteros autem, vt prædixi, debite pu-

A nit, quos ideo punit, quia quid eſſent, futurum præſciuit. Non tamen puniendos ipſe fecit, aut prædeſtinauit, ſed tantum, vt dixi, in damnabili maſſa præſciuit. Quod ſi a me quæris ſcire, cur duas iſtas differentias Deus faciat: ſi perſonarum acceptor non eſt, quia generaliter aut punire debet iuſtitia, aut miſericordia liberare; contende cum Paulo: imo, ſi audes argue Paulum, qui dicit Chriſto in ſe loquente: O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, vt quid me ſic feciſti? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliã? Ego autem hoc dico quod dixi, quia quicquid Deus agit, miſericorditer, iuſte, ſancteque facit. Quia ſolus ipſe præſciendo ſcit, quod

B homo neſciendo neſcit. Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Aut quis dicit ei, quid feciſti? Non poteſt tantum iuſtus dici Deus, aut ſolum miſericors. Sic diligimus, ſic credimus. Propterea quando illi cum Dauid miſericordiam, & iudicium cantamus, & venientes non interrogamur, quæ ſit voluntas eius in iudicio & miſericordia conquirentes. Omnis enim lex diuina hoc docet, vt per obedientiam mandatorum Dei perueniamus ad Creatorem noſtrum, nec vllua ratione vigens ſine fide recta, & bonis operibus Deo placere poteſt. Vnde & prophetica, atque Apoſtolica eloquia hoc reſonant, hoc exhortantur, vt recto curſu ſanctæ conuerſationis conueniamus ad Creatorem noſtrum.

C Denique ſic Moyſes ait. Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis. Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, ac teſtimonia, & cæremonias, quas præcepit tibi, & fac quod placitum eſt, & bonum in conſpectu Domini: bene ſit tibi, & ingreſſus poſſideas terram optimam, de qua iurauit Dominus patribus tuis, vt deleret omnes inimicos tuos coram te, ſicut locutus eſt. Nam Pſalmiſta hinc ait: Quis eſt homo, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos; coerceat linguam ſuam a malo, & labia eius ne loquantur dolum. Diuertat a malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam. Quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

D Hinc & per Eſaiam dicitur: Hæc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam, quia iuxta eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia mea, vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendit illud. Cuſtodiens ſabbatum, ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne malum. De quo & per Hieremiam dicitur: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui non audierit verbum pacti huius, quod præcepi patribus veſtris in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum, & ſuſcitabo iuramentum, quod iuraui patribus veſtris daturum me eis terram fluentem lacte, & melle. Ad Ezechielem Dominus ait:

Tu

A Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael, ſic locuti eſtis dicentes, iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quomodo ergo viuere poterimus? dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Nolo mortẽ impij, ſed vt reuertatur impius a via ſua, & viuat. Conuertimini a vijs veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſrael? & tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua, & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacumque die peccauerit: etiamſi dixero iuſto quod vita viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa morietur. Sin autem dixero impio, morte morieris, & egerit B pœnitentiam a peccato ſuo, feceritque iudicium, & iuſtitiam, pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet, & non morietur; omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei. Ad Nabuchodonoſor quoque Daniel propheta ſic ait: O rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas eleemoſynis pauperum, ſi forſitan ignoſcat Deus delictis tuis. Hinc & per Oſee dicitur: Seminate vobis iniuſtitia, metite in ore miſericordię, innouate vobis nouale, tẽpus autẽ requirendi Deum cum venerit, qui docebit vos iuſtitiam. Et item: Conuertere, inquit, Iſrael ad Dominum dominantium, quoniam cor- C ruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Deum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Siquidem in Iohele ita ſcriptum eſt: Magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis ſuſtinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad dominum Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? Sacrificium, & libamen domino Deo veſtro. Hinc & per Amos dicitur: Quærite bonum, & non malum, vt viuatis, & erit D dominus Deus exercituum: odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi forte miſereatur dominus Deus exercituum reliquijs Ioſeph. Sic & Abdias propheta: Iuxta eſt, inquit, dies Domini, ſuper omnes gentes, ſicut feciſti fiat tibi retributionem tuam, conuertet in caput tuum. Ionas quoque in Niniue ciuitate magna prædicauit pœnitentiam agendam, & prædicauerunt Niniuitæ ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſque ad minorem. Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Hinc & Micheas loquitur dicens: Indicabo tibi homo, quid ſit bonum, aut quid dominus Deus tuus requirat

A a te, vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Deniq; Naum ita prædicat dicens: Deus æmulator, & vlciſcens Dominus hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. De quo & Abacuch ait: Ecce qui incredulus eſt non erit recta, anima eius in ſemetipſo, iuſtus autem in fidelitate ſua viuet. Et item: Vę qui congregat auaritiam malam domui ſuę. vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Et item: Væ qui ędificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Vę qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius, repletus eſt ignominia pro gloria. Vę qui dicit ligno expergiſcere, ſurge lapidi tacenti. Numquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro, & argento, & omnis ſpiritus non eſt B in viſceribus eius. Dominus autem in templo ſancto ſuo, ſileat a facie eius omnis terra. Hinc & Sophonias ait: Quærite dominum Deum veſtrum omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati. Quærite iuſtum, quærite manſuetum, ſi quando abſcondamini in die furoris Domini. Nam & Aggęus ita ait: Hæc dicit dominus Deus exercituum; ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, aſcendite in montem, portate lignum, & ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit Dominus. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factus eſt minus, & intuliſtis in domum, & ſufflaui in illud. Quam ob cauſam dicit Dominus Deus exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & feſtinaſtis vos vnuſquiſque in C domum ſuam. Per Zachariam quoque Dominus ait: Iudicate iudicium verum, & miſericordiam, & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo, & viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniare. Et vir fratri ſuo, non cogitet malum in corde ſuo. Et item: Nolite timere. Hæc ſunt ergo verba quæ facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem, & iudicium pacis, iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia ſunt enim hæc quæ odi dicit Dominus. Per Malachiam quoque ait: Conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum, & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem. Ecce dies veniet ſuccenſa, quaſi caminus, & erunt omnes ſu- D perbi, & omnes operantes iniquitatem ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem, & germen, & orietur vobis timentibus nomen Domini, ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento, & calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum. In die qua ego facio, dicit dominus Deus exercituum. Mementote legis Moyſi ſerui mei, quæ mandauit eis in Choreb ad omnem Iſrael præcepta, & iudicia. Hinc & in prouerbijs Sapientia ita docet dicens: Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cuſtodiat cor tuum. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Miſericordia, &

veritas non te deſerant, & circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiã, & diſciplinam bonam coram Deo, & hominibus. Similiter & Eccleſiaſtes docet dicens. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quod pro omnibus ijs adducet te in iudicio Deus Aufer iram malam de corde tuo, & amoue malitiam a carne tua. Adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni dierum, de quibus dicas non mihi placent. Antequam tenebreſcant ſol, & luna, & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam. Hinc & liber, qui dicitur Sapientia ſic inchoat, Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram, ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis, quęrite illum, quoniam inuenitur ab ijs, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant a Deo, probata autem virtus corripit inſipientes, quoniam in maleuolam animã non introibit ſapientia, nec inhabitabit in corpore ſubdito peccatis. Sanctus enim Spiritus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur ſuperueniente iniquitate. Et iterum: Cuſtodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, & a detractione parcite linguę, quoniam reſponſum obſcurum in vacuum non ibit. Os autem, quod mentitur occidit animam. Nolite zelare mortem in errorem vitæ veſtræ, neque requiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum, quoniam Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditionem viuorum. Creauit enim vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non eſt nullum medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Similiter & in libro Ieſu filij Syrach Sapientia docet, quid vitandum, & quid ſciendum ſit. Qui timetis, inquit, Dominũ credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis Dominum ſperate in illum, & in oblectatione veniet vobis miſericordia. Qui timetis Dominũ diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Reſpicite filij nationis hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt, aut quis inuocauit illum, & deſpexit eum? quoniã pius, & miſericors eſt Deus, & remittet in tempore tribulationis peccata hominibus exquirentibus ſe in veritate. Væ duplici corde, & labijs ſceleratis, & manibus malefacientibus, & peccatorum terra ingredienti duabus vijs. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Domino, ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas, & quid facietis cum inſpicere cœperit. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum conſeruabunt viam illius. Qui timent Dominum inquirent quæ beneplacita ſunt illi, & qui diligunt illum replebuntur lege ipſius.

A Qui timent Dominum proſperabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent Dominum cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habent vſque ad inſpectionem illius. Hæc ergo omnia regulam ſanæ fidei docent, aut peccatoribus pro malis operibus, pœnas prædicunt, aut iuſtis pro bene factis præmia ſpondent. Et quomodo quiſquam præſumit dicere, non iuſtos bona merita adiuuare, neque iniquos peccata lędere, ſed vnumquemque prædeſtinationis neceſſitate, aut coronari aut puniri.

Videamus ergo quid de hoc nouum teſtamentum nobis inſinuet. Dicit enim ipſa Veritas in euangelio: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.
B Quam anguſta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Contendite per anguſtam portam intrare. Non omnis qui dicit mihi: Domine Domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua, De die autem illa, vel hora nemo ſcit, neque angelus in cælo, neque Filius niſi Pater. Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit.
C Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatẽ cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilaret. Vigilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus veniet, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Hinc & Paulus Apoſtolus ad Romanos ſcribens ait: Reuelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in iniuſtitiam detinent. His autem qui ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam operantis malum, Iudæi primum, & Græci.
D Gloria autem, & virtus, & honor, & pax omni operanti bonum. Iudęo primum, & Græco. Non eſt enim perſonarum acceptio apud Deum. Quicumque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Non ergo regnet peccatũ in veſtro mortali corpore, ad obediendum deſiderijs eius, ſed neque exhibeatis membra veſtra, arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum enim in vobis non dominabitur, non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Hinc & Iacobus ait: Eſtote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmetipſos. Et item.

Quid

Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat. Nunquid poterit fides ſaluare eum? Et rurſus: Subditi igitur eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate Domino, & appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo, miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos in tempore tribulationis. Qualiter autem virtus fidei ſaluet hominem, & quod ruina veſtra non ſit Deo deputanda, a quo eſt omne bonum, prædictus Apoſtolus in eadem epiſtola oſtendit dicens: Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans, qui autem hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur. Non ergo æſtimet homo ille, quod accipiat aliquid a Deo. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentor, Deus autem intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſque vero tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum; peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. De hoc & Petrus ſcripſit dicens: Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij perfecte ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in reuelatione Ieſu Chriſti. Quaſi filij obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſiderijs, ſed ſecundum eum, qui vocauit ſanctum, & ipſi ſancti in omni conuerſatione eſtote, quoniam ſcriptum eſt: Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum. Et item: Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, circuit quærens, quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide; ſcientes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt veſtræ fraternitatis fieri. Hinc quoque Ioannes ait: Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mūdum. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt, & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli, & viciſtis eum, quoniam maior eſt qui in vobis eſt quam in mundo. Ipſi in mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus, qui nouit Deum, audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritū veritatis, & ſpiritū erroris. Et itē: Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eū qui genuit, diligit eū qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, quoniā diligimus

A natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt, quoniam omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum, & hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra, quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt Filius Dei? Si enim charitas Dei neminem iuuat, nec filij Dei filij ſunt lucis, quomodo id, quod natum eſt ex Deo vincit mundum, & quomodo victoria mundi eſt fides Chriſti? Si autem fides Chriſti, quæ per dilectionem operatur, vera ſalus eſt hominum, quia omnis qui credit in illum, non confundetur, ſicut ipſe ait: Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me, non morietur in æternum? Quomodo iſti vaniloqui garriunt, quod nihil proſit hominum recta fides, &
B bona operatio. Quoniam ſi non ſit prædeſtinatus quis, non veniet ad vitam, cum prædeſtinatio nihil aliud ſit niſi vitæ donatio, non perditionis damnatio, vnde manifeſte ſcriptura dicit: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarū. Et per prophetam ipſe Dominus ait: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Si autem non vult Dominus mortem impij, & peccatoris, quomodo prædeſtinat eum ad mortem, cū nihil ſit aliud eius velle, quam prædeſtinare? Cauſa enim omnium rerum voluntas eſt Dei, eiuſq; velle eſt, nec ſimplex natura aliquam contrarietatem in ſe habet. Sed idē Dominus omnium diues eſt in omnibus qui inuocant illum. Itaque prædeſtinatio in
C bono legitur, non in malo. Vnde dicit Apoſtolus: Quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, illos & iuſtificauit, quos autē iuſtificauit, illos & glorificauit. Nota quod dicit: Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, non quos prædeſtinauit, illos & damnauit. Amat enim bonus factor creaturā ſuam, nec immerito aliquem damnat. De quo alibi ſcriptum eſt: Miſerens omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens illis, quia tu es Deus vniuerſorum. Multiplici ergo reatu iſte cōſtringitur, qui deſtinationis bonum, in prauum ſenſum vertens, nefandis ſermonibus blaſphemare
D præſumit. Primo, quod Creatorem ſuum, qui eſt ſumme bonus, maleuolum auſus eſt dicere, & quod opus ſuum fruſtra, & ſine cauſa decernat interire. Secundo, quod ipſam veritatem fallacem nititur aſſerere, quæ per ſcripturas ſanctas, recte credentibus, & bene operantibus, æternæ vitæ ſpondet præmia, & peccatoribus, atque non pœnitentibus mortis prædicit pœnas. Tertio, quod iuſtum iudicem, qui in æquitate iudicaturus eſt viuos, & mortuos, prædicat iniuſtum, quoniam Dominus bene agentibus præmia, & male agentibus tormenta, cum nō reddere affirmat. Quarto, quod Redemptorem mundi fruſtra ſanguinem ſuum fudiſſe non timet per errorem ſuum fingere, quando in ſe credentibus, & ſperantibus propter

præ-

prædeſtinationis neceſſitatem, non poſſit ſubuenire. Quinto, quod huic de bonis Angelis coruum numerum, quem diabolus per ſuperbiam corruens minuit, Saluatorem noſtrum per hominum conditionem adimpleret. Sexto, quod magis fouet ſua opinione diabolo, quando, cum ad eius perditionis ſortem tradidit eos, quos diuina gratia decreuit ad ſalutem æternam pertingere. Septimo, quod totius humani generis maxime inimicus ſit, cum eum dicit per Chriſti fidem, & baptiſmi ſacramentum, a primi parentis lapſu, propriorumq; ſeculorum reatu, necnon & ab hoſtium poteſtate non poſſe erui, ſed obligatum noxia opificis ſui prędeſtinatione in tartarum demergi. Hiſque omnibus ita hoſtenſis, ſuus proprius maxime inimicus eſſe conuincitur, cum non ſolum ſibi in hoc gehennæ ignem præparat, quod male credit, & peruerſe operatur, ſed etiam in eo, quod alios per erroris ſui doctrinam, a via veritatis ſeducendo, ſuę damnationis facit eſſe conſortes, pro quibus ipſe ſine dubio in igne æterno pœnas condignas ſoluet. Vnde & paſtor Eccleſiæ ait: Fuerunt vero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erant magiſtri mendaces qui inducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos Dominum negantes. Perducentes ſibi celerem perditionem. & multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. De quo & Iudas in epiſtola ſua ſcribens ait: Subintroierunt enim quidam homines, qui olim præſcripti ſunt, in hoc iudicium impij, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Et item: Similiter & carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant, cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemię, ſed dixit: Imperet tibi Deus. Hi autem quæcumque quidem ignorant, blaſphemant, quæ autem naturaliter tamquam animalia nouerunt, in his corrumpuntur. Et paulo poſt: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris quę locuti ſunt contra eum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores, querolosi, in deſideria ſua ambulantes, & os illorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonam quæ eſt cauſa. Hæc autem quæ de diuinis ſcripturis teſtimonia protulimus, ad contundendum errorem illorum, qui prædeſtinationem Dei cauſam dicunt eſſe perditionis peccatorum, & ad oſtendendum quod Deus velit per fidem rectam, & bona opera præmia acquiri regni cæleſtis, pauca de plurimis excepta prudenti lectori ſufficiant. Dehinc autem quid in ſanctorum doctorum, & Catholicorum Patrum ſententijs expoſitum de prædeſtinatione Dei inuenimus edicimus. Nam illi qui dicunt quod Deus nolit omnes ſaluare, etiã ſi omnes ſaluari velint, quantum errent omnibus

A patet, cum veritas diſcipulis dicat: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quãto magis Pater veſter cæleſtis dabit bona petentibus ſe. Quomodo fieri poteſt, vt Deus, qui etiam illos ſaluat, de quibus dici nõ poteſt, quod ſaluari velint, nolit aliquos ſaluare, etiam ſi ſaluare velint, niſi aliquæ cauſæ exiſtant, de quibus quamuis ſint nobis incognoſcibiles, ipſe tamen iudicat, de quo dici aliter non poteſt eum quicquam facere debuiſſe, quã fecerit. Remota igitur hac diſcretione, quam diuina ſcientia intra ſecretum iuſtitiæ ſuæ continet, ſinceriſſime credendum, atque profitendum eſt Domini velle, vt omnes homines ſalui fiant. Siquidem Apoſtolus, cuius iſta ſententia eſt, ſolicitiſſime præcipit, quod in omnibus Eccleſijs pijſſime cuſtoditur, vt

B Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur, ex quibus quod multi pereunt, pereuntium eſt meritum, quod multi ſaluantur; ſaluantis eſt donum. Vt enim reus damnetur, inculpabilis eſt Dei iuſtitia. Vt autem reus iuſtificetur, ineffabilis Dei gratia eſt. Qui autem dicunt, quod maiorem partem Deus humani generis ad hoc creet, vt illam perdat in æternum, eo quod multi latam, & ſpacioſam viam vadunt, quæ ducit ad mortem, & pauci per anguſtam, quæ tendit ad vitam æternam. Plurimuſque eſt numerus infidelium, & qui ſine baptiſmatis remedio tranſeunt de hoc mundo, & ideo non poſſunt abſolui de originalis peccati vinculo: quaſi hæc omnia ad conditorem humani generis pertineant, quaſi ipſe eos, qui intereunt, ita velit interire, non recte ſentiunt.

C Omnium quidem hominum Deus creator eſt: ſed nemo ab eo ideo creatus eſt vt periret, quia alia eſt cauſa naſcendi, & alia eſt pereundi. Vt enim naſcantur homines, conditoris eſt beneficium; vt autem pereant præuaricatoris eſt meritum. In Adam quippe, in quo omnium hominum præformata natura eſt, omnes peccauerunt, eademque ſententia, quam ille accepit, obſtricti ſunt. Neque ab hoc vinculo etiam ſi proprija peccatis careant, reſoluuntur, niſi in ſacramento mortis, & reſurrectionis Chriſti per Spiritũ ſanctũ renaſcantur. Nimis ergo impius, & indoctus eſt, qui vitium naturæ non diſcernit ab auctore naturæ. A quo prorſus alienum eſt, quicquid in vnoquoque damnandum eſt. Creat enim homines, nec multiplicandis generationum ſucceſſionibus

D opificem ſuum ſubtrahit, ſecundum conſilium bonæ voluntatis ſuæ, reparaturus in multis, quod ipſe non fecit. Quod autem dicunt peccatorum noſtrorum ideo Deum auctorem eſſe, eo quod malam facit voluntatem hominum, hoc eſt blaſphemeſ ſubſtantiam, quæ naturali motu non poſſit niſi peccare. Illud nos a ſenſu noſtro penitus abdicamus, qui Deum iuſtum bonum, ſic humanæ ſubſtantiæ, & interiorum, exteriorumque ſenſuum nouimus Creatorem, vt prorſus ab illo ſit, quicquid contra naturam eſt. De quo mors, & omnia quæ ſunt mortis oriuntur. Quibus malis tunc ſe homo induit, quando illum fide, obedientiaque priuatum, in ſuas promiſſiones diabolus a Dei lege traduxit omnia quæ ſibi poſteritatis germina perditionem deprauare ſtirpis obſtrin-

rit. Non igitur cuiuſque peccati auctor eſt Deus, A
ſed naturæ creator. Quæ cum poteſtatem habuerit non delinquendi, ſponte deliquit; & deceptori ſuo propria voluntate ſe ſubdidit. Nec naturali, ſed captiuo motu verſatur in vitio, donec moriatur peccato, & viuat Deo, quod ſine gratia Dei facere non poteſt; quia libertatem quā perdidit niſi Chriſto liberante non recipit. Non eſt enim aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat ſaluos fieri. Quod autem quidam dicunt, quod adulteria, & corruptelas virginū ſacratarum, homicidia, atque cætera flagitia, ideo homo commiſerit, quia non poſsit ea vitare, quaſi illas Deus perſonas ad hoc prædeſtinauerit, vt certo tempore in diuerſis vitijs caderent. Deteſtanda quidem, & abominanda omni Chriſtiano hæc opinio eſt, quæ cuiuſque malæ voluntatis, aut malę actionis credit auctorem. Cuius prædeſtinatio, quæ extra bonitatem, nunquā extra iuſtitiam eſt. Vniuerſæ enim viæ Domini, miſericordia, & veritas. Adulteria enim maritatarum, & corruptelas virginum, non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare. Nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines cum admittunt, ſuis concupiſcentijs, & cupiditatibus ſeruiunt, quas ab illa prima voluntariæ præuaricationis labe traxerunt. Cum autem declinant a malo, & faciunt bonum, a Domino greſſus hominum diriguntur, & viam volet. Propter quod dicit Apoſtolus: Oremus autem ad Dominum, vt nihil mali faciatis. Non vt nos probati appareamus, ſed vt vos quod bonum eſt, faciatis. Non ergo caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit. Sed plane prædeſtinauit iudicium ſuum, quo vnicuique retributurus eſt, prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum. Quod iudicium futurum omnino non eſſet, ſi homines Dei voluntate peccarent. Erit autem manifeſtiſſime, & omnis homo, quem diſcretio diuinæ ſcientiæ, ſiniſtra conſtituerit parte, damnabitur, quia non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatem. Nihil ergo malorum negociorum Deus prædeſtinauit vt fieret, nec vllam animam nequiter, turpiterque victuram ad hoc, vt taliter viueret præparauit. Sed talem futuram non ignorauit, & de tali iuſte ſe iudicaturum eſſe pręſciuit. Atque ita prædeſtinationem eius, nihil aliud referre poteſt, niſi quod aut ad debitum iuſtitiæ retributionem, aut in debitum pertinet gloriæ largitatem. Quapropter qui dicunt quod Dei prædeſtinatione efficiantur de filijs Dei, filij diaboli, & de templis ſanctis, templa dęmonum, & de membris Chriſti, membra meretricis, pernicioſiſſime fallunt, atque falluntur errantes, & in errorem mittentes. Igitur prædeſtinatio Dei, etſi apud nos, dum in præſentia vitæ periculis verſamur, incerta eſt, apud illum tamen, qui fecit, quæ futura ſunt incommutabilis permanet. Neque illuminauit, obcœcat, neque ædificauit, deſtruit, neque plantauit euellit. Sine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei, & firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus qui ſunt eius. Nullo igitur modo prædeſtinatio Dei facit vt aliqui ex filijs Dei filij ſint diaboli, aut ex templis Dei templa ſint dęmonum, aut ex membris Chriſti Spiritus ſancti fiant mēbra meretricis. Sed potius prædeſtinatio facit, vt ex filijs diaboli fiant filij Dei, & ex templo dęmonum, templum ſit Spiritus ſancti, & ex membris meretricis, membra ſint Chriſti. Quia ipſe alligat fortem, & vaſa eius rapit eruens ea de poteſtate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de quibus dicitur, ex nobis tranſierunt, ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Voluntate exierunt voluntate ceciderunt, & quia præſciti ſunt caſuri, tamen non ſunt prædeſtinati, eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri, & in ſanctitate, ac veritate manſuri. Ac per hoc pręedeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi. Omnibus quidem a fide ad infidelitatem, a ſanctitate ad turpitudinem relapſis, & ante finem vitæ nulla emundatione purgatis, nihil aliud quam mors æterna debet, ſed nefas eſt Deo adſcribere cauſam talium ruinarum. Qui & ſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid vniuſcuiuſque meritis retributurus ſit, nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, aut neceſſitatem, aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo a iuſtitia, & pietate quis deficit, ſuo in præcepa fertur arbitrio, ſua cōcupiſcentia trahitur, ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi pater, nihil Filius, nihil agis Spiritus ſanctus. Nec tali negocio quicquam diuinæ voluntatis interuenit. C Cuius opere multos ſcimus, ne laberentur, retentos, nullos autem, vt laberentur, impulſos. Denique ad pręuaricationem legis, ad neglectum religionis, ad corruptelam diſciplinæ, ad deſertionem fidei, ad perpetrationem qualiſcumque peccati, nulla omnino eſt prædeſtinatio Dei. Nec fieri poteſt, vt per quem a talibus malis ſurgitur, per eum in talia decidatur. Si ergo in ſanctitate viuitur, ſi in virtute proficitur, ſi in bonis ſtudijs permanetur, manifeſtum munus eſt Dei, ſine quo nullus boni operis fructus acquiritur. Si autem ab his recedit, & ad vitia, atque peccata tranſit, nihil ibi Deus malę tentationis immittit. Et receſſurum non deſerit, antequam diſcedat, & facit plerumque ne deſerat, aut etiam ſi diſceſſerat, vt redeat. D Cur autem illum retineat, illum non retineat, nec poſſibile eſt comprehendere, nec licitum inueſtigare. Cum ſcire ſufficiat & ab illo eſſe, quod ſtatur, & non ab illo eſſe quod ruitur. Qui autem dicunt, quod omnes illi fideles, & qui ſancti, qui per peccatum ad æternam mortem prolapſi ſunt, ſic prædeſtinati ſint, ſicque a Deo ordinati, poſtea quam ceciderunt, nec poſſint, nec velint per pœnitentiam liberari, non veraciter, nec ſapienter hoc dicunt. Qui enim a fide, & ſanctitate exciderunt, ſicut voluntate prolapſi ſunt, ita voluntate non ſurgunt, & dominatum concupiſcentiarū, quibus ſuccubuerunt ſponte, patiuntur. Si qui autem captiuitatem ſuam gemunt, & iudicantes ſemetipſos, ad miſericordiam Dei, mutato corde, confugiunt, non ſine ſpiritu diuinæ miſerationis hoc faciunt. Hæc enim mutatio dexteræ excelſi, qui innumeris lapſis dat pœnitentiam

tiam, vt reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captiui tenebantur ad ipſius voluntatem. Nemini autem Deus correptionis adimit viam nequaquam boni poſſibilitate diſpoliat. Quia quis a Deo auertit, ipſe & velle quod bonum eſt, & poſſe ſibi ſuſtulit. Non eſt ergo conſequens ſicut putant, qui talia obijciunt, vt Deus quibus pœnitentiã non dederit, reſipiſcentiam abſtulerit, & quos leuauit alliſerit. Cum aliud ſit inſontem egiſſe in crimen, quod alienum eſt a Deo, aliud criminoſo veniam non dediſſe, quod de peccatoris eſt merito: ſed quia iſti inter ſe diſſentiunt, qui dicunt, prædeſtinationem Dei facere, ne quis poſſit ſaluari, etiam ſi velit. Et Pelagiani, qui adſcribunt totum homini poſſe per primæ conditionis ſortem, quicquid ad ſalutis ſuæ ſtatum pertinet, etiam ſi diuina gratia illum non adiuuauerit. Quorum licet diuerſus error ſit, tamen par impietas. Ideo neceſſarium eſſe arbitramur ſcripturarum teſtimonijs comprobare hominem initio bonum a Deo eſſe conditum, quia vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valde bona. Sed neminem poſſe ſuo merito, ſine gratia Dei ſaluari, quia Veritas in euangelio ait: Nemo venit ad Patrem niſi per me, & ſine me nihil poteſtis facere. Vnde Paulus ad Epheſios ſcribens ait: Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Et item: Pax fratribus, & charitas cum fide a Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Ad Romanos quoque idem ait: Quis nos liberabit de corpore mortis huius, gratia Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et item reliquiæ, inquit, ſecundum electionem gratię ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. Ad Corinthios quoque ſic loquitur: Gratia autem Dei ſum id, quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. De hoc quoque & Iacobus Apoſtolus ſcripſit dicens: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. Et item: Deus, inquit, ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Hinc & Petrus in epiſtola ſua gratiam Dei auditoribus ſuis commendat dicens: Gratia vobis & pax multiplicetur. Et item: Gratia autem, ait, vobis omnibus, qui eſtis in Chriſto Ieſu. Et [illegible]. Vos, inquit, fratres præſcientes cuſtodite, ne in inſipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Creſcite vero in gratia, & cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti. Hinc etiam & Ioannes in Apocalypſi ſua ſcripſit dicens: Gratia vobis, & pax ab eo qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu eius ſunt, & ab Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Liberum enim arbitrium homini datum nullus rite credens negare poteſt. Sed ſi ad effectum boni operis pertigerit, muneris eſt gratiæ Dei. Vbi autem Deus, noli hoc, & noli illud, & vbi aliquid faciendum in diuinis monitis opus voluntatis agitur, ſatis liberum demonſtratur arbitrium. Nemo ergo cauſetur Deum in corde ſuo, ſed ſibi imputet, & quiſque cum peccat, neque cum aliquis ſecundum Deum operatur, alienet hoc a propria voluntate. Quando enim volens, tunc dicendum eſt opus bonum, tunc ſperanda eſt operis boni merces ab eo, de quo dictum eſt, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Semper eſt in vobis voluntas libera, ſed non ſemper bona. Aut enim a iuſtitia libera eſt, quando ſeruit peccato tunc eſt mala. Aut a peccato libera eſt, quando ſeruit iuſtitię, & tũc eſt bona. Gratia Dei ſemper eſt bona, & per hanc fit, vt ſit homo voluntatis bonæ, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit vt ipſa bona voluntas, quæ iam cœpit, augeatur, & tandem magna fiat, vt poſſit implere diuina mandata, quæ voluerit cum valde perfecteque voluerit. Ad hoc enim valet quod ſcriptum eſt: Si volueris conſeruabis mandata, vt homo qui voluerit, & non potuerit nondum accepiſſe ſe plene velle cognoſcat, & oret vt bonam voluntatem quanta ſufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur vt faciat quod iubetur. Tunc enim vtile eſt velle cũ poſſumus, & tũc vtile eſt poſſe cum volumus. Nam quid prodeſt ſi quod non poſſumus volumus, aut quod poſſumus nõ volumus; in libertate quidem arbitrij ſui commiſſus eſt homo ſtatim in prima mundi conditione, vt ſalua vigilantia mentis [illegible], etiam præcepti cuſtodia perſeueraret, ſi vellet in id quod creatus fuerat permaneret. Poſtquam vero ſeductione ſerpentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit pariter, & vigorem arbitrij. Non tamen electionem, ne non eſſet ſuum, quod emendaret peccatum, merito indulgeretur, quod non arbitrio deliquiſſet. Monet itaque ad [illegible] ndam ſalutẽ arbitrij [illegible] idest rationalis vo[illegible]s, ſed admonente prius Deo, & inuitante [illegible] autem, vt vel eligat, vel ſequatur, vel agat occaſione ſalutis, hoc eſt inſpiratione Dei. Vt autem co[illegible] ſequatur quod eligat, quod ſequatur, vel quod occaſione agat, eſſe libere [illegible]. [illegible] ergo ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus, vt requieſcamus ſalutis inſpirationi, n[illegible] [illegible]eſtatis eſt. Vt adipiſcamur, quod acqui[illegible] cendum admonitionem cupimus, diuini eſt muneris, vt non labemur in redempto munere ſalutis, ſollicitudinis noſtræ eſt, & cæl[illegible]ſtis pariter adiutorij. Vt labemur poteſtatis noſtræ eſt, & ignauię. Contra reprehenſores præ[illegible]eſt [illegible]onis Dei in plurimis locis manifeſte [illegible]ugnat ſcriptura ſacra, ſed vel ab eis quęrere, ni[illegible] pandant quo [illegible]udicio, vt [illegible]ctum eſt a Paulo, & Barnaba prædicantibus ver[illegible] Dei in literis in prę teritis generationibus [illegible] omnes gentes ingredi in vias ſuas, vt in idololatriã ſimulacrorum perirent, & vnã tantũ gentem idest Iacob elegit ſibi Dominus, & Iſrael in poſſeſſionem ſibi. Cui ſoli vtique legem ad cognoſcendum ſe, poſtp[illegible]tis, vt dixi, cæteris generationibus, dedit. Vel cur iterum amiſſo [illegible] Iu-

dæo-

dæorum, vt mundi fieret reconciliatio, id omnium gentium, ſicut dicit Apoſtolus; ſi enim amiſſio eorum reconciliatio mundi, quod aſſumptionis vita ex mortuis quaſi impoſſibile eſſet Deo omnipotenti vniuerſo mundo legem dare, ſalutem gratiæ Chriſti conferre, vel vt ita dicam, ab initio lapſus Adæ id agere, quod diuerſitate temporum fieri eius arbitrio ſedit. Doceant etiam, quare amiſſio ab Spiritu ſancto, Paulo, & Barnaba portare nomen Domini ſalutis cauſa in gentibus cum tranſirent prædicantes Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetiti ſunt a Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia, & cũ veniſſent in Myſiam volentes trãſire in Bithyniã, non permiſit eos, inquit, ſpiritus Ieſu. Sciebat, inquiens, Deus quod credituri non eſſent, & ideo non eos ire permiſit ad loquendum verbum. Nonne prohibitio iſta Spiritus ſancti aliud oſtendit, quam verbum Domini Ieſu dicentis in euangelio: Spiritus vbi vult ſpirat. Hinc cogitent, hinc pandant aliquid, quare vbi vult, & non vbique, dicant etiam quare prædicantibus prædictis a Paulo, & Barnaba Antiochiæ Piſidię Iudæis, & gentibus ſalutem, nullus credidit, niſi quos inde dominus præordinauit vt crederent. Siquidem et de ipſis pagina ſancta teſtatur: Et crediderunt, inquit, quotquot erant præordinati ad vitam æternam, hoc eſt, prædeſtinati. Ecce in omnibus, quæ ex auctoritate diuina protulimus, habes miſericordiam, & iudicium, & certum eſt, quia perſonarũ non eſt acceptor Deus, nec cuiuſquam perſonã reueretur. Deſcende ergo ſi vales in profundum miſericordię Dei. Aſcende ſi ſufficis in altitudinem iudicij eius, diſtendere in longitudinem, & latitudinem viarũ eius inueſtigabilium, & ſi liquide penetraueris, hæc nobis tam metuenda, & incomprehenſibilia ſecreta, de quibus Paulus expauit, ipſe intrepidus pande. Quantumlibet enim ſcire conaueris iudicia Dei, comprehendere non vales, nec valebis; quia ſicut nemo ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo, ita & quæ Dei ſunt nemo ſcit niſi ſpiritus Dei. Si qua ergo attingere voluerimus, non noſtra ſolertia, ſed dono Spiritus ſancti reuelata eſſe debemus agnoſcere: ſi autem ſcire non datur, quod ſupra nos eſt, nec a noſtra paruitate quæratur. Prædictum eſt enim ab ſcriptura ſancta, altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, in vanitate, & altum ſapere noli, ſed time. Diximus namque de admirabili humani generis maſſa Deum præſciſſe miſericordiam non meritis, quos electione gratiæ prædeſtinauit ad vitam. Cæteros, qui iudicio iuſtitiæ eius ab hac gratia efficiuntur expertes, præſciſſe tantum proprio vitio perituros, vt non perirent prædeſtinaſſe, ſed vt dixi quos in opera impietatis, & mortis futuros præſciuit, non præordinauit, nec impulit, in quibus Deus ad iracundiam prouocatus fidem allatam, ac prædictam ſibi accipere nolunt, aut a Deo iudice non poſſunt. Vel accepta male vtuntur, & ob hoc traduntur in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. His pœnam prædeſtinatam eſſe rite fatemur, quod vt probari valeat, ſolum reorum in exemplum fuiſſe Iudam. Hinc enim Deus cum præſciſſet,

A eũ in vitijs propriæ voluntatis peſſimum fore, idem electionem diſcipulatus ſui, bene a Chriſto collatam, male viſurum, & auaritia ardentem precio Iudæis Dominum traditurum, pœnã ei prædeſtinauit ex merito, dicente per Dauid Spiritu ſancto: Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & doloſi ſuper me apertum eſt. Idem Iudæ, vel Iudæorum in Chriſto Iudæ cum dicit: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam, & poſt pecuniæ ſponſionem, dans ſignum traditionis. Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Ideo ſuper me, ait, apertum eſt os Iudæ. Cum enim dedit oſculum ore doloſo, aperuit, quẽ tenerent. Iudæorum quoque, cum eum volentes dolo perdere, os euangelium pandit; clamauerunt

B dicentes: Crucifige, crucifige, & poſt puſillum ſequitur: Conſtitue ſuper eum peccatorem, id eſt ſuper Iudam, & diabolus ſtet a dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Et poſt cætera, quæ de eo ſequuntur: Pro eo quod, inquit, non fuit recordatus facere miſericordiam, & perſecutus eſt hominem inopem, & egenum, & compunctum corde morti traderet. Et ſequentia reliqua, quæ in eius prædicta ſunt pœna. Nam ſicut narrat liber actuum Apoſtolorum de eo prædicta, & in eo impleta eſſe, ſanctus probat Apoſtolus Petrus, cum loco eius vnum ex ijs, qui cum Apoſtolis congregati fuerant, propter teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti ſubrogare oporteret, denuncians dicit: Viri fratres, oportet impleri ſcripturã,

C quam per os Dauid prædixit Spiritus ſanctus de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius, & hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt viſcera eius. Notum factum eſt autem omnibus habitantibus in Hieruſalem, ita vt appellaretur ager ille Acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis. Scriptum eſt in libro Pſalmorum: Fiat commemoratio eius deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Vbi ergo commemoratio operum eius malorum a ſancto ſit Spiritu in pſalmis. Priuſquam eſſet, præſcitus eſt, non factus, quod talis aduerſus Filium Dei futurus eſſet. Si enim factus eſſet, inculpabilis eſſet, & Dei officio

D reputaretur, non Iudæ. Iniuſta etiam in eo prolatis damnatio eſſet, ſed abſit hoc a ſummo bono iudice auctore omnium bonorum Deo: damnatore vero cunctorum malorum, quia mala vitæ, vt prædixit, præſciuit, non fecit, & tamen in quibus præſciuit, iudicio iuſto tranſeunt in reprobum ſenſum, vt impleret, permiſit. Et ideo permiſit, qui per Spiritum ſanctum periturum ante prædixit. Quia ſicut Chriſtum oportebat pati per Iudam, prædicente per prophetas Spiritu ſancto, ita oportebat Iudam perire, eodem Spiritu ſancto prædicente, de eo quippe dictum eſt: Nemo perijt, niſi filius perditionis. Nam pœna illi prædeſtinata pro malis ſuis, in quibus vt ſæpe prędixi, præſcitus eſt tantum, non prædeſtinatus. Verum autem eſſe, quod diximus, licet plene ſit diſpu-

diſputatum, idem perituris pœnam eſſe prædeſtinatam. Audi Petrum Apoſtolum cum futuros eſſe pſeudoprophetas, & magiſtros mendaces, & apoſtatas in Eccleſiis Dei, ſicut fuerunt in populo veteri, quibus iudicium, inquit, iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Item Iudas Apoſtolus: Subintroierunt, ait, quidam homines, qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicio, impij, gratiam Domini noſtri transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. Et Dominus in euangelio peccatoribus: Ite in ignem æternum, quem præparauit pater veſter diabolo, & angelis eius. Prædeſtinatis autem: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum paratum ab origine mundi, id eſt prædeſtinatum. Tenenda eſt igitur inconcuſſa huius diſputationis oratio, quæ teſtimonijs claret ſcripturarũ, peccatores in malis proprijs, antequam eſſent in mundo, præſcitos eſſe tantum, non prædeſtinatos. Pœnam hanc eis eſſe prædeſtinatam, ſecundum quod præſciti ſunt. Paruulos quoque non renatos ex aqua, & Spiritu ſancto prædeſtinante, pœnę eſſe obnoxios, qui præſciti ſunt non proprijs voluntatibus, quorum nullę ſunt bonę, vel malę, niſi tantum in Adæ peccatum, quod traxere naſcentes, & in hoc naſcentes ſoluerunt tempus vitæ præſentis, quid enim iuſtitia de iis faciat, quibus miſericordia non ſubuenit, qui pura fide credit, agnoſcit, dicente Domino: Qui non manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam; intelligite, & a contentione recedite. Qui vero ſecundum propoſitum Dei viuunt, præſcitos eſſe, & prædeſtinatos electione gratuitæ gratiæ eius, & regnum eis cælorum prædeſtinatum, ſine dubitatione dicendum eſt. Hoc enim Apoſtolus probat, cum ante eos prædeſtinatos, & electos eſſe teſtatur, quam mundus conſtitueretur, ſcribens Epheſijs dicit: Sicut elegit nos in ipſo, & in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in idipſum. Taceat humana lingua, nec prorſus in prædeſtinatione de meritis extollatur, attendat dictum ante conſtitutioné mundi, diuinæ voluntatis eſt hoc donum, non humanæ fragilitatis meritum. Denique attende, quod ſequitur: In quo habemus redemptionem, ait, per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis, in omni ſapientia, & prudentia, vt notum nobis faceret ſacramentum voluntatis ſuæ ſecundum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia, quæ in Chriſto, & in cælis, & quæ in terris ſunt in ipſo. In quo etiam prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundum voluntatem ſuam, vt ſimus in laudem gloriæ eius, qui ante ſperabamus in Chriſto. Audi ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis, id eſt quæ præuenit nos. Ad quid? vt notum ſcilicet nobis faceret ſacramentum voluntatis ſuæ. Nunquid meæ, aut tuæ, aut alterius, aut meritis conſtet? Abſit: ſed ſuæ. Qua etiam

A in ijs, quos prædeſtinauit, opera bona præparat voluntatis, vt in ijs ambulent, ſecundum quod idem in eadem epiſtola dicit: Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Audi in operibus bonis, quæ præparauit Deus. Et ſi quid te boni poſſe vides, age gratias præparanti, quod potes; non propriæ voluntati, quę omnino ſine illo nihil poteſt, qui dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Noli itaque putare, quod hæc huiuſmodi dicentes liberum voluntatis amputemus arbitrium, cum tamen conſtet ea, quæ loquimur, ex auctoritate diuina pendere, velut nobis calumniam obijcitis, quod operandi bene ſtrenuos in Dei propoſito ſolicitos prohibeamus. Quin potius, qui ſe dono gratiæ ad Dei miſericordiam ſentiunt pertinere, hortamur oportere incumbere orationibus, ieiunijs, vigilijs, omnique operi voluntatis diuinæ. Prædeſtinatus enim Deus Apoſtolis cum generale ſit, quod illi Deus a Chriſto prædeſtinato ſecundum carnem ex ſemine Dauid, prædeſtinante autem ipſo ſecundum potentiam Dei Patris cum Patre, & Spiritu ſancto: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Item: Vigilate in omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Item: C Contendite intrare per anguſtam portam. Item: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis, & multa alia, quæ longum eſt enarrare. Sed vt ſuperius commemoraui, qui eis dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Per ipſum, quæ iubentur facere poſſunt. Huiuſmodi in Chriſto eſſe electos Dei, ait Apoſtolus. In quo & prædeſtinati ſunt ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur. Intellige dictum, qui omnia, & crede opus eſſe Dei opera eorum qui ambulant ſecundum propoſitum. Qui ergo abſque prædeſtinationis gratia ſunt, id eſt alieni a propoſito Dei, & perdurant in operibus malis. Si etiã ex hac migrauerunt vita, vt vos putatis, non eos dicimus ita a Deo bonorum opifice ordinatos, vt perirent, tamquam ipſe illis mores malæ vitæ creauerit: ipſe ad omne D opus mortis inuitos precipitauerit. Abſit hoc a diuino propoſito. Non enim volens iniquitatem eſt Deus, nec mandauit cuique impie agere, nec alicui dedit laxamentum peccati, fecit enim, vt eſſent omnia, et ſanabiles nationes orbis terrarum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. Nec dicimus, vt fingitis, & ſi credere volunt, vel operibus bonis Dei vacare, Deum illis hoc nolle præſtare, cum huiuſmodi velle Dei ſit donum. Si ergo ex Dei eſt, quod volunt, vult Deus perfectum fieri, quod donauit. Si autem ex Deo non eſt, ſed eſt de iactantia propriæ voluntatis, qua ſe meritis Deum exiſtimant promereri; manifeſte quod volunt, capere non poſſunt, quia non volentis, inquit Apoſtolus, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Et quia non poteſt homo a ſe facere quicquam, niſi datum illi fuerit deſuper. Non hoc agit Deus ſumme

me bonus malitia, ſed iuſtitia, nec perſonarum acceptione, ſed cauſarum ſecretarũ diſcrepatione. Nouimus nonnunquam quoſdam volentes æternæ vitæ fidem accipere, adipiſci, quoſdam volentes conſequi, cum in eis diuina gratia, vt velint, mutauerit voluntatem. Nouimus aliquos etiam perfectos ex labore multorum annorum, prolapſos in vltimo vitæ ſuæ periiſſe, & repente cælitus inſpirata ſalute raptos eſſe ad requiem regni cælorum. Nouimus etiã paruulos, quibus vſus liberi arbitrij non eſt, aut de bonis, ac malis eorum meritis iudicemur, parentum manibus ad gratiam ſacri baptiſmatis deportatos, vt cum in vno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpletur: aliquoties alter in parentum manibus factus exanimis, fraudari gratiam Saluatoris. Quis ſapiens, & intelligeret hæc, aut quis idoneus erit eorum reddere rationem? Dicamus cum Dauid: Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, & quam magnificata ſunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Dicamus etiam cum Paulo: O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Sed ſi adhuc reddita ratione vultis eſſe contentioſi, nec acquieſcere veritati, nos tamen quaſi male de Deo iuſto, & miſericordiſſimo ſentiamus, calumniari deſinite, & ipſum potius dominum Chriſtum, cuius euangelium ſequimur, ſi audetis, arguite, cum illo iurgium ſumite litigandi, illumque abſit male ſenſiſſe de Deo Patre ſuo calumniamini qui ait: Multi quidem vocati, pauci vero electi. Et: Nemo poteſt venire ad me, niſi datum illi ſit a Patre meo. Et: Non omnes capiunt verbum, niſi quibus datum eſt. Cætera autem, quam plurima. Falſum eſt ergo, inquies, quod ait Apoſtolus: Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis ſuæ venire. Omnino non eſt falſum, quod omne, quod vult Deus facere poteſt, nec prorſus humana voluntate præpeditur quod vult, ſed quæro a vobis vt dicatis: Quare Deus, qui vult omnes homines ſaluos fieri, quorum, vt dicit Iſaias propheta, excæcat oculos ne videant, & obdurat corda, ne intelligant, ne conuertantur, & ſanentur. Quod verum eſſe euangeliſta Ioannes confirmat dicens: Propterea non potuerunt credere, quia dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, & obdurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. Item in euangelio ſecundum Marcum: Cum Ieſum interrogarent diſcipuli ſui de parabola ſeminis: Vobis datum eſt, inquit, noſſe myſterium regni Dei. Illis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes non videant, & audientes non audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata. Dicite igitur, quare Deus, qui perſonarum acceptor non eſt, & vult omnes homines ſaluos fieri, aliorum corda reſeret ad credendum, oculos illuminet ad videndum, & ad ſciendum myſterium regni cælorum, quo ſcilicet ſalui fieri poſſunt: aliorum vero, vt lectionis textu prędixi, inuoluens in parabolis veritatem, obtundit cor, excæcat oculos, claudit aures, ne euangelium ſalutis agnoſcant. Dicite quæſo qualiter hæc loca euangelij accipitis, docete quid hic de Deo, qui vult omnes homines ſaluos fieri, ſentiatis. Ecce iam generaliter ſalui non ſunt, cum alijs datur noſſe viam ſalutis, alijs non datur. Hæc itaque cum facit Deus, non perſonarum acceptione facit, non iniuſtitia, ſed iuſtitia inenarrabili, miſericordia indebita. Quoniam vero hinc liquide vtraque pars dicere nihil valemus, credamus tantum reum mortis ex iudicis voluntate pendere, ne quiſquam autem putaret diuino vitio fieri non omnes ſaluari, dixit Apoſtolus: Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Quapropter omnes homines, qui ſaluantur, Deo volente ſaluantur. Deus enim noſter Deus ſaluos faciendi, & domini eſt mortis, & quia ira in furore eius, & vita in voluntate eius. Intelligite itaq; in furore iuſtitiam, in volũtate miſericordiã. Prædeſtinationem igitur negare quã apud Deum eſſe breuiter probauimus, immane blaſphemium eſt. Quam non tantum, ſicut ſoletis dicere, in Apoſtolis debemus accipere, ſed & in patriarchis, & prophetis, & martyribus, & confeſſoribus, in omnibus ſanctis, digne ſeruientibus Deo. Hinc nemo glorietur, nemo deſperet, ſolus enim Dominus ſcit qui ſũt eius. In quantum autem poſſumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur: nulli deſperationem demus, pro inuicem oremus, in conſpectu Dei nos humiliemus dicentes: Fiat voluntas tua. Ipſius est poteſtatis iudicium in nobis debitum mutare damnationis, gratiam prædeſtinationis indebitam prærogare. Ecce habes dilectiſſime frater, quod petiſti ſenſum orthodoxorum, atque Catholicorum patrum breuiter in vno libello conſtructum. De præſcientia, & prædeſtinatione Dei, de gratia, & libero arbitrio. Reſtat vt credas, & confitearis, imo firma fide, & ſana doctrina alijs prædices, quod credant, & intelligant Deum præſciſſe bonos, & malos futuros. Bonos autem tantum in vitam æternam accipiant prædeſtinaſſet malos vero in æternum perituros tantum præſciſſe, non prædeſtinaſſe. Gratia autem Dei quotquot ſalui fiebant, ſalutem adipiſci, libero autem arbitrio, quod primi hominis lapſu corruptum fuerat, cum diuina bonitas illud ſecundum ſuum placitum regere voluerit, mercedem promereri poſſe perpetuam. Cum autem homo ille habitarur per ſuperbiam, non gloria eius, ſed pœna dignum eſſe perpſius. Occulta autem, atque ſecreta Dei, quæ ſoli patent cognitioni diuinæ, neminem ſcrutari debere, ne plus volens ſapere, quam oportet ſapere, pro veritate falſitatem, & pro recta fide maximum errorem ſequendo in interitum decidant ſempiternum.

Item Epiſtola Rabani Archiepiſcopi de prædeſtinatione ad Heberardum Ducem.

Reuerendiſſimo, atque probatiſſimo viro Heberardo Comiti Rabanus viliſſimus ſeruorum in Chriſto ſalutem.

Referentibus nobis fratribus noſtris, qui præterito tempore Romam perrexerunt, adſtubo videlicet, & Hudperto presbyteris de

ſoſpitate veſtra, & benignitate, quàm non ſolum erga eos, ſed etiam erga multos exhibere ſoliti eſtis, valde fateor gauiſus ſum, & Deo omnipotenti inde gratias agens deprecabar, vt ipſe qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat vſque in diem Ieſu Chriſti. Quatenus plenam mercedem de bonis operibus veſtris, per Dei gratiam in futura vita percipere mereamini. Et quia prædicti fratres noſtri nobis retulerunt vos expetere opuſculum noſtrum in laudem crucis Chriſti dudum confectum ex veſtro verbo rogantes, vt illud vobis tráſmitterem, volũtarie feci quod rogabant, & præterito anno per nuncium veſtrum Gaganbaldum ad nos venientem, & idipſum expetentem opuſculum, vobis tranſmiſi deprecans, vt habeatis illud, & coram vobis legere faciatis, & ſi quid in eo dignum, atque gratum vobis reperitis, diuinæ gratiæ hoc deputetis, non humanæ ſolertię. Sin autem aliter quid in ipſo inueniatis, meæ imperitiæ, & fragilitati humanæ magis imputetis, quam malitiæ, qui quantum Dei dono ſapio, & valeo Chriſti famulis, & Dominum timentibus, atque amantibus gratum ſeruitium impendere deſidero, vt ipſi pro me orent, quatenus veniam peccatorum meorum clementiſſimus omnium ſeculorum iudex mihi tribuat, & vitam conferat ſempiternam. De cætero quoque, quia diuulgatum in iſtis partibus conſtat quendam ſciolum nomine Goteſcalcum apud vos manere, qui dogmatizet, quod prędeſtinatio Dei omnem hominem ita conſtringat, vt etiam ſi quis velit ſaluus fieri pro hoc fide recta, atque bonis operibus certet, vt ad vitam æternam per Dei gratiam veniat, fruſtra, & incaſſum laboret, ſi non eſt prædeſtinatus ad vitã, quaſi Deus prædeſtinatione ſua cogat hominẽ interire, quia auctor eſt ſalutis noſtræ, non perditionis. Etiã hinc multos in deſperationem ſuimet hæc ſecta perduxit, ita vt dicant: Quid mihi neceſſe eſt pro ſalute mea, & vita æterna laborare? Quia ſi bonũ fecia, & prædeſtinatus ad vitam non ſum, nihil mihi prodeſt. Si autem malum egero, nihil mihi obeſt, quia prædeſtinatio Dei me facit ad vitam æternam peruenire. Hæc enim traditio multis in iſtis partibus ſcandalum eſt, & prædicatoribus euangelij homines inobedientes facit, quia iam deſperantes de ſemetipſis reddit: dicitur enim ipſe doctor veſter multa teſtimonia excerpſiſſe de opuſculis beatiſſimi, & doctiſſimi patris Auguſtini, quibus nititur ſuam ſectam affirmare. Cum memoratus pater, & doctor Catholicus contra Pelagianos ſcribens, qui gratiæ Dei contrarij prædicatores fuerunt, defenſor eiuſdem gratiæ non deſtructor rectę fidei fuerit. Nam ad Proſperum, & Hilarium ſcribens, taliter de prædeſtinatione, & præſcientia differens ait: Prædeſtinatio eſt, quæ ſine præſcientia non poteſt eſſe. Poteſt autem eſſe ſine prædeſtinatione, & præſcientia. Prædeſtinatione quippe Deus ea præſciuit, quæ fuerat ipſe facturus. Vnde dictum eſt, fecit quæ futura ſunt. Præſcire autem poteſt etiam, quæ ipſe non facit. Sciat quæque peccata, quia & ſi ſunt quædam, quæ ita peccata ſunt, vt pœnę ſint etiam & peccatorum. Vnde dictum eſt: Tradidit illos Deus in reprobam mentem, vt faciant ea quæ non conueniunt.

A Non ibi peccatum Dei eſt, ſed iudicium. Quocirca prædeſtinatio Dei, quæ in bono eſt gratiæ eſt præparatio. Gratia vero eſt ipſius prædeſtinationis effectus. Cui rationi aſſentit ſanctus Hieronymus in Hezechielis tractatu illam ſententiam exponens, qua Dominus ad prophetam ait: Loquere & dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus, ſi forte, vel ipſi audiant, & ſi forte quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt, &c. Loquitur autem: Hæc dicit Dominus ambigentis affectu, vt liberum hominis monſtret arbitrium, ne præſcientia futurorum mali, vel boni immutabile faciat, quod Deus futurũ nouerit. Non enim quia ille ventura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere quod ille pręſciuit ſed quod nos propria ſumus facturi voluntatẽ, ipſe nouit futurum quaſi Deus. Scripſit quoque prædictus pater Auguſtinus libros duos de prædeſti-

B natione ſanctorum, in quibus totum quod confertur homini bonum ex gratia Dei fieri, non ex hominum libero arbitrio, ex ſententijs ſanctarum ſcripturarum ſapientiſſime oſtendit. Sed fuerunt aliqui, qui aut non intelligendo, aut intelligi ea nolendo, quæ ibi recte ſcripta ſunt, in prauum ſenſum abducere conabantur. Contra quos beatus Proſper, qui eius doctrinæ fidelis executor fuit, reſcribendo fortiſſime reſtitit, atque conuicit. De prædicto magiſtro ſanctæ Eccleſiæ non recte eos ſenſiſſe. Scripſit enim memoratus vir, beatus ſcilicet Proſper ad Rufinum de gratia, & libero arbitrio. Scripſit & contra capitula calumniantium Gallorum de prædeſtinatione. Similiter & contra

C capitula obiectionum Vicentianarum de eadem prædeſtinatione. Necnon ad excerpta, quę ex Genuen. ciuitate ei ſunt miſſa de prædeſtinatione congruentiſſime reſpondit. In quibus omnibus lector fidelis poteſt probare eum ſenſiſſe de prædeſtinatione Dei ad ſalutem humani generis, non ad damnationem fieri. Vnde nunc ex dictis memorati viri aliqua excerpere nobis placuit, & in hanc epiſtolam ponere, quibus obiectis Vicentianarum ita reſpondit dicens: Quomodo verum conſtabit, quod Deus nolit omnes ſaluare, etiam ſi omnes ſaluari velint, cum veritas dicat: Si vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter cęleſtis dabit bona petentibus ſe? Qualiter fieri poteſt vt Deus, qui etiã illos ſaluat, de quibus dici non poteſt, quod ſaluari velint, nolit aliquos ſaluare, etiam ſi ſaluari

D velint, niſi aliquæ cauſæ exiſtant? De quibus quãuis ſint nobis incognoſcibiles; ipſe tamen iudicat bene de quo dici aliter non poteſt eum quicquã facere debuiſſe, quam fecerat. Remota ergo hac diſcretione, quã diuina ſcientia intra ſecretum iuſtitiæ ſuæ continet ſinceriſſime credendum, atque profitendum eſt, Deum velle, vt omnes homines ſalui fiant. Siquidem Apoſtolus, cuius iſta ſententia eſt ſolicitiſſime præcipit, quod in omnibus Eccleſijs piiſſime cuſtodiatur, vt Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur. Ex quibus quod multi pereunt, pereuntium eſt meritum: quod multi ſaluantur, ſaluantis eſt donum. Vt enim reus damnetur, inculpabilis eſt iuſtitia Dei. Vt autem reus iuſtificetur, ineffabilis Dei gratia. Hĩc dicunt, quod maior pars generis humani, ad hoc creetur a Deo,

vt non Dei, ſed diaboli faciat voluntatem. Inſanum omnino, & contra rationem eſt dicere, voluntatem Dei, ex Dei voluntate non fieri, & Dei damnatorum diaboli, cuiuſque famulorum velle, vt diabolo ſeruiatur. Sed hoc Catholicis Pelagiani conſequenter ſe obijcere exiſtimant. Quia de peccato tranſiſſe in omnes diffitentur. Quoniam primam natiuitatem originalis culpa non obliget, non ſint obnoxij diabolo paruuli, nec indigeant erui de poteſtate tenebrarum, qui nunquam a ſuo auctore diſceſſerunt. Non autem qui omnes in Adam perijſſe profitemur. Venit enim Filius quærere, & ſaluare quod perierat. Nec dicimus ideo creare quemadmodum hominem, vt diaboli faciat voluntatem. Et agnoſcimus omnem hominem redemptum; diabolo captiuum. Præuaricatio enim hominum diſpoſitæ a ſeculis creationis ordinem turbare non potuit, & merito creatura peccatrix pœnalē dominationē illius patitur, cui relicto vero Domino, ſponte ſe vendidit. Hæc quippe ſeruitus non institutio eſt Dei, ſed iudicium. Qui autem dicunt, quod hæc ſit voluntas Dei, vt magna pars Chriſtianorum ſalua eſſe nec velit, nec poſſit. Aut dicunt, quod dicitur, nolint vt omnes Catholici in fide Catholica perſeuerent, ſed velit, vt magna exinde pars apoſtatet, aut ſanctitatis propoſito ruat, aut quod adulteria, aut corruptelę virginum ſacrarum ideo contingant, quia illas Dominus ad hoc prædeſtinauit, vt caderent, nimis peruerſe ſentiunt, & nequiter hoc dicunt. Quę deteſtanda, & abominanda opinio eſt, quæ Deus cuiuſquam malæ voluntatis, aut malę actionis credit auctorem. Cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt. Vniuerſæ enim viæ Domini miſericordia, & veritas. Adulteria enim maritarum, & corruptelas virginum non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare, nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines cum admittunt ſuis concupiſcentijs; & cupiditatibus ſeruiunt, quas ab illa prima voluntate præuaricationis labe traxerũt. Sed nullo modo credendum eſt huiuſmodi homines in hanc deſperationem ex Dei voluntate cecidiſſe, cum potius alleuet Dominus omnes, qui corruunt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim niſi illius gratia ſtabilitur, Dei ergo voluntas eſt, vt in bona voluntate maneatur. Qui & priuſquam deſeratur, neminem deſerit, & multos deſertores ſæpe conuertit. In libello igitur, quem ſupra memoratus vir contra capitula calumniantium Gallorum ſcripſit, iuxta finem eiuſdem libri ita ſubnectit dicens: Quis igitur ex prædeſtinatione Dei veluti fatali neceſſitate homines in peccato copules cogi dicit in mortem, non eſt Catholicus. Nullo enim modo prædeſtinatione Dei homines iniquos facit, neque cuiuſquam omnino eſt cauſa peccati. Item, qui dicit, quod ab iis, qui non ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat perceptam baptiſmi gratiam originale peccatum, non eſt Catholicus. Sacramentum enim baptiſmi, quo omnia prorſus peccata delentur, etiam in eis verum eſt, qui non ſunt in veritate manſuri, & ob hoc ad vitam vitam non ſunt prædeſtinati. Item, qui dicit, quod non ſunt prædeſtinati ad vitam,

A etiam ſi fuerint in Chriſto per baptiſmum regenerati, & pie, & iuſte vixerint, nihil eis prodeſt, ſed tamdiu reſeruentur, donec ruant, nec ante eos ex hac vita, quam hoc eis contingat auferri, tamquam ad conſtitutionem Dei talium hominum ruina referenda ſit, non eſt Catholicus. Quia non ideo Deus tempus ætatis cuiquam prorogauit, vt diu viuendo corrueret, & a fide recta in ſua longęuitate deficeret, cum inter beneficia Dei numeranda ſit illa longæuitas, qua homo debuit eſſe melior non peior. Item, qui dicit, quod non omnes vocentur ad gratiam. Si de ijs loquitur, quibus Chriſtus adnunciatus non eſt, reprehendi non debet, quia ſcimus quod in omnes fines terræ euangelium deſtinatum, ſed tam in omni-
B bus terræ finibus prædicatum, nec poſſumus dicere, quod ibi ſit gratię vocatio, vbi matris Eccleſiæ adhuc nulla eſt regeneratio. Item, qui dicit, quod qui vocati ſunt, ſed alij vt crederent, alij vt non crederent, quaſi cuiquam vocatio fuerit cauſa non credendi, non recte dicit. Quamuis enim fides non ſit niſi ex Dei dono, & hominis voluntate. Item, qui dicit, quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſiue a bono, ſiue a malo, prædeſtinatio Dei in omnibus operetur, nõ eſt Catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, ſed adolet, & ab errore in veniam reuocat, ac reducit. Vt quod ſua libertate erat prauum, Spiritu Dei agente ſit rectum. Prædeſtinatio quoque Dei ſemper in bono eſt, quę peccatum ſolis hominis voluntate commiſſum, aut re-
C mittendum nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. Item, qui dicit, quod Deus quibuſdam filijs ſuis, quos regenerauit in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem dedit, ob hoc perſeuerantiam non dederit, quia maſſa perditionis pręſcientia Dei, & prædeſtinatione ſunt diſcreti. Si hoc vult firmare, quod Deus huiuſmodi homines in bonis, quæ donauerit noluerit permanere, & ipſe eis cauſa auerſionis extiterit, contra iuſtitiam Dei ſentit. Quamuis enim omnipotentia Dei potuerit peruenire, ſtandum præbere lapſuris: gratia tamen eius non prius eos deſeruit, quam ab eis deſereretur. Et quia hoc ipſos voluntaria facturos defectione præuidit, ideo in prędeſtinationis electione non habuit. Item, qui dicit, quod non omnes homines Deus velit
D ſaluos fieri, ſed certum numerum prædeſtinatorum, durius loquitur quam loquendum eſt de altitudine inſcrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & voluntatis ſuæ propoſitum in eis implet, quos pręſcitos prædeſtinauit. Prędeſtinatos vocauit, vocatos iuſtificauit, iuſtificatos glorificauit. Nihil amittens de plenitudine gentium, & de omni ſemine Iſrael, cui præparatum eſt in Chriſto regnum æternum ante conſtitutionem mundi. Ex toto enim mundo, totus mundus eligitur, & ex omnibus hominibus omnes homines adoptantur. Nec poteſt vllo modo per infidelitatem, atque inobedientiam multorum Dei promiſſio vacillare dicentis ad Abraham: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod autem promiſit potens eſt & facere, vt & qui ſaluantur, ideo ſalui ſint,

ſint, quia illos voluit Dominus ſaluos facere . Et qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt. In eo autem, quod Apoſtolus ait : Non enim omnium eſt fides. Cur autem omnibus fides non detur, non debet fidelem mouere, qui credit ex vno omnes ipſe eſt in condemnatione ſine dubitatione iuſtiſſima, ita vt nulla eſſet Dei iuſta reprehenſio, etiamſi nullus inde liberaretur. Vnde conſtat magnam eſſe gratiam, quod plurimi liberantur, & qui ſibi deberet in eis, qui non liberantur, agnoſcant, vt qui gloriatur, non in ſuis meritis, quæ paria videt eſſe, ſed in Domino glorietur. Cum autem iuſtum potius, quam illum liberet, inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quare in præteritis ſeculis dimiſerit Deus omnes gentes ingredi vias ſuas, quãdo Iacob elegit ſibi Dominus, & non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis? Et cur qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei dicitur? Et quorum aliquando non miſertus, nunc autem miſereatur. Et vbi dictum eſt, non plebs mea vos, ibi vocentur filij Dei viui? Et quare quod quærebat Iſrael, non ſit conſecutus? Electio autẽ conſecuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt, impoſſibile eſt comprehendere, & periculoſę curioſitatis eſt quærere. Cum tamen nulla ſit apud Deum iniquitas, nemini liceat ignorare, nec alia gratia, aut alia fide quemquam hominum, ſiue ante legem, ſiue legis tempore iuſtificatum eſſe credendum ſit, quam hac eadem per quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſecundum conſilium voluntatis ſuæ in fine ſeculorum venit quærere, & ſaluare, quod perierat. Cauſas vero operum, & iudiciorum Dei, qui ex toto ad humanas voluntates, & actiones referi, quas tamen in paruulorum adoptione, aut abdicatione non inuenit, & diſpenſationes Dei ex liberi arbitrij vult mutabilitate variari, profitetur ſibi eſſe ſcrutabilia iudicia Dei, & veſtigabiles viæ eius, & quod doctor gentium Paulus non audebat attingere, hic ſe exiſtimat reſeruatum poſſe vulgare. Item qui dicit, quod nõ pro totius mundi redemptione Saluator ſit crucifixus, non ad ſacramenti virtutem, ſed ad fidelium reſpicit partem, cum ſanguis D. noſtri Ieſu Chriſti pretium totius mũdi ſit, a quo pretio extranei ſunt, qui aut delectati captiuitate redimi noluerunt, aut poſt redemptionem ad eandem ſunt ſeruitutẽ reuerſi. Non enim cecidit verbum Domini, neque euacuata eſt mundi redemptio, quia etſi cognouit mundus Deum in vaſis irę, cognouit tamen mundus Dominũ in vaſis miſericordiæ, quem Deus nullis eorum bonis meritis præcedentibus eruit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Item, qui dicit, quod quidam prædicatione euangelij ſaluantur, poteſt obiectionis inuidiam declinare patrocinio ipſius Saluatoris, qui apud quoſdam, quos ait fuiſſe credituros, ſi mirabiliorum eius ſigna vidiſſent, noluit operari, & quibuſdam populis vetuit Apoſtolos euangelizare, & nunc aliquas gentes adhuc patitur extra gratiam ſuam degere. Cum tamen conſtantiſſima fide perceptum habeamus in omnes mundi partes Eccleſiam dilatandam, nec ante eſſe homi-

A nẽ finiendum, quam ad vniuerſas fines terrę euangeliũ dirigatur, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Ieſus in gloria Dei Patris eſt. Item, qui dicit, quod per potentiã Deus homines in peccata compellat, merito reprehenditur; nec enim Deus, qui iuſtitiæ, ac bonitatis auctor eſt, & cuius omnia ſtatuta, & mandata omnia contra peccatum ſunt, quemquam ad peccatum cogere, & ab innocentia in facinora præcipitare credendus eſt. Si qui autem tam profundę impietatis ſunt, vt extra remedium correptionis habeantur, non a Deo incrementa iniquitatis accipiunt, ſed per ſemetipſos deteriores fiunt, qui relinqui a Deo, ac ſibi, ac deceptoribus ſuis tradi propter præcedentia peccata meruerunt, vt eis peccatum ſit ipſa etiam pœna peccati.
B Item, qui dicit, quod quibuſdam vocatis, & pie, iuſteque viuentibus obedientia ſubtrahatur, vt obedire deſiſtant, male opinatur de bonitate Dei, atque iuſtitia, vt videatur ad impietatem pios cogere, & innocentiam bonis adimere, cum ipſe ſit pietatis, atque innocentiæ largitor, & cuſtos. Qui ergo Deo adhæret, ſpiritu Dei agitur: qui autem a Deo recedet, propria voluntate obedire deſiſtit. Item, qui dicit, quod quidã hominum non ad hoc a Deo creati ſunt, vt vitam adipiſcerentur æternam, ſed vt habitu tantummodo vitæ præſentis ornarent, & ad vtilitatem naſcerentur aliorum. Melius loqueretur dicens, quod Deus, qui creator eſt omnium, non fruſtra etiam eos condat, quos præuidit vitæ æternæ participes non futuros. Quia & in malis hominibus bonum
C Dei opus eſt ipſa natura, & laudabile eſt in impiorum damnatione iuſtitiæ. Non poteſt autem merito reprehendi, qui dicit, quod etiam talium conditione mundus ornetur, & quod ij, qui ſibi ſua iniquitate nocituri ſunt, ad vtilitatem naſcantur aliorum. Neque enim quælibet, & innumerabilis multitudo impiorum indecora eſt mundo, aut inutilis Dei regno, cum etiam per ipſorum veniat propaginem regeneranda generatio, & in eis tolerandis, ac diligendis, populus Dei fiat illuſtrior, diſcens bonitatem, & ſapientiam ab illo, qui pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Item, qui dicit, quod qui euangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædeſtinatione non credant. Et quod Deus ita definierit, vt quicumque non
D credunt, & ipſius conſtitutione non credant, non eſt Catholicus. Sicut enim fides, quæ per dilectionem operatur, donum Dei eſt, quia Deus pœnas criminum nouit ordinare, non crimina. Nec conſequens eſt, vt quod non remiſerit, ipſe commiſerit. Prædeſtinatus itaque viuit ex fide ſibi donata. Non prædeſtinatus perit infidelitate voluntaria, non coacta. Item, qui dicit, quod idem ſit præſcientia, quod prædeſtinatio, in bonis ſine dubio operibus noſtris iſta permiſcet. Quæ enim ex Dei munere habemus, & quæ præſcita dicuntur, non poſſunt non eſſe prædeſtinata, & quæ prædeſtinata appellantur, non poſſunt non eſſe præſcita. In malis autem operibus noſtris, ſola præſcientia Dei intelligenda eſt, quia ſicut præſciuit, & prædeſtinauit, quæ ipſe facit, vt faceremus

mus

mus dedit. Ita præſciuit tantum non etiam prædeſtinauit, quam nec ipſe fecit, nec vt faceremus exegit. His ergo omnibus ita ex ſacris doctoribus probatis, atq; in diuerſis opuſculis ſuis, diuerſo ſtylo, non diuerſa fide probatis. Bonum mihi videtur, vt nouelli doctorum ſanctorum Patrum, & Catholicorum doctorum ſequantur veſtigia, non a recto tramite eorum traditiones in errores de via ſecedentes corruant. Qua ſcriptura ſancta dicente: Via regia gradiendum eſt his qui ad vitam volunt peruenire æternam. Neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram a quoque temere declinandum. Quia ſicut via recta ducit ad vitam æternam, ſic læua errorum ad mortem tendunt perpetuam. Vnde propheta Dominum precatur dicens: Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Et item: Deduc me Domine in ſemita recta propter inimicos meos. Et item: Viam iniquitatis amoue a me, & in lege tua miſerere mei. Viam Veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus. Quæ ſit autem hæc via recta, & via veritatis, ipſa veritas in euangelio oſtendit dicens: Ego ſum via, & veritas, & vita: qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Et alibi: Ego ſum, inquit, oſtium, per me, ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Ille autem, qui dicit ſicut prædicanda pietas, pudicitia, & charitas, & cæteræ virtutes, ita prædeſtinatio prædicanda eſt, vt qui obedienter hæc audit, non in homine, ac per hoc nec in ſeipſo, ſed in Domino glorietur. Bene hoc dicit, ſi diſcrete, & ſecundum auditorum qualitatem prædicationem ſuam temperat, ne forte infirmus auditor inde ſcandalum ſumat; Vnde debuit vitam haurire. In ſerutando autem, & meditando ſcripturas ſacras, oportet lectorem caute, & prudenter agere, ne forte velit plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & ſecundum rationem fidei. Vnde etiam Sapientia per parabolas docet dicens: Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud, & periures nomen Dei tui. Similiter & qui docet alium, ſic debet ſermonē doctrinæ tēperare, vt qui audit, verū audit, & qui audit intelligat. Sic enim Apoſtolicam formam in docendo ſeruat, quam quibuſdam auditoribus ſuis ait: Ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tamquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam; nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis. Sapientiam autem non huius ſeculi, neque principium huius ſeculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloria noſtra. Vnde & alibi idem Apoſtolus hortatur dicens: Omnia veſtra ad ædificationem fiant, & omnia honeſte, ac ſecundum ordinem fiant. Hinc quidam doctorum rectiſſime ait: Doloſi autem, vel imperiti medici eſt, & vt ille medicamentum, ſic cut alliget, vt autem non poſſit abſolui. Vnde in lege veteri per Moyſen Dominus mandat, dicens: Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & nō operuerit eā, ſi acciderit quod bos, vel aſinus in eā ruat, Dominus ciſternæ reddet preciū iumentorum. Cuius figuræ myſterium beatus Gregorius exponit dicens: Quid eſt aperire ciſternam, niſi intellectui valido ſcripturæ ſacræ arcana penetrare? quid autem per bouem, & aſinum, ideſt mundum, immundumq; animal, niſi fidelis quiſque, vel infidelis accipitur? Qui ergo ciſternā fodit eam cooperiat, vt illuc bos, vel aſinus non ruat, ideſt, qui in ſacro eloquio iam alta intelligit ſublimes ſenſus coram non capientibus per ſilentiū tegat, ne per ſcandalum mentis, aut infidelem, qui credere potuiſſet, interimat. Ex morte enim iumentorum debet precium, qui illum ſcilicet amiſiſſe conuincatur. Quiſquis namque ad alta ſcientiæ fluenta peruenerit, cum hæc apud bruta audientium corda non contegit, pœnæ reus addicitur, ſi per verba eius ſcandalum, ſiue munda, ſeu mens immunda capiat. Operienda eſt itaque ciſterna, quia coram paruulis mentibus tegenda eſt alta ſcientia, ne vnde cor docentium ad ſumma tollitur, inde infirmitas auditorum ad ima delabatur. Non omnia poſſumus omnes, ſed vnuſquiſq; noſtrum proprium habet donum ex Deo, alius ſic, alius vero ſic. Vnde & Saluator in euangelio diuinitus ad hoc diſcipulorum ſuorum perpendens imbecillitatem ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit, &c. Si enim Dominus noſter auditorum ſuorum penſabat qualitatem, qui nos ſumus, vt in omnibus omnia æqualiter prædicanda eſſe cenſemus? Maxime cum ipſe Dominus dicat: Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, &c. Inſipiens medicus eſt, qui malagma ſuum ita format, vt impoſitum magis noceat, quam expediat ægroto. Sapiens autem medicus primum explorat ægritudinem infirmitatis, & ſic bene temperando iuxta qualitatem ægritudinis adhibet medicinam ſalutis.

Hæc ergo, Amice chariſſime, ideo tibi ſcripſi, vt cognoſceres, quale ſcandalum de illis partibus opinio veniens in hoc populo generauerit. Et ſi quis manens apud te docet, quæ rectæ fidei ſunt contraria, prohibeas eum, & ceſſet ab hac ſecta, dicaſque ei: Vide frater ne hæc licentia tua in prædicando offendiculum fiat infirmis, & tuo dogmate ne perdas eum, pro quo Chriſtus mortuus eſt, quia ſanguis eius requiretur de manu tua. Confide enim te vir venerande bene eſſe Chriſtianum, nec aliquid te habere velle in tua manſione, quod euangelio Chriſti aduerſetur, ſed magis hoc quod placeat Deo, & ad ſalutem pertinet animarum. In qua voluntate, & in quo ſtudio diuinitas domini noſtri Ieſu Chriſti incolumem in æternum te conſeruare dignetur.

Finis 10. Kal. maij.

Hactenus Rabanus de Prædeſtinatione.

Theobaldus vero creditur longo tempore Cluſinam Eccleſiam adminiſtraſſe, imperante Lothario, qui & ipſe donationem Caroli Magni, Ludouicique Pij Imperatorum, Ammiatino monaſterio indultam, hoc fauorabili diplomate ratam habuit, ab originali eiuſdem cœnobij tabulario, vna cum alijs ſequentibus monumētis deſumpto.

In


In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Lotharius, diuina ordinante prouidentia, Imperator Auguſtus.

Si petitinnibus fidelium onſtrorum, quas noſtris auribus pateſaciunt, libenter annuimus, & eas ad effectum perducimus, hoc nobis proculdubio ad mercedis noſtræ augumentum, & æternam beatitudinem capeſſendam pertinere confidimus. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtris præſentibus, & futuris, quod Flauinus deuotiſſimus, atque fidelis conſiliarius noſter adiens ſerenitatem culminis noſtri, oſtendit nobis quaſdam auctoritates immunitas aui noſtri Caroli bonæ memoriæ, ac genitoris noſtri Ludouici, in quibus continebatur inſertum, qualiter monaſterium ſancti Saluatoris, quod eſt ſitum in mõte Amiato in territorio Cluſinn, ſub eorum immunitatis defenſionem ſuſceperint, deprecans, vt & nos pro firmitatis gratia ſuper eaſdem noſtram addere non denegaremus auctoritatem. Cuius petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hanc noſtram auctoritatem circa idem monaſterium fieri decernimus. Propterea præcipimus, atque iubemus, vt nullus iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterij, qualiter moderno tempore iuſte, & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps ad iura ipſius loci diuina pietas voluit augeri, ad cauſas audiendas, vel feuda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterij, tam ſeruos, quam ſeruos, ſuper terram ipſius commorantes diſtringendos, nec vllas redditiones, aut illicitas occaſiones requirendas noſtris, & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat.

Continebatur etiam in eiſdem auctoritatibus, qualiter auus, & genitor noſter res quaſdam ad prædictum monaſterium confirmaſſent, idem Eccleſiam ſancti Petri in Garmarita conſiſtentem atque cellam ſancti Sabini, & ſanctæ Reſtitutæ, vel ſancti Petri, & ſancti Stephani in Torquinn, atque ſancti Stephani in Monticello, & ſancti Sabini in Numitiann, ſiue ſancti Seueri in Paterno, pariter cum earum omnibus adiacentijs, vel pertinentijs.

Quas etiã ſicut ſupradiximus ſimili modo firmamus, vt nulla eidẽ huiuſmodi calumnia inferatur, ſed liceat ei, ſuiſq; ſucceſſoribus res prædicti monaſterij cũ omnibus ad ſe iuſte, & legaliter aſpiciẽtibus, vel pertinẽtibus ſub immunitatis noſtræ defenſionẽ quieto ordine poſſidere. Et vt hæc auctoritas confirmationis noſtræ firmior videatur, atq; in omnibus meliorem obtineat vigorem, manu propria confirmamus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus.

Sign. Lotharij  *sereniſs. Aug.*

Acta 6. Kalend. nouemb. anno Chriſto propitio domini Lotharij pij Imperatoris 13. indictione prima. Actum Papia ciuitate, palatio Regis in Dei nomine feliciter.

Poſt Lotharium, Arnulphus etiam multa eidem monaſterio indulſit, ſequentique priuilegio rata habuit, quę anteceſſores pij Reges iam olim fuerant dilargiti eidem monaſterio.


In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Arnulphus, diuina fauente clementia, Imperator Auguſtus.

Cognoſcat generale collegium omnium fidelium noſtrorum præſentium ſeculorum, atque futurorum, qualiter Abbas Petrus cœnobij in honorem ſancti Saluatoris in monte Amiato conſtituti quoddam præceptum detulit ad manus noſtras bonæ memoriæ domini Ludouici Imperatoris per interuentum Catonis venerabilis, atque dilectiſſimi Archiep. noſtri deprecans clementiam noſtram, vt hac noſtra auctoritate roboraremus. Continebatur autem in eodem præcepto, qualiter antelibatus dominus Ludouicus Imperator illud cœnobium cuidam fideli ſuo Adulprecht nominato ad regendum commiſit, ipſe autem ob iniuriam eorum, qui ipſum monaſterium prius prouidere debebant, cum fratres ibidem Domino famulantes, inopia cuiuſcumque boni confectos & diuinis obſequijs neglecta, penituſque collapſa reperiſſet, eorundem fratrum vſibus hæc loca contulit, vt ſufficientiam victus, & habitus habentes, regulariter viuere, & ſine alicuius animoſitatis impedimento diuinis laudibus ſana mente inſiſtere quiuiſſent. Hoc eſt Eccleſiam ſancti Benedicti, curtem de palea, cellam ſancti Stephani in Monticello, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Lamula, curticellam de Muſtia, necnon curticellam de Antinano, & in terris Angariales, ſeu in Sernnianu, & manentes eius. Inſuper cellam ſancti Saluatoris de valle Rancana, & curticellam de Cuniclo, cum ipſo gainlo de Pottiann. & cellam ſancti Stephani in Tarquinn, & cellam ſancti Seueri ſuper lacum, cum ipſa curticella de Biſentin, & cellam etiam ſancti Miniſti, cum cella ſanctæ Mariæ de valle Ratins, cum ipſis rebus de curtirula, & omnibus pertinentijs, & appendicijs ſuis, ea videlicet ratione, vt ipſum collegium Cœnobitarum hæc omnia ſuis tantummodo vtilitatibus habentes, indeque victum, & habitum regulariter percipientes, abſque murmurio die, noctuque diuinis vacarent obſequijs, ſed præfatus vir, vt hoc quod bono ſtudio, & zelo diuino fecit, perennem ſtabilitatem teneret, precatus eſt clementiã prædicti Imperatoris hanc collationem, vt cum ſuæ auctoritatis ſcripto roboraret, atque firmaret,

quod

quod & ita fecit, veluti in eodem præcepto ſcriptum habetur. At nos huic iuſtæ, ac rationabili petitioni libenter annuentes hoc noſtræ munificentiæ præceptum ſcribi iuſſimus, per quod decernimus, atque firmiſſime iubemus, vt ipſa collatio fratrum, omnes res ante mulgatas, ſine inquietudine, & abſque vlla publica repetitione, aut rectoris loci ipſius ſubtractu, in ſuos vſus, ac neceſſitates habeant, ordinent, & diſponant, quatenus inde ſufficientiam habentes diuinis laudibus inſiſtere, atque pro noſtra, omniumque Chriſtianæ religionis ſalute melius delectentur orare. Super etiam antedicti Abbatis, & fratrum ſuo regimini ſubditorum ſub regulari diſciplina ſecundum Dominum ſeruientium rogatu ipſum monaſterium cum Abbate, & cum omni ipſa monachorum turba, omnibuſque hominibus, vel rebus ad ipſum cœnobium rite pertinentibus pro remedio animę noſtræ, parentumque noſtrorum mundibundum, ac defenſionem ſuſcipimus, & idcirco præcipientes iubemus; vt nullus de fidelibus noſtris comes, miſſus, aut iudex, vel de iudiciaria poteſtate, in villas, aut curtes, ſeu loca ipſius monaſterij, tam per donationes, quam per confirmationes Regum, quæcumque etiam per bonorum hominum largitatem ipſi monaſterio collata, ſeu quolibet iuſto ſtudio augmentata, ad ipſam cauſam Dei legibus aſpicientia, ad cauſas audiendas, vel ſcudi caigendi, ſeu fideiuſſores tollendos, ſiue manſiones, aut paratas faciendas, aut vllas publicas redhibitiones, vel ſanctiones requirendas quoque tempore inuadere, aut ingredi vllatenus pręſumant, ſed noſtro mundibundo, & defenſione ipſa D . . . quieta tranquillitate potiatur . . . Eccleſias . . . ad dictum cœnobium pertinentes, idem Eccleſiam ſancti Petri in Carinarita, atque cellulam ſancti Sauini, & ſanctæ Reſtitutæ, vel ſancti Petri, ſeu & ſancti Stephani in Tarquino, cum omnibus rebus paruis, atque magnis quæcumque dici, ſeu nominari poſſunt præſenti tempore illuc aſpicientibus, ſeu quas antea diuina clementia in augmentum ipſius ſæpe nominati monaſterij venire conceſſere ſub noſtrum mundibundum, & tuitionem aſſumens ſ . . . & confirmamus. Pari modo etiam concedimus, vt quandoquidem Abbas ipſius monaſterij de hac luce diuina iuſſione diſceſſerit, habeant licentiam inter ſe eligendi Abbatem, de eadem collectione quemcumque inter ſe cæteris digniorem, & promptiorem indagare poſſunt : . . familiam diuinitus gubernandam, & noſtram ſecundum virtutem humanitus peragendam. Siqua autem qualibet mortalium perſona temerario auſu huius præcepti violatrix exiſtere conata fuerit . . . . centum libras auri perſoluat, medietatem Cameræ palatij noſtri, & alteram partem, quibus iniuria facta eſt. Et vt hoc præceptum abſque vlla inquietatione in ſua ſoliditate ſtabile perſeueret, manu noſtra illud firmauimus, ac more noſtro inſigniri iuſſimus.

Sign. D. Arnul-  *phi inuictiſſ. Imperatoris Auguſti.*

Quirichengris cancellarius ad vicem Themari archicancellarij recognouit.

Data 4. Kal. martij die, anno incarnationis Domini 896. indict. 14. anno regni Arnulphi Regis in Francia nono, in Italia tertio. Actum Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

His Theobaldo Pręſule Amiatinũ cœnobium a pijſſimis Imperatoribus priuilegijs inſignitum in vinea Domini altas radices egit, adeo vt celebre per totam inde Hetruriam, totaque Italia ſemper habitum ſit, & Theobaldi Epiſcopi cineribus ditatum, qui apud Amiatinos monachos ſepeliendum corpus ſuum mandauerat, cum ab hoc mortali ſeculo migrare contingeret. Humatum legi in peruetuſto eiuſdem Eccleſiæ Kalendario ſub altari ſancti Benedicti non longe a ſacrario.

5 CHRISTIANVS Epiſcopus Cluſinus 24. Berengarij Regis, Chriſtianæ vero ſalutis anno 911. Petro Abbati Amiatino decimas omnes, quæ in eius territorio poſſidebat cum conſenſu ſui cleri indulſit, hoc fauorabili diplomate, cuius exemplar ab originali archiuij S. Saluatoris de monte Amiato extractum, ſicut iacet, hic curauimus exſcribendum.

In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Regnante domino noſtro Berengario Rege anno vigeſimo quarto menſis iunij exeunte die 8. indict. 14. in Chriſti nomine.

Qualiter manifeſtum eſt mihi Chriſtianus gratia Dei, humilis Epiſcopus, qui eſt de Epiſcopatu Cluſio, vna per conſenſum ſacerdotũ meorum, te Petrus Abbas, qui eſt rector, & gubernator de monaſterio venerabili ſancti Saluatoris ſito loco monte Amiato, tradidimus, atque perdonauimus ordine, & confirmare videor vos, vt a præſenti die in ſua prædictus Petrus Abbas, vel ſuis poſteris ſucceſſoribus permaneat poteſtate omnes decimationes, qui eſt per vniuerſis locis, & vocabulis infra ipſa pertinentia, qui eſt de monaſterio D. Saluatoris in integrum te prædictus Petrus Abbas, vel poſteris tuis ſucceſſoribus confirmare vos videor tamen vt amodo in antea in veſtra permaneat poteſtate habendi ita parandi, & per vniuerſis locis recolligere faciendi licentiam, & poteſtatem habeatis per villis, caſis, & reliquæ, qui ſunt pertinentes de ſupradicto monaſterio omnes decimationes de ſupradicto comitatu Cluſino te prædictus Petrus Abbas, vel poſteris tuis ſucceſſoribus. iuxta veſtra ſtatuta, hic namque ſi contra vos, quilibet Epiſcopus, aut vllus hominum venerit, qui de ipſa decimatione ſtare, aut quærere vos voluerit licentiam, & poteſtatem habeatis tam tu, quam & poſteri ſucceſſores tuis per veſtras ſcriptiones, & firmitate cauſare exinde habendi querimonia faciendi, & reſponſa red-

Yy den-

dendi, finem ponendi modis omnibus, prout melius potueritis, quæque exinde egeritis, aut feceritis, firma, & ſtabilia permaneant. tam tu Petrus Abbas, quam tuis poſteris ſucceſſoribus dederitis, aut habere cõſtituerítis omni tempore reſtaurata fuerit. Et ſi ego prædictus Chriſtianus Epiſcopus, vel poſteri ſucceſſores mei, aduerſus te prædictus Petrus Abbas, vel tuos poſteros ſucceſſores de ordine, vel de iam dictis decimatione retollere quæſierimus, vel amplius vobis cauſare voluerimus, per quælibet ingenia, & ſi nõ permiſerimus permanere, ſicut ſuperius legitur, tunc componere promittimus vobis, vel poſteris veſtris ſucceſſoribus pœna argenti libras 300. ſub ipſa pœna, omnique tempore firma, & ſtabile permaneat ſub iſta pœna obligationis. Sic permaneat, & obtineat robur, & firmitatem ſemper, quod in tali ordine inter vos conuenit in hoc ordine qualiter ſuperius legitur.

Bonoliuus notarius ſcribere rogauimus.

Actum in loco Collemala comitatu Cluſio.

Ego Chriſtianus Epiſcopus, omnia quæ ſuperius legitur a me facta manu mea ſubſcripſi.

Ego Vrſus presbyter conſenſi, & manu mea ſubſcr.

Ego Lambertus presb. conſenſi, & manu mea ſubſcr.

Ego Talari diaconus conſenſi, & manu mea ſubſcripſi.

Signum Vvalderi rogatus teſtis.

Ego Nordimanno Scauino teſtis.

Ego Tauredo Scauino teſtis.

Ego Leti Scauino teſtis.

Signum manu Perſi rogatus teſtis.

Signum Mante Vvalduio rogatus teſtis.

Signum manus Petri auocati de ſſ. Epiſcopo rogatus teſtis.

Signum manu Aldoni rogatus teſtis.

Signum manu Mortilido gg. rogatus teſtis.

Signum manu Stephani rogatus teſtis.

Ego Bonolino notarius poſt tradita compleui, & dedi.

6 LVTVS, erectioni Eccleſiæ Magdeburgenſis ſubſcripſit ann. 968. Hunc inter & monaſterium Amiatinum diuturniores, ac graues lites interceſſere: immemor enim ſinceræ mẽtis Chriſtiani ſui anteceſſoris, compellere nixus eſt monachos ad id, ad quod non tenebantur, nullumque non mouit lapidem, vt monachis immunitatem, ſuíque ſuum præriperet, quod eidem monaſterio tot Reges, atque Imperatores iam olim indulſerant. Itaque cum Abbas Gilbertus, monachique ad Othonem Imperatorem prouocaſſent, hanc quæ ſequitur fauorabilem retulere vel ſententiam, vel ratificationem.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.
Otho, Dei gratia, Imperator Auguſtus.

Omnium Eccleſiaſticorum noſtrorum præſentium inſpectorum nouerit deuotio, qualiter vir venerabilis Abbas nomine Gilbertus de ſancto Saluatoris monaſterio, quod ſitum eſt in monte Amiato, & in comitatu Cluſienſe cum cœnobio ſibi commiſſo noſtram adijt Celſitudinem humiliter deprecans, vt pro Dei amore, &

A pro remedio animæ noſtræ, ipſum monaſterium ſancti Saluatoris cum omnibus rebus ſibi pertinentibus, monaſterio videlicet ſancti Petri in Margarita, curte ſancti Saluatoris in Caſtelione, & alia curte de valle Palleana, cum ſuis pertinentijs, curte de Valerano cum tertia portione de ipſo caſtello, curte de Curtiaole, & curte de Carſo cum ipſis maſis, quos fecerunt Tuſceſij ad partem ſancti Saluatoris, curte ſancti Petri in Ceruaria, & curte ſanctæ Mariæ in Valerano, & in Aquapendente tabernam vnam, & molinas duas, Maſos octo in loco Nobbiano, in Cuſiano maſos quatuor, curte de ſancto Seuero ſuper lacum, curtem de ſancto Columbano, curtem de Porciano, curtem ſancti Stephani in Funiano, &

B curtem ſancti Lazari in Sena, curtem ſancti Stephani in Terquiri, & cellas ſancti Sabini, & ſanctæ Reſtitutæ, & curte de Bilantia cum omnibus pertinentijs, & adiacentijs eorum, & decimis, & fructibus pertinentijs ad iam dictum monaſterium ſancti Saluatoris, & prænominata loca iuſte pertinentes ſub noſtræ defenſionis mundibundo recipere dignaremur, quod nos pro Dei amore libentiſſime fecimus, & ſub noſtrum mũdibundum ipſum monaſterium cum ſupraſcriptis rebus recepimus præcipientes per noſtram hanc auctoritatis paginam, vt nullus dux, marchio, vicecomes, ſculdaſchio, Caſtaldio, nec quælibet noſtri regni magna, paruaque perſona, prænominatum Abbatem Giſilberium, & eius ſucceſſores de omnibus ſupraſcriptis rebus monaſterij ſancti Sal-

C uatoris inquietare, moleſtare, contendere, inuadere, aut diueſtire ſine legali iudicio præſumat, quod ſi quis fecerit, & noſtri mundibundi violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato venerabili Abbati Giſilberto, & eius ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, quod vt verius credatur, & diligentius ab omnibus obſeruetur, iuſſimus inde hunc mundibundum conſcribi, anuloque noſtro ſigillari.

Luitpr. cancellarius ad vicem Vvibonis Epiſcopi, & Archicancellary ſubſcripſi.

Data tertio nonas Auguſti anno ſanctiſſimæ incarnationis 964. indict. 7. anno Imperij magni Othonis Imperatoris Auguſti tertio. Actum in ciuitate Lucenſe. Amen.

D 7 ARIALDVS, ſiue Eſnaldus Epiſcopus Cluſinus, cum turbidus homo eſſet, indultamq; a Regibus, atque Imperatoribus immunitatem Amiatino cœnobio, eiuſdemque territorij populis ægre ferret, velletque complicatis litibus iugulare, compulit monachos cum Vvinizone Abbate ad Gregorium Quintum Pontificem prouocare, qui æquiſſimis eorundem poſtulatis aſſenſus omnia Regum, Imperatorum, ac anteceſſorum ſuorum indulta, ac priuilegia hoc ſequenti fauorabili diplomate conſtabiliuit anno 996.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectiſsimo in Chriſto Domino filio Vvinizoni venerabili Abbati ſancti Saluatoris ſito in comitatu Cluſino territorio monte Amiate tibi videlicet, tuiſque ſucceſſoribus perpetuum in Domino ſalutem.

Quo-

Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationa- A
biliter, & congrue a fidelibus petuntur ob deuo-
tionem pij conditoris noſtri oportet nos in pri-
uilegijs præſtandis noſtram nullo modo denegare
munificentiam. Igitur quia veſtra dilectio noſtræ
ſublimitatis Apoſtolatū humiliter rogauit, quate-
nus prædictum monaſterium ſancti Saluatoris in-
ſtitutum in ſupra nominato comitatu, & territo-
rio priuilegijs Apoſtolicæ ſedis decoretur, vt ſub
ditione iuris ſanctæ noſtræ, cui Domino aucto-
re præſidemus, Eccleſiæ inſtitutum nullius alterius
Eccleſiæ iuri, vel ditioni ſubmittatur. Pro
qua re veſtris pijs deſiderijs per hanc noſtram au-
ctoritatem, quod poſtulaſtis libēter concedimus.
Et ideo cuiuslibet Eccleſię ſacerdotem in præfato
monaſterio quamlibet iuriſdictionem, vel pote-
ſtatem, ſiue auctoritatem præter ſedis Apoſtolicę B
Pontificem habere prohibemus, itaut niſi ab Ab-
bate monaſterij eiuſdem fuerit inuitatus, nec miſ-
ſarum ſolemnia ibidem omnimodo celebrare
præſumat, Hanc denique noſtram Apoſtolica
auctoritate conſtituimus, vt nulla alia magna,
ſeu parua perſona eidem vero monaſterio, ſiue
inferius in ſeruis videlicet, vel in famulis, aut etiam
in ſeruis, vel ancillis, necnon etiam in liberis, vel
in cunctis rebus ad id pertinentibus, videlicet, in
caſis, & poſſeſſionibus, quoquomodo aliquam
moleſtiam inferre præſumat. Pariterque concedi-
mus, & confirmamus eidem ſancto monaſterio
primitias, vel decimas de ſuis hominibus, ſiue de
præceptalibus, atque ſacrum baptiſmum liceat ce-
lebrari in Eccleſia ſancti Benedicti, & in Eccleſia
ſanctæ Mariæ in Lamule, ſicut conceſſum eſt a C
partibus Regum per præcepti paginam, quicquid
ibidem contineri videtur, vel ſi quid ab anteceſ-
ſoribus noſtris Pontificibus ſanctis, ſcilicet Ste-
phano, Adriano, Ioanne, Formoſo, vel ab alijs
anteceſſoribus noſtris Pontificibus eidem mona-
ſterio conceſſum eſt, totum hoc in integrum Apo-
ſtolica auctoritate, vobis, veſtriſque ſucceſſori-
bus concedimus, & confirmamus. Chriſma quo-
que, & oleum ſanctum, a quacumque Eccleſia
voluerit, vel potuerit licenter accipiant, ſtatuen-
tes Apoſtolica cenſura præcipimus, vt nullus dux,
marchio, comes, vicecomes, caſtaldus, vel aliqua-
uis magna, ſeu parua perſona, vllum diſtrictum
in aliquibus caſtris ipſius manum habere, vel iudi-
care ſeu aliquid placitum tenere audeat, niſi ab
ipſius monaſterij Abbate inuitatus fuerit. Hoc D
quoque Apoſtolica auctoritate præcipiendo ſan-
cimus, vt neque Epiſcopum, vel alium quemquā
de ordine clericorum, Eccleſias, parochias, cel-
las, vel prædia, vel quæcumque loca, ſeu res præ-
fati monaſterij auferre, aut abalienare quouis mo-
do præſumat, aut quamlibet controuerſiam, ſiue
iniuriam, ſeu aliquam damni iacturam in rebus,
poſſeſſionibuſue, vel in nullis vtenſilibus, ſiue
ornamentis, prædicto monaſterio inferre audeat.
Hæc omnia, quæ ſuperius memorata ſunt, vide-
licet, decimas, primitias, oblationes ad ſæpe di-
ctum monaſterium pertinentes, necnon & bap-
tiſmum, & Chriſma, & oleum tibi dilecto fi-
lio Vvinizoni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in
perpetuum a præſenti nona indictione per hanc

noſtri priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate
confirmamus, atque concedimus ſecundum præ-
dictum modum, ob hoc præcipue, vt in eodem
monaſterio pro ſtabilitate regni gloriosiſſimi Im-
peratoris noſtri Othonis tertij, & pro noſtra ani-
ma, noſtrorumque anteceſſorum, ſeu ſucceſſo-
rum Pontificum deuota ſine intermiſsione fiat
oratio. Denique ſtatuimus, vt dum Abbas de
hoc ſeculo migrauerit, neque Rex, neque dux,
neque marchio, neque Epiſcopus, neque comes,
neque vlla alia perſona ibidem Abbatem ordina-
re præſumat, ſed congregatis in vnum cunctis
eiuſdem monaſterij fratribus, ex communi con-
ſenſu, Dei prouidentia, qui dignus hoc honore
viſus fuerit, ex propria congregatione Abbatem
ibidem ordinare. Si quis autem, quod non opta-
mus, temerario auſu contra ea, quæ ab hac no-
ſtra auctoritate pie, & firmiter per hoc noſtrum
priuilegium depoſita ſunt, contraire tentauerit, vel
hæc, quæ a nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate
iam dicti monaſterij ſtatuta ſunt, refragari, aut in
quoquam tranſgredi præſumpſerit, ſciat ſe aucto-
ritate Dei, & beati Petri Apoſtoli, & trecentorū
decem, & octo Patrum ſanctorum anathematis
vinculo innodatum, cum diabolo, & eius atrociſ-
ſimis pompis, atque Iuda traditore domini noſtri
Ieſu Chriſti æterni incendij ſupplicio concre-
mandum, niſi quod male peccauit, digne corre-
xerit. At vero, qui pio intuitu cuſtos, & obſer-
uator extiterit huius noſtri Apoſtolici priuilegij
hanc confirmationis benedictionis gratiam a mi-
ſericordiſsimo iudice domino noſtro, vitamque
æternam cum omnibus electis Dei conſequi me-
reatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Scriptum per manus Petri Regionarij notarij, & Scriniarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe maio, indictione ſuprascripta nona. Bene valete.

Data 6. Kalend. iunij per manus Ioannis Epiſcopi ſanctæ Albanenſis Eccleſiæ, & bibliothecarij ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, & indict. 9. anno Pontif. D. Gregorij ſummi Pontificis, & vniuerſalis E. PP. anno primo, Imper. D. Othone a Deo coronato, magnoque anno primo menſe maio, & indict. ſuprascripta ſubſcripſit.

Theobaldus Epiſcopus S. Bellitrenſis Eccleſiæ.
Petrus Epiſcopus S. Praneſtin. Eccleſ.
Azzo Epiſc. S. Oſtienſis Eccleſiæ.
Abbo Archidiaconus ſanctæ Rom. Eccleſiæ.
Creſcentius Ablationarius ſanctæ Rom. Eccleſiæ.
Amico vir vener. presbyter, & Card. ſanctæ Rom. Eccleſiæ.

Tametſi autem Pontifex litem omnem ſecundum Abbatem, monachoſque Amiatinos compoſuiſſet, Eſualdus tamen Ildeprandi potentiſſimi comitis adnixu, ius, faſque omne permiſcuit. Quamobrem Abbas ſolemnem illam iniuriam, cum dicto comite hac ſequenti epiſtola ſane grauiter conqueſtus eſt.

Ildeprando nobiliſsimo, & omni laude digniſsimo comiti.

Vicinizzo Abbas humilis, & caterua fratrum ſui cœnobij. Memorabilia ſeruitia cum orationibus infinitis Saluator æterni mundi, ſcito, quia idcirco tibi, tuiſque parentibus cum valuer-

ſis rebus ſibi pertinentibus noſtram commiſit Eccleſiam, vt grex ibi in Chriſti nomine congregatus ſub defenſione immenſæ, & inclytæ nobilitatis veſtræ pacifice, & ſecure Chriſto militare valeat, quatenus per vos, parentibuſque veſtris, & ſanctis Regibus, ac Imperatoribus, a quibus veſtra nobilitas ducit originem, totius orbis interpellat auctorem. An ignoras, quia tua, tuorumque ſanctorum parentum ſemper fuimus, ſumus, & Deo donante erimus hæreditas, & firma poſſeſſio, cur nos ab alio lacere permittis, ſi Deus cæli nos tibi commiſit, rationem ſibi pro nobis, & ſua Eccleſia redditura eris; igitur cum ſis paſtor, & dominus, cur ſemper nos te ipſum mercenarium non paſtorem deſignas? Scriptum eſt enim, mercenarius autem, cuius non ſunt oues propriæ, vidit lupum venientem, dimittit oues, & fugit. Tu cum ſis paſtor fugis, non mutando locum, ſed ſubtrahendo nobis ſolatium defenſionis. Cur non cogitas quid dicturus ſis Deo pro Eccleſia, & grege tibi ab eo commiſſa? Si dixeris nequiui eos defendere. Quis reſiſtit ſibi, ſcimus enim, quia nobiliores ſummis cunctis fortior vniuerſis, ſapientior es omnibus, & ſi dixeris, timeo tranſgredi voluntatem, & iuſſa Pontificia Eſualdi Cluſini Epiſcopi, quia ſi facio, in Dominum, & ſanctos eius peccare timeo. Cur non potius times iuſſa Apoſtolorum, & venerabilium ſummorum Pontificum, & vniuerſalium Paparum, ſcilicet Stephani ſancti, religioſi Ioannis Papæ, necnon & Formoſi, Silueſtri, & Gregorij ſummi Pontificis, & vniuerſalis Papæ, qui Eccleſiæ noſtræ omnes primitias, & decimationes ſui prædij, & ſuorum hominum per paginam ſui Apoſtolici priuilegij conceſſerunt, & perpetuali iure inuiolabiliter confirmauerunt, & omnes, qui contraire aliquo in tempore tentauerint, Apoſtolica auctoritate anathematis, & maledictionis eorum vinculo conſtrinxerunt, cum omnibus, qui eis aſſenſum præbuerint. Timeat igitur nobilitas veſtra hoc, quod præfati ſancti Apoſtoli, & vniuerſales Papæ terribiliter dixerunt. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu, contra ea, quę ab hac noſtra auctoritate pie, & firmiter per hoc noſtrum priuilegium diſpoſita ſunt, contraire tentauerit, vel hæc, quæ a nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate iam dicti monaſterij indulta, & confirmata ſunt, refragari, aut in quoquam tranſgredi præſumpſerit, niſi reſipuerit, ſciat ſe auctoritate beati Petri Apoſtoli, cuius &c. vices agimus, anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, & eius atrociſſimis pompis, atque Iuda traditore domini noſtri Ieſu Chriſti æterni incendij ſupplicio concremandum, ſic deputatus, ne a quoquam a præfatis anathematis n.... abſoluatur. At vero, qui pio intuitu cuſtos, & obſeruator extiterit huius noſtri Apoſtolici priuilegij, hanc confirmationis benedictionis gratiam a miſericordiſſimo iudice domino Deo noſtro, vitamque æternam, cum omnibus electis Dei conſequi mereatur in ſecula ſeculorum, amen. Scimus enim quia ſunt, qui paruipendentes pœnas, & damnationes animarum ſuarum Apoſtolica præcepta, & benedictiones non curant, anathematis, & benedictionis

A pœnam non formidant, & hæc omnia contra mundanam legé eſſe affirmant, contra quos adeſt nobis auctoritas Imperatoris Lotharij, quam in capitulari ſui pagina inſtituit dicens: Conſtitutum habemus; vt omnes, qui ſub ſpeciali defenſione domini Apoſtolici, ſeu noſtra fuerint ſuſcepti Imperatoris, inuiolabiliter iuſta vtantur defenſione, quod ſi quis in quocumque contraire, aut violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ incurſurum. Nam etiam hoc decernimus, vt & Domino Apoſtolico in omnibus iuſta ſeruent, obedientiam, & reliquas, nam & hoc ſcitote, quia piiſſimi Auguſti, & Cæſares, videlicet, Carolus Primus, Secundus, & Tertius, Pipinus, Rachiſus, Arnulphus, Ludouicus Primus, Secundus, &
B Tertius, & Lotharius, & Vgo, & Otho Primus, Secundus, & Tertius, & Henricus ea, quæ diximus, noſtro conceſſerunt monaſterio, recipientes eum ſub immunitate defenſionis, cum vniuerſis rebus mobilibus, & immobilibus ſibi pertinentibus. Et ſunt quidam ex veſtris, qui hęc omnia regalia eſſe aſſerunt, quos vt nobilitas veſtra eſſe mentitos cognoſcat, audire hoc obſecro, quod magnus Imperator Carolus in pagina capitularis ſui conſtituit, dicens: Præterea volumus, vt præcepta Eccleſiarum ſuarum ab anteceſſoribus noſtris facta, firma, & in ſuo robore permaneant. Et in capitulari Ludouici Imperatoris legimus eius legalem ſententiam dicentis: Sta-
C tuimus, vt Eccleſię Dei per totius regni noſtri fundata terminos, ſub noſtræ immunitatis tuitione ſecure cum rebus, & famulis ſuis permaneant, vt prædeceſſorum noſtrorum piiſſimorum, videlicet Auguſtorum temporibus feciſſe probantur, eorúqt rectores proprijs vtantur priuilegijs, & monachi per ſua cœnobia regularem teneant ordinem, nemine moleſtante noſtri terroris formidine, &c. Et lex Imperatoris Caroli aſſerit, dicens: Et poſtquam hæc capitula adnotari iuſſimus per regnum noſtrum, cuicumque hæc noſtra iuſſio commendata fuerit, alio modo non faciat, niſi quod nobis, & noſtris fidelibus placitum eſt. Et quicumque noſtram iuſſionem diſplicibilem habuerit, damnum vaſtrum tripliciter ad partem veſtram componat. Imperator Lotharius in lege ſua dixit:
D Placet nobis, vt hæc capitula, quæ excepimus de capitulis bonæ memoriæ aui noſtri Caroli, & genitoris noſtri Ludouici Imperatoris, ab omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris fidelibus in regno Italiæ conſiſtentibus, pro lege teneantur, & conſeruentur, & quicumque horum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidorum mulcta componat, ſicut in capitulis prædicti aui noſtri Caroli continetur. Carolus Magnus Imperator in capitulo quinquageſimo ſeptimo ſuæ legis dicit: Præcipimus etiam omnibus comitibus, & fidelibus noſtris, vt quicumque de rebus Eccleſiæ in beneficio habeat, pleniter nonas, & decimas ad ipſas Eccleſias donent, abſque illa deminoratione, & dilatione. In quantum melius poſſunt, & iuxta poſſibilitatem, quando neceſſitas exiget, de operibus ad ipſas Eccleſias reſtaurandas adiutorium faciant. Imperator Lotharius dicit: Volumus, vt omnimodis, & munitates

proge-

progenitorum noſtrorum, ſeu noſtræ pleniter, ac iuſte conteruenitur. Imperator Pipinus in lege ſua dicit: Et hoc inſtituimus, vt immunitates a iam dicto domino noſtro firmatæ in omni conſetuatæ eſſe debeant, hic eſt iuſſus domini noſtri Caroli Regis. Et ſunt quidam ex veſtris, qui hortantur vos ad prædictis decimationibus noſtram cõponere Eccleſiam, neſcio quo pacto, ſiue in toto, ſiue in parte. & Eroaldo concedere, quæ nobis omnino facere non licet ſine Regis iuſſu, & vt ne faciatis, deprecor, priuſquam nobilitas veſtra audiat, quod Imperator Ludouicus de talibus minatur in lege ſua dicit: Si quis proprium veſtrorum, quod inueſtitura genitoris noſtri fuit alicui quæ tenus reddidere ſine noſtra iuſſione, aliud tantum vobis reſtituat de ſuo proprio cum ſua lege, & quicumque illa ſcienter per malum ingenium acquirere tentauerit, pro infideli teneatur, quia ſacramentum fidelitatis, quod nobis promiſit, irritum fecit, &c. & ſunt qui ſuadent vos, vt ſub occaſione inquiſitionis ſubtrahatis noſtræ Eccleſiæ ea vnde tempore Pipini Regis iure inueſtierat, quod Imperator Carolus in capitulare ſuo vobis prohibuit dicens: Vt non mittantur teſtimonia ſuper inueſtituram domini Pipini Regis. Et audiamus vnde triſtes miramur, quod blaſphemaſtis, neſcio qua auctoritate munitus, hoc quod conuenit inter Chriſtianum ſanctæ Cluſinæ ſedis Antiſtitem, & Petrum Abbatem noſtri cœnobij dicebat hoc nihil nobis prodeſſe, non rememorantes illud, quod in pagina ſui edicti ſtatuit Aſtulphus Rex Longobardorum dicens: Si quis cum Pontificibus arboribus, vel cuſtodibus Eccleſiarum, ſeu xenodochiorum præpoſitis de quibuſcumque rebus conuenientiã fecerit, & pœnam inter ſe partes obligauerint, & hæredes, vel ſucceſſores ſuos conligauerint, & idonei homines interfuerint, nõ potuit poſtea ab eorũ ſucceſſoribus remoueri, excepto ſi pœnam obligatam componere voluerit. Quapropter deprecor vos propter Deũ, & animæ veſtræ, veſtrorumque parentum mercedem, vt veſtra clementia, nos, vel vſque ad præſentiam Regis indemnes protegat, vel ſi aliter fieri non poteſt, vſque ad conflictum noſtrorum, & ſuorum iudicium defendat.

Cæterum nihilo magis æquior Eſualdus factus eſt, quin ex litibus lites terendo, non modo contra Amiatinos, ſed etiam contra monachos ſancti Anthymi nobilis quondam cœnobij exarſit. Siquidem cum illi in Cluſino territorio quaſdam Eccleſias, quibus Chriſtianus Cluſinus Epiſcopus decimarum immunitatem conceſſerat, poſſiderẽt, procuraſſentque ab Epiſcopo conſecrandas, Eſualdus nunquam induxit animum, vt huiuſmodi pietatis opus exequeretur. Igitur, vt aliquando tandem Vuinzonus Abbas Amiatinus, Anthymianiq; cœnobij Præſul moleſtiſsimis ſe litibus exoluerent in Germaniam ad Henricum Imperatorem ſimul conceſſerunt, vbi Eſualdo præſente hanc fauorabilem a Cæſare retulere ſententiam, quæ extat in ſæpe citato tabulario.

Anno incarnationis dominicæ 1006. indict. 4. quarto nonas aprilis.

Dum reſideret dominus Henricus Rex in Caminata in caſtello hæreditatis ſuæ, quod dicitur nouum Burgum, in præſentia Epiſcoporũ Brunonis ſcilicet fratris ſui Auguſtanæ ciuit. Epiſc. & Vitelini ciuitatis Argentinæ, & Lamperchi Conſtantienſis, & Olderici Curienſis, & iterũ Olderici Trientini, & in præſentia Abbatũ D. Odilonis Cluniacen. Iuizonis Leonenſis, Vgonis Farfenſis, Boni Rauennatis, Idelberti Senenſis, Joannis Luceroni, Othonis Amorbacenſis, necnon in præſentia comitum Ildeprandi, & Raynerij, & Ardinghi, Vridonis, Petri, Arauctarij, & Nuncij Aretinenſis Epiſcopi in Gezzo Presbyteri nominati, & Nuncij Epiſcopi Senenſis, aliorumque bonorum Chriſtianorum lamentati ſunt ante ipſum Regem Henricum, Vuinizo Abbas domini Saluatoris de monte Amiato, necnon & Boſo Abbas ſancti Anthymi, quod nullo rationabili ordini rogare, aut inuitare poſſent, Arialdum Cluſinum Epiſcopum de conſecratione Eccleſiarum ſuarum in parochia ſui Epiſcopatus manentium. Audiens autem idem dominus Rex Henricus huiuſmodi lamentationem, Nuncio confeſtim directo, vocari ad ſe præcepit eundem Epiſcopum; erat namque in eodem caſtello, cum autem veniret, & Rex cur Eccleſias parochiæ ſuæ benedicere, & conſecrare nollet, ſtudioſe interrogaret, Reſpondit, quia Abbates ſupraſcripti decimas in Abbatijs ſuis ſibi, ſuiſque canonicis contradicerent. Tunc Rex interrogauit Abbates ipſos, ſi aliquam auctoritatem haberent, vnde eorum monaſteria decimas illas ad ſuam partem defendere, & vindicare potuiſſent, tunc oſtendentibus illis antiquiſsimas monaſterij ſcripturas repertum eſt, & probatum per teſtimonium circumadſtantium, quoniam ab initio monaſterij, & temporis domini Regis Caroli Magni, & omnium ſuorum ſucceſſorum Abbates, & monachi decimas illas habuerunt, & omnes anteceſſores Epiſcopi Arialdi cum omni pace habere eas permiſerunt. Et quia omnes hoc ſemper ſtabile debere eſſe laudauerũt, idem dominus Rex Henricus laudauit, & confirmauit, & Epiſcopum contentum, & tacitum eſſe fecit. Vt nemo ſit, qui vllam iterum querelam remoueat. Ad memoriam futuri temporis hæc ſcripta ſunt, & ordinata, & promiſsionem fecit ipſe Epiſcopus ante ipſum Regem de conſecratione Eccleſiarum ſine omni pecunia.

Arialdus tamen haud ſtetit dictis, decretoque Imperiali, contempſitque Eccleſias conſecrare, quæ ſub Abbate Amiatino proxime ſubiacebant. Quamobrem iuſtiſsima ira percitus Benedictus Octauus anno tertio ſui Pontificatus, recuperatæ ſalutis vero 1036. Petrum Epiſcopum illuc legauit, qui diligentius cognita cauſa, Eccleſias conſecraret, quod cum feliciter eueniſſet, dedicationem hac ſequenti fauorabili bulla Pontifex conſtabiliuit.

BENEDI-

BENEDICTVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Apoſtolica ſcripta ſicut ſēper debēt eſſe iuſta, ita ſēper debeant manere inconuulſa. Nec licet cuiquam retractare, vel aliquo modo ſubtipere quod nobis placet iuſte, & rationabiliter ordinare. Quapropter notum eſſe volumus, tam præſentibus quam & futuris, Eccleſias monaſterij ſancti Saluatoris de monte Amiato per noſtram præceptionem, & per Petrum Epiſcopum eſſe conſecratas. Nam ſæpius conquerente Vvinizone Abbate dicti monaſterij, Arialdo Epiſcopo Cluſinenſi, in cuius parochia Eccleſiæ erant, Nuncios cum literis miſimus, vt eaſdem Eccleſias conſecraret. Quod accepta neſcio qua occaſione, per tres annos renuit. Ad vltimum non valentes iam ferre clamores Abbatis, dictum Petrum Epiſcopum noſtrum illo miſimus, qui videret, & diſcerneret cuius hæc erat culpa, & ſi ſorte Abbatis, Eccleſiæ non conſecrarentur, niſi ſatisfeciſſet Epiſcopo, quod ſi Epiſcopus Arialdus ſatisfactionem recipere nollet, & Eccleſias, & plebes conſecrare licentiam Petro Epiſcopo noſtro conſecrandi eas dedimus, quod quia vt diximus renuit Epiſcopus, a Petro Epiſcopo conſecratæ ſunt. Nunc autem Apoſtolica auctoritate præcipimus, vt nullus Epiſcopus, magna, ſeu parua perſona hanc noſtram ordinationem perſtingere. aut permutare, ſeu clericos ſeruitores ſupradictarum Eccleſiarum, quæ ab Epiſcopo noſtro conſecratæ ſunt, excommunicare præſumat; ſi quis vero Epiſcopus dictos clericos excommunicare, vel Eccleſias dictas violare tentauerit, ipſe prius excommunicatus maneat noſtra auctoritate cum omnibus eis, qui hanc noſtram ordinationem euacuare nituntur, &c.

Eodem autem anno, qui Vvinizonis Amiatini Abbatis poſtremus fuit, penultimus vero Arialdi Cluſini Epiſcopi, Benedicto ſummo Pontifice mandante magna frequentia populorum S. Saluatoris de monte Amiato templum conſecrarunt, ibidemque ſanctorum reliquias honorifice condiderunt 1036. maxime in aris, in quibus ſacerdotes operaturi erant. Ego vero cum illic aliquandiu fuiſſem commoratus, indagine ſubſequentis ſcripturæ in ſubterranea Eccleſia, quæ dicitur Crypta, quarumdam ararum ſubmoui lapides, ibique reperi reliquias capſulis ligneis incluſas, obſignataſque crocea cera, in qua ſpectabatur effigies Vvinizonis Abbatis, illaſque cum alijs reliquijs, honorificentiori loco collocandas curaui anno 1631. placuitque hic monumentum exſcribere, cuius ductu in theſaurum illum incideram.

In nomine Domini. Amen.
Anno Domini milleſimo xxxvi. indict. iv. tempore beatiſſimi Papæ Benedicti de Tuſcula, ex patre Alberico.

Et inuictiſſimi Imperatoris Conradi, & Gunizi Abbatis, conſecratum eſt templum hoc ad honorem D. Saluatoris, & beatæ Mariæ ſemper Virginis, & multorum ſanctorum, quorum nomina ſunt per ſingula altaria, quæ continentur in A hoc ſcripto; ad cuius conſecrationem fuerant decem & octo inter Epiſcopos, & Cardinales, inter quos fuit venerab. Patriarcha Aquilezon cum comitatu clericorum, & aliorum bonorum virorum, qui conſtituerunt remiſſionem decem & octo annorum ad iam pium locum venientibus criminalium peccatorum ex quibus digne pœnitentibus receperint. Et tertiam partem veniarum, quam perceperunt annis ſingulis aduenientibus nuntiari, idib. nouembris in feſtiuitate ſancti Britij, & vſque ad octauam.

In primis in altari maiori de Cruce Domini, & de ſudario, quod fuit ſuper caput eius, & de linteo, quo inuolutũ fuit corpus eius, & de lapide, quẽ reuoluit ab oſtio monumenti, & de de puluere montis, &
B de ſpõgia, qua potatus fuit aceto, & de præſepio, & de lapide, vbi ſtetit, quando transfiguratus fuit, & de lapide, ſuper quem ſedit, quando ſatiauit quinque millia hominum, & de lapide, ſuper quẽ orauit Dominus in monte Oliueti, & de lapide, ſuper quem ſtetit, quando baptizatus fuit. Similiter in ipſo altari ſunt recondiæ reliquiæ veſtimentorum ſanctæ Mariæ genitricis domini noſtri Ieſu Chriſti, ſancti Ioannis, ſancti Silueſtri, ſancti Dalmati, ſancti Pantaleonis, ſancti Naboris, ſancti Felicis, ſancti Geruaſij, & Protaſij, ſancti Sebaſtiani, ſancti Iouitę, ſancti Fortunati, ſanctę Ermagorę, ſancti Eueutij, & Cantiani, ſancti Proti, & de menſa Abraham, quando angelum hoſpitio ſuſcepit, ſanctorum martyrum Marcel-
C li, & Petri, ſanctę Agnetis, ſanctæ Agathæ, ſanctæ Chriſtinæ, ſanctæ Iuſtinæ, ſanctæ Cęciliæ, ſanctę Muſtiolæ, ſanctæ Canauillæ, ſancti Martialis.

Item in altari de manu ſiniſtra, ipſum vocatur ſanctæ Mariæ, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſunt ibi reconditæ reliquiæ ſancti Ioannis euangeliſtæ, ſancti Columbani, ſancti Ambroſij, ſancti Seueri, ſancti Geminiani, ſancti Martini, ſancti Seuerini, ſancti Zenonis, ſancti Proculi, ſancti Siati, ſancti Valentini, ſancti Ioannis confeſſoris, ſancti Marcellini, ſancti Hilarij, ſancti Fridiani, S. Dionyſij, ſancti Ruſtici, & Eleutherij, ſancti Eliſij prophetæ, & ſancti Arſenij.

Item, in altari quod eſt de manu dextra, ipſum
D vocatur ſancti Petri, & Pauli, & ſunt ibi reconditæ reliquiæ ſancti Iacobi, ſanctorum Coſmę, & Damiani, ſancti Apollinaris, ſancti Laurentij, ſancti Andreæ, ſancti Stephani, ſancti Matthæi, ſancti Simonis, ſancti Taddęi, ſancti Iacobi, ſancti Zebedæi, ſancti Nazarei, ſancti Victoris, ſancti Vitalis, ſancti Vigilij, ſancti Sauini, ſancti Alexandri, ſancti Pancratij, ſancti Iſidori martyris, ſancti Thomæ, ſancti Anaſtaſij, ſancti Philippi, ſancti Bartholomæi.

In altari ſancti Marci infra columnas, corpus ipſius, & corpora ſanctorum Abdon, & Sennen, & reliquiæ ſancti Marini.

In altari quod eſt de manu dextra, ipſum vocatur ſanctorum Petri, & Pauli, & ſancti Andręæ,

In altari quod eſt in manu ſiniſtra, ipſum vocatur ſancti Benedicti, ſancti Gregorij, ſancti Nicolai.

Et poſt conſecrationem Eccleſiæ acquiſierunt

dominus

dominus Abbas Rolandus cum fratribus corpus ſancti Marci Papæ, & reliquias ſanctorum martyrum Pontiani, & Fortunati, ſanctorum Abundij, & Abundantij, ſancti Clementis, ſancti Ianuarij, ſancti Felicis, ſancti Stephani Pontificis, & martyris, ſancti Silueſtri, ſancti Cyriaci, ſancti Paulini, ſancti Valentini, ſancti Laurentij, ſanctæ Agathæ, & velum ſanctæ Mariæ.

Et nonnullas alias honorificentiſſimas, ac colendiſſimas reliquias infinitorum pene ſanctorum, quę ſumma cum affectione in armario loci ſacrorum, ſiue ſacriſtiæ reconditæ ſunt.

Necnon vetus, nouumque teſtamentum, ſeu bibliam ſcriptam manibus beatiſſimi Pontificis Gregorij.

Cæterum ea ſequenti Imperatoris Conradi priuilegio perſpiciet lector Vvinizonem, monachoſque Amiatinos vna tantum probitate armatos Arnaldi fregiſſe contumaciam, eiuſdemque monaſterij mirifice auxiſſe fortunas.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Conradus, diuina fauente miſericordia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Dignum eſt, vt qui prudenter diuina obſequia agere procurant, & ad ſtabilitatem perpetuam hac noſtra confirmatione corroborari expoſcunt, vt his tanto libentius obſequamur aſſenſu, quanto Domini placita intelligimus, pro quo ad effectum id producendum procuramus. Igitur omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, ac noſtrorum præſentium ſ. & futurorum comperiat ſolertia, qualiter nos per interuentum dilectiſſimæ coniugis noſtræ Gillæ, & chariſſimi filij noſtri Henrici Regis. Vvinizo nobis dilecto Abbati cœnobium domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti in monte Amiato conſtitutum ad regendum commiſimus, vt ibidem neglecta Dei obſequia ſuorum prædeceſſorum incuria, ſtudioſe decerneret ordinare congregationem inibi Deo ſeruientium monachorum regulariter corrigere, & ſolummodo diuinis obſequijs dedita ad ſufficientiam largiri, quatenus hoc ad ſalutem noſtræ animæ, noſtrorumque ſucceſſorum, Regum videlicet, vel Imperatorum perueniat, & iam dicti monaſterij domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti Abbas, vel præpoſitus. & monachi, qui pro tempore inibi Deo militauerint ad ſufficientiam victus, & veſtitus ſat habere valeant, dominumque omnipotentem pro nobis, cunctiſque fidelibus exorare non ceſſent. Cui ſancto loco ob præfatam cauſam contulimus cellam ſancti Benedicti plebem, cum adiacentijs ſuis, & Eccleſiam S. Caſſiani cum pertinentijs ſuis, curtem, & plebem ſanctæ Mariæ in Lamule cum caſtro in monte Latronum cum appendicijs ſuis, & Eccleſiam ſancti Miniati cum adiacentijs ſuis, terram de Liminaria cum caſtro de monte Pinzutulo, ſicut Hubertus tenuit ad ſuam manum, curtem de Muſſona cum terra de Redola maiore, & minore, & Buena, & beminicula, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Odena cum Rocca de Salsine, Eccleſiam ſancti Pelegrini, & ſancti Simeonis cum pertinentijs earum, curtem de Leneminiano, Eccleſiam ſancti

A Petri in Latera. Et Eccleſiam ſancti Petri in Margarita cum ſancto Anaſtaſio, Cellam ſancti Sauini, & ſanctæ Reſtitutæ, & ſancti Stephani in Tarquino, cellam ſanctæ Mariæ in Corneto, qui locos deſignatos, de vna parte ripa cum petra, quæ diuiſa eſt a ripa de alia parte murus qui claudit ipſum Caſtellum, de tertia parte via publica, quæ venit per portam vſque ad terram Azonis filij Bonizi cum ſuis conſortibus. De quarta vero parte eſt terra filij Aloiſ. & continet pedes 200. per longum, & 200. per latum cum terra de Margaritula, terra Ioannis in Variano, & ſancti Saturnini, & terra ſancti Columbani, & terra ſancti Saluatoris in Valle Bacana, & Eccleſiam ſancti Petri in Ceruaria, & Eccleſiam ſancti Stephani in
B Viniano, ſanctæ Senetæ in Paterno, & terram ſancti Saluatoris in Corſignisno, cum omnibus pertinentijs ſuis, curtem ſancti Clementis in Titurìano cum terris Angarialibus, ſancti Quiriel in Piſinule, & curtem ſancti Saluatoris in Campagnatico, ea videlicet ratione, vt deinceps per ſuccedentia tempora, & prædicta congregatio his omnibus denominatis Eccleſijs, & curtibus, cum ſuis omnibus pertinentijs, & adiacentijs ſuis in veſtitu, & victu ſufficientiam habeant, regulariter viuant, & pro nobis, cunctiſque Chriſti fidelibus ſemper exorent, & pro ſtabilitate totius Imperij noſtri, nobis a Deo commiſſi ſtudeant preces fundere, & vt quod bono ſtudio fecimus, perennem hactenus ſtabilitatem habeat, pietatem noſtram petijt, vt eandem ordinationem mona-
C ſticam noſtra confirmaremus præceptione, quod & fecimus. Denique prædicto, & monaſterio concedimus omnes decimas in ea iudiciaria . . . exhibitionem publicam ex omnibus manentibus in ſupradictis cellis, & curtibus ob remedium animæ noſtræ, ſucceſſorumque noſtrorum Regum videlicet, & Imperatorum, qui pro tempore fuerint, qui ad portam monaſterij per eleemoſynam in ſuſtentationẽ pauperum dentur ob ſalutarem noſtræ animæ, & pro ſalute etiam omnium Dei fidelium facimus, ne eis, qui in eodem cœnobio Deo ſeruiunt, oppreſſiones prauorum hominum, vel comitum nocere valeant. Quapropter eidem ſancto loco hoc noſtrum præceptum fieri iuſſimus, per quod præcipimus, vt hinc in futurum, eadem ſancta congregatio, cum omni quietudi-
D ne, abſque vllo publico repetitu, ac rectoris loci illud ſubſtractu, eaſdem cellas, & curtes in ſuis vtilitatibus habeant, ordinent, & diſponant, quatenus eorum obſequia nobis proficiant, & omnibus Dei fidelibus ad ſempiternum remedium. Si qua vero, quod futurum minime credimus, magna, paruaque perſona noſtrum hoc noſtræ Imperialis auctoritatis præceptum contendere, vel temerario auſu infringere, id vacuare, vel diminorare, ſeu inbeneficiare ſupradictum cœnobium omni pertinentia ſua tentauerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, medietatem eiſdem etiam rectoribus, & vt eadem præceptio, vel auctoritas Deo opitulante per cuncta tempora inconuulſum teneat firmamentum manu propria inferius roborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum

Sign. D. Conradi  *II. Imp. Auguſti.*

Bruno cancellarius ad vicem Arbonis Archiepiſco-
pi, & Archicancellarij recognouit.
Data anno Dominicæ incarnationis 1036. regni ve-
ro D Conradi II. regnantis tertio. Imperij eius 9. ind. 4.
Acta in ciuitate Papiæ.
8 PETRVS, Leonis Noni Pontificis tem-
poribus, ac diu deinceps vixit, ſubſcripſitque di-
plomati eiuſdem pro Eccleſiæ Portuen. an. 1050.
Arbitror hunc Cluſinum Epiſcopum fuiſſe, in
quem haud dubia numinis vindicta deſæuijt, ob
lautam gulam, vt Petrus Damianus narrat in lib. 5.
epiſt. 16. ijs verbis: *Dum huius Epiſcopi reminiſci-*
mur (Comaclenſis enim Epiſcopi proxime memi-
nerat) *ſub hac occaſione, quid etiam Cluſino Epiſcopo*
contigerit ſcribere prouocamur, in ipſa plena quarta
feria, quæ initium quadrageſimæ dicitur, fecit ſibi con-
uiuium ſumptuoſis dapibus inſtrui, & balneum præpa-
rari, accitiſque militibus, & obſequentium turbis lau-
tum diem deduxit, & veluti aduenienti nuptum
quadrageſimæ, cum nuptiali conuiuio gratulabun-
dus occurrit, vbi hoc tantum diſſonabat a regula,
quia cum adhuc liuerent in capitibus cineres, æſtuabant
ingurgitati mero, & diſtenti dapibus ventres. Sed ò
vigilans ſuper nos diuina clementia, incolumis tunc,
atque vegeti vultum Epiſcopi, paralyſis repente carri-
puit, eiuſque faciem inhoneſtam viſu, atque ora diſtor-
ſit, per plures etiam annos, quibus poſtmodum ſuper-
uixit, hoc in ſe diuinæ animaduerſionis inſigne porta-
uit. Cæterum iſte Petrus ab exordio ſui Epiſco-
patus, vſque ad finem nihilo æquor fuit mo-
nachis Amiatinis, quam ſupramemoratus Arial
dus anteceſſor fuiſſet, quamobrem Abbas, mona-
chique ad Nonum Leonem prouocarunt, qui
ſupplicibus ſuper eiuſdem monaſterij populos in-
rum, mixtumque imperium hoc proxime ſubie-
cto fauorabili diplomate aſſeruit.

LEO EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Theuzoni venerabili Abbati monaſterij ſancti Saluato-
ris ſita in comitatu Cluſino territorio monte Amiato,
tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in Domino ſa-
lutem.

Quoniam ſempee ſunt concedenda, quæ
rationabiliter, & congrue a fidelibus petun-
tur ob deuotionem pij conditoris noſtri oportet
nos in priuilegijs pręſtandis noſtram nullo modo
denegare munificentiam. Igitur, quia veſtra di-
lectio a noſtræ ſublimitatis Apoſtolatu humiliter
rogauit, quatenus prædictum monaſterium ſancti
Saluatoris conſtitutum in ſupranominato comita-
tu, & territorio priuilegijs Apoſtolicæ ſedis de-
coretur, vt ſub dictione iuris ſanctæ noſtræ, cui
Domino auctore præſidemus, Eccleſiæ conſtitu-
A tum, nulliuſque alterius Eccleſiæ iuri, vel dictio-
ni ſubmittatur, quare veſtris pijs deſiderijs per
hanc noſtram auctoritatem id quod poſtulatis li-
benter concedimus. Et ideo cuiuslibet Eccleſiæ
ſacerdotem in præfato monaſterio quamlibet iu-
riſdictionem, vel poteſtatem, ſiue auctoritatem,
præter ſedis Apoſtolicæ Pontificem habere prohi-
bemus, ita ut niſi ab Abbate monaſterij eiuſdem
fuerit inuitatus, nec miſſarum ſolemnia ibidem
omnino celebrare præſumat. Hoc denique hac
noſtra Apoſtolica auctoritate conſtituimus, vt
nulla alia magna, ſeu parua perſona eidem vene-
rabili monaſterio, ſiue in ſeruis Dei, vel in famu-
lis, aut etiam in ſeruis, vel ancillis, necnon, &
in liberis, vel in cunctis rebus ad id pertinentibus,
B videlicet in caſis, & poſſeſſionibus quoquo modo
aliquam moleſtiam inferre præſumat. Pariterque
concedimus, & confirmamus eidem ſancto mo-
naſterio primitias, vel decimas de ſuis hominibus,
ſiue de præceptalibus, atque ſacrum baptiſmum
liceter celebrare, & in Eccleſia ſancti Benedicti, &
ſanctæ Mariæ, ſicuti ei conceſſum eſt a partibus
Regum, per præcepti paginam, vel quicquid ibi-
dem contineri videtur, vel ſi quid ab anteceſſo-
ribus noſtris Pontificibus ſanctis, videlicet Ste-
phano, Adriano, Ioanne, Formoſo, vel ab alijs
anteceſſoribus Pontificibus eidē monaſterio cun-
ceſſum eſt, totum hoc integrum Apoſtolica au-
ctoritate vobis, veſtriſque ſucceſſoribus concedi-
mus, & confirmamus. Chriſma quoque, &
oleum ſanctum a quacumque Eccleſia voluerit,
C vel potuerit, licenter accipiant, ſtatuenteſq; Apo-
ſtolica cenſura præcipimus, vt nullus dux, mar-
chio, comes, vicecomes, caſtaldius, vel aliquauis
magna, ſeu parua perſona vllum diſtrictum in ali-
quibus locis ipſum monaſterium habere, vel iu-
dicare, ſeu aliquid placitum tenere audeat, niſi
ab ipſius monaſterij Abbate inuitatus fuerit, hac
quoque Apoſtolica auctoritate præcipiendo ſan-
cimus, vt neque Epiſcopus, vel alius quiſquam
de ordine clericorum Eccleſias, parochias, cellas,
vel prædia, vel quæcunque loca, ſeu res præfati
monaſterij auferre, aut alienare quoquo modo
præſumant, aut quamlibet controuerſiam, ſiue
iniuriam, ſeu aliquam domi iacturam in rebus
poſſeſſionibus, vel in nullis vtenſilibus, ſiue or-
namentis prædicto monaſterio inferre audeat.
D Hæc omnia, quæ ſuperius memorata ſunt, vide-
licet decimas, primitias, oblationes ad ſæpe di-
ctum monaſterium pertineant, necnon & baptiſ-
mum, chriſma, & oleum tibi dilecto filio noſtro
Theuzoni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in per-
petuum a præſenti quarta indictione per hanc no-
ſtri priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate
confirmamus, atque concedimus ſecundum præ-
dictum modum. Denique ſtatuimus cum dictus
Abbas de hoc ſeculo migrauerit, neque Rex, ne-
que dux, neque marchio, neque Epiſcopus, ne-
que comes, neque vlla alia perſona ibidem Ab-
batem ordinare præſumat, ſed congregatis in
vnum cunctis eiuſdem monaſterij fratribus, ac
communi conſenſu Dei prouidentia, qui dignus
hoc honore viſus fuerit, ex propria congregatione
Abbatem ibi ordinent. Si quis autem, quod non
optamus

optamus temerario auſu contra ea, quæ ab hac noſtra auctoritate pie,& firmiter per hoc noſtrum priuilegium ſtatuta ſunt, contraire tentauerit, vel hęc quæ a nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate jam dicti monaſterij ſtatuta ſunt refragari, aut quoquo modo tranſgredi præſumpſerit, ſciat ſe auctoritate beati Petri Apoſtoli anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, & eius atrociſſimis pompis, atque Iuda traditore domini noſtri Ieſu Chriſti æterni incendij ſupplicio cremandum, niſi quod male peccauit, digne correxerit. At vero qui pio intuitu cuſtos, & obſeruator extiterit huius noſtri Apoſtolici priuilegij, hic confirmationis benedictionis gratiam a miſericordiſſimo iudice Domino noſtro, vitamque æternam cum omnibus electis Dei conſequi mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Datum 8. id. auguſti, per manus Petri diaconi bibliothecarij, & cancellarij S. Apoſtolicæ ſedis anno domini Leonis Noni Papæ 2. ind. 4.

Ipſe Petrus non modo Abbatiæ ſancti Saluatoris de monte Amiato moleſtiſſimum faceſſit negotium, ſed etiam ſancti Ianuarij de Capoleone, ſiquidem conatus eſt territorium cum caſtello Panericæ, Eccleſiaque ſancti Blaſij peruerſo iure inuadere. Cumque lis illa, ac diuturnior contentio ad Gothifredum ducem Hetruriæ, Ildeprandumq; Cardinalem legatum deducta eſſet an. 1058. principibus illa iuſte iudicantibus, Epiſcopus cecidit cauſa. Declarauerunt enim, vti res erat mediam partem illius oppidi pertinere ad Abbatiam ſancti Ianuarij de Capoleone. Alteram vero partem ad Abbatiã ſanctæ Muſtiolæ. Faſſus Epiſcopus eſt ius incorruptum, ſeque deinceps velle ſtare iudicio, quamobrem ea de re condidere inſtrumentum, cui dux Gothifredus ſubſcripſit, ipſeque Epiſcopus Petrus, & alij. Eius exemplar ex originali extractum nobis perhumaniſsime ſubminiſtrauit nobiliſsimus vir Carolus Strozza.

In Dei nomine.

In comitatu Cluſino in loco Villa, quæ vocatur ad ſanctum Peregrinum in plebe ſanctæ Mariæ de Figuinæ, vbi in palatio reſidebat Gotifredus marchio, & dux, necnon & dominus Ildeprandus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus aſtantibus ibidem comitibus, ſcilicet Raynerius comes filius quondam Ardinghi, & Tegrenus, & Bulgatellus comites, & Vgo quondam Vguiccionis cum cæteris nobilibus Tuſciæ, & cum iudicibus ſiquidem infraſcriptis, Lambertus cum germano ſuo Vidone, & Gozolinus, atque Petrus, & Segnorellus, & Paganellus ſacri palatij iudices, in quorum præſentia aderat dominus Petrus venerabilis Epiſcopus Cluſinæ ſedis, de quo ſe proclamabat dominus Vincentius ſancti Ianuarij monaſterij Abbas de Capoleonia cum fratribus, ſeu aduocato ſuo, quod prædictus Petrus Epiſcopus cõtendebat terram cum caſtello de Palerita, & Eccleſia ſancti Blaſij prædicti monaſterij. Prædictus itaque dux hoc audiens, cum ſumma diligentia, & cautela inquiſita veritate ab omnibus, iuſſumque Epiſcopi, quoniam & Abbas, ſeu per confeſsionem eorundem Præſulum, & Abbatum, &

A Ardinghi filij Tuſi, & Buccij filij quondam Gorberti aduocatorum, & procuratorum eorum, quod medietas iam prædictæ terræ, & caſtellum eſſet de Eccleſia ſanctæ Muſtiolæ, & altera medietas pertineret ad Eccleſiam, & monaſterium ſancti Ianuarij de Capoleonis. Tunc laudator ſupra dictorum iudicum, prælibatique ducis, & præcepto legis, vbi inuenerunt confeſſos ſuo iure præiudicatos haberi placeat ſecundum ſupraſcriptam confeſsionem, & iuſsionem legis. Petrus Epiſcopus ſpontanea voluntate ſimul cum aduocato ſuo Ardingo refutauit, definiuit medietatem de ſupradicto caſtello, & Eccleſia, & ędificio cum medietate illius terræ, quæ infra ſubſcriptos fines inuenitur, a termino qui vocatur, a vado della naue, & ſicut currit via, vſque ad vadum de Poſeis, ſicut currit foſſa tunc de Lombarda, & mittit in foſſum de Canale, & ſicut terra diuiditur iuxta domum Ituli Tignanenſis, & ſicut peruenitur ad domum . . . : ſicut currit foſſatum de Lucernia vſque in fluuio Poſcia, & ſicut ipſe fluuius defluit ad viam, quæ vocatur Piſcina ceruaria, & ſicut currit per viam de Campo vetulo, ſicut foſſatum, quæ dicitur Minatorio mittit in Paganico, & ſicut fluuius Paganicus currit vſque in vadum della Naue. Inſuper obligauit ſe, ſuoſque ſucceſſores Epiſcopos tali tenore, qui amodo nullo modo præſumant aliquo ingenio prædicto Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis, vel monaſterio inquietare, vel aliquã moleſtiã de prædictis rebus inferre per ſe, vel per cõmiſſam perſonam, quod ſi præſumpſerit, componat decem libras puriſsimi

C auri ipſe Epiſcopus, vel ſucceſſores ſui prædicto Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis, aut monaſterio ſimiliter præfatus Abbas cum aduocato ſuo refutauit, & diffiniuit, & obligauit ſe, ſuoſque ſucceſſores eodem modo ſub eadẽ pœna prædicto Epiſcopo, eiuſque Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus, de altera medietate, exceptis ſiue antepoſitis tribus manſionibus, cum hortis, & caſis, & vineis, quarum vna regitur per Ioannem Maſſarium filiorum Aduli, alia caſa recta eſt per Auguſtulum Maſſarium filiorum Martini, tertia recta eſt per Stephanum filium Toſuli. Hoc ita peractum, tunc prædictus dux, & marchio miſit bannum, quod ſi alterutra pars inuicem audeat moleſtare alteram de præfatis rebus, quatenus componat argenti optimi libras centum, medietatem parti

D publicæ, & medietatem læſæ parti.

Actum eſt hoc anno Dominicæ incarnationis milleſimo quinquageſimo octauo 17. Kalendas iunij, indictione vndecima.

Locus † ſigni manus Gotifredi ducis inclyti, qui huic cauſæ præfuit.

Ego Petrus Epiſcopus Cluſinæ ſedis in hac definitione ſubſcripſi.

Ego Martinus presbyter, & canonicus laudans interfui.

Ego Petrus iudex interfui.

Ego Zelio iudex interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vuido iudex interfui, & ſubſcripſi

Ego Vuido notarius compleui, & ſubſcripſi.

Ego presb. Gerardus, & canonicus laudans interfui, & ſubſcripſi.

Ego Petrus presb. & canonicus laudans interfui ſubſcripſi.

Ego presb. Gerardus, & canonicus laudans interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vvido iudex in hoc exemplar poſt relictum a me diligenter, & percipiente Vvidone notario, vt eum ſubſcriberet, manu mea ſubſcripſi.

Ego Griffo notarius exemplum huius chartæ vidi, & legi, & fideliter exemplaui.

Ego Blancus notarius, vt ex exemplario vidi, iterum ſubſcripſi, & exemplaui anno Domini 1196 Henrico Imperatore in menſe iunij, indictione decima quarta.

Haud tamen deinceps Petrus quieuit, ſemper autem litibus æſtuans, clerum etiam ſuum illis inuoluit. Itaque quandoque vſu venit, vt Alexandrum ipſum Pontificem oportuerit cōcedere Cluſium vt Epiſcopo, cleroque a litibus tranquilla res foret. Itaque cum Ioanni Epiſcopo Tuſculano, ac Cardinali, alijſque ſapientibus viris implicitam illam cauſam detuliſſet, maturo deinde iudicio decreuit ex ſacrorum canonum cenſura, quartam decimarum partem ſpectare ad clerum, tres alias partes ad Epiſcopum, itemque omnium primitiarum medietatem, oblationum vero omnium Eccleſiarum illius diœceſis iure debere obuenire Epiſcopo, exceptis tamen oblationibus monaſterij ſancti Saluatoris de monte Ammiato, aliorumque quibus ex priuilegio ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum immunitas contigiſſet. Ergo cum Peruſiæ Pontifex commoraretur, latam huiuſmodi ſententiam, hoc cenſorio, fauorabilique diplomate conſtabiliuit, cuius originarium exemplar in archiuio Ammiatini cœnobij adhuc aſſeruatur,

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Sanctæ Cluſinæ Eccleſiæ in perpetuum.

Quoniam diuinę miſerationis reſpectu ad hoc vniuerſalis adminiſtrationis curam ſuſcepimus vt omnium Eccleſiarum quieté ſolerti ſtudio procuremus, omniumque animarum prælati prouidere omni tempore, ac vniuerſas quæſtiones in ſancta Eccleſia emergentes diligenter perquirere, inquiſitis vero legaliter calculum diffinitionis debemus imponere. Ea hac ipſa conſideratione noſtri officij coacti ſumus quandam quæſtionem in Cluſinenſi Eccleſia ortam ſagaci indagatione tractare. Quæſtio denique quædam in iam dicta Cluſina Eccleſia exorta eſt, atque in concilio ad Apoſtolicam ſedem delata. Ex antiqua namque conſuetudine parochianæ Eccleſiæ Cluſini Epiſcopatus bis in anno quaſdam conditiones Epiſcopo exhibebant ſemel in maiori hebdomada ante Paſcham, ſecūdo vero dum Epiſcopus ſynodale concilium celebraret. Hinc nata occaſione, conqueſti ſunt clerici illius Eccleſiæ aduerſus Epiſcopum ſuum, quod ipſe exigeret ab eis quendam annalem tributum, quod dicebant quaſi pro Chriſmate pretium, necnon pro adminiſtratione ſacri verbi, quam illis in ſua ſynodo exhibebat aliud quoddam ſtatutum. Quod nos audientes nimium exhorruimus, atque ſi ita eſſet,

A omnino damnare ſtatuimus, quia ſimoniacæ venalitatis ſete infecta hæc talia videbantur. Diſcuſſimus itaque te per hoc prout voluimus, ſed quia plurimis, & maximis eccleſiaſticis negotijs occuparemur, plenaliter diffinire nequiuimus, ac proinde ad noſtram audientiam tandem deferendam ſtatuimus tempore quo eum nobis liceret quieta perſcrutari, licet ita demum canonica diffinitione concludere. Vnde actum eſt, vt paulo poſt nobis Roma ad Lucenſium preces proficiſcentibus ipſa eadem quæſtio in itinere dum per partes illas tranſiremus, repræſentaretur, & cum inibi diu Epiſcopo, clericiſque præſentibus ventilaretur quibuſdam adſtantibus, nec adhuc plane diffinitionis ſententiam cenſere dignum duximus, ſicque de-
B nuo euenit, vt cum Luca Romam reuerteremur, inuitati Epiſcopo ad prædictam Cluſinam Eccleſiam, pia, & efficaci ipſius Epiſcopi rogatione inflexi veniremus. Tunc euocato ibi vniuerſo clero prædicti Epiſcopatus, maximaque parte populi congregata ſupra dictam quæſtionē diligenti examinatione perquæſiuimus, reſidente nobiſcum dilecto fratre noſtro Ioanne ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Tuſculano Epiſcopo, aſtantibus quoque plurimis religioſis Abbatibus, & ſacerdotibus, etiam Raynerio filio Burgarelli, & Bernardo filio Ardinghi, multiſque alijs maioribus, & minoribus. Quam diuino nutu prouida conſideratione inſpectam, ita viſum eſt nobis fore diffiniendam, ſcilicet vt huiuſmodi infamia, quæ tali-
C bus occaſionibus Cluſinæ Eccleſiæ inoleuerat, his omnibus amputatis abſcinderetur, & ſtatutum, quod ſacri canones de redditibus, & votis Eccleſiarum pręcipiunt, ab vtriuſque partibus inuiolabiliter cuſtodiretur. Sequentes igitur præcepta canoni Papali ab Epiſcopo quarta parte decimarum dari temporibus vero reliquia in diſpoſitione Epiſcopi pręſidentibus Epiſcopum vero medietatem omnium primitiarum, tertiamque totius oblationis cunctarum Eccleſiarum Epiſcopatus viuorum, ac mortuorum, tam in terris, quam in vineis mobilibus, vel immobilibus, ſeu cuiuslibet generis poſſeſſionibus habere cenſuimus, oblationibus antiquorum monaſteriorum excepta, videlicet, ſancti Anthymi, ſancti Saluatoris, necnon
D ſancti Benedicti, & ſancti Petri in Campo. Addidimus etiam quod nullus laicorum Eccleſias tenere, vel oblationes viuorum, & mortuorum in proprios vſus retorquere præſumant, ſunt enim plurimi, qui Eccleſiaſticas res, quaſi iure hæreditario a parentibus ſibi relictas impudenter vſurpant, quod quia eccleſiaſticis ſtatutionibus nimis oppugnet, modis omnibus inhibemus. Quicumque ergo temerario auſu huic noſtræ ſanctioni cōtraierit, & hoc noſtrum Apoſtolicum decretum in totum, partemue infregerit, ſi ex ſacris ordinibus fuerit, ſui ordinis periculum incurrat, ſi vero laicus, noſtræ Apoſtolicæ excommunicationi ſubiaceat. Et inſuper bannum noſtrum componat, ſeptuaginta videlicet optimi auri libras, medietatem Lateranenſi palatio, medietatem autem parti noſtrum Apoſtolicum ſeruanti decretum.

Datum Peruſiæ tertio Kal. ianuarij per manus Petri clerici fungentis vice Petri S.R.E. ſubdiaconi, ac biblio-

bibliothecarij an. ab incarn. Domini 1068. Pontif. vero D. Alexandri II. anno 8. indict. 6.

5 LANFRANCVS memoratur in epiſtola Gregorij Septimi, pro abſolutione Rodulphi Epiſcopi Senenſis, qui Henrico Regi excommunicato communicauerat anno 1076. Ab hoc Præſule Abbati ſancti Saluatoris de monte Amiato ſatis tranquilla res fuit, qui viſis iuribus, quibus in montem Pinzutulum, aliaque loca ſuæ ditionis dictus Abbas gaudebat, conceſſit, donauit, ac dilargitus eſt omnes decimas anno 1094. ne vel ipſe in poſterum, neue ſui ſucceſſores in ſe trahere conſtentur. Eius rei monumentum, ex originali extractum, quod in archiuio eiuſdem Abbatiæ aſſeruatur, hic exſcribendum curauimus.

In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.
Anno ab incarnatione eius milleſimo nonageſimo quarto menſe aprilis indict. ſecunda.

☞ Conſtat me Lanfrancus venerab. Epiſcopus de Epiſcopatu Cluſino, qualiter per hunc ſcriptum repromiſſionis, & reſutationis, reſuto, & obligo me Epiſcopo, & meos poſteros ſucceſſores Epiſcopos, hoc eſt integra decima de caſtello de monte Pinzutulo, & de curte, & de Camignana ante poſitum allodo de comite Eccleſia ſancti Saluatoris ſito monte Amiato, & ad Gerardum Abbatẽ, & ac ſuos poſteros ſucceſſores Abbates ſpondeo, & obligo me Epiſcopum, & meos poſteros ſucceſſores Epiſcopos, & ad eccleſiam S. Saluatoris, & ad Gherardum Abbatẽ, & ad ſuos poſteros ſucceſſores Abbates, ſi vnquam in tempore . . a decima agere, aut cauſare, vel per placitum fatigare præſumpſerimus per quoduis ingenium quod vnquam homo in ſe cogitare vt ſimus nos compoſituri ad Eccleſiam ſancti Saluatoris, & ad Gherardum Abbatẽ, & ad ſuos poſteros ſucceſſores Abbates de bono aſſenſu libras ſexaginta, & poſt pœna ſoluta . . decima in veſtra prima poteſtate, qua vero nunc ſcripta repromiſſionis, & reſutationis Ildeprando notarius, & iudex tradidi ſcribere rogauit.

Actum in Villa de Moſona feliciter.
Ego Lanfrancus, Dei gratia Epiſc. ſſ.
Ego Ioannes archipresb. ſſ.
Signum manus Rolandi filij quondam Raynerij, & Guiſone filio Iulitæ, & Bonino filio q. Rodulphi rogati ſunt teſtes.
Ego Ildeprandus notarius. & index poſt tradita facta ſcripſi, & compleui

Idem Epiſcopus Lanfranchus ann. 1098. menſe iunio confirmauit, conceſsitque Abbati Ammiatino Gerardo portionem, ac decimam Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Richoburgo: arbitror hunc illum eſſe Lanfranchum Cluſinum Epiſcopum, quem Vrbeuetana hiſtoria vult Bouacciauæ gentis fuiſſe alumnum, itemque Vrbeuetanum ciuem, floruiſſeque anno 1156. Cæterum cum illius hiſtoriæ auctor paſsim videatur inuertere tempora, haud me illa inuerſio mouet, quominus cenſeam, hunc illum eum ſupramemorato eundem eſſe.

10 PETRVS ſubſcribit quoddam priuilegium ab Honorio Secundo indultum Eccleſię Piſanæ 1126. Forte ille, qui interfuit conſecrationi Eccleſię ſancti Thomæ in Parione Romę celebratæ ab Innocentio Secundo anno 1139. die 21. decembris, aſtititque vna cum Fulcherio Tyrenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, & Conrado Sabinenſi Epiſcopo, vt legitur in marmorea tabula ibidem ad parietes infixa. Quo etiam Præſule floruit Gratianus Cluſinus Benedictini ordinis monachus, qui ſcripſit decretum, ſiue concordiam canonum. Opus valde laborioſum ſcripſit Bononiæ in monaſterio SS. Felicis, & Naboris anno 1127. vel vt alij volunt 1151. de quo Bononiæ in Eccleſia S. Petronij ſequentem vidimus memoriam.

Gratiani Cluſini Cæſarei iuris,
& Pontificij enucleatoris
prope diuini,
qui monachus in martyrum
Felicis, & Naboris æde abſolutiſſ.
ibidem opus decretorum,
anno gratiæ M.C.LI.
compilauit monumentum,
quod illic carie obſorduerat
hic magnificentius renouatum eſt.
Ioannes Franciſcus Aldrouandus Bononienſis
I.V. Dictator
ære publico inſtaurauit
anno ſalutis M.CCCC.LXXXXVIII.
idib. Iunij
Ioanne Bentiuolo II PP. rempubl.
feliciter gubernante.

Nec omittam Eugenij Tertij documentum, quod in fauorem cœnobij ſancti Benedicti de Saxo Laterone Cluſinæ diœceſis conceſſum fuit, cuius tenor ex originali Abbatiæ Ammiatinæ eſt huiuſmodi.

EVGENIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Dilecto filio Actoni Abbati monaſterij ſancti Benedicti de Saxo Laterone, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſsis.

☞ Religioſis deſiderijs dignum eſt facilẽ præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quaſcumque poſſeſsiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte, & canonice poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, Eccleſias ſancti

Blaſij Bellicionis, ſancti Saluatoris Stratenſis, ſancti Leonardi, in qua eſt hoſpitale de trabe dunati Eccleſiam ſancti Chriſtophori in Serraſicca, Eccleſiam ſancti Saluatoris Schifiæ. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prælatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, atque ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua diœceſanorum Epiſcoporum canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtram conceſsionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendare curauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſsimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, per manum Rolandi presb. Card. & cancellarij, idib. iunij indict. 1. incarn. Dominicæ anno 1153. Pontificatus vero D. Eugenij iij. Papæ anno nono.

Cœnobium hocce vnitum poſtea fuit monaſterio ſancti Saluatoris montis Amiati, cuius reliquiæ hodie non extant. Saxum Laturanum oppidum eſt in monte ſitum in Senenſi territorio, quod nunc Latronis mons ab incolis vocitatur.

11 LEO Lateranenſi concilio aſſedit ſub Alexandro Tertio anno 1179.

12 GVALFREDVS floruit 1200. quem Manentes, & Monaldeſchus Bonaccianæ familiæ fuiſſe affirmant.

13 THEOBALDVS vixit anno 1210.

14 HERMANNVS filius Symonis Theobaldo ſucceſsit, eiuſdemque mentio habetur anno 1215, in monumentis Amiatinis, in regeſt. Honorij Tertij anno quinto, qui fuit 1220. vocatur electus.

15 GVALFREDVS poſt Hermannum Cluſinam rexit Eccleſiam, eiuſdemque habetur memoria anno 1222. in Calepho Aſſumptæ, in archiuio Bichernæ Senenſis, mortem obiit anno 1225. priuilegiatus fuit ab Honorio Tertio Pontifice 1226. quo ipſo anno ad id muneris narratur fuiſſe electus.

16 PISANVS ab eo Cluſinorum Pontifex electus eſt anno 1229. vſque ad annum 1237. Huius item memoria extat in archiuio Abbatię ſancti Saluatoris de monte Amiato, quę anno 1229. amotis prius Nigris monachis ad ordinem Ciſtercienſem tranſijt, Gregorij Noni auctoritate, huiuſmodi diploma tale eſt,

A GREGORIVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Abbati, & conuentui Ciſtercienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sæpe vinitor diligens vites degeneres, maxime quæ non ſolum terram inutiliter occupant, verum etiam pernicioſe luxuriant in perniciem palmitum electorum euellens non ſine labore radicitus loco illarum ſtudet vites vberes propagare, vt tota fiat vinea fertilis, ac iucunda. Quare nos licet inſufficientibus meritis inter operarios, vel verius ſuper operarios ſumus in vinea Domini conſtituti huiuſmodi vinitoris imitabile ſequentes exemplum. Cum in monaſterio ſancti Saluatoris de monte Ammiato, quod aliquando B tanquam electa vinea flores, & fructus produxerat honeſtatis, quædam radices peſtiferę pullulaſſent, quibus quominus in deterius proficerent, nullum potuit remedium adhiberi, dum monachi habitantes ibidem, immo tanquam ſcurræ vagantes regularis religiæ diſciplinæ incorrigibili rebellione in exterminium monaſterij conſpirabant, eos inde tandem fecimus amoueri. Ne igitur dictum monaſterium remaneat deſolatum, ſed potius tanquã hortus deliciarum Domini reuireſcat ſibi Eccleſijs, caſtris, hominibus, poſſeſsionibus, libertatibus, iuribus, & alijs bonis ſuis tam ſpirituali- C bus, quam temporalibus integre reſeruatis prouidimus ibi Ciſtercienſem ordinem propagandum, vt Abbas, & conuentus ibidem ſicut Domino placuerit, ordinandi Ciſtercienſi monaſterio immediate filiali reuerentia ſecundum ſtatuta ipſius ordinis ſint ſubiecti. Volentes igitur, quod a nobis deliberatione præhabita eſt prouiſioni robur obtineat perpetuę firmitatis prouiſionem prędictam inconcuſſa decernimus ſtabilitate vallare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prouiſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud ſanctum Petrum 15. Kalend. maij Pontif. noſtri anno 2.

Confirmationem autem annexionis huius celeberrimæ D Abbatiæ Ciſtercienſes Patres a Friderico Imperatore eiuſdem monaſterij patrono impetrauerunt, vt epiſtola cum Imperatorio diplomate demonſtratur.

Inclyto, & triumphatori domino Federico, Dei gratia, Romanorum Imperatori, & ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Regi.

Frater G. dictus Abbas Ciſtercienſis, & . . . . de firmitate . . de Pontiniaco . . de Claraualle . . & de Morimundo dicti Abbates, ac conuentus, Abbatum capituli generalis, cum omni humilitate, & reuerentia ſalutem, & qui eſt ſalus omnium, & Saluator. Quia ingratitudinis vitium vitare volumus, & Imperiali munificentiæ, quæ quantum cum Deo poſſumus cupimus reſpondere in monaſterio ſancti Saluatoris de monte Ammiato, quo-

quorundam monachorum Nigrorum, nunc autem de nouo mutatione dexteræ excelſi, vt credimus, & auctoritate domini Papæ, & dono veſtræ conceſſionis Imperialis ordini Ciſtercienſi in propriam Ciſtercij filiam incorporato, & pertinentijs ſuis, quas tenent, ab Imperio iura, & rationes veſtras, & Imperij omni tempore volumus penitus eſſe ſalua, & Abbati eiuſdem monaſterij, ac ſucceſſoribus concedimus, atque mandamus, quicumque pro tempore fuerint in monaſterio, vt vobis, & ſucceſſoribus veſtris Imperatoribus fidelitatem faciant, & . . . . exhibeant, ſicut Abbates ipſius monaſterij facere conſueuerunt: ſuppliciter autem rogamus, vt de cætero ipſum monaſterium, Abbatem, & fratres, & ea, quæ ad ipſum ſpectant, pro reuerentia Dei, & ordinis habere dignetur Celſitudo veſtra ſub alis protectionis, & defenſionis Imperialis ita ſpecialiter commendata, quod Deus in retributione perpetua, & ordo noſter in deuotis orationibus, & multimodis gratiarum actionibus vobis merito teneant.


Datum apud Ciſtercium tempore capituli generalis anno D. 1231.

Quæ litera erat munita quinque ſigillis cereis pendentibus.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.
Fridericus Secundus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hieruſalem, & Siciliæ Rex.

Si inter curas regiminis temporalis, cuius Monarchiam diuina clementia miſerante tenemus, Eccleſiarum feſtibus conſulentes fidelium noſtrorum, quæ pro earum commoditatibus nobis porriguntur ſupplicationes admittimus, & Regi Regum, de cuius manu quæcumque bona poſſidemus, recepimus, gratum ſeruitium exhibemus, & ſupplicantium nobis obligamus arctius voluntates. Cum igitur Raynerius venerabilis Abbas ſancti Saluatoris de monte Amiato Ciſtercienſis ordinis, in noſtra propoſuerit præſentia conſtitutus, qualiter monaſterium dicti S. Saluatoris de monte Amiato, quod olim fuerat in ſpiritualibus floridum, & in têporalibus opulentum, per diſſolutam vitam monachorum Nigri ordinis exiſtentium in eodem ad tantam mutationem, & deformitatem deductum fuerit, vt nec diuinis obſequijs, nec humanis iam eſſet vtilitatibus opportunum, id nobis tanto ſe grauius obtulit quanto monaſterium ipſum ſpeciali fauore Diui Auguſti Imperatoris Henrici chariſſimi patris noſtri recolendæ memoriæ inuenimus communitum, prout ſe tenore priuilegij ſui nobis patuit manifeſte. Quare nobis dictus Abbas humiliter ſupplicauit, monaſterium ipſum transformandi in Ciſtercienſem ordinem eidem præberemus de innata clementia licentiam, & aſſenſum, verum quia reuerendus pater noſter D. Gregorius ſummus Pont. ad hoc ſuorum precibus, & monitis hoc induxit. Nos preces, & monita eiuſdem ſummi Pontificis admittentes, & prædicti Abbatis ſupplicationibus benignius inclinati, de ſolita munificentia noſtra eidem Abbati conceſſimus nominatum monaſterium ſancti Saluatoris de monte Amiato cum omnibus bonis, & iuribus ſuis in Ciſtercienſem ordinem transformare, vt locus, qui ſperabatur poſſe nullo modo reformari ſub eodem ordine tanquam ſub bono, & vtili cultore pullulet, & ex infimo proueliatur in altum; recipientes nominatum Abbatem fidelem noſtrum, & præfatum monaſterium ſub ſpeciali protectione, & defenſione noſtra. Et omnia, quæ in priuilegio patris noſtri, ac in priuilegijs diuorum Auguſtorum prædeceſſorum noſtrorum recolendæ memoriæ continentur eidem Abbati, & monaſterio de benignitate ſolita confirmamus, ſalua fidelitate, & omni iure Imperij per prædeceſſores Abbates ipſius monaſterij nobis, & Imperio facere tenebantur, ac idem Abbas, & ſucceſſores ſui facere tenentur, & debent, non obſtantibus Ciſtercienſis ordinis inſtitutis, per quæ monachi profeſſionis eiuſdem ſe aſſerunt de ijs, quæ tenentur non debere ſeruitium exhibere. Statuimus inſuper, & Imperiali edicto firmiter præcipimus, quatenus nulla omnino perſona alta, vel humili, ſecularis, vel eccleſiaſtica monaſterium ipſum, aut eius Abbatem contra præſentem conceſſionem, & confirmationem noſtram moleſtare, vel perturbare præſumat. Quod qui auſu temerario præſumpſerit, in vltionem ſuæ præſumptionis, centum libras auri puri pro pœna componat, de quibus medietatem Cameræ noſtræ, & reliquam medietatem ſoluet ſæpedictis monaſterio, & Abbati. Huius rei teſtes ſunt venerab. Archiepiſcopus Capuanus, & Epiſcopus Melphiẽſis familiares noſtri Frat. h. hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum Magiſter, Riccardus Filangerius mareſcalchus, Riccardus Camerarius Cameræ noſtræ, & alij quamplutes. Ad cuius rei memoriam præſens priuilegium fieri, & ſigillo Maieſtatis noſtræ iuſſimus communiri.

Signum D. Frid. inuictiſs. Imp. ſemper Auguſti, Hieruſalem, & Siciliæ Regis.



Dei clementia, in-

Acta ſunt hæc apud Melphiam anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo, menſe maij nonæ indictionis, imperante domino noſtro Friderico Dei gratia inuictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Rege Imperij eius xvij. regni Hieruſalem 6. regni vero Siciliæ xxxiv. feliciter. Amen.

Datum anno, menſe, & indictione præſcriptis.

Anno vero 1237. Piſanus cum Manfredo Amiatino Abbate ſe compoſuit, ſiquidem rationum ſuarum ſuper Eccleſias Arcidoſſi, Montiſpizzutuli, Montiſque Nigri arbitros honorarios cõſtituit Maphæum ſanctæ Floræ plebanum, Rotlandumque Arcidoſſi capellanum, eiuſque conditum inſtrumentum eſt, eodem anno 1237. indictione decima, idib. februarij in oppido Radicofani

ſani apud xenodochium Abbatiæ ſancti Petri in campo Malburgo Malmibaeci, aſſentientibus pro Cluſino clero Arengerio Archipresbytero Cluſino, pro monachis vero Ammiatinis Angelo eiuſdem cœnobij monacho, tulitque contra Epiſcopum Abbas fauorabilem ſententiam, ſpectare ſcilicet Eccleſias illas ad Abbatem pleno iure, ſicut in eiuſdē anni ſententia perſpici poteſt, quæ a compromiſſarijs emanauit, aſſeruaturque adhuc in archiuio Abbatiæ ſancti Saluatoris de monte Ammiato.

17 BENEDICTVS floruit anno 1240. ſucceſſitque Piſano.

18 FRIGERIVS ſucceſſit Benedicto, qui ab Innocentio Quarto anno 1248. 5. idus maij translatus eſt ad Peruſinam Eccleſiam, vt habetur in epiſtola 976. fol. 544. regeſto Vaticano Anno quinto.

19 PETRVS poſt Benedictum Cluſinum Pontificatum obtinuit anno 1255. Hic diuturniori lite Abbatem Ammiatinum exercuit, cum arbitraretur dictum Abbatem violento iure in ſe traxiſſe iuriſdictionem Eccleſiarum Radicoſani. quamobrem Apoſtolicus idem ipſe commiſſarius longum ea de re condidit proceſſum, adhibuitque ingentem copiam teſtium, ex quorum confeſſione exprimeret verum. Cæterum cum retuliſſent illi a Theobaldo vſque ad Petrum plenum illud ius perduraſſe, Petrus Cluſinus deſtitit vrgere litem, cauſaque cecidit. Ad quod ſi cautius, qui ſubiecti ſunt, reſpexiſſent Ammiatini Abbates nunquam paſsi fuiſſent pro dimidio inter ipſos, Cluſinoſque Præſules, Eccleſias illas diſtrahi. Tametſi autem ab re videatur futurum hic retuliſſe, Raynerium Ammiatinum Abbatem medietatem caſtelli Radicoſani Eugenio Tertio Pontifici ſummo donaſſe, patiar tamen libenter hanc meam digreſsionem a lectoribus decideri, dummodo hinc aduertant, cuius dignitatis, cuiuſque potentiæ illa Abbatia fuerit, in qua exornanda, augendaque ſummi Pontifices, Reges, Imperatores olim viſi ſunt decertaſſe. Conuenta autem inter Abbatem, Eugeniumque Pontificem ſequentia ſunt, quæ in eiuſdem monaſterij archiuio extant.

In nomine Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 1153. anno nono domini Eugenij Papæ Tertij, indictione prima menſis maij die vigeſima nona.

Ego quidem Raynerius licet indignus Abbas monaſterij B. Saluatoris de monte Ammiato, aſſentientibus fratribus meis, & monachis ipſius monaſterij Stephano presbytero, & A. diacono, & R. & A. conuerſis, cæteriſque fratribus ipſius monaſterij conſentientibus etiam ſubſcriptis vaſſallis ipſius monaſterij, & teſtibus vocatis hac die propria, ſpontaneaque mea voluntate, in præſentia dominorum Epiſcoporum Conradi Sabinenſis, Vmari Tuſculani, Vgonis Oſtienſis, & coram dominis presbyteris Cardinalibus Gregorij tituli ſancti Calliſti, Rolandi Cardinalis, & Cancellarij, & Vbaldi tituli ſanctæ Praxedis, Ariberti tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, & Iulij tituli ſancti

A Marcelli, necnon etiam in præſentia dominorum diaconorum Cardinalium Odonis ſancti Georgij ad velum Aureum, Guidonis ſanctæ Mariæ in Porticu, Ioannis ſanctorum Sergij, & Bacchi, Gerardi ſanctæ Mariæ in Via lata, & Bernardi ſanctorum Coſmæ, & Damiani, ac eorum dominis iudicibus, Gregorio Carano, R. primo defenſore Philippo ſacellario, Mardone protoſcriniario, Gregorio Corano, & Ildeprando Aquæ pendentis, in præſentia etiam aduocatorum Ioannis iudicis, R. Deſtimarci, Benedicti de Leone, & Bartholomæo, loco, & concedo vobis domino noſtro Eugenio a Deo decreto ſummo, & vniuerſali Pontifici, & in ſacratiſsima ſede beati Petri Apoſtoli Papæ Tertij, & per vos beato Petro Apoſtolorum Principi, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, omnibuſque veſtris Catholicis ſucceſſoribus in perpetuum, ideſt medietatem integram vnius caſtri, quod vocatur Radicoſanum cum dimidia in integrum, parte totius curtis, & cum tenimentis ſuis, & burgo de Calamala, & blandis, & placitis, & diſtrictu, & omni honore ipſius caſtri, omnia in integrum pro medietate, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus loco, & concedo, exceptis antiquis poſſeſsionibus, quæ etiam tempore condigno, & per ſpeciales, & proprios Chriſtianos miniſtros monaſterij tenebantur, & cuſtodiebantur ad vſumfructum ibidem ſeruientium, & feudis, & libellarijs, quo ſimiliter nomine tantum monaſterij detinebantur. Reſeruato etiam monaſterij ſancti Saluatoris iure Eccleſiarum, quod in eis habet, in burgo quoque de Camala C redditus panis, & vini, qui de agris, & vineis ſoluitur. Poſſeſsiones etiam monaſterio noſtro integre reſeruando, omnes autem homines ipſius caſtri, vobis, veſtriſque Catholicis ſucceſſoribus contra omnes homines fidelitatem iurabant, mihi quoque Abbati, meiſque Catholicis ſucceſſoribus fidelitatem faciant. Sic tamen, vt ſi quando ego, vel ſucceſſorum meorum quilibet præter tenorem hac charta comprehenſum, caſtrum ipſum vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Catholicis, ſanctæue Romanæ Eccleſiæ auferre tentauerimus, vel caſtrum ipſum, vel quamlibet partem eius, cuiquam in feudum, vel quolibet alio modo conceſſerimus, aut conceſſum ſeruauerimus, & requiſiti intra tres menſes non emendauerimus, a fidelitate Abbatis ſint ſoluti, & caſtrum ipſum in ius D beati Petri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ deuoluatur. Si vero dominus Papa, vel ſucceſſorum veſtrorum quilibet, vel ſucceſſorum meorum alicui, vel monaſterio ſoluere deſignatum cenſum ceſſaueritis, vel cuſtodes veſtri eiecerit, & intra tempus ſubſcriptum non emendaueritis, tunc a fidelitate veſtra, veſtrorumque ſucceſſorum ſoluantur, ad indicium autem, quod caſtrum ipſum monaſterij ſancti Saluatoris iuris, & proprietatis ſemper exiſtat ad veſtimenta monachorum vos, veſtrique ſucceſſores, mihi, meiſque ſucceſſoribus, & monachis, qui pro temporibus ſex marchas puri argenti annis ſingulis menſe maij pro penſione perſoluatis. Hoc etiam duxi adnectendum, vt caſtrum ipſum per cuſtodes veſtros proprios, veſtrorumque ſucceſſorum aſſumptis ſe-

cum

cum duobus, vel tribus cuſtodijs meis, meorumque ſucceſſorum ſemper teneatur, per quos, & per alios homines ipſius caſtri, & a vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ſicut quod iuris beati Petri exiſtit monaſterium ipſum cum bonis ſuis, & pranorum hominum incurſionibus defendatur, nec ab eiſdem fraudulenter malitioſe perturbetur, & ipſum caſtrum in alicuius alterius dominio, vel poteſtate, ſiue cuſtodia nullo vnquam in tempore tranſferatur, & omnes veſtri, vel veſtrorum ſucceſſorum, qui ibi pro tempore fuerint, quod mihi, & monaſterio in ipſo caſtro reſeruatum eſt, mihi, meiſque ſucceſſoribus conſeruare iurabunt. Si vero ſupradictus cenſus aliquo caſu per tres annos ſolutus non fuerit, & vos, ſiue ſucceſſores veſtri ter requiſiti, & in quarto anno integrum perſolui non feceritis, ſiue etiam cuſtodes monaſterij ab hominibus veſtris de caſtro electi fuerint, & infra tres menſes poſtquam tertio requiſiti fueritis ſuper adiecto tempore aditum faciendum, & ad cuſtodiam monaſterij opportune reuocandum, ſiue vtriuſque partis malitia ſufficienter reſtituta non fuerit, licet locationis chartula de cætero viribus careat, ſi quando & Romanus Pontifex qualibet ex cauſa caſtrũ ipſum ad manus ſuas retinere noluerit, ipſi monachi abſque compenſarum recompenſatione reſtituatis, eo tamen tenore, vt quæcumque idem Romanus Pontifex, qualibet cauſa, vel ſucceſſorũ eius Catholicus quilibet ad ſuas manus caſtrum ipſum reuocare voluerit, ſimili tenore abſque contradictione, & impenſarum reſtitutione, quam ſcribendam rogaui Andream Scriniarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe, & indictione ſupradicta prima.

Signum manus ſupradicti domini Eugenij ſummi, & vniuerſalis Pontificis, & in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papæ Tertij conductoris huius propter reg.

Cencius Fraiapanis egregius Romanorum Conſul.
Ioannes Petri Leonis egregius Romanorum Conſul.
Oddo Fraiapanis sereniſſimus Romanorum Conſul.
Gratianus filius Obijcionis.
Petrus de Leone Romanorum Conſul.
Obicio Leonis Petri de Leone Romanorum Conſul.
Ioannes Fraiapanis filius domini Gencij Romanorum Conſul.
Stephanus de Theobaldis.
Hyacinthus domini Papæ Dapifer.
Stephanus Infans filius Stephani de Theobaldo.
Oliuerius Romani de Oliuerio.
Vviſcardus de familia domini Papæ.
Ioannes Rancione.
Berardus frater eius.
Ioannes de Bibiano.
Rogerius Guitto ſupracocus D. Papæ.
Petrus Riccius, Donellus Abbaiamonte Hoſtiarij.
Petrus Scarico.
Robertus Mareſcalcus Equorum Alborum.
Ioannes de Ancilla Dei.
Litaldus cognatus eius.
Benedictus Leonis.
Petrus Buccabella.
Theodorus Gregorij de Caſello.

Et quamplures alij teſtes.

In manu ſcripto codice pergameno eiuſdem Abbatiæ ſancti Saluatoris de hac re aliud, quod ſequitur extat documentum.

In nomine Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 1153. anno nono Pontificatus domini Eugenij Tertij Papæ, indict. 1. menſis Iunij die 3.

Ego quidem D. Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, & in ſanctiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papa Tertius. In præſentia fratrum meorum Epiſcoporum Cancellarij, & Cardinalis, hac die propria, ſpontaneaque mea voluntate loco, & concedo tibi Vvicioni comiti de Montemano, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, idest quartam integram partem vnius Roccæ, quæ dicitur Tranianum, cum integra quinta parte domorum, & caſalinorum, terrarum, ſementariarum, vinearum, ſiluarum, pratorum, padulium, & pantanorum, cum fontibus, riuis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, collibus, plagis, & planitijs cum integra quinta parte omnium placitorum, & bandorum, & cum quinta parte totius honoris, & diſtricti, & cum omnibus ipſi caſtro generaliter, & integre pertinentibus poſitis in territorio Cluſino, ſicut inter ſuos concludit affines, iuris beati Petri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad tenendum, vtendum, fruendum, meliorandum, & ſicut dictum eſt, in perpetuum poſsidendum. Qualiter beati Petri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ competit per donationem a te mihi, meiſque ſucceſſoribus factam, ita tibi, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum loco, & concedo, & omni anno, menſe maio perſoluatis pro penſione nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, & ſacro Lateranenſi palatio, dimidium Morabetini, & ſi acciderit, quod per tres annos nobis, noſtriſue ſucceſſoribus dictam penſionem non perſolueritis, & in quarto anno requiſitus duplum nobis, & noſtro ſacro palatio conferetur. Ego itaque vna cum meis ſucceſſoribus defendere promittimus tuis, tuiſque hæredibus, ac ſucceſſoribus contra omnes homines, ſi opus, & neceſſe fuerit. Si qua vero pars contra fidem huius locationis venire attentauerit, & cuncta quæ dicta ſunt quolibet modo non obſeruaueris, vel ſi tu conductor, aut tui hæredes, aut ſucceſſores nobis, & ſacro noſtro palatio, quæ dicta ſunt non perſolueritis, & obſeruaueritis, tunc dicta pars infidelis parti fidem ſeruanti pro pœna decem boni auri libras, & ſoluta pœna, hæc duæ locationis chartulæ vno tenore conſcriptæ per manum Andreæ ſcriniarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe, & indictione ſupraſcripta prima, ſecundum eorum tenorem firma permaneant.

Signum † manus ſupraſcripti domini Eugenij ſummi, & vniuerſalis Pontificis, & in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papæ Tertij, huius chartulæ rogaui.

Gentius Fraiapanis Romanorum Conſul.
Hyacinthus D. Papæ Dapifer.

Petrus

Petrus Vrbis præfectus.
Maximus Guitianus.
Oddo Franconis.
Aſſalitus Conradi de Guito . . .
Guinad de Radicofani.
Salac filius eius.
Mirus Maſsinelli.
Ardimanus Caſtellionis vallis de Oue,
Gerardus Vicecomes de Ciuitella.
Petrus de Aſcia.
Benedictus Zenonis.
Blaſius de Macello.
Orlandinus Bometti.
Benarſus de Cauiano.
Coſsinallus de Meiola.
Arnolfinus Caſtellionis vallis Vue.
Et ego Andreas Scriniarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ compleui, & abſolui.

20 RAYNERIVS Epiſcopus Cluſinus, vixit anno 1260. eiuſdemque memoria extat anno 1268. in archiuio ſancti Saluatoris Ammiatini.

21 PETRVS Archipresbyter Cluſinus, a Gregorio Decimo eiuſdem Eccleſiæ ſublectus Epiſcopus eſt anno 1273. die 17. menſis aprilis ex regeſto Apoſtolico. Hic cum proficiſceretur ad conſecrandas Eccleſias ſanctæ Barbaræ ex ordine diui Auguſtini, Plani Caſtaniarij, ſanctæque Floræ, ab Ammiatinis monachis humaniſſime exceptus eſt, haud tamen tanquam diœceſanus Epiſcopus, quæ res adeo trepida viſa eſt, vt factum deinde peculiari inſtrumento ſuffultum, mandarint memoriæ ne inde Cluſini Præſules aliquid iuris ſibi viderentur acquiſiſſe in monachos. ſub Decimo Gregorio pro B. Epiſcopo Cardinali Prænestino ſpoliorum collector fuit. Eius memoria extat vſque ad annum 1299. quo è viuis eximitur. Cæterum hunc Petrum ſingularis doctrinæ, prudentiæque fuiſſe oportet, ſi vlla fides adhibenda eſt literis, quas ad illum ſcripſit ſupramemoratus Card. Præneſtinus.

Reperi autem quendam Tranſmundum Monaldeſcum Præſulem Cluſinorum fuiſſe an. 1292. vt in Vrbeuetana hiſtoria narrat Manentes, cuius rei fidem apud illum eſto. Sicut etiam mihi ſuſpecta narratio eſt de quodam Thoma Mediceo, quem auctores iſti, nulla ſubnixi ſanctiori fide Cluſinorum Epiſcopum faciunt anno 1300. Siquidem in Cluſina ſede adhuc florebat Petrus anno 1295. cum eiuſdem anni die vigeſima tertia menſis octobris inaugurauerit quendam Compagnum è Montichiellio, vt mihi videre contigit in archiuo Bichernæ Senenſis, quem etiam vixiſſe reperio anno 1300. quamobrem inde mihi fit cõiectura Tranſmundum Monaldeſchum, Thomamque Mediceum nunquam Cluſinam conſcendiſſe Cathedram, Petroque adminiſtrationem pertinuiſſe ab anno 1273. vſque ad annum 1299. quo defunctus eſt, vt habetur in regeſto Vaticano. Sequens Cluſinam Eccleſiam ſuſcepit regendam.

22 Fr. MATTHÆVS, quem alij Marcum Mediceum Vrbeuetanum appellant, ordinis Prędicatorũ nobilis genere Epiſcopus Cluſinus ſub-

A lectus eſt anno Domini 1299. decimo Kalendas decembris conſecratus in Romana curia per Ioãnem Epiſcopum Cardinalem Tuſculanum, immediate ſucceſſit Petro, ex regeſto Vaticano epiſtola 398. fol. 225. in quo ipſo anno in monumentis, ſcripturiſque Ammiatinis eiuſdem mentio extat, deceſsitque anno 1313. Ex cuius exceſſu Cluſina ſedes vacua fuit vſque ad annum 1315. eidemque viduatę Eccleſiæ vicariam operam pręſtitit Angelus rector Eccleſiæ ſanctæ Fauſtæ, dum Senatus clericalis in partes diuiſus fratrem Bonetnum priorem monaſterij ſancti Petri de Petrorio ordinis Vallis vmbroſæ Cluſinæ diœceſis, & Rimbaldum canonicum Cluſinum, qui fuit poſtea Epiſcopus Imolenſis, elegiſſet, ij tandem poſt
B diutinam altercationem ſponte electioni renunciarunt, vt legitur in regeſto Vaticano Ioannis Vigeſimi ſecundi.



C

23 Fr. MATTHÆVS Vrſinus Romanus, filius Fortebratij germani fratris Neapoleonis Cardinalis Vrſini, e Franciſcano alumno Epiſcopus Imolenſis, anno 1317. ſecundo idus Ianuarij ad Cluſinum Epiſcopatum translatus eſt, vixitque vſque ad annum 1322. deceſsitque Romæ, exceptus ſepulchro apud ſanctum Franciſcum ad ripam cum hoc epitaphio.

IN NOMINE DOMINI AMEN.
HIC IACET VENERABILIS PATER,
ET DOMINVS
DOMINVS FR. MATTHÆVS
ORD. MINORVM
FILIVS QVONDAM
D DOMINI FORTIBRACHIÆ DE VRSINIS
QVI FVIT EPISCOPVS . . .
LENSIS, POSTMODVM
AD CLVSINAM DIOECESIM
EST TRANSLATVS
IN EPISCOPATVS MINISTERIO
EST DEFVNCTVS.
OBIIT AVTEM ANNO M.CCC.XXII.
DIE XV. MENSIS IVNII,
ET XVI. TVMVLATVS,
CVIVS ANIMA
REQVIESCAT IN PACE.

Defuncto Matthæo, Eccleſia Cluſina commendata eſt in ſpiritualibus, & temporalibus Leonardo Epiſcopo Cathanienſi ad Apoſtolicum bene-


beneplacitum, vt ex regeſto Vaticanò, ſeptimo A
id. iulij anno ſexto Ioannis vigeſimi ſecundi hanc
Eccleſiam adminiſtrauit ad annum vſque 1327.

24 RAYNERIVS nobilis Politianus, prior
ſancti Petri de Petronio Cluſinæ diœceſis, ordi-
nis Vallis vmbroſæ, ad Cluſinam ſedem peruc-
nit anno 1327. ſeptimo Kalendas octobris, vix
hic Cluſinum Epiſcopatum adminiſtrare exorſus
eſt, cum monachis, Abbatique Amiatinis inter
turbatæ iuriſdictionis grauem litem intentauit.
Erat tunc Angelus loci Abbas, vir gnauus, & pru-
dens, qui coram Philippo eiuſdem Epiſcopi vica-
rio formato proceſſu, teſtibus quamplurimis, pri-
uilegijſque firmato, euicit litem anno 1328. eius
litis inſtrumentum in membrana exaratum in ar-
chiuio eiuſdem Abbatiæ ſancti Saluatoris de mō-
te Amiato aſſeruatur. In aliam offendi ſententiam B
a Philippo Neapolitano compromiſſario in fauo-
rem eorundem monachorum contra Raynerium
Epiſcopum latam 1330. die vigeſimaprima men-
ſis ianuarij, apparetque hunc Raynerium vixiſſe
vſque ad annum 1343. eiuſdemque reperio ſuc-
ceſſorem in regeſto Vaticano Angelum. Quamo-
bré aliquot hiſtoricos Vrbeuetanos arbitror ſom-
niaſſe, cum ſcribunt quemdam Petrum Vrbeue-
tanum Cluſinam ſedem obtinuiſſe 1330. etenim
tunc temporis Raynerius viuebat, qui poſtea 1342.
clauſit diem poſtremam.

25 ANGELVS Politianus filius Guilelmi,
ex plebano ſancti Silueſtri, poſtulatus a capitulo
temporibus Benedicti Duodecimi a Clemente C
Sexto confirmatur, & ad hanc Eccleſiam euectus
eſt 1343. quinto nonas menſis martij, ex re-
geſto Vaticano epiſtola 90. anno primo, Auenio-
ni, liteque diuturniori Amiatinos monachos, Re-
migiumque eiuſdem loci Abbatem exercuit ſuper
Eccleſiam ſanctæ Mariæ Plani Caſtanearij anno
1344. deceſſit 1348. Arbitror in ſua patria fuiſſe
tumulatum in Eccleſia, quæ hodie Cathedralis
eſt. Ibi enim perſpicitur quoddam marmoreum
ſepulchrum, cum effigie iacentis Epiſcopi, ſed
ſine vlla inſcriptione.

26 FRANCISCVS, ex Epiſcopo Corſien-
ſi, huc translatus anno 1348. 15. Kalendas octo-
bris, ex regeſto Vaticano, epiſtola 103. folio 41.
anno ſeptimo Clementis Sexti lib. 3. cuius me- D
moria extat vſque ad annum 1353. quo ad Caſſi-
nenſem Eccleſiam translatus fuit, vbi euocatur ex
hoc mortali ſeculo anno 1355.

27 BLASIVS monachus Ciſtercienſis, &
Abbas ſanctorum Viti, & Salcij Theatinæ diœce-
ſis, eiuſdem ordinis doctor ſacrarum ſcrip-
turarum, ac legum, vir eloquens, ac
ſapientiſſimus ad hanc ſedem
aſcendit 1353. 2. id. augu-
ſti ex regeſt. Vatica-
no epiſtola 61.
fol. 85.
anno primo Innocentij Sexti.
Obijt anno
1357.



29 BLASIVS Geminellus Epiſcopus Piſau-
renſis Blaſio ſucceſsit, huc translatus anno 1357.
duodecimo Kalendas Septembris, vt legitur in
epiſtola 28. fol. 44. regeſti Vaticani anno quinto
Innocentij Sexti lib. 3. Huius adhuc ad rempubli-
cam Senenſem epiſtola extat anno 1386. 24. no-
uembris, cuius ſigillum regula eſt per tranſuerſum
diuidens ſcuti campum.

29 MATTHÆVS anno 1388. 3. martij re-
peritur in libro obligat. Deceſsit anno 1393. ex
libro prouiſionum Prælatorum, ſub Bonifacio
Nono.



30 ALDEBRANDVS Michelozzius nobi-
lis Peruſinus, olim Aſſiſij Epiſcopus, ad hanc Ec-
cleſiam translatus eſt 1393. tertio nonas ſeptem-
bris, quam ille Eccleſiam adminiſtrauit vſque ad
annum 1404. Deinceps iterum translatus eſt ad
Peruſinum Epiſcopatum.

D 31 ANTONIVS Abbas ſancti Petri Peru-
ſiæ ordinis ſancti Benedicti, è Cluſina ſede diui-
num ius dixit anno 1404. quarto Kalendas mar-
tij. Hunc Alexander Quintus anno 1410. tam-
quam fautorem Pontificis Gregorij Duodecimi,
quem Piſanum concilium depoſuerat, deturba-
uit de ſede die decima quinta menſis martij, in
eius locum ſubrogatus fuit fr. Elias Senenſis, ex
ordine Minorum. Qui ſiue ex animi moderatio-
ne, ſiue ob ſubſecutum Alexandri Pontificis fa-
tum Cluſini Pontificatus poſſeſſionem non inijt.
Reperio enim ad hunc eundem Epiſcopa-
tum, qui ſequitur, poſt paucos dies
fuiſſe aſſumptum. Cæterum ſu-
pramemoratus Antonius
poſtea aliquandiu
vixit.
ſubſcribit ſub tit. Cluſini Epiſcopi an. 1415.
10. die menſis octobris.



32 BLASIVS Hermannus Fulginas Cluſino Throno nobilitatus eſt anno 1410. die vigeſima octaua menſis aprilis, vir ſane egregia literatura prǽditus, libertatiſque Eccleſiaſticǽ defenſor acerrimus. Extat apud me eiuſdem epiſtola ad Senenſem rempublicam, qua in Cherubinum Armanium pro republica Senenſi Clanianum rectorem inuehitur, qui dum ipſe in concilio verſaretur, ſuǽ diœceſis iuriſdictionem libauerat. Sedate ergo recuperato, quicquid amiſerat, ſingularis prudentiǽ ſpecimen dedit. Litera ſigillo obſignata eſt, quod geminǽ ſtellǽ inter regulam conuolutam in ſpicas exornant. Superſtes *Blaſius* fuit vſque ad annum 1418. diemque decimum ſextum menſis nouembris, ſubita apoplexia ſublatus è viuis eſt, dum reficiendus accumberet. Clerus conſternatus, & mœrens, de ſui Epiſcopi obitu populum Senenſem hac ſequenti litera certiorem fecit.

Magnificis, & excelſis dominis . . dominis Prioribus, Gubernatoribus, & Capitaneo populi ciuitatis Senarum, dominis, & patribus colendis.

Magnifici, & Excelſi domini, & Patres noſtri colendi, humili cum recommendatione. Quoniam filij fideles ſubditi, & ſeruitores eorum anguſtias, cordiumque ſuorum tribulationes, & dolores patribus, & dominis ſuis proprio naturǽ inſtinctu, perfectiſsimoque zelo intimare protinus teneatur, idcirco flentes, & noſtrorum cordium oculorum lacrymas comprimentes cogimur ad M.D.V. intimare caſum repentinǽ mortis Reuerendiſsimi in Chriſto Patris, & domini noſtri domini Blaſij Epiſcopi Cluſini, qui tam feſtinanter poſt cibi ſumptionem ob humorum catarroſorum ſuperabundantiam vitǽ ſuǽ diem clauſit extremum. Heu dolor! Heu cordi, proh dolor nobis inſurgit, qui tam venerabilem, tam virtuoſum, tam iuſtum, tam doctum, & ſanctificum, tamque benignum, & gratioſum dominum, & patrem amiſimus. Vbinam poterimus lacrymas ex noſtris oculis quas tenemur effundere? Hic etiam erat ille, qui hunc iam tanto tempore deſolatum Epiſcopatum, & exinanitum recuperabat, & augendo ad priſtinum dudum ſolitum ſtatum reducebat. Defecit at modo, & nobis . . . non modicum, infinitumque noſtrorum cordium deſolamen reliquit. Iuxta canonicas ſanctiones nobis, & noſtro capitulo noui Epiſcopi Cluſini electio de iure ſpectat. Supplicamus itaque prǽlibatǽ magnificǽ, & excelſǽ dominationi veſtrę, dignetur nobis, & noſtro capitulo auxilium, & fauorem impendere, quo mediante valeamus ſummum noſtrorum debitum, & dicti Epiſcopatus Cluſini augmentum obtinere, nos humiliter prǽfatǽ M.D.V. recommendantes.

Datum Cluſij die 16. menſis nouembris 1418.



33 PETRVS Paulus filius Franciſci Bertini ciuis, ac canonicus Senenſis, Cluſinus Epiſcopus renunciatus eſt anno 1418. decimo nono Kalend. Ianuarij Martino Quinto ſedente. Huius aliquot eruditas literas ad publicam rem Senenſem vidi, in quibus titulum Comitis Palatini ſacri Imperij ſibi vſurpat 1434. Deceſsit 1437. ſepultuſque eſt in Cathedrali.



34 ALEXIVS de Cǽſaris nobilis Senenſis, Inſigni probitate, doctrinęque vir ſingularis ſub Eugenio Quarto Cluſinus Epiſcopus renunciatus eſt 1437. quem idem Pontifex hoc ſubſequenti fauorabili diplomate apud rempublicam Senenſem voluit commendatum.

EVGENIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs prioribus, gubernatoribus communi, & capitaneo populi ciuitatis Senarum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos nuper Eccleſiǽ Cluſinǽ tunc Paſtoris regimine deſtitutǽ de perſona dilecti filij Alexij electi Cluſini nobis, & fratribus noſtris ob ſuorum exigentiā meritorum per accepta de eorundem fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica duxerimus prouidendum prǽficiendo ipſum eidem

dem Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout A
in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos eundem electum paterna beneuolentia proſequentes, ac cupientes, quod dicta Eccleſia ſub eius regimine auctore Domino felicia ſuſcipiat in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa, nobilitates veſtras rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem electum, ac Eccleſiam ſibi commiſſam prædictos benigni fauoris auxilio proſequamini, ita quod ipſe veſtrarum nobilitatum fultus præſidio in commiſſo ſibi præfatæ Eccleſię regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac vobis a Deo exinde perennis vitæ præmium, & a nobis condigna proueniat actio gratiarum.

Datum Bononiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptimo quintodecimo Kalen. februarij Pontific. noſtri anno ſeptimo. B

Ob ſingulares autẽ virtutes Alexius apud Pontifices, Eugenium, Nicolaum, Calliſtum Tertium, Piumque Secundum maxime gratioſus fuit, huius poſtremi referendarius Apoſtolicus, vicecamerarius, Romæque gubernator fuit. Concilio Florentino interfuit 1439. & anno 1452. Eccleſiam ſancti Franciſci de obſeruantia conſecrauit extra Senas, vbi prope portam in marmorea tabula inſcriptio ſpectatur.

ANNO DOMINI M.CCCC.LII.
DIE XII. SEPTEMBRIS
CONSECRATA FVIT ECCLESIA ISTA
AD HONOREM
S. BERNARDINI CONFESSORIS C
BENED. PLATEA ISTA
CVM CAPELLA
VBI FRATRVM CORPORA
CONDVNTVR
PER REVERENDISS. PATREM
D. ALEXIVM EPISCOPVM CLVSINVM
CVM LICENTIA
REVERENDISS. PATRIS
DIOECESANI EPISCOPI,
AC DE CÆTERO ESSENT
AD SEPVLTVRAM
DEFVNCTORVM CORPORA
DEPORTATA.

Cęterum 1460. ad Archiepiſcopatum Beneuentanum translatus eſt. Diem poſtremum Senis obijt 1464. pridie Kalendas D
auguſti; ſepultuſque eſt apud ſanctum Franciſcum, vbi leniter aſſurgentis ſculpturæ pulcherrimum ſepulchrum perſpicitur, cum inſcriptione, quam in Archiepiſcopis Beneuentanis a nobis relatam reperies.



35 IOANNES Chiùnugius nobilis Senenſis Alexio ſuffectus eſt 1460. Pio Secundo imperante, qui hoc fauorabili ſequenti diplomate nouiter electum populo Senenſi commendat.

PIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs prioribus, & gubernatoribus, ac capitaneo populi ciuitatis Senenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

☞ Cum nos hodie Eccleſiæ Cluſinæ tunc ex eo, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Alexium tunc Epiſcopum Cluſinum, nunc in Archiepiſcopatum Beneuentanum tunc vacantem auctoritate Apoſtolica duximus transferendum præficiendo ipſum dictæ Eccleſiæ Beneuentanæ in Archiepiſcopum, & Paſtorem paſtoris regimine deſtitutæ de perſona dilecti filij Ioannis Electi Cluſini nobis, & fratribus noſtris prædictis, ob veſtrorum exigentia meritorum accepta de eorundem fratrum noſtrorum conſilio duximus dicta auctoritate prouidendum præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ Cluſinæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos eundem Ioannem Electum paterna beneuolentia proſequentes, ac cupientes, vt Eccleſia ipſa Cluſina ſub eius felice regimine ſpiritualiter, & temporaliter augeatur, deuotionem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Ioannem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam prædictam habentes pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſeruandis iuribus ſuis, ſic eos, veſtri fauoris gratia proſequimini, quod per auxilium veſtræ gratiæ idem Ioannes Electus in præfatæ Eccleſiæ ſibi commiſſæ regimine vtilius proſperari valeat, voſque etiam æternæ felicitatis gaudia conſequamini.

Datum Romæ apud S. Petrum anno incarn. Domin. milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, Pontific. noſtri anno 4.

Breuiori autem mora Ioannes Epiſcopus Cluſinam adminiſtrauit Eccleſiam, ſiquidem illum Pius Pontifex, vt narrat in ſuis commentarijs, ad nouam Pientiæ, Montiſque Alcini Cathedralem tranſtulit.



36 Fr. GABRIEL Piccolomineus Senenſis, ex ordine Minorum, Pij Secundi affinis, ab eodem Epiſcopus Cluſinus ſublectus eſt ann. 1461. Quo Præſule quidam Minorita fraterculus Vvintherius nomine, natione Germanus pronubum Annulum Deiparæ Virginis, pia religione diu apud Cluſinos ſeruatum, furto nefario ſuffuratus eſt an. 1473. Peruſiam detulit, donoque Peruſinis vel inuitus dedit. Hiſtoriam recitat Ioannes Baptiſta Laurus Peruſinus in ſuo pronubi Annuli cōmentario ex monumentis Peruſinæ Eccleſiæ.

Iam vero 1473. ſacrum, nouum, & memorabilem, ac vel præcipue conſecrandum æternitatis memoriæ theſaurum Iacobus Epiſcopus recepit. Dico illum ſacri illius, intemeratique inter Deiparam, & B. Ioſephum cœnobij arrham, atque ſponſorem Annulum, qui in ciuitatis hoc anno poteſtatem peruenit, Cluſio, cui ab antiquis temporibus erat peculiaris, ad eam tranſlatus. Caſu autem quodam id factum eſt, ſiue furto potius Vvintherij cuiuſdam Germani, vt ferunt, origine, ſed qui è D. Franciſci ſodalitio eſſet. Is ſiquidem ex eiuſdem, cuius profitebatur inſtitutum, D. Franciſci apud Cluſinos ſede, clam, vt inde in Germaniam ſuam aſportaret, ſublatum, cum id non poſſet, detectus Peruſiæ a familiari cui rem aperuerat, & magiſtratibus indicatum, mutata tanquam velificatione, donum illis ipſis magiſtratibus obtulit. Qua de re, vt nullum publicæ ſignum eſt lætitiæ prætermiſſum; ita magnæ quoque ciuitati, & multæ turbæ concitæ, hinc ſacrilegij reum peragentibus Cluſinis, inde arma Senenſibus expedientibus, & rerum omnium vaſtitatem, ni redderetur Annulus, interminantibus. Sed interceſſit pro poteſtate Pontifex, & ad ſe Romam cauſſæ dictionem reuocauit, vbi agitata vtrimque, & momentis ſuis vltro citroque examinata cauſſa; cum ſatis conſtaret ſacrilegij omnis Peruſinos expertes ſecundum eos tandem, diuinum, quod acciderat, interpetratus conſilium, ſententia data, pronunciauit. Ita in D. Laurentij baſilica, ſacello in id beatæ Ioſepho conſtructo repoſitus, ſumma religione cum alias, tum in primis 3. nonas auguſti ingenti etiam remotiſſimorum populorum concurſu, ſpectandus proponitur. Eſt autem e gemma Onychina ſolida conflatus, quam Amathyſtum alij vocant. Porro annulum pretioſum quidam Raynerius Cluſinus gemmarius ann. 989. ab alio eiuſdem artis perito Romæ dono acceperat, qui Hieroſolymis gemmam detulerat, delatuſque in patriam in Diuæ Muſtiolæ templo, quod paulo plus ducentis paſſibus ſecundum Clanim fluuium Cluſio diſtat, prius reconditus, eoque Fano poſtea mirum in modum ruinis labefactato, dirutis quoque regularium canonicorum ibi commorantium ædibus, magiſtratus, cuius & nutu oſtendebatur, Cluſinum in D. Franciſci æde reponi iuſſerat, quæ nimirum opportunitas fraterculo miniſtrauit induſtriam ad nefarium furtum. Subſtractum furto Annulum, poſt annos 989. quibus apud Cluſinos populos māſerat, Gabriel Epiſcopus modis omnibus vindicare conatus eſt, ſed in vanum tū ipſe, tum Cluſinus populus, Senarumque reſpublica laborauerunt apud Sixtum Quartum Pontificem, qui diuino inſtinctu abductus, pro Peruſino populo ſententiā tulit, ſicq; honorificentiorem ſedem in Hetruria ſacer ſibi Annulus delegit apud Peruſinos, vbi hactenus ſumma veneratione aſſeruatur, coliturque, in cuius laudes præter cætera placuit hęc carmina exſcribere, quæ in ſuo Votiuo Peregrino cecinit Ioannes Gualterius Aretinus, olim Peruſinæ Eccleſiæ proepiſcopus poſtea Burghi ſancti Sepulchri omni laude digniſſimus erudituſque Antiſtes.

Tybriadis Auguſti ad ripas vbi venimus, ædes
Neapolione tuas prætoria tecta ſubimus:
In queis Gryphiadum populo me iura dediſſe,
Et memini, & memori æternum ſub cōrde tenebo:
Laurentij mox tēpla vocant, vocant Annulus almæ
Virginis, ariſoni radians a fronte ſacelli.
Salue Stella poli, Gemma inclyta, digna beatis
Hæſiſſe articulis M A R I AE: de noſtra nitorem
Gemma bibat de fonte tuo, mea gemma ſordet,
Saxea nobilior longe eſt tua. Sed mea Burgho
Lapſa ſepulchrali nunc eſt mihi credita, cum me
Cuſtodem ſacri Paulus dedit eſſe ſepulchri.
Finibus Aſſyrijs venit tua, qua tibi quondam
Creditus eſt cuſtos Regum de ſtirpe Ioſephus:
Et per vos genitus, ſacro tradenda ſepulchro
Victoria, ab ingenita laudandus origine Chriſtus.

De Annulorum vſu apud ſacros, profanoſque ſcriptores ſæpe reperitur mentio. Arrham, ſponſionemque annulo ſponſæ donato, antiquos celebraſſe ſcribit amicus noſter eruditus Ioannes Baptiſta Caſalis Romanus patritius priſcarum rerum memorabilium diligens obſeruator, in lib. quem nuper edidit erudite de Profanis, & Sacris veteribus Ritibus cap. 18. de Annulis. Symbola nominis Chriſti, & crucis ſignum ſolitum fuiſſet priſcis temporibus apponi in annulis ſponſalibus tradit Baronius ad ann. 57. Cæterum Gabriel in Cluſino Epiſcopatu ſuperſtes fuit vſque ad annum 1483. Senis vita functus eſt, atque apud ſanctum Franciſcum ſepultus ante maius altare, vbi hoc epitaphium legitur ingredientium pedibus ſemideletum.

D. O. M.
FR. GABRIELI
PICCOLOMINEO
ANTISTITI CLV-
SI . . . HIE. PICCOL.
T. TES. GENTI.
IIV.

LAV.



37 LAVRENTIVS Mancinus nobilis Senenſis Cluſinum Epiſcopatum obtinuit 1483. die vigeſima ſecunda menſis octobris ex Actis conſiſtor.

38 ANTONIVS Epiſcopus Cluſinus ſub Alexandro Sexto deceſsit 1497.



39 SYNOLPHVS, ex comitibus Caſtelli Lotharij protonotarius Apoſtolicus, Cameræ Clericus, renunciatus eſt Epiſcopus Cluſinus 1497. die octaua menſis martij, fuitque inauguratus die quarta menſis iulij eiuſdem anni a Bartholomæo Archiepiſcopo Cuſentino. Romæ fato functus eſt anno 1503.

40 BONIFACIVS ex Comitibus Caſtelli Lotharij Synolphi nepos patruo ſucceſsit an. 1503 die octaua menſis februarij, fuitque Apoſtolicæ Cameræ Clericus ſub Iulio Secundo . Exceſsit Romæ vix ſui Epiſcopatus anno expleto , ſepultuſque eſt apud patruum .



41 NICOLAVS Bonæfides Picenus patritius Sanctoiuſtanus ex Protonotario Apoſtolico,
A ac Romæ gubernatore , ad Cluſinum Epiſcopatum ſub Iulio Secundo aſſumptus eſt 1504. die duodecima menſis iulij. In cuius commendationem idem Pontifex Pandulpho Petrucio per id tempus Senarum Domino , has ſequentes literas dedit .

Iulius Papa Secundus .
Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem .

Nuper Eccleſiæ Cluſinæ per obitum bonæ memoriæ Bonifacij illius Epiſcopi apud ſedem Apoſtolicam defuncti paſtoris ſolatio deſtitutæ de perſona dilecti filij Nicolai Bonæfidei notarij noſtri, & almæ Vrbis noſtræ gubernatoris de
B conſilio venerab. fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Apoſtolica auctoritate prouidimus , eumque illi præficimus in Epiſcopum, & paſtorem curam , regimenque illum plenarie ſibi committendo , prout in alijs noſtris deſuper editis literis plenius continetur . Cum autem deſideremus prouiſionem huiuſmodi in perſonam nobis ob ſuas virtutes , & merita gratam , & acceptam factam, debitum, ac æquum eſt effectum ſortiri, deuotionem tuam hortamur in Domino, & attentius requirimus, quatenus pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia, & iuſtitiæ debito operam dare velis, vt procuratores ipſius Nicolai liberam, pacificam, & expeditam ipſius Eccleſiæ poſſeſſionem alias iuxta literarum ſeriem, & tenorem aſſequi poſſint . Quod ſe pro tua in
C nos, & Apoſtolicam ſedem deuotione , & obſeruantia, noſtraque item in te paterna charitate facturum non dubitamus .

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Anulo Piſcatoris die ſeptima iulij 1504. Pontificatus noſtri anno primo .

Fuit Nicolaus ingentis animi vir , idemque varijs, grauibuſque negocijs Eccleſiaſticis adhibitus, Pontificiæ etenim ditionis multas ciuitates adminiſtrauit , præcipue autem Bononiam , & eo quidem maxime tempore , cum Ludouicus Gallorum Rex Iulio Secundo infenſus, reductis iterum Bentiuolis, antiquis dominis ciuitatem illam nouo ſibi fœdere copulauit . Nicolaus igitur Bononia a Gaſtone de Foix capta in ſeruitutem abductus eſt , tametſi paulo poſt dimiſſus, vt Guic-
D ciardinus narrat lib. 9. Poſt quam cladem diu ſuperſtitem illum fuiſſe conſtat . Præter Bononiam Tyburem, Peruſiam, Flaminiam, Picenum ſemel, & Beneuentum , Foroliuium , Mutinam bis , & Romam ter ſumma cum laude rexit, tum & Eccleſiaſticum exercitum in hoſtes Eccleſiæ moderauit . De eo cecinit Franciſcus Pamphilius lib. 3. de laudibus Piceni .

Hinc Nicolaus erat Præſul , qui rexerat olim
Romanæ cunctos Eccleſiæ populos .

42 BARTHOLOMÆVS Ferratinus Amerinus Clementis Septimi Medicei magiſter aulæ, Epiſcopus renunciatus eſt anno 1533. nepotem habuit Baldum Epiſcopum Amerinum , virum longe

longe clariſſimum, de cuius familia conſule, quæ ſupra narrauimus in Epiſcopis Amerinis.



43 GREGORIVS Magalottus Romanus, Vrbeuetanus autem origine a Clemente Septimo maximo in pretio habitus eſt. Illum ſiquidem Liparenſem primum creauit Epiſcopum, deinde, anno 1534. die vigeſima quarta menſis auguſti ad Eccleſiam Cluſinam tranſtulit. Sub eodem gubernator Romam frenauit. Cæterum cum eſſet iuſtitiæ tenax maniſeſtiſſimum capitis periculum adiuit, etenim cum e Iuliani Cæſarini Ducis aula quendam coniecißet in carcerem Dux iræ impatiens in obuii caput euaginatum ferrum impegit, quod dextra manu exceptum, ad caput quidem non eſt deductum, manum tamen, quæ pro ſcuto fuerat peremptorio ictu deiecit. Flaminiam deinde adminiſtrauit ſub Paulo Tertio, qua dignitate adeo perfecte perſunctus eſt, vt eius memoria ad poſteros, ob conſtitutiones plurimas ab ipſo Magalottas dictas, ſeſe propagarit. Contra receptores exulum, latronumque edicta tulit, ſceleratis hominibus, & graſſatoribus prouinciam liberauit, Guelphorum, & Gibellinorum nefarium nomen ſuſtulit, extinxitque: præclare geſta ea prouincia, legationem Bononienſem obiuit, ãe pro Auditore Syluestrum Aldobrandinum Clementis Octaui Pontificis parentem ſibi coniunxit. Literis, ſcientiaque legum, & politiore eruditione illuſtris extitit, tractatumque de ſaluiſconductibus vtiliſsimum ſcripſit, quem Benedictus Vsienſis Tariſinus Fiſci procurator Romæ Typis mandari iuſſit. Singulari demum omnium bonorum mœrore, Bononiæ ſexta decembris anno 1537. è viuis eripitur, vnde Romam relata deinde oſſa Maura ſoror monialis ſanctæ Cæciliæ, & Abbatiſſa, pulcherrimo constructo ſepulchro, in veteri ſacrario eiuſdem Eccleſiæ collocanda curauit, vbi gentilitia ſtemmata Magalottæ familiæ, quæ pilam per tres partes ligatam, inter quatuor ſidera cum huiuſmodi epitaphio cernuntur.

Hac ſitus eſt vrna Magalottus cerne viator
Quot modo mors Romæ, publica damna tulit.
Hoc viuo pietas viuebat, iuſque, fideſque
A *Hæc tria nunc illo dona ſuperna viuent,*
Hūc igitur ploret ſic patria Roma quotannis,
Vt ſuperum pietas, iuſque, fideſque gemunt
M. D. XXXVIII.
Maura eius germana,
huiuſque ædis Abbatiſſa,
poſt tumuli honores,
oſſa Bononia conuehi,
atque hic pie locari
curauit.

44 VVIDO deinde Aſcanius Cardinalis Sfortia hanc Eccleſiam ſuſcepit regendã ſub Paulo Tertio ſummo Pontifice die vndecima menſis
B ianuarij anni 1538. illamque adminiſtrauit vſque ad 7. menſis aprilis, eoq; munere deinde ſe exſoluit cum regreſſu.

45 GREGORIVS Andreaſſius Mantuanus Cluſinam Eccleſiam obtinuit anno 1538. die 20. menſis martij, qui deinde tranſlatus eſt ad Epiſcopatum Regij Lepidi anno 1544. die 7, menſis aprilis. Ibi plura de eo.

C



46 BARTHOLOMÆVS Cardinalis Guidiccionus Lucenſis hanc deinde Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1544. die ſeptima menſis aprilis. Cæterum breuis adminiſtrator fuit, eo ſiquidem munere volens abiuit 1545. cum ad Lucenſem Epiſcopatum tranſiſſet, de quo vide plura in Epiſcopis Lucenſibus.

47 IOANNES Riccius Cardinalis Politianus Archiepiſcopus Sypontinus, legatuſque ad
D Luſitaniæ Regem, ad Cluſinum Epiſcopatum tranſlatus eſt anno 1545. die vigeſima menſis februarij. Abſens fere ſemper huic Eccleſiæ ius dixit, donec a Iulio Tertio inter purpuratos patres cooptatus, curam illam depoſuit, aſſumptuſque eſt ad Archiepiſcopatum Piſanum, de quo ſupra plura narrauimus. Abeunti eo munere, Vvido Aſcanius Sfortia propter regreſſum quem ſibi reſeruauerat, adminiſtrator ſucceſſit anno 1554.

48 FILIVCCIVS de Filiuccijs Senenſis Pontifex Cluſinorum fato functus eſt anno 1558.

SAL-



49 SALVATOR Pacinjus è Colle Hetruriæ non ignobili oppido ſublectus eſt Epiſcopus anno 1558. die vigeſima menſis octobris, eamque Eccleſiam adminiſtrauit annos omnino 23. cum magna laude prudentiæ. Deceſſit anno 1581. sub Pio Quarto. Æmiliæ prouinciæ vicelegatus fuit, ingentemque laudem tulit prudentiæ, conſiliſque. Etenim cum monaſterij ſancti Saluatoris de monte Amiato, lites, iuraque expiſcari voluiſſet, vt Epiſcopatus ſui iuriſdictionem augeret præuidiſſetque monachos illos Imperatorum, Regum, Pontificumque priuilegijs, latiſque ſententijs omnia confirmata habere, litibus prudenter abſtinuit, coluitque illorum amicitiam, quam qui maxime, itaut cum diœceſim ſuam, mores correcturus, inuiſeret, ab Amiatinis hoſpitio humaniſsime excepta ſit, vtpote qui profiteretur ſe merito cum illis concordiam velle ſeruare, qui ab anteceſſoribus ſuis toties intentatas lites æquo iure ſuccincti iugulaſſent. B C



50 Fr. MATTHÆVS Bardius nobilis Florentinus, ex ordine Minorum de obſeruantia, ad Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1581. die vigeſima nona menſis maij, vir ſingularis probitatis, qui ad multos annos Cluſinam Eccleſiam adminiſtrauit. Sacræ turris faſtigium ædificauit, inque plura alia opera pia multos exantlauit labores, denique cum grauiori ſenio vrgeretur, Ludouicum Martellum, cum ſpe futuræ ſucceſſionis ſibi coadiutorem aſciuit, rediitque ad clauſtrum, vt poſtremam diem, quam ſibi propius ſentiebat adeſſe, meditaretur. Exceſſit igitur Florentiæ apud omnium ſanctorum cœnobium. eiuſdemque cadauer Cluſium ex teſtamento de-

A latum, ſepultum eſt in Cathedrali. Cæterum in ſacra Turri, cuius culmen ipſe reſecerat, hæc ipſiſſima verba leguntur.

MATTHÆVS BARDIVS
FLORENTINVS
EPISC. CLVSII
CVLMEN HVIVS TVRRIS
PROPRIO ÆRE CONSTRVXIT
ANNO DOMINI
M. D. LXXXV.



51 LVDOVICVS Martellius nobilis Florentinus, ex coadiutore Bardij eius ſucceſſor effectus eſt 1585. die decima quarta menſis Ianuarij. Hic in ea adminiſtratione prudenter, pieq; ſe geſſit, obijt 1602. Cluſijque ſepulturam accepit.



D

52 FAVSTVS Malatius Senenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1602. die vigeſima ſecunda menſis aprilis, Hic cum facilitate morum polleret, quorumdam factioſorum inſtinctu, reintegrare contra Amiatinos litium bellum aggreditur, quod cum armata propemodum manu vellet vrgere, tanta populorum, qui Amiatino Abbati parebant deriſione, ſibiliſque repulſus eſt, vt ex ea expeditione rediens inglorius, profiteretur manum dexteram amiſiſſe ſatius ſibi fuiſſe, quam ad aliorum votum, contra toties victores Amiatinos conatus illos adhibuiſſe. Deceſſit paulo poſt anno 1607. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Vir ſane dignus, cuius comitas atque affabilitas meliores, conſtantioreſque conſiliarios nanciſceretur.

HORA-

A



53 HORATIVS Spannochius nobilis Senenſis, filius Hieronymi, Blancæque Nicoluccìæ, cum pro Magnis Hetruriæ Ducibus plurimis muneribus functus eſſet, hunc Epiſcopatum obtinuit anno 1607. die ſecunda menſis ianuarij. Præfuit ann. 13. Cluſijque fato functus eſt anno 1620. tumulumque in Cathedrali accepit. In capitulo fratrum Dominicanorum Senis, huius Præſulis parentum ſepulchra, cum elegantibus elogijs conſtructa cernuntur, ei autem ſexto genito, hoc, quod ſubſequitur, erexerunt affines.

B


V I. G.
HORATIVS I. C.
DIV DOCVIT,
RESPONDIT INGENIOSA VBERTATE
FLORENTIÆ SEX VIR
IVRI DICVNDO
MAGNORVM ECCLESIÆ PROCERVM
IN LEGATIONIBVS
AD VENETOS, SARMATAS,
HISPANOS, OPERA
CONSILIO COMES GVILLELMI
BAVARIÆ DVCIS.
A CONSILIIS
FILIORVMQVE EIVS
SERENISSIMORVM
IVVENTVTI PRÆFECTVS
CLVSII DEMVM
EPISC. VIGILANTISS.
IBIDEM OBDORMIVIT
ANNO SALVT.
M.DC.XX.
NON. SEPTEMB.
VIXIT ANN. LXXVII.
DIES III.



54 ALPHONSVS Petruccius nobilis Senenſis, Abbas Commendatarius, Paulique V. ſummi Pontificis familiaris, ab eodem Pontifice ad hanc ſedem promotus eſt anno 1620. die decima ſexta menſis nouembris, vir commodiſſimis moribus fuit, qui auitam eiuſdem nobilitatem decerent. Deceſſit 1633. menſe martio, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

55 IOANNES BAPTISTA Piccolomineus Senenſis, Epiſcopus Salaminæ, ac Cardinalis Burgheſij in Sabinenſi Epiſcopatu Suffraganeus, ab Vrbano Octauo ad hanc ſedem translatus eſt 1633. 20. iunij. effœtæ ætatis deceſſit maxima cum opinione probitatis, ideoque ea diuturnitate vitæ digniſſimus 1637. menſe Iulio, Seniſque ſepultus eſt, vbi deceſſerat.

C



D

56 HIPPOLYTVS Campionius nobilis Senenſis, monachus Olivetanus, ſuique ordinis generalis præcipue probitatis, ac ſapientiæ vir, cum in generalatus munere egregie ſe geſſiſſet, ad Cluſinum Epiſcopatum ſubuectus eſt anno 1637. decima quarta decembris.
Viuit adhue, longumque viuat ad illius Eeclefiæ, quam ſuſcepit regendam, munimen, ac decus.
✝

GROSSETANI EPISCOPI.



EX ruinis antiquæ ciuitatis Ruſſellæ, quæ in duodecim olim Hetruriæ ciuitatibus nobilis fuit, corrupto vocabulo ortum Groſſetum eſt, in ditione Senenſi ad læuam Vmbronis fluminis: ciuitas Epiſcopalis, atque inexpugnabilis arx totius Hetruriæ. Veteris autem Ruſſellæ meminit Liuius, Ptolemæus, Dionyſius, Plinius lib. 3. c. 3. quam cum domuiſſent Romani, coloniam fecerunt. Prope Groſſetum ex quadrato lapide adhuc veteris Ruſſellæ ſemidiruti muri cernuntur, cuius defoſſum ſolum ſæpius toreumata, ſignaque egerit, illius ciuitatis teſtantia antiquitatem. Titus Annius Viterbienſis de more in fictitio illo ſuo Itinerario, atque ex Catonianis fragmentis, dirutum prope Radicofanum quoddam caſtellum, cum hac antiqua Ruſſella fœde confundit, quod tamen haud probatur cordatis. Priſci enim ſcriptores prope Vmbronem collocatam volunt Ruſſellam, vt ipſæ ruinæ eiuſdem clariſsime docent. Diu Ruſſellæ dignitas viguit Epiſcopalis, quæ deinde in nouiter ædificatum Groſſetum translata eſt, ita vt deinceps magis Groſſetani, quam Ruſſellani Epiſcopi appellarentur. Hæc ciuitas ad publicam rem Senenſem aliquando confugit, potentiorisque ciuitatis vltro iugum accepit ann. 1151. ſed cum deinde exortis ſimultatibus, Senenſium iugum tentaſſet excutere, in eorundem ſeruitutis laqueos ſenſit ſe demum ſtrictius induiſſe, vt in Senenſi hiſtor. Thomaſius narrat lib. 4. Eius ciuitatis Chriſtianiſmi exordium haud ſatis conſtat, illud prænium fuiſſe antiquum, tunc ſcilicet, cum Romulus Hetruriæ Apoſtolus in ea prouincia Euangelium diſſeminaret. Ab anno enim 498. legitur in concilijs Epiſcopos ibi ius diuinum dixiſſe, & multo antea fortaſsis, niſi eius Eccleſiæ monumenta inuida vetuſtas voraſſet. Cæterum operæ pretium mihi viſum eſt, antequam Groſſetanorum Præſulum ſeriem expediam, Ruſſellenſes proferre, quibus in dignitatem Epiſcopalem Groſſetani ſucceſſere olim ad multos annos Apoſtolicæ ſedi ſubiecti, donec illos Pius Secundus Metropolitanæ Senenſis ſuffraganeos declarauit.

1 VITELLIANVS Epiſcopus Ruſſellenſis floruit anno 498.

2 BALBINVS Epiſcopus Ruſſellenſis. Huic Magnus Gregorius ſcribens Populoniam Eccleſiam enixe commendat lib. 8. epiſtola decima quinta. Erat enim per id tempus adeo deſolata, vt qui ibidem diuinum cultum vrgerent, ſacerdo-
A tibus deſtitueretur. Munus itaque viſitatoris ei demandat, cum poteſtate inſtituendi ſacerdotem vnum, duoſque diaconos. Cæterum Balbinus, qui etiam Baldinus apud pleroſque eſt, Romanæ ſynodo interfuit eiuſdem Gregorij Magni temporibus, Mauritijque Imperatoris.

3 THEODORVS Epiſcopus Ruſſellanus, inter concilij generalis patres annumeratus eſt ſub Martino Primo Pontifice anno 660.

4 VALERIANVS Epiſcopus Ruſſellanus, concilio Romano 6. interfuit anno 679. de quo Baronius ad annum 680.

5 RAVPERTVS Epiſcopus Ruſſellenſis in concilio Romano anno 826. ſub Eugenio Secun-
B do, ex Baronio.

6 RAYNERIVS adfuit ſynodo Romanæ ſub Benedicto Papa Octauo anno 1015. in eoque ſubſcripſit decreto pro cœnobio Fructuarienſi.

7 GERARDVS eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, fauorabilem quamdam bullam ſubſcribit a Nicolao Secundo indultam eccleſiæ ſancti Andreę de Muſciano anno 1059. eundemque ſubſcriptum reperio Romanæ ſynodo ſub eodem Nicolao Secundo Pontifice.

8 BODVS, ſiue Dodus Epiſcopus Ruſſellanus anno 1068. teſtis in documento Beatricis comitiſſæ, ad fauorem Brancarardi Archidiaconi Lucenſis 8. iulij. Idem memoratur anno ſuperiori 1062. in alio monumento Lucenſi, temporibus Greg. VII. Populoniæ Eccl. grauem, diuturnam-
C que intentauit litem 1073. inque decretalibus eiuſdem Pontificis eiuſdem Ruſſellanenſis Eccleſiæ habetur mentio, ſententiæque latæ contra Populonienſem.

9 RAVLPHVS, ſiue Ranulphus Epiſcopus Ruſſellanus.

10 GAVLFRIDVS Epiſcopus ſancti Laurentij Ruſſellenſis. Ita eius memoria extat in quadam ſcriptura, inſtrumentoque, cui non ſubijcitur annus.

11 ILDEPRANDVS Ruſſellanus Epiſcopus anno 1101. Abbatem Alborenſis monaſterij inueſtiuit nonnullarum decimationum, vt habetur in codice manuſcripto Abbatiæ Florentinæ.

D *Scriptum conceſsionis, atque donationis qualiter Ildeprandus Ruſſellenſis Epiſcopus inueſtiuit dominũ Dominicum Abbatem Alborenſem de omni decimatione, quæ exierit de terra, quæ fuerit proprietas monaſterij ſanctæ Mariæ in monte Alborenſi poſiti, ſiue de illa terra, quam in præſenti habet, ſiue de ea, quam in futuro iuſte potuerit habere in toto Ruſſellenſi Epiſcopatu, vt hæc proficiant ad ſubſidium fratrum in prædicto monaſterio Deo ſeruientium, & pro prædicti Epiſcopi, & ſucceſſorum omniũ eius, Deum timentium, factũ eſt hoc in præſentia domini Bernardi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Alberti Ruſſellenſis Præpoſiti, & Raynerij Vicedomini. Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti MCI. 7. idus aprilis indict. 9. Actum eſt in loco, quod vocatur Groſſetum in Eccleſia ſanctæ Mariæ Virginis die Dedicationis eius tertio.*

12 N. Roſſellanus Epiſcopus anno 1121. ad quem exhortatoriæ extant epiſtolæ ad fauo-

A rem monaſterij Alborenſis, a citato codice Florentinæ Abbatiæ deſumptæ.

CALLISTVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Fratri Roſſellano Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Miramus de te vehementer, quia cum adbuc nouus in Epiſcopali adminiſtratione ſis, contra mandatum noſtrum facere tam cito quicquam præſumpſeris. Præcepimus ſiquidem tibi, vt cum filio noſtro domino Alborenſi Abbate pacem, atque concordiam faceres, & neque ipſum, neque Alborenſe monaſterium, quod beati Petri iuris eſt, infeſtares. Et tu quidem pacem cum ipſo, &
B concordiam feciſti, ſed non multo poſt tempore, prout nobis relatum eſt, eidem monaſterio parochianorum tuorum ſepulturas, oblationes, & alia quæ hactenus habuit quiete interdixiſti, quæ profecto Epiſcopali prorſus non conueniunt honeſtati. Mandamus ergo fraternitati tuæ, atque præcipimus, & quæ prædicto monaſterio a te interdicta ſunt, publica ei annunciatione reſtituas, quemadmodum interdictum publice factum fuit. Et locum ipſum quietum, ac liberum manere permittas, cum illis omnibus, quæ ſuorum, & tuorum prædeceſſorum temporibus quiete cognoſcitur tenuiſſe. Si quid erunt aduerſus Abbatem, vel monaſterium te iuſte habere confidis, ad noſtram præſentiam venias, & nos de loco ipſo, tanquam de noſtro iuſtitiam tibi per Dei gratiam faciemus.
C Quod ſi noſtro mandato, quod abſit, obedire contempſeris, nos temeritatem tuam hactenus præſtante Domino corrigemus, quod facile tibi de cæterorum videbitur ſedis Apoſtolicæ mandata contemnere.

Dat. Laterani 5. Kal. martij.

CALLISTVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Venerabili Roſellano Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

In noſtra nobis præſentia promiſiſti, quod filio noſtro Alborenſi Abbati omnem indignationem dimitteres, & pacem ei, ac bonam reddere voluntatem. Cæterum poſtquam diſceſ-
D ſiſti a nobis, & ad propria reuerſus es, iniuriam ei, & monaſterio eius cum noſtris etiam conuitijs intuliſti, vnde cauendum tibi eſt, ne illud ſuper te prouerbium veniat, quod de non bono vino vulgariter dicitur: Priuſquam ingrediatur vas, marceſcit. Monemus itaque feritatem tuam, vt a prædicti Abbatis, & fratrum eius inquietatione omnino deſiſtas, & clericos Eccleſiæ de monte Caluo ad Alborenſe monaſterium pertinentes, ab interdicto illo, quod in eos protuliſti prorſus abſoluas. Si quid autem aduerſus Abbatem, vel monaſterium habes, nos ad quos eiuſdem loci proprietas pertinet, debitam inde iuſtitiam congruo tempore faciemus, quod ſi nos audire contempſeris, timendum tibi eſt, ne dum Dei ſeruos iniuſte perſequeris, iuſtam ſedis Apoſtolicæ indignationem ita perſentias, vt alij exemplo tuo talia de cætero facere non præſumant.

Datum Laterani 10. Kal. maij.

13 ROTLANDVS hic primus Epiſcopus eſt, qui Groſſetanus appelletur. Tamen an. 1133. in bulla Innocentij Secundi erectionis Archiepiſcopatus Ianuenſis, adhuc Roſellanus Epiſcopus ſe ſubſcripſit.

14 MARTINVS Epiſcopus Groſſetanus, floruit 1174. interfuitque Lateranenſi concilio ſub Alexandro Tertio anno 1179.

15 GVALFREDVS, cuius memoria extat in antiquo quodam inſtrumento Abbatiæ ſancti Laurentij de Ardinghesca ordinis ſancti Benedicti Groſſetanæ diœceſis anno 1187. Hoc tempore Abbatia hæc, monaſterio S. Mariæ Angelorum Senenſis ordinis Canonicorum regularium ſancti Saluatoris iuncta eſt, vbi eius monaſterij diplomata aſſeruantur.

16 PEPVS, ſiue Petrus, ordinis Ciſtercienſis monachus ex cœnobio ſancti Galgani aſſumptus, floruit anno 1220. eiuſdemque memoria habetur in Caleſo ſancti Galgani, qui in archiuio Senenſi aſſeruatur.

17 ACTIVS electus anno 1239. de quo Gregorius Nonus in epiſtola ad Piſanum Archiepiſcopum, vt ei munus conſecrationis impendat. Data Laterani 2. Kal. maij ann. 13. epiſt. 25. fol. 6. reg. Vatic. vſque ad annum 1252. præfuit, ex eodem Caleſo.

18 HVGO eidem præfuit Eccleſiæ anno 1262.

19 ACTIVS eius nominis ſecundus 1265. Obijt anno 1277. poſt cuius exceſſum Senatus clericalis Bindum de monte Orgiali, eiuſdem eccleſiæ præpoſitum elegit, eius vero poſtulationem haud accepit Nicolaus Tertius, ſed de plenitudine poteſtatis ſequentem euexit ad ſedem, vt habetur in regeſt. Vatic. epiſtola 45. folio nono, anno primo.

20 Fr. BARTHOLOMÆVS Amerinus, ex ordine Minorũ, Epiſcopus renunciatus eſt 1278. 15. Kalendas aprilis. Conſecratur in curia a ſummo Pontifice Nicolao Tertio, a quo eodem anno mittitur Conſtantinopolim, vna cum fratre Bartholomæo Syriæ miniſtro, Philippo Peruſino, & Angelo Vrbeuetano lectoribus ordinis Minorum ad vnionem tractandam inter Græcam, Latinamque Eccleſiam. Roſſellæ, Iſchiæque ſuæ iuriſdictionis oppida reipublicæ Senenſi perpetuo ſubmiſit anno 1287. de qua te Iugurtha Thomaſius lib. 7. Senenſis hiſtor. Ei ſcribit Martinus Quartus anno 1282. vt a Gualterio, & Oderico de Auerſa, alijſque regni Siciliæ exteris cautionem reciperet, vt quod in Eccleſiæ Romanæ præiudicium molirentur, epiſtola habetur in regeſto Vaticano. Data 4. nonas iunij anno 2. Hic in adminiſtrando Epiſcopatu vicaria opera vſus eſt fratris Iacobini conuerſi monaſterij ſancti Galgani ordinis Ciſtercienſis anno 1285. anno vero 1288. reperi illum eundem aſsiſtentem fuiſſe Nicolai Quarti ſummi Pontificis, eiuſdemque vrbis vicarius, vt in epiſt. 29. fol. 83. anno primo habetur in regeſto Vaticano.

OF-

21 OFFREDVCCIVS, ſiue Affreduccius, A
Petri Pergroſſi Mediolanenſis presbyteri Cardina-
lis tituli ſancti Marci conſanguineus, eidem præ-
fuit Eccleſiæ anno 1290. 3. idus martij, ex rege-
ſto Vaticano, epiſt. 124. fol. 23, Deceſſit autem
1295.

22 IOANNES deinde, ex rectore eccleſiæ
ſancti Nicolai de Caſtellione Peſcariæ, Groſſe-
tanæ diœceſis poſtulatus a capitulo, confirmatur a
Bonifacio Octauo anno 1295. 4. idus octobris, ex
regeſto Vaticano epiſtola 524. fol. 120. deceſſitq;
circa annum 1305.

23 Fr. RESTAVRVM, ex ordine Mino-
rum, clericalis Senatus Groſſetanam euexit ad ſe-
dem, cuius deinde electionem Clemens Quintus
Pontifex ratam habuit 1306. decimo quarto Ka-
lendas maij. Hic Abbatem Chriſtophorum ſan- B
cti Laurentij de Ardingheſca excommunicationis
cenſura abſoluit, qui Papæ decimas non diſſolue-
rat, quarum Reſtaurus collector erat. Deceſſit au-
tem anno 1328.

24 Fr. PHILIPPVS Benciuenæ ordinis Præ-
dicatorum, ſublectus eſt Epiſcopus Groſſetanus
anno 1328. ſeptimo idus nouembris, primuſque
fuit, in quem, capituli Groſſetani abrogato ſuffra-
gio, Pontifex illam contulerit dignitatem. Siqui-
dem Ioannes XXII. non modo Groſſetanis Cleri-
cis, ſed per Italiam vniuerſis deligendi ſibi Epi-
ſcopum poteſtatem ademit. Cæterum Philippus
fato functus eſt anno 1230.

25 Fr. ANGELVS de Porta Solis Peruſinus
ex ordine Dominicano Epiſcopus Sulcitanenſis in
Sardinia huc translatus eſt ann. 1330. 2. id. febr. C
ex regeſt. Vatic. prope Groſſetum defunctus eſt
anno 1334.



D

26 ANGELVS de Cerretanis filius Spinel-
li, magnæ exiſtimationis viri nobilis Senenſis, è
Groſſetana ſede ius dixit anno 1334. decimo
quarto Kalendas iulij. Deceſsit 1349. menſe fe-
bruario, ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum, vbi
eiuſdem ſepulchrum cum hac ſemiexciſa inſcrip-
tione ſpectatur.

VENERABILIS, ET
S: . TISSI' I PATRIS, ET D. M. O.
M. ANGELI DE CERRETANIS
DEI GRATIA DIGNIT. . .
GROSSET . . . .
QVI FVIT PRIN: . .
OBIIT ANN. D.
M. CCC. XLIIII.
DIE F . . BR.
EIVS ANIMA REQVIESCAT
IN PACE.

27 BENEDICTVS item de Cerretanis An-
geli nepos, patruo in Groſſetanum Epiſcopatum
ſucceſsit anno 1349. ſecundo nonas ſeptembris,
ex regeſto Vaticano, epiſtola 163. folio quadra-
geſimo quinto, ann. 8. Clementis Sexti Papæ
lib. 1. fato functus eſt 1383. quo tempore cele-
bris habitus eſt Nicolaus Cerretanus Ilicetani cœ-
nobij ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, vi-
tæ ſanctimonia apud omnes ita claruit, vt inde
tanquam beatitudine exornatus veneraretur a
ſuis.




28 Fr. IACOBVS Zoſimi de Ptolemæis,
nobilis Senenſis, Narnienſis antea Epiſcopus, in-
que Hetruria ſpoliorum collector, ad hunc Epi-
ſcopatum aſcendit an. 1383. Senis deceſsit 1390.
ſepultuſque eſt apud ſanctum Franciſcum cum in-
ſcriptione, quam ingredientium pedes omnino
deleuerunt.

29 ANGELVS Iannotti de Malauoltis, olim
canonicus Senenſis, Iacobo ſucceſsit 1390. ſexto
Kalendas octobris, ex libro prouiſionum Præ-
latorum.



30 ANTONIVS Tei de Malauoltis Senen-
ſis, electus eſt 1400. Hic cum eſſet nobilis, po-
tentioriſque factionis haberetur princeps, ac dux,

olim euertendę reipublicę incidit in ſuſpicionem, quamobrem a Senenſibus mulctatus exilio eſt, cooeeſsitque Geminianum, Florentinæ ditionis haud ignobile oppidum, vbi & deceſsit an. 1406. ex contumacia illorum, qui illum exilio mulctauerant.



31 FRANCISCVS Bellantes, nobilis Senenſis, ex Epiſcopo Narnienſi, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt Duodecimo Gregorio ſedente 1407. Per annos omnino nouem illam Eccleſiam obtinuit, exceſsitque Senis 1417. ſepultuſque io Cathedrali cum hoc epitaphio.

. . FRANCISCI DE BELLANTIBVS
QVI CVM IN SENEN. PATRIÆ
REP. FLORVISSET IRÆMISBA
VXORE
IVRIS VTRIVSQVE DOCT . . .
VSVS . . N . . CII.
. . . ASIB . . . .
ANNO ÆTATIS PENE C.
GROSSETI EPISCOPO
OBIIT ANNO D.
M.CCCC.XVII.



32 IOANNES Peccius, Bartholomæi filius, nobilis Senenſis, Hieroſolymitanus eques, protonotarius Apoſtolicus, Senenſiſque Cathedralis canonicus a clericorum capitulo ſublectus Epiſcopus anno 1417. atque a Martino Quinto Pontifice confirmatus eodem anno decimo octauo Kalendas ianuarij. Senis deceſsit aon. 1426. ſepultuſque eſt in Cathedrali in ęneo, leuiterque

A inſculpto ſepulchro, vbi hæc ſequentia verſus inſculpta cernuntur.

REVEREND. DOMINO
D. IOANNI PECCIO SENEN.
APOSTOLICO PROTONOTARIO
EPISCOPO GROSSETANO
OBEVNTI
KAL. MARTII
M. CCCC. XXVI.

B



33 ANTONIVS Cardinalis Caſinus Senenſis Epiſcopus, Eccleſiam Groſſetanam habuit commendatam poſt exceſſum Ioannis ann. 1427. præfuitque annis tredecim, & ex hac mortali vita, vt diximus ſupra, feliciter Florentiæ migrauit an-
C no 1439. io huius Epiſcopatus diuerſis, quos vidimus, catalogis plurimum hucuſque variatis in Præſulibus numerandis defuncto Peccio: alij Nicolaum quemdam è ſancto Geminiano Tuſcum ſucceſsiſſe volunt, poſt hunc Cardinalem Caſinum, alij Caſinum Nicolao præponunt, quibus alij Iulianum Cæſarinum Cardinalem præceſſiſſe narrant: nos tamen ex illa varietate (ſecluſo Nicolao adulterino Epiſcopo Baſilienſis conciliabuli auctoritate intruſo, qui vnus è Conclauis cuſtodibus in electione Felicis Quinti Antipapæ recenſetur) ea ſelegimus, quæ maxime viſa ſunt certa, & ad veritatis normam proxime accedere, & cum actis conſiſtorialibus optime conuenire videntur; inquiunt enim in Memmij Agazarij electione ad hanc Eccleſiam enuncianda anno
D 1445. tertio Kalendas auguſti. *Memmius decretorum doctor electus eſt Groſſetanus Epiſcopus, per obitum Ioannis Bartholomæi, quam Eccleſiam poſt Ioannem, Antonius tituli ſancti Marcelli presb. Cardinalis Senenſis primo, & deinde Iulianus Cardinalis Cæſarinus in commendam obtinuerunt.*

34 IVLIANVS Cæſarinus Romanus diaconus Cardinalis ſancti Angeli, hanc Groſſetanam Eccleſiam ab Eugenio Quarto anno 1439. in commendam obtinuit, vir quidem patria egregie nobilis, ſed virtute, ſapientia, & vitæ, morumque integritate longe nobilior, quem Martinus Quintus ex Romanæ Rotæ Auditore diaconum Cardinalem crearat ann. 1426. & in Bohemiam legauerat, vt Bohemi male de fide ſentientes bello premerentur, ac deinde Baſilienſi Synodo, Apo-

ſtolico

ſtolico nomine præſideret, defunctoque Martino ſub Eugenio Quarto, eodem munere functus cum videret concilium a vero deviare, eo miſſo ſtatim ad Eugenium redijt, a quo legatus item renunciatus ad Ioannem Conſtantinopolitanum Imperatorem, tanta apud enim auctoritate valuit, vt illum Ferrariam primum, mox Florentiam, quo concilium tranſlatum fuit, cum viris inſignibus, & Patriarcha Conſtantinopolitano ſecum adduxerit, in quo tandem conciliata fuit Græca cum Latina Eccleſia: ab eodem Pontifice Pannonicam legationem accepit, profectuſque eſt cum Vladiſlao Poloniæ, & Vngariæ Rege contra Amuratem Turcarum Regem, vbi in Chriſti inimicos fortiter pugnans occubuit, cum ipſo Vladislao Rege, alijſque omnibus Chriſti fidelibus die decima nouembris anni a nato humani generis Redemptore 1444. ætatis ſuæ 46. De bello Vladislai cum Amurate Turcarum Rege videndi Antonius Bonſinius de rebus Vngaricis, Æneas Siluius cap. quinto Europæ, Gobelinus lib. 12. comm. chronicon magnum Belgicum, Ioannes Cochlæus in hiſtor. Huſſitarum, & alij eius æui ſcriptores. Quadraginta equitum millia ſub vexillis Vladislai militaſſe, & magnam Cruceſignatorum manum a Iuliano legato adductam, eleiunt. Ioan. Huniadi caſtrorum cura credita eſt, nutante victoria Huniades cum decem Vngarorum, & Vvalachorum millibus, Rege inſalutato, ſe ſubtraxit ex acie, fugamque arripuit: Rex equo deiectus, capite cæſus eſt: caput haſtæ infixum, Iulianum tribus ſagittis confoſſum inter fugiendum apud quẽdam paludem equo lapſum nobilem ſpiritum exhalaſſe ſcripſit Æneas Siluius, ſiue Gobelinus, & Cochlæus non euaſiſſe Vngarorum perfidiam, cum Turcarum manus fuga euaſiſſet: latrunculi enim quidam cum agnoſcentes, & pecunia inſtructum exiſtimantes equum aquæ potu recreantem peremere, & corpus, quod ſanctus Antoninus non repertum reſtatus eſt, ablatis veſtibus nudum dimiſere. Iulianum legatum pro Chriſti nomine occubuiſſe ſcriptum reliquit magnum chronicon Belgicum, & Æneas Siluius cum dixiſſet, gratam Iuliani præſentiam, mores blandos, vitam in omni ætate nitidam adiecit, religionis zelum omnia illi pro Chriſto, & mortem ipſam ſuaſiſſe. Sanctus Antoninus p.3. hiſt. tit.22. illum ſcientia, & fama probitatis præclarum nuncupauit, Æneas Siluius loco ſupra citato non ſolum virum magnũ, ſed admirabilem, in quo neſcias doctrina maior, an eloquentia fuerit. Paulus Corteſius lib. 1. de Cardinalatu, non dubitauit aſſerere, ita illum multarum rerum varietate doctum, vt iure in Florentina ſynodo inter Græcorum, & Latinorum diſceptationem arbiter datus fuerit. Admirabilẽ optimũq; virum, Latinorum gentis ſimulacrum, & ornamentum naturæ Iulianum fuiſſe aſſeruit doctiſſimus Cardinalis Nicenus ad Alexium Laſcarem Imperatorem. Agnouit ſacra ſynodus ſingularem magni viri doctrinam, in ea enim quantopere doctiſſimis diſputationibus profecerit idem innuit Nicenus: *Iulianus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis digniſſimus, qui multa, & pulchra dicens, & ad propoſitum argumentum adeo validis, & manifeſtis, & claris demonſtrationibus problema abſoluit, vt oſtenderet, licere veritatem ſemper apponi diuina ſymbola ſynodice, & vocante neceſſitate. ita vt nos pluribus diebus meditantes nihil ad hæc reſpondere potuerimus*. Laudes Cæſarini non tacuerunt Hieronymus Platus cap. 13. de dignit. & offic. Cardinalium Garimbertus lib. 1. cap. 2. de rebus geſtis Pontif. & Cardd. Baptiſta Poggius in vita Dominici Cardinalis Capranicenſis. Marcus Quintus cum Iulianum Baſilienſis concilij legatum de latere deſtinaſſet, merito *vitæ integritate, & ſapientia præclarum, magnitudinis conſilij conſpicuum, in maximis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ negotijs diuturna experientia comprobatum appellauit*. Virum ſanctiſſimum, omnium ſcientiarum genere eximie excultum, Chriſti martyrem inuictum, Præſulum normã, præclarum Chriſti fidelium exemplar non ſemel aſſeruit Veſpaſianus Florentinus eius ſynchronus, qui Cardinalis vitam vulgari ſermone vt illa ferebat ætas, ſed vere, ac ſincere conſcripſit, quæ nondum lucem aſpexit, eamque cum ad manus noſtras peruenisſet, coacti ſumus hoc loco, eo quidem imperpolito ſtylo Hetruſcanæ linguæ apponere, quod lector æqui bonique conſulet, fructumque non ſolum præſtantiſſimi Cardinalis, Præſuliſque Groſſeti præclariſsimis geſtis, ſed & ſcriptoris etiam ſimplice, ſinceraque ſcriptitatione ad futurorum præſulum documentum.

☞ Meſſer Giuliano Ceſarini fu Cardinale di ſant'Angelo de' degni huomini haueſsi il Collegio de' Cardinali, ſuo padre mandollo molto giouane a ſtudiare a Perugia, & acconcioſi in caſa a Buontempi. Teneua in quel tempo Braccio Perugia ſuo luogotenente in Perugia, fu Bindaccio da Ricaſoli gentiliſsimo huomo, & litterato, & amatore de' litterati. Meſſer Giuliano vſaua in caſa Bindaccio, e faceuali grandiſsimo honore, benche meſſer Giuliano iſtudiaſſe in ragione ciuile, ſendo di preſtantiſsimo ingegno, auendo data opera a gli ſtudij d'humanità, diceua bene in verſi, & in proſa, faceua verſi, e donauagli a Bindaccio, e perche era ſtudioſiſsimo, non perdeua mai tempo. Piu ſono quegli che ſi fanno ſingolari huommini nella pouertà, che non nell'abondanza de le ricchezze. Eto longegnio ſuo diuino, hauendo a ſtudiare a libri accattari, non ne potendo comperare, gli pareua male a fare la memoria ſu' libri d'altri, e moſtrommi tutti e' teſti di legge, che per iſpendere vdì già da lui poco aueua comperati, quelle ſi chiamauano Pandette, che ſon teſti ſenza chioſe, e di ſua mano, che era gentiliſsimo ſcrittore gl'aueua chioſati tutti, che v'era ſtato dentro vn tempo marauiglioſo. Il ſimile aueua letture di ſua mano, e ricolette ricolſe ſotto i dottori, dou'egli vdiua, come è vſanza degli ſcolari diligenti, era in quello ſtudio molto reputato per le ſue inaudite virtù. Partitoſi da Perugia preſo ebbe il grado d'eſſer dottorato, ſe ne venne in corte di Roma, & andò a ſtare in caſa del Cardinale di Piacenza, ſendo huomo di grandiſsima autorità, & reputatione, andò a ſtare con lui, e cominciò a dimoſtrare ogni dì piu la ſua virtù in corte di Roma, doue era il fiore degl'huomini ſingolari, iſtando a queſto modo, fu fatto

Car-

Cardinale, & in queſta dignità dimoſtrò ogni di piu le ſue virtù. Sendo creato il concilio di Baſiea, & andandoui la maggior parte del Collegio de'Cardinali, fra' quali v'andò ſanto Angelo, eſſendoui tanti degni huomini sì del collegio, come d'altrui dignità, e di corte di Roma, & di tutti e' Chriſtiani di conſentimento di tutto il concilio, auendoſi a fare vn preſidente, fu eletto meſſer Giuliano Ceſarini per lo piu ſingulare homo vi fuſſi, e piu dotto, & piu ſofficiente, e per lo miglior'huomo in tutte le conditioni fuſſe in quello concilio, Dopo lunghe diſputationi fu chiaro a tutto il mõdo, che vnito, e d'accordo tutto il concilio lo volleto far Papa, & priuare Papa Eugenio, non volle mai acconſenure, ma ſempre lo danno loro, & volle rimediare a molte coſe, che non pote. Veduto il grande inconueniente ne ſeguitaua, & non vi potendo rimediare, gli paiue, che non vi foſſe altro rimedio, che la ſua partita dal concilio, conoſcendo, che quando non vi fuſſe partito, il concilio biſognaua ſoluere non ſi poteua fare. Itandoui la ſua ſignoria, preſe per partito partirſi, & e venirſene a Firenze, doue era Papa Eugenio pregato, & exortato, & dalla ſua ſantità, & da tutto il collegio de' Cardinali, & da tutti e' principi d'Italia, perche era gran coſa partirſi vno ſignore di tanta auctorità quant'era il Cardinale di ſanto Angelo.

Giunto a Firenze, nella ſua entrata gl'andò incontro tutta la corte di Roma, che non vi remaſe perſona, che non andaſſi a onorarlo, tanto era amato, & onorato da ogn'vno per tante virtù quãte erano in lui. In queſto luogo prima che noi andiamo piu innanzi, mi pare da douer dire alcuna delle ſue virtu, a me note, dell'altre n'aueua Infinite, in prima era ferma opinione in corte di Roma, e doue egli era ſtato, lui eſſer vergine: dormì ſempre veſtito con vna camiſcia di raſcia, digiuno ſempre il venerdì in pane, & acqua, digiunaua, come era conſuetudine tutte le vigilie, e la Quareſima dello Auuento la faceua, oltre al l'altra, & digiunauala, diceua l'vficio del Matutino ſempre la notte ſi leuaua, & andaua a chiamare il capellano lo diceſſe cõlui, il piu delle volte, la notte lo diceua nella chieſa de' Serui, che habitaua quiui, & aueua fatta fare vna iſcala, che andaua doue è hoggi il corpo di Chriſto, vſciua di camera, & andaua ſu per quello andito di ſopra il chioſtro, & andaua per quella iſcala in chieſa, & quiui diceua Matutino, & Prima, & Terza, dipoi aueua in caſa vn ſacerdote ſanctiſſimo, & intendente di natione Tedeſco vecchio, & prouato, confeſſauaſi ogni matina da lui, & ogni matina diceua Meſſa, queſte non mancaua mai la confeſſione ogni matina. Aueua da natura vna inaudita liberalità di dare per Dio tutto quello aueua, & piu poteua, e non vi andaua mai perſona, che non portaſsi quello dimandaua. e non ſi partiſsi contentó da lui, in modo che ſendoui vn di certi frati d'Oſſeruanza, auendo auute le lemoſine, che domandauano, e partendoſi, eſſendo io quiui con vn ſuo cameriere, che era ſimile al padrone, mi diſſe; o ſe tu vedi che Monſignore vada vn di a palazzo ſenza mãtello, non te ne marauigliare, perche egli dà per Dio

A quello egli hà, & quello, che non hà, & in queſto modo ſouueniua a tutti e biſognoſi. Eſſendo ſtato a ſtudio, & patita la neceſsitade detta dinanzi, haueua pietà de' poueri iſcolari, & per queſto nel tempo che fu in Firenze, volle intendere ſe in corte di Roma, o in Firenze, che e'era vno digniſſimo ſtudio v'era vno giouane pouero, che non poteſſe ſeguitare i ſtudij per pouertà, & fuſsi di buono ingegno, mandato per loro teneuagli in caſa due, e tre meſi per vedere ſe era atto a imparare, e per intendere la ſua vita, e ſua coſtumi: e fatto queſto, ſe conoſceua eſſer buono, e di buoni coſtumi, gli comperaua tutto il corpo di ragione ciuile, dipoi o a Perugia, o a Bologna, o a Siena, doue piu lo ſcolare ſi contentaſse, gli pagaua alla Sapienza quello ſi paga per anni ſette, e B dauagli teſti di ragione ciuile, & canonica, ſecondo in quello voleua ſtudiare, & dauagli parecchi ducati per le ſpeſe, per infino alla Sapienza, doue aueua andare, & veſtiualo, & calzatalo di panni conuenienti: fatto aueua queſto, lo chiamaua, & diceua: vien qua figlio mio· io ho fatto a te quello, che non fu fatto a me, ſolo a fine, che tu diuenti vn valente huomo; ſopra tutto ama Dio, & temi Dio, & facendo coſi, ogni coſa ti ſuccederà bene, mentre che io ſon viuo, ſempre in ogni tuo biſogno richiedimi, che mai non ti mancherò di nulla. Fece in queſto modo a parecchi giouani, tanti quanti egli ne trouò, che haueſsino queſte conditioni dette. Queſte ſono le vere, & buone limoſine, & quello deue fare ogni degno huomo, C che ha il modo, ricordando a chi leggerà queſta vita, che il Cardinale non haueua entrata ignuna, ſe non il cappello, & il Veſcouado di Groſſeto, & non volle altro. Viueua in caſa parciſsimamente ſenza alcuna ſuntuoſità, per ſe era alieno da ogni pompa, credenza non faceua fare, quando mangiaua, non voleua ſe non vna viuanda ſola, alle volte mangiaua ſolo in camera, arrecato era quello aueua a mangiare, pigliaua l'acqua alle mani ſenza volere, che perſona iſteſsi ginocchioni, ſolo dua pigliauano la touagliola, & vno il bacino in mano ſemplicemente: poſto era a tauola voleua che ogn'vno da dua, o tre iſcudieri in fuori che ne ſtauano a ſeruirlo, il reſto andauano a mangiare: il vino che beueua metteua tanto vino che copriua a fatica il ſondo della tazza, dapoi l'empiua D d'acqua, di modo che era acqua tinta, & tale, che mi confondo in me medeſimo quando io vi penſo. Interuenne, che la prima iſtate che fu a Firenze tutta, o la maggior parte della ſua famiglia gl'infermò, vſò loro queſta inaudita carità; in prima ordinò a ogn'vno, che lo gouernaſſe, e che il medico lo viſitaſſi ogni dì dua volte, la ſera, & la matina, & ordinato lo ſpetiale, che deſſe tutto quello biſognaua; volle fuſsino proueduti dell'anima, volle ſi confeſſaſsino ſubito infermauano. Dico qui vna ſua inaudita vmiltà, & Immenſa carità: ogni di due volte andaua a viſitare tutti quell'infermi la mattina, & la ſera, a vedere, che non manſſe loro nulla, che dico io, pria era ammalato il famiglio del famiglio della ſtalla, che era il piu vile huomo di caſa, e nel medeſimo modo andaua a lui, come a gli altri. O inaudito amore, o charità im-

A immẽſa ; che ci rimango dẽtro iſmarrito a quello
faceua la ſua ſignoria a quello ci ſa per i piu . Ve-
gniamo a quegli , che erano in termine aueuano
biſogno d'eſſere aiutati nello ſtremo della vita lo-
ro , io viddi in caſa il Cardinale iſtare in fine di
morte vn ſuo ſegretario di Lombardia, che ſi chia-
maua meſſer Bartolomeo Battiferro , il Cardinale
ſempre gli ſtette allato , & in vltimo nel ſuo tran-
ſito vidi il Cardinale in ſu'l letto a ſedere , & il ca-
po di quello ſuo cancelliere eſſere a lato al viſo ſuo
confortandolo del continuo nel ſuo tranſito, e vol-
le morire nelle ſue braccia , innanzi ſi partiſſe
mai da lui , & in ſu'l letto volle ſtare lui ſolo. No-
ti ogn'vno l'ardẽte charità di queſto ſignore quã-
to ella era mirabile , & di grande exemplo , dirò
queſto in queſto luogo, io ho auuto notitia di ſan-
B tiſſimi huomini, ma in tutte le laudabili conditio-
ni non vidi mai il ſimile come il Cardinale di ſan-
to Angelo, coſtui degno d'imitationi vergognonſi
e' prelati, i quali non ſanno le laudabili conditioni
erano in lui, che furno tante le degne ſue conditio-
ni , che vsò dire il Cardinale di Piacenza , huomo
di grandiſſima autorità , che ſe la Chieſa di Dio
fuſſe perita tutta, & fuſſi reſtato ſolo il Cardinale di
ſanto Angelo , lui ſolo era ſufficiente a riformarla
di nuouo . Se la vita ſua , ò fuſſi ſcritta in latino ,
& ella ſi vedeſſe, ſi giudicherebbe eſſere cinque
cento anni, che la Chieſa di Dio non hebbe huo-
mo ſimile a lui . Queſte limoſine, che daua, & il
ſouuenire a' poueri, come faceuano quando non
baſtauano le ſua entrate , piu volte li vidi vendere
libri , ſolo per ſupplimento di queſte limoſine , i
C libri , ch'erano doppi, e di quegli non aueua biſo-
gno . Aueua la ſua caſa mirabilmente ordinata ,
& erano in caſa ſua molte perſone degne , ſopra
tutto di buoni, & laudabili coſtumi : aueua in ca-
ſa da trenta perſone, che v'erano da quindici fa-
migli gli altri erano tra capellani, & huomini da
bene, che aueua copia . La pompa, come è detto,
era aliena da lui , perche aueua tante virtù, che
queſte erano il ſuo ornamento : teneua circa dici-
otto , ò venti mule, & quando andaua a palazzo ,
come fanno i Cardinali, la famiglia, quando en-
trato il Papa tutti e' famigli s'andauano a ſpaſſo , e
perche il Cardinale ſtimaua aſſai il tempo quan-
do era iſcaualcato , & veduto non vi eſſere a far
nulla , o che il Papa fuſſi occupato, ſe ſi tornaua
D a caſa , & interuenne piu volte , che volendo an-
dare a caſa non v'erano ſe non i capellani , non ſe
ne curaua, per non auere la coda dietro, ma mon-
taua a cauallo con quegli capellani , & andaua da
ſanta Maria Nouella inſino a' Serui , doue iſtaua
per iſtanza a quello modo , Era patientiſſimo , &
amatore molto de' buoni, e non ceſſaua mai da
confortare, & exortare ogn'vno a far bene. E' Giu-
dei da venire alla Chriſtiana religione , era a Fi-
renze a ſuo tempo vn medico Hebreo, aſſai dotto
nella ſua legge , chiamato maeſtro Giouanni An-
gelo , e ſu di natione Spagnolo, al Cardinale li di-
ſpiaceua , che fuſſe Giudeo , & ogni dì non faceua
mai che ſtimolarlo ſi faceſſe Chriſtiano , & tanto
gli andò appreſſo, che egli lo conduſſe a eſſer con-
tento al batteſimo , adoperouuiſi drento aſſai an-
cora meſſer Gianozzo Manetti per auer perizia del-

la lingua Ebrea , in modo , che conchiuſo l'hebbe
il Cardinale a eſſer contento, volle , che ſi batte-
zaſſe vn dì ſolenne in ſan Giouanni , e richieſe
meſſer Agnolo Acciaioli , e meſſer Gianozzo Ma-
netti, inſieme con la ſua ſignoria a tenerlo al bat-
teſimo , e coſi feceno in ſan Giouanni il Cardina-
le con queſti due , auendo fatto fare in ſanto Gio-
uanni ſopra le fonti grande , vn bello apparato co-
perto di panni , & quiui il Cardinale di ſua mano
lo battezò , e fece tutte le cerimonie del battezare,
battezato che fu, il Cardinale aueua fatto veſtire
tutto di nuouo di roſato , & partitoſi inſieme con
queſti cittadini, & col Giudeo battezato n'andò a'
Serui , & quiui fece vno bello conuito , per hauer
cõdotto coſtui al vero lume della fede noſtra, vol-
le iſteſsi in caſa colla ſua ſignoria , & ſempre vole-
ua che mangiaſſe alla ſua tauola , & faceuali vn'o-
nore eſtremo , feceli dare vna delle principali ca-
mere che v'erano , e dettegli vno famiglio , e due
caualcature, & volle che tornaſſe del continouo in
caſa ſua , & non altrimenti lo trattaua , che ſe gli
fuſſe iſtato figliuolo . Queſti ſono de' frutti , che
debbano fare e' prelati della Chieſa di Dio . Era ,
& è ancora oggi vna compagnia nello ſpedale di
Lemmo , che è intitolato in ſan Girolamo , che ſi
ragunauano, e ragunano ogni ſabato ſera, & dico-
no certo vficio , dipoi fanno la diſciplina , ch'era
vna deuota coſa , e maſsime a quello tempo , che
v'erano molti huomini di conditione , e di mara-
uiglioſi coſtumi : inteſa la fama loro , i piu de' ſa-
bati v'andaua accompagnato con dua, o tre di ca-
ſa , dipoi , come egli era entrato dentro, licentia-
ua quegli aueuano accompagnato , & tornauano
per lui all'ora aueua ordinato . Entraua nell'o-
ratorio , & fatta la ſua deuotione ſi poneua al de-
ſco del gouernatore , e voleua gli ſteſsi al lato , &
iſtaua a tutto l'vficio , e faceua la diſciplina come
gl'altri , era in quel tempo quando veniuano alla'
to della diſciplina tanti pianti , e ſingozzi , & tan-
ta mirabile deuotione , che non è cuore ſi duro ,
che non ſi fuſſe moſſo , e maxime quando parlaua
Bartolomeo di ſer Benedetto, che per eſſere buo-
niſsimo huomo , & deuotiſsimo , & auere vna
lingua omnipotente, non è huomo per duro che
fuſſe, che egli non haueſſe fatto muouere . Aueua
il Cardinale grandiſsima deuotione in queſta
compagnia , come è detto , eſſendo io di non
molta età, vn dì andando alla ſua ſignoria, mi do-
mandò ſe io era in compagnia iguna di quelle de'
fanciulli , riſpoſi di no ; vedete charità inaudita
di ſignore, che mi diſſe : Io voglio che tu entri in
quella di ſer Antonio di Mariano, andrai da lui da
mia parte, e coſi fe, e queſto ch'io ho detto, perche
gl'aueua cura non ſolo delle coſe grande , ma del-
le minime nella ſalute del proſsimo . Domando-
mi poi, ſe io voleuo eſſere prete, che mi aiuterreb-
be , che io poteſsi ſtudiare , & di vno beneficio ,
che io poteſsi viuere; diſſemi , che io vi penſaſsi ſu
quindici dì , nella fine de' dì quindici mi doman-
dò quello io voleua fare , riſpoſi, che io non vo-
leuo eſſer prete ; riſpoſemi, che non mi poteua
far'altro bene , che l'arebbe fatto ; non era in lui
altro che carità , & amore .

Voleua che la ſua famiglia fuſsi oneſtiſsima

e che

e che all'Aue Maria ogn'vno fuſsi in caſa, & egli in perſona andaua all'Aue Maria a far ſerrare la porta, e la chiaue faceua portare in chamera ſua. Interuenne vn dì, che vno ſuo famiglio era paſſato dall'vſcio di vno cittadino di la d'Arno alcuna volta, queſto venne a dolerſene al Cardinale, ſubito inteſolo lo fece chiamare in ſua preſentia, & comandogli, che non ſolo non gli paſſaſſe dall'vſcio, ma che egli non paſſaſſe Arno di là doue era la caſa ſua, & come egli lo paſſaſſi, pigliaſſi licentia a ſua poſta: interuenne, che coſtui non paſsò Arno, ma andaua in vn luogo, che era dirimpetto alla caſa ſua, ma molto diſcoſto, & faceualo piu toſto per diſpetto, che per altro, ritornò il cittadino al Cardinale, e diſſegli quello aueua fatto, ſubito inteſo lo fece chiamare, & ſi li diſſe: Figliuolo mio abi licenza, perche io non ti voglio piu in caſa, ma perche tu vuoi viuere a tuo modo, & ſecondo ti pare, & io voglio che tu viua in modo, che non vi ſia nè l'offeſa di Dio, nè degl'huomini del mōdo, e ſubito biſognò che ſi partiſsi. Andaua ſempre la ſua ſignoria ordinando le coſe, che nō aueuano ordine, & maxime quelle coſe, doue ſi diſputaua l'honor di Dio.

Non li parendo, che ne' Serui ſi viueſsi con quello honore di Dio arebbe voluto, fu con Papa Eugenio, che molto era volto, che tutte le religioni fuſsino d'oſſeruanza, ordinò con la ſua Santità riformarlo, & metteruì l'oſſeruanza, & tutti e' frati che vi erano gli mandò via, che non ve ne rimaſe ſolo vno, e meſſerui vna degna oſſeruanza del medeſimo ordine, & inſtitui quella caſa come caſa di religione, & tutto il tempo iſtette in Firenze ve la conſeruò, ch'erano due degni monaſteri ſancto Marco, & quello in quel tempo. Attendeua il Cardinale a fare ogni coſa che poteua per ſalute dell'anime di quegli, ne' quali colla ſua autorità gli poteua inducere a bene operare. Andaua iſpeſſo alle chamere de' ſua ſeruitori, & maſſime ad alcune ore non ordinarie, & domeſticamente domandaua quello che faceuano; vn dì entrato in camera d'vno ſuo ſegretario, che aueua in mano vno libro, che ſi chiamaua l'Ermofrodita, fatta dal Pannormita, ſubito che vide il Cardinale in chamera, gittò il libro che aueua in mano dietro a vna caſſa, e non potè fare ſi accortamente, che il Cardinale non ſe ne auuedeſſe; entrato dentro il Cardinale in camerà di queſto ſegretario, lo domandò quello leggeua, vergognandoſi, ſtaua inſpeſo a dirlo, il Cardinale ridendo, che era molto allegro di ſua natura, diſſe: Tu l'hai gettato dietro a quella caſſa, e confeſsò eſſer vero, dipoi ve lo cauò, e con grandiſſima vergogna lo moſtrò al Cardinale, il quale lo preſe modeſtamente, dicendogli, non era bene lo leggeſſe, ſapendo che l'era ſcomunicatione Papale a chi lo leggeſſi fatta da Papa Eugenio, dipoi glie lo fece pigliare, e volle lo ſtracciaſſi, e coſi fece, e ſtracciato che l'ebbe, ridendo gli diſſe; Se tu m'aueſti ſaputo riſpondere, per auentura non l'aureſti iſtracciato, la riſpoſta che tu mi doueuà fare, si era, che tu cercaui vna pietra pretioſa in vno monte di letame. Vsò queſta gentilezza perche queſto giouane non ſi sbigottiſſe, & non

A iſtimaſſi, che 'l Cardinale li aueſſe inculato in cattiua opinione, di queſte gentilezze n'vſaua aſſai. Interuenne vn dì, che andando a palazzo per traſcuragine vn ſuo famiglio, o per negligenza perdè vna mula, la quale egli ſtimaua, ſendo perduta, e tornando a caſa il Cardinale fece chiamare queſto famiglio, e domandollo del modo s'era perduta, inteſolo il Cardinale ſtette alquanto ſopra di ſe, inoanzi riſpondeſsi, dipoi ſe gli volſe e ſolo gli diſſe, e' ſi vuol far diligenza ch'ella ſi troui, ſe ſi puo trouare, ſe non aueremo patienza, dipòi lo licentiò. Eranui alcuni in chamera; che ſi marauigliorno di tanta patiēza, il Cardinale per chiarire le menti di tutti diſſe: Voi vi ſarete marauigliati del ſopraſſedere ho fatto a riſpondere, io lo feci a queſto fine, di volere, innanzi gli riſpon-
B deſſe, che la ragione foſſe ritornata nel luogo ſuo, tornata ch'ella vi fu, & io gli riſpoſi: a queſto modo ſono fatti i ſaui, che non ſi rompono per coſa gniuna.

Era il Cardinale di complesſione ſanguigno, e colerico, che ſi adiraua volentieri, ma temperauala in queſto modo detto ſopra, in ogni operatione ſua dimoſtraua la ſua virtù. Amaua, come è detto e' buoni, & onorauagli in quello poteua, & maxime voleua bene a gl'huomini aperti, che non ſapeuano nè fingere, nè ſimulare, ma erano liberi, & aperti. Era in Firenze Lorenzo di Gio. de' Medici, fratello di Coſimo, preſtantiſsimo cittadino, aperto, e libero, al quale il Cardinale porta-
C ua, ſingolare amore: andaua Lorenzo ſpeſſo a viſitarlo, & molto domeſticamente coluiconuerſaua interuenne, che infermando Lorenzo di quella infirmità, di che egli ſi morì, il Cardinale con la ſolita ſua humanità nella ſua infirmità l'andò piu volte a viſitare, e conſortollo auere patienza, & accordarſi con la volontà de Dio, vedendolo in pericolo della vita, principalmente raccomandogli la ſalute dell'anima ſua, come vero, e buono amico, occorſe, come piacque a Dio, chiamarlo a ſe, e facendoſi le ſue eſequie, il Cardinale volle interuenire, & accompagnollo fino a ſanto Lorenzo, e ritornò poi a caſa, come ſi ſa. Mandouui il Papa la ſua famiglia, e donogli la ſua bandiera, e mandouui piu di trenta doppieri, amaualo
D oltre al Cardinale Papa Eugenio aſſai, non poteua dimoſtrare il Cardinale maggior ſegno d'amore, che egli dimoſtrò a Lorenzo de' Medici. Radi ſono ſimili huomini,

Haueua, com'è detto, grandiſsimo deſiderio di conducere ogn'vno al diuino culto, e chi haueſsi qualche errore affaticoſsi aſſai in rompere quella heresia de' Boemi, e fuui in perſona a confutare la loro opinione, & accozzoſsi con quegli principali Boemi, e fece tutto quello potè coll'autorita ſua, ch'era, infra l'altre ſua dottrine, grandiſsimo Theologo, e non ſolo vi volle interuenire lui, ſendo al concilio di Baſilea, ma egli volle v'interueniſſe tutti i dotti in Theologia, ch'erano in quello concilio, & vidi già alla ſua ſignoria tre volumi, ch'erano piu iſcrittura di vna Bibbia, di vn frate dell'ordine de' Carmeliti contro a' Boemi, & era mirabile l'ordine di quello Carmelita, induceua gl'argumenti de' Boemi, dipoi gli gittaua per terra

ra coll'autorità de' Dottori Latini, e Greci, ſiche il Cardinale ſece ogni coſa potè per indurgli, & non potè, ma per lui non manchò,. Erano tanto oſtinati, che piu non poteuano eſſere per hauere occupato tutti e' beni delle chieſe, & non ſe ne voleuano iſpoteſtare, ſe ogni coſa per inducergli, & non potè. Auendo Papa Eugenio fatto ogni coſa che poteua per vnire e' Greci con la Chieſa Romana. Fu contento paſſaſsino in Italia il Patriarchal, l'Imperatore, & tutti gl'huomini degni, che erano in quella prouincia, & vennero a Ferrara alle ſpeſe dal Papa, a fine di poterſar bene quant'era l'vnione loro con la Chieſa Romana, & in queſte opere circa la loro vnione il Cardinale di ſant'Agnolo ſe ne faticò aſſai, & fu in buona parte ſua opera per la ſua diligentia, & bontà, & ſedeſsi ſtati per alquanto tempo a Ferrara, venendoui il morbo, ſi partirno, & vennero a Firenze, & quiui ordinò Papa Eugenio il concilio de' Greci, & con queſto concilio, per conſiglio del Cardinale di ſancto Agnolo, & di altri ſantiſsimi Cardinali ſi ſe richiedere il concilio di Baſilea a queſto concilio, che non v'era migliore mezo di queſto a volerlo ſoluere, ch'era di grandiſsima importanza al Papa per leuar via, che ſciſma non haueſsi a naſcere, venuti a Firenze s'ordinò ogni mattina, che vi fuſsino infiniti ſingulari huomini per la Chieſa Latina, & il ſimile v'erano per la Chieſa Greca, ch'erano venuti a Firenze tutti e' principali huomini aueuano i Greci. Eraui vno Nicolò Secondino nato a Negroponte ſingolariſsimo, e maſsime nell'vna lingua, & nell'altra, cioè nella Greca, & nella Latina, & era coſa mirabile quello faceua, perche parlato si pe' Greci, & fattoſi gl'argomenti s'aueuano a fare approuare l'opinione loro, queſto interprete transferiua quello Greco in Latino ſenza gniuna difficoltà, dipoi fatto queſto i Latini quello medeſimo traſferiua in Greco con grandiſſima facilità. Fu tenuta grandiſsima marauiglia quella di queſto Nicolò, il Cardinale di ſanto Agnolo ſempre interuenne alle diſputationi, e diſputaua contro i Greci in fauore della Chieſa Romana. Era grandiſsimo Theologo, e tutte queſte differentie l'aueua beniſsimo. Erano ancora in queſto concilio gli Armeni, che aueuano alcuna differenza con la Chieſa Romana, & il Cardinale vi interueniua inſieme cō maeſtro Tomaſo da Serzana: eranui ancora gli Iacobiti, ch'erano venuti per riconciliarſi colla Chieſa al Cardinale di ſanto Agnolo, e Papa Nicola, che era in queſto tempo maeſtro Tomaſo da Serzana v'interueniua ancora lui. Era fra queſte due nationi vno interprete di natione Viniziano, ch'era coſa mirabile a vedere transferire di Latino in quelle lingue si ſtrane, & aueua quattordici linguaggi, volle l'omnipotente Iddio, che vi fuſſe queſti dua ſingulari huomini, a fine che cauaſsino queſte due nationi di queſti errori, come fe; eſſendoſi diſputato piu tempo co' Greci, in fine cederono, & vnironſi con la Chieſa Latina, doue ſi affaticaua aſſai el Cardinale ſanto Agnolo per leuargli di queſto errore, & rimaſti d'accordo tutte le ſcritture ordinò il Cardinale, e compoſele lui con volontà delle parti. Ordinate le ſcritture, ordinò Papa

A Eugenio, che ſi faceſſe vno atto publico in ſanta Maria del Fiore coſa nuoua non mai piu fatta, veniua il Papa con tutti i Cardinali, Veſcoui, Arciueſcoui tutti parati, i Cardinali colle mitrie di bombagino bianco, il Papa parato in Pontificale riccamente con la mitria d'oro, & di gemme in capo, gl'altri prelati tutti ſecondo l'ordine loro; iſtaua il Papa a ſedere, d'allato alla ſua Maeſtà ſagrata principale tutti i Cardinali, & Veſcoui, & Prelati della Chieſa Latina dalla parte detta, & dalla mano ritta era lo Imperadore di Conſtantinopoli a ſedere dirimpetto al Papa, che veniua a eſſere il Papa dalla parte dell'altare, doue ſi dice il Vangelo inſieme con tutt'i prelati della Chieſa Latina; dall'altra parte al dirimpetto, com'è detto,
B cioè dalla parte dell'altare, doue ſi dice la piſtola, era lo'Mperadore con tutti i Veſcoui, & Arciueſcoui della Chieſa Greca, ch'erano in numero dugento, o piu, tutti parati con abiti ſacerdotali Greci di varij drappi, ch'era mirabile coſa a vedere e pareua vna grande veneratione vedendo e' Greci con quegli abiti antichi ſacerdotali, che ſempre hanno vſato dal dì che vennero alla fede inſino all'hora. Non ponerò qui vna lode grandiſsima de' Greci, che mai non anno mutato abiti, coſi i temporali, come i ſpirituali ſono paſſati anni mille, & piu, e queſto ſi prouaua, che ne' campi Filippi, che ſono preſſo a Conſtantinopoli ſi vede intagliati di marmo molti Greci co' medeſimi abiti anno inſino al preſente, ci ſaranno alcuni, che ſi marauiglieranno, che eſſendo venuto il Patriarca a Firen-
C ze collo Imperatore non ſe ne facci menzione, che ſi riſponde, che concluſa l'vnione de' Greci co' Latini, & conſentitoui il Patriarcha, ſendo già vecchio, & infermo, ſi morì innanzi ſi faceſsi queſto atto; tutto queſto ordine fu inuentione del Cardinale di ſanto Agnolo, ſendo coſa noua non c'era perſona ſapeſsi ordinarla ſe non lui: ragunaro tutto queſto concilio, ch'era numero infinito, & erani cōuenuto tutto il mondo per vedere queſto ſi ſingolare atto; cantò il Papa Meſſa Pontificale, & infra la Meſſa ſi leſſero i priuilegi fatti da queſta vnione nelle dua lingue, cioè in Greco, & in Latino, in prima il Greco, dipoi il Latino, fu de' degni atti ſi ſia fatto già è longhiſsimo tempo trouandoſi si in corte di Roma Imbaſciadori al Pontefice di tutto il mondo, & d'infiniti ſignori,
D era la corte Romana in piu fiorito iſtato, ch'ella fuſſe mai iſtata nel ſuo Pontificato. Letti quegli de' Greci, & autenticati, & confermati in publico di volontà delle parti, ſi leſſero poi quegli degli Armeni, & Iacopiti, & Etiopi, di queſti non so io ſe furono nelle lingue loro tutte: queſte ſcritture paſſorono per le mani del Cardinale di ſanto Agnolo, & volle ritenerſi per autorità tutti quegli originali appreſſo di ſe, & dette ogn'vno le copie, dipoi quegli originali fece fare vna caſſetta coperta di velluto fornita di ariento riccamente, e meſsoui dentro tutti queſti originali, e donogli alla ſignoria ch'era in quel tempo, che gli teneſsero ad perpetuam rei memoriam, d'vn'atto si degno, & in ſu detti priuilegi ſono ſoſcritti à prelati della Chieſa e Latina, e della Greca di lor mano, doue confeſsano auere acconſentito a que-

ſta vnione, & queſto fu fatto per piu autorità, e ſe ſancto Agnolo non fuſſe ſtato, non ſi conduceua mai queſta vnione, nè ſi conduceua queſto atto, perche fece ogni coſa lui con la ſua ſolita prudentia, e delle ſua piccole ſuſtantie vi meſſe dentro quello potè, ſendo i Greci poueri, e non potendo iſpendere, perche Papa Eugenio per cõducere queſta opera ſi degna daua loro tanta prouiſione meſe per meſe, ch'eglino poteuano viuere, & coſi gli leuò, e ripoſe in Grecia a ſua iſpeſe. Fatto queſto atto, e conchiuſa l'vnione di tutte queſte nationi colla Chieſa Romana, tutti ſi ritirarono alle loro patrie, & Papa Eugenio fece due Cardinali Greci in queſta vnione, che l'vno fu Biſarione huomo ſingulariſſimo, e monacho di ſancto Baſilio, fu aſſai vtile alla Chieſa di Dio con **B** la ſua prudentia, fece vno altro, ch'era Veſcouo di Roſia, il titolo del quale ſi chiamò il Cardinale Ruteno, che fu degno prelato. Queſti dua fe il Papa ad perpetuam rei memoriam di queſta vnione, & moſſo dalle loro ſingulari virtù. Infinite ſono le lodi del Cardinale di ſancto Agnolo in tutte le conditioni ſi richieggano a vno homo degno, quale fu lui, che pochi ſe ne ſono trouati. Auendo fatto queſta vnione di queſte nationi, come è detto, ſempre andaua cercando fare opere degne di lui.

Auendo Papa Eugenio fatte queſte vnione di quegli diſſentiuano da quella Chriſtiana religione, penſaua di fare ogni coſa poteua contro a'nemici della croce di Chriſto, & per queſto s'era inteſo co'l Re d'Ongaria, dignitiſſimo principe di **C** quegli tempi, e preſtauagli fauore di buona ſomma di danari a fare che faceſſi guerra al Turcho, & haueua il padre del Turcho paſſato in cattiuo luogo, ſe alcuni cattiui Chriſtiani, che ſi chiamauano mercatanti, che paſſorono grande quantità di Turchi a vno paſſo di mare ſolo per denari, che fu cagione di grande inconueniente a'Chriſtiani, come appreſſo ſi dirà. Auendo Papa Eugenio mandato di là frate Giouanni da Capiſtrano, huomo ſanctiſſimo per predicare a quegli popoli, & animargli per amor di Chriſto contro agl'infedeli, & fè ſi grandiſſimo frutto di maniera, ch'era coſa mirabile i popoli, che v'andauano ſpontaneamente. Auendo già fatto grandiſſimo principio contro a **D** gl'infedeli, deliberò Papa Eugenio mandarui vno legato Apoſtolico per maggiore autorità, & eleſſe il Cardinale di ſancto Agnolo, come huomo ſanctiſsimo, & di grandiſsima autorità, richieſtolo il Papa accettò, & diſſe eſſere contentiſsimo quãdo biſognaſſe morire per la Chriſtiana religione. Auendo a partire da Firenze, preſe licentia da tutti gl'amici ſua, pregandogli, che pregaſſero Iddio per lui, che faceſſe di lui quello fuſſi il meglio, ch'era diſpoſto a fare la ſua volunta: partitoſi, andò alla via d'Vngheria, & del continouo, & per lo camino, & in ogni luogo ſeguitaua l'ordine ſuo, di dire ogni mattina Meſſa, e confeſſarſi. Giunto in Vngheria ne' campi de'Chriſtiani cominciò a predichare, & a tutti quegli popoli, & a tutto quel campo, di modo, che come vdi da huomini degni di fede, tutti gli huomini d'arme erano diuentati come religioſi con tanta deuotione, ſtaua- **A** no per le buone opere del Cardinale, & pe' buoni exempli della ſua vita conduſſegli in luogo, che auendoſi andare per vno perdono diſcoſto piu miglia dal campo, v'andò il Cardinale iſcalzo, & il ſimile tutti gli huomini dell'arme, che v'erano con grandiſsima deuotione, ſempre quando andaua contro a' Turchi, in prima haueua predicato, di poi detta Meſſa, & faceua portarſi innanzi il Corpo di Chriſto conſagrato, con cinquanta doppieri & con molti a piè intorno per reuerentia, & aueua per lo ſuo buono exemplo della vita, e de'coſtumi ridotti gli huomini d'arme ch'erano diuentati tutti come religioſi colla feruenza della caſtità nel campo, collo vdire ogni dì Meſſa, col confeſſarſi, coll'andare a luoghi di perdoni, & altre diuotioni **B** come erano andati inſieme col Cardinale piu miglia iſcalzi a vno perdono, perſeuerando a queſto modo queſto exercito, feceno grandiſsimo acquiſto, in prima, mediante la gratia di Dio; dopoi per eſſerui molti dignisſimi huomini in quello exercito, in modo, che gli acquiſtorno grande parte delle terre del Turcho, & andorno ſino di là da Andrinopoli cinque giornate, tutto ſi acquiſtò con la ſapientia, & bontà, & del Re, & del Cardinale. Era venuta la coſa in luogo, che ſe non fuſſe venuto lo'mpedimento grande, venne a' Chriſtiani per lo inconueniente di Turchi, che furono paſſati per vna via della marina da vn luogo a vn'altro, come è noto a tutto il mondo in quello al preſente. Sentendo il Re di Vngheria, & il Cardinale, come i Turchi veniuano a vno cer- **C** ro luogo, feceno penſiero d'andargli a ritrouare, vegendo auere grandiſsimo vantaggio da loro, & eſſer di maniera che gli ſperauano ſenza alcun dubio la vittoria parata: ſendo fatta queſta deliberatione, il Cardinale non ſapeua nè della vita, nè della morte, a tutto era apparecchiato a conformarſi con la volontà di Dio, & per queſto vn dì, ſecondo ebbi da chi vi fu preſente, ordinò quaſi come vno teſtamento di quello voleua ſi faceſſe, dipoi ſi volſe a tutti e' ſua di caſa, & parlò loro per lungo iſpatio, confortandogli a portarſi bene, e pregare Iddio per lui, e che andando lui al manifeſto pericholo non voleua che niuno de' ſua vi andaſsi per nulla, pigliandoli a vno a vno per la **D** mano, quaſi lagrimando, & tutti gli baciò, pregandogli, che pregaſsino Iddio per lui, & che faceſſe quello che fuſſi il meglio, e non guardaſsi a' ſua peccati: e parue in quello atto, che preuedeſsi quello doueua ſeguire di lui di eſſere martire di Chriſto, & morire per lo ſuo nome. Fatto il Cardinale queſto atto, & laſciata la famiglia ſua per non volere corresſino alcuno pericolo accozzatoſi col Re, & coll'altre gente andorno al luogo deputato, del quale erano i Chriſtiani medeſimi ſuperiori, venendo a queſto luogo e' falſi Chriſtiani, che ſi chiamauano mercatanti, paſſarono infinito numero di Turchi a prezzo hauendo parecchi ducati dell'vno, & fu tanto il numero che fu paſsato da quegli falſi Chriſtiani, che ſopragiungendo coſtoro, & non gli aſpettando, venendo alla battaglia, come ſi ſtima, ben che il vero non ne ſappia perſona; perche vi fu morto il Re, & il Cardinale, & tutti e'ſignori, &

nobili

nobili di quella prouincia, che non vi campò chi poteſſe narrare il fatto dell'arme come era paſſato, & veduto lo'nganno de' Chriſtiani, ſi ſtima, che auendo preſa i Chriſtiani la battaglia co' Turchi, ſopraueuendo dopoi tante migliaia di Turchi non aſpettati gli metteſſino in mezo, & ſeguitonne la ſtrage ſi vidè, & la morte del Cardinale, & di vno ſi degno Re quanto quello di Vngheria, & di tanta nobiltà di ſignori, & gentil'huomini, donde ſeguitò dopoi tanto male a' Chriſtiani quanto fu la perdita di Coſtantinopoli, & di tanti paeſi acquiſtati. Fu queſta la fine di queſto digniſsimo Cardinale, che niuno fu mai vero martire di Chriſto, che ne ſono ſtati infiniti, fu veramente meſſer Giuliano Ceſarini da eſsere meſso nel numero de' degni ſanċti, & martiri abbi auuti la Chieſa di Dio per tante degne opere quante ſe nella ſua vita, & per tante laudabili ſua virtu, che ſe fuſse ſtato al tempo de gl'antichi, & la ſua vita, & per tante laudabili opere s'aueſsino auute a celebrare per gli ſcrittori degni, come ſi ſarebbono potute fare, ſarebbe ſimile in tutte le laudabili conditioni a qualunque abbino auuti gli antichi, auendo perſeuerato infinò alla ſua fine in tanté laudabili opere, & dapoi alla fine auer voluto dimoſtrare coll'opere quello aueua detto colle parole, auendo preſo per l'amor di Chriſto il ſantiſsimo martirio in prima nell'altre ſue degne opere aueruí meſso il tempo, & l'opera ſua, dipoi in fine auetuí meſſo la propria vita, che piu non vi poteua mettere. Prego adunque chi ſi voleſse affaticare di compotre la vita ſua in Latino, lo facci, che maggiore opera di pietà, o di buono exempio non potrebbe fare di quello di ſeriuere vna vita di ſi degno huomo quanto fu meſser Giuliano exempio a tutto il mondo di tutte degne conditioni poſſono eſsere in vno huomo.



35 MEMMIVS Agazzatius nobilis Senenſis famoſus doċtor magno in pretio habitus, ad Epiſcopatum hunc aſsumptus eſt anno 1445. tertio Kalendas auguſti. Senis deceſsit, ſepultuſque eſt in Cathedrali anno 1452. cuius familiæ paulo ante fuerat Philippus Ilicetani monaſterij alumnus magnæ ſanċtitatis vir.

36 IOANNES Compagni filius de Agazzarijs Senenſis, fuit Groſsetanorum Antiſtes 1452. ſexta die menſis oċtobris, vitam finiuit 1488. ſequens Breue apud me extat, quo Nicolaus Quintus Pontifex Senenſi reipublicæ Ioannem commendat. Itemque ipſius Ioannis epiſtola, qua de ſua creatione in Groſsetanum Epiſcopum eandem tempublicam reddidit certiorem.

Dilectis filijs nobilibus viris Prioribus, & Capitaneo populi ciuitatis Senenſis.

NICOLAVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie Eccleſia Groſſetanenſi, tunc per obitum bonæ memoriæ Memmij illius vltimi Epiſcopi extra Romanam curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtituta de perſona dilecti filij Ioannis de Agazaia Electi Groſſetan. prouidimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur eundem Electum paterna beneuolentia proſequentes, ac cupientes, vt Eccleſia ipſa ſub eius felici regimine ſpiritualiter, & temporaliter augeatur, nobilitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam habentes pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſeruandis iuribus ſuis, ſic eos veſtri fauoris gratia proſequamini, quod per auxilium veſtræ gratiæ idem Electus in præfata ſibi commiſſæ Eccleſiæ regimine vtilius proſperari valeat, voſque proinde æternæ felicitatis præmia conſequamini.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, decimo Kalendas octobris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Magnificis, & potentibus dominis DD. Prioribus, & Capitaneo populi ciuitatis Senarum, Dominis ſuis præcipuis.

Magnifici, & potentes domini mei ſingulariſsimi, humili recommendatione præmiſſa omnipotens Deus, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt, ita ex alto ſanctiſsimi Domini noſtri mentem diſpoſuit, vt clementia ſanctitatis ſuæ mihi de Eccleſia Groſſetana prouidit, & hodie in eundem Eccleſiæ Epiſcopum in ſacro Romanorum Dominorum Cardinalium Collegio me pronunciauit. Id enim a ſanctitate ſua factum eſſe exiſtimo veſtrarum magnificarum DD. contemplatione, quorum ego filius, & ſeruitor ſum, eroq; dum mihi vita comes erit. Dignas autem vobis referre gratias non eſt meæ facultatis, Deus ipſe, qui cunctorum bonorum eſt diſtributor, condignas veſtris M. D. gratias habeat, & ad vota vos, veſtraque omnia diſponat. Ex Vrbe, die vigeſima ſecunda ſeptembris 1452. V. M. D.

filius, & ſeruus

Ioannes Compagni de

Agazaia Electus ad Eccleſiam Groſſetanam.

Eius mentio habetur vſque ad annum 1468. in literis ad rempubl. Senenſem ab ipſo ſcriptis die 17. decembris, ex quibus clare apparet illum non ſemel pro Eccleſiaſtica libertate ſeruanda pugnaſſe t, paulo poſt potuit deceſsiſse.



37 IOANNES ex Comitibus Elcije ſucceſſit Ioanni in Eccl. Groſſetana poſt annum 1468. Is anno 1472. die decima tertia martij, inſtante Thoma Epiſcopo Pientino ordinationes habuit in Eccleſia ſancti Michaelis de Cluſura eiuſdem diœceſis, ex eius literis, quæ extant in archiuio Amiatini monaſterij, vbi & eius gentilitia ſtemmata in cera expreſſa cernuntur. Fato occubuit anno 1488. apud ſuos quieſcit in Cathedrali, de quo in actis conſiſt. mentio habetur.



38 ANDREOCCIVS Chinuccius nobilis Senenſis, Suanæ ante Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1489. 4. die menſis februarij, poſtremam diem obijt 1497.



39 RAPHAEL Petruclus Senenſis, ex canonico, ac protonotario Apoſtolico 25. annum agens Groſſetanus Epiſcopus declaratus eſt, ac poſt coniurationem Alphonſi Petrucij Senatoris purpura a Decimo Leone cohoneſtatus cum munere legationis apud Senenſes. Hic cum ad arbitrium, ſuperbeque rempublicam illam adminiſtraſſet, illius populi inexpiabile odium incurrit, ita vt cum anno 1522. die decima ſeptima menſis ſeptembris, hora decima tertia, in villa quadam prope Senas deceſſiſſet, Senaſque deferretur cadauer, non ſe continuit populus, quin illud lapidibus, dicterijſque, atque ſcommatibus inſectaretur, illud idem etiam aceruo lapidum obruturus, niſi boni, timoratique viri publicæ iræ ſubtraxiſſent, inque templum ſancti Dominici intuliſſent ſepeliendum. Cæterum quod veſana crudelitas non impleuit; tumulo affixis famoſis libellis, vecors dicacitas dicitur diffamaſſe iacentem. Retulit factum Sigiſmundus Titius in Senenſi hiſtoria. Poſt multos autem annos cum deceſſiſſet inuidia, hoc epitaphium Raphaelis affixere ſepulchro.

D. O. M.

RAPHAELI PETRVCCIO CARDINALI
PATRVO OPTIMO,
VITA FVNCTO
M. D. XXII.
ANTONIVS MARIA
IOANNIS FRATRIS FILIVS
PONENDVM CVRAVIT
ANNO M. D. LXX.

40 FERDINANDVS Ponzettus Florentinus, ex patre Franciſco, Lyppi filio, Neapoli natus, ideoque a multis habitus Neapolitanus, Groſſetanus Epiſcopus renunciatus eſt 1522. Hic nobiliſſimæ indolis fuit, atque ab adoleſcentia Romana verſatus in aula, omnium pene gradus dignitatum aſſecutus eſt: etenim Melphitanus Epiſcopus fuit, Clericuſque Apoſtolicæ Cameræ, octuagenarius autem a Leone Decimo etiam Cardinalis creatur ad titulum ſancti Pancratij 1517. Egregij ingenij monumenta reliquit, ſcripſit enim de naturali philoſophia libros ſex, de ſacramentis ad Adrianum Sextum, de venenis ad Auguſtinum Niphum libros tres de origine animæ, aliaque non pauca. Cæterum has egregias animi dotes auaritia fœdauit. Siquidem irrequieto animo plures, inuidioſaſque opes congeſſit, quas in communi Romana clade, ſub populabundo Borbonio fœde amiſit, quam ipſe plane inſignem iacturam aſino impoſitus a militibus, ac circumuectus, purpuratæ dignitatis ludibrio cumulatam ita condoluit, vt paulo poſt ex mœrore animi deceſſerit 1527. menſe martio, ſepultuſq; eſt apud S.M. de Pace in ſacello a ſe erecto, cum hoc epitaphio.

DEPOSITVM VIRI
OMNIVM DISCIPLINARVM,
OMNIVMQVE ACTIONVM
HVMANARVM,
QVÆ SINGVLAREM
ET CORPORIS, ET ANIMI
VERAM FELICITATEM
MORTALIB. PARERE SOLENT
REFERTISSIMI
FERDINANDI PONZETTI
S. R. E.

PRES

PRESB. CARD. TIT. S. PANCRATII
QVI DIE II. SEPTEMB.
M. D. XXVII.
OBIIT VICTVRVS
SCILICET VITAM . . .
CXX. ANNORVM
NI SACRAM DIREPTIONEM VIDISSET
IACOBVS PONZETTVS
MELPHITANVS NEPOS
LACRYMANS POSVIT.

41 DOMINICVS Cardinalis Iacobatius, ſub Septimo Clemente hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1527.



42 MARCVS ANTONIVS Campegius Bononienſis, filius Ioannis Senatoris frater Thomæ Feltrenſis Epiſcopi, Laurentijque Cardinalis Campegij, ſublectus eſt Epiſcopus anno 1533. Vnus ex primis patribus, qui concilio Tridentino interfuerunt: è viuis exemptus eſt 1553. die ſeptima menſis maij, ſepultuſque eſt in Cathedrali.



43 FABIVS Cardinalis Mignanellus Senenſis è Lucerina translatus Eccleſia, Groſſetano Epiſcopatu inſignitus eſt 1553. die decima ſeptima menſis maij. Hic natus ‹ ›eſt, ex parente Paulo, Honorataque Saracinia, fœmina nobili Senenſi, qui cum ingenij incredibili acumine præſtaret, in lege verſatus magnus Iuriſconſultus euaſit. Romam profectus, Aduocati conſiſtorialis munere ad multos annos eſt functus egregie, duxitque in

A matrimonium ſororem Capoferri Cardinalis, quâ cum extuliſſet, bigamiaque quam ex parte fœminæ olim viduæ contraxerat, exſolutus fuiſſet, vitam clericalem inſtituit profiteri. In ea progreſſus fecit mirificos: quippe ſub Paulo Tertio ad Venetos, ad Carolum Quintum de rebus grauiſsimis legatione functus eſt, Picenum, Bononienſeſque Vicelegatus frænauit, atque Epiſcopum Lucerinum iam declaratum idem Pontifex tanquam doctiſsimum Præſulem ad Tridentinum concilium deſtinauit. Cæterum poſtquam Tertius Paulus exceſsiſſet, Iulius Tertius ob ingentia merita Mignanelli, illum inter purpuratos Patres cooptauit ad titulum ſancti Silueſtri anno 1551, deinde Præfectura ſignaturæ iuſtitiæ nobilitatus eſt, ſubuen-

B turuſque patriæ iam ſua ſponte propemodum concidenti, legatus de latere ad Senenſes proficiſcitur, ſed nequicquam adhibuit medicinam iam iamque expiraturæ libertati. Infectis itaque rebus rediit Romam, deceſsitque 1557. quarto idus augusti, ſepultuſque eſt apud ſanctam Mariam de Pace cum ſui ſimillimum filium ex legitima vxore ſuſceptum poſt ſe reliquiſſet, qui Mignanellam gentem Romæ deinde propagauit, & auxit.

44 IACOBVS Mignanellus Cardinalis Fabij nepos, patruo in hunc Epiſcopatum ſucceſsit 1558. deceſsit vero 1576.

C



45 CLAVDIVS Burgheſius nobilis Senenſis, electus Epiſcopus Groſsetanus anno 1576. die vigeſima ſecunda menſis augusti, defunctus eſt

D 1590. Seniſque ſepultus in templo ſancti Spiritus, ex ordine Dominicano cum ſequenti epitaphio.

CLAVDIO BVRGHESIO
EPISCOPO GROSSETANO,
IN QVO GENERIS NOBILITAS,
VITÆ INTEGRITAS,
OMNIS DOCTRINÆ COPIA,
SVMMAQVE IN GREGEM SVVM
TVENDVM VIGILANTIA
ADEO ELVCEBANT,
VT QVID IN EO
POTISSIMVM ESSET
NON FACILE DIGNOSCERETVR
HORATIVS BVRGHESIVS FRATRI
DE SE BENEMERITO
OPTIMO

CA-

CARISSIMO MONVMENTVM HOC
POSVIT,
OBIIT VIII. ID. SEPTEMBRIS
M. D. LXXXX.
VIXIT ANN. LVIII.
MENSEM I,
DIES XVII.



46 CLEMENS Politus nobilis Senenſis, nepos illius famoſi Ambroſij Catherini Archiepiſcopi Compſanenſis, exemplum patrui ſecutus, cum ſe literis dedidiſſet, adeo profecit, iuriſque prudentia valuit, vt quampluribus ciuitatibus incorrupte ius dixerit, adlectuſque fuerit Epiſcopus anno 1591. die 26. menſis aprilis. Eam Eccleſiam ſancte, pieque adminiſtrauit annos omnino quindecim, cumque Senis eſſet, exornaſſetque in ſancti Dominici templo ſuæ gentis ſacellum, in eo Archiepiſcopo patruo ſuo nobiliſsimum ſepulchrum cum elogio erexit, ſibique etiam, mortem præſagiens ſibi breui adfuturam, tumulum poſuit, vbi è viuis excedens anno 1606. cum hoc epitaphio conditus iacet.

D. O. M.

Clementi Polito Epiſcopo Groſſetano
antiquæ probitatis viro,
cuius miram in Eccleſijs adminiſtrandis
dexteritatem,
ſolertiamque peruigilem,
ac pietatem eximie teſtatam haberet,
ſi tum ſua ipſius,
tum Senenſis, Beneuentana,
ac Genuenſis,
quarum Archiepiſcopis
ſummam exhibuit operam
loqui de ipſo poſſent.
Is annos natus LXXII.
dum hoc ſacellum,
quod iam vetuſtate conſenuerat
reſtituit,
ſibique morituro
funebrem domum uiuens adornat
Quaſi vitæ ſuæ impendentem exitum
præſagiens

viij. Kalend. nouemb.
Senis moritur
anno a partu Virginis
M. DC. VI.
Lancellottus I. V. D. Can.
Senenſis,
Thomas, & Salluſtius ex fratre
nepotes
patruo optimo PP.



47 IVLIVS Sanſedonius nobilis Senenſis, ad hanc ſedem peruenit anno 1606. die vigeſima menſis nouembris, inauguratus die ſexta eiuſdem mēſis in Eccleſia ſanctæ Cæciliæ Romæ ab Hieronymo Card. Bernerio. Vitam B. Ambroſij Sanſedonij gentilis ſui erudite perſcripſit. Ad quinque annos Groſſetanam Eccleſiam adminiſtrauit, eoque munere deinde abiuit, Romæ deceſsit 1625. die 18. menſis decembris, ſepultuſque in Eccleſia S. Philippi Nerij.

48 FRANCISCVS Piccolomineus ex Mandolo Senenſis electus Groſſetanorum Præſul 1611. die decima ſeptima menſis auguſti. Deceſſit 1622.



49 HIERONYMVS Tantuccius nobilis Senenſis Piccolomineo ſucceſſit 1622. die 11. menſis iulij, ſuauiſsimis moribus vir, probitateq; præcipua. Deceſsit 1637.

50 ASCANIVS Turraminus nobilis Senenſis, electus ab Vrbano Octauo anno 1637. die 2. martij.

POPV-

POPVLONII, ET MASSÆ EPISCOPI.



MASSA maritima ſatis antiqua ciuitas eſt, ex edito monte mare proſpectans. Amplior ei murorum circuitus, quam populus, illic demoraturos acie inſalubri terrente. Eius exordium omnino incertum, tametſi fabuletur Annius in commentarijs, a Vebano, cognomento Maſſo ſumpſiſſe principium. Volaterranus, nobilem, antiquam Vetuloniam ibi quondam fuiſſe ciuitatem affirmat, dicturus melius Vetulonium, cuius circa confinia Maſſæ adhuc nobiles extare conſtat ruinas. Ammianus Marcellinus, Maſsæ cognomentum Veternenſis adiungit, cum lib. 13. inquit. *Gallus Cæſar natus apud Thuſcas in Maſſa Veternenſi patre Conſtantio Conſtantini fratre Imperatoris., matreque Galla ſorore Rufini, & Cerealis, quos trabeæ Conſulares nobilitarunt, & Præfectura prouinciarum.* Quamobrem cum etiam illis temporibus Maſsa extaret, conſtat antiquam eſse, tametſi haud ex illis primoribus, quæ principes, ac antiquitate præcipua habebantur in Hetruria. Quamquam ſi velimus aſserere, ex antiquo illam, nobilique Vetulonio originem trahere, adeo antiqua cenſenda erit, vt iam cum illis 12. videatur de nobilitate poſse certare. Cæterum ex antiquæ Populoniæ ruinis Maſsa creuit, cuius meminere Ariſtoteles, Strabo, Plinius, Ptolemæus, Stephanus, Epitomator, Virgilius, Mela, Liuius, Seruius, alijque ſcriptores. Scribunt nonnulli Populoniam fuiſse ædificatam, ſiue a Corſis, ſiue a Pelaſgis prope maritimum litus, nec defuere, qui ciuitatem iſtam coloniam Volaterranorum fecerunt. Olim potentiſsima fuit, & vnde antiqui Hetruſci claſsibus exornandis, inſeruiendiſque armamenta promebant. Sed o res humanas inſtabiles! hodie illius poſt deſolationem a Sylla illatam, via leue veſtigium extat. Reſtaurata deinceps, vſque ad tempora Nicetæ patritij Conſtantinopolitani Cæſarum ducis ad aliqualem priſtinæ dignitatis imaginem perdurauit, donec a Carolo Magno exciſa iterum, adeo ſeipſa eſt facta deterior, vt magni Gregorij temporibus diuinorum miniſtrorum nullius propemodum eſset, qui illic diuinum opus vrgeret. Sub exciſæ Populoniæ Promontorium Plumbinum extulit muros, Epiſcopaliſque dignitas Maſ-

A ſam demigraſse narratur, tametſi ad multos annos Maſsenſis Antiſtes adhuc Populoniæ titulum præſeferret, quo etiam hodie ijdem nobilitantur Antiſtites. Adhuc, vt multum inueſtigauerim, haud ſum aſsertus, quis eius diœceſis primus Epiſcopus fuerit, quiſue illic primum euangelium prædicauerit. Conſtat ante ſanctum Cerbonem, qui vixit ann. 572. nullum omnino occurrere, qui in Populoniæ, Maſsæque ſede floruerit: quamobrem coniectura eſt, Eccleſias illas, poſt exceſsum eiuſdem ſancti, ad multos annos proprio Paſtore viduatas fuiſse, vt clare perſpicitur ex magni Gregorij regeſto in ea epiſtola, quam ille Pontifex ad Ruſsellanum Epiſcopum ſcripſit, vt paulo ſupra narrauimus. Igitur Maſsa exciſæ Populoniæ in Epiſcopalem dignitatem ſucceſsit, etenim Maſ-
B ſæ commorabatur, reperio enim antiquitus Epiſcopum illum appellatum fuiſse Antiſtitem Populoniæ, ac principem Maſsæ, vt antiquum quoddam continet monumentum, proſtans in Cathedrali Maſsenſi. Cæterum priſcis illis temporibus vnum tantum Romanum Pontificem immediate reuerebatur, deinde ſuffraganea Piſanæ Metropolis fuit, tum & Senenſis ſub Pio Secundo. Maſsæ Cathedralis ſatis ampla, pulchraque eſt, tametſi antiquæ ſtructuræ, ſub patrocinio ſancti Cerbonis, cuius ſacrum corpus ſub maiori altari in arca marmorea honorifice requieſcit. Duabus dignitatibus nobilitatur, Archipresbyteratus, ac præpoſituræ, aliſque decem canonicos, qui cum Archipresbytero animarum ſunt curatores. Quatuor inſuper presbyteri, ac clerici tres promouendo diui-
C no operi ſunt adiumento. Seminario caret, neq; Theologali, neque Pœnitentiali gaudet præbenda. Palatium Epiſcopale eſt prope templum ſatis commodum, præter Cathedralem altera parochialis Maſſæ Eccleſia eſt, duoque monaſteria ex Franciſcano ordine, alterum fœminarum, virorum alterum cum duabus laicorũ ſocietatibus, ac xenodochio. Satis ampla diœceſis eſt, ſexdecim videlicet oppidorum, aliorumque locorum, ac Iluæ inſulæ. Huius Eccleſiæ cenſus ad duo millia ducatorum aſcendit, eiuſdemque taxa in libris Apoſtolicæ Cameræ florenorum 300. Hanc ciuitatem patrum noſtrorum memoria mirum in modum illuſtrauit Bernardinus ille Senenſis Franciſcanus, qui inde ſuum dicitur traxiſſe originem. Series Præſulum Maſſæ, ac Populoniæ ſequens eſt, quam ex
D diuerſis ſcripturis, monumentiſque in hunc modum digeſsimus.

1 S. CERBONVS Africanus ſancti Reguli alumnus in Hetruriam venit, ac poſt magiſtri martyrium, cum Populoniam ſe contuliſſet, eius ciuitatis eſt renunciatus Epiſcopus. Cuius vitam magnus Gregorius Pontifex in 3. lib. dialogorum cap. 11. commemorat. Deceſsit anno 573. die decima menſis octobris, ac ibidem tumulatus, ſed deinde Maſſam translatus, requieſcit in Cathedrali eiuſdem ciuitatis patronus, ac rector. Huius ſancti meminit martyrologium Romanum, Baronius in notis ad idem. Sigebertus ad annum 536. poſt ſancti Cerboni exceſſum, Longobardi Populoniæ intulerunt excidium, vt refert idem M. Gregorius lib. 1. epiſtola 15. oportuitque vacuam

diu

diu illam fuiſſe Eccleſiã, cum nec ibi vllus eſſet ſacerdos, qui ibidem, vt ſupradiximus diuinum cultum promoueret.

2 SERENVS, qui etiam eſt Selenus, Populoniæ Epiſcopus, apud Baronium, Romanæ ſynodo interfuit anno 680.

3 ANCAVRVS, ſiue Ancarlus, Populoniȩ Epiſcopus, apud eundem Baronium anno 756.

4 GVRIPERTVS in concilio Romano anno 826. ſub Eugenio Secundo. apud Baron.

5 ODALPERTVS eiuſdem ciuitatis Epiſcopus anno 853. apud eundem.

6 PAVLVS Epiſcopus Populoniæ ann. 766. Hic cum Formoſo Epiſcopo Portuenſi ſub Nicolao Primo legatione ſuoctus eſt apud Bulgaros, vt illos ad Chriſti fidem conuerteret: ſub Adriano Secundo Romam redijt, ſecumque adduxit Petrum Michaelis Regis Bulgarorum legatum, de eo Anaſtaſius bibliothecarius.

7 HENRICVS anno 1015. adfuit ſynodo Lateranenſi ſub Benedicto Papa Octauo, in qua ſubſcripſit decreto ad fauorem monaſterij Fructuarienſis.

9 VV. . fortaſſe Vvalterus Populoniæ Eccleſiæ præfuit, vt in antiquo quodam inſtrumento perſcribitur 1056. idemque reperitur ſubſcriptus Romano concilio ſub Nicolao Secundo Pont. anno 1059. in quodam perantiquo codice Vaticano ſæpe alias a nobis citato.

9 TEGRINVS Tentij Longobardus Populoniæ Præſul 1061.

10 Floruit in eadem ſede GVILLELMVS 1075. Hunc illum Epiſcopum Populonienſem eſſe credo, qui cum Roſſellano Epiſcopo diu pro Iuribus ſui Epiſcopatus certauit, vt ex epiſtola Gregorij Septimi anno 1075. colligitur, de quo etiam mentio in tabulis Piſanis anno 1085.

11 IOANNES Populoniæ Epiſcopus 1099. Hic medietate caſtelli Trecaſe, a comite Rodulpho, Iolittaque eiuſdem parente, filia marchionis Guilelmi Caſentini, munifice donatus eſt, condito ad id inſtrumento, cuius ex originali deſcriptum exemplar hic apponendum curauimus, extat autographum apud Carolum Strozium.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Incarnationis eius milleſimo nonageſimo nono 6. Kal. indict. ſeptima.

Manifeſtus ſum ego Rodulphus filius Br. Vchi, & genitrix mea Iulita filia Guillelmi marchionis Caſentiæ, me ſibi filio ex Mundualdo ſuo pro animæ noſtræ remedio, vel parentum noſtrorum, & nominatim pro remedio animæ viri mei Vchi comitis, a quo ego prædicta ſum, & vt ille iudicauit in ſuo obitu, & mihi præcepit. Ita ego Iulita, ac Rodulpho filio, & mundualdo mihi conſentiente offerimus Deo, & eccleſiæ ſancti Cerbonis, quæ ædificata in loco Maſſæ medietatem de caſtello ſcilicet Trecaſe, & curtem ſuam, & de ipſo monte, in quo caſtellum conſtructum eſt, quam & de cunctis pertinentijs ſuis, cum habitantijs, & cultis, & ſiluis, & omnibus in iſto caſtello pertinentijs per terris fines illorum ſunt in ca-

A pite iſti caſtelli . . ſunt determinati, vel poſiti, vel definir, tibi do, & prædictæ Eccleſiæ S. Cerboni offerre prouidimus tali ordine, vt ab hodie in antea ſit in poteſtate de illis paſtoribus, vel rectoribus, qui in prædicta Eccleſia per tempora ordinati fuerint ibi officium nunc modo Epiſcopo Ioanni, in cuius præſentia hoc factum eſt in eorum ſit poteſtate . . . medietatem de curte qualiter ſupra legitur eam habendi, tenendi, poſſidendi, imperandi, & vſufructuandi, & ſi opportunum fuerit, licentiam, & poteſtatem habeatis cauſ. . . querimonias faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus . . . & defenſandi cum capitula iſta, qualiter

B iuxta legem melius potueritis pro animæ . . . Eccleſiæ permaneat ſemper, & ſi in aliquo tempore nos, vel noſtri hæredes, tibi] d. prædictæ Eccleſiæ, & ad illos paſtores, qui per tempora . . . fuerit in aliqu . . de prædicto caſtello intentionauerimus, aut retolli, vel ſubtrahi quæſierimus. Nos, vel ille homo, cui nos eam dediſſemus per quodlibet ingenium, & ſi nos exinde auctores dare volueritis, & ea ad partem prædictæ Eccleſiæ ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſauerimus. ſpondemus nos per Iulitam vna cum Rodulpho filio, & Mundualdo mihi conſentiente cum noſtris hæredibus componere ad partem prædictæ Eccleſiȩ ſancti Cerbonij ad illius

C paſtores, qui per tempora ordinati fuerint, prædictum caſtellum in duplum, quod in prædicta Eccleſia obtulimus in compromiſſ. . . . . ſuper exiſtimatione, qui tunc fuerit. Quiſquis ergo de prædicto caſtello, quod in prædicta Eccleſia obtulimus, tollere, aut . . . minuere, vel delere voluerit, deleat eum Deus, & nomen eius de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribatur . . . res, nec defenſores quȩrere, nec dare volueritis licentiam habeatis, abſque noſtra perſona, ſi veſtra fuerit voluntas ex . . . reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus eam ad partem prædictæ Eccleſiæ defenſandi cum capitula iſta, vel iuxta . . . quia ordine hanc chartulam Petrum notarium domini Re-

D gis ſcribere rogauimus.

Actum in loco Maſſæ inter . . . . . .

Signum m. Iulitta comitiſſa, & Rodulphi filij conſentientis, qui hanc chartulam fieri rogauerit.

Signum † Ildiri quondam Gerardi, & Rufini, & Ierardi Lucenſis, & Feudrici quondam Nerbi, & Puchi quondam Ruſtici.

Petrus notarius domini Regis poſtea dicta compleui & dedi.

12 LAVRENTIVS Ioanni ſucceſſit anno 1104. Hic cum pijſſima fȩmina comitiſſa Mathilda Maſſæ diuerſaretur, impetrauit ab ea, vt medietate caſtelli Trecaſe, ad exemplum comitiſſæ Iulittæ iterum donaretur, annuit perhumaniter illa, voluitque eius inueſtituræ huiuſmodi monumentum extare.

In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno ab incarnatione eiuſdem milleſimo centeſimo quarto, 5. Kal. ianuarij, indict. 12.

Dudum domina comitiſſa Matilda maneret in villa Magiſi Mane . . . a Ardenio iudice,

iudice, Ioanne Bono, & Marchiſello Bononienſibus . . . . uonenſe, & Euredo Fenorienſe ibi aſtantibus Raynerius filius . . . Vvidonis filij Moronis, Ruſticus Romanus, Lotberius filius Alber . . . & Arduinus filius Vvidonis, & Vgo filius Manfredi, & Vgo Armaſus de Nonantula, Raymundus de Bagile, & alijs quampluribus, petijt Epiſcopus Laurentius Populonienſis cum aduocato ſuo Petro filio Vgonis, vt prædicta domina inueſtiret præfatum Epiſcopum de medietate caſtri, & curtis Trecaſis, quam comitiſſa Iolettachartulam offerſionis Eccleſiæ ſancti Cerboni dederat, conſentiente Rodulpho, & hoc per iuſſionem viri ſui Vgonis comitis filij Rodulphi, quo po . . . comitiſſa Matilda ſupradictum Epiſcopum inueſtiuit cum aduo . . . . ate prædictæ Trecaſis, & bannum impoſuit, vt ſi quis mente audaci præſumpſerit diſueſtire, aut aliquo ingenio moleſtare præſumpſerit, centum librarum argenti pœna mulctetur, medietate publica inferenda, reliqua vero medietate prædicto Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus tribuatur, & poſt pœnam hoc decretum in ſua maneat firmitate.

MA TIL
DA DEI
GRA SI
QD EST

Ego Ordericus index interfui, & ſubſcripſi.
Ego Marchiſellus cauſidicus conceſsi, & ſubſcripſi.
Ego Anſelmus cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Euerardus cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Ioannes Bonus Bononienſis cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Sigefridus iudex, & tabellio manu mea ſubſcripſi, & dedi, & compleui.

13 ROTLANDVS Populoniæ Epiſcopus Vaſtellenſi concilio interfuit ſub Paſchali Secundo Pontifice 1106. idem repetitur ſubſcriptus cuidã bullæ Honorij Secundi Pontificia Eccleſiæ Piſanæ indultæ, vbi etiam titulum Epiſcopi Maſſenſis appoſuit an. 1126. in archiuio ſancti Saluatoris montis Amiati ſequens diploma Cæleſtini Secundi vidimus ad fauorem monaſterij SS. Saluatoris, & Quirici diœceſis Populoniæ, vbi mentio habetur de antiqua Populonia.

CAELESTINVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio Alberto Abbati monaſterij ſancti Saluatoris, & B. Quirici Populonien. eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Officij noſtri nos hortatur auctoritas, vt religioſas perſonas, & loca eorum regimini deputata paternis affectibus diligamus, & ipſorum quieti ſalubriter auxiliante Domino prouideri curemus. Proinde dilecte in Domino fili Alberte Abbas tuis rationabilibus poſtulationibus clemẽ-
A ter annuendum duximus, & Saluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, ac ſancti Quirici monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri tutelam, protectionemque ſuſcipimus, & Apoſtolicæ ſedis priuilegio communimus, ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum iuſte, & legitime poſſidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs nominibus duximus annotanda, totam videlicet terram illam, quæ eſt a cala ſancti Ambroſij
B vſque ad collem Sculratorij, quemadmodum vſque ad hæc tempora cum ſiluis, vineis, terris, cultis, vel incultis pacifice videmini poſſediſſe. Montem videlicet ciuitatis deſtructæ, quæ antiquitus Populonia vocata eſt cum omnibus ſuis appendicijs ibidem conſiſtentibus, Eccleſiam ſancti Chriſtophori cum omnibus ſuis pertinentijs, quæ in liuellino ſita eſt, Eccleſiam ſancti Blaſij, quæ ſita eſt in Laborcone cum omnibus ſuis pertinentijs, in Corſica Eccleſiam ſancti Nicolai In Monatio cum omnibus ſuis pertinentijs, & ædificijs. Piſcina Lifredi Falconaia Franciola Caſtellione cum omnibus ſuis pertinentijs. Molendinum de Gnidalto, la Coſella, Fabricianum, Saline, Caldanella. Decimas quoque poſſeſſionum veſtrarum, ſicut hactenus quiete poſſidetis, vobis nihilominus cõ-
C firmamus. Porro ordinationes clericorum, ſeu monachorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, pro libertate, & reuerentia eiuſdem loci hoc decreto noſtro indulgemus, vt quem malueritis adeatis Antiſtitem, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam Apoſtolicæ ſedis habuerit, eaque gratis, & abſque prauitate, quod poſtulatur indulgeat. Item conſtituimus, vt obeunte Abbate non alius ibi, quacumque obreptionis auctoritate ordinetur, niſi quem fratres eiuſdem cœnobij cum communi conſenſu ſecundum timorem Dei elegerint, maxime ſi de eadem congregatione idoneus inuentus fuerit, quod ſi talis, qui huic regimini congruat, inter eos inueniri non poſsit, aliunde ſibi patrem, & magiſtrum expe-
D ctant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſseſsiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur, & cætera. Amen.

Ego Cæleſtinus Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Corradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Theodeuuinus ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gregorius diaconus Card. SS. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Otho diac. Card. S. Georgij ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Vbaldus diac. Card. S. Mariæ in Via lata ſubſcr

Datum Laterani per manum Gerardi S.R.E. Cardi- A *nalis, ac bibliothecarij non. decembris indict. 6. incarnationis Dominicæ anno 1143. Pontificatus vero D. Cæleſtini II. Papæ anno primo.*

14 IOANNES Epiſcopus Maſſanſis floruit anno 1189. Eccleſiam ſancti Petri Maſſæ fundauerat, vbi ſupra principem portam hæc marmori inciſa verba leguntur,

ANNO CENTENO,
BIS QVADRAGENO
ADDITO SEPTENNIO POST ISTOS,
ATQVE DVENNIO
HOC TEMPLVM CHRISTI LAPIDI
CONIVNGITVR ISTI
S. PETRVS S. PAVLVS
IOANNES.



15 MARZVCCVS de Caietanis nobilis Piſanus canonicus, & capellanus Innocentij Tertij Maſſæ Epiſcopus fuit adlectus anno 1211. cuius memoriã ex antiquis monumentis eruit eruditus olim Celſus Cittadinus, mihique tradidit. Paſſus eſt Marzuccus ingentes difficultates, dum Piſanus eſſet canonicus, vt præbenda ſua potiretur, cum a Piſana ciuitate abeſſet, ſuaque opera in ſedis Apoſtolicæ obſequio locaretur, quare Innocentius anno 1211. litteris ad Piſanum capitulum datis, omnia illi reſtitui iuſſit, quæ ea occaſione ipſi erepta fuiſſent; porro Innocentij litteras ex Piſani capituli tabulario afferemus, quas nobis eruditus Paulus Troncius Romæ tranſmiſit ab originali huius tenoris.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Archipresbytero, & Capitulo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Tranſmiſſa nobis dilectus filius Marzuccus canonicus veſter querela monſtrauit, quod cum de mandato noſtro in Apoſtolicæ ſedis ſeruitio moraretur, vos ei prouentus Eccleſiaſticos pro veſtræ voluntatis arbitrio ſubtraxiſtis. Cum igitur Apoſtolicæ ſedi ſeruiendo, etiam Eccleſiæ veſtræ noſcatur taliter deſeruiſſe decet cooperatores vos exhibentes eiuſdem ſedis . . . Quapropter diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus quicquid ei occaſione huiuſmodi ſubtraxiſtis, reſtituere ſibi ſine diminutione, aliqua procuretis, alioquin venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo veſtro noſtris damus literis in mandatis, vt vos ad id monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellat.

Datum Laterani 3. Kal. auguſti, Pontificatus noſtri anno 14.

Alterius Innocentij epiſtolæ exemplum ad canonicos Piſanos datæ ad noſtras peruenit manus, ex eodem tabulario, vbi grauioribus querelis in eos detonat, quod cum Marzucco indulſiſſet, vt tamdiu Piſano canonicatu frueretur, dum Epiſcopatus Maſſani res in meliorem formam eſſent reſtitutæ, ipſi ex canonicorum albo eum eraſiſſent, B iuſſitque vt quindecim dierum labente ſpatio priſtinæ illum aſſererent dignitati, harum vero literarum hæc ſententia eſt.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs Canonicis Piſanis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Et ſi rem grandem petiſſemus a vobis, non credebamus repulſam aliquam ſuſtinere, præſertim cum id a vobis noſtris vellemus precibus obtinere. ad quod ſi qua eſſent in vobis C viſcera charitatis propria liberalitas, & fraterna compaſsio vos inducere debuiſſent. Cum enim vobis dederimus in mãdatis, quatenus quod circa prouiſionem dilecti filij Marzucchi clerici, cui vt beneficium Eccleſię veſtrę cum loco ſuo pariter retineret, donec Epiſcopatum Maſſam ad ſtatum reduci contingeret meliorem, conceſſeramus de gratia ſpeciali, factum fuerat, ratum haberetis, non impediretis ipſum, quominus beneficium ipſum iuxta conceſsionem noſtram libere poſſideret, nec permitteretis quantum eſſet in vobis ab alijs impediri, vos preces noſtras pariter, & mandatum ſurdis auribus tranſeuntes poſt primas literas noſtras vobis directas lectum eius de dormitorio extraxiſtis, poſt ſecundas vnus veſtrum locum, in quo iacebat, occupauit, poſt tertias, allegaſtis, quod D nolebatis ſuper hoc niſi habito conſilio aliorum canonicorum Tuſciæ reſpondere, & qui Eccleſia Maſſan. pace recepta fuerat ad ſtatum meliorem reducta, quia vero pati nolumus, nec debemus, vt mandatum noſtrum iteratum toties eludatur, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictæ præcipimus, quatenus vniuerſis, quæ de eius beneficio percepta ſunt, poſtquam primas noſtras literas recepiſtis, infra quindecim dies ipſi reſtituere nullatenus poſtponatis. & eum ſuper loco, & beneficio ipſo de cætero minime moleſtetis, ſed permittatis pacifice poſſidere. Alioquin contradictores, ſi qui fuerint, officio, beneficioque ſuſpenſi ſatisfacturi nobis de contemptu, infra menſem noſtro ſe conſpectui repræſentent.

Dat. Laterani 11. Kal. iunij, Pontificatus noſtri anno 15.

De Marzucco pauca refert in ſuis Gelaſianis cõmeo-

mentarijs noſter Abbas Conſtantinus Caietanus de alio Marzucco eiuſdem Caietanæ familiæ Epiſcopo Lunenſi in primo tomo noſtræ Italiæ egimus, qui cum paulo poſt vixiſſet, quo hic noſter ad Maſſanum Epiſcopatum aſſumptus eſt, probabili coniectura mihi videtur vnum, & eundem eſſe Marzuccum Caietanum Maſſanum, ad Lunenſem translatum anno 1213. exiſtimoque Abbatem Conſtantinum vnum in duos Marzuccos multiplicaſſe, attamen vere res ſit prudenti lectori tam ſuis librandam ponderibus relinquo.

16 G. Forte Guilielmus, ſic annotatum legi in regeſto Vaticano Gregorij Noni epiſtola 109. fol. 123. lib. 5. dum ex canonico electus eſt Epiſcopus a clericali ſenatu, & ab eodem Gregorio Papa confirmatus anno quinto, Pontif. ſecundo, non. aug. Chriſti vero ann. 1231. de quo nil aliud reperi apud quempiam.

17 HILDEBRANDVS ex canonico Senenſi, Montercchijque priore, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1232. vt in manuſcripta Senenſi hiſtoria Sigiſmundus Titius narrat. Acta vero huius Epiſcopi deſiderantur.

18 ROGERIVS nobilis, ac præclaræ virtutis vir Epiſcopus præficitur in calamitoſis illis temporibus, quibus Fridericus Secundus humana diuinis confundens, libertates, iuraque Eccleſiarum ſibi vindicauit, ſuoque ſubiecit Imperio, Epiſcopos, aliarumque Eccleſiarum prælatos ſæpius tanquam Imperij perduelles eliminauit de ſede, id aliquando Rogerio noſtro eueniſſe narratur, qui cum poſt tot exantlatos pro ſua Eccleſia labores, peiora a populo ſibi ſubiecto pertuliſſet incommoda, ad Innocentium Quartum confugiens has minaces, zeloque plenas ad eundem Maſſanum populum exorauit literas anno 1250. e Vatic. regeſt. deſumptas fol. 149. ep. 237. Pontificatus eiuſdem anno decimo, tenor eſt huiuſmodi.

Vniuerſo populo Maſſano.

Cum ſit maledictus a Deo, qui matrem exaſperat, ſatis poteſtis maledictionis æternæ formidare periculum, qui matrem veſtram Maſſanam Eccleſiam, quæ vos per baptiſmum in Chriſto regenerans lac paruulis, & prouectis cibum ſolidum adminiſtrat, & quod eſt maius ſanctiſſimo corpore Chriſti vos reficit, atrocibus iniurijs affeciſtis, & ei damna grauiſſima irrogaſtis. Cum enim ciuitas veſtra tam ſpiritualiter, quam temporaliter ad Eccleſiam ipſam pertineat pleno iure, vos qui tanquam filij, & fideles iura ipſius debueratis non ſolum intemerata ſeruare, ſed etiam a temeratoribus defendere toto poſſe, contempto timore diuino, & humano pudore calcato, vos ab eius dominio damnabiliter ſubducentes ipſã poſſeſſionibus, & rebus alijs ſpoliare, alijs tradere præſũpſiſtis, & quod horribilius eſt aliquando Epiſcopos auſu ſacrilego captiuaſtis. Quare prædictam Eccleſiam ad tantam deduxiſtis inopiam, quod Epiſcopali dignitate prorſus videtur indigna, dum oppreſſa intolerabili onere debitorum de omnibus prouẽtibus ſuis vix ſufficit ſatisfacere voragini vſurarum, ſicut venerabilis frater noſter Maſſan. Epiſcopus nuper miſerabiliter expoſuit coram nobis. Quis vero non ſolum impium, ſed etiam abuſum eſt merito reputandum, vt tam honorabilis ſedes, quæ gaudet priuilegio ſingulari tanto contemptui expoſita videatur. Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur, attente firmiter præcipiendo mandantes, quatenus ſaluti, & honori veſtro prouide conſulentes, & ſaltem in hoc matri veſtræ ſatisfacientes ad præſens præfatam Eccleſiam releuetis ab onere debitorum, ita quod præteritas ſedis matris offenſas, & apud Deum, & homines vobis exinde meritum comparetis. Alioquin, vt tollatur a vobis regnum Dei, & detur genti facienti fructum eius, eidem Epiſcopo noſtris literis dedimus in mandatis, vt Epiſcopalem ſedem a veſtra transferens ciuitate, ſtatuat eam in loco decenti, vbi magis viderit expedire.

Datum Peruſij nonis maij anno nono.

Anno 1258. Rogerius collapſum diſciplina regulari cœnobium ſancti Quirici de Populonia ad priſtinam dignitatem reuocare cupiens, antiquis admotis monachis, priori, & fratribus eremi ſancti Guilielmi Groſſetanæ diœceſis ordinaria ſua poteſtate illud conceſſit, ſolemnique ſtipulatione de hac re ſequens condidit documentum, quod in anno primo regeſti Honorij IV. epiſt. 64. fol. 10. in Vaticano reperimus, ab eodem Pontifice hiſce verbis confirmatum.

Priori, & fratribus eremi ſancti Guilelmi ordinis ſancti Guilelmi Groſſetanæ diœceſis.

Iuſta deſideria veſtra libenter fauore proſequimur gratioſo, expoſuiſtis ſiquidem nobis, quod cum dudum monaſt. ſancti Quirici de Populonia nunc ordinis S. Benedicti Maſſan. diœceſ. adeo ſpiritualiter, & temporaliter eſſet collapſum, quod in eo non niſi vnus monachus, qui dicebatur Abbas quique habitum dari ſolitum in ordine veſtro profitentibus aſſumpſerat morabatur bonæ memoriæ R. Epiſcopus, & capitulum Maſſan. de ordine veſtro cupientes dictum monaſterium reformari illud de aſſenſu prædicti monachi vobis, & per vos eremo veſtræ deliberatione prouida conceſſerunt, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc prouide factum eſt, ratum, & gratum habentes, illud auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, &c. vſque communimus. Tenore autem inſtrumenti prædicti præſentibus de verbo ad verbum fecimus annotari, qui talis eſt.

In nomine Domini, amen. Anno Domini 1258. indictione ſecunda, quinto Kalendas martij. Nos Rogerius, Dei gratia, Maſſan. Epiſcopus. Conſiderantes, quod vtilitatibus, & commodis Eccleſiaſticis, ex debito noſtri officij vigilare nos deceat, & ſtantes in ſuo ſtatu Eccleſias fouere ſemper in melius; necnon reparare, & reformare collapſas, & monaſterium ſancti Quirici de Populonia, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſit collapſum, & in tantum, quod ex prouentibus ipſius Eccleſiæ non poſſit ibi viuere ſolus Abbas, cum monacho vno, quod per alios, quam per fra-

tres ſancti Guillelmi eremi præfatum non valeat monaſt. melius, & commodius reformari, cum velle, & poſſe habeant, & a populis circumſtantibus diligantur, & ab antiquo fuerit religioſa, & venerabilis eremus dictus locus, & in ijs peragendis conceſſum habeamus Abbatis monaſterij antedicti. Ad honorem Dei, & beati Cerboni patroni noſtri, & ob reuerentiam Domini P. Capocij Cardinalis præfati eremi defenſoris damus, & concedimus cum conſenſu noſtri capituli tibi fratri Guilelmo ſyndico, & procuratori, prioris, & fratrum ſancti Guillelmi prædictum monaſterium ſancti Quirici de Populonia cum iuribus, & poſſeſſionibus ſuis, vt amodo in perpetuum per priores, & fratres dictæ eremi reformetur, regatur, & gubernetur ſalua noſtra diœceſana, & canonica iuſtitia ſemper, cum non ſit exceptum iam dictum monaſterium. Actum in ciuitate Maſſæ in Palatio dicti domini Epiſcopi de monte Regio coram Cione filio domini Raynerij de Caſulis, & Vleppo quondam domini Raynerij de Maſſa teſtibus præſentibus vocatis, & rogatis. Et ego Guainorius Imperiali auctoritate notarius prædictis omnibus interfui, & quod ſupra legitur ſcripſi, & publicaui rogatus. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis &c.

Datum Tybur. 6. id. iulij, anno primo.

Paulo antea quam Rogerius Guillelmitis fratribus Populonianum cœnobium conceſſiſſet, poteſtate ad id ſibi facta ab Archiepiſcopo Piſano curtem Tricaſi oppidi in emphyteuſim tradidit Albino, Albertoque Todini filijs, vt infra relatum monumentum prodit.

Nos Rogerius, Dei gratia Maſſanus Epiſcopus.

Pro nobis, noſtris ſucceſſoribus, & Epiſcopatu Maſſano iure emphyteotico, & emphyteoſim damus, tradimus, concedimus, & mandamus vobis Albizo Alberto, qui Tadini accipientibus pro vobis, & Ildebrandino fratre veſtro medietatem pro indiuiſo omnium nemorum, boſcorum, & ſyluarum, foreſtorum totius diſtrictus, curiæ, & territorij de Trecaſi, & omnium lignorum, qui tunc, aut in ante erunt in ipſis nemoribus, ſyluis, & foreſtis cum omnibus fructibus, earum pertinentijs præſentibus, & futuris in perpetuum pro vobis, & veſtris hæredibus in futurum recipientibus. Inſuper damus vobis, cedimus, & mandamus eſſe ius, quod habemus, vel habet Epiſcopatus Maſſanus, vel alia perſona pro eo, vel viſi ſumus habere quocumque modo, & cauſa in omnibus ſiluis, boſchis, nemoribus foreſtis, vel pro . . . aut eorum occaſione, & vos, & quemque veſtrum in rem veſtram procuratores facimus, vt habeatis deinceps, teneatis perpetuo pro dicto iure ſcilicet emphyteotico, & poſſideatis quidquid vobis placuerit faciatis ſine noſtra, & noſtrorum ſucceſſorum, & alterius perſonæ lite, & contradictione, pro qua datione, & traditione iſta a nobis vobis facta ex cauſa, & iure prædicto, ſcilicet emphyteotico confitemur habuiſſe, & recepiſſe a vobis Albizo, & Alberto prædictis dantibus, & ſoluentibus pro vobis, & Ildebran-

A dino fratre veſtro lib. c. den. Piſ. minutorum, & dictos denarios recepiſſe, & habuiſſe a vobis pro expenſis veſtris, & noſtræ ſocietatis pro eundo ad ſynodum, ad quã citati ſumus ire a domino Frederico venerabili patre Piſano Archiepiſcopo Metropolitano noſtro, vt de citat. apparebat per literas deſtinatas ſigillatas, quodam ſigillo de cera viridi, in quo erat imago Epiſcopalis, & in circulo literæ tales, ſigillum Federici, Dei gratia, Piſani Archiepiſcopi, a me etiam Sinibaldo notario infraſcript. viſas, & lectas, & pro canone annuo 5. ſolidorum minutorum a vobis, & veſtris hæredibus vobis, & Epiſcopatu Maſſorum annuatim ſoluendo per totum menſem octobris, & promittimus vobis pro nobis, & noſtris ſucceſſoribus, & Epiſcop. prædictam dationem, & traditionem,
B & omnia, & ſingula, quæ in ea continentur non imbrigare, vel moleſtare, ſed ab omni perſona, loco legitime ſemper defendere, & disbrigare promittimus ſub pœna, & ad pœnã dupli eius, vnde lis eſſet, & ea ſoluta, vel non, prædicta nonminus maneant rata ſub eadem obligatione pœnę ſub fide etiam, & periculo bonorum Epiſcopatus præteritis, & futuris, & damus vobis poteſtatem accipiendi poſſeſſionem omnium prædictarum rerum veſtra auctoritate, & interim pro vobis poſſidere conſtituimus . . . vero factæ, datæ, & conceſſionis, & conditionis indebitæ, ſine cauſa, vel iniuſta cauſa, & omni lege, & canone auctoritate. Ad hæc nos Albizo, & Albertus præfati promittimus, & conuenimus vobis domino Rogario venerabili patre Maſſan. Epiſcopo, pro
C Epiſcopatu recipienti dare, ſoluere, & pagare vobis pro Epiſcopatu Maſſanco. & ipſi Epiſcopatus, pro canone, & nomine canonis in perpetuum ſolidos quinque, denariorum paruorum nomine dictæ rei a nobis vobis conceſſæ per totum menſem octobris ſub fide, & periculo omnium noſtrorum bonorum præſentium, & futurorum Reu. Epiſcop. vero factæ promiſſionis obligat. & omni legum auxilio.

Actum Maſſa coram dominis Iacobo de Picchiena . . . Rogeri, & Florentiero quondam Luzzarelli teſtibus, anno Domini 1257. indictione prima, die 7. Kal. febr.

Ego Sinibaldus.

Hunc ipſum Rogerium reperio in monumen-
D tis Abbatiæ trium Fontium vixiſſe vſque ad ann. 1268.

19 PHILIPPVS Cathedralis Eccleſiæ ex Archipresbytero, eligitur a capitulo in demortui Rogerij locum, confirmatur a Clemente Quarto anno 1268. 6. id. auguſti ex regeſto Vatic. ep. 67. fol. 237.

29 ROTLANDVS Vgurgerius Senenſis, Maſſæ Epiſcopus 1290. conſecrationi cœmeterij Eccleſiæ ſancti Franciſci Senenſis interfuit anno 1298. vt ex ſequenti inſcriptione perſpicitur.

In nomine Domini, amen.
Ad perpetuam rei memoriam.
Anno Domini M. CC. LXXXXVIII.
die xi. menſ. aprilis,

ven.

Ven. pat. Do. Matthæus
ordinis fratrum Minorum Card.
Epiſcopus Portuenſis,
legatus in Eccleſia
coram venerabilibus viris
domino Ildebrando Epiſcopo Aretino
D. Thoma Epiſcopo Piſtorien.
& domino Orlando Epiſcopo Maſſano,
& multis alijs Prælatis,
& Clericis benedix.
cæmeterium, & plateam
Hanc totam, vt eſſet de cætero
ad ſepulturam
defunctorum corpora
deputatum.

21 LANDO ex canonico Piſtorienſi, & Clementis Quinti capellano, ab ipſo adlectus defuncto Orlando anno 1307. reg. Vatic. epiſtola 52. fol. 12. anno tertio.

22 CHRISTOPHORVS filius Nini de Mellonis de Senis Epiſcopus Maſſanus an. 1310. 4. maij habetur mentio in lib. obligat.

23 PETRVS è Maſſenſi ſede ius dixit anno 1318.

24 IOANNES Epiſcopus Maſſenſis floruit anno 1320. ac 1329. hic callida interpretatione iuris, falſoque obtentu a Pontifice Ioanne Vigeſimo ſecundo impetrauit, vt ſibi liceret exigere certam penſionis ſummam à locis pijs, cœnobijſque ſuæ diœceſis, ſed cupido conatui, qui obſiſterent, non defuere. Monachi enim S. Galgani in primis, a quibus quotannis quadraginta ſcutata poſtulabantur, ad Pontificem prouocarunt, cuius nutu, cum ad Tedicem Feſulanorum Antiſtitem, ſanctique Galgani priuilegiorum conſeruatorem eius cauſæ cognitio tandem fuiſſet delata, ipſe viſis vtrimque iuribus, litis victoriam monachis adiudicauit. Quæ ſententia, litiſque progreſſiones in protocollo D. Latti eius temporis publici notarij Florentini aſſeruatur, extatque in archiuio Abbatiæ Septimianæ Florentinæ diœceſis. Idem Ioannes, vt primum Maſſenſis Epiſcopus renunciatus eſt, omnia iura, fortunaſque ſibi creditæ Eccleſiæ diligenter reuoluit anno 1320. ſtatuitq; emphyteuſim oppidi Trecaſi Tedinis Comitibus a Rogerio anteceſſore attributam, abrogandam: quod dicto caſtello ex iniuria excidium propemodum viderentur attuliſſe. Igitur Tedinis Comitibus eiectis in ſe traxit oppidum. Deinde cum ſe adminiſtrante, oppidum haud melioris videretur fuiſſe conditionis, iterum in perpetuam emphyteuſim Caponio filio Andreæ Maſſæ, Carſicæque marchioni cenſuit dandum cum liuello duorum florenorum aureorum quotannis ſoluendo. Conditum inſtrumentum eſt Maſſæ in caſtro montis Regij in palatio Epiſcopali. Conſtat hunc Caponium Maſſæ marchionem è Caponia nobiliſſima gente Florentina fuiſſe. Etenim ann. 1335. commorabatur Florentiæ, annuumque canonem ſoluendum curauit per Franciſcum filium Baccij

A populi ſanctæ Luciæ de Magnolis de Florentia Dati, acceptique inſtrumentum apud Carolum Strozzinum virum nobilem, ac antiquarium diligentiſſimum aſſeruatur. Deceſsit autem Ioannes 1332.

25 Fr. GALGANVS Senenſis, ex ordine Prædicatorum, Romanæ prouinciæ præfectus, ob ſingularem doctrinam, vitæque probitatem Epiſcopus adlectus eſt anno 1332. Hic alienationem oppidi Tricaſi in Caponiam gentem ratam habuit: populo Senenſi maximo in pretio fuit, cuius opera, conſilioque in vrgentibus, trepidiſque rebus ſæpius vſus eſt; cunctis mœrentibus fato functus eſt Senis 1348. die decima nona menſis martij, ſolemnique pompa apud ſuos Dominicanos ſu-
B premo officio demandatus ante altare maius. Eius meminit frater Seraphinus Razzius 1. lib. de vir. illuſtr. ſancti Dominici, quamuis præpoſtere diem mortis narret, cum aſſerit incidiſſe in annum 1340. de quo etiam Gregorius Lombardellus in vita B. Bonauenturæ Ptolemæi.

26 Defuncto Galgano VVIDO ſuffectus eſt, translatus ab Eccleſia Maceratenſi an. 1348. 2. Kal. nouemb. ex reg. Vatic. ep. 58. fol. 40. ann. 7. Clementis Sexti.

27 ANTONIVS de Riparia Præſul fuit anno 1361. die tertia menſis nouembris, huius litteram ad publicam rem Senenſem ſcriptam mihi videre contigit anno 1377. die 24. menſis iunij. Deceſsit 1380.

28 PETRVS Fanenſis olim Ciuitatis Nouæ
C Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1380. die 27. menſis decembris, quo ipſo die ſcriptis litteris, rempublicam Senenſem de ſua translatione certiorem fecit: apud quam etiam, pro eodem Cardinalis Tarlati de Petra Mala valuit fauor, vt omni officio cultus exciperetur. Translatus inde fuit ad Eccleſiam Fanenſem anno 1389. ex regeſt. Bonifacij Noni.

29 ANDREAS Ioannis de Guidis de Arciano, ditionis Senenſis caſtello, Epiſcopus declaratus eſt 1386. deinde ad Epiſcopatum Aſsij translatus eſt 1391. ex libro prouiſionum Prælatorum.

30 IOANNES Gabriellius Pontremolenſis canonicus Coronenſis, I.V. Doctor inſignis, Bonifacij Noni capellanus, eiuſdem Pontificis fauo-
D re ad eandem ſedem aſcendit 1391. 4. Kalendas decembris. Legatus profectus eſt in Poloniam, ac Lituaniam, vt quæ, inter Vladiſlaum, equiteſque Theutonicos de dominio Lituaniæ erant, lites, componeret. Cumque feliciter obita legatione, rediſſet Ioannes, ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt 1394.

31 NICOLAVS Berutus olim Epiſcopus Taruiſinus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1394 quinto id. ſeptembris, anno vero 1404. Archiepiſcopus Arborenſis declaratus eſt in Sardinia, ex eodem lib. prouiſionum Prælatorum.

BAR-



32 BARTHOLOMÆVS Ambroſij Ghinij Senenſis Archiepiſcopus, antea Arborenſis, cum ſupramemorato Nicolao Arborenſem cum Maſſenſi commutauit Eccleſiam anno 1404. ſexto B Kalendas decemb. Deceſsit 1425.



33 ANTONIVS Caſinius Senenſis, filius Franciſci celebris medici, ex Canonico Senenſi. Maſſenſis Epiſcopus ſublectus eſt 1425. Hic ex fauore reipublicæ Senenſis, omnia monumenta, ſcripturaſque ad Eccleſiam Maſſenſem ſpectantes, quæ apud illius ciuitatis priores extabant, recuperauit, quarum ope multa deinceps expiſcatus eſt, quæ iniquò iure occupauerant multi. Breuiori mora Maſſenſem Eccleſiam adminiſtrauit, deceſsitque cum laude ſingularis probitatis anno 1429. menſe februario, ſepultus eſt in Cathedrali in candido marmoreo ſepulchro, vbi cum eiuſdem effigie gentilitia Caſiniorum ſtemmata cernuntur cum ſequenti inſcriptione. D

Quem genuit Papa Medicus Franciſcus
Senenſis
Præſulis Antonij contegit oſſa lapis.
Obijt anno Domini
M. CCCC XXVIIII.
die . . . menſis februarij,
cuius anima requieſcat
in pace.

Multi reperti ſunt, qui hunc Antonium Epiſcopum Maſſenſem, cum Antonio Caſinio Cardinali Epiſcopo Senenſi confuderunt, decepti nomine, & cognomine vtriſque communi. Etenim Antonius Epiſcopus Maſſenſis filius fuit Franci-

A ſci Senenſis medici Papæ Martini Quinti Columnæ, cuius fauore multas opes congeſsit, præclariſſimaſque affinitates Romæ eſt aſſecutus. Antonius autem Cardinalis Caſinius e Senis originem duxit, ſed Florentiæ natus eſt, vbi illius pater Ioannes Innocentij Septimi Papæ medicus ciuilitatem fuerat aſſecutus: quamobrem inter vtriuſque gentilitia ſtemmata hoc intereſt, quod Florentini Caſinij, crucem perantiquum ciuitatis Florentiæ inſigne, ob ciuilitatem obtentam adijciunt, Senenſes autem regulam tantum ſex ſidera diuidentem retinuerunt.

34 Fr. ANTONIVS Maſſenſis 31. Generalis ordinis Minorum theologica facultate per ea tempora clarus vir placidus, & vltra modum benignæ naturæ, ad Conſtantinopolitanum Imp. pro Martino Quinto functus legatione, ſub cuius regimine Minorum regularis diſciplina valde elanguit, neceſſe proinde fuit è miniſterio euocare, amotus eſt ab officio ſub eodem Pontifice Martino, a quo ſuæ patriæ obtinuit Epiſcopatum anno 1430. ſecundo id. iunij, cum Aſsiſij eſſet, rempublicam Senenſem de ſua electione certiorem fecit, inauguratuſque præcipua ſolicitudine Eccleſiam ſibi creditam gubernauit vſque ad annum 1435. è viuis autem exemptus ſepultus fuit in Cathedrali, vbi adhuc eius effigies in pariete depicta, cum hac inſcriptione ſpectatur.

ANNO M.CCCC. XXXV.
M. DECEMBRIS
C HIC EST M. ANTONIVS
DE MASSA
PRINCEPS MASSANVS,
ET EPISCOPVS
POPVLONIÆ.

Epiſcopi autem Maſſenſes principis titulo per ea tempora cenſebantur, quod priuilegio Friderici Imperatoris Principum Romani Imperij titulo, vt cæteri omnes Hetruriæ Epiſcopi fuerant inſigniti. Qui tamen aboleuit deinceps, cum vis bellorum, illorum ditionem propemodum euertiſſet. Cæterum iſte Antonius haud alia ſtemmata geſtauit, quam iſtas literas, quibus verendum Chriſti nomen exprimebatur
CPS,
vt ex quibuſdam literis videre eſt, quarum partem apud me habeo, pars in Bichema Senenſi diligentiſsime aſſeruatur.
De Antonio videndus Vvaddingus tomo quarto annalium Minorum.

RICHAR-



35 RICHARDVS filius Cionij del Frate, è monte Lucho Florentinus, monachus Vallumbroſanus, Abbas primum ſancti Pancratij, poſtea B Vallisumbroſæ, ac illius ordinis generalis, Epiſcopus adlectus eſt 1435. nonis octobr. Eugenio Quarto ſedente, qui ſequenti diplomate de eius electione Senenſes Senatores certiores fecit.

EVGENIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.


Dilectis filijs prioribus, Gubernatoribus Communis, & Capitaneo populi ciuitatis Senarum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos nuper Eccleſiæ Maſſarum tunc Paſtoris ſolatio deſtitutæ de perſona dilecti filij Richardi Electi Maſſanen. nobis, & fratribus noſtris ob ſuorum exigentia meritorum accepta, C de dictorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica duxerimus prouidendum, preficiendo eum ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos eundem Electum paterna beneuolentia proſequentes, ac cupientes, vt Eccleſia ipſa ſub eius felici regimine in ſpiritualibus, & temporalibus augeatur, deuotionem veſtram rogamus attente, quatenus eundem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam præfatam habentes pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſeruandis iuribus ſuis, ſic eos veſtri fauoris gratia proſequamini, quod per auxilium gratiæ veſtræ idem Electus in commiſſo ſibi dictæ Eccleſiæ regimine vtilius valeat proſperari, ac vobis à Deo perennis vitæ præmium, & à no- D bis condigna perueniat actio gratiarum.

Datum Florentiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinto non. octob. Pontif. noſtri anno 5.

Deceſsit autem Richardus anno 1438. ſepultuſque in Cathedrali.

36 PETRVM deinde de Viſo, filium Ioannis Montisflaſconenſem antea Epiſcopum, Eugenius Quartus ad hanc tranſtulit Eccleſiam anno 1439. die ſexta menſis martij. Hic eodem anno concilio Florentino interfuit. Cæterum Petrus nunquam Maſſenſis Epiſcopatus poſſeſſionem, obſiſtentibus Senenſibus, inire potuit, donec Pontifex iuſta ira commotus, ſacra Senenſibus interdixit, qui ex verendo illo interdicto de- A mum reſipiſcentes, liberam ſi vere Petro ſui Epiſcopatus poſſeſſionem.



B

37 LEONARDVS Datus Florentinus, nobilis familia natus, Cathedralem Maſſanæ Eccleſiæ nactus eſt anno 1467. vt elicitur ex eius epiſtola ad Papienſem Cardinalem. Vir fuit multæ eruditionis, lepiduſque poeta: ſcripſit de bello Hetruſco in Perſenam, aliaque tum verſu, tum ſoluta oratione poſteris, mandauit ſui ingenij monumenta. De eo, deque Goro fratre Verini noſtri muſa non ſiluit in lib. 2. dum cecinit.

Tranſieram imprudens Leonardi carmina
Dati,
Qui pede Romano, numeriſque ligauit
Hetruſcis
C *Heroas, lyricoſque modos ſub pondere rerum,*
Dum ſacra Pontificis tractat myſteria
Pauli.
Sanguine quin frater Leonardi Gorus, &
arte
Littoreas cecinit Tyrrhenis verſibus
oras,
Portus, atque ſinus, elementa, & ſidera
cæli,

Pio, Pauloque ſecundis Pontificibus Maximis, propter acrimoniam ingenij, motumque ingenuitatem in paucis charus, cuius quidem Pauli D erat Breuium à ſecretis. Romæ mortalitatem expleuit anno 147 2. vbi & iacet. Vitam eius breui elogio ſcripſit Veſpaſianus Florentinus in lib. de viris illuſtribus, quem manuſcript. ſeruat Proſperi Mutus Vaticanæ baſilicæ canonicus, ſacræue Conſultæ Innocentij Decimi à ſecretis. Leonardi quandam epiſtolam ad Senenſem rempublicam ſcriptam legi, in qua intrepide ſe declarabat, quam immunitatis Eccleſiaſticæ amans eſſet. Hic alterius Leonardi Dati nepos fuit, qui ſub Martino Quinto ordinis Prædicatorum generalis magiſter, Florentiæ defunctus eſt, & Iuliani Dati Epiſcopi ſancti Leonis in Calabria proprior affinis, qui Clementis Septimi temporibus, hoc eſt anno 1524. Romæ prior pœnitentiariorum deceſſit, ſepultuſque iacet in Eccleſia ſanctorum Silueſtri, & Do-

cotheæ

ſothecæ prope portam Septimianam cum hoc epitaphio .

D. O. M.

Iuliano Dato Epiſcopo S. Leonis ,
ac baſilica Lateranenſis ,
& Principis Apoſtolorum de Vrbe
Pœnitentiario ,
& huius Eccleſiæ Paſtori ,
cuius bonitas , & integritas
omnibus gratior ſemper fuit ,
qui obijt IV. Kal. ianuarij
M. D. XXIV.

In ſacello prope Conſtantini Magni ſacrum fontem Lateranenſi baſilicæ contiguum in marmorea baſe hoc legimus cenotaphium , ab eodem Iuliano, fratribus, nepotibuſque poſitum .

D. O. M. G.

Gregorio Dato Milit.
Laurentio Dato german.
Cæſari Dato Com. Pal.
Virgilio Dato ,
Conſtantino Dato ,
Tiberio Dato ,
Alexandro Dato ,
Lucretiæ Dati ,
Conſtantiæ Dati ,
Iulianus Datus Epiſcopus S. L.
F. & nepotibus immatura
morte ſublatis
poſuit ,
Anno iubilationis , & ſalutis
M. CCCCC.

Ad dexteram eiuſdem baſis ſub inſignibus Datorum .

Iulianus de Datis
Epiſcopus S. Leonis

Ad ſiniſtram vero .

Decanus , & Prior
Pœnitentiariorum
vtriuſque baſilicæ .

De Iuliano plura in ſexto noſtræ Italiæ tomo , Deo propitio , dabimus.

A



38 Fr. BARTHOLOMÆVS Robóreus Saonenſis, ex ordine Minorum , filius Raphaelis, fratris Sixti Quarti, Iulijque Secundi frater germa-
B nus , a Sixto Quarto ſubiectus eſt Maſſenſis Epiſcopus die decima ſeptima menſis aprilis anno 1472. anno ſequenti ad Ferrarienſem Eccleſiam translatus eſt .

C



39 Fr. IOANNES de Ianderonis Senenſis , ex ordine Eremitano ſancti Auguſtini , Papæ Sacriſta , Præſulque per id tempus Typhernas , ad Eccleſiam Maſſenſem translatus eſt anno 1474. decimo ſeptimo Kalendas auguſti . Decem omnino annos Maſſenſem abſens adminiſtrauit Eccleſiam , cum Romæ apud Pontificem munere Sacriſtæ ſemper fuiſſet functus . Referendarius Sixti Quarti inſuper fuit. Auunculum habuit Rodulphum Typhernatem Epiſcopum ſingularis doctrinæ , ac probitatis hominem . Romæ deceſsit , ſepultuſque eſt apud ſanctum Auguſtinum in ſacel-
D lo ſanctæ Monicæ viduæ.

40 HIERONYMVS de Comitibus , alias de Comite Romanus , ad eandem Eccleſiam aſſumptus eſt anno 1483. die decima menſis ſeptembris , coadiutor etiam Vrbeuetani Epiſcopatus aſcitus eſt, cum futura ſpe ſucceſsionis, quamuis irrita exſpectatione . Deceſsit enim anno 1500.

41 VENTVRA Benaſſai Senenſis , Maſſæ Epiſcopatum obtinuit anno 1500. die 6. octob, Alexandro Sexto ſedente , cuius ſecretarius fuit , Clericus Apoſtolicæ Cameræ, ac Theſaurarius generalis . Dum ſuam Eccleſiam præſens adminiſtrabat , fato functus eſt 1511. Quem ſic alloquitur Antonius Macinellus lib. epigrammaton .

Et

Et genus, & virtus: facundia, mentis acu-
men A
Exhibuere tibi: quicquid honoris
adeſt.
His ſiquidem meritis non eſt te clarior vl-
lus
Pontifici, aſſiſtis nocte, dieque tuo.
Hinc Fiſci Quæſtor: Maſſæ quoque Præ-
ſul haberis,
Nec tibi defecit luteus ille Cyclos.

42 ALPHONSVS Cardinalis Petrucius hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1511. Hic ille Alphonſus eſt, quem læſæ Maieſtatis reum contra Leonem Decimum conuictum B idem Pontifex omni honore, ipſaque vita miſere ſpoliauit.

43 IOANNES HIERONYMVS Peruſcus nobilis Romanus, Rector templi ſancti Stephani de Arenula Romæ, infortunato Cardinali Petrucio ſucceſsit anno 1517. die prima ineuntis iulij, ſedit annos 7. translatuſque deinceps eſt ad Eccleſiam Teleſinam in Regno.



44 FRANCISCVS Peruſcus Romanus ſuperioris Epiſcopi nepos, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1524. die octaua menſis auguſti, quam ille Eccleſiam vſque ad annum 1529. rexit, deinde eo munere libere ſe exſoluit.

45 PAVLVS Cardinalis Cæſius, hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1529. die ſexta menſis octobris, ac poſt annum ipſe etiam eo munere libere abiuit.

46 HIERONYMVS Ianderonus Senenſis, D Archiepiſcopus Amalphitanus, ad Eccleſiam hanc translatus eſt anno 1530. die vigeſima prima menſis octobris, poſt octo omnino annos, quibus hanc Eccleſiam adminiſtrauit, Anconitanus Epiſcopus renunciatus eſt, Paulo Tertio Farneſio ita cenſente anno 1538.



47 ALEXANDER Farneſius perpetuus adminiſtrator huius Eccleſiæ cooptatus eſt, an. 1538. die decima quinta menſis nouembris, cuius curam geſsit vſque ad annum 1547. deinde reſeruato ſibi regreſſu, in Bernardinum illum Maffeium transfudit.

37 BERNARDINVS Maffeius Romanus, Pauli Tertij Secretarius, Canonicus ſancti Petri, Alexandro Farneſio Cardinali ſucceſsit in Epiſcopatum Maſſenſem anno 1547. die vigeſima ſecunda menſis martij. Romæ natus eſt nobiliſsimis parentibus, Hieronymo ſcilicet, Antoniaque Mattheia, hæc Romana fuit, ille vel e Volaterris, vel e Verona, vel Bergamo oriundus Romana ciuilitate iam inde nobilitatus eſt. Conſtat tum Romæ, tum Volaterris, tum Veronæ, & Bergami hanc Maffeiam gentem ſingulari nobilitate C inſignem eſſe, protuliſſeque viros in omni memoria egregios, vt Achilles Mucetius ſcribit parte 6 Theatri Bergomenſis.

Cardineoſque apices geminos Maffeia pro-
les
Hactenus exhibuit, purpureaſque to-
gas,
Hos, alioſque inter ciues Verona rece-
pit.
Bergomon eſt, quorum ſtirpis origo
vetus.
Pulchra Atheſi fluuio, & magno Verona
theatro
Quos Mars, aut ornat litteratura vi-
ros

Egregios, inquam, viros protulit vbique Maffeia domus, ſicut hic Bernardinus, qui nobiliorum diſciplinarum factus alumnus, adeo doctrina, variaque literatura valuit, vt Alexandri Farneſij Cardinalis primum ſecretarius, deinde Pauli Tertij a conſilijs fuerit, ditatumque poſtea Maſſenſi ſacerdotio, alijſque dignitatibus, ſub titulo ſancti Cyriaci etiam euexit ad purpuram, cum vix ann. 35 ageret, excellenti, magnoque ingenio fuit, Italiciſque Academijs maxime charus. Doctorum plerique in Bernardino mirantur inter tot Senatus orbis terrarum negocia potuiſſe illum in Ciceronia-

nas epiſtolas ſcribere commentaria. Antiquarum inſcriptionum ſcientiſsimus fuit, quamobrem hiſtoriam compoſuit de antiquorum Toreumatum inſcriptionibus. Extant adhuc apud affines multæ illius manuſcriptæ eloquentiſsimæ orationes. Summis laudibus Bernardinum extollit Paulus Manutius in epiſtola ad librum de legibus. A
Ioannes Pierius Valerianus eloquentiſsimum illum appellat, cum eidē lib. 14. de Hieroglyphicis inſcripſit. Demum is fuit Maffeius, vt purpuræ ipſi Senatoriæ plurimum attulerit ſplendoris, iudicatuſque ſit Paulus Tertius ſapientiſsimus Pontificum, qui doctorum virorum ſeptuagenarium numerum, quos intulit in Senatum, hac Bernardini electione, ſane præclara coronide, clauſerit. Ad breue tempus Maſſenſem adminiſtrauit Eccleſiam B
cum illum ad Theatmenſem Epiſcoparum Pontifex tranſtuliſſet 1549. Plenus igitur Bernardinus mortalium laudibus, egregieque factorum meritis Romæ deceſsit anno 1553. clarusque eſt a M. Antonio fratre, qui poſtea Cardinalis fuit, inq; ſancta Maria ſuper Mineruam tumulatus, intra ſuorum maiorum ſacello cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Bernardino Hieronymi
filio Maphæo S. R. E.
presb. Cardinali. tituli ſancti Cyriaci
in Thermis.
vixit annos xxxix menſ. v.
dies xx
Obijt xvij. Kalend. auguſti
M. D. LIII.

Porro de laudibus, & origine Maffeiæ gentis commentarium ſcripſit, ſed non edidit Ioannes Nicolai, de qua gente tres Cardinales prodierunt, Bernardinus, M. Antonius fratres, & Horatius eorum nepos, qui ſub Paulo quinto Romæ defunctus anno 1609. iacet prope patruos ad Mineruam, de quo in quinto tomo noſtræ narrationis plura dum inter Archiepiſcopos Theatinos egregium Romanæ nobilitatis alumnum, Romanæque purpuræ decus recenſebimus. D

49 MICHAEL Cardinalis de Sylua Luſitanus adminiſtrator cooptatus eſt Maſſenſis Eccleſiæ anno 1549. die nona menſis maij, cuius laudes, geſtaque præclara in additionibus ad Ciaceonem enarrauimus. Romę deceſsit anno 1556. nonis iulij, ſepultus eſt apud ſanctam Mariam in Tranſtyberim.



50 FRANCISCVS Franchinus Coſentinus celebris poeta, ac eruditione clarus, Alexandri Farneſij Cardinalis familiaris, ad hanc ſedem peruenit 1556. die 30. menſis octobris, ex conſenſu Farneſij Cardinalis, qui ſibi regreſſum reſeruauerat. Franciſcus Romæ fato functus eſt 1559. ſepultuſque eſt apud SS. Trinitatem in monte Pincio cum hoc epitaphio.

Franciſco Franchino Coſentino,
Maſſæ, Populoniæ Epiſcopo
prudenti, acrique viro,
atque venuſto poetæ,
qui Phœbi, Martiſque
caſtra ſecutus. C
Retulit ad patrios bina trophæa lares
Iacobus Sfortia,
& Ioannes Baptiſta Franchinus
hæredes P. mœſtiſſ.
Vixit annos LIX.



51 VENTVRA Buſalinus Typhernas, ex ceſsione Cardinalis Farneſij & ipſe electus anno 1560. die quinta menſis februarij: deceſſit 1570. de qua gente fuit Riccomanus Buſalinus Epiſcopus Venſdnus in concilio Laterano clarus 1512.

ANTO-



52 ANTONIVS de Angelis nobilis Piſanus, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1570. die vndecima menſis auguſti. Exceſsit è viuis 1579. B eiuſdem quoque gentis claruit Coſmas Epiſcopus Cortonenſis.

53 ALBERTVS Bolognettus Bononienſis, filius Senatoris Franciſci, Lucretiæque Elephantucciæ, celebris Iuriſconſultus, Epiſcopus renunciatus eſt ſub Gregorio Decimo tertio ann. 1579. die vigeſima ſeptima menſis aprilis. Hic publice Bononiæ iuriſprudentiam profeſſus eſt, alijſque in locis plures ad legem inſtituit. Cardinalis Paleotti ſui affinis auditor fuit, factuſque Epiſcopus, Florentiæ, Venetiis, inque Polonia legationibus perfunctus eſt ita egregie, vt ad purpuram ſibi viam aperuerit. Idem enim Gregorius Cardinalem illum creauit 1583. in Germania vita functus eſt, dum ad noui creandi Pontificis comitium properaret: eius cadauer delatum Bononiam in C Seruitarum templo tumulatum eſt, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Memoria Alberti Bolognetti,
Franciſci Senatoris F.
literis, prudentia,
atque omnibus Chriſtianis virtutibus
clariſſimi
Qui legum ſcientiam
Bononiæ, & Salerni
ſumma cum laude profeſſus,
a Gregorio XIII. Pont. Max. D
Romam euocatus.
Primum in V.S
Referendarius adſcribitur.
Mox Florentiam, tum Venetias,
vbi Maſſæ,
Populoniæ Epiſcopus creatur.
Poſtremo ad Stephanum I.
Poloniæ Regem Legatus,
in ampliſsimum Cardinalium ordinem
cooptatus.
Inde Romam
ad nouum eligendum Pontificem
contendens.
Febri in itinere correptus,
A *in Germania oppido Vacorio*
ſanctiſsime in Domino quieuit
M. D. LXXXV.
Vixit annos XLVI. menſes ix.
dies xxi.
Alexander Bolognettus Senator fratris
opt. meriti
oſsibus in auita ſepulchra translatis,
monumentum.
Hoc P. C.



54 VINCENTIVS Andreæ Senatoris Caſalius Bononienſis, ex adminiſtratore ſacræ Lauretanæ domus, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus C eſt die tertia menſis iulij anno 1583. inauguratuſque eſt a Ioanne Antonio Cardinali Fachinetto, qui poſtea ſub nomine Innocentij Noni ad Apoſtolicam ſedem aſcendit. Maius altare templi ſanctorum Gregorij, & Syri Bononiæ conſecrauit, vt ex hac memoria prope altare collocata perſpicue legitur.

Altare hoc Deo dicatum,
in honorem SS. Gregorij Magni,
& Syri Epiſcopi, & confeſſorum,
Vincentius Caſalius Bononien.
Populoniæ, & Maſſæ Epiſcopus,
& princeps conſecrauit
Gabr. Card. Paleotto Archiep. Bon.
concedente,
Rectore monaſterij
Aegidio de Mutiſerris Veronen.
procurante,
die Dominico xv. iunij.
M.D.LXXXVI.

Idem Vincentius, eodem anno ſuam Cathedralem in honorem ſancti Cerbonis ſolemni ritu conſecrauerat, vt in marmore ita res geſta narratur.

D. O. M.

Vincentius Caſalius patritius Bononien.
Maſſæ, & Populoniæ Epiſcopus,

conſecrauit hanc Eccleſiam
in honorem B. Cerbonis
die xxiii. menſis martii
anno M.D LXXXVI.

Vitam extendit Vincentius vſque ad annum 1591. Romæque deceſsit cum magna probitatis opinione, ſepultuſque eſt apud ſancti Hieronymi templum, quod vulgo de Charitate appellant, cum hoc epitaphio.

D. O. M:

Vinc. Caſali Epiſcopo,
Maſſæ, ac Populoniæ Principi,
virtute comite
longo rerum vſu facilitate morum,
ingenii ſuauitate,
Vrbi, ac multis principibus
cariſsimo,
Marius Caſalius
Senator Bononienſis fratri
dulciſſ. P.C.
Vix. ann. LXII. m. III. D. XXVIII.
Obiit die XX. maii M. D. XCI.
Oſſa hic ſita ſunt
viator mortuo
bene precare.

Cæterum, quoniam huius Epiſcopi occaſione, in gentis Caſaliæ Senatorijordinis incidimus mentionem, referendum duximus, quid hoc ipſo anno 1637. quo ſcribimus, Bononiæ acciderit. Mario Caſalio vnicus filius erat ſupramemorati Epiſcopi nepos, quem poſt exceſſum parentis, bellicæ gloriæ cupido inceſsit. Iuit igitur ſatis honorifice comitatus, ſuccinctuſque armis Germaniam totam peragrauit, bellauit, denique fortiter dimicans occubuit, vel vt alij referunt, neſcio quo procurſu, a Turcis in ſeruitutem abductus eſt, perque triginta, & eo amplius annos ſeruiuit duriſsimam ſeruitutem. Interea Bononiæ Caſaliæ gentis alumni accepere Andream, id erat iuueni nomen, in bellicoſo æſtu diſperijſſe ex vulnere. Itaque prædiorum, fortunarumque omnium adeunt poſſeſsionem, iamque triginta elapſi anni erant, ex quo hæreditario iure Marij Caſalis fortunas in ſe traxerant: cum ecce quidam è Turcica cuſtodia elapſus, rugida facie, inculto capillo, ex vulnerum cicatricibus fœdus, paupere cultu, ijſque demum oneratus incommodis, maliſque confectus, quæ in bello captis, diuturnior, acerbiorque barbarorum tyrannis ſolet inferre, ſe ſiſtit Bononiæ, gentiles adit, cæteros monet, totamque ciuitatem admiratione ſuſpendit, dum ſancte dejerat, Andream illum Caſalium ſe plane eſſe, qui ierat ad bellum, qui inter ærumnoſos conflictus ſtrenue bellando vitam extenderat, qui captus a Turcis duriorem fortunam expertus fuerat, qui demum felici fraude eluſa cuſtodia libertatem

A recuperauerat, veneratque Bononiam, Marij paternus iuſtus hæres cætera recuperaturus. Adeo autem callebat omnia, quæ ad ſe, quæque ad defunctos parentes, dum viuerent, videbantur ſpectare, vt a puerilibus blandimentis vſque ad profectionem ad bellum feliciſsimo tranſcurſu commemoraret, ſeruorum, ancillarumque nomina in numerato habebat, omnes angulos domus tenebat, meminerat prædiorum, recenſebat affinitates, æqualium recordabatur, gentilium ſuorum prodebat nomina, dictorum, factorumque memoriam diuturnior illa calamitas delere non potuerat. Quid plura? Conſtans illa narratio, veroque propior, Bononienſium ciuium miſericordiam excitauit. Iam vero cum ad iudicium res videretur
B ſpectare, timereturque ne fauor pronior in fortunatos Bononiæ vrnam corrumperet, nouus Andreas prouocat ad Pontificem, it Romam, libens, volenſque donec cauſa cognoſcatur, carcere detinetur, ſed o res mortalium incertas! finis iudicij fuit, pſeudo-Andream meruiſſe triremes, quod laruato reditu in patriam, iuſtis hæredibus conatus fuiſſet diripere hæreditatem. Siue autem verus ille Andreas fuit, qui ad ſuam tutandam cauſam, ex conditione miſera non ſuffecerit, rarum præbuit poſteritati exemplum, fortunam vbi mortalium quempiam inſectari cœpiſſet, nunquam quieſcere, ſiue autem apud Bononienſes ciues pro Andrea Caſalio fefellerat, mortales docuit, non vſque adeo ſapere fraudem, vt non reperiatur, qui eidem detracta larua, illam ad promeritas pœ-
C nas impellat.



D 55 ACHILLES Sergardius nobilis Senenſis Epiſcopus, ex ceſsione Caſalis adlectus fuit anno 1587. die vigeſima ſexta menſis ſeptembris, inſequentique anno in honorem ſancti Cerbonij maius Cathedralis altare conſecrauit, cum hac inſcriptione.

Achilles Sergardius Senen.
Maſſæ, & Populoniæ Epiſcopus,
hoc altare
in D. Cerbonij honor. conſecrauit,
ac viſitantibus annorum xxxx. dierum
indulg. conceſſit xvj. Kalend. Iu.
M. D. LXXXVIII.

Fatò

Fato functus eſt Senis anno 1601. ſepultuſque eſt apud ſanctum Franciſcum in gentilium ſuorum ſepulchro.




56 ALEXANDER Petrucius nobilis Senenſis, ad Epiſcopatum hunc aſſumptus eſt anno 1601. Cathedralem reſtituit, atque a fundamentis palatium Epiſcopale erexit, auxit Clerum, multaque alia præclara opera geſsit, quæ pium, amantemque ouium ſane paſtorem decerent. Ad Senenſem Archiepiſcopatum tranſlatus eſt anno 1615. Cæterum clerus Maſſenſis haud immemor beneficiorum, Petrucio quondam Epiſcopo hanc ſubiectam inſcriptionem candido marmori inciſam erexit.

D. O. M.

ALEXANDRO PETRVCIO,
ANTEA MASSÆ POPVLONIÆ
ANTISTITI,
NVNC SENENSI ARCHIEPISCOPO
ÆDE MAXIMA,
ET EPISCOPALI DOMO
ÆRE SVO INSTAVRATIS,
ATQVE IN ELEGANTIOREM FORMAM
REDACTIS.
HORARVM CANONICARVM
INSTITVTIONE
PIE INDVCTA AD CANONICORVM
COLLEGIVM
QVATVOR EPISCOPALI REDDITV
IMMINVTO,
DVOBVS ITEM DOTE
DE SVO ATTRIBVTA
ADLECTIS,
ARCHIPRESBYTERI DIGNITATE
VIGINTI OCTO ANNOS
EXVLANTE,
NON SINE MAGNO LABORE,
AC SVMPTV
IN ANTIQVAM SEDEM,
QVASI POSTLIMINIO
RESTITVTA
BASILICÆ DEMVM
PRETIOSISSIMIS
SACRARVM RELIQVIARVM THECIS
EXORNATA,
MVLTISQVE MVNERIBVS
DOTATA:
SACER MASSAN. ECCLESIÆ
SENATVS
TANTORVM BENEFICIORVM MEMOR
POSVIT
ANNO SALVTIS FVNDATÆ
M. DC. XV.
PRID. KAL. OCTOB.



57 FABIVS Piccolomineus Senenſis, Alexandro ſucceſſit anno 1615. die 30. maij. Dum ſuam diligenter adminiſtraret Eccleſiam, è viuis exemptus eſt anno 1629. ſepultus eſt in Cathedrali.



58 IOANNES BAPTISTA à Marchionibus Maleſpinis, vtriuſque Signaturæ Referendarius, ac sereniſſimi Principis Caroli Medicei Cardinalis Auditor, ab Vrbano Octauo Maſſanus Epiſcopus ſublectus eſt anno 1629.
Adhuc ſuperſtes hanc Eccleſiam adminiſtrat.
†

SVANÆ

SVANAE EPISCOPI.



VIX quicquam occurrit, quod de Suana vidcamur poſſe narrare, cum leuis omnino apud Ptolemæum, Pliniumque eius memoria extet, nihilque aliud præterea apud alios ſcriptores memoria dignum reperiatur. Sita in Hetruria eſt ad Albim fluuium prouinciæ maritimæ Senenſis, in eminentiori colle, ob deſide, atque inſalubre cælum ab hominibus prope deſerta; fuitque olim magni Aldobrandeſchi caput, & princeps, in ea præter aliquot caſulas, ac Cathedralem, nihil fere ſpectatur. Tametſi autem propemodum deſolata hoc tempore, nobilitatur tamen quamquam cætera abeſſent, Gregorij Septimi ſanctiſſimi Pontificis natalibus, quem non deſunt qui narrent ex Aldobrandeſcha gente olim prædiuite, ac potente, pluriumque oppidorum domina originem ſuam duxiſſe. Quorum cum exoleuiſſet potentia, in ditionem Senenſium Suana peruenit, hodieque magnorum Hetruriæ Ducum cum Senis ipſis vnum ſpectat arbitrium. Vt autem pleroſque ſcriptorum Suanæ latet origo, ſic non potuimus vel leuiter indagare, quis ibidem ſeminauerit Euangelium. Conſtat tamen ab anno 980. noſtræ ſalutis proprium habuiſſe paſtorem: ea eo in concilijs, monumentiſque, alijſque ſcripturis vſque ad annum 1100. Præſulum Suanenſium ſeries interrupta decurrit. Vtcumque conati ſumus, pleniorem, quam hic ſubiectam vides, præſtare non potuimus, neque hanc ipſam potuiſſemus, niſi bonæ memoriæ Scipionis Tancredij Montiſcidenſis Epiſcopi, olim autem & Suanenſis ad hunc noſtrum perficiendum laborem nobis deſudaſſet induſtria. Cæterum Cathedralis Eccleſia diuo Petro ſacra eſt, duas habet dignitates, Præpoſituram, quæ prima eſt, & Decanatum, canonicoſque tantum tres. Diœceſis longitudo ſexaginta millia paſſuum, latitudo ſexdecim metitur, in qua viginti duo oppida numerantur, portum ſcilicet Herculis, Talamonis, Mallianum, Pereta, Monteanum, Scanzianum, Monsorgialis, Coton, Cana, Ara Albinea, Rochettæ, Sanbrunatius, Mons Maranus, Saturnia, Pitilianum, Sotanum, caſtrum Otterium, Montorium, Aunanum Ducatus Sfortiæ gentis, Procenum, caſtrum Azzanum, & planum Caſtanearum. Habet etiam eadem diœceſis rura, ſeu villas curatas ſexdecim, monaſteria virorum regularium octo, aliaque pia loca. Habuit etiam priſcis temporibus oppidum Orbitelli, quod poſtea Carolus Magnus Imperator, Leoque Tertius Pontifex Maximus, monaſterio ſanctorum Vincentij, & Anaſtaſij ad aquas Saluias prope Vrbem perpetuo attribuit, hodieque eiuſdem cœnobij commendatarij Orbitellanus Clerus veneratur arbitrium: Regis vero Hiſpaniarum leue imperium ciues adorant. Porro Orbitellum antiquam Coſanorum rempublicam fuiſſe teſtatur Onuphrius, cuius meminit vetus lapis, qui adhuc in Orbitelli foro hiſce verbis proſtat legentibus.

IMP. CÆS. M. ANTONINO
GORDIANO P. P.
AVG. PONT. II.
P. P.
RESPVBLICA COSANO-
RVM. DEVOTA
NVMINI, MAIES-
TATIQ. IPSIVS
D. D.

Cæterum taxatur Suanenſis Eccleſia in libris Cameræ Apoſtolicæ floren. 135. verus autem valor aſcendit ad mille ſcutata. Porro Suanæ Epiſcopi olim ſummo Pontifici immediate ſubiecti erant, a Pio vero Secundo Metropolitanæ Senenſis ſuffraganei ſunt declarati.

1 TADDINVS Epiſcopus Suanenſis.

2 MAVRITIVS Suanæ Epiſcopus, concilio ſexto Conſtantinopolitano ſubſcripſit 680.

3 P. forte Petrus, ſiue Paulus tranſlationi reliquiarum ſancti Seueri Senis interfuit anno 768.

4 SEBASTIANVS Epiſcopus Suanæ in concilio Romano ſub Eugenio Secundo an. 826. apud Baronium.

5 TRASMVNDVS Romano concilio interfuit 853. apud Baronium.

6 RAYNERIVS, cuidam priuilegio Othonis Imperatoris Eccleſiæ Florentinæ indulto ſe ſubſcribit anno 860.

7 STEPHANVS ſynodo Romanæ interfuit ſub Adriano Secundo Pontifice anno 871.

8 PISANVS in conciliabulo Romano, in quo Ioann. XII. deponitur, & Leo in eius locum ſubrogatur, Othone Imperatore præſente anno 963.

9 IOANNES adfuit ſynodo Romanæ ſub Benedicto Papa anno 1015. ibidem ſubſcripſit decreto ad fauorem Eccleſiæ Fructuarienſis.

10 IOANNES ſe ſubſcribit Romanæ ſynodo ſub Nicolao Secundo Pontifice anno 1059.

11 DAVID Belga a Gregorio Septimo Suanæ Epiſcopus adlectus eſt anno 1083.

12 BERARDVS floruit anno 1088. ex monumentis Cathedralis Senenſis.

13 MONTANVS Epiſcopus fuit 1110.

14 IDITTVS Epiſcopus ſe ſubſcribit cuidã priuilegio Honorij Secundi Eccleſiæ Piſanæ indulto 1126. idem bullæ Innocentij Secundi 1133. Archiepiſcopi Ianuenſis.

15 PAVLINVS concilio Lateranenſi interfuit ſub Alexandro Tertio 1179.

16 GALERINVS, vel Gualcherinus, electus

ctus anno 1221. ab Honorio Tertio conſecratus, vt habetur ad calcem regeſti Vaticani eiuſdem Pontif. anno quinto. Hic ille fuit, qui ad Caſtanearium planum ſancti Franciſci alumnis ſolum attribuit, vbi poſtea templum, monaſteriumque ædificarunt, vt patet ex ijs duabus ſubiectis memorijs, quæ in archiuio Abbatiæ ſancti Saluatoris de monte Amiato aſſeruantur.

G. Dei gratia Suanen. Epiſcopus vniuerſis Chriſti fidelibus tam clericis, quam laicis per Suanenſem diœceſim conſtitutis, ad quos literæ iſtæ peruenerint, ſalutem, & benedictionem.

Quoniam, vt ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſiue bonum, ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extremum bonis operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare, dum agimus in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Hinc eſt, quod cum fratres Minores ſpiritu, & timore Dei repleti ad honorem Dei, & beati Bartholomæi Apoſtoli ad agendam pœnitentiam inter plebem Caſtagninā, & Aſpriculum in loco, qui dicitur Petra longa iam diſpoſuerint Eccleſiam fabricare, in quo condecenter valeant pro ſe, & alijs miſericordiam implorare, & cum ſint vere pauperes, & rebus, & ſpiritu ad dictum opus peragendum non obtinent facultatem, vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & in Domino obſecramus, quatenus ad dictam Eccleſiam conſtruendam, & ad deſtructionem inferni, operam beneuolam conferatis, vt per hæc, & alia bona, quæ, Deo inſpirante, feceritis, ad æterna poſſitis gaudia peruenire: nos vero confiſi de miſericordia Saluatoris, & auctoritate Petri Apoſtoli noſtri patroni ſuffulti omnibus qui adiutorium, & operam dederint Eccleſiæ memoratæ, quadraginta diebus criminalium de iniuncta ſibi pœnitentia in Domino miſericorditer relaxamus.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Anno Domini 1227. indictione quartadecima, die Dominico ſecundo intrante ſeptembris. G. Galgherius, Dei gratia, Suanenſis Epiſcopus, cum conſilio fratrum ſuorum canonicorum conſecrauit quandam Eccleſiam, quam fabricauerunt fratres Minores ad honorem Dei, & ſancti Bartholomæi, & ſancti Franciſci, & totius cæleſtis curiæ, in loco qui dicitur Ripanum inter planum Caſtagnorum, & Aſpriculum montate in monte Miato. Quoniam ait Dominus in Euangelio: Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt. Et in hoc debemus ſperare, quapropter in dicta ſacra, omnibus venientibus, ſiue hominibus, ſiue mulieribus ex parte Dei omni-

A potentia, & ſanctorum, ſanctarumque, eis de peccatis confeſſis veniam, & indulgentiam vnius anni hinc ad octauam, tam præſentibus, quam venturis relaxamus. Deinde per quemlibet annum quadraginta dies in ſolemnitate dictæ ſacræ demittimus. Inſuper ſi qua perſona de hoc ſeculo migrauerit, & in hoc loco corpus ſuum ſepeliri iuſſerit, eum gratia Dei concedimus.

Ad Gualtherium ſcribit Gregorius Nonus anno 1230. monens, vt Abbatem ſancti Anaſtaſij de vrbe ordinis Ciſtercienſis in poſſeſſione Orbetelli ſpirituali non perturbet, cum nullam ibidem in clericos Suanenſis Epiſcopus iuriſdictionem haberet. Idem Gregorius confirmat ſententiam Bartholomæi presbyteri Cardinalis tituli ſanctæ Pudentianæ, ad fauorem eiuſdem Abbatis latam B contra priores, & clericos Orbetelli. Pontificiæ literæ ex regeſto Vaticano deſumptæ fol. 52. ſunt talis tenoris.

GREGORIVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Epiſcopo Suanenſi, &c.

Graue gerimus, & indignum, quod cum in ſanctæ Mariæ de Orbetello, & quaſdam alias Eccleſias exiſtētes in tua diœceſi ad monaſterium ſancti Anaſtaſij de Vrbe ſpectantes nullam iuriſdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam, occaſione litterarum noſtrarum, quas ſuper correctione clericorum tibi tranſmiſimus, in eas interdicti, ac in clericos earundem ſuſpenſionis C ſententias promulgaſti, quamquam Abbas eiuſdem monaſterij paratus ſit eos corrigere, prout pertinet ad eundem; quia vero Dominus debemus iniurias ipſius monaſterij ſuſtinere, quod ſpecialiter ad nos ſpectans, nos poſt Deum ſperat præcipuos adiutores, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ſi eſt ita, prudenter corrigens per te ipſum, quæ prius prouide attentaſti, prædictas ſententias infra octo dies poſt ſuſceptionem præſentium ſine qualibet difficultate relaxes. Alioquin dil. fil. ſancti Iuſti, & Albaren. Abbatibus, & Archipresbytero ſancti Ioannis Montis alti Tuſcanen. Suanen. & Caſtren. diœceſ. noſtris damus literis in mandatis, vt ipſi ea tunc eaſdem ſententias auctoritate noſtra ſtu-D deant relaxare.

Datum Laterani vndecima 6. Kalend. martij, Pont. noſtri anno quarto.

GREGORIVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei.

Abbati, & Conuentui ſancti Anaſtaſij de Vrbe. &c.

Cum cauſam, quæ inter vos ex parte vna, & priorem, & capitulum ſanctæ Mariæ de Orbetello ex altera ſuper obſeruandis ſententijs excommunicationis in priorem, ſuſpenſionis in clericos, & interdicti in præfatam Eccleſiam a te fili Abbas, prolatis, & quibuſdam alijs articulis vertitur.

vertitur. Dilecto filio noſtro B. tituli ſanctæ Pudentianæ presbytero Cardinali commiſerimus audiendam dilecto filio V V, monacho veſtro, & Vitali dictorum prioris, & capituli procuratoribus in eius præſentia conſtitutis, & lite legitime conteſtata, idem Cardinalis auditis hinc inde propoſitis, & cauſæ meritis diligentius intellectis, de mandato noſtro, & fratrum noſtrorum, & aliorum prudentum virorum conſilio prædictos priorem, & capitulum ad obſeruationem ſententiarum ipſarum ſententialiter condemnauit, prout in ipſius litteris exinde confectis plenius continetur. Nos itaque, quod per eundem Cardinalem factum eſt, ratum habere volentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem rei euidentiam tenorem literarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum, qui eſt talis: Vniuerſis præſentes literas inſpecturis. Bartholomæus, miſeratione diuina, tituli ſanctæ Pudentianæ presbyter Cardinalis ſalutem in Domino. Cum cauſam, quæ vertebatur inter monaſterium ſancti Anaſtaſii de Vrbe ex vna parte, & . . . priorem, & capitulum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Orbetello ex altera, nobis dominus Papa commiſerit audiendam, & fine debito terminandam partibus in noſtra præſentia conſtitutis Vvillelmus monachus procurator prædicti monaſterij petebat, vt ſententias excommunicationis in priorem, & ſuſpenſionis in clericos, & interdicti in Eccleſiã ſanctæ Mariæ de Orbetello ab Abbate prædicti monaſterij latas faceremus inuiolabiliter obſeruari, & proceſſum Sutrini Epiſcopi habitum ex delegatione ſedis Apoſtolicæ contra dictos priorem, & clericos pro ipſis, quos vt dicebat idem procurator, dictus Epiſcopus propter contumaciam excommunicauit, & fecit denuntiari excommunicationis vinculo innodatos confirmari, & ipſos, quia non paruerant prædictis ſententijs, & quia in quoſdam manus iniecerant violentas, pœna debita caſtigari, agens ciuiliter cõtra eos, & de iniurijs eidem monaſterio illatis ſatisfieri, & condemnari etiam ad expenſas, ad quæ Vitalis procurator prædictorum prioris, & capituli litem conteſtando, reſpondens negabat dictos priorem, & capitulum fuiſſe contumaces, & aliaſ eſſe vera, nec debere fieri, quæ petebantur, & verſa vice petebat proceſſum Sutrini Epiſcopi, & interdicti ſententias a prædicto Abbate ſancti Anaſtaſij, & conuentu de facto prolatas in priorem, & clericos reuocari, quæ procurator prædicti monaſterij litem conteſtando negabat vera eſſe, nec debere fieri. Lite igitur coram nobis legitime conteſtata, viſis etiam, & auditis atteſtationibus, confeſſionibus, rationibus, & allegationibus vtriuſque partis plenius intellectis, de mandato domini Papæ, & fratrum conſilio, & quorundam inſuper ſapientum prædictos priorem, & clericos præfatæ Eccleſiæ de Orbetello ad obſeruationem ſententiarum excommunicationis in priorem, ſuſpẽſionis in clericos, & interdicti in Eccleſiam prolatarum ab Abbate ſancti Anaſtaſii ſententialiter condemnamus. Proceſſum Sutrini Epiſcopi contra priorem, & clericos ipſius Eccleſiæ de Orbetello habitum, decernentes irritum, & inanem ſuper alijs hinc inde petitis, vtramque partem ab impetitione alterius abſoluendo. Datum Romæ apud ſanctam Pudentianam anno Domini 1230. menſe iulij die tertia intrante, Pontificatus vero domini Gregorij Papæ Noni anno quarto. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis infringere, ſiquis autem, &c.

Datum Laterani 2. nonas iulij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Idem Gualterinus lites cum Amiatino Abbate ſatis implicitas exercuit de Eccleſia ſanctæ Mariæ ad planum Caſtanearum, qui tamen demum ad arbitrium Abbatis ſancti Galgani, plebanique Vitalis litem omnem compoſuit. Hic idem Gualterinus viuebat vſque ad annum 1354. in ijſdem enim ſcripturis per literam G. ex more illorum temporum notatur, atque ex ipſa donatione in fauorem fratrum Franciſcanorum perſpicitur fuiſſe de Galgarinis.

17 THEODINVS Suanæ Epiſcopus interfuit iuramento fidelitatis, quod comes Aldobrandinus Suanæ præſtitit D. Eliæ monacho, & procuratori ſancti Anaſtaſii trium Fontium ordinis Ciſtercienſis, de quibuſdam terris, caſtellíſque quæ ab Abbate, & monachis inſignis illius cœnobij in emphyteuſim acceperat ann. 1269. vigeſima maij, quod monumentum cum curioſum ſit, perſpicueque declaret amplam illius cœnobij in Suanam iuriſdictionem, locaque maritima, eiuſdem ex originali, quod in manuſcript. codice priuilegiorum monaſterij trium Fontium reperitur, hic exſcribendum curauimus.

In nomine Domini. Amen.

Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, Apoſtolica ſede vacante indictione duodecima, menſis maij die vigeſima, in præſentia mei Nicolai Philippi Sij de Vrbe, & aliud in præſentia mei Angeli de Soana notarij, teſtium ſubſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Venerabilis, & religioſus vir D. Elias monachus monaſterij ſancti Anaſtaſij de Vrbe, quod poſitum eſt ad aquam Saluiam ipſius monaſterij nomine A. & conuentus ipſius œconomus, ſyndicus, actor, & procurator, & nuncius ſpecialis habens ad omnia, & ſingula infraſcripta ſpeciale mandatum, & poteſtatem, vt conſtat publico inſtrumento per me eundem Nicolaum Sij infraſcriptum eorundem monaſterij, Abbatis, & conuentus auctoritate, mandato, vice, & nomine, ac pro eis nobili, & egregio viro domino Aldobrandino de Soana, Dei prouidentia, in Tuſcia Comite Palatino pro ſe, & filijs ſuis maſculis, & nepotibus ex ipſis progenitis de legitimo matrimonio, ita quod ſi non habuerit filios maſculos, vel nepotes maſculos, vt eſt dictum prorogetur præſens contractus locationis, & emphyteuſis ad egregiam dominam Margharitam filiam ipſius D. Aldobrandini, & filios eius maſculos, ita etiam, quod ſi prædicta D. Margharita deceſſerit ſine filijs maſculis, ſuccedat alia ſequens, & filij ſui maſculi, & ſi plures habuerit filias, vna ex eis ſequens primo-

primogenita el mortuæ, ac filijs eius ſucceſſiue, ſuccedant ipſarum filij maſculi vſque in tertiam generationem, prædictam locauit, & iure locationis in emphyteuſim conceſſę ciuitatem, et caſtrum poſſeſsiones, tenimenta ſubſcripta, videl. quæ dicitur Anſedonia inſimul cum portu, qui vocatur Fenilia; item & portum, qui vocatur Herculis iuxta montem Argentarium, necnon montem totum, qui vocatur Lilium, & ab ipſo monte verſus pelagum de mare milliaria centum, & ius nauigandi, & piſcandi per ipſum mare, item caſtrum Lilij exiſtens in ipſo monte, item & inſulam, quæ vocatur Iannuti, & caſtrum ab ipſo monte ſitum, qui vocatur Argentaria, & mare iuxta ipſum mōtem verſus mare milliaria cētum, & ius nauigandi, & piſcandi per ipſum mare, item & caſtrum, quod vocatur Mons acutus, & Ente, ſiue Mons Entis, item & caſtrum, quod vocatur Altocamum, item caſtrum, quod vocatur Marſilianum, item & caſtrum quod vocatur Altrocoſtum, item & caſtrum, quod vocatur Capalbium, item & caſtrum, quod vocatur Mons acutus, & Ente, ſiue Mons Entis, & caſtrum, quod vocatur Serpena, cum omnibus vaſſallis, & iure vaſſallorum, & cum bandis, & forfacturis, angarijs, & perangarijs, & cum cæteris ſeminatitijs, cultis, & incultis, ſyluis, & pratis, paſcuis, paludibus, fontibus, riuis, ſyluis, ſtagnis, puteis, lacubus, & argentarijs, & omnibus alijs eorum pertinentijs, vſibus, & vtilitatibus, quæ omnia ijs finibus concluduntur: ab vno latere eſt pelagus maris magni, ab alio latere eſt fluuius, qui vocatur Albigim, item ab alio latere eſt pelagus maris magni, ab alio latere pergit aqua, quæ vocatur Elta, & fluit per Serpenam, & abunde profluit per pedem montis Arſini. & vadit per piſcinam, & deinde profluit in mare magnum prędictum omnia prædicta cum montibus, & collibus, pelagis, planitibus ſuis, & cum prioribus antiquis exceptis Eccleſijs, oratorijs, & pijs locis eorum iuribus, tenimentis, & poſſeſſionibus exiſtentibus in omnibus, et ſingulis dictis locis exiſtentibus cum omnibus conceſſis titulo ſupradicto, & exceptis caſtro Stachalatij, & Abbatia de Sylua cum tenimentis, poſſeſſionibus, & arboribus fructiferis, & infructiferis, glandijs, pratis, paſcuis, bandis, & forfacturis, angarijs, molendinis, aquis eius pluribus, & omnibus alijs pertinentijs eorum caſtri Starchilatij, & Abbatia de Sylua cum hominibus, & vaſſallis, & iuribus vaſſallorum in dictis locis exiſten. nunc & etiam in futurum. Quæ omnia, & ſingula ſic excepta voluerunt eſſe ipſæ partes contentas, ita quod in huiuſmodi contractu non veniant, ſed libera dicto monaſterio remaneant pleno iure, quoad poſſeſſionem, & quaſi poſſeſſionem, & ad proprietatem, & vſum fructuum, & dictus comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prædictis locatur, ſeu emphyteot. Frat. prælibato D. Elia recipiente nomine, & vice ſupraſcriptorum monachorum, & monaſterij Abbatiæ, & conuentus, ac ſucceſſorum eorum ipſius monaſterij in ſupraſcriptis locis ſemper, & iure defendere bona fide, & ſine fraude iuxta poſſe, excepto propterea & imperio, & nullum damnum, vel collectas, vel aliquod grauamen imponere, vel

A aſsignare in vaſſallis dicti caſtri Stachalatij, qui nunc ſunt, & in futurum erunt, & eius tenimenta. Item promiſit dictus comes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ſupradictis præfato D. Eliæ non impedire per ſe, vel per alium communitatis homines dictorum locorum ſic datorum in emphyteuſim ſe offerant dicto monaſterio cum omnibus rebus ſuis mobilibus, ſed hæc libere, & omnino perornare. Item promiſit prædictus comes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus antedictis dicto fratri Eliæ illa de prædictis caſtris inuenirentur deriuata ad manus alterius, reuocare ad manus ſuas iuxta poſſe, & ea reuocata tenere eadem lege locationis per ipſum monaſterium, ſicut, & alia non deriuata, quæ ipſe

B comes in hoc contractu recepit. Item promiſit dictus comes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in prædicto contractu prælibato fratri Eliæ recipiēti vice, & nomine præfati monaſterij, A. atque conuentus, quod non impediret per ſe, vel per alium, qui dictum monaſterium extrahat de dictis locis ipſius monaſterii conceſsis in emphyteuſim eorum bladias, quæque laboreriorum, & molendinorum dicti monaſterij, & omnem aliam graſciam, & oblata mobilia pro ipſo monaſterio, & pro alijs Eccleſijs, monaſterijs, ſi quos tenebit ad manus ſuas pertinare, & per terram libere, & ſine deriſu. Item promiſit idem comes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in prædicto contractu prælibato fratri Eliæ recipienti vice, & nomine prædicatorum Monaſterij A. atque conuentus non impedire

C per ſe, vel per alium, quemuis ipſum monaſteriū, aut quilibet procurator eius, vel nuncius intret in poſſeſsionem omnium Eccleſiarum ſpectantium ad ipſum monaſterium, & iurium eorundem, & quominus ſcilicet dictarum Eccleſiarum reſpondeant ipſe monaſterium in omni ſuo iure, & quominus ipſe A. ipſos clericos cogat ad ea, & in ipſo conſtituat, & deſtinat inde iuuabit ipſum monaſterium toto poſſe contra laicos propter hæc iniuriantes eidem. Item promiſit dictus comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prædicto fratri Eliæ recipienti vice, & nomine prædictorum monaſterij, & abbatiæ, & dicti conuentus omnia, & ſingula, quæ in prædicta locatione continentur, & emphyteuſim, & quæ conceſſa ſunt, conſerua-

D te indemnia, & ea meliorare pro poſſe ſuo vſque in tempus complementi prædictæ locationis, & nullo modo alienare ciuitatem, & caſtra, & alia bona mobilia. Item promiſit idem comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in dicta locatione ſupradicto fratri Eliæ recipienti pro dicto monaſterio Abbat. & conuentu annuatim in feſto ſancti Anaſtaſij ſoluere ipſi monaſterio nomine cenſus quindecim librarum bonorum prouiſiuorum Senatus, & ſi infra ſpatium quindecim dierum numerandorum in feſto prædicto ſolutio ipſius cenſus ſibi non fuerit, dupliciter dictum cenſum quindecim librarum prouiſiuorum pro ipſo tātum dicto monaſterio ipſum cenſum ſoluere taliter duplicatum. Item promiſit idem comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prælato fratri Eliæ recipienti pro prædictis Abbate, atque conuentu, quod ipſe, & ſucceſſores ſui in prædicto contractu de generatione in generationem renouabit iuramentum fidelita-

ris, ſiue præſtabunt eidem monaſterio, Abbati ſiue conuentui, vt ſoluant in ipſa renouatione ſummam quadraginta librarum prouiſiuorum. Et hanc renouationem, & ſolutionem faciet quilibet de ſucceſſoribus eiuſdem comitis tam maſculi, quam fœminæ infra quadraginta dies poſt renouationem ipſius monaſterij, Abbatis, atq; conuentus poſt mortem anteceſſoris, hanc autem locationem, & emphyteuſim præfatus D. Elias nomine dicti monaſterij, Abbatis, atque conuentus præfato domino Ildebrandino comiti pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, vt dictum eſt, fecit, atque conceſſit pro eis, quod dictus dominus Ildebrandinus comes eidem D. Eliæ pro præfatis monaſterio, Abbate, atque conuentu præſentialiter ſoluit 200. libras bonorum prouiſiuorum, de quibus idem frater Elias pro præfatis Abbate, monaſterio, atque conuentu ſe bene quietum, & paratum vocauit, & renunciauit non ſoluta, & non numerata pecunia, & pro eo, quod dictus comes ſe, & ſucceſſores ſuos obligauit ad omnia, & ſingula ſupradicta, & iuramentum fidelitatis eidem monaſterio, Abbati, atque conuentui, in manibus dicti fratris Eliæ præſtitit in ijs verbis. In nomine Domini. Ego Ildebrandinus Comes, Dei gratia, Palatinus, filius quondam bonæ memoriæ Comitis Vuillelmi Thuſciæ Comitis Palatini, tibi domino Eliæ monacho, & procuratori monaſterij ſancti Anaſtaſij de Vrbe, quod poſitum eſt ad aquam Saluiam recipienti, & nomine dicti monaſterij, Abbatis, & conuentus eidem Iuro ſuper ſancta Dei Euangelia, quod ab hac hora in antea, vſque ad vltimum diem vitæ meę, fidelis ero in omnibus ipſius monaſterij ſancti Anaſtaſij de Vrbe, quod poſitum eſt, &c. eorumque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, & obſeruabo in hoc omnia, quæ ſub iuramento fidelitatis comprehenduntur de iure, vel conſuetudine, & idem frater alias nomine dicti monaſterij, Abbatis, atque conuentus promiſit dicto domino Ildebrandino pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis legitime ſecundum iura defendere dictas res in emphyteuſim conceſſas ab omni perſona, vniuerſitate, quæ omnia, & ſingula ambæ prædictæ partes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, promiſerunt ad inuicem attendere, & obſeruare rata, & firma habere, & adimplere, & è contra non venire aliqua occaſione, vel cauſa ſub pœna centum librarum bonorum prouiſiuorum, ac ſoluta pœna, vel non, hæc omnia ſupradicta in ſuo robore permaneant, ac exiſtant in caſtro dicti caſtri, præſentibus venerabili patre domino Theodino Suanenſi Epiſcopo, D. magiſtro Bartholomęo canonico ſanctæ Eccleſiæ de Vrbe, D. Carletto Iudice de Vrbe, necnon D. Andrea cellerario, & monacho monaſterij ſancti Galgani, fratre Petro Florentino, fratre Acacinto de Rediconoli Conuerſo eiuſdem monaſterij teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis, & ego Nicolaus Leonardi de Soana, necnon & recognoſcerit ſe infra quadraginta dies poſt requiſitionem dicti monaſterij. A. & conuentus eiuſdem debere, & tenere renouare, ſiue præſtare iuramentum fidelitatis eidem monaſterio, A. atque conuentui eiuſdem ad præſtationem annuatim cenſus 15. librarum bonorum prouiſiuorum Senatus in feſto S. Anaſtaſij ſecundum formã, & vigorem, & occaſione locationis prædictæ, & eorum in ea contẽtis.

Porro horum caſtrorum, ſiue oppidorum donationem per Carolum magnum monaſterio ſancti Anaſtaſij factam ſupra retulimus in noſtro primo Tomo, dum de Epiſcopis Oſtienſibus orationem inſtituiſſemus.

Deceſsit Theodinus anno 1270. ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali, quem Vrbeuetani ſcriptores aiunt è Monaldeſca gente fuiſſe.

18 DAVID Senenſis ſancti Galgani monachus, ex ordine Ciſtercienſi, tum morum probitate, tũ doctrina præclarus, a clericali Senatu Suanæ Epiſcopus adlectus eſt 1270. eiuſdemque electionem Gregorius Decimus ratam habuit anno 1272. die decima quinta menſis octobris, ex reg. Vaticano, epiſtola *69*. fol. 22. Hic prædeceſſorum ſuorum omnes lites, quas aliquando Amiatinis cauſa iuriſdictionis inſtaurauerant, ad æquilibrium æquitatis ita conſulte compoſuit 1279. vt cum deinceps, vt fit, litium contumacia rebellaret contra decreta, ex monachi Dauidis cenſura iugularetur. Anno vero 1280. cum viri virtus maxime perſpecta eſſet, cum Gualtherino Suanæ præpoſito a Nicolao Tertio ſummo Pontifice ad grauem, implicitamque litem componendam inter Amiatinos monachos, Groſſetanumque clerum componendam Apoſtolice delegatur. Erat enim in maritima loca, illius monaſterij cum Groſſetana decertans amplior iuriſdictio. Itaque cum die ſeptima maij laudum feciſſet ad amuſsim iuris, litem ſedauit. Reperio Dauidem vſque ad annum 1283. vixiſſe, pauloque poſt cum opinione ſanctimoniæ deceſsiſſe, cum Suanam Eccleſiam tum ſpiritualibus, tum temporarijs fortunis, opibuſque cumulatiſsimam reliquiſſet. Senenſibus Senatoribus in primis charus fuit, quorum reipublicę maximo vſui fuit. Arbitror Dauidis corpus ad ſancti Galgani monaſterium fuiſſe delatum, inq; marmoreo ſepulcro, quod adhuc ſine inſcriptione ſpectatur, fuiſſe ſepultum, ita monumenta illius cœnobij tradunt, in quibus habetur mentio fortunarum, quas Dauid eidem monaſterio pie legauit. Eius meminit nollet Abbas Antonius Libanorus in vita ſancti Galgani, aſſeritq; Dauidẽ è Bandinorum nobili Senenſi familia ortum, quã deinceps, vt fert humana conditio, in Cæſenatenſi ciuitate traductam, inter cæteros clariſsimos viros Hieronymum Bandinum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, & Marcum Agrippam Aeſinum Epiſcopum. Cæterum inter monumenta Abbatiæ ſancti Saluatoris ſequens reperimus ad fauorem ſancti Franciſci caſtri Caſtagnei Dauid monumentum.

Frater Dauid, miſeratione diuina, Suanenſis Epiſcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus tam clericis, quam laicis in Suanenſi diœceſi conſtitutis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam, vt ait Apoſtolus, omnes trahimur ante tribunal Chriſti recepturi, prout in cor-

corpore geſſimus, ſiue bonum fuerit, ſiue malum oportet nos diem meſſionis extremæ noſtris operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cælis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod qui in pace ſeminat, in pace & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur quædam Eccleſia fratrum Minorum B.S. Franciſci, apud planum Caſtanearum conſtructa de nouo, & perſonaliter acceſſimus ad eamdem manibus proprijs ædificationis lapidem apponendi. Nec commode perfici poſſit Eccleſia antedicta ſine bonorũ ſuffragio Chriſtianorum, vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino in remiſſionem veſtrorum peccatorum, quatenus cum fueritis requiſiti ad ædificationem antedictæ Eccleſiæ grata ſuffragia erogetis, vt per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante, feceritis ad æternæ vitæ gaudia mereamini peruenire. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia, & beati Petri patroni ſuffragijs roborati, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam die, quo lapidem ædificationis poſuerimus, acceſſerint, quadraginta dies, & alios quadraginta dies omnibus in operibus dictæ Eccleſiæ conſtruendæ, qui manum ſuam porrexerint adiutricem, de iniuncta pœnitentia, & deuote recepta eis miſericorditer in Domino relaxamus,

Datum apud planum Caſtagnium die 5. ſeptemb. intrantis 1276. indict. 4.

19 MARCVS Daniel ſucceſſit anno 1283. 10. Kal. ianuarij a Martino Quarto, cuius erat a ſacrificijs, electus poſt diutinam vacationem, namque defuncto Dauid, Capitulum elegit fratrem Donatum de Caſtello ordinis Minorum, qui renuit acceptare, iterum fr. Nicolaum de Lonaieto eiuſdem ordinis poſtulauit, haud electionem Pontifex confirmauit, iterumq; Capitulum quemdam fratrem Albinum Mediolanenſem eiuſdem ordinis Minorum elegit, qui electioni noluit conſentire, tunc Martinus Papa, hunc ex canonico Aſſiſinati de plenitudine poteſtatis delegit in Epiſcopum, vt habetur in epiſtola 103. fol. 149. anni tertij in regeſto Vaticano. Hic anno 1286. interfuit, dum Margharita Comitiſſa Suanæ, filia Comitis Aldobrandini ijſdem caſtellis, terriſque iuriſdictionis ſancti Anaſtaſij trium Fontium inueſtiretur. Cuius rei recognitio facta fuit in Oruetello trium Fontium iuriſdictionis oppido, vt ex ſequenti perſpicitur inſtrumento, ex originario eiuſdem cœnobij extracto.

In nomine Domini. Amen.

Hoc eſt exemplum cuiuſdem publici inſtrumenti, cuius tenor talis eſt. In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiuſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto Pontificatus domini Honorij Papæ Quarti, anno eius primo, indictione quarta decima menſis martij die vndecima in præſentia magiſtri Henrici de Orbetello notarij, & me Iuſtum de Iuſtino, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ publici notarij, teſtiumque ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum.

Illuſtris, & egregia domina Margharita Comitiſſa in Tuſcia Palatina, filia, & hæres quondam illuſtris viri bon. memoriæ domini Aldobrandini Comitis Tuſciæ Palatini de Suana, ſua bona, & libera voluntate, præſente venerabili patre domino Martino Abbate venerabilis monaſterij ſancti Anaſtaſij de Vrbe, quod poſitum eſt ad aquam Saluiam, & D. Ioanne Boue monacho ſyndico, œconomo, & procuratore dicti monaſterij ſancti Anaſtaſij de Vrbe, quod poſitum eſt, &c. & conuentus eiuſdem, ſicut de ipſius œconomatu apparet manu mei teſtium infraſcriptorum notarij publicum inſtrumentum, & infraſcript. recipientibus, & ſtipulantibus, nomine, & vice ipſius monaſterij, & pro eo confiteris, & recognoſceris infraſcripta ciuitas, caſtra, & loca, & iura proprietatis, & dominij eſſe, & pertinere ad monaſterium ſupradictum, & ea locata fuiſſe, & pertinuiſſe ad dictum Comitem Aldobrandinum patrem ſuum, & ſubſequenter ad ipſam D. Margharitam Comitiſſam ex forma, & titulo locationis, ſeu emphyteuſis factæ quondam eidem patri ſuo per venerabilem, & religioſum virum D. Eliam ſyndicum, monachum, & legitimam perſonam de ſupradicto nomine ipſius monaſterij. & conuentus eiuſdem, & pro ſe, vt de dicta locatione, ſeu emphyteuſi apparent duo inſtrumenta, vnum manu Angeli Leonardi notarij de Suana, & aliud manu Nicolai Philippi Sbij de Vrbe, quorum tenor talis eſt.

In nomine Domini. Anno milleſimo, &c. vt ſupra.

Idcirco cum dicta domina Margharita Comitiſſa voluerit ad plenum ſatisfacere, & integraliter obedire iuri, ac contractui, locationem prædictã in ſua bona, &c. voluit, & promiſit prædicto domino A. & dicto domino Ioanni Boue monacho ſyndico, œconomo, & procuratori dicti monaſterij, & pro eo attendere, & obſeruare omnes tenores locationis prædictæ, & in manibus dicti A. tactis ſacroſanctis corporaliter Euangelijs, ſacramentum fidelitatis præſtitit in ijs verbis.

In nomine Domini. Ego Margharita Comitiſſa in Tuſcia Palatina, filia, & hæres illuſtris viri bonæ memoriæ domini Ildebrandini de Suana in Tuſcia Comitis Palatini, vobis venerab. patri domino Martino Abbati monaſterij ſancti Anaſtaſij de Vrbe, quod poſitum eſt ad aquam Saluiam, Ciſtercienſis ordinis, & vobis domino Ioanni Boue monacho ſyndico, œconomo, & procuratori dicti monaſterij præſentibus recipientibus nomine, & vice ipſius monaſterij, & conuentus eiuſdem, & pro eo iuro per ſancta Dei Euangelia, quod ab hac hora, vſque ad vltimum diem meæ vitæ, in omnibus fidelis ero ipſi monaſterio A. atque conuentui eorundem, & veſtris ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, & obſeruabo in hoc omnia, & ſingula capitula, quæ ſub ſacramento fidelitatis de iure, vel conſuetudine comprehenduntur, de quibus omnibus, & ſingulis capitulis dicta

domina Margharita Comitiſſa ceriiorata fuit per dictum dominum Abbatem, & per notarium inſraſcriptum omnibus, & ſingulis dictis capitulis eidem D. ſingulatitet, & ſpecialiter enarratis. Item prædicta domina Margharita Comitiſſa præſentialiter ſoluit prædicto domino Abbati, & prædicto procuratori recipiētibus nomine monaſterij prælibati quadragiuta libras prouiſiuorum Senatus ſoluendas in ipſa reuocatione ſacramcuti fidelitatis ea forma, & occaſione locationis prædictæ, quod pretium ſolutum fuit in ea bonitate & valore ſecundum tempus contractus antedictæ locationis, de qua pretium eſt ſupradictum prædicti Abbas, & œconomus nomine dicti monaſterij ſe bene quietos, & pacatos vocauerunt, & exceptis non renouatis fidelitatis non ſolutis, & non receptis pretium, & exceptionem doli, & in fundum, & in fine rei non ſic geſtæ, reique non expreſſæ, & omni alia exceptione, qua contra prædicta tueri ſe poſſet, & inſuper prædictus D. Abbas, & œconomus nomine dicti monaſterij, & cōuentus eiuſdem ratificauerunt, & confirmauerunt prædictæ dominæ Margharitæ Comitiſſæ legitime ſtipulantes totum dictum cōtractum locationis factæ prædicto quondam patri ſuo per dominum Eliam monachum, & œconomum monaſterij prædicti de omnibus, & ſingulis in dicto contractu contentis cum clauſulis ſuis omnibus, & tenoribus, ſicut ſcriptum apparet per manum magiſtri Angeli Leonardi notarij, & per manum Nicolai Philippi notarij ſupradicti, quatenus ipſe Abbas, & œconomus ex forma dictæ locationis confirmare poterant, & debeant, ipſæque dominæ, ipſarum rerum, & iurium poſſeſſ. confirmauerunt, ſaluo tamen, & præſtato ſemper, ac reſeruato prædicto monaſterio, & conuentui eiuſdem monaſterij omnia iura, ſi quod ſibi competit, vel competere poſſit in ijs, & pro ijs terris, caſtris, rebus, & iuribus, quæ extra formam prædictæ locationis iuramentum in alios deuoluta, alienata quomodolibet, vel diſtracta, & in omnibus ijs, in quibus verbum eſſet contra formam locationis prædictæ. Ita quod ex ſuorum reſignatione contractus, & alias, quæ ſupra dicta, ſicut nil plus non iuris adijciantur, vel acquirantur prædictæ dominæ Margharitæ Comitiſſæ rebus, & iuribus in locatione contentis, vel aliquid earum, niſi eatenus, quatenus conſiſtebat ante confirmationem prædictam, ex forma locationis prædictæ, & domina Margarita Comitiſſa prædicta ſubſequenter proteſtata eſt, quod non intendit, neque conſentit; quod per proteſtationem prædictam dicti domini Abbas, & conuentus fecit ſibi præiudicium in rebus locatis, ſiue in locatione conceſſis, rogans prædicta domina Comitiſſa per ſe, vel per procuratorem ſuum in aliquo factum eſſe, vel non, cum vel non alienatum aliquid, vel diſtractum contra formam, tenorem, pactum, ſeu conuentionem contentam in inſtrumento locationis prædictæ, quæ omnia, & ſingula vt ſupra dicta ſunt prædicti D. Abbas, & conuentus eiuſdem pro ſe ipſis, & eorum ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, prædicta domina Margharita pro ſe ipſa, & ſuis hæredibus de iure ſucceſſiuis in prædicta locatione, & emphyteuſim ſecundum formam contractus eiuſdem ad inuicem promiſerunt, & ſolemnem ſtipulationem ſicut attendere, vel obſeruare in nullo modo, vel ingenio contra deuenire ſub obligatione omnium bonorum dicti monaſterij, ac ſub obligatione bonorum omnium dictæ dominæ Comitiſſæ Margharitæ, & ſub pœna in dicto contractu locationis contenta, qua ſoluta, vel non, nihilominus, quæ ſupradicta ſunt, in ſuo robore perſeuerent.

Actum Orbetelli in palatio veteri arcis prædictæ, præſentibus venerab. patre domino Marco Epiſc. Suanenſi. Domino Ioanne de Vrbe veteri Abbate Poncij. Domino Ildebrandino præpoſito Groſſeti. D. Gualterio . . . Nicolao Amici de Monte alto. D. Vgolino canonico de Aſſiſio Fidema de Starchelaſt. &c. teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis.

Ego Iuſtinus Iuſtini, Dei gratia, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcriniarius, quia prædictis omnibus interfui, prædicta ſcripſi, & vna cum magiſtro Henrico prædicto in publicam formam redegi rogatus, de quibus omnibus comprobaui duo publica inſtrumenta, vnum . . . apud dictam dominam Comitiſſam, & aliud apud Abbatem, & œconomum prædictos ſimilium, & eiuſdem tenoris, & dictus magiſter Henricus manu ſua publica ſimiliter de prædictis condidit inſtrumentum, quod D. Abbati, & œconomo, & procuratoribus prædictis in mea præſentia aſſignauit.

Cæterum Comitiſſa Margharita cum abſque conſenſu Abbatis ſancti Anaſtaſij, Pontificiſque diuendiſſet quædam caſtella, cumque Vuidone comite ſanctæ Floræ affini ſuo haud rite tranſiſſet ad ſecundas nuptias, Octauus Bonifacius iuſta ira excanduit, illamque omni ſcudo exutam hac ſequenti bulla declarauit, ſed cum interim Pontifica fato ceſſiſſet, ex illa rerum conuerſione, Margharita ſuo iure vſa eſt, atque deinde ad rempublicam Senenſem tranſierunt, ex iterata inueſtitura, vt vocant, monachorum, atque Abbatis ſancti Anaſtaſij.

BONIFACIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Officij debitum illius nobis diſpoſitione præmiſſa, cuius imperio ſubiacent vniuerſa . . . officioſe proſequamur, cum in omnibus actibus per viam rectitudinis ambulamus, nunc ſubditorum iura fouemus, nunc eorum caſtigamus exceſſus, prout qualitas negotiorum emergentium requirit, & ex ore ſedentis in throno procedat gladius bis admoniti, quod contra iuſtitiam nulli parcat, vnicuique tribuat, &c. Dudum ſiquidem ad audientiam noſtri Apoſtolatus fuit tam ex famoſa inſinuatione, quam ex plurium teſtimonio fide dignorum deductum, quod Margharita filia quondam Ildebrandini Comitis in Tuſcia Palatini, olim noſtra, & Romanæ Eccleſiæ Vaſſalla Roſellenſi, & Groſſetan. ciuitati, & comitatus ipſarum cum pluribus caſtris, villis, terris, poſſeſſionibus, bonis immobilibus, & eorum pertinentijs, in feudum ab eadem Eccleſia, necnon ciuitatis Anſidoniæ cum quibuſdam partibus

tibus maris, caſtris, terris Ciſtercienſis ordinis Eccleſiæ prædictæ iuſte ſubiecto iure locationis, & emphyteuſim tenerent, & tenuiſſent progenitores ipſius temporibus retroactis, ipſa tamen Margarita contra dictam Eccleſiam, quam potius tenebatur promptæ deuotionis ſtudio reuereri, calcaneum præſumens erigere graues aduerſus eam commiſerunt ſeſſiones, & exceſſus enormes, pluraque ex bonis huiuſmodi ad Eccleſiam, & monaſterium prædictum ſpectan. donare, alienare, diſtrahere, & diuerſis modis transferre in alios temere attentarat Apoſtolica ſede, & [illegible] & conuentu dicti monaſterij deinius inconſultis, & quiſſeſſioniæ exceſſus venditionis, donationis, alienationis, diſtractionis, & translationis huiuſmodi forent adeo publici, & notorij, præſertim in illis partibus, quod nulla poterant tergiuerſare . . . . examinatione, de qua indigebant: nos tamen intendentes in ijs cum debita maturitate procedere veſtigia ſequendo illius, cuius vices in terra gerimus, dicetis deſtendam, & videbo vnum clamantem, qui ad me prædicit opere complementum, cum nollemus, prout etiam vere debebamus talia ſub diſſimulatione transferre, ne videremur exceſſus huiuſmodi relinquere damnabiliter currere, & eiuſdem Eccleſiæ iura deſerere, qui iuxta paſtoralis officij debitum aliorum iuſtitiam defendamus ex ſuperabundanti non recedendo per hoc a via venerabili fratri noſtro I. Epiſcopo Ciuitatis Papalis per literas noſtras commiſimus, vt ipſe ſuper ijs, & alijs exceſſibus, qui de Margharita præfata, nobis renunciati ſeruate de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij veritatem diligenter inquireret, & quam ſuper ijs inueniret, nobis referre fideliter procuraret. Idem vero Epiſcopus ad partes ſe perſonaliter conferens, tam per confeſſionem ipſius Margharitæ, quam inſtrumenta publica, & alia documenta, ac inquiſitionem quam fecit ſuper præmiſſis, iuxta formam ſibi traditam diligenter inuenit, quod dudum bonæ memoriæ R. Epiſcopus Spoletanus a felicis recordationis Martino Papa Quarto prædeceſſore noſtro ad eandem Margharitam tranſmiſſis oſtendiſſet eidem exemplaria ſcripta de regeſtis in libro cenſuali dictæ Eccleſiæ. Inſtrumentorum, & literarum de infeudationibus factis progenitoribus eiuſdem, ac Margharitæ per Romanos Pontifices de ciuitatibus, comitatibus, caſtris, terris, & bonis, prædijs conceſſorum in fundum, in quibus etiam ijdem progenitores expreſſe recognouerant ſe prædd. ſuiſſe vaſſallos Eccleſiæ prælibatæ Margharita præfata in ipſius Epiſcopi præfati præſentia dictorum progenitorum ſequens veſtigia recognouit ciuitates, & conuentus prædictos cum eiſdem caſtris, vallis, diſtrictu planto, iuriſdictione, redditibus, & pertinentijs eorundẽ, & nominatim de Baſſano, de Plano Caſtagnati, Aipuculi, Mateua, & Perme caſtra ad eandem Eccleſiam pertinere, eaque dictum pretium, & progenitores ipſius in feudum ab eadem Eccleſia tenuiſſe, dictuſque Epiſcopus Spoletanus eiuſdem Eccleſiæ nomine, prout ſibi fuerat per eundem prædeceſſorem iniunctum, tandem Margharita de ciuitatibus, comitatibus, caſtris, vallis, & alijs ſupradictis, quæ dicti procuratores taliter

A ab Eccleſia memorata tenuerant per cappam argenteam inueſtiunt, ipſamque ſibi recipienti nomine ipſius Romanæ Eccleſiæ pro ijs fidelitatis præſtitit iuramentum. Inuenit quoque præfatus Epiſcopus Ciuitatis Papalis, quod Abbas, & conuentus, qui tunc erat dicti monaſterii præfato Ildebrandino recipiente pro ſe, ſuiſque filijs maſculis, & nepotibus, & eiſdem filijs de legitimo matrimonio genitis: ita quod ſi non haberet filios maſculos, vel nepotes, prorogaretur huiuſmodi contractus ad dictam Margharitam, & eius filios maſculos dictam ciuitatem Anſedoniam, cum portu, qui nominatur Fænilia, & portu, qui dicitur Herculis iuxta montem Argentarium, necnon montem totum, qui dicitur Lilium, caſtrumque in ipſo exiſtens inſulam vocatam Ianniti, & mon-

B tem prædictum, qui appellatur Argentarius, cum caſtro in ipſo monte Argentario poſito: caſtra inſuper Orbetelli, cum magno ſtagno circumpoſito, Mathilianum, Altrieoſta, Capulbi, Montis acuti, Eunti, & Serpenæ cum omnibus iuribus vaſſallorum, bannimentis, forſacturis, & pertinentijs ſuis, locationis, emphyteuſis titulo conceſſerunt, pro quibus Idem Ildebrandinus primo, & eo poſtmodum viam vniuerſæ carnis ingreſſus, eadem Margharita ſtudio præfati monaſterij pro eodem monaſterio recipiens fidelitatis præſtitit iuramentum. Reperit inſuper Epiſcopus Ciuitatis Papalis iam dictus, quod quamuis eadem Margharita ſuis exceſſibus ab ea commiſſis, iuraſſet parere mandatis noſtris, ipſa tamen huiuſmodi, & prædicto alio fidelitatis in manibus dicti Epiſcopi Spo-

C letani . . . . conſtito, vt committitur iuramentis damnabiliter vilipenſis, tanquam propriæ ſalutis oblita aduerſus eandem Eccleſiam rebellarat, adhærendo quondam Guidoni de ſancta Flora eiuſdem Eccleſiæ publico inimico, cum eo copulando amicitias, & confœderationes faciendo, ſeque cum ipſo in caſtro Pitiliani per exercitũ noſtrum obſeſſo incaſtellando, & recludendo, ac trahendo eidem terras, & arces gubernandi, & defendendi ipſa contra nos, & omnes, qui ea vellent noſtro, & dictæ Eccleſiæ nomine impugnare. Quodque propterea Margharita prædicta multa de caſtris, & terris prædictis, ac alijs, quæ ab Eccleſia, & monaſterio prædictis, vt præmittitur, tenebat, alienarat, & diſtraxerat ſede prædicta, ac ipſius Abbate, & conuentu præſcriptis, & penitus

D inconſultis, omnia namque caſtra, & terras habitatas, & inhabitatas comitatum prædictorum, & omnia iura ſibi competentia in eiſdem memorato Guidoni propter illicitas nuptias, quas cum eo, cui erat tertio conſanguinitatis gradu adſtricta de facto contraxerat committendo ante, & poſt huiuſmodi nuptias crimen inceſtus publice cum eodem in dotem duxerat concedendum, dictam vero ciuitatem Suanenſem, necnon Saturni, & de Montebano Henrico dicti loci de ſancta Flora, & plani Caſtagnari, & Pemie prædicta, ac Moncolaoi caſtra cum eorum iuribus, & pertinentijs Bonifacio eiuſdem loci de ſancta Flora comiti vendiderat, dederat, ac tradiderat pro certa pecuniæ quantitate, prout hæc omnia ex recollectione dicti Epiſcopi Ciuitatis Papalis facta nobis fideliter,

ac

ac peracta ipſiuſmet ſuper ijs habita collegimus euidenter, Cum itaque Margharita prædicta per eundem Epiſcopum Ciuitatis Papalis fuerit de mandato noſtro citata, & per procuratorem idoneum comparere legitime coram nobis cum omnibus actis, iuribus, & munimentis, ac defenſionibus huiuſmodi negotium contingentibus ad oſtendendum, & docendum de iure ſuo, ſi quædam ciuitatibus, comitatibus, & alijs prædictis, quæ ab eiſdem Eccleſia, & monaſterio præmiſſis tenuerat crederet ſe habere, ſeque defendendum, & reſpondendum ſuis prædictis fellonijs, & exceſſibus per eam perpetratis, & faciendum, & accipiendum in ijs omnibus, quod iuſtitia ſuaderet, necnon ad noſtram ſuper præmiſſis ſententiam audiendo, & pro eo Bartholus Stephanuccij de caſtro ſancti Laurentij Vrbeuetanæ diœceſis procurator ipſius, cum aduocato ſuo ad præſentiam noſtram acceſſerit, & nihil rationabiliter propoſuerit, vel etiam allegare in excuſationem ipſius, prædictis omnibus debita meditatione penſatis. Volentes tam Eccleſiæ, quam prædicti monaſterij iura ſeruare, dictamque Margharitam circa huiuſmodi ſuorum exceſſuum qualitatem præmiare, Margharitam eamdem, ac omnem poſteritatem ipſius dicto eius procuratore præſente ex præmiſſis, & alijs cauſis legitimis, quæ ad id animum noſtrum mouent huiuſmodi ſiendo ciuitatibus, caſtris, vallis, portubus, bonis, iuribus, iuriſdictionibus, & alijs prædictis, quæ Margharita, & eius progenitores prædicti tenuerunt hactenus ab Eccleſia, & monaſterio antedictis, omnique iure pertinente Margharitæ, & poſteritati prædictis, quomodolibet in eiſdem de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate priuamus, ſeu priuatam fore decernimus, & ſententialiter declaramus, pronunciantes ad eandem Eccleſiam, quæ ab ipſa, & ad prælatum monaſterium, quæ ab illo taliter tenebantur, fore legitime diſſoluta, & nihilominus ea omnia, quæ ad Eccleſiam pertinent ſupradictam ad ius, & proprietatem eiuſdem Eccleſiæ, ſpectantia vero ad dictum monaſterium, ad ius, & proprietatem dicti monaſterij, exigente iuſtitia reuocamus ſuper ijs omnibus Margharitę, & eius poſteritati prædictis perpetuum ſilentium imponendo. Nulli ergo, &c. noſtræ priuationis conſtitutionis, declarationis, permutationis, reuocationis, & impoſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.

Datum Laterani 6. id. martij, Pontificatus noſtri anno nono.

20 LANDVS Suanæ Epiſcopus, conſecrationi Eccleſiæ Abbatiæ fontis Laureati in Neapolitano regno interfuit, cum alijs pluribus Epiſcopis anno 1298. vt in chron. Foſſæ nouæ narratur, eodemque anno translatus fuit ad Eccleſiam Nolanam Kal. maij.

21 Fr. MONALDVS Monaldeſcus Vrbeuetanus ordinis Minorum, electus anno 1298. decimo Kalendas februarij, ex regeſto Vaticano, epiſtola 418. fol. 26. de quo in quinto Tomo huius noſtræ narrationis.

22 ZAMPVS Plebanus Eccleſiæ de Fighino, electus anno 1302. quarto idus decembris, ex regeſto Vaticano, epiſt. 445. fol. 272. anno nono, obijt 1312.



23 TRASMVNDVS Monaldeſcus Vrbeuetanus, ordinis Prædicatorum, Suanæ Epiſcopus electus anno 1312. ſexto id. maij, ex regeſto Vaticano, epiſtola 352. fol. 71. anno ſeptimo Clementis Quinti. Hic contra Abbatem ſancti Saluatoris de monte Amiato ad Theodoricum Cardinalem legatum appellauit, ob iuriſdictionem plani Caſtanearij 1327. qui omnem litem diremit, ex cenſura quondam Dauidis Ciſtercienſis Suanæ Epiſcopi Traſmundi anteceſſoris.



24 Fr. ALEMANNVS de Donatis Florent. ex ordine Minorum, nobiliſsimus, ac doctiſſimus homo, in Suanenſem Epiſcopatum ſucceſsit anno 1330. atque ad duodecim annos pie, ſancteq; prædictam adminiſtrauit Eccleſiam. Deinceps vero, hoc eſt anno 1342. ad Epiſcopatum Mutinenſem in Inſubria translatus eſt.

25 Fr. NICOLAVS Siculus Meſſanenſis, ordinis Carmelitani, Epiſcopus electus eſt 1342. die decimo quarto Kalandas augusti, ex regeſto Vaticano 34. epiſtola 235. obijt anno 1362. Huius fratris Nicolai temporibus, Abbas S. Anaſtaſij trium Fontium, ijſdem oppidis inueſtiuit Anaſtaſiam Comitiſſam, Vidonemque maritum, eorundemq; filios, Comitiſſæ illius Margharitæ proſapiam, quæ ſub Bonifacio Nono, ex temeraria præſumptione ab illis deciderat, vt ſupra retulimus, huius rei documentum tale eſt, ex eodem tabulario.

In

In nomine Domini Amen.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octauo, tempore D. Innocentij Papæ ſexti, indictione vndecime, menſis maij die decime, in præſentia mei notarij, & teſtium ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Reuerendus pater dominus Bernardus Abbas monaſterij ſancti Anaſtaſij ad aquam Saluiam prope Vrbem Ciſtercienſis ordinis, vna cum fratre Nicolao de Vrbe priore, & monachis, & conuerſis eiuſdem monaſterij, videlicet fratre Benedicto, fratre Ioanne de Orbetello Sacriſta, fratre Iacobello de Vrbe, fratre Bernardo Olezene, & Paulo de Vrbe conuerſo in domum dicti monaſterij in Vrbe, & regione ſancti Marci ad ſonum campanellæ, vt moris eſt, conuentualiter congregati ad infraſcriptam locationem, & reuocationem proprijs, liberis, & ſpontaneis voluntatibus, & ex certa eorum ſcientia pro maiori commodo, & vtilitate ipſius domini Abbatis, & conuentus, & monachorum eorum, ac quia ex parte tenentur dictam reuocationem locationis prælatæ facere, vt patet publico inſtrumento locationis, ſeu reuocationis de infraſcriptis terris, ciuitatibus, atque caſtris cum ſuis pertinentijs, & vtilitatibus per Abbatem, & conuentum, qui erant tunc temporis celebratæ, & factis, ac ſcriptis per inſtrumentum . . . . de Vrbe, & Henricum de Viterbio nominatos notarios præfati domini Abbatis, prioris, & conuentus eiuſdem monaſterij, & concorditer ipſorum nemine diſcordante pro ſe ipſis, & alijs abſentibus, ac ſucceſſoribus eorum omni modo, & iure, quibus melius poſſunt, & potuerunt fecerunt, conſtituerunt, creauerunt, & ordinarunt eorum veros, & legitimos, & generales procuratores, actores, factores, & defenſores, negotiorum geſtores, et nuncios ſpeciales, vel vt melius de iure debet, & poteſt religioſos, & honeſtos viros Ioannem Berengarium, Gardas dicti D. Abbatis, & Burſarium dicti monaſterij ſancti Anaſtaſij præſentem, & fratrem Ioannem Mataffe de Vrbe Abb. S. Anaſtaſij de Monte alto, & Ioannem de Corneto Abbatem ſancti Iuſti de Tuſcanella, & quemlibet eorum in ſolidum. Ita tamen, quod vnus inciperet, alter poſſit proſequi, & facere abſentes, tanquam præſentes ad locandum, & concedendum magnificis viris DD. Ildebrandino Nicolao, & Gentili de filijs veſtris germanis fratribus Comitibus Palatinis, filijs, & hæredibus, ac legitime ſucceſſoribus quondam magnifici viri Guidonis de filijs veſtri Palatini Comitis, ad quos virtute dictæ locationis ipſa locatio, & renouatio dictæ locationis infraſcriptarum terrarum de iure, & perte deuenit, & pertinet relocanda, & renouenda, & ipſam locationem, & renouationem eiuſdem locationis a tempore, vel poſt obitum, quorum dominæ Anaſtaſiæ Comitiſſæ, aut vxores ſuæ in inſtrumento renouationis factæ, quibuſdam dominis Bereldo, & Guidoni Comitibus Palatinis filijs dictæ dominæ Anaſtaſiæ Comitiſſæ continetur, quam quidem locationem, & renouationem præfati domini Ildebrandini, Nicolaus Gentilis Comites Palatini pro ſe ipſis, ſeu alter eorum, aut procuratori, & legitime

A perſonæ veſtræ recipiendi, vt inferius continetur infraſcriptas terras, ciuitates, & caſtra vacantia prædia, & loca, in quibus dudum fuerunt ciuitates, & caſtra, & modo ſunt diruta muralia, & inhabitata, facta pro parte ipſarum terrarum, & ſpecialiter ciuitatem, quæ dicitur Anſidone, cum portu, qui nominatur Fænilia, & portu, qui dicitur Herculis, iuxta montem Argentarium, nec non montem totum, qui dicitur Iolnus caſtrum in ipſo exiſten. ab ipſo monte verſus pelagum milliaria centum maris, & ius nauigandi, & piſcandi per ipſum mare, & inſulam vocatam Iannuti, & montem prædictum, qui appellatur Argentarium, cum caſtro in ipſo monte Argentario poſito, & mare iuxta ipſum montem verſus pelagum per alia centum milliaria, & ius nauigandi,

B & ſimiliter piſcandi per ipſum mare, caſtra inſuper Orbetelli, cum ſtagno, cum portu, Marſiliam, Tricoſre, Capalbi, montis Acuti, & montis Ruti, & Sterxere cum omnibus iuribus vaſſallorum bānis, forfacturis, angarijs, & pangarijs, & cum terris cultis, & incultis, nemoribus, ſyluis, & pratis, paſculis, paludibus, molendinis, fontibus, riuis, ſalinis, ſtagnis, lacubus, portibus, mœnijs, & argentarijs, ac omnibus alijs vſibus, vtilitatibus, & pertinentijs eorundem, quæ omnia infraſcriptis ſuis finibus concluduntur, ab vno latere eſt pelagus maris magni, ab alio latere fluit aqua, quę vocatur Elſa per pedem montis Acuti, & vadit per piſcinam, & deinde fluit in Demanum, & Aburano in mare magnum prædictum, & cum omni-

C bus, & ſingulis, quæ intra prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui veriores inuenirentur prædictarum rerum fore confines, exceptis tamen Eccleſijs, oratorijs, & pijs locis, & eorundem tenimentis, poſſeſſionibus, bonis, & iuribus conſiſtentibus infra confines prædictos, exceptis caſtro Sterquilarij, et Abbatia de Sylus prædicti ordinis, cum hominibus, et vaſſallis, et iuribus, et tenimentis, poſſeſſionibus, arboribus, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, riuis, paludibus, bannis, et forfacturis, et omnibus alijs bonis, iuribus, pertinentijs eorundem caſtrorum Starquilarij, et Abbatiæ de Sylus, quæ omnia ſic exempta, et excepta ad dictum monaſterium ſpectantia prędicti Abbas, conuentus, et procuratores in huiuſmodi emphyteuſim voluerunt includi, ſed vne ſibi, et præ-

D dicto monaſterio quoad omnimodam proprietatem, et poſſeſſionem reſeruarunt expreſſe pro ſe ipſis, et ſuis filijs maſculis, et nepotibus, et ſe ipſis, et quolibet ipſorum de legitimo matrimonio procreatis, ita quod ſi non habuerunt filios maſculos, vel nepotes, vt eſt dictum, quod dicte locatio, ſiue renouatio, et contractus ipſius locationis in emphyteuſim prorogetur ad filias fæminas, cuilibet dictorum fratrum, et filios ipſorum maſculos legitimos, ita quod vnus alteri ſucceſſiue ſuccedat vſque in tertiam generationem prædictā pro cenſu, et redditu dictarum rerum locatarum quindecim librarum bonorum prouiſinorum Senatus per prædictos Comites Ildebrandinum, Nicolaum, et Gentilem, et eorum vt prædicitur ſucceſſiue quolibet anno in feſto ſancti Anaſtaſii debenda, et in ipſo monaſterio ſoluendarum, et ad

recei-

recipiendum a prædictis comitibus, et quolibet eorum promiſſionem, et obligationem bonorum omnium eorundem de ſoluendo omni anno in dicto feſto ſancti Anaſtaſii dictis DD. Abbati, et conuentui monaſterii prædicti cenſum, et redditum antedictum quarundam librarum prouiſiuorum Senatus, et in monaſterio prælibato . . . ad ſacramentum, vt eſt hactenus conſiſtentium de obſeruando, et manutenendo omnes terras, et caſtra, promiſſiones, et capitula in dicta locatione contenta, et etiam ad locandum, ad firmandum, vel in extallum concedendum ad quinquennium tantum caſtrum Colignoli dicti monaſterii, et totum ſitum tenimentum pro dicto quinquennio tantum, cuicumque eorum videbitur, et placuerit pretio, vel cenſu, quo poterunt meliori, et ipſius conſenſu, ſeu redditum recipiendum, et de ipſis quietationem faciendam, cum omnibus clauſulis opportunis, et ad inueſtiendum ipſos conuentus, ſeu eorum procuratores pro eis de dictis rebus locatis, et ad confitendum ſe nomine dictorum Comitum dictas res locatas, ſub pœnis in inſtrumento locationis contentis tenere, et perpetuo poſſidere recognoſcendum, et generaliter ad omnia alia, et ſingula faciendum, et recipiendum, quæ in prædictis, et quolibet non fuerint opportuna, et etiamſi mandatum aliud requireret ſpecialiter, et qui ipſi DD. Abbas, et prior, et conuentus eiuſdem facere poſſent, et deberent, ſi perſonaliter intereſſent, dantes, et concedentes nomine ſupradicto, dictis vero œconomis, et procuratoribus in prædictis, et circa prædicta, et quolibet eorum plenam, et generalem poteſtatem, et adminiſtrationem, et ſpeciale mandatum promitten. nomine quo ſupra ſe ratum, et firmum habere quicquid prædictos œconomos, et procuratores in prædictis, et quolibet eorum actum factum, geſtum, procuratum, locatum, adminiſtratum, ſeu conceſſum . . . ſub obligatione omnium bonorum dicti monaſterii mobilium, et immobilium, præſentium, et futurorum, et pœna mille marcharum auri. qua pœna ſoluta, etc. hæc omnia in ſua maneant firmitate.

Actum Romæ in domo præfati monaſterij in regione ſancti Marci præſentibus ijs teſtibus ſcilicet D. Laurentio Aegidij Angelerij, Simone fratre eius, & Buccio Tutabuono omnibus de Vrbe de regione S. Marci.

Ego Iacobus Paulum de Albericis ciuis Romanus Imperiali auctoritate notarius, quia prædictis omnibus interfui, ſcripſi, & publicaui rogatus.

26 PAVLVS Suanæ Epiſcopus anno 1362. monachos Amiatinos et ipſe de iuriſdictione litibus diuexauit, quę demum ex Dauidis Ciſtercienſis monachi, eiuſdem ciuitatis Epiſcopi cenſura, laudeque diremptæ ſunt, vt ex prolixo inſtrumento videre eſt in archiuio Amiatinæ Abbatiæ. Obiit anno 1367.

27 Fr. NICOLAVS de Nola, ordinis Minorum, Epiſcopus Suanus electus anno 1367. vndecimo Kalendas ianuarij, ex regeſto Vaticano, Cameræ Apoſtolicæ ſoluit debitum Pauli ſui anteceſſoris, neque aliud de eo præterea potui indagare. Obiit anno ſequenti.

28 ROBERTVS de Raynaldio de Verde canonicus Nolanus, fratri Nicolao ſucceſsit anno 1369. Kalendis iunii, ex regeſto Vaticano. Hic cum Auenioni in Gallia moraretur, Nicolai ſui anteceſſoris et ipſe Cameræ Apoſtolicæ debitum ſoluit. Huius epiſtolam ad rempublicam Senenſem attente legi, in qua ſe prodit amantiſsimum eccleſiaſticæ libertatis.

29 PETRVS Nicolai Blandebellis Senenſis, Suanæ Pontifex fuit anno 1380. Fores Eccleſiæ Cathedralis fieri fecit, vt teſtatur hæc breuis ibidem appoſita inſcriptio.

NATVS IN VRBE SENA,
ET PRÆSVL FACTVS IN ISTA
PETRVS VT HAE IANVÆ
SIC FIERENT STVDVIT.

30 ANTONIVS Monachus Camaldulenſis ad Suanenſem ſedem aſcendit 1386. 19. martii, ex lib. prouiſ. prælatorum Vrbani Sexti. Deceſsit anno 1390.

31 THOMAS Marius Romanus, Anglonæ quondam Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1390. ſexto idus octobris. Deceſsit autem 1397. ex lib. prouiſionum prælatorum. Cęterum dum Thomas Suanam adminiſtraret Eccleſiam, Nicolaus quidam Nolanus ſub titulo Suanenſis Epiſcopi ad Senenſem rempublicam ſcribit, cuius adhuc epiſtola in archiuio Bichernæ Senenſis aſſeruatur. Arbitror igitur hunc Nicolaum ab Antipapa Benedicto fuiſſe ſublectum in inuidiam, odiumque Bonifacii Noni, qui Thomam Marium rite, iureque ad illam ſedem ſubuexerat: quamobrem ſpurius ille (vt ſchiſmaticorum ingenia cupidine habendi deflagrant) conqueritur alicubi Suani Epiſcopatus ſibi cenſus non obuenire, quippe cui magis cenſus, quam animarum ſalus cordi eſſet.

32 VALENTINVS filius Vanni Viterbienſis canonicus, ac doctor vtriuſque legis, Epiſcopus adlectus eſt anno 1397. 11. Kal. aprilis, ex lib. prouiſ. prælat.

33 PETRVS Abbas ſanctorum Andreæ, et Gregorii Romæ ex ordine ſancti Benedicti, electus eſt anno 1402. nonis iunii. Expiſcari autem non potui, quando hic Petrus deceſſerit, et an eius electio confirmata fuerit. Reperi enim Antonium, de quo ſtatim narraturi ſumus, in Suanenſem Epiſcopum confirmatum fuiſſe a Martino V. Columna anno 1418. per obitum Valentini. Aut igitur Valentinus Suanam renunciauit Eccleſiam, aut honore Epiſcopatus tempore ſchiſmatis ſpoliatus eſt. Nec item ſatis mihi conſtat, an hic Petrus Suanæ ille Epiſcopus fuerit, an vero Valentinus, qui Romæ anno 1413. die ſexta menſis ianuarii, iuſſu Ioannis Vigeſimi tertii Pontificis contra Huſsitas concilium exorſus eſt, vt narrat Bzouius in ſuis Annal. Eccleſiaſticis. Dabit veniam lector, ſi in tanta vel varietate, vel confuſione rerum veritas multa obuiare videatur ſcribenti.

34 Fr. ANTONIVS del Fede Florentinus, ex ordine Carmelitano, electus fuit ſub Duodecimo Gregorio anno 1414. eiuſque Epiſcopatus


iniit

jniit poſſeſsionem die decima ſeptima menſis octobris. Crediderim autem hunc Antonium in Suanam Eccleſiam fuiſſe intruſum fauore comitum Pitiliani. qui, vt priuatæ illorum rationes ferebant, modo has, modo illas partes fouebant. Etenim tunc temporis adhuc Valentinus viuebat, conſtat tamen ſedato ſchiſmate, inque Conſtantienſi concilio Martino Quinto creato, legitime ab eodem Pontifice Suanarum obtinuiſſe Epiſcopatum anno 1418. ſecundo idus auguſti, vt ex diplomate dato Gebenis perſpicitur. Eccleſiam ſancti Georgii montis Marani, ſuæ diœceſis conſecrauit, vt habet inſcriptio ibidem ad parietem.

ANNO DOMINI
M. CCCC. XXX.
FVIT CONSECRATA
ECCLESIA S. GEORGII
MONTIS MARANI
PER DOMINVM
ANTONIVM DE FLORENTIA
EPISCOPVM SVANENSEM
DIE XXX.
MENSIS OCTOBRIS.

Deceſsit Antonius anno Domini 1434.

35 IOACHIMVS Sahare presbyter Eccleſiæ ſancti Ioannis de Pitiliano, defuncto Antonio ſub Quarto Eugenio ad Suanam ſedem peruenit 1434. decimo tertio Kalendas ſebruarii, eius autem electio ſuſpenſa fuit vſque ad annum 1439. cuius rei nullum reperi ſcriptorem, qui proderet cauſas, translatus poſtea ad Eccleſiam Cannenſem in prouincia Barenſi anno eodem 1439.



36 APOLLONIVS Maſſainus ciuis, et canonicus Senenſis, Epiſcopus adlectus eſt 1439. die decima tertia menſis iulii. Is cum eſſet magni animi vir, Senenſem rempublicam armis conſilioque iuuit, vt Suanenſem comitatum, oppidaque perpluta ab Aldebrandeſcha gente poſſeſſa, ſublato Ildebrandino eius familiæ poſtremo, eiuſdem reipublicæ adiiceret poteſtati, eoproque Orbetello, cæteriſque maritimis caſtris in poteſtatem redactis, quæ olim Bernardus ſancti Anaſtaſii Abbas, et monachi, vt ſupra narrauimus, Ildebrandino, Nicolao, ac Gentili Comitibus in ſeudum conceſſerant, eiuſdem cœnobii monachi, et Angelus Abbas cohortante Apollonio Epiſcopo anno 1452. reipublicæ Senenſi fiduciario iure libere, et in perpetuum Orbetellum, cæteraque maritima oppida poſsidenda tradiderunt, cuius rei documentum ex ſæpe citato tabulario, hic libenter retulimus, cum non parum faciat ad eius rei veritatem indagandam, vtande diſcant lectores qua via, qua neceſsitudine quaue fortuna Anſedonia ciuitas, Orbetellum, Herculis portus, aliaque decem finitima oppida, olim a Carolo Magno, Leoneq; III. Pontifice Eccleſiæ, cœnobioq; D. Anaſtaſii ad aquas Saluias dono data, in Senenſis reip. peruenerint poteſtatem, ac deinceps iure belli, eorum aliquot Hiſpaniarum Rex, cætera Magnus Hetruriæ Dux ſuo ſubiugarunt imperio, documenti vero huiuſmodi eſt tenor.

In nomine Domini, Amen.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, Pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto Patris, & domini noſtri domini Nicolai, diuina prouidentia, Papæ Quinti, indictione quintadecima menſis auguſti, die duodecima.

Cum hoc ſit, quod Reu. pater dominus fr. Angelus humilis Abbas ſancti Anaſtaſii ad aquam Saluiam extra, et prope Vrbem aſſeruerit, et aſſerat infr. ciuitatem, caſtra, oppida, terras, loca, et iura ſpectaſſe, et pertinuiſſe, ſpectare, et pertinere ad dictum monaſterium pleno iure, et illa legitime deuoluta eſſe ad ipſum monaſterium per mortem quondam Ildebrandini de Soana, filiorum, et nepotum ipſius, quibus locatio facta fuerit de dictis bonis, illaque ſibi reſtituenda, et relaxanda eſſe, ac cenſum, et fructus totius temporis retroacti, et propterea cauſam contra communitatem, populum, et officiales ciuitatis Senen. ſeu eius homines, et officiales tanquam illicitos detentores dictarum rerum venerabili viro domino Vuillelmo de Fondera, cauſarum ſacri palatii Apoſtolici Auditori commiſsi obtinuerit, coram quo ad nullos actus circa cauſæ concluſionem proceſſum fuit, ex aduerſo vero dicta communitas, populus, et ciuitas Senarum, ſeu eius homines, et officiales, ac ſpectabilis vir dominus Nicolaus de Seuerinis orator dictæ communitatis, nomine ipſius aſſeruerit, et aſſerat dicta bona ſpectare, et pertinere ad dictam communitatem pleno iure, illaque acquiſita fuiſſe per dictam communitatem iure iuſti belli illati contra tyrannos turbantes pacificum, et tranquillum ſtatum dictæ communitatis, illaque tanto tempore fuiſſe poſſeſſa pacifice per dictam communitatem, quod non extat memoria contrarii, nec ea de cauſa cenſus aliquis vllo vnquam tempore fuerit ſolutus, et propterea nec ad earum reſtitutionem, neque ad ſolutionem aliquorum fructuum, aut cenſus obligari. Volentes igitur dictæ partes litium anfractus dirimere, et expenſas, et contentiones euitare ad infraſcripta pacta, conuentiones, et tranſactionem ſponte vnanimi conſenſu, parique voto deuenerunt, videlicet, quia dictus dominus Abbas promiſit, et conuenit dicto oratori, vt procuratori dictæ magnificæ communitatis præſenti, recipienti, et

A legitime ſtipulanti, pro ea haben. ad hæc plenum, et ſufficiens mandatum, et procuratorium a dicta communitate factum in dicta ciuitate in conſiſtorio magnificorum dominorum capitanei, populi ciuitatis prædicti manu Franciſci olim Hieronymi de Senis publici notarii, et præſentibus teſtibus in dicto mandato contentis ſub data anni Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, indictione quintadecima, tempore Pontificatus ſanctiſsimi domini noſtri domini Nicolai diuina prouidentia Papæ Quinti, die quinta menſis auguſti per me infraſcriptum notarium viſum, et diligenter lectum in publica forma; in præſentia infraſcriptorum teſtium dicta, et infraſcripta bona in perpetuam emphyteuſim dare, locare, et concedere pro cenſu annuo infraſcripto, ac liberare dictam communitatem a ſolutione totius cēſus præteriti, ad quod ipſa communitas, aut alij

B obligarentur, & verſa vice dictus orator, & procurator dicto nomine promiſit, & conuenit dicto domino Abbati dictam locationem, & in emphyteuſim perpetuam conceſsionem recipere de dictis bonis, ſeu iuribus, quæ in dictis bonis habet, & quæ ad dictum monaſterium ſpectarent quoquo modo, et ſoluere pro omni cenſu, et penſione præteriti tēporis, et toto eo quod dicto monaſterio debebatur floren. auri quinquaginta, et pro tanto dictæ partes volentes prædicta ad effectum deducere in præſentia mei notarij, et teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, et rogatorum dictus dominus Abbas cum conſenſu infraſcriptorum prioris, et conuentus pro ſe, et nomine dicti monaſterij, et ſuorum in dicto monaſterio ſucceſſorum ſponte renunciauit, et refutauit, et per pactum de vlterius non petendo

C remiſit dicto oratori, et procuratori præſenti, recipienti, et legitime ſtipulanti vice, et nomine omnium, et ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, id eſt omnia, et ſingula iura, nomina, et actiones, inſtitutas, et rationes reales, et perſonales, vtiles, et directas, tacitas, et expreſſas, hypothecarias, ſiue mixtas, ciuiles, et prætorias in rem ſcriptas, ac officium iudicis, quæ, quas, et quod dictus dominus Abbas dicto nomine, et dictum monaſterium habet, eiſque competunt habere, eiſque competere poſſent nunc, et quomodolibet in futurum ratione cenſus, ſiue canonis totius præteriti temporis vſque nunc. Quam refutationem fecit dictus dominus Abbas pro eo, quia nunc manualiter, et numeraliter in contantis habuit, et

D recepit a dicto oratore, dicto nomine ſoluente in pecunia numerata dictos quinquaginta florenos auri, poſt quam receptionem ſe bene contentum, et quietum vocauit, promittens de euictione dictorum iurium in forma iuris, et inſuper dictus Reuerendus pater dominus Angelus Abbas præfatus cum conſenſu, præſentia, et voluntate venerabilium virorum fratris Alani de Franceis, fr. Matthæi de Caſtellione della Peſcura, et fr. Ioannis de Ruſsia monachorum congregatorum de mandato dicti domini Abbatis, in loco capitulari dicti monaſterij ad ſonum campanellæ, vt moris eſt, qui faciunt, ſunt, et repræſentant dictum capitu-

A lum, et conuentum Abbatiæ præfatæ, ipſique monachi, cum conſenſu, et auctoritate dicti domini Abbatis . . . . . . et reception. et pacto prædictus conſenſerūt, quod dicta communitas, et eius officiales poſsideant, prout hactenus poſsederunt infraſcripta bona domino Nicolao de Seuerinis oratori, et procuratori prædicto præſenti recipienti, et legitime ſtipulanti, vice, et nomine dictæ communitatis, et mihi notario, vt publicæ perſonæ præſenti, recipienti, et legitime ſtipulanti, infraſcriptas terras, ciuitates, et caſtra. prædia, et loca, in quibus dudum fuerunt ciuitates, et caſtra, et modo ſunt diruta muralia, et inhabitata facta pro parte ipſarum terrarum, et ſpecialiter ciuitatem, quæ dicitur Anſidonia, deſtructam, inſimul cum porta, quæ vocatur Fænilis, item et portum, qui vocatur Herculis iuxta montem Argentarium, necnon et totum

B montem, qui vocatur *Lilium* . . . . et caſtrum Lilij exiſtens in ipſo monte, item et inſulam, quæ vocatur Iannutri, item et totum montē, qui vocatur Argentariu, et caſtrum in ipſo monte ſitum, quod vocatur Argentaria, et mare iuxta ipſum montem verſus habentē milliaria 100. infra pelagus, qui eſt infra eius aqua, & ius nauigandi, et ſimiliter piſcādi per ipsū mare. Item et caſtrū, quod vocatur Orbetellum, cum ſtagnis circa ipſum, et ius nauigandi, et piſcandi per ipſam, item et caſtrum, quod vocatur Marſilianum, item et caſtrum, quod vocatur Ahricoſtum, item et caſtrum Capalbi, et caſtrum, quod vocatur mons Acutus, et Enu, ſiue mons Enu, et caſtrum, quod vocatur Serpena, et caſtrum, quod vocatur Stachilatrium, et Abbatiam

C de Sylua, item et territorium Collignoli, item et montem de Ceraginlo, item et lacum Buranum, et molendina, cum hominibus, et vaſallis, iuribus vaſſallorum, cum angarijs, perangarijs, et forlacturis, cum terris ſementaritijs, cultis, et incultis, nemoribus, ſyluis, pratis, paſcuis, paludibus, molendinis, fontibus, riuis, ſaliuis, ſtagnis, pontes, lacubus, et argentarijs, vijs, itineribus, recibus, et omnibus eorum alijs pertinentijs, vſibus, et vtilitatibus, pertinentijs, et adiacentijs ſuis, quæ omnia his finibus concluduntur, ab vno latere eſt pelagus magni maris, ab alio latere eſt fluuius, qui vocatur Albina, item ab alio latere pergit aqua quę vocatur Elſa, et fluit per Serpena, et abūde perfluit per pedem montis Arſitij, et vadit per piſcinam, & deinde perfluit in Buranū, & profluit in mare ma-

D gnū prædictum omnia prædicta, cum montibus, et collibus, plagijs, et planitiebus ſuis, et cum parietibus antiquis, exceptis Eccleſiis, oratorijs, et piis locis, eorumque iuribus, tenimentis, et poſſeſsionibus exiſtentibus in omnibus, et ſingulis dictis locis conceſsis, quæ in dicto contractu, et conceſsione non veniunt, ſed excluſa, et excepta intelligantur, ad habendum, tenendum, vtendum, fruendum, alienandum, cedendum, et concedendum, et de eis faciendum quicquid eis placuerit pactis, et conditionibus infraſcriptis ſemper ſaluis, hanc autem dationem, ceſsionem, et in emphyteuſim perpetuam conceſsionem fecerunt dicti dominus Abbas, et conuentus eidem oratori, &

ri, et procuratori, vt ſupra recipienti pro eo, quia dictus orator, et procurator, quibus ſupra nominibus habens ad hæc omnia, et ſingula, vt dictum eſt ſpeciale mandatum ſponte promiſit, et conuenit dicto domino Abbati, et conuentui, præſentibus, recipientibus, et legitime ſtipulan. pro ſe ipſis, et dicto monaſterio, et eorum in dicto monaſterio ſucceſſoribus, et mihi notario infraſcripto, vt publicæ perſonæ præſenti, recipienti, et legitime ſtipulanti, vice, et nomine omnium, et ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, omni anno in perpetuum dare, ſoluere, et pagare pro cenſu, & reſponſione dictæ communitatis in feſto Paſchatis reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti libras quindecim auri Sen. Et ſi poſt dictum diem infra quindecim dies non ſoluerit teneatur ſoluere duplicatum tantum conuento etiam, & ſpecialiter declarato, ac ſolemni pacto, quod ſi per biennium ceſſatum fuerit per dictam communitatem a dicta reſponſione canonia ſolutionis, propter hoc dicta bona, & iura non intelligantur ad dictum monaſterium deuoluta, ſed teneatur tantummodo dicta communitas ad ſolutionem dupli dictæ requiſitionis, & cenſus dicto monaſterio. Item promiſit dictus orator, & procurator quo ſupra nomine dicto domino Abbati, & conuentui præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulantibus, vt ſupra, quod dicta communitas per ſe, vel alium, ſeu alius non impedient, quo minus dictum monaſterium extrahat de dictis locis omnibus conceſſ. in emphyteuſim omne bladum proprij arboretij, & molendinorum ipſarum Eccleſiarum, & omnem aliam grasciam, & oblata mobilia pro ipſo monaſterio, & pro alijs Eccleſijs monaſterij prædicti, ſi quas tenebit ad manus ſuas per mare, & per terram libere, et ſine datio, item non impedire per ſe, vel alium, ſiue alios, quo minus ipſum monaſterium, aut quilibet procurator eius, vel nuncius intret in poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem omnium Eccleſiarum ſpectan. ad ipſum monaſterium, & iurium earundem, & quominus clerici dictarum Eccleſiarum reſpōdeant dicto monaſterio omnia, & ſingula, ad quæ tenentur, & quo minus ipſe Abbas eoſdem clericos cogat ad ea, & in eis inſtituat, & deſtituat; imo iuuabit dictum monaſterium toto poſſe, & auxilium, & fauorem præſtabit, item promiſit dictus orator, & procurator dictis nominibus dicto domino Abbati, & conuentui præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, ſi aliqua dictorum bonorum reperirentur alienata, pro poſſe recuperare, & eorum ſumptibus, & expenſis, & dicti dominus Abbas, monachi, capitulum, & conuentus prædicti promiſerunt dicto oratori, & procuratori dicto nomine recipienti, ſecundum iura legitime defendere dictas res, & iura, vt ſupra conceſſas, & quæ poſſidentur per dictum conuentum ab omni vniuerſitate, collegio, vel perſona pro quibus omnibus, & ſingulis obſeruandis, & plenarie adimplendis, dictæ partes ad inuicem, & viciſſim, videlicet dicti Abbas, & conuentus obligauerunt omnia bona dicti monaſterij, & dictus orator, & procurator, nomine quo ſupra, obligauit omnia bona mobilia, & ſtabilia dictæ communitatis Senarum, & maxime bona prædicta, & voluerunt pro prædictis poſſe cogi, compelli, conſtringi, & conueniri omni tempore, & in omni curia, & coram quocumque iudice ordinario delegato, ſeu ſubdelegato, diebus etiam feriatis, quibus ferijs, & feriatis diebus renunciauerunt expreſſe renunciantes etiam priuilegio fori, ac exceptioni doli mali, vis metus in factum conditioni indebiti, ob cauſam, & ſine cauſa, & generaliter omnibus alijs, & ſingulis exceptionibus, & defenſionibus, quibus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum dicere, facere, venire, tueri, & ſeſe defendere poſſent, expreſſe renunciauerunt, & iurauerunt ad ſancta Dei Euangelia, videlicet præfati dominus Abbas, & monachi dicti conuentus manus ad pectus ponentes, & dictus orator, & procurator ſacroſanctis ſcripturis corporaliter manu tactis in animas conſtituentium prædicta omnia, & ſingula referendo ſingula ſingulis firmiter obſeruare, rata, grata, & firma habere, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, iure, modo, titulo, ſiue cauſa, ſub obligatione prædictis, & vinculo dicti præſtiti iuramenti.

Actum in loco capitulari dicti monaſterij, præſentibus S. Nicolao Laurentij notario, Martino, Petri, magiſtro Martini de Senis, Ioanne Puritatis Spetiario, & Ioanne Angelo Iacobi ciuibus Romanis de regione ſancti Angeli teſtibus ad prædicta habitis, vocatis, atque rogatis.

Ego Petrus Milinus de Milinis, ciuis Romanus, publicus, Dei gratia, Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus notarius, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur, agerentur, & fierent vna cum prænominatis teſtibus interfui, & præſens fui. Ideo ea rogatus ſcripſi, & in notam redegi, & quia alijs occupatus negotijs in hac forma ſcribere non valui, per alium mihi fidum ſcribi feci, & facta diligenti auſcultatione me fideliter ſubſcripſi, publicaui, & meum ſignum appoſui in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Diu ſuperſtes fuit Apollonius, obijtque
diem poſtremum Suanæ 1467. menſe
ſeptembri, ſepultuſque eſt in ſua
Cathedrali. Poſt cuius ex-
ceſſum in gratiam
cleri
reſpublica Senenſis conata eſt a Ponti-
fice impetrare ſedem illam Ioan-
ni Magliani plebano, Epi-
ſcopique defuncti
vicario,
ſed nequicquam, quoniam
in irritum ceſſere
preces.
†




37 THOMAS de Teſta Piccolomineus Apollonio ſuffectus eſt 1467. qui vix ad tres annos Suanam cum rexiſſet Ecclesiam, ad Pientinam, Alcineaſemque Ecclesias eſt translatus 1470.



38 ANDREOCCIVS Ghinuccius Senenſis Epiſcopus renunciatus eſt 1470. idib. nouembris. Ad decem, & nouem annos Suanam rexit Ecclesiam, ſuitque translatus deinceps ad Groſſetanum Epiſcopatum 1489. Cæterum Nicolaus Pitiliani Comes, vt fratrem in ſedem Suanam intruderet, Andreoccio magnum faceſſit negocium, ſed Quartus Sixtus illius egregie fregit conatus, translato enim Andreoccio ad Groſſetanum, quem non ſperabat Pitilianus, ſucceſſorem ſuffecit.

†

A



39 HIERONYMVS Scottus Senenſis, B Andreoccio eodem die ſucceſſit 1489. inauguratuſque fuit magna reipublicæ Senenſis lætitia: Breuis tamen Pontifex fuit, cum anno 1492. deceſſiſſet.

C



40 ALDELLVS Piccolomineus, filius Spinelli, prima die octobris anno 1492. hunc obtinuit Epiſcopatum. Aquam frigidam ſuper Nouocomenſem lacum ſitam Abbatiam habuit commendatam, quam ex Sixti Quarti conceſſu Italicæ Ciſtercienſi congregationi coniunxit anno 1504. tertio nonas decembris. D Vitam finiuit Aldellus Senis anno 1510. ibidemque ſepultus fuit in maiorum ſuorum ſepulchro.

†

ALPHON-

A





B

41 ALPHONSVS Petruecius, Pandulphi
Senenſium tyranni filius, electus fuit anno 1510.
poſtrema die abeunus octobris, pauloque poſt a
Iulio Secundo diaconus Cardinalis creatus, Sua-
nam renunciauit Eccleſiam. Hic ille Alphonſus
Petruecius eſt, qui ob conſpirationem in Deci-
mum Leonem diſperijt.

42 LACTANTIVS Petruecius, Suanæ
Epiſcopus, eiuſdem cum Alphonſo læſæ Maie-
ſtatis comprehenſus, cum citatus ad condictam
diem non adſuiſſet, in publico conſiſtorió Sua- C
nenſi Epiſcopatu, omnique dignitate ſpoliatus
eſt, clanculum, incognituſque, quoad Leo De-
cimus ſuperſtes fuit, mutauit exilia, deinde ab
Adriano Sexto in priſtinam dignitatem Suanen-
ſem tamquam eius criminis innocens eſt reſtitu-
tus ex deceſſu Raphaelis Petruccij Cardinalis, qui
Suanam Eccleſiam commendatam habebat. Vi-
xit Lactantius vſque ad annum 1527.

43 DOMINICVS Colleſta de Suana,
depoſito Lactantio ſuffectus eſt anno 1517.
die ſecunda menſis decembris, fato functus
eſt 1520.

44 RAPHAEL Petruecius, Suanæ com-
mendatarius effectus eſt anno 1520. die ſexta
menſis februarij: è viuis exemptus eſt 1522.
Hic Cardinalis, cum inexplebili ha-
bendi cupidine ſtatus Senenſis
deglubere clerum, ita D
populi totius,
atque
Eccleſiaſticorum præcipue odium
incurrit, vt vix mortuus, effe-
renduſque publicam
iram videretur
poſſe
eluctari. Cònſule Sigiſmundum
Tintum teſtem oculatum,
ideoque vero propio-
rem in hiſt. Se-
nenſi tomo
tertio.
✠

45 HERCVLES Gonzaga ab exceſſu La-
ctantij per duos annos hanc Eccleſiam vacuam
adminiſtrandam ſuſcepit anno 1529. die tertia
menſis iulij, eidemque remiſit nuncium in fauo-
rem Cardinalis Farneſij, qui poſtea Paulus Ter-
tius fuit 1532. Farneſius denium poſt quatuor
dies, in Ferdinandum Farneſium illam transfudit,
retento perpetuæ adminiſtrationis regreſſu.
Vltimum vitæ ſpiritum pie creatori ſuo reddidit
Hercules anno 1563. ſexto nonas martij, elatus
in ſua Eccleſia Mantuana, vt in primo Tomo di-
ximus, vbi de eo plura, in cuius funere Leſſum
cecinit Paganius Licionenſis ad Vuilielmum Ma-
ximum Mantuanorum ducem, idemque tumu-
lus extat eiuſdem Herculis ad Federicum Gonza-
gam Cardinalem fratris filium.

Hoc marmor tenet HERCVLIS propago
Quem Gonzaga tulit, relicta membra
A diuina anima, quibus ſoluta
Ad puri reuolauit aſtra olympi
Verum hæc terrea membra derelinquens,
Nomen tale reliquit, atque famam
De ſe, maxima dignitas, quod illa,
Illa ab omnibus expetita tantum,
Quæ cæli oſtia claudit, atque pandit,
Illius meritis, minorque; & impar
Habebatur, eratque, ſi exiſtimemus
Illius merita æquiore mente
Per te conijce qualis, atque quantus
Ille vir fuerit o VIATOR hancque
Iacturam lacrymare inuſitatam
Quam reſpublica CHRISTIANA fecit
Cæleſti hoc homine interempto, iniquo
Rerum hoc tempore, tamque turbulento

FERDI-

A



46 FERDINANDVS Farneſius, nepos Alexandri Farneſij electus eſt anno 1532. die vigeſima prima menſis aprilis, cum vix annos ætatis expleret 23. poſt aſſumptionem vero Pauli III. patrui ad Pontificatum, eo munere ſe exoluit anno 1535.

47 CARVAGIAL Simoncellus Vrbeuetanus, electus eſt adminiſtrator huius Eccleſiæ, donec vigeſimum ſeptimum annum expleret, tunc enim eiuſdem Eccleſiæ iuſtum titulum aſſecutus eſt 1535. die vigeſima ſexta menſis februarij. Sexaginta annos Suanam rexit Eccleſiam, mortuuſque eſt anno 1596. totius Chriſtianitatis Epiſcoporum decanus.



48 METELLVS Bichius Senenſis, poſt Simoncellum hanc obtinuit Eccleſiam anno 1596. die decima quinta menſis ianuarij, ſub Paulo vero Quinto eo munere ſe exoluit, a quo 1611. Cardinalis renunciatus eſt, qui ab Eccleſia, cui per id tempus ius dicebat, Suanæ Cardinalis eſt appellatus, Archiepiſcopatu Senenſi etiam deinde fulſit, vt ſupra narrauimus.



B

49 OCTAVIVS Saracenus nobilis Senenſis, filius Pompeij, eligitur in Epiſc. Suanenſem anno 1606. die duodecima menſis iunij, ſedit laudabiliter ann. 17. obijtque in patria ann. 1623. ſepultus in patrum ſuorum tumulo. Stemmata Saracenæ gentis caput mauri atri coloris, in aurea parma, in qua recentiores addidere aquilam nigram Imperialem in aureo campo.

C



50 SCIPIO Tancredus, nobili apud Senenſes familia natus I. V. D. moribus, & pietate clarus, in locum Octauij Saraceni ſuffectus eſt die 11. menſis ianuarij 1624. Hic cum venerandæ antiquitatis ſtudioſus eſſet, Eccleſiæ ſuæ iura, monumenta, & priuilegia per ſummum laborem expiſcari conatus eſt, ſed in vanum elaboraſſe dicitur, cum, vt ſupra retulimus, Pitiliani quidam comites per ſummam malitiam, vetuſtiſsima quæque Suanæ

D

Eccleſiæ monumenta igni cremari iuſſerit, ne deinceps vſurpata ab eo bona, iuraque Eccleſiæ expeterentur iuridice. Cæterum Scipio, qua pollet diligentia ſimplicem, hiulcumque anteceſſorum ſuorum catalogum contexuit, quem pro ſua in me humanitate Romam mihi tranſmiſit. Ad duodecim annos incredibili ſolicitudine hanc rexit Eccleſiam, & ad Alcinenſem Epiſcopatum meruit ſublimari, de quo in primo Tomo. Tancredæ gentis antiqua ſtemmata ſunt, quæ ſpectantur bipartita in parma cærulea, & argentea per triangulum diſpoſita, addiderunt poſteri ſupra in aureo campo nigram aquilam.

CHRI-



51 CHRISTOPHORVS de Ptolemæis Senenſis, affabilitate morum, & nobilitate clarus, ex primicerio Metropolitanæ Senenſis ab Vrbano Octauo Pont. Max. declaratus eſt Epiſcopus Suanæ die decima ſexta martij 1637. qui cum breui præfuiſſet tempore, conceptam de ſe expectationem haud valuit adimplere: mortuus eſt enim menſe ſeptembri 1638. è cuius vetuſtiſsima apud Senenſes familia, quippe quæ ab Ægyptijs Ptolemæis regibus ſuam duxiſſe originem gloriatur, & toga, & ſago viri clariſsimi prodiere, inter quos recenſetur a Paulo Carpenterio lib. 1. vitæ B. Bernardi Ptolemæi Oliuetanæ congregationis ordinis S. Benedicti inſtitutoris. Chriſtophorus alter ordinis Prædicatorum alumnus, ſcientia, & vitæ ſanctimonia illuſtris, eiuſdemque D. Bernardi conſanguineus, & educator, quem ob eximiam apud omnes exiſtimationem ad hanc Suanenſem ſedem euectum tradit, ſed cum nos in regeſtis Vaticanis nullam de ipſo reperiſſemus mentionem, illum ex albo Suanenſium Præſulum expunximus,

B

C

A ne ſeries ooſtra claudicare apud pleroſque videretur.

52 ÆNEAS Spannatius, Cæſaris filius, nobilis Seoenſis, electus anno 1638. die 20. decembris, translatus deinde eſt ann. 1644. die 23. maij ad Ferrentinam Eccleſiam in Campania.



53 MARCELLVS Ceruinus Politianus, Marcelli Secundi Papæ pronepos, Antonij, & Annæ Strozzæ filius, Suanenſis Epiſcopus delectus eſt ab Innocentio Decimo Pontifice Maximo die 15. maij 1645.

Viuit, planeque dignus,
qui diutiſsime viuat,
quemque om-
nes
ſibi commiſſæ oues vene-
rentur, & co-
lant.

C

F I N I S.

GESTA TRIVMPHALIA PER PISANOS FACTA

De captione Hieruſalem, & Ciuitatis Maioricarũ & aliarum Ciuitatum.

Ex vetuſto codice M. S. pergameno Benedicti Leoli; Piſani, cuius exemplar, cura, & diligentia Viuiani Epiſcopi Inſulani viri eruditiſsimi exſcriptum eſt.

AD memoriam habendam curæ fuit nobis ea ſcribere quæ Deus omnipotens per Piſanum populum dignatus eſt efficere. Anno igitur Dominicę incarnationis milleſimo nonageſimo nono Eccleſiæ Romanæ præſidente Domino Papa Vrbano Secundo Piſanus populus in nauibus centum viginti ad liberandam Ieruſalem de manibus paganorum profectus eſt, quorum rector, & ductor Daibertus Piſanæ Vrbis Archiepiſcopus extitit, qui poſtea Ieroſolymis factus Patriarcha remanſit. Proficiſcendo vero Lucatam, & Ceſaloniam vrbes fortiſsimas expugnantes, expoliauerunt, quoniã Ieroſolymitanum iter impedire conſueuerant. In eodem autem itinere Piſanus exercitus Maidam vrbem fortiſsimam cepit, & Laudociam cam Boamundo, & Gibellum cum cum ipſo, & Raymundo comite ſancti Ægidij obſedit. Inde igitur digreſsi venerunt Ieroſolymam quæ anno milleſimo centeſimo a Chriſtianis capta fuit & retenta fuit; ibique Piſani morantes per aliquam tum temporis, & inopem vrbem reædificantes ad propria regreſſi ſunt. Sed priuſquam Chriſtiani ad liberandam Ieruſalem terra vel mari proficiſcerentur, contigit vt adeo hæc ſigna permonſtrarentur, videlicet vt cælum ſtellas velut aquam plueret, & ſignum cometæ ſtellæ ſuos ignes monſtraret, & cœlum in parte ſeptentrionali velut ardere omnibus appareret. Terreſtris autem Chriſtianorum exercitus cum ad liberandam Ieruſalem proficiſceretur, grandia, & innumera contra paganos inijt certamina: quibus triumphatis, & deuictis omnibus Chriſti milites Niceam, & Antiochiam etiam Lanceam quæ Domini latus perforauerat in Eccleſia B. Petri inuenerunt, quam Raymundo comiti S. Ægidij velut Chriſtiani exercitus ſignifero cõmendauerunt. Ipſius autem Chriſtiani exercitus duces & principes extiterunt, Epiſcopus ſanctæ Mariæ de Podio, vir prudens, & fortiſsimus, quam plurimis ſui ordinis ſibi cohęrentibus, & prædictus comes Raymundus cum Boamundo, & Tancredo comitibus, & Robertus Freſcione inclytus comes Flandriæ, ſimul etiam comes Stephanus fortiſsimus, præterea Euſtatius, & Gottefredus atq. Balduinus nobiliſsimi Comites, & bellatores inclyti; quorum vnus nomine Gottefredus, Rex Ieroſolymis per Dei gratiam electus eſt ab omnibus. Cui ſucceſsit frater eius Balduinus, Chriſti miles ſtrenuiſsimus, cuius ingenio, & virtute Paganorum vrbes captæ ſunt quamplurimæ, & quamplures factæ ſunt ſibi tributariæ.

Anno vero Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo duodecimo Rex Henricus IV. cum ingenti exercitu venit in Italiam in Longobardiam, non vi ſed fraude deſtruendo vrbem Nouariam, item & in Tuſcia ciuitatem Aretinam. Multis autem promiſsis præmiſsis obſidibus Domino PP. Paſchali Secundo ſibiq. factis etiam apud Sutrium in præſentia Cardinalium multis ſecuritatibus ad gradus Eccleſiæ B. Petri Apoſtolorum principis ab ipſo PP. & omni Romano clero, & B populo magnifice recipitur, & Papali oſculo ſatis honoratus, cum ipſo Eccleſiam ingreditur. Nolens autem prædictus Rex quæ ſacramentis firmauerat ad effectum ducere; non dubitauit Dominum ſuum Paſchalem Papam tradere, & indecentiſsime capere; quem Papalibus in Romanorum nobilium non eſt veritus turpiter per diuerſa loca deducere, multiſque iniurijs illatis eum non timuit afficere. Tandem vero vt Cardinales, & Romanos ciues de manibus prædictus Papa poſſet eripere interpoſita, & promiſſa pace placuit ſibi de ipſa captura cum omnibus euadere.

C Præterea anno milleſimo centeſimo decimo quarto, præſidente Domino Papa Paſchale Secundo diuinus ignis Piſanorum ciuium animos, & aliarum Tuſciæ vrbium populos contra Maioricam accendit; ipſius enim inſulæ Rex imo tyrannus crudelis, & peſsimus, licet Eunuchus nomine Nazaredech innumeram Chriſtianorum multitudinem in vinculis, & carceribus captiuam longo tempore cruciauerat. Quapropter Piſanus exercitus in trecentis nauibus ad Chriſtianos liberandos in die ſancti Sixti de Arni faucibus exiuit, & cum in Sardiniam deueniſſet totus exercitus ad D portum Capalbi applicuit. Quo in loco fere omnibus diſcordantibus ad pacem reductis, ducatus marini itineris Pedotis committitur, quorum ſigna omnis exercitus contra Maioricam conſequitur. Sed illis tandem in Pelagus aberrantibus, & rectum iter ignorantibus dimiſſa Maiorica diuiſi, & diſperſi in partes Barchinonæ tandem ad portum ſancti Felicis de Girunda conuenerunt. In huius igitur exercitus aduentu tota prouincia maximo extollitur gaudio, & exclamat ſe cum Piſanis velle fieri participem Maioricæ triumphi. Quare Piſano exercitui Raymundus Barchinonę Palatinus comes, & eiuſdem ciuitatis Pontifex, &c.

Comes Ampuri, & Aymericus Narbonenſis, & Guilelmus Petulani Montis. Raymundus quoque de Balſo, cum maxima ſuorum equitum, & peditum multitudine vnanimiter, & feſtinanter ſe ſociarunt, & ad portum de Salo ſimul applicuerunt, vbi diu demorantes, & frequenter contra Maioricam iter tentantes ventis contrarijs mare turbantibus iter ſæpe incœptum perficere non potuerunt. Quare Barchinonæ hyemare propoſuerunt, qui de portu Salo Barchinonam regredientes, multarum nauium in littore Barchinonæ ſunt perpeſſi naufragium. Inde igitur alijs Piſam inibi hyemantibus, atque rates ruptas reficientibus de virtute diuina factum eſt, vt & qui Piſam redierant, & qui Barchinonæ remanſerant in natalitio die ſancti Ioannis Baptiſtæ ad portum Salo conuenirent, & idem contra Maioricam iter optatum cum Petro Piſanorum Archiepiſcopo, atque cum Boſone Cardinali Romanę ſedis legato, & prædictis principibus aura proſpera flante aggrederentur. Sed diuina diſponente gratia prius ad Inſulam Euiſam applicuerunt. In ipſa enim inſula erat eiuſdem nominis ciuitas in arduo ſita, muris, turribus excelſis, vallo, foſſa, locis paludeſtribus mari vndique munita, præter hæc autem armis innumeris, bellatoribus fortiſsimis elata ſtruebat. Quapropter ſpem nobis omnem poſſe capi repellebat. Quæ tamen per menſem abſcondita faciente Dei omnipotentis potentia, cum immani Saracenorum interfectione capta eſt illa in ſancti Laurentij feſto, vrbs crudelis, & fortiſſima. Eius itaque mœnibus vndique dirutis, eiuſque Caſtro deſtructo, ſuiſque ſpolijs oneratis nauibus, cum eiuſdem vrbis Guido peſſimo, & impiiſſimo catenis adſtricto, in feſto ſancti Bartholomæi Apoſtoli ad inſulam Maioricam diuina diſpenſatione applicuerunt. Altera ergo die communi colloquio habito, & ſapienti conſilio inito, vt de parte Orientis vrbem populoſam, & mœnibus, & antemuralibus, maximiſque foſſatis circumdatam ſapienter, atque viriliter aggrederentur. Tertia vero die ad vrbem appropinquantes fortiſsimum cum Saracenis inierunt prælium, & eos perſequendo, & plures interficiendo intra mœnia gentem illam peſsimam reduxerunt. In eadem itaque die iuxta vrbem caſtrametati ſunt, vnde frequenter a paganis ad certamen prouocati, frequenter eos perſequendo, & quamplurimos occidendo, in vrbem viriliter recludebant. Compoſitis autem ab ingenioſis Piſanorum artificibus Manganis, Gattis, atque ligneis caſtellis, vrbem fortiter expugnabant, & cum his machinis vrbis mœnia, & mœnium turres potentiſsime rumpebant. Facta tamen maxima murorum, & turrium ruina Piſanos vrbem ingredi non ſinebant, quia maxima in fortium Saracenorum, atque ligneis caſtellis totus habitus, eis immaniſsime reſiſtebatur, ſicque factum eſt, vt Chriſtianorum caſtellis a paganorum Manganis quamplurimis confractis, & ab vrbis mœnibus Chriſtianorum virtute delongatis, Saraceni Manganis ſe tuendo muros reficerent, & Chriſtianorum exercitum vix timerent. Sed quoniam Dominus ſuos vltra poſſe tentari nō patitur, paganorum ruinis, & inſultationi reſumptis viribus, & reformatis Chriſtianis omnibus ſapientiſsime reſiſtitur. Alij namque Chriſtianorum hyeme imminente domos ligneas ædificare, alij caſtella lignea duo alia perficere, atque duo priora reficere indeſinenter laborabant, atq; alij Chriſtianorum inſulam terra, marique circuire, & bonis omnibus expoliaſſe, totumque exercitum victualibus ſuſtentare accuratiſsime inſiſtebant.

Omnibus itaque Chriſtianorum machinis perfecte conſtructis confeſtim cum his omnibus inſtrumentis ad vrbis mœnia acceditur, ibique Chriſtianorum caſtella contraponuntur ligneis caſtellis Saracenorum, factum eſt vt de ingenio Piſanorum ignis pennatus de caſtello Chriſtianorum per antennam porrigeretur in caſtellum, & comburitur, & diuina virtute faciente, & intercesſione B. Mariæ Virginis interueniente, cuius Purificatio tunc erat celebris Chriſtiano populo, ignis ab ipſo, quod comburebatur caſtello ad aliud eiuſdem vrbis caſtellum diuinitus transfertur, & ſimiliter comburitur. Vnde Piſani ciues totus Chriſtianus exercitus nimis alacres effecti, & Deo, & beatæ Mariæ Virgini laudes magnificas reddentes ſua caſtella muro nouæ vrbis quem ruperant propinquiora faciunt, atque octauo idus februarij nouam vrbem prœliando capiunt, facta multa Saracenorum ſtrage. Pręſumentes igitur de Domini virtute ſua caſtella domos frangendo, per vrbem captam magnificæ vrbi veteri, quæ turribus, & muris, & foſsis erat circumdata propinqua reddiderunt, & Manganis ſimiliter ad vrbem factis vicinis cum machinis, & totis viribus vrbem expugnare, & muros frangere fortiter cœperunt. Tandem autem factum eſt, vt conuentus, & pacti conſilia comitis Barchinonenſis, & Saracenorum Regis de Domini inſpiratione, & Piſanorum Archiepiſcopi, & Romani legati, Eccleſiæque Piſanæ canonicorum probitate, atque prudentia diſsiparentur, & penitus fierent irrita. Cum enim Archiepiſcopus, & Romanus legatus cum clero, & Barchinonenſi comite, alijſque principibus ad prædicta conſilia audienda conuenisſent. Petrus Albithonis nobilis Piſanus miles armatus celer aduenit, & Piſanos vrbem expugnare acclamans cōuentum diremit, cleroque, atque alijs, qui conuenerant ad bellum feſtinantibus prædictus comes triſtis remanſit, & quia ſuo conſilio creditum non fuerat, ſe præliaturum negauit, ſuoſque pugnare prohibuit, Sed diuina potentia prouidens feruorem Piſanorum, & volens miſereri miſeriæ captiuorum, vrbem magnificam in ſolemnitate cathedræ Apoſtolorum Principis per manus Piſanorum ciuium capi conceſsit, multis millibus Saracenorum vtriuſque ſexus interfectis, atque plurimis in captione retentis, ibique Saracenorum theſaurorum maximas copias inuenientes, & eas quique recolligentes ad carcerem peruenerunt captiuorum, & inde eos extrahentes, maximis cum fletibus diſſoluunt vincula, & catenas eorum. Poſt multa vero gaudia quæ in Deo habuerunt, de captiuorum pro quibus venerant abſolutione ad tertiam ciuitatem quæ Regis Mortadæ fuerat, veniūt & eam murum rumpendo, & portas ferreas frangendo capiunt, quarto nonas martij, capta ibi

Regis

A Regis Mortadæ ſororem cum filijs, & filiabus, & nepotibus, & cum maxima copia auri, & argenti atque palliorum. Sed quoniam ipſa in captiuos eis teſtantibus, omnemque Chriſtianum illuc peruenientem miſericordiſsima fuerat; cum ſua progenie eſt reddita libertati; factumque eſt vt ipſa in Inſula Maioricæ remanente filia ſua regius cum fratre ſuoque filio cum Piſano exercitu Piſam ſponte veniret, ibique abrenuntiatus paganiſmo Chriſtianum nomen cum ſuo paruulo filio ſuſcepit. Quarta vero ciuitatula quæ circa regiam Sudam quæ Caſſarum dicitur erat cōſtructa per manus Piſanorum capta eſt, ſexto idus martij, præter Caſſarum autem duæ remanſerunt turres, de quibus contra Chriſtianos pugnabant B quamplurimi Saracenorum fortiſsimi bellatores quod Piſani ſufferre nolentes ignem in vnam turrium ſubmiſerunt, & eam capiendo alios effugauerunt, & qui remanſerant Saraceni contra quos expugnandos vnus Piſanorum fortis, & audaciſſimus, per ſcalam aſcendit, & ei altero Chriſtianorum ſuccurrente, qui de intus aſcenderat, quinque Saracenos interficientes, conſpiciente, & admirante toto Chriſtianorum exercitu turrim obtinuerunt quartodecimo Kalendas Aprilis. Videns igitur Rex Burabe, quem Saraceni defuncto Rege Nazaredec ſibi dominum fecerant, ſolum Caſſarum remanſiſſe, & diffidens, & deſperans ſe Piſanorum fortitudini, & ingenijs poſſe reſiſtere per marinam fu- C gam cum paucis Saracenorum, & regijs theſauris tentauit euadere. Sed ſicut Deo placuerat Piſanorum cuſtodias non potuit fallere. Ingrediens etenim in naviculam a Piſanis illico captus eſt, & in vinculis detentus, Tandem in gloriã Piſanorum Piſam captiuus ductus eſt. Audita itaque Maioricani Regis captura, Chriſtianus exercitus exultans, & Deum laudans, caſtella duo, & magana conduxit ad Caſſarum. Iuxta quod erant barbacanæ magnæ latitudinis, & profundæ altitudinis quas lignis impleuerunt, & caſtella ſuperduxerunt. Ex caſtellis ergo ſupereminentibus Caſſari magnis turribus Chriſtiani contra fortiſsimos Saracenorum recollectos in Caſſaro acriter inſtare cœperunt, & fortiter eos expugnantes de ſuis ca- D ſtellis pontem ſuper Caſſarum poſuerunt. De caſtellis autem, & de ponte Chriſtiani contra Saracenos certantes, multitudine Chriſtianorum eos pariter cum Maganis affligente, per pontem Piſani tranſeunt in Caſſarum alios Saracenorum interficiendo, atque alios in præcipitium mittendo, pluresque iuxta Caſſarum perſequendo. Venlium itaque Piſani exercitus ſuper Caſſarum eleuatur, & de Saracenis, & munitionibus habita, & conſummata victoria ab omni exercitu Deum glorificando acclamatur. Ipſius autem Caſſari captio, & tanti laboris, & certaminis conſummatio peracta eſt tertio nonas Aprilis. Intrant ergo Piſani ciues in Caſſarum, & regias domos, & cameras plenas inueniunt, innumera multitudine vtriuſque ſexus nobilium Saracenorum, quorum alios præcipitando interficiunt, & quampluſimos in vinculis ponentes captiuos ad propria ducunt. Quantos autem regios theſauros in pallijs, & auro, & argento atque regijs pretioſis veſtibus, alijſque innumeris ſpolijs inibi repererunt, deſcribi difficile eſt, quorum magna pars propter cuſtodum incuriam ibidem combuſta eſt; inuentis ibi ſuper hęc argenteis crucibus atque diuinis libris, alijſque Eccleſiaſticis ornamentis, quæ ipſi peſsimi Saraceni deprędati fuerant per prouinciam, & alias Chriſtianorum regiones. Deſtructo itaque Caſſaro, omnique Maioricæ munitione in ruinam data Piſani ciues campum faciunt, & deſtructæ vrbis grandia; & innumera ſpolia inter ſe diuidunt, præordinatis, & conſtitutis Eccleſiæ Piſanæ maximis, & pretioſis muneribus in pallijs, & veſtibus, & vaſis argenteis, & eburneis quamplurimis atque cryſtallinis adiunctis ſuper hoc regalium ornamentorum inſignibus. His itaque peractis omnibus Piſani ciues, & totus exercitus captis ſpolijs naues onerant, & in eas intrantes cum omni proſperitate ad ſua loca remeant. Habitus eſt autem Maioricæ triumphus, & Chriſtiani exercitus glorioſus regreſſus.

Anno Dominicę incarnationis milleſimo centeſimo decimo ſexto præſidente in vrbe Roma beatę memoriæ PP. Paſchale II. qui vixit in Papatu annos decem, & octo, menſes quinque, dies ſex, migrauit autem ad Dominum anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo decimo octauo. Cui ſucceſſit venerabilis Papa Gelaſius Secundus, qui veniens Piſam, Piſanam Eccleſiam conſecrauit, & eam metropolitanam conſtituens, Corſicanos Epiſcopos Archiepiſcopo conſecrando ſubmiſit.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo nonodecimo, ſexto Kalendas octob. Ab vrbe autem Piſana recedens a Piſanis per mare vſque ad Maſsiliam honorifice perductus eſt. Inde vero Cluniacum perueniens ibidem migrauit ad Dominum. Vixit autem in honore, & dignitate Papali annum vnum dies quatuor. Cui ſucceſsit Viennenſis Archiepiſcopus a Romanis Epiſcopis, & Cardinalibus, & ab alijs Eccleſiaſtici ordinis quamplurimis in Papam Calliſtum Secundum Cluniaci electus. Poſt diſceſſum autem venerabilis Papæ Gelaſij, Petrus Piſanorum Archiepiſcopus cum Petro Cardinali Eccleſiæ Romanæ legato, & cum Eccleſiæ Piſanæ Canonicis, atque cum Ildebrando Iudice, & Piſanorum tunc conſule alijſque Piſanis ciuibus in Corſicam iuit, ibique honorifice receptus in conſpectu Cleri, & populi Corſicani Marianenſem electum, & ipſius Eccleſiam conſecrauit, aliorumque Corſicæ Pontificum obedientiam, & fidelitatem recepit.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo decimo nono. Poſt eorum igitur honorabilem reditum velox fama Tuſciam, & Longobardiam continuo repleuit, ratſonans Eccleſiam Piſanam Metropolitanam dignitatem adeptam in Corſicam iuiſſe, ibique Epiſcoporum, & Eccleſiarum celebrata conſecratione, & Epiſcoporum fidelitatibus receptis Epiſcopos, & Corſicæ Eccleſias per Gelaſij Romani Pontificis conceſſionem ſuo iuri ſubdidiſſe. Vnde factum eſt, vt inuidia diaboli ſuperaſtantibus bonis temporibus do-

lens atque mœrens, immaniſsime bruta corda A
Ianuenſium inflaret, & eorum ora ſuperbiſsime
peſsime fœderet. Audientes namque Eccleſiam
Piſanam tanto honore exaltatam, & glorioſiorem
habitam velut amentes effecti contra Piſanos fre-
mebant illico feraliter, & dentibus frendebant di-
centes, ſicut homines inſanientes vrbem Piſanam
in tantum honorem non eſſe ſublimandam, & ei
ſatis ſufficere ſi patrum ſuorum honore contenti
fuerint. His autem fatuis rumoribus Piſanorum
ſapientes auditum præbere nolebant, cogitantes
Ianuenſem Populum ſapientum iure atque
moderamine regi, & conduci. Sed de iudicio
Dei factum eſt, vt eorum exigentibus meritis Ia-
nuenſium veſania ducem, & comitem haberet fa-
tuitatem, & inſaniam. Nam quoniam Deus, & B
Eccleſia Romana de proprio iure Romani Pon-
tificis digne ac magnifice ſublimauerat Eccleſiam
Piſanam, Ianuenſes liuore peſsimo aſperſi, &
omni ſenſu perdito amentes effecti Piſanis ami-
citiæ vinculum frangere vilipendunt atque ſacra-
menta pacis diu ad inuicem habitæ frangere nul-
latenus renuunt. Cum enim Piſanorum negotia-
tores ſecure, & ex antiqua conſuetudine ad ſua
negotia nauigarent, Ianuenſes ſine offenſa vel oc-
caſione, nulla rationabili, ſola furia inuecti de in-
ſidijs exeuntes, velut piratæ nequiſsimi, in vis
Sardiniæ cum ſuis galeis eos aggrediuntur, & Pi-
ſanos inermes capiendo pecuniam omnem de-
prędantur, naues alias ſecum ad propria reducen-
do. His igitur auditis Piſani ciues turbantur, & ſuos C
negotiatores ab Ianuenſibus ſine offenſa deprę-
datos eſſe valde mirantur Piſanorum autem ſa-
pientes iuxta inimicorum ſtultitiam, & inauditam
ſuperbiam ſe vlciſci nolentes, nuntios ſuos nobi-
les, & peritos Ianuam dirigunt, Ianuenſibus de-
nuntiaturos vrbem Piſanam eis velle ſatisfacere,
ſi qua vnquam accidiſſet offenſa, & quæ iniuſte
Ianuenſes abſtulerant, Piſanis placere recipere,
& amicitiæ vinculum refirmare, pacisque fœdera
reſtituere. Sed hæc inſanis mentibus Ianuen-
ſium audiens veſania dedignata eſt vlla reſpon-
dere pacifica; imo ſupradictis interre peiora mi-
natur. Cum autem Piſani ciues tam frequenti-
bus nuntijs quam pacificis litteris factam ſibi prę-
dam, & pacem expoſcerent nec ea conſequi vlla- D
tenus valerent, breui temporis ſpatio naualem
præparant exercitum. Nauigantes itaque con-
tra Ianuam comburendo, & incidendo, inuen-
taſque naues ſubmergendo, & Marcham fortiſsi-
me deuaſtant. Cumque omnium votum eſſet in
vrbem tendere & eam diſperdere, factus eſt ven-
tus cõtrarius Piſanos reducens ad Veneris portũ
Hæc igitur Ianuenſiũ populus audiens, ad Veneris
portum nauigat, cumq; Piſanorum galeæ de cuſto-
dia Ianuenſium galeas proſpicerent, vna ex de-
cem quæ fuerant in cuſtodijs velociter renuntiat
Piſanorum exercitui Ianuenſes appropinquaſſe.
Nouem autem galeæ quæ in cuſtodia remanſe-
rant feſtinanter, & audaciſsime omnes Ianuen-
ſium galeas aggredientes viriliter eos vſque ad
triginta millia proſequuntur reliquo Piſanorum
exercitu vnanimiter ſubſequente. Sed vento eis
obuiante cõtrario de Ianuenſibus dilata eſt victo-

A tia, Piſanis igitur ad prædictum portum redeun-
tibus, & propter dulcis aquæ inopiam longius a
caſtro ſe ponentibus. Ianuenſes cum magno ap-
paratu nauium ad eundem portum ſub caſtri tu-
tela noctu perueniunt, Piſani vero recognoſcen-
tes omnem Ianuenſium manum ad portus Ve-
neris caſtrum conueniſſe ſatis alacres efficiuntur,
ſperantes equidem a Deo ſuorum hoſtium, & ca-
ſtri victoriam obtinere. Cum itaque in ſo-
lemni die ſancti Sixti milleſimo centeſimo vige-
ſimo, à Piſano populo Miſſarũ officia celebraren-
tur, quatuor Ianuenſium galeæ de portu exeunt,
& paruas nauiculas Piſanis pueris plenas ad bella
videnda euntibus capere feſtinant. Hoc autem
Piſanis prouidentibus, & auxilium eis parare vo-
B lentibus, Ianuenſes omnes de portu progrediun-
tur, & in mare amplum proficiſcuntur. Videns
ergo Piſanus exercitus Ianuenſes volentes bella
capetere, vnanimiter atque velociter preparatur
contra eos contendere. Ad eos itaque Piſani ap-
propinquantes, magnis viribus in eos decertant,
periequuntur autem Ianuenſem exercitum, & eo-
rum naues rapiunt, & alias ſubmergunt, & ſuos
hoſtes quamplurimos in naues Piſanas proij-
ciunt, præter quos velox fuga ad ſui caſtri tutelam
reduxit ſatis opportunè. Ianuenſium igitur quam
pluribus ſubmerſis, multiſque interfectis, & ſine
vlla Piſanorum, quod mirabile fuit, læſione, fe-
lici de Ianuenſibus habito triumpho Piſanus
exercitus laudem, & gloriam reddit omnipotenti
C Deo qui tantam victoriam conceſsit Piſano po-
pulo, &c.

CHRONICON PISANVM
SEV
FRAGMENTVM

Auctoris incerti ab anno MCLXXXVIII. vſque ad ann. MCXXXVI. eodem membraneo codice Bene-
D *dicti Leoli.*

DCLXXX. VIII. Pipinus ſenior regnare cœpit.
Dcc. xij. Carolus filius Pipini regnare cœpit.
Dcc. lj. Carolo defuncto Carolus, & Pipinus regnare cœperunt inſimul.
Dcc. lvj. Carolus magnus. Romam perrexit.
Dcc. lxviij. Pipinus Rex defunctus eſt viij. Kalend. Octob.
Dccc. x. Pipinus Rex Italiæ defunctus eſt.
Dccc. xiiij. v. Kalen. Febr. Carolus Imperator defunctus eſt, Lodouicus filius regnare cœpit.
Dccc. lv. Lotharius Imperator obijt iiij. Kal. Octobris.
Dccc. lxvij. Ludouicus Imperator intrauit in regionem Beneuentinam.
Dccc. lxxj. Exierunt Agareni de Bari per Francos iij. non. Febr.
Dccc. lxxv. Ludouicus Imperator Roma-
nc-

norum filius Lotarij Imperatoris obijt.

Dcccc.xv. Etiam Græci de Beneuento per Francos exierunt.

Dcccc.xvij. Exierunt Saraceni de Gariliano.

Dcccc.xxij. Intrauerunt Vngari in Italiam menſe Febr.

Dcccc.xxxvj. Deprędata eſt Apulia à gente Græcorum v. Kal. Martij.

Dcccc.xxxvij. Intrauerunt Vngari in Capua.

Dcccc.xxxviij. Eclipſis ſolis facta eſt xiiij. Kal. Aug. vj. feria in vj. hora diei vſque in vltimas partes terræ.

Dcccc.l. Beringarius cum Alberto filio ſuo regnare cœpit.

Dcccc.lxviij. Fuerunt Piſani in Calabria.

Dcccc.lxxiij. Otho magnus Imperator obijt.

Dcccc.lxxxiij. Otho Secundus obijt.

M.j. Vgo Marchio de Tuſcis obijt.

M.j. Otho Tertius obijt v. Kal. Febr.

M.iiij. Fecerunt bellum Piſani cum Lucenſibus in aqua longa, & vicerunt illos.

M.v. Fuit Capta Piſa à Saracenis.

M.vj. Fecerunt Piſani bellum cum Saracenis ad regium regnumq́; & gratia Dei vicerunt illos in die S. Sixti.

M.xij. Stolus de Hiſpania venit Piſam & deſtruxit eam.

M.xvj. Fecerunt Piſani, & Ianuenſes Bellum cum Mugeto, & vicerunt illum.

M.xvij. Fuit Mugetus reuerſus in Sardiniam, & cœpit ciuitatem ædificare ibi atque homines viuos in cruce murare; tunc Piſani, & Ianuenſes illuc venere, & ille propter pauorem eorum fugit in Africam; Piſani vero, & Ianuenſes reuerſi ſunt, in quo inſurrexerunt Ianuenſes in Piſanos, & Piſani vicerunt illos.

M.xxij. Obſedit Henricus Imperator Troiam.

M.xxv. Henricus Imperator obijt.

M.xxvij. Conradus cœpit regnare in Italia

M.xxx. In natiuitate Domini Piſa exuſta eſt.

M.xxxv. Piſani fecerunt ſtolum in Aphrica ad ciuitatem Bonam, gratia Dei vicerunt illam.

M.xxxix. Conradus Imperator obijt.

M.liiij. Boniſacius marchio obijt pridie nonas Maij.

M.lv. Fuit bellum inter Piſanos, & Lucenſes ad Vaccule, Piſani vero vicerunt illos.

M.lxv. Piſani profecti fuerunt Panonniam, gratia Dei vicerunt illos in die S. Agapiti.

M.lxvi. Venerunt Ianuenſes cum ſtolo ad fauces Arni.

M.lxx. Gotteſredus Dux, & marchio obijt.

M.lxxij. Iuerunt Piſani ad Portum Dalmi, & fuerunt in graui periculo iudicio Dei, non hominis.

M.lxxvij. Guido Piſanus Epiſcopus, Papienſis genere obijt vi. idus Aprilis. iiij. Kal. maij Comitiſſa Beatrix eodem anno obijt.

M.lxxviij. Ianuenſis ſtolus vſque ad fauces Arni occulte deuenit, tunc ſtrenui Piſani in eos ſurrexerunt, & fugauerunt illos vſque ad Venerem portum, hoc factum eſt in die S. Caſsiani.

M.lxxviiij. Ianuenſis populus per latrocinium ad Vadense caſtrum deuenit. Tunc Piſani ad Rapſum viriliter peruenerunt, & caſtrum igne ſuccenderunt, & plurimos eorum gladio interfecerunt viros, ac mulieres manibus poſt tergum ligatis captiuos tripudiantes perduxerunt. Tunc Piſani hoc triumpho reuertentibus Ianuenſibus obuiauerunt, & pene vſque ad domos eorum fortiter illos infugauerunt. hoc fuit iij. id. maij.

M.lxxx. Landulphus Piſanus Epiſcopus Mediolanenſis genere obijt viij. Kal. Nouemb.

M.lxxxvj. Gitardus genere Piſanus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus viij. idus maij. obijt, & eodem anno valida fames, maxima mortalitas fuit ferè per totam italiam, vendebatur enim ſextarius tritici v. ſol.

B M.lxxxviij. Fecerunt Piſani, & Ianuenſes ſtolum in Africa, & ceperunt duas munitiſsimas ciuitates, Dalmatiam, & Sibiliam in die S. Sixti, in quo Bello Vgo Vicecomes filius Vgonis Vicecomitis mortuus eſt. Ex quibus ciuitatibus Saracenis fere omnibus interfectis, maximam prædam auri, & argenti, palliorum & ornamentorum abſtraxerunt. De qua præda theſauros Piſanæ Eccleſiæ, & diuerſis ornamentis mirabiliter amplificauerunt, & Eccleſiam B. Sixti in curte veteri ædificauerunt.

M.c. Hieruſalem à Chriſtianis capta eſt xviij. Kal. Auguſti.

M.lxxxxviiij. Concremata eſt pene tota Kinſica vj. non. Iulij, & ſtolus Piſanus in Hieruſalem iuit cum nauibus centum viginti; de quo ſtolo

C Daibertus eiuſdem Eccleſię Archiepiſcopus fuit ductor, & dominus, qui tunc temporis in Hieruſalem Patriarcha remanſit.

M.xj. Tota Kinſica exuſta eſt, de quo igne flante vento pene fere porta concremata eſt iij. nonas iulij.

M.cvj. Daibertus venerabilis Eccleſiæ Piſanæ Archiepiſcopus poſtea per gratiam Dei Patriarcha Hieroſolymitanus in ciuitate Meſſana obijt in pace xvij. Kal Iulij.

M.cxvj. Comitiſſa Mathilda obijt.

M.cxx. Petrus Ven. Piſanorum Archiepiſcopus obijt.

M.cxxij. Atho Piſanus Archiepiſcopus obijt.

M.cxxxij. Roggerius Ven. Piſanorum Archiepus, & Vulterrenſis Eccleſiæ præſul obijt.

D M.cxxxvj. Fecerunt Piſani ſtolum mirabilem hominum multitudinem continentem contra Rogerium Siciliæ comitem, qui faciebat ſe vocari in tota terra ſua Regem Italiæ. Hic inquam exercitus Piſanorum cepit Amalfiam cum ciuitatibus vnum ſepoſitis quatuor: ſed ciuitatibus captis, de conſilio eorundem captiuorum factum eſt vt irent obſidere arcem quæ dicitur Leſracle, vbi magna parte Piſani exercitus exiſtente venit exercitus militum, & peditum prædicti comitis, & fugauit exercitum Piſanorum qui erat ibi. Horum tamen alij ſalui remearunt, alij in via capti, & occiſi, alij ab ipſis mulieribus detenti fuerunt: Poſt biennium quoque fecerunt, ijdem Piſani exercitum non modicum contra eundem comitem, & ceperunt eaſdem ciuitates Amalfiam, Rauellum, Aſcani Scalam, & Scalettam, & multo magis expoliauerunt eas quam primum, quibus triumphaus

phatis venerunt Salernum, & coegerunt eum ad deditionem. Exiſtentibus domino PP. Innocentio, & Imperatore Lothar. in partibus eiſdem; Doloſe tamen agebat Imperator cum Piſanis, vnde ipſi turbati fœdus inierunt cum præfato comite Siciliæ, &c.

ANNALES RERVM PISANORVM

Ab Anno Chriſti DCCCCLXXI. vſque ad ann. M. CLXXVI.

Exſcripti ex veteri codice M.S. viri Clariſſimi Caroli Strozzæ Thomæ filij Patritij Florentini.

Ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

CVm venerabilis Pater Dominus Hugo de Piſis, Dei gratia, Nicoſienſis Archiepiſcopus in Romana curia tempore Domini Clementis Papæ IV. pro iure, & libertate ſuæ Eccleſiæ conſeruandis adeſſet, inter alia ſcire cupiens veritatem aduentus B. Petri Apoſtoli de Antiochia ad Vrbem, in quo loco applicuerit primo citra mare; cum de hoc fere ab omnibus ignoretur; comperto per quos veritas ſciri poterat, fecit inquiri a Theſaurarijs domini Papæ in Theſaurario ſiue ſecreta ipſius domini, dicti negotij veritatem. Et ſic quendã librum repererunt, qui dicitur Pantheon, id eſt totum continens, & vere totum vniuerſum namque vetus, & nouum teſtamentum connectit. Et a principio mundi Patriarcharum, Prophetarum, Regum, principum, virorum illuſtrium, doctorum, & auctorum Eccleſiaſticorum; quos auctores libri etiam ſecuti fuerant, ſcilicet Euſebium, Clementem Papam, primum Dionyſium Areopagitam, Origenem, Hieronymum, Auguſtinum, Ioſephum, Oroſium, Hegeſippum, Strabum, & Hienium, & Solinum de mirabilibus, & Suetonium de vita Imperatorum, & alios multos, etiam Perſarum, Aſſyriorum, Græcorum, magni Alexandri, Romanorum Imperatorum genealogia, proceſſus, & fines, omnium mutationes temporum & prouinciarum, vſque ad tempora domini Papæ Gregorij Octaui, & Friderici Romanorum Imperatoris primi chronicam; Romanorum Pontificum, & Imperatorum contemporaneorum ipſorum à tempore Chriſti vſque ad dictum tempus. Inter alia ſiquidem multa quæ continentur in eodem libro, qui Pantheon appellatur, inuentum eſt in trigeſima prima parte in rubrica de conſecrationibus Altarium circa medium, ſic ſcriptum.

Beatus Petrus Apoſtolus, primum altare lapideum in Italia erexit, ſtatim cum tranſiret circa littora Piſanorum, vbi hodie dicitur Eccleſia S. Petri ad gradus; quam Eccleſiam poſtea conſecrauit Papa Clemens primus; qui dum altare marmoreum ibi chriſmate illiniret, tres de ipſius PP. naribus aliquæ guttæ ſanguinis diſtillauerunt ſuper ipſam altaris menſam marmoream; ille ſanguis in eodem marmore vſque hodie ita recens apparet, ſicut hodie nobis videntibus ibi cecidiſſet; & habetur in magna veneratione. Hanc ſcripturam ſupradictus dominus Archiepiſcopus exemplauit, & exemplarem ſecum detulit ſui ſigilli munimine in teſtimonium roboratam anno S. D. M. CCLXVII. menſe ianuarij.

Simon Petrus filius Ioannis frater Andreæ, ortus vico Bethſaida Prouinciæ Galilææ, quæ eſt iuxta ſtagnum Geneſareth, cuius prima, vocatio Bariona. Legis directa generatione Petrus in Chriſto Eccleſiæ fundamentum eſt Cephas corporis Chriſti, & principatus, & caput eſt. Simon Ioannis virginitatis generatio incorrupta eſt, qui dum acta Ioannem habeant tertius iuxta oraculum, eligitur primus; nec immerito, quia Apoſtolorum princeps eſt a cõfeſſione Filij Dei primus, & diſcipulus Paſtoris humani generis, Eccleſiæ clauicularius regni, amator Domini, atque negator, confitendo laudatus, præſumendo elatus, negando lapſus, lacrymando purificatus, paſſione coronatus, cuius nomen ex opere datur, titulus ex merito poteſtatis imponitur. Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Aſia, atque Italia cum prædicaret, atque harum virtutum ſignum effulſit, pendulo greſſu, pede nudo mare calcauit: prætereuns, vmbra ſua mortuos animauit, claudi priſtinum receperunt officium: paralytici fluida membra in proprium reformauit ſtatum: in Eccleſia defunctam viduam ſuſcitauit: Ananiam, & Saphiram reos perfidiæ mortis animaduerſione damnauit. Simonem etiam magicis artibus cælum aereum aſcendentem ad terram deliſit. Hic poſtquam Antiochenam fundauit Eccleſiam ſub Claudio Cæſare, contra Simonem magum Romam domino ſibi iubente, perrexit, ſed diuina cooperante gratia deuenit Piſas, prius tamen in Arni flumine, & quando hiems imminebat ibi hiemare diſpoſuit; in quo loco cum per menſes moram feciſſet, ad gradus maris Eccleſiam conſtruxit, quæ poſtea in eius nomine a Clemente ipſo eſt dedicata. Deinde multis comitantibus diſcipulis ſcilicet Marco, Apollinare, Martiale, & B. Dionyſio, alijſque quamplurimis. Romam perrexit, ibique prædicans, cum xxv. annis eiuſdem vrbis tenuit Pontificatum: Sexto autem, & trigeſimo anno poſt paſſionem domini a Nerone Cæſare in vrbe Romana deorſum capite, vt ipſe voluit, crucifixus eſt. Sicque poſt Apoſtolicum meritum etiam martyrio coronatus eſt, commendans diſcipulis Eccleſiam quam Piſis fundauerat, vt continuis obſequijs eam viſitarent. Sepultus eſt Romæ in Vaticano ſecus viam triumphalem tertio lapide ab Vrbe ad orientalem plagam.

A. D. CCCCLXXI. Piſani fuerunt in Calabria.

A. D. M.iv. Piſani vicerunt Lucenſes in aqua longa.

A. D. M. v. Fuit capta Piſa à Saracenis.

A. D.

A. D. M vi. Piſani deuicerunt Saracenos ad Regium diè ſancti Sixti.

A. D. M. xii. Stolus Saracenorum de Spania venit Piſas & deſtruxit eas.

A. D. M. x vi. Piſani, & Ianuenſes deuicerunt Sardiniam.

A. D. M. x vii. Rex Mugettus, & Saraceni reuicerunt Sardiniam. Et eodem anno Piſani, & Ianuenſes recuperauerũt eam. Et cum Piſani, & Ianuenſes in Turitano iudicatu eſſent, Ianuenſes voluerunt Piſanos de Sardinia expellere, & ſibi Sardiniam retinere. Sed quamuis ipſi bellum inciperent, tamen deuicti a Piſanis fuerunt. Itaq. eo anno Piſani de tota Sardinia Ianuẽſes expulerũt.

A. D. M x x x. Piſa combuſta eſt, die Natiuitatis Domini.

A. D. M x x x v. Piſani fecerunt ſtolum maximum, & vicerunt ciuitatem dictam Bonam, & coronam Regis Imperatori dederunt.

A. D. M. l v. Piſani poſt grande bellum, deuicerunt Lucanos prope Lucam in loco dicto Vaubule.

A. D. M. l x iii. Iuerunt Panuremium, & fractis catenis portus, ciuitatem ipſam ceperunt, ibique ſex naues ditiſsimas ceperunt, Saracenis plurimis interfectis, & comburentes naues quinque, vnam Piſas duxerunt, mirabili theſauro plenam; de quo theſauro eodem anno maiorem Piſanam Eccleſiam inceperunt, Et ſequenti anno magnus terræmotus fuit.

A. D. M. l x x vii. Comitiſſa Beatrix obijt, 4. Kal. Maij, & in magnifica tumba apud maiorem Eccleſiam Piſis honorifice ſepulta eſt, ob cuius reuerentiam comitiſſa Mathilda eius filia, quo obijt A. D. 1116. Eccleſiam Piſanam, in Tuſcia, & Lombardia dotauit poſſeſſionibus plurimis, & honoribus regalibus ſatis plane.

A. D. M. l x x viii. Piſani & Ianuenſes guerram habentes, inuicẽ ſibi damna plurima cõtulerant.

A. D. M. l x x x viii. Piſani, & Ianuenſes ſimul ſtolum fecerunt in Africam, & ceperunt duas muniiſſimas ciuitates, ſcilicet Almadiam, & Sabiliam die ſancti Sixti; ex quibus ciuitatibus, Saracenis fere omnibus interfectis, maximam prædam auri, argenti, palliorum, & ætamentorum abſtraxerunt; de qua præda, theſauros Piſanæ Eccleſiæ in diuerſis ornamentis amplificauerunt, & Eccleſiam S. Sixti in curia veteri ædificauerunt.

A. D. M. c. Ieruſalem, & Cæſarea à Chriſtianis capta eſt, 18. Kal. Aug. cuius victoriæ Piſanus Populus fuit & caput, & cauſa. Nam iuſſu Papę Vrbani II. Vbertus Piſanæ vrbis Archiepiſcopus extitit ductor, & rector exercitus Piſanorum, ſcilicet 120. nauium. Qui Vbertus factus in Ieroſolyma Patriarcha remanſit. Et poſtea ceperunt ciuitatem Gibeli. Et poſtea in reditu ceperunt multas ciuitates Græcorum. Vnde Imperator Calonianus ſuum legatum Piſas miſit, & Piſanis domos, & Eccleſias dedit. Proficiſcendo vero Lucatam, & Cephaloniam vrbes fortiſſimas (quia iter Hieroſolymitanum impedire ſolebant) expugnauerunt, & expoliauerunt. Piſanus etiam tunc populus, Maidam vrbem fortiſsimam cepit & Laudociam, & Gibellum obſedit. Eodem anno Hinthica, quaſi crcmata eſt.

A. D. M. c i. Tota Hinthica exuſta eſt, de quo igne, vento flante, pene tota foris portum combuſta eſt, 3. non. Iul.

A. D. M. c v. Reincepta eſt lis inter Piſanos, & Lucenſes.

A. D. M. c vii. Rex Henricus cum magno exercitu in Italiam, & Piſas venit, & fecit pacem inter Piſanos, & Lucenſes, in qua guerra Piſani deuicerunt Lucanos tribus vicibus in campo, & caſtellum de Ripa fracta recuperauerunt, & Ripam, vnde lis fuit, retinuerunt.

A. D. M. c x iiii. Piſanus Populus, iuſſu domini Papę Paſchalis perrexit Maioricam cum 300. diuerſorum nominum nauibus, & die S. Sixti de Arno exiuit immenſo ploratu ſenum paruulorum, & mulierum. Et deuenientes prius ad Inſulam Luiſam, ciuitatem fortiſsimam ſitam dictam ſimiliter Luiſam, per menſem obſederunt, & pluribus, & damnoſis hinc inde commiſsis prælijs eam ceperunt, & mirabili Saracenorum multitudine detruncata, ſcilicet die S. Laurentij. Et poſtea die S. Bartholomæi ad Inſulam Maioricæ applicuerunt, & eam per ſex menſes obſederunt: & tandem vſque per totum menſem Aprilis eam deuicerunt, & vltra quinquaginta Saracenorum millia occiderunt: & Chriſtianos ibi captos per diuerſa tempora ipſo die de carceribus liberauerunt, qui numero inuenti ſunt triginta millia: ante tamen quam Piſani ad Luiſam deuenirent quando eam ceperunt, in littore Barchinonæ, paſsi ſunt nauium multarum naufragium. Sed quis enumerare poſſit diſpendia, pericula, & mortes, quæ Piſani paſsi ſunt ibi. In ipſo quippe itinere per 26. menſes ſteterunt; & tantam exaltationem victoriæ reduxerunt, quod obliti ſunt totaliter omnium copioſam pœnam dolorum.

A. D. M. c xix. Gelaſius Secundus PP. in retributione tanti doni, quod Piſani Romanæ Eccleſiæ, & toti mundo de Maioricana victoria fecerãt, Piſas venit, & conſecrauit maiorem nouam Eccleſiam Piſanorum, ac conceſſit Archiepiſcopatum ciuitati Piſanæ, & dedit, quia vſque tunc tantum Epiſcopus erat. Et nota quod Papa, quando Piſani iuerunt Maioricam, ſuis manibus Piſanis dedit vexillum vermileum. Vnde ex tunc Piſana ciuitas vermilio vtitur vbique vexillo.

A. D. M. c xix. Ianuenſes inuidia mõti de honore, & de tanta temporali, & ſpirituali exaltatione Piſanorum, guerram ſubito inceperunt, damna Piſanis quæ poterant inferentes. Vnde Deo & glorioſa eius matre Maria propitiantibus anno ſequenti ſcilicet M. c xx. die S. Sixti in portu Veneris, Ianuenſes vicerunt.

A. D. M. c x x i. Ianuenſes irati de prędicta victoria, quam Piſani de ſe habuerunt, ad fauces Arni cum Galeis 22. venerunt, Et tunc Piſani apud maiorem Eccleſiam erant cum Papa Calliſto II. qui conſecrabat quædam Altaria; & ſic Deo volente accidit, quod Piſani illuc iuerunt, Ianuenſes fugauerunt, & galeas ſex ex ipſis ceperunt. Vnde, & Altarium conſecrationem Ianuenſium procerum exaltauit, & Piſanorum honorem.

A. D. M. c x x iv. Incœpta eſt lis à Piſanis con-

contra Regem Siciliæ nomine Rogerium, inimi- A
cum Eccleſiæ Romanæ.

A. D. M. c x x x v. Tertio Kalen. Iun. Piſis eſt celebratum generale concilium per Papam Innocentium, & alios Prælatos Sæculi. In quo concilio Ingilbertus de Marchia Tuſciæ inueſtitus eſt, qui poſtea defenſus eſt a Piſanis, & à Lucanis vbique offenſus, & apud Ficecchium ab ipſis Lucanis anno ſubſequenti deuictus in campo, & Piſam fugiens, lacrymaſque plures effundens à Piſanis vendicatus eſt.

A. D. M. c x x x vi. De mandato ſummi Pontificis, Piſani 46. galeas armauerunt, & in Siciliam transfretauerunt, & pugnando, & præliando audaciter, ciuitates Amalfi, Atrani, Rauelli, Scalæ, & Scatella maiorem, & minorem ceperunt, ſed cum B
tertia die poſt prædictam victoriam Piſanorum pars obſideret ſrsctos caſtri Riuelli cum ædificijs, & gattis, Rogerius ſupraſcriptus, qui apud Salernum tunc erat cum ſeptem millibus militum & 60. Galeis, & multo alio populo, Piſanos obſidentes prædictum caſtrum deuicit, & fugauit vſque ad mare, & ea eis decies 94. cepit. Poſt dies autem 23. deuaſtata Yſchia maiori ſicut Piſas, Piſani vi. idus Septembris reuerſi ſunt.

A. D. M. x x x viij. Iterum fecerunt ſtolum contra ſupraſcriptum Rogerium, & deuicerunt: ſibique tributarias fecerunt ciuitates Amalfi, Trani, Scale, Scstellæ, & fractæ Rocche, & Pugetulæ, & totum Amalfitanum Ducatum, ipſoſque iurare fecerunt. Et tunc Domino Papæ Innocentio, & Imperatori Lotario obedire vt Dominis, C
contra prædictum Rogerium. Poſtmodum Piſani nono Kal. Auguſti Salernum iuerant, ipſumque per 15. dies obſeſſum habuerunt. Et ſic poſt hoc Rogerius prædictus cum Piſanis pacem fecit & reuerſus felix ſtolus Piſanorum 13. Kal. Octob.

A. D. M. c x liv. Incœpta eſt guerra inter Piſanos, & Lucenſes. Nam Piſani propter iniuriam de caſtello Aghinolfi eis à Lucanis illatam. Fecerunt enim Lucenſes exercitum contra ipſum Caſtrum quod erat Piſanorum ab anno Domini 1128. Et propter iniuriam ſimiliter de ſtrata Francorum, & Arni caſtellum de Vrni à filio Suffredi acquiſierunt, ipſumque per annos ſex viriliter tenuerunt. Quamuis Lucenſes ipſum annuatim acriter obſederunt. Poſt ſextum quidem annum idem caſtrum a nepotibus ſupraſcripti D
Suffredi rehabuerunt, datis eis lib. Lucan. monetæ 10. ipſumque funditus diruerunt. Ante tamen quam ipſum caſtrum rehaberent, quando ipſum annuatim obſidebant, Piſani diſtrictum Lucanum quaſi vndique concremabant; & tunc ceperunt Piſani caſtellum de inſula podulia cũ 300. ciuibus Lucanis de quibus poſtea Piſani rehabuerunt 20. ſuos carceratos qui erant Lucæ ad quod caſtrũ vincendũ Piſani fuerunt, cum quinquaginta nauibus, & ſchsphis, & cum 12. maughanis ordinatis placitis. Cuius caſtri habitio fuit an. Domini 1148. non. Kal. Aprilis. Et in die Lunæ ſancto cum carceratis cum ſpolijs exercitus dedit Piſanis. Tunc etiam Piſani ſub anno Domini 1149. ſtantibus Lucenſibus à Piſtorienſibus ad obſidionem dicti caſtri de vrno, deuicerunt caſtrum de

A Monte di caſtello, & ſancti Geruaſij, & omnia alia caſtra de Vallebere tunc habuerunt; & in feſto ſancti Matthæi per magnum prius præhabitum prælium, caſtrum de Pimuſuli deuicerunt, ipſumque diruentes funditus, homines Piſas, & ſpolia cum gaudio reduxerunt. Et in ſumma dicendo, viuaciſſima, & damnoſiſſima, antequam Lucenſes vinum recuperarant, & continua guerra fuit; & quamuis vtrique plurima inde damna ſubierint Piſani tamen gauiſi ſunt, quia in vindictam hoc fecerunt de caſtello Aghinolfi.

A. D. M. c l. Lucenſes apud flumen Caſcinæ à Piſanis capti fuerunt, & magna pars eorũ mortua

A. D. M. c l i. Tempore domini Eugenij Papæ Piſani, Romani firmauerunt pacem cum Piſania.

B A. D. M. c l iii. Fundatus eſt primus gradus Eccleſiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ Conecto Conecta & Henrico Caſtellano operarijs exiſtentibus. Qui Conectus in Sardiniam pluries iuit, & reduxit de ſancta Reparata columnas.

A. D. M. c l iii. Duodecimo Kal. Nouembris de nocte maior pars Hinthicæ combuſta fuit. Eodem anno fuit omnium victualium magna cariſtia. Eugenius Papa natione Piſanus ſedit annis 7. menſib. 4. dieb. 20. Huius tempore ſenatus renouatur in alma Vrbe.

A. D. M. c l v. Fredericus Imperator die ſancti Michaelis fuit in Roncalia, & miſit pro nuntijs omnium ciuitatum Imperij, & ſic ipſo anno Tortonam obſedit, deuicit, & deſtruxit. Et ſequenti anno in menſe Iunij Romam venit, & co-
C ronam Imperij ab Adriano recepit: & præliatus eſt in porticu ſancti Petri cum Romanis: vbi eos deuicit, occidit, & in flumine multos demerſit, & plures vinculis mancipauit. Exinde ciuitatem Spoletinam deuicit, & regratians multum Piſanis qui cum eo fuerant. De menſe Septembris in Alemanniam eſt reuerſus.

A. D. M. c l v i. Guillelmus Rex Siciliæ in magnam infirmitatem cadens per tres menſes. Itaque cum mortuus à Regnicolis crederetur, totum regnum perdidit, ſed liberatus in tribus menſibus, reuicit totam Siciliæ inſulam. Poſtea in menſe maij cum magno exercitu iuit Apuliam, quam Barones tenebant. Inter quos barones erat dominus Robertus princeps Capuanus. Qui barones Apuliam recuperauerunt contra ipſum regem
D Guillelmum cum auxilio Conſtantinopolitani Imperatoris, qui eis miſerat galeas 30. hominibus & theſauro bene armatas. Et ſic ipſe Rex Guillelmus ipſos Barones deuicit, & recuperauit Apuliam, & deſtruxit Barim, & Robertum Principem ſupraſcriptum cepit. Vnde victoriam de tota compleuit Apulia in menſibus maij & iunij triumphanter. Eodem anno in conſulatu Conecti in menſe Iulio, & Auguſto Piſani fecerunt barbacanas circa ciuitatem, & Hinthicam, & murauerunt a turre, vbi poſuerunt leonem marmoreum vſque ad turrem ſuper pontem Amaris. In ſubſequenti vero anno menſibus Februario, & Martio, & Aprili, circuierunt vndique Ciuitatem caſtellis, & turribus ligneis, Battiſchis, pro timore Frederici Regis Romam venientis.

A. D. M. c l vii. In conſulatu eiuſdem Conecti à men-

a menſe aprilis incipientes, Piſeni vſque ad ſanctum Zenonem murauerunt ciuitatem, & vſque ad portam Calciſanam, & fecerunt foueā a Monte Piſano vſque Piſas, & omnia ciuitatis negotia ipſo anno viriliter tractauerunt, & ex tunc annuatim murauerunt ciuitatem.

A. D. M. c l vii. Sexto Kalen. aprilis, natus eſt puer in comitatu Bononiæ in Veneris die ſancto cum barba, & dentibus, & piloſus totus. Eodem anno prid. Kal. Aug. cecidit grando maxima ſuper terram Bononiæ, omnia deſtruens, homines & pecudes interfecit; quæ grando fuit varij grani, quadrata, rotunda, & cornuta in magnitudine oui. Eodem anno facta eſt turris Meloriæ.

A. D. M. c l viiij. Supradictus Conectus conſul in portu Magnuli duas turres fecit, & fontem ad ſanctum Stephanum pro nauigantium vtilitate conſtruxit. Sed ipſæ duæ turres non fuerunt completæ vſque ad 1165.

A. D. M. c l viiij. Piſanis combuſtæ turres a domo, & via Guidonis q. Tedieri vſque ad turres Petri abbithonis, & omnes ceciderunt. Vbi mortui ſunt Simon de Petlaſcio, Henricus Vguccionis de Villano, vecchius Bonaccij qui tunc erat prouiſor, & alij: vnde de mandato conſulum omnia balatoria iuxta Arnum deſtructa ſunt.

A. D. M. l viiij. Guillelmus Rex Siciliæ à Kal. Aprilis vſq; ad Kal. octob. magnum fecit ſtolum 140. galearum, & 24. dermonum, qui dermones portauerunt 400. milites. Quem ſtolum miſit prædictus Rex de menſe Iun. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, & peruenit Negropontem, ibique inuenit ſtolum imperatoris, ipſumque deuicit & cepit, & etiam cepit ipſam ciuitatem de Negroponte, eamque deſtruxit, & ſtolum Imperatoris combuſſit. Mox etiam ciuitatem Alinito cepit, & ſanctum Iacobum cum turre Piſanorum, & ipſam combuſſit, & magnam partem Romaniæ deſtruens. Imperatorem quoque ipſum triſtem compauidum relinquans. De menſe Septembris ſtolus prędictus cum maximo triumpho ad ſuum Regem Guillelmum in Siciliam reuerſus eſt.

A. D. M. clix. In quarto conſulatu Conecti Piſani murando ſemper nihilominus ciuitatem fecerunt quinque galeas ad cuſtodiam maris, & foſſam magnam in Leporarecatoria vſque prope petraria de Triſi; quæ fuit pertice. MD. & tres columnas magnas pro opera S. Ioannis de Ilba ad dictam Eccleſiam portauerunt. Eodem anno fecerunt treguam inter ſe, & dominum Guidonem comitem, & Senenſes, & Piſtorienſes, & comitem Albertum de Prata ex vna parte: & Lucanos, Florentinos, Pratenſes, & capiteneos Carfagninos, ex alia. Et iuxta 22. annis ordinauerunt Piſani pacem inter prædictos ſuos conſocios, & Lucanorum. Cuius pacis ſententia lata fuit per Piſanos, & Lucanos die Aſſumptionis B. Mariæ. Vnde quia Piſani ſuos non dereliquerunt amicos, famam magnæ laudis tunc de ipſa concordia per ipſam habuerunt. Eodem ſupraſcripto anno 1159. Piſani miſerunt Pellanium conſulem cum Gherardo comite, & Carie Vecchia, & nobilibus Piſanis militibus, & cum Sagittarijs, & ædificationibus 15. Kalen. Septemb. in auxilium Imperatoris Frederici ad obſidionem Mediolani. Et ſexto id. Septemb. Imperatori ſe dedit Mediolanum. Vnde Piſani cum laude, & honore, & bone Imperatoris gratia redierunt 6. Kalen. Octob. Et die quo ſe Mediolanum dedit Imperatori, Mediolani coronam ſibi poſuit Imperij triumphanter. Eodem anno Mediolanum, Brixia, Placentia, & Cremone ab ipſo imperatore diſcordauerunt.

A. D. M. c l x. Imperator prædictus redijt ad deuaſtandam ciuitatem Mediolani, & alias, ſibi deditam deſtruxit, & combuſſit, ex quo tota Lombardia doluit, & non parum.

A. D. M. c l x i. Rainerius Sciotta obijt 15. Kal. Iun. & fuit ſepultus in Eccleſia ſanctæ Marię Piſis cum magna veneratione. Et fuit ſicut ſanctus in terra, & in mari; quia marinerij de eo multa mirabilia videbant.

A. D. M. c l x ij. Piſani miſerunt ad Imperatorem Fridericum Legatos, ſcilicet Ildebrandinum Mele tunc conſulem, & Bulgarinum Bulgarelle, & Lambertum Cigolum; qui cum ipſo Imperatore ſatis tractauerunt ad honorem, & augmentum Imperij, & Piſani communis. Eodem anno Conectus cōſul, & Boccacius Ambaſciatores pro communi Piſano ad Imperatorem Conſtantinopolitanum euntes, & cum ipſo pro anno Conecto ipſo remanente; quia cum Piſanis vniri nolebat, niſi Piſani promitterent de non adiuuando Imperatore Friderico. Tandem ſine alie concordia Piſas reuerſi ſunt. Noluerunt enim Imperatorem Fridericum derelinquere veri, & puri amici.

A. D. M. c l x iij. Lambertus conſul, Villanus Ricuchij, Bocelus Henricus Frederici, Opitho, & Sigerius Legis doctores, Ambaſciadores Piſani communis, ab Imp. Frederico vexillum receperunt, & ſpadam pro inueſtitione Imperatoria ſuper omnes ciuitates Tuſciæ. Eodem anno 40. galeas ad honorem ipſius Imperatoris Piſani fecerunt. Eodem anno Comes Ildenus fidelitatem cum tota ſua terra, & hominibus iurauit Piſis. Eodem anno incœpta eſt magna domus inter littus maris portus Magalis pro vtilitate nauigantium, & magnum fundatum cum turri, & porta ferrea ex tunc incœptum fuit per paucos annos. Eodem anno Imperator Fredericus, poſt obſidionem quatuor annorum, Mediolanum deſtruxit, & combuſſit, nihilo præter perſonas, & pecuniam reſeruato: quod factum eſt anno regni ipſius imperatoris decimo, & Imperij eius octauo. Et ex tunc timore perculſæ omnes terræ Lōbardiæ, ipſius Imperatoris ſubierunt mandata. Eodem anno, Piſanis in pace manentibus, nullum apparatum galearum habentibus Ianuenſes periuri, guerram incœperunt, & prius 11. Kalen. Iul. Caprariam comburrentes, per mare ſubito, & continuo huc, & illuc diſcurrentes diuerſa, & grauia damna nautis & perſonis Piſanis nauigantibus, & de guerra nihil ſcientibus intulerunt occidendo, & ſubmergendo ligna, & homines. Ex quo Piſani mori ad vnum Iudicem 10. Galeas & 11. ſagiptias velociter ordinauerunt, & Camptor-

ſi deuaſtauerunt, & duas naues Ianuenſium ditiſſimas ceperunt prope Planoſam. quarum vna de Soria, & alia de Conſtantinopoli veniebat, 8. id. Iulij, vbi 42. Ianuenſes occiſi fuerunt. Poſtea prid. id iul. aliam nauem de Sicilia redeuntem ceperunt in Ilba. Quo Piſis ſcito, ad illas alias miſerunt ſagittias 14. vſque Populoniam in ſuccurſum, & 12. galeas Ianuenſium quæ ad noſtras de Ianua venerunt, expulerunt; & ſic cum nauibus aucti, & 55. Ianuenſibus captiuis, Piſas cũ honore, & lætitia 12. Kal. Aug. redierunt. Eodem anno Piſani parauerunt 24. galeas & 30. ſagittias pro naali bello faciendo contra Ianuam ad portum Veneris: propter quod Ianuenſes miſerunt ad Imperatorem Fridericum ſupplicantes, vt treguam vel pacem inter ipſos, & Piſanos facerer. Piſani vero id audientes, ad ipſum Imperatorem ſolemnes Ambaſciadores miſerunt 7. idus Auguſti opponentes contra Ianuenſes, quomodo pacem, & iuramenta fregerant, & guerram crudeliter, & improuiſo incœperant. Sed Imperator rogauit, quod vſque ad ſuum aduentum Piſani guerram non facerent. Ibat enim tum Imperator ad Bellicionem pro diſcordia quam Papa Victor, & Papa Aleſander inter ſe habebant, iudicanda: in qua via Imperator ſecum duxit duos de Piſanis Ambaſciatores, ſcilicet Henricum Canis conſulem, & Rainerium Gaetani. Rex quidem Franciæ de concordia Victoris Papæ quam Imperatori fieri promiſit, minime obſeruauit: & tunc prædictos Piſanos Rex ipſe allocutus eſt, promittens eis pro amore Piſani communis amicitiæ conſeruitium gaudenter. Rex itaque cum indignatione Imperatoris, & cum Papa Aleſandro reuerſus eſt in Franciam, & Imperator cum Papa Victore in Alemanniam. Eodem anno Gulielmus Rex Siciliæ pacem cum Piſanis habens, propter dilectionem quam videbat inter Piſanos, & prædictum Fredericum, timens de Piſanis ſubito ipſos Piſanos omnes, quos in ſuo Regno inuenit, cepit, & in perſonis, & rebus contriuit.

A. D. M. c l x i v. Decimo tertio Kal. iul. Piſani cum magno exercitu iuerunt contra caſtrum de Peceiuli, quod erat multum infeſtum, & damnoſum eis; & ibi inuenerunt 400. milites, & 300. peditum, & ipſum ſibi deditum vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ habuerunt, & ex tunc Roccham de Pana, & omnia alia caſtra vſque Vulterras habuerunt. Et ſic cum magno triumpho Piſani 6. Kal. iul. ad propria redierunt. Eodem anno plures galeas pro ſeruitio Imperatoris Frederici fecerunt, & comitum, & alios Piſanos honores creuerunt. Eodem anno ante Kal. April. Rainaldus Colonienſis, Archiepiſcopus, & Italiæ Archicancellarius, venit Piſas: & Piſani cum eo iuerunt per Tuſciam Ambaſciatores. Itaque timore Piſanorum ſubito tota Tuſcia fidelitatem Imperatoris Friderici iurauit in anu eiuſdem ſui Archicancellarij, qui rediens Piſas, Piſanis immẽſas retulit grates, & in Alemanniã proficiſcens Imperatori publice retulit, quod Tuſciam habeat gratia Piſanorum. Eodem anno in Kal. Octob. incipiendo, in 14. diebus 8. columnæ in Eccleſia ſancti Ioannis erectæ ſunt: de quibus vnam vna die porta aurea erexit. Et tunc ordinatum eſt, quod vnaquæque familia in ſingulis menſibus Kalen. vnum denarium ipſi operi daret, & fundata eſt Eccleſia ſancti Ioan. Baptiſtæ 1155. Eodem anno, 6 Kal. Ianuarij magna pars Hinchicæ ſcilicet ab Eccleſia ſancti Chriſtophori, vſque ad domum Guidonis boni exuſta eſt. Eodem anno cœpit murari caſtrum de Vada, & fuit muratum ab inde ad annos 16. Et donec murabatur, Vadenſes omnibus datijs liberi ſunt. Eodem anno, Paraſon q. Rubini de Callari expulit de Vallari Domicellum Petrum iudicem, qui cum vxore ſua filia iudicis Conſtantij aufugit ad fratres ſuos. Pro qua iniuria Paraſon iudex Turritanus cum fratribus, & auunculis ſuis, ſcilicet Barile Gamello, Paulo, & Paganello q. Vgonis Pagani de Piſanis exercitum magnum collegit, & rediit in Callari, Petrum iudicem fratrem ſuum, & illum Paraſonem expulit.

A. D. M. c l x v. Piſani quatuor ſolemnes Ambaſciatores miſerunt, & 10. galeas & 4. Dermones pro equis portandis ad ipſius imperatoris ſeruitium fecerunt, & galeas 16. pro guardia maris, & flumen Auaris cauauerunt, & ampliauerunt, & in alijs commodis Reip. ſe illo anno honorifice habuerunt. Eodem anno mortuus eſt Lucæ Papa Victor 12. Kal. maij, & alia die electus eſt ibidem in PP. Guido Cremonenſis, qui poſtea vocatus eſt Papa Paſchalis: & cancellarius Imperatoris, qui eum eligi fecerat, de Luca diſcedens, ad Burgum ſancti Geneſij iuit ibique ſecum habuit rectores ciuitatum Tuſciæ. Eodem anno Rainerius Gaetanus, & Lambertus Graſſus Conſules, & duo alij nobiles Piſani iuerunt, per maritima vſq. Scalmum, & Bonianum, & vndique per totam maritimam, & per vallem Gere, & ſubditis prædictis terris, & cõmunitatibus, Piſani reuerſi ſunt: Agninã caſtrum vicerunt, & in ipſo conſules miſerunt, quod vſque tunc fieri non poterat. Nulli enim vſque tunc conſules extiterant de Piſanis, qui tantum commodum, tantum & honorem Piſani communis creſcere feciſſent. Eodem anno Paraſon iudex Turritanus cum fratribus, & auunculis ſuis Piſanis, Barile Gamello Paganello, & Paulo, & Domicellus Petrus iudex de Callari fide iudicis Paraccius de Terre, fecerunt magnum exercitum contra Paraſonem iudicem Arboreæ, pro multis iniurijs quas ei fecerat: & menſe aprilis in Aboream intrauerunt, palatia, & domos, & omnia bona comburentes, viros, & mulieres, & ſpolia inde plurima aſportauerunt, Paraſon itaque iudex Arboreæ cum ſua vxore fugit ad manſionem de Cupre, & ad Imperatorem Fridericum, & ad Ianuenſes nuncios miſit, quod ſi eum vindicarent, & totam Sardiniam ſei darent, daret eis multum aurum. Et imperator miſit in Arboream ſuos Legatos cum 7. galeis Ianuenſibus ad iudicem. Eodem anno Ilredinus quondam Ranuccij Iani Piſanorum conſul, iuit in Sardiniam, & fecit omnes Iudices Sardiniæ iurare præcepta Piſani communis, & treguam præcepit eſſe vſque ad reditum iudicis Arboreæ. Et quia Ianuenſes in Sardiniam 8. galeas miſerunt, Piſani 8. alias miſerunt, & ſic iudex cum prædictis legatis Imperatoris

peta-

peratoris, & Ianuenſibus cum 30. millibus libris Ianuam nauigauit; & ad Imperatorem Fredericum Papiam iuerunt. Eodem anno 4. idus Aug. Imperator Fredericus coronauit apud Papiam Paraſonem in iudicem Arboreæ; ea quo Piſani valde irati, conſules ſuos, & alios Ambaſciatores ad Imperatorem miſerunt. Et iudex Arboreæ prædictus cum Ianuenſibus, qui cum eo ad Imperatorem iuerant, Ianuam rediit, & habitis à Ianuenſibus triginta millibus libris nauigauit in Sardiniam ſperans cum ſuo exercitu non ſolum Arboream reuincere, verum etiam totam ſibi Sardiniam ſubiugare. Vnde alij Iudices dolentes iuerunt, & quaſi totam Arboream deſtruxerunt, & habuerunt poſtea auxilium a communi Piſano contra ipſum iudicem ſcilicet conſules & ſapientes plures de Piſanis in ſex galeis. Eodem anno Chriſtianus cancellarius domini Imperatoris venit Piſas die ſancti Andreæ, & ſecum duxit Papam Paſchalem, qui prius vocabatur Guido Cremonenſis, & Piſani eum honorifice tenuerunt, quouſque ipſe cancellarius duxit Viterbium. Cui Papæ, quia Villanus Archiepiſcopus obedire nolebat ſeceſſit ad Gorgonam. Eodem anno Piſani conſules, & alij plures ſapientes, & nobiles viri Ambaſciatores in Alemanniam ad Imperatorem iuerunt; & inter alia commoda quæ pro Imperio, & communi Piſano tractauerunt, Inſulam totam Sardiniam ſibi priuilegiari pro communi ab ipſo Imperatore fecerunt. Et Vguimonem conſulem Imperat. ipſe, dando ei vexillum, inueſtiuit de ipſa inſula, & hominibus, & bonis, præſentibus ad hæc Ianuenſibus, & Paraſone ſupraſcripto, quem coronauerat Papiæ de iudicatu Arboreæ ipſe Imperator in Dominum. Eodem anno Ianuenſes cum prædicto iudice Arboreæ, in Sardiniam iuerunt cum magno exercitu: Sed Piſani illuc currentes, de tota Sardinia, & Ianuenſes, & iudices expulerunt. Itaque 7. id. Febr. Ianuæ applicauerunt. Et quia dictus iudex pecuniam ſuam, quam Ianuenſibus promiſerat, dare non poterat, ipſum in carcere poſuerunt. Et ſic totam Sardiniam ſub tributo poſuerunt ſibi Piſani.

A. D. M. c l x vi. Piſani cum 2. Galeis in portu de Turri erant, & quidam male conſulti, iuerunt ad villam de Turri eamque turpiter deuaſtabant & prædabantur, conſulibus Piſanorum inuitis. propter quod Sardi in villa de Octano interfecerunt 80. Piſanos. Eodem anno poſt mortem prædictorum Piſanorum Paraſon iudex Turritanus, & Petrus eius iudex Callari venerunt Piſas: & ipſe iudex in parlamento iurauit, quod in prædictorum Piſanorum morte culpam non habuit. veruntamen, quia in ſuo iudicatu perierunt, & ipſe fidelitatem Piſani communis iurauit, & promiſit, pro Piſanis terram tenere, & ſex millia librarum dare. Et ſic Piſani eum reduxerunt in terram ſ. Eodem anno Kal. Iun. Piſani vicerunt Lucanos ad montē Piſanum, & fugauerunt eos in Maſſa. Eodem anno de menſe Iulij, Piſani 7. Galeas ad capiendos Ianuenſes in Siciliam miſerunt, & ſex alias in prouinciam: quæ plures Ianuenſes, & ſigna ſecerunt, & Piſanæ illæ quæ in Siciliam iuerunt, 11.

A Kal. Aug. reuerſæ ſunt. Propter quod Ianuenſes 14. Galeas armauerūt, & inſecuti ſunt Piſanas vſq. ad Montem Peſſulanum, & Marſiliam, & Rhodanum; & ſic ceperant quinque naues Piſanorum, ſed vacuas, & Ianuam redierunt. Poſtea 3. idus Aug. Piſani videntes quod Ianuenſes iuiſſent in Prouinciam, viriliter armauerunt 31. Galeas, & combuſſerunt Capotorſi, & 12. Kal. Septembr. Albinganam pugnando ceperunt. Et inde profecti ceperunt cum hominibus, & auert. 28. naues Ianuenſium venientes de Mercato de Frigioli, & per totam riueriam Ianuę plurima ligna ceperunt. Ad gradus quoque Mergierij quinque magnas quamuis vacuas naues conbuſſerunt: & vnam bene ornatam de Garbo ceperunt. Reuer-

B tenſes itaque Piſani Rhodanum per fauces Capre intrauerunt, & incolumes vſq. ad Albanum ſancti Ægidij die 3. Septemb. intrauerunt, in quo eſt, & tunc erat magna fiera, & innumeræ ibi gentes conuenerunt. Ianuenſes vero vehementer turbati, eo quod Piſani Albinganam deuicerant, repente 50. Galeas armauerunt, & in Prouinciam nauigantes, per Rhodanum ad ripam ſancti Ægidij ſe poſuerunt prope Piſanorum exercitum per milliaria duo, 3. non. Septemb. Et ſic vterque Galearum ſtolu ſe per decem dies præparauit ad bellum. Ciuitas quippe Piſana de ſuis quid eſſet ignorans & videns quod Ianuenſes in Prouinciam magnum ſtolum miſerant, 25. galeas, ad deuaſtandam riueriam Ianuenſium iuerunt, & deuaſtauerunt portū

C Veneris, & Leuanto, & ſic Piſas reuerſæ ſunt. Poſt hæc tres Galeas cum Guidone Belle conſule, & cum 23. militibus in Prouinciā miſerunt Piſani in auxilium Piſanorum, quas ventus contrarius proiecit in Ilbam, & die ſancti Michaelis vnam nauem Ianuenſium ceperunt de Aleſandria venientium onuſtam: & Piſani 3. non. Octob. redierunt, ſupradicti vero Piſani id. Septemb. qui erant Galeæ 31. cum Ianuenſibus; qui erant cum 50. Galeis iuxta Rhodanum in terra magnum bellum fecerunt, & gratia Dei Piſani vicerunt illos; vbi multi Ianuenſes capti, & occiſi ſunt, & eorum mœnia deſtructa; & 10. Kal. Nouemb. de Vico Ianuenſes Ianuam reuerſi ſunt; quamuis tres Galeæ de Ianua cum conſule eis obuiarent, eaſque ad expectandos Piſanos in Arli cum magno furore per 15. dies tenuerunt fruſtra. Prædictæ vero vi-

D ctoricæ Piſanorum Galeæ redire volentes, ſuper inſulas ſancti Honorati, furore, & ira maximi venti, & terribilis noctis 4. Kal. Nouemb. in alto pelago abſtractæ ſunt: tota nocte ipſa, & die ſequenti, tanta fuit maris tempeſtas, & venti contrarij, vt ex 31. Galeis 11. ſubmerſæ ſint, & quibuſdam ex alijs in Corſicam, quibuſdam in Sardiniam, quibuſdam in Bugiam diſtractis rapido curſu a mari vna de porta aurea Gigeum applicuit; cuius homines ceperunt piratæ, & Bugiam duxerunt, & omnes præter 4. paruulos, & 20. alios truncauerunt: aliæ vero 19. euadentes de tanto Dei iudicio de alijs intereſſentes quid eſſet infra 11. dies nouembris Piſas cum triumpho de inimicis habito redierunt. Eodem anno, Conectus ſupraſcriptus conſul iuit prid. non. Maij ad Mitra Numini. pro faciendo cum eo pacem, & pro inueniendo, & re-

parandis Piſanis in prædictis 12. Galeis periclitatis: qui pacem honorabilem pro communi Piſano fecit, ſed perditarum Galearum nullos inuenit homines niſi 24. quos recuperauit, & ſecum reduxit. Euaſerunt enim, vt diximus, de manu gladij Saracenorum, quando alij truncati fuerunt: & ſic 3. id. Nouemb. Piſani reuerſi ſunt. Tantus quidem luctus virorum, & mulierum de Piſanis perditis in prædictis Galeis 12. Piſanis fuit, vt omnes ciues a minimo vſque ad maiorem in proprijs plangerent domibus. Coſules vero alio die ad domos ſingulorum mortuorum tantam laudem pro honore Reipublicæ contulerunt, quantam alias vix aliquis nunquam audiuit, & ſic planctus quod remaneret, auſſerunt. A

A. D. M. c l x vij. Alio quidem anno Piſani 47. Galeas armauerunt. Eodem tempore Ianuenſes credentes Piſanos non poſſe in mari ſecum certare, propter ſupraſcriptas Galeas 12. redeuntes de Prouincia perditas iudicio Dei in mari, vnam magnam nauem in Arborçam miſerunt in qua debebant portari marcas pro ſatisfaciendo ſibi de eo quod iudex Arboreæ, quem ob id retinebant in vinculis Ianuenſibus, debebat: ad quam capiendam ſubito Piſani 5. galeas miſerunt, eamque capientes, quando cum ipſa redibant, aliam nauem Ianuenſium de Garbo redeuntem ad Capalbi ceperunt: & ſic cum gaudio Piſas reuerſi ſunt. In qua captione fuit captus Piſanorum conſul, qui in vna galea ibat pro communi Piſano ad Amirum in Omini. Eodem anno Ianuenſes 9. galeas armauerunt pro vindicando nauem quam perdiderunt, & nauigantes in Hillari cum iudice Petro, contra Piſanos certa pacta fecerunt, & Piſani 17. armantes galeas, Ianuenſes vſque Ianuam fugauerunt. Eodem tempore cum Piſani à Ianuenſibus pacem peterent, & eam habere non poſſent armauerunt in curſum, & plura damna in diuerſis locis Ianuenſibus intulerunt. Itaque 5. Kal. aug. Piſas cum duabus deuictis galeis, & alijs lignis præter combuſta, & cum 330. Ianuenſibus captis triumphantes redierunt; præter decem galeas Piſanorum, quarum quinque vſtiam iuerunt, deſtruendo turrim Romanorum, & naues capiendo: aliæ quinque in Prouinciam nauigantes vltra 4. ligna ceperunt, quibus combuſtis cum 40. Ianuenſibus Piſas reuerſæ ſunt. Eodem anno, volentes Ianuenſes ſe vindicare, armauerunt galeas plures, & Piſani ſimiliter; ſed Dei gratia eiſdem dederunt, duplicauerunt, & damnum. Eodem anno Piſani miſerunt contra ſtolum Saracenorum galeas 47. quæ venerant in hoc mare, ſed non inuenientes eas iuerunt ad ciuitatem veterem, & prælmodo per diem vnum caſtrum ceperunt, & vſque Teuratinam multa Saracenorum ligna ceperunt: habebant enim cum Imperatore Frederico Romani tunc guerram. Eodem anno de menſe octobris, Ianuenſes propter dolorem guerræ, quam cum Piſanis perdiderant cum Lucenſibus contra Piſanos iurauerunt, promittentes Lucenſibus, quod eos vt Ianuenſes per mare portarent, & duas domos in portu Veneris darent, & turrim de Motrone ſuis ſumptibus facerent, & leuarent.

A. D. M. c l x viij. Imperator Fridericus Rainaldum Cancellarium, & Colonienſem Archiepiſcopum Piſas miſit, qui exercitum facere ſtatuit in publico Piſanorum parlamento in æſtate futura in Siciliam, Apuliam, Calabriam, & contra Romanos, & ſic in ipſo Parlamento iuratum eſt per quendam domini Imperatoris cappellanum, & cõſules Piſanorum. Preterea ibidem prędicti conſules, iurarunt Papam Paſchalem pro catholico tenere, & eidem tamquam catholico obedire, & clericis Piſanis iurare facere promiſerunt. Similiter, & Archiepiſcopum Villanum, qui nullo modo ei obedire voluit, promiſerunt. Poſtea quidem 8. Kal. April. Piſani volentes obedire præceptis prædictorum Imperatoris, & Papæ Paſchalis, Benenicaſam canonicum ſanctæ Mariæ Maioris Piſani in Archiepiſcopum elegerunt: cui ipſe Papa Sabbato ſancto ſacerdotium dedit, & die Lunæ paſchæ honorifice cum ſuis Cardinalibus in Archiepiſcopum conſecrauit. Et ſic Piſas cum conſulibus, qui cum eo ierant, reuerſus eſt 10. Kal. iun. eodem anno Rainaldus cancellarius prædictus, cum magno exercitu ciuitatem veterem obſedit, & poſteaquam Piſani aſtiterunt, ciuitatem ipſam deuicit, & cepit. Ibi 40. Romanos qui ibi erant cum Prætolato inuenit, quibus vitam gratia Piſanorum donauit, & ciuitatem ipſam, & incolas ad ſeruitutem Imperatoris redigens, Tuſculanum perrexit. Quod audientes Romani, de menſe maij iuerunt Tuſculanum potenter, fuerunt enim milites compediti quadraginta millia, & cum die Lunæ ſcilicet 4. Kal. iun. Tuſculanum deuaſtarent, cum Imperatoris exercitu præliati fuerunt, & demum deuicti ita quod ex eis in bello mortui ſunt 4000. & capti quinque millia. Eodem anno 11. Kal. aug. imperator ſupraſcriptus cum Papa Paſchali prędicto Romam venit apud Eccleſiam ſancti Petri Apoſtoli, quam turribus mœnijſque munitam inuenit, eamque pugnando cum Romanis, deuicit, & die Kal. aug. Papam Paſchalem in ipſa Eccleſia cum imperatrice, & copioſa Romanorum multitudine glorioſiſſime celebrauit. Quædam tamen maior pars Romanorum adhuc reſiſtebat eidem imperatori, ipſe Piſas pro auxilio miſit, quod audientes Piſani, miſerunt ad eum Romam 8. galeas bene armatas, & duos conſules, & alios probos, & ſapientes viros. Erant enim ſemper, & maxime tunc Piſani ad ſeruitium imperatoris parati cum 50. galeis, & 35. ſagitijs, atque alijs multis lignis, perſonis, potentijs, victualibus atque armis. Quæ 8. Piſanorum galeæ Romam intrantes, & per Tiberim nauigantes, plura damna intulerunt Romanis in villis, & vſque ad pontem Tiberis vexilla Piſana poſuerunt. Quod videntes Romani, omnia imperatoris ſubierunt præcepta, & 400. obſides eidantes 50. Senatores, vt præcepit Imperator, conſtituerunt. Quo facto Imperator exultans, & Piſanis multum regratians, prædictis 8. Piſanorum galeis licentiam tribuit redeundi: & 12. Kal. Sept. Piſas cum tripudio redierunt. Eodem anno Piſani miſerunt Ambaſciatores ad Regem Siciliæ pro facienda ſecum pace; ſed non fecerunt, non enim conuenerunt in pactis. Eodem anno ab antiquis

tem-

temporibus non fuit tam deforme tempus viſum nec tanta abundantia aquarum, quanta fuit a medio ſeptembris, vſque ad prid. id nouembris. Fuerunt enim illo tempore exundationes maximæ fluminis Arni, quæ villam de Pugnano, & arcus magni pontis de Stagno deſtruxerunt, & molas inclinauerunt ipſius pontis. Et è contra non fuit viſum tam glaciale tempus, & crudele frigus, & aeris ſerenitas, & acuitas, quantum fuit a prid. id nouemb. vſque ad medium ianuarij, quod tempus Aſtronomi ſecundum curſum planetarum falſa fuiſſe dixerunt. Eodem anno ſupraſcripti ianuarij menſe, tam fortiſſime fuit glaciatus Arnus, quod per duodecim dies ſuper glaciem a Caraſia Gonduli vſque ad ſanctum Matthæum homines, mulieres, equi, equites, & currus, & boues, ſecure tranſibant, & commeabant, & quando glaciari incœpit fuit Piſanis vbique inauditus tremendus maximo cum mugitu ſonus. Eodem anno Piſani miſerunt Burgenſem cum 10. galeis, & probis Piſanis, & varias machinas, ad obſidendam Alexandriam ciuitatem, quam tenebant Saraceni cum multitudine Saracenorum, quam obſidionem fecit Americus Rex Hieroſolymitanus, qui miſit 12. kalend. febr. Piſas Sinibaldum Ambaſciatorem ſuum, ſignificare Piſanis victoriam, quam de Alexandria habuerat, & regratiari de Piſanis, quos in ipſa obſidione ſibi vtiliores inuenit ſuper quoſlibet alios, qui ſecum fuerant. Et quia Piſani tales ibi fuerunt, Rex Babyloniæ, cuius tunc agebatur negotium, Piſanis donauit districturam, quam dare ſolebant & Babylonia, & Alexandria, ſic quod ibi ſunt liberi. Et donans ipſis Piſanis multas poſſeſſiones, & domos per ſuam terram ipſos rogauit Piſanos, vt pro honore totius fidei Chriſtianæ auxilium præparent contra Saracenos, qui fremunt, & minantur venire, & obſidere Babyloniam, vt vrbem Hieroſolymam, & Alexandriam. Cui reſponderunt Piſani, quod ſi pacem habere poſſent cum multis, & diuerſis inimicis ſuis quos habebant, libenter ac potenter auxilium terreſtre præberent.

Eodem anno, Piſani contra Ianuenſes viginti galeas in mare miſerunt, quarum nouem in Garbum, vndecim in Prouinciam pro capiendis Ianuenſibus iuerunt, quo audito Ianuenſes quindecim galeas contra vndecim, quæ in Prouinciam iuerant, miſerunt, & eis damnum plurimum fecerunt, & in faucibus Addi quatuor de vndecim Piſanis galeis, quæ iuerant pro parandis, & apportandis ſibi, & alijs neceſſarijs, in quibus homines dormiebant nihilque ſentiebant 9. Kalend. maij, cum fremitu magno ceperunt, & Ianuam redierunt. Eodem vero anno de duabus Piſanis galeis, quæ contra Ianuenſes nauigabant, capta eſt vna 4. kalend. ſeptembris.

Anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo octauo Lucenſes Piſanis guerram id. maij facere incœperunt, ſicut Ianuenſibus iurauerant, & promiſerant, & eodem die maiorem partem, quo ſe combuſſerunt. Poſtea vero eodem menſe maij ſcilicet medio, Lucenſes bene parati ad caſtrum de Aſciano venerunt, ipſum oppugnare viriliter cœperunt. Sed Piſani increduli, & inordinati illuc furioſe currentes deuicerunt Lucanos, & verterunt in fugam, ſed Lucani ſe videntes a paucis, et inordinatis deuictos, ad bellum viriliter conuerſi ſunt, & vltra caſtrum ipſum fugauerunt, capientes Piſanos de nobilioribus viginti, de popularibus 49. & ſic Lucam reuerſi ſunt. Poſt hæc 16. kalend. aug. Lucenſes de maioribus prædictis Piſanis, quos ceperant, miſerunt Ianuā iſtos duodecim Dominos. Lambertum Maiorem, Cigerinum Gualandi, Bulgarinum q. Vguctionis Beueri, Gerardum Barutula filium Vgonis Badierne, Bonacurſum eius magnani a la Barra Vgolinum Baldātonio de Grignati, Lambertulium nepotem Barrepaha, Vbertum Legerij Carbonis, Bonacurſum de via Maiori, & Siluanum ac filium Petri Alcilie, de quibus, quia in carcerem extra prouinciam Tuſciæ ipſos Lucenſes miſerunt, ab omnibus gentibus Lucenſes infamati, & quaſi odibiles extiterunt. Eodem anno Piſani pro compagnia quam Ianuenſes cum Lucenſibus fecerant, iurauerunt amicitiam cum Vallechienſibus, & cum maxima parte Carfanienſium, pro guerra cum Lucenſibus facienda, quibus date promiſerant Piſani expenſas & lib. quinque millia. Sequenti anno Vgo de Monte magno ſimiliter contra Lucanos, cum Piſanis iurauit, cui Piſani debent expenſam dare, & lib. Eodem anno Americus prædictus Hieruſalem Rex cepit Balbenſem ciuitates ditiſſimas, in quibus plures habuit theſauros, in qua victoriæ fuerunt Piſanorum galeæ, & homines honorificè, & hoc fuit quando Saracione rehabuit Alexandriā. Eodem anno a temporibus Sodomæ, & Gomorrhæ non fuerunt tam ſtupenda miracula, qualia in Inſula euenerunt Siciliæ. Pridie namque nonas februarij in vigilia ſanctæ Agathæ. Catania ciuitas a terræmotu ſubuerſa eſt, vſque ad fundamenta, & ea ea nec fœmina, nec maſculus euaſit. Lemtini inter duos montes repente euerſa eſt, & quædam pars Siraguſæ ciuitatis de prædicto terræmotu perijt. Et a prædicta Catania, vſque ad Plaſſa vndecima inter ciuitates, caſtra, & villæ, cum multis hominibus in via, & agris oppreſſi perierunt, & portus de Meſſina 20. palmis funditus eſt ſiccatus, poſtea vero cum fortuna in locum ſuum reuerſus eſt. Eodem anno Tancredus vicecomes caſtrū de Agnano, pecunia ſibi a Lucenſibus conuenta, ſceleratiſſimè Lucenſibus ipſo die kalendarum martij tradidit, ipſoſque intromiſit. Quod audientes Piſani, dolore magno commoti, ſequenti die, qui fuit Dominica Carneualis, ad ipſum caſtrum iuerunt, & cum caſtrum iam quaſi viciſſent & muros deſtruere incœpiſſent, Lucani ſubito inuaſere Piſanos, eoſque vſque ad ſtradam de Moiſana fugauerunt, vbi 17. milites, & 27. pedites Piſanos ceperunt. Piſani vero ex ipſis Lucanis 11. milites, & 15. pedites ceperunt. Et Piſas cum dolore reuerſi ſunt, & cum vituperio, & cum damno. Vnde Piſa dixit.

Heu doleo Piſa de me ſtirps vna reciſa
Me ſæpe das peſſum, caput eſſem vix ita peſſum,
Hoc genus in matrem furis, viris viſcera, patrem.
Obſecro cæleſtem, ſuper id grandem dare peſtem.

Piſani propter dolorem, quem eis prædictus Tan-

Tancredus vicecomes traditor de caſtro Agnano fecerat, duos fecerunt exercitus. Vnum ad obſidendum caſtrum de Coruaria, alium caſtrum de Agnano. Et videntes Lucani, quod ipſa caſtra defendi nō poterant, quamuis cum magno exercitu ad Coruariam defendendam iuiſſent 9. Kal. maij per Religioſos viros de Luca fecerunt de pace tractari, & pax iurata fuit per Conſulem Piſanorum, Ianuenſem, & Lucanum, & per duos bonos viros de vnoquoque communi. Sed Lucenſes, & Ianuenſes pacem iuratam noluerunt, quia eam non fecerant niſi ad caſtra defendenda per fraudem. Eodem anno 5. Kalen. iul. Piſani cum Rege Siciliæ pacem fecerunt, quam honorifice perpetuam firmauerunt. Eodem anno Piſani ceperunt ciuitatem Albinganæ, cum galeis 32. Et Ianuenſes venerunt cum galeis 42. ad flumen Rodani in Prouinciam, vbi erant dictæ galeæ Piſanorum, & in terra præliati ſunt, & Piſani vicerunt eos, & quam plurimos ex eis ceperunt.

A. D. M. clxxi. cum Piſani mitterent in Sardiniam Laronem Conſulem, & alios tres nobiles & prudentes viros ad pacificandos Iudices, & homines Sardiniæ inter ſe videns prope Plumbinum, Ianuenſium vnā galeam, quæ habebat ſecum vnā nauem Piſanorum quam ceperat, pro ſuccurrenda Piſana naui illam inuaſit, & tunc duæ aliæ Ianuenſium galeæ, quæ ibi propè in inſidijs malitioſe ſtabant, exiuerunt foras, & piſanam galeam ceperunt, ipſum Conſulem, & ſocios Ianuam miſerunt in carcerem. Eodem anno Piſani 10. naues Ianuenſes ceperunt, quarum quinque in vigilia S. Ioan. Baptiſtæ combuſſerunt. Eodem anno, a temporibus Datan, Abiron, Sodomæ, & Gomorrhæ, non fuerunt tam miranda, & ſtupenda prodigia, quin alia in terra Hieroſolymitana euenerunt. Ciuitas enim Tripoli, cum magna Eccleſia dedicata ad honorem Beatæ Virginis Mariæ, cum toto populo, & medietas ciuitatis Antiochiæ cum Eccleſia B. Petri Apoſtoli, in qua cathedra eius fuit, & cum quibuſdam alijs villis, & caſtellis prædictarum ciuitatum, ipſa ſolemnitate ſancti Petri, quæ eſt 7. kalend. iul. a terræmotu ſubuerſæ ſunt, de quo terræmotu tria millia Chriſtianorum perierunt, & beſtiæ multæ. Eodem ſimiliter die Cæſaria omnia, ciuitates magnæ Saracenorum, cum parte villarum, & caſtrorum earum, & Vringam caſtrum magnum, ab eodem terræmotu ſubuerſæ ſunt, vbi ducenta millia Saracenorum, & amplius perierunt. Eodem anno menſe ſeptembris, propè Arboream, Piſani vnam Ianuenſium nauem ceperunt, & menſe nouembris vnam aliā nauem Ianuenſium, quæ de Ianua tunc veniebat, & vnam aliam, quæ de Sicilia veniebat, & erat Lucenſium, & Ianuenſium, Piſani, qui erant in tribus galeis armatis, illam ceperunt.

A. D. M. clxxi. menſe nouembris, Piſani fecerunt exercitum magnum, ibi fuerunt quaſi duo millia militum, & 25. kalend. decembris iuerunt contra caſtrum, quod Lucenſes, & Ianuenſes propè Motronem in littore maris tenebant, & contra ipſum Motrone, & caſtrametati fuerunt vltra campum Cuaili. Lucenſes vero magno vigore ad turrem ſuam ligneam, quam habebant ad viam dictam Ragiam ſui mora venerunt, & ibi vſque ad litus maris ſuum campum viriliter poſuerunt. Et cum ibi per 4. dies Conſules Florentini, & aliæ Religioſæ perſonæ de pace tractaſſent, & Lucenſibus pax ipſa diſplicuiſſet, (vtpote quide victoria confidebant) Piſani ſe parauerunt ad bellum, & in tres acies ſuum diuiſerunt exercitum. In prima acie fuerunt omnes pedites, & ſagittarij, & milites octingenti, & ſex caſtella lignea fortiſſima, quorum vnumquodq. quatuor turribus ferebatur. In qua acie comes Ildinus Signifer, & capitaneus extitit, Sigeriuſque Vgutionis Gualandi probatiſſimus miles, & comes Albertus de Prata probatiſſimus. In ſecunda acie fuerunt milites ſeptingenti, quorum fuit vexillifer Vgo Belle miles egregius. Quæ acies plurium erant nobilium, & probatorum inſignitæ virorum, videlicet comites, Gerardus Ranynerius, & Vgo, & comes Tedinus de Biſerno, & Vguccio, & Tregrimus, comites de Cornino, & plurium aliorum. In tertia quidem acie fuerunt milites quingenti, inter quos fuit nobilis militia Epiſcopi Vulterrani, quorum fuit ſignifer Henricus Cornis miles ſtrenuiſſimus. Nunquam vſque tunc Tuſciæ nobilium probitas melius numero conuenerat. Vno itaque concurſu vtraque acies Piſanorum, & Lucenſium ingenti contentione dimicarunt. Cumque dubia ſorte vtrimq. præliaretur, tandem virtute Dei, qui exaltat humiles, & deponit ſuperbos, Piſani 6. kal. decemb. qui fuit die Iouis, de Lucenſibus, & Ianuenſibus glorioſam habuerunt, & conſecuti ſunt victoriam, illos vicerunt, debellauerunt, & inſugarunt vſque ad prædictam ligneam turrem, & vltra, & de Lucanis ceperunt milites 300. pedites, & plures cum tribus Conſulibus Lucanorum, multitudo maxima fuit ex eis occiſa, multi in palude, & alibi diuerſimode perierunt, papiliones quidem & tentoria, arma, equos, ſalmarium, & omnia Lucenſium ſpolia, victorioſi Piſani ceperunt, nec dubiū eſt illum vltimum Lucanæ ciuitatis diem fuiſſe, ſi Piſani non ad ſpolia, ſed ad Lucenſes deuictos, & inſugatos capiendos diuertiſſent. Ianuenſes vero qui de mari videbant receſſerunt dolentes. Altera vero die Piſani prædictam turrem ligneam ceperunt, & mortuos Lucanos, & arma, & ſpolia multa de ſiluis abſtraxerunt. Tertia autem die, quæ fuit 4. Kalend. decemb. ad caſtrum de Motrone iuerunt cum mangania, gattis, caſtellis ligneis, & pedreis, & illud in circuitu obſiderunt, & per dies quatuor cum prædictis, & alijs machinis ipſum viriliter oppugnauerunt, quod caſtrum in litore maris erat foſſa vallatum, & quadratum, & per vnumquemque angulum turrim habebat tutiſſimam, in medio autem turris erat 40. cubitorum, fortis pugnatorum octuaginta, cum 20. baliſtis. Cumque diu pugnatum eſſet, & illi ſe non valentes tenere, videntes murum a gatto foratum, & a manganis turrim, 4. non. decemb. ſe reddiderunt Piſanis, & illud triduo vſque ad fundamenta deſtruxerunt, idque ſolo coæquauerunt. Ianuenſes autem poſt bellum factum ad caſtrum cum duplicata militia receſſerunt. Et redeuntes Piſani turrem ſupra ſcriptam ligneam combuſſerunt.

runt. Numquam quippe ab annis centum, & vltra, viſum, eſt vel auditum tam campeſtre, & ordinatum bellum, quale Piſani cum Lucenſibus habuerunt, nec talis viſa fuit vel audita victoria, quam bellicoſi Piſani ſunt de Lucenſibus, & Ianuenſibus conſecuti. Vnde Piſas cum laude, & gloria triumphanter prid. non. decemb. redierunt Piſani iubilantibus vocibus decantantes: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo ſit gloria per infinita ſæcula ſæculorum Amen. Eodem anno poſt prædictam victoriam, Piſani, & Vallerchienſes & Carfagnani per ſex menſes taliter obſederunt Roccam de Caruaria, quod ad plus per dies 8. ſe plus tenere non poterat. Sed Lucenſes, & Ianuenſes videntes, quod id viribus facere non poterant, pecunia id fecerunt. Verterunt namque animos per pecuniam tam Verſilenſium, & Vallerchienſium quam Carfagnanorum excepto Gerardo de Vallechia qui fidelis perſtitit & Piſas habitare cum familia ſua venit, & corſo, & filius veltri, & quibuſdam de Carfagnana,. Recte quidem Verſilenſes dicti ſunt quaſi vertibiles omnia enim vertunt, & peruertunt, & credunt precio boneſta fore. Huius autem proditionis, & perfidiæ ſceleratæ capitanei fuerunt Rumundus quondam Gullielmi de Carfagnana iudex Paronte, & Bonone, cum filijs de Vallechia. Tale nunquam quid a ſeculo fuit auditum, quoniam ipſi qui vicerant ſe victos dederant. Piſani autem poſt proditionem huiuſmodi pridie Kalendas maij redierunt.

A.D.M.clxxij. Lucenſes, & Ianuenſes pro dolore caſtri Mottonis vnam turrem ligneam ad viam dictam Regiam facere cœperunt, & bilinguibus minis, & verbis minabantur facere, & congregare per mare, & terram mirabiliter exercitum contra Piſas: vbi ſe Ianuenſes iactauerunt debere habere milites quatuor millia: & Lucenſes quatuor millia, & caſtrum de Ripatracta viriliter obſidere, & Piſanum deſtruere comitatum. Propter quod faciendum Ianuenſes à Barcellona vſq; in Lombardiam auxilium petierunt, exercitum incœperunt. Sed eorum vana ſpes abijt, & defecit. Videntes vero Ianuenſes, & Lucenſes ſe omnium prædictorum deſtitutos auxilio, ad ciuitates Tuſciæ ſe verterunt, & illas contra Piſas ſolemniter corrumpendo pecunijs inuitarunt. Quibus comes Guido Senenſis, & Piſtorienſes contra Piſas venire, & eſſe magnis ſecuritatibus promiſerunt. Et quia comes Guido cum Florentinis male ſtabat, Lucani ſecum Florentinos habere noluerunt quamuis eos prius inuitarent, & poſtea refutarent. Quod conſiderantes Piſani compagniam cu Florentinis fecerunt, ad quadraginta dum taxat annos. & multa ſibi promiſerunt, & iurauerunt inuicem obſeruare. Et ſic Piſanus diſtrictus anno illo permanſit illæſus. Eodem anno, tribus diuerſis vicibus Piſanum commune Piſani quidam ciues, & ſocietas de Orauticam armauerunt contra Ianuenſes, & plures ex eis naues, & nauiculas, galeas, & galeones habere, & homines diuerſa per loca maris ceperunt, & viuam guerram fecerunt. Eodem quoque anno pro communi Piſano, Albertus quondam Bulſi conſul Bunguadius vir prudentiſsimus, atque Marcus comes honorifice ad Imperatorem Conſtantinopolim iuerunt, & honorifice cum imperatore compleuerunt, & firmauerunt amicitiam, & antiqua pacta quæ inter ipſius imperatoris pactum, & commune Piſanum fuerant refirmauerunt, ita quod imperator ipſos Piſanos, quos de Conſtantinopoli expulerat, redire fecit, & ſcholas quas ibi Piſani habuerant, reformatas in melius ipſis Piſanis reſtituit & ſoluere totum, quod à Piſanis tenuerunt per annos 15. prædictis Ambaſciadoribus reſtituit, quod ſoluere erat per annum Biſantij 5. & pallia duo, & Biſantij 40. & pallium vnum Archiepiſcopo, ſimiliter omni anno qui fuerunt inter omnes octo millia centum Biſantij, & pallia 45. Et ſic Piſas cum tribus galeis imperatoris viris ſapientibus, Theodoſio, & alijs duobus cum magno honore redierunt; qui per annos tres, & dies tres ſteterunt in publico parlamento: Piſani cum iam dictis imperatoris legatis die S.Luciæ iurauerunt, & firmauerunt. Eodem anno menſe ianuarij, Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, legatus imperatoris Friderici in Italiam de Alemannia venit, & rogatu Ianuenſium, & Lucenſium, Ianuam, & Lucam venit. Poſtea 3. non. febr. venit Piſas, vbi magnifice receptus ad burgum S. Geruaſij perrexit. Et conuocatis ibi Ianuenſium, Florentinorum, Piſanorum, & Lucenſium conſulibus, petijt ab eis vt totam, quam inter ſe habebant, diſcordiam ei præciſe committerent, & captiuos quos habebant ei darent. Quod Lucenſes, & Ianuenſes illico acceptauerunt, & in eum totaliter compromiſerunt & iurauerunt. Piſani vero de captiuis non dandis conſilium habuerunt. Et ideo in generali curia ipſe Chriſtianus exbanniuit Piſanos, & diffidauit, & eos priuilegijs priuauit, tam de moneta quam de Inſula Sardiniæ. Piſani quippe bene dediſſent captiuos, ſed ipſos abſque pace nullatenus dare voluerunt; ſed procurauerunt interim, quod homines, & commune S. Miniatis, cum Piſanis, & Florentinis, ſalua fidelitate imperij iurauerunt.

A.D.M.clxxiij. Lucenſes cum magno exercitu leuauerunt caſtrum Mottronis cum ædificijs magnis, & Piſani iuerunt illuc, & fugauerunt eos, & caſtrum deſtruxerunt, & quam plures ex eis ceperunt.

A.D.M.clxxv. Lucenſes cum Ianuenſibus leuauerunt caſtrum Via Regij cum magnis ædificijs, & per conuentionem pacis deſtruxerunt illud.

A.D.M.clxxvi. Menſe iulij, Piſani miſerunt in auxilium comitis Ildini centum quadraginta milites cum baliſtratijs, & ædificationibus tunc cepit, & obſedit caſtrum dictum de Ceriſano, quod tunc tenebat Bernardus Stratume, & ſic poſtea mediantibus Piſanis ipſum habuit, & tenuit dictus comes. Eodem anno 5. Kalen. iul. Archiepiſcopus Moguntinus conſiderans, quod malam famam incurrerat de proceſſu, quem contra Piſanos fecerat, eos ab omnibus abſoluit, & & in ſuam gratiam reuocauit. Et ſic Piſani conſules de pace tenenda ipſi Archiepiſcopo iurauerunt. Eodem anno prædictus Chriſtianus Archiepiſcopus venit Piſas ipſo die Kal. iulij, & in ma-

A.D.M.clxxvii. In conſulatu Roaberti quondam Petri Pagoni, & Gaitani Burgondionis, & ſociorum, nouem ſunt Piſis ſactæ pro guardia maris galeæ, & in eodem conſulatu quidam nobiles ciues Piſani galeas armauerunt, viriliter, & ſex magnas Ianuenſium galeas, ſine alijs paruulis lignis ceperunt. Eodem anno Conſules prædicti comitem Gerardum, & magiſtrum Roberium ſapientes viros ad Imperatorem Fredericum miſerunt pro iniuria, quam ſupraſcriptus Archiepiſcopus eius Cancellarius Piſanis intulerat, & num aliquid nunciatum Imperatori per ipſum Archiepiſcopum, ſeu per alium de Piſis fuiſſet. Quos Imperator magnifice recepit, & ad propria cum bona voluntate remiſit. Eodem anno, præfati Cõſules Tapertinum Dodonis ad Regem Maioricę miſerunt pro pace facienda cum eo Rex vero, quia legationem illam deſiderabat, eum libenter recepit, & valde honorauit, & pacem qualem petijt fecit. Quo Piſas redeunte per Prouinciam, plures naues, & ligna Iannenſium inuenit, easque cepit, & demerſit in mare. Et ſic Piſas 17. Kalend. ſeptemb. cum laude reuerſus eſt. Eodem anno Chriſtianus prædictus, qui multa mala Tuſcis intulit, ad Kalen. april. vſque ad medium menſem octobris ciuitatem Antoniã cum magno militum & peditũ exercitu, & quadraginta galeis obſedit, in qua legatus Imperatoris Conſtantinopolitani, cum multa pecunia pro eius auxilio erat, & ad tantam penuriam ciuitatem coegit, vt canes, & gattos, & coria animalium mortuorum comederent. Sed dictus Imperatoris Conſtantinopolit. Legatus, videns quod ciuitas perdebatur, ex inde exercitum congregauit, itaque obſidionem fugauit, & ciuitatem ipſam defendit. Eodem anno 5. id. auguſt. Campanile ſanctæ Mariæ de Piſis fundatum eſt. Eodem anno toto, & amplius, magna fames, & grandis penuria omnium rerum fuit.

A. D. M. clxxviii. Facta eſt pax cum comite Macario, filijs eius, & cum hominibus de ſancto Miniate, qui erant diſperſi in caſtro ſancti Miniatis ex honorifice reſtituerunt, ex quo Lucani in magnam triſtitiã deuenerunt. Eodem anno Piſani pro recuperanda Sardinia, cuius iam quaſi medietatem Ianuenſes inuaſerant, duas cum duobus Conſulibus miſerunt galeas, quæ Sardiniam ſuo ſuppoſuerunt communi, & tam iudices, quam alios homines ſtare præceptis Piſanorum iurare fecerunt. Quod audientes Ianuenſes, ſex galeas contra illas Piſanorum duas miſerunt, & die ſancti Viti vnam cum hominibus ceperunt, & alia cum conſulibus, & ſapientibus Piſas redijt. Eodem anno Romani Ambaſciatores Piſas venerunt, & pacem quam comes Gerardus, & Vgo Rolandi Piſanorum Ambaſciatores compoſuerunt, cõfirmauerunt. Eodem anno tribus diuerſis vicibus, aliquæ, diuerſæ tamen Piſanorum galeæ in partibus Prouincię, plura damna Ianuenſibus intulerunt. Eodem an. die ſancti Ioannis Baptiſtę Marſilienſes, & Ianuenſes inuenerunt quandam galeam, quam quidam Piſanus pirata armauit in curſum, & ceperunt eam. Eodem anno Guilielmus Rex Siciliæ miſit exercitum magnum in Ægyptum ſuper Alexandriam, initio Iulij, qui exercitus fuit 250. Dermonum pro equis portandis, & milites 1000. cum baliſtarijs, & ædificatoribus, & alia gente multa, qui cum ad portum Alexandriæ applicuiſſent, inuenerunt in ipſo portu quandam Piſanorum nauem de Venetijs venientem, & ipſam ceperunt. Eodem anno Lucenſes cum Ianuenſibus leuauerunt caſtrum Viaregij, & per conuentionem pacis illud deſtruere promiſerunt, & facta pace deſtruxerunt illud. Contigit vero, quod Saraceni cœperunt bellare, & inuadere inſulam Sardiniæ, & ire in partibus Piſanorum & vſq. ad gradus Romæ, & quam pluſes captiuos portabãt, iam quingẽtos in fere catenis habebant. Piſa vero eleuauit ſe cum Conſule, & vicit Mugettum Regem. In qua victoria Lucana ciuitas cepit de comitatu Piſano magnam partem, Piſani vero redeuntes iuerunt contra Lucanos, & fecerunt bellum cum eis ad aquam Longam, & tandem habuerunt victoriam contra eos.

CHRONICON
BREVE PISANVM
Ab Anno MIV.
Vſque ad ann. M. CLXXVIII.

Ex veteri codice apud me.

A.D.M.lv. Lucani cum magno exercitu Lombardorum venerunt vſque Papianam, & Piſani fugauerunt eos.

A. D. M. xvii. Venerabilis Benedictus Papa vna cum vniuerſo clericatu, & ſenatu Legatum Oſtienſem Epiſcopum ad ciuitatem Piſanam miſit, vt Mugetium Regem de Sardinia expelleret. Romana ſedes totam Sardiniam cum priuilegio, & vexillo ſancti Petri Piſanę ciuitati firmauit. Quapropter Conſules vna cum Epiſcopo Lamberto, cum concordia populi ad inuicem concordauerunt, & facere promiſerunt, & vexillum ſancti Petri ita cum priuilegio ceperunt.

A. D. M. xx. Mugettus recepit caſtrum Iomnis, quod ſub Mediolanenſi Epiſcopatu erat: Et in alio anno Mugettus in Sardiniam eſt reuerſus. Et Piſani iterum cum Ianuenſibus fugauerunt eũ, & theſaurum quem ſecum tulerat, habuerunt, & totum Ianuenſibus conuentione conceſſerunt, aliter vero venire noluerunt.

A.D. M.xxx. Piſani ceperunt Carthaginem, & Regem, eiuſque coronam Imperatori miſerant.

A. D. M. L. Magettus Rex cum magno exercitu reuerſus eſt in Sardiniam, & ædificauit ciuitates, & coronatus eſt ibi. Piſani vero, vna cum Romana ſede firmati, inde cum priuilegio, & cum vexillo ſancti Petri accepto, inuaſerunt Regem, & ceperunt illum, & totam terram, & coronam Romano Imperatori dederunt, &

Piſa fuit firmatâ de totâ Sardinia a Romana ſede.

A. D. M. lx. Piſani fuerunt in Sicilia, & ceperunt Panormum. Et in alio anno in vigilia Natalis D. magnus terræmotus fuit.

A. D. M. lxv. Caſtrum Ioannis fuit captum a Timino Rege Maioricæ.

A. D. M. lx. Magna guerra fuit orta inter Piſanos, & Ianuenſes.

A. D. M. lxxxv. In feſtiuitate ſancti Sixti, Piſani ceperunt Africam, & Almadiam ciuitatem, & Timinum Regem, qui vnquoque anno tributum, Piſanis ciuitatem dare, & apportare Rex ſuo iuramento firmauit, & ciuitatem ad honorem Piſanæ ciuitatis tenere. Et ita Regi ſtatim firmauerunt terram, & coronam Romano Imperatori aſſignauerunt.

A. D. M. c. Piſani fuerunt ad capiendam ciuitatem Ihieruſalem, & Cæſaream, & Hoſpitarium, & ciuitatem Taſſariam. Et poſtea fuerunt ad capiendam Suri ciuitatem. Et in reuerſione ſtoli ceperunt Lucatam ciuitatem Circiæ. Vnde Imperator Carolomannus ſuũ Legatum Piſas miſit, & eis domos, & Eccleſiam, & ſtolum, & ſuam benedictionem in vnoquoque anno S. Mariæ Piſanæ promiſit atque affirmauit.

A. D. M. cxiv. Piſani ceperunt ciuitatem Maioricæ, & Minoricæ, & Regem occiderunt, & per gratiam Dei omnipotentis, ſuus filius nomine Lambertus poſtea canonicus ſanctæ Mariæ factus eſt, & ſua mater Chriſtiana deuota ſanctæ Mariæ permanſit.

A. D. M. cxxiii. Magnus terræmotus fuit, & quam plures terræ ceciderunt.

A. D. M. cxl. Piſani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim annis ſeptem, & ceperunt ciuitates Malfi, & Scalæ, & Scalete, & Ritellum obſiderunt, & Salernum, & 45. traxerunt ædificia, & caſtella prudenter firmauerunt, & reddiderunt ſe Piſanis ad honorem Cotradi Imperatoris.

A. D. M. cc. Piſani apud Vulturnum cum galeis 20. in ſeruitio Imperatoris fuerunt.

A. D. M. ccx. Piſa fuit apud Procidam, cum quadraginta galeis in ſeruitio Imperatoris.

Aliud Fragmentum.

Auxilium Tuſciæ datum Æneæ Troiano contra Turnum. Cum autem Aeneas ab Euandro diſceſſiſſet, cogitans cœpit requirere opportuna ſibi belli auxilia, quæ plurima ipſe a Tuſcis recepit. Cui Maxicus Princeps mille viros cum nauibus dedit, quorum pars Claſſim, pars Toſas habitabant. Horum etiam alij ſagittarij, alij vero optimi erant bellatores. V . . . etiam A . . cuius agmen optimum, ac pulcherrimum, & decoris armis fulgebat, & in cuius naui Apollo aureus depictus erat. Populonia vero mater ſeptem fortiſſimos dedit viros, vt ait Virgilius: ſexcentos illi dederat Populonia mater, expertos belli iuuenes, aſt Ilba trecentos. Ilba Inſula dedit trecentos, vt ait Virgilius, quæ inſula præ cæteris metallis abundat. Piſa autem Tuſciæ ciuitas nobiliſſima dedit ei milites numero mille, bello experiiſſimos, denſos acie, atque horrentibus haſtis, quibus Aſilias Aſtronomicus mirabilis, & augur, futurorumq. præſcius Princeps conſtitutus eſt. Quæ ciuitas prædicta in Tuſcia à Pelopa Rege Tantali filio conſtructa fuit. Virgilius ait: mille rapit denſos acie atque horrentibus haſtis, hos parere iubet Alphæa ab origine Piſæ. Et ædificata eſt apud eam exularia Aſtur etiam pulcherrimus, & æque nobilis ſequitur præter illos, qui habitabant in cæteris domibus dederunt trecentos viros diuerſorum colorum armis indutos, & qui habitabant in altis munitionibus, venerunt & veteres Purgi, & intẽpeſtæ Grauiſcæ ſimul venere cum iſtis. Hos omnes habuit in ſuo auxilio Aeneas a Tuſcia. A Liguria autem in auxilium habuit Ciminua fortiſſimus belli Dux Liguriæ venit. Sequiturque Capsnua eum paucia eiuſdem Capani filijs. Sequitur Comitatus equeſtra centuas claſſe, & Ocnus filius Mantos propheciſſæ, qui ædificauit Mantuam, impoſuitque ei nomen de nomine matris, venit.

A. D. M. cxlv. Menſe maij Ildinus quondam Raynucij tanquam Conſul Piſanorum, & legatu in Sardiniam, fecit omnes Sardiniæ Iudices omnia præcepta ſua, & ſocietatem iurare. Eodem anno 4. id. aug. Imperator Fredericus, cum magno honore, e Papia coronauit Parazonem iudicem Arboreæ de Sardinia, Piſis Henrico de Come, & Benedicto Legatis, & Conſulibus Piſanorum.

A. D. M. clxv. Sexto Kalend. martij Imperator Fridericus in Alemannia Vguiccioni Conſuli Piſanæ ciuitatis totam inſulam Sardiniæ in feudum dedit, & inde vexillum in eius manus commiſit. Eodem anno Piſani Conſules, qui in Sardiniam cum exercitu ierant, milites, & negociatores Ianuenſes ceperunt, qui illuc contra Piſanos venerant in auxilium Iudicis Darzonis, & totam Sardiniam ſub tributo, & fidelitate, expulſis Ianuenſibus, poſuerunt. Sequenti vero anno, Parazon iudex Turritanus, & Petrus eius filius, videlicet Caralitanus, & iudex de Galluri in Parlamento ſupraſcripto Piſani in Burgo ſancti Michaelis iurauerunt fidelitatem Conſulum Piſanorum, & terram pro communi Piſano in feudum tenere, & libras ſex mil. dare, & cenſum libras. 100. & falcones paria 12. pro quolibet anno.

A. D. M. clxvi. Conectus Conſul legatus 2. non. maij iuit cum vna galea moſcelli ad Floriam Muminí pro facienda pace cum eo, & inueniendis, & recuperandis hominibus prædictarum duodecim galearum deperditarum, & pacem toto tempore vitæ ſuæ cum eo firmauit, & dona magna ei dedit. Et fundatum in cubilia Piſis habere conceſſit, & alia ad honorem Piſanorum pertinentia per totam ſuam terram largitus eſt, prædictarum vero 12. galearum homines nullos inuenit, præter 24. quos recuperauit, & ſecum reduxit, qui 3. id. nouemb. Piſas reuerſi ſunt. Tantus luctus virorum, & mulierum de hominibus in dictis 12. galeis peremptis eo die publicus fuit, vt omnes ciues a minimo vſque ad maiorem in proprijs plangerent domo.

A. D.

A A. D. M. clxviii. Piſani conſules cum octo galeis fuerunt cum Raynaldo Cancellario Imperatoris ad capiendam vrbem veterem. Eodem anno præcaptis Imp. & Papæ Paſchalis obedientes Benencaſam canonicum ſanctæ Mariæ Piſanorum maioris Eccleſiæ in Archiepiſcopum 8. Kal. april. honorificè elegerunt. Villanus Archiepiſcopus, Piſtorieoſis origine, aufugit Gorgonam. Eodem anno Topertus Dodonis, Bulgarinus Anſoſſi Conſules, cum ſapientibus Marzucho, & Ramondo Gaitani, & quem pluribus alijs cum 8. galeis fuerunt cum imperatore Frederico ad ſubiugandam Romam.

A. D. M. clxix. Secundo non. febr. vigilia ſanctæ Agathę, Catania ciuitas ex terræmotu vſque B ad fundamenta euerſa eſt, & non remanſit ex ea, neque maſculus, neque fœmina. Leotinum inter duos monteaerepente clauſum eſt, & quædam pars Saragoſæ prædicto terræmotu perijt, & a prædicta Catania vſque ad Plaſſa vndecimā inter ciuitates, & caſtella, & villas cum multis hominibus in vie, & agro oppreſſi a dicto terræmotu perierunt. Et portus de Meſſina viginti palmis funditus ſiccatus eſt, poſtea vero in locum ſuum cum fortuna reuerſus eſt.

A. D. M. clxxiii. Chriſtianus Archiepiſcopus pacem fecit inter Lucanos, & Piſanos. Qui poſtea ad ſuggeſtionem Lucanorum cepit Gualfredum quondam Ildini Mele Piſis Conſulem, & Ioannem Dooati Conſulem Florentinum, cum C ſapientibus, qui cum eo erant. Ex quo Piſani fecerunt magnum exercitum, & vltra pontem Heræ, papiliones, & tentoria poſuerunt, & auxilium Florentinorum miſerunt cum duobus Conſulibus ſancto Benedicto, & Albitello. Reuertentibus itaque Piſanis cum exercitu, Lucanorum terras 15. Kalend. ſeptemb. intrauerunt, & ex vtraque parte fluminis Serclj totam terram Lucanam ab Agile, vſque ad pontem ſancti Petri deuaſtauerunt. Poſtea Piſani audientes Lucanos redire, ſe ad bellum præparauerunt, & in duas acies exercitum diuiſerunt. In prima acie Marzuchus Gaitani vexillifer fuit, & Bernardus filius Bonacurtij de Butiana, in ſecunda Albertus Buliſ, & ſic vſque ad pontem Fretti inſultum fecerunt, & ſuper ipſum pontem bellum cum Lucanis 14. kalend. ſeptemb. fecerunt, & illos pugnando vicerunt. Illuſtres, & D nobiles milites Operhingi cum Vicacenſibus, & illis de Calcinaria 5. Kalend. ſeptemb. vſque ad caſtrum montis Caluuli in ſconfictam miſerunt comitem Guidonem, & Lucanos, qui venerunt ad deuaſtandum rapidam, & pontum Heræ. Eodem anno, Ianuenſes occulte cum octo galeis, & mangaois iuerunt Planutiā, & obſederūt, quod ſe eis reddidit 16. kal. octobr. & caſtrum vſque ad fundamenta deſtruxerunt. Eodem anno Piſani citiſſimè in auxilium comitis Ildini miſerūt contra Chriſtianum Cancellarium 150. milites, cum ſagittarijs, vnde Piſani magnam laudem habuerunt. Eodem anno Piſani cum vna galea & buſſis roccam Coruariæ obſeſſam a Lucanis cum ędificationibus ſurrexerunt, & ſic eam viriliter tenuerunt, vnde Lucani magnum dolorem habuerunt.

A. D. M. clxxiv. In conſulatu Roberti quondam Petri Pagani, & Gaitani quondam Burgundionis, & ſociorum 6. id. iul. iam facti Conſules miſerunt Topertum Dodonis virum probum legatum in vna galea ad Regem Maioricæ pro faciendo pacem cum eo. Rex vero, qui hanc legationem deſiderabat, honorificè eum cum iuſta recepit, & pacē ad eius voluntatem, & Piſanorum fecit. Et eos per Prouinciam reuertentes magnas iniurias Ianuenſibus intulit, naues eorum capiendo, & in profundum maris demergendo. Et ſic Piſani cum laude 17. kalen. ſeptemb. redierunt. Eodem anno Chriſtianus Cancellarius Imperatoris Friderici, qui multa mala Tuſcis intulit, a Kalen. april. vſque ad medium menſem octobr. Anconam ciuitatem arctiſsimę obſedit, ſed Imperatoris Conſtantini magnus exercitus eum ab obſedione expulit. Eodem anno 5. id. aug. campanile ſanctæ Mariæ Rotundum fundatum eſt, & ſequenti anno factus eſt gradus vnus in circuitu.

A. D. M. clxxv. In conſulatu Cerini iudicis, & Amici vicarij, & ſociorum, facta eſt pax & ſecuritas cum comite Macario, & filijs eius, & cum illis de ſancto Miniate. Et Piſani, & Florentini homines ſancti Miniatis, qui erant diſperſi caſtrum ſancti Miniatis reſtituerunt. Vnde Lucani magnam habuerunt triſtitiam. Eodem anno ſupraſcripti Conſules de menſe maij miſerunt duas galeas in Sardiniam, cum duobus conſulibus Paneporio, & Carone, & ſapientibus, pro ea recuperanda. Quia Ianuenſes partem Sardiniæ innaſerant, & eam recuperauerunt. Iudices omnes, & Sardi fidelitatem Piſanorum iurauerunt. Eodem anno Romanorum legati 10. Kal. ſeptemb. Piſas venerunt pro confirmanda pace cum Piſanis, quam comites Gerardus, & Vgo Rolandi legati Piſanorum cum eis amicabili conuerſatione compoſuerunt. Et ſic pax firmata eſt.

Ieruſalem capta eſt anno M. clxxxviii. Venit enim tunc Saladinus Rex Ægypti, & enangustum exercitum Regis Ieruſalem fregit, & cepit ipſum Regem, & Crucem Domini. Vnde fere omnes Syriæ ciuitates cepit, & Ieruſalem captiuauit, obſidens illam per dies 15. menſe octobris, tunc Imperator Fredericus ſurrexit M. clxxxviii. Dominus Papa Clemens per ſuam prudentiam in Piſana maiori petijt, rogauit, & exortatus eſt Piſanos, vt ſurgerent ad recuperandam terram Ieruſalem. Et tunc dedit vexillum ſancti Petri D. Vbaldo Piſis Archiepiſcopo, qui eſſet vexillifer exercitus, & omnium Chriſtianorum, & legatus Apoſtolicæ ſedis in omnes Chriſtianos. Egreſſus eſt Archiepiſcopus Piſanorum, & populus Piſanus in exercitum nauium quinquaginta medio ſeptembris ad recuperandam terram Ieruſalem, & Hiemauit in Maſſana Siciliæ, & 8. id. april. peruenit Tyrum. Tunc Antiochia robur accepit, vt ea pacto ſubijceretur Saladino dum ad terram ſuccurſus acceſſit.

CHRONICON
ALIVD
BREVE PISANVM

Incerti Auctoris ab anno M. CI. Vſque ad annum M.CCLXVIII.

Ex veteri exemplari, quod eſt penes eruditiſſimum virum Abbatem Conſtantinum Caietanum in vna ſua Aniciniani celebri Bibliotheca.

A. D. M. cl. Ceperunt Liciam, & eleuauerunt Iaffam.

A. D. M. cxx. Petrus Archiepiſcopus Piſanorum obijt.

A. D. M. cxx. Factus Piſis Archiepiſcopus, & Eccleſia Piſana conſecrata eſt a Gelaſio Papa Secundo.

A.D.M.cxl. Vbertus Archiepiſcopus Piſis, cœperunt Piſani Fabricam.

A. D. M. cxlvi. Balduinus fuit factus Piſanus Archiepiſcopus.

A. D. M. clvii. Eugenius Piſanus genere Papa fuit.

A. D. M. claxvi. Villanus Piſis Archiepiſcopus factus fuit.

A. D. M. clxxxvi. Pons nouus Piſanorum ędificatus eſt.

Gregorius Octauus Papa ingreſſus vrbem Piſanam, receptus eſt ab eiſdem Piſanis cum magno honore 4. id. decembr. & mortuus eſt Piſis 16. Kalen. ianuar. & 14. kalend. eiuſdem Dominus Paulus Praeneſtinus Epiſcopus in Eccleſia ſanctæ Mariæ Piſarum maioris Eccleſiæ Pontificalem cathedram eſt adeptus, leuatus ab hoſpitio ſancti Pauli de ripa Arni, & largiente Domino vocatus eſt Clemens Papa Tertius.

A. D. M. cciv. Conſtantinopolis a Piſanis, & Venetis capitur.

A. D. M. cclxii. A Palæologo Imperatore Gręcorum recuperata eſt.

A. D. M. ccxv. Guilielmus marchio, & iudex Calaritanus fuit.

A. D. M. ccxv. Piſani ædificauerunt caſtellum in Callari.

A. D. M. ccxx. Capta eſt Damiata a Chriſtianis 8. id. nouemb.

A.D.M.ccxxi. Coronatus eſt Fredericus quondam Henrici Imperatoris ab Honorio Papa Tertio 10. Kalen. decemb.

A.D. M. xxia. Apud Vaianum Piſani miſerunt in ſconfittam Lucanos, & Florentinos.

A. D. M. ccxxxii. Apud Burgum iuerunt Piſani & miſerunt de mandato D.PP. Greg. IX. & in ſconfittam miſerunt Lucanos, & Florentinos.

A. D. M. xlix. Nonis iulij, Piſani ceperunt caſtrum Aghinolfi, cum medietate ciuitatis, & comitatus viriliter ſine ædificijs. Poſtea tempore D. Iacobi Buccicelli Piſis poteſtat.

M. cclxviii. 5. id. aug. fuit perditum. Item poſtea tempore D. Iacobi Baſſuli recuperatum.

A. D. M. cclii. Piſani ceperunt Pontremulum, & liberauerunt Piſtorienſe captiuos.

A.D.M.cclxx. Mortalitas maxima fuit in ciuitate Piſana, ita quod pauci, aut nulli remanſerunt in capella ſancti Coſmæ, & ſancti Caſſiani, & ſancti Pauli de ripa Arni, & ſtariū grani valuit ipſo anno ſolidis 30. denariorum Piſanorum minutorum.

Reconciliatio Piſanæ ciuitatis facta fuit ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri noſtrę pijſſimæ, venerab. Religioſo viro fratre Manſueto de Ordine Minorum primario, & capellano Domini Papæ, eiuſque legato, & nuncio, recipiente pro ſanctiſſimo Patre, & Domino noſtro Alexandro Papa Quarto, & ſancta Romana Eccleſia, tempore Domini Bonifacij de Gorzano de Mutina, capitaneo Piſani populi, & Piſanæ poteſtatis poſt obitum D. Alamanni de . . . Piſis poteſtatis in . . D. Petri Iagundi iudex Lupelthini de Scampo, & ſociorum.

A. D. M. cclviii. indict. 15. Eodem anno, de menſe iul. facta eſt ſocietas inter Venetianos, & Piſanos, contra Ianuenſes in termino decem annorum.

Caſtellum caſtri per proditionem impij marchionis Chianni, & poſtea Piſanorum gladiis interempti, ſubtractum a cōmuni Ian. per obſidionem arctiſſimam Piſani communis, cuius capitaneus fuit probus, & ſapiens vir Dominus Oddo Gualdaccij, qui venit in priſtinum dominium, Piſanæ ciuitatis poſt ſupraſcriptam reconciliationem tempore ſupraſcriptorum capitaneorum, & antianorum, & ſupraſcripto anno, cuius etiam exercitus fuit pro communi Piſano generalis capitaneus dominus Guilielmus comes Capratiæ iudex Arboreæ tertiæ partis Regni Callari. Vltra marina victoria noſtra, & inauditus a ſeculo Ianuenſium impiorum conflictus, habita, & factus fuit in anno per egregios dominum Siſſenum de Saſſetta honorabilem conſulem, & Henricum Gaitanum de Stateris capitaneos Piſanorum in noſtro fauore factum ſociorum noſtrorum Venetorum, & fratrum ſanctæ domus militiæ templi protectorum noſtrorum Regis, & Reginæ Cypri, Maſſilienſium, & Prouincialium, & aliorum noſtrorum dominorum, & amicorum, in partibus ipſis, tempore domini Ricciardi de villa Mediolanenſis, Piſis poteſtatis, & domini Bonifacij de Gorzano Mutinenſis capitanei populi. M. cclxl in feſtiuitate beati Ioannis 9. Kalendas iulij.

Villa ſanctæ Giliæ Callaritanæ diœceſis per proditionem, & durante pace inter Piſanos, & Ianuenſes, a communi Ianuenſi ſubſtracta, vt prędicitur, per obſidionem arctiſſimam Piſanorum communis (cuius fuerunt capita, magnificus vir dominus Guilielmus comes Capratiæ iudex Arboreæ, & tertiæ partis Regni Callari, egregius

Piſa-

Piſanus ciuis, & dominus Oddo Gualducci Reip. promotor, & auctor egregius in priſtinum dominium Piſanæ ciuitatis peruenit, tempore domini Ricciardi de villa Piſis Poteſtatis, & domini Bonifacij de Gopano ſupraſcripti capitanei Piſani populi in Antianatu ſupra ſcripto. Et eodem anno 13. Kal. aug. in recuperatione ſupraſcripti caſtri, & Villæ S. Giliæ magnifici viri Ioannes vicarius iudex Gallurienſis, & tertiæ partis regni Callari, & Vgolinus, & Gerardus comites de Donoratico domini tertiæ partis regni Callari, viriliter, & magnanimiter ſe habuerunt, non dubitando ſe exponere periculis perſonarum, Piſanorum, Venetorum, & Ianuenſium pax paulo poſt prædicta fuit facta mediante ſupraſcripto ſanctiſſimo Patre, & D. noſtro ſummo Pontifice.

Florentinorum, & Lucanorum conflictus in partibus Senarum habitus fuit per Senenſes, & egregium dominum Iordanum de Aliano, Dei, & inclyti Manfredi gratia comitem S. Seuerini Regium in Tuſcia capitaneum generalem, tempore domini Aconis Pirouano Mediolanenſis Piſanorum poteſtatis, & domini Opithonis Gerardi Alberti Rubei de Parma Capitanei Piſani populi in Antianatu dominorum Aldigerij, & Bonamente Vcelli iudicum, & ſociorum 1261. quarto intrante ſeptembri. In quo quidem conflictu mortui fuerunt 10. & capti, & ducti Senas 20. Ripafracta caſtrum nequiter per Florentinos detentum, recuperatum fuit a communi Piſano tempore ſupraſcriptorum Poteſtatis, capitanei, & Antianorum 1261. 8. Kalend. octob.

Muri ciuitatis Piſanæ fuerunt completi eodem anno, menſe ianuarij, & etiam fons portus Piſani.

Alexander Papa IV. obijt apud Viterbium 1262. indict. 4. 8. Kalen. iunij.

Societas facta fuit inter Piſanos, & alia communia Tuſciæ contra perfidos Lucanos, & Guelfos receptatos ibidem ſupraſcripto anno, de menſe iunij Pons Spinæ incœptus fuit eodem anno, indictione, & die 12. Kalen. iul. in Antianatu Ventilij, & Rainerij de S. Caſſiano, & Sociorum.

Podio bonichi pro reædificatione eorum murorum donauerunt ei Piſani libras quingentas.

Montē Pulcianum fuit habitum a fratribus noſtris Senenſibus ſupraſcripto anno die 5. intrante iulio.

Sancta Maria ad Montem fuit habita a communi Piſano. tempore Ghiberti Parmenſis Piſanorum poteſtatis, & domini Rainerij Pance Buccabandatis Mutinenſis capitanei populi Piſani in Antianatu Montis de Vico, iudex Iacobi Froxiæ, & ſociorum 1272. Kalen. octob. in vigilia feſtiuitatis S. Matthæi exiſtente in dicto exercitu egregio co mite domino Iordano pro excellentiſsimo domino Rege Manfredo Siciliæ in Tuſcia Vicario generali.

Monte Tobili fuit habitum a communi Piſano ſupraſcripto tempore 5. Kal. octob. durauit dictus exercitus menſibus duobus, & vltra. Gallene burgus fuit captus ab exercitu Piſano, & incēdio concrematus, tempore domini Iacobi Butticelle Papienſis Piſis poteſtatis, domini Vgolini de Siau domini Rogerij Piſani populi capitanei

A in Antianatu Tempanelli videlicet, & Sociorum 1264. 16. Kalen. iul. exiſtente in dicto exercitu egregio domino Franciſco Simplice Regio in Tuſcia Vicario generali.

Et eodem anno, vid. 1264. vndecimo intrante ſeptemb. in quo quidem fuit feſtum Proti, & Iacinti, in Antianatu Ilderini familiati domtiſeris, Gulielmi Vannis de Sala, Guidonis de Perluſcio Orlandini, & ſociorum; dum quidam, ex Piſanis Roccam Caſtilionis Vallis Serchi intraſſent præcedenti die illico cum militia, & populo noſtræ ciuitatis prædicta die, brachio accincti potenti non dum veniente maſnada Regia, flumen Serchi Piſanis tranſeuntibus, altum vſque ad Sellas equorum, peditibus noſtris quaſi per flumen natantibus; B Lucenſes, & Guelfi cum toto eorum exforcio circumcirca ipſum caſtrum exiſtentes, ex nimia temeritate per eos aſſumpta ex eo quod dictam Roccam in mane ipſius diei habuerunt Piſani inſcijs in eos efficaciter irruerunt; illi enim eum eiſdem iniuerunt, & poſtea Theutonicis ipſis peruenientibus ipſos conuertentes in fugam vſque ad pontem S. Petri fugauerunt. Ex quibus inter Piſanos, & Theutonicos ceperunt circa M. præter infinitum numerum occiſorum, in quo quidem captorum numero fuerunt: Rainerius Riccardi, & quaſi omnes Capitanei, & meliores partis aduerſæ Lucanorum, & Guelforum Florentinorum S. Miniati Teutonicorum, & nobilium de Lombardia ſtipendiariorum ſuorum. Poſtea vero C proxima die lunæ 15. Kal. octob. congregato ſiquidem Piſanorum felici exercitu ac potenti, & ſociorum eorum de Tuſcia, & Maſnada Regia eorum ſtipendijs munita exiſtente ibidem egregio Domino Franciſco Simplice Regio in Tuſcia Generali Vicario, exiuerunt in die Lunæ ſequenti 8. Kalen. Octob. de plano Ripa fractæ monentes feliciа caſtra Piſanorum caſtrametati fuerunt in plano Caſtellanis de contiſſa ad depopulationem prædictæ contradæ, & etiam vſque Aglare caſtrum, quod dirui fecerunt, & etiam vſque Quirotam, & lacum de Maſſacuccoli procedentes. Et die Sabbathi ſequentis vigilia S. Michaelis de menſe ſeptemb. vltra partes pontis S. Petri valde ad aduerſarijs ibi tunc exiſtētibus muniti eum fluuius vadum non haberet, ipſis aduerſarijs videntibus ad depopulationem Lucanorum D proceſſerunt; vbi tunc fuit moneta Piſana noua duorum ſolidorum cum effigie victricis aquilæ coronata; curſus Piſani honorabilis pallij factus ab equo, & plures milites cingulo nouæ militię decorati.

Sequenti vero die ſcilicet die Dominico prid. Kal. octob. abſque vlla alia comitiua Theutonicorum cum militibus Senenſium, Piſtorienſium, potenter flumen Serchi tranſeuntes ceperunt Freſſum, & caſtrum Montioli de Freſſo, quod de nouo conſtruebatur ibidem, & pontem, & Burgum S. Petri ab aduerſarijs cum opprobrio derelictum, & Turrim ripæ, & pontem, & caſtrum ipſum Freſſi, & pontem, & Burgum ſancti Petri 9. Kalend. octobris fecerunt diſſipari, quo ſiquidem die mercurij iuerunt depopulando Lucanos vſque ad pratum. Sequenti vero die Veneris 3. non octob. iuerunt etiam cum depopulatione Lucanorum in pra-

pratum, & vſque ad portas, & muros ciuitatis Lucanę, vbi ad perpetuam rei memoriam, & laudes Piſanorum præconis, & aduerſariorum ſempiternum opprobrium; vnde de grauibus iniurijs Piſanis ab eis illatis, qui totam prouinciam Tuſciæ veneno infecerant, improperari poſſet, ad ſuperabundantiam vltionis, monetam Piſanorum nouam duorum ſolidorum cum impreſſione victricis aquilæ coronatæ cudi fecerunt, quam plures nouos milites cingulo nouæ militiæ decorari, quadrello Sagiptamina, & virgas Sardorum in ciuitate Lucana proijci fecerunt, ex quibus ſupra muros, & in ciuitate ipſa plures fuerunt lethifere ſauciati; laudum ad maſſas, ſcutum, & alia iucunda tripudia fieri. Ceraſtime caſtrum die Dominico ſequenti non. octob. ceperunt, & fecerunt demoliri, ſequenti die Lunæ in ciuitatem cum exercitu feliciſſime, & cum tripudio redeuntes; in Antianatu Guidonis Benencaſa, Nicolai Rainaldi, Iacobi Moriconis Pelluperi, Bernardi Longi, Iacobi Pacis, Vermilij Galteſij, Gerardi Prouincialis, Orlandi de Nanachio, Matthæi Riccij Bandenachij Garofoli, Thadæi Riccuchij, & Ioannis Facij. Coronis caſtrum fuit habitum ab exercitu Piſanorum, in quo fuit egregius comes Guido nouellus Tuſciæ Potitia, qui poſtea in eodem exercitu factus fuit Regius Tuſciæ Vicarius Generalis, & Piſtorienſes Piſanorum legitimi fratres, & alia communia ſocietatis Piſanæ in Tuſcia, die Mercurij 14. kal. Iul. videlicet, ſequenti die poſt feſtum Beati Rainerij, ad cuius obſidionem Piſani iuerunt die Lunæ ſequenti poſt feſtum Paſchatis Pentecoſten vid. 5. id. iunij, tempore domini Gulielmi de Cornazano Piſanorum Poteſtatis, & domini Rainerij Teſte de Mutina Capitanei Piſani populi, in Antianatu Dominici Sealenſis, Vgolini Boneghe, Bartholomæi Blanci Oddonis Gualouccij, & ſociorum. 1265. indict. 7. de menſe iunij.

Caſtilionis caſtrum, & etiam Roccam, per expugnationem mirabilem ignem ædificia, & alia argumenta viriliter ceperunt de aduerſarijs reclutis in eo, inter quos fuit dominus Ruſtichellus de Montecatino Lucani populi caput, 17. Kalend. auguſti in ſupraſcripto tempore, & Antianatu. Qui exercitus die Kalendarum mouit, & rediit feliciter in ciuitatem.

Moirone, Verſiliam, Luniſcianam, & terras acquiſitas, quibus fuerant priuati per falſas Guelforum ſententias, recuperauerunt, tempore nobilis viri domini Iacobi Baſtuli de Parma laudabiliter Poteſtatis, & Domini Ingriami de Gonzano Capitanei Piſani populi, in Antianatu Baſtiani de Familiaris, Bonacurſij, Ioannis, & Sociorum eorum.

M c c l x v j. Die Sanctæ Reſtitutæ, quo nomine fuit Piſana maior Eccleſia noncupata 12. iunij.

Fucecchium, ſancta Cruce, & Caſtelfrancum ſubmiſerunt ſe ſua ſpontanea voluntate Piſano communi, tempore nobilis viri domini Alberti de Gonella Piſis poteſtatis, & domini Otthonis de Canoua capitanei Piſani populi in Antianatu Guidonis Beniepiæ, Ioannis Feccij Hubaldi Calch Montis de Vico iudex, & ſociorum eorum anno, & die ſupraſcripto.

Et die Lunæ ſequenti 9. kal. iun. Rocca Ficecchij caſtrum, & Turres pontis cappiani, deuenerunt in poteſtatem Piſani communis.

Sancti Miniatis arcem cuſtodiendam per communem Piſanum pars Gibellina S. Miniatis dedit, & tradidit Vgoni Villaningi iudici Syndico Piſani communis pro communi Piſano recipienti tempore nobilis viri Bartholi de Sappo Piſanorum poteſtati, & Domini Anſelmi de Riuolo Capitanei Piſani populi in Antianatu Nicolai Rainaldi Tholomei de Maſſa, Vitalis Notarij, & ſociorum ſuorum, anno Domini 1268. 8. Kalen. febr. & intrauerunt etiam ſocietatem Piſani communis, promittentes facere guerram inimicis inhibentibus pactis, & conditionibus.

Carolus frater Rege Franciæ, Andegauenſis Prouinciæ, & Falchaquoriæ comes, vocatus a Romana ſede Apoſtolica anno Domini ab eius incarnatione 1266. indictione 8. de menſe maij, furtino quodam nauigio profectus eſt ad vrbem Romanam, vbi ſenator vrbis tota extante ipſa exiſtens, factus, & coronatus eſt a ſummo Pontifice, & Apoſtolica ſede in Regem Siciliæ; qui eodem anno 28. menſis februarij cum exercitu maximo militum, & equitum de Francia, & Prouincia, & auiā peditum Piccardorum in tempeſtate hiemis ad Vrbem profectus apud Beneuentum Regem Manfredum filium quondam recolendæ memoriæ domini Friderici Romanorum Imperatoris, & exercitum eiuſdem Regis Manfredi deuicit, & ipſum Regem, & eius quaſi gentem totum occidit, ſibique totum regnum Siciliæ ſubiugauit, per iniquam fidelium proditionem.

Piſanæ ciuitatis reconciliatio facta fuit de excommunicatione ſeu interdictione; pro eo quod dicebatur adhæſiſſe Manfredo Regi Siciliæ, & feciſſe contra Lucanam ciuitatem exiſtentem ſub protectione domini Papæ: quæ reconciliatio facta fuit piæ Matri noſtræ Eccleſiæ, & ſanctiſsimo Patri noſtro Clementi IV. & poſtea confirmata a communi Piſano magiſtro Heliæ capellano domini Papæ pro ſede Apoſtolica recipienti, tempore domini Alberti de Turricella Piſanorum Poteſtatis, & Othonis de Canoua noua Capitanei.

A. D. M. cc lxvij. 17. Kalen. maij. Pro qua reconciliatione, & mandatis Eccleſiæ firmiter obſeruandis commune Piſanum depoſuit penes Romanam ſedem Apoſtolicam libras triginta milia.

Conrado Secundo Rege Siciliæ adueniente ad ciuitatem Piſanam, commune Piſanum ob gaudium inde perceptum, litteras ſuas communi caſtelli Franchi alijſque communibus ſuæ partis per Tuſciam deſtinauit per Gilionem nuncium Piſani communis; cui dictum commune caſtelli Franchi nihil exhibuit; immo in contemptum prædicti Conradi Regis Siciliæ, homines ipſius communis deriſiue clamantes dicebant: quod Piſani alium hominem fecerunt venire in ſimilitudinem dicti Regis. Excellentiſſimus Rex Conradus Secundus quondam alterius Regis Conradi, in-

di, intrauit ciuitatem Piſanam, cum primo venit de Alemannia, 1269. indict. 11. die Sabbati ſancti inſtante 7. menſe Aprilis; & venit tunc per portam Dogathiæ, tempore Domini Bartholomæi de Sappo vice Piſanorum Poteſtatis. Poſtea vero in proximo ſecundo menſis maij, dominus Fridericus dux Auſtriæ auunculus præfati Regis Conradi cum tota militia ipſius Regis, intrauit ciuitatem Piſanam per portam Leonis; Piſani ciues cum magna militum, & peditum comitiua iuerunt verſus eum, vſque ad Cacciarellam Mottonis, faciendo pontes ſuper ipſam Cacciarellam, & per dictos pontes venit militia antedicta cum duce præfato, cum caſtrum Mottonis eſſet tunc perditum 2. menſis maij præcedentis, & in proximo 17. Kal. iulij magnificentiſſimus vir prædictus exiuit de ciuitate, per portam de qua Talungo, pro eundo verſus Romam, Apuliam atque Regnum. Tamen ante diſceſſum eiuſdem Regis, cum exercitu Piſanorum iuit in comitatu Lucano ad depopulationem Lucanorum, & tunc ceperunt campanile ſanctæ Mariæ de iudicibus, per expugnationem viriliter factam, in qua fuit facta magna Lucanorum ſtrages ibidem incluſorum, & ipſam funditus diſſipari fecerunt, & etiam combuſſerunt Burgum Maſſæ, Vrnum, & multas alias villas, & loca Lucani diſtrictus vſque ad pontem tectum.

Copioſiſſimus exercitus galearum iutarum, & aliorum lignorum in maxima quantitate exiuit de fauce Arni, pro eundo verſus Apuliam atque Regnum in ſeruitio Regis prædicti ad debellationem Caroli Prouinciæ comitis, & in dictum exercitum iuerunt multitudines hominum Piſanorum, videlicet quinque millia & plurium 14. Kal. aug. ſequenti die Iouis reuerſus fuit dictus exercitus prid. Kalen. octob. ſequentis; qui exercitus multa mala contulit inimicis Regis prædicti, & caſtellum dictum Amare, & alia multa caſtra & loca deſtruxit.

Rex Conradus Secundus, Fridericus dux Auſtriæ, comes Gerardus Piſanus, & quidam alij qui capti fuerant poſt conflictum datum ſuprascripto Regi Conrado, a prædicto Carolo per fautores ipſius Caroli iugulati fuerunt de mandato domini Caroli, 1269. prid. non. Kalend. Nouembris.

Clemens Papa Quintus obijt 1269. indict. 12. Kalen. decemb.

B A. D. M. c c l x v. De menſe octob. Inſula Lipari combuſta fuit igne infernali, ſiue qui exiuit de inferis dictæ Inſulæ.

A. D. M. c c l x viij. De menſe ianuar. Rex Carolus venit Liburnam, & eam combuſſit, ſundarum etiam Piſanorum Portum deſtruxit, & totam contratam deuaſtauit, & ſtetit ibi diebus quindecim.

Piſani Innocentium Papam fugientem tempore perſecutionis a Petro Leonis occupante Papatum, receptauerunt honorifice, & tenuerunt tuſte

C ac Eugenium Papam natione Piſanum, qui fuit immediate poſt eum, cum ſua curia cum omni reuerentia receperunt, eum multipliciter honorantes. Teſtante B. Bernardo, qui Epiſtolas fecit ad Piſanos, commendans eos valde 1153.

A. D. M. c l x iij. Piſani fuerunt Panormi, & fractis catenis portus, gratia Dei vicerunt illos, & ceperunt ciuitatem in die S. Agapiti, & ibi 6. naues ditiſſimas ceperunt, Saracenis plurimis interfectis, & comburentes naues quinque duxerunt vnam Piſas plenam mirabili theſauro, de quo maiorem Eccleſiam Piſanam inceperunt.

LAV-

LAVRENTII VERONENSIS

Petri Secundi Archiepiſcopi Piſani Diaconi.

Rerum in Maiorica Piſanorum ac de eorum triumpho Piſis habito Anno ſalutis M.C IV. Libri ſeptem.

Ad fidem membranacei codicis Viuiani de Viuianis Inſulani Epiſcopi viri clariſſimi, nunc primum editi.

Liber Primus.

ARma, rates, populum, vindictā cælitus actam A
Scribimus, ac duros terræ, pelagiq. labores.
Geryonea viros ſeſe per rura terentes.
Maurorum ſtragem, ſpoliata, ſubactaque regna.
His igitur cœptis digneris Chriſte fauere.
Terruit Heſperiam Latias reuolutus in vrbes,
Ruraque vbiq. frequens Gothis ſatis agnitus ille
Extitit, & Gallis, terraſque agitatus in omnes.
In populos etenim Maiorica ſæua fideles
Bella cruenta gerens lethalia ſumpſerat arma.
Cuius perculerat rabies, violentaque claſſis
Auſonias, Siculas, & Græcorum regiones.
Hæc poſtquam caſtella, rates, villaſque cremarat, B
Cumque aris titulos templis violarat aduſtis,
Suadebat captis Chriſti mandata negare,
Et præcepta ſui complecti vana reſullæ.
Talia credentes, nimium reuerenter amauit,
Contradicentes varijs cruciatibus addens.
Hos compes, manicæq. graues carcerq. domabant.
Hos inamata fames, denſi, nimijque labores.
Et ceu teſtantur quos aiunt vera referre,
Millia captorum pluſquam terdena fuerunt,
Quos ſæuus, Baleæ vinair, tenuitque tyrannus,
Præter ad ignotas quos per commercia crates
Tranſtulit, aut atros obitus de carne reſoluit. C
Fama mali tanti per plures cognita terras
Commouet ea templo ſitientes prædia Piſas,
Concitat ira ſenes, qui Punica vincere regna,
Subdere quique ſuo gentem potuere tributo.
Hi memorant dū facta bona, & dū bella Panormi
Africa ceu capta eſt, & ſubdita facta tributis,
Victaque per varios quam plurima prædia caſus,
Accēdunt animos iuuenum, quibus horrida facta
Et labor, & ſudor, duri quoque gloria Martis,
Diuitijs, & delicijs potiora fuerunt.
Mox quæ pius præſul Petrus virtute coruſcus
Ciuibus hæc memorando ſuis, crucis inclyta ſigna D
Sumpſit, & alterna motæ pietate cateruæ
Sic ad ſigna crucis capienda fuere frequentes.
Vt pote feſtinant ſolemni tempore paſchæ.
Cum Chriſti guſtant corpus, ſanctumq; cruorem.
Inde duo, & denos de culmine nobilitatis
Conſtituere viros, quibus eſt permiſſa poteſtas
Conſulis atque ducis, regerent vt grauiter omnes
Purus, & iſtorum diſponens ſingula ſenſus
Congrua militiæ, ratibusquoque conficiendis
Queq. iuuare queant homines, claſſemq. pararēt
Et ne prætereant horum te nomina lector
Intentis animis apices ſcrutare ſequentes.
Ex his Gerardus Gerardi filius auctus,
Senſibus orator laudabilis, atque facetus,
Natus & Vgonis, patrui de nomine dictus
Gerardus, patrui iam claro dignus honore
Sicberioque ſatus, titulis decoratus eiſdem,
Petrus, & Azo, ſimul numero dicantur in iſto.
His Ildebrandum Rolando iunge creatum
Viribus, & factis, & nobilitate micantem,
Hinc Herithone ſatū, genitoris nomen habētem,
Nec non Henricū, genus a Gnititone trahentem,
Lothariumq. ſimul, iuuenemq. ſenemq. Dodonē,
Hos decorāt Stephano genitus Rodulphus, & ima
Filius Vberti Lambertus clarus in vrbe,
Atque Robertinus Francardi ſplendida proles.
Horum conſilio clari cum Præſule digno
Legati Romam vadunt, quos Papa colendus
Nomine Paſchalis multo ſuſcepit honore,
Pontifici tribuendo crucem, Romanaque ſigna,
Militiæ ducibus, quæ præſens Azo recepit,
Qui poſtquam monuit pietatis dogma cateruas,
Et quantum ſcriptura pari pro fratribus optet,
Hortatus cunctos ſanctis inſiſtere cœptis,
Pro tanto facto peccamina cuncta relaxat,
Hancque poteſtatem Piſano contulit altam
Pontifici; redit hic propriā properanter ad vrbem
Protinus a populo digna ſtatione receptus,
Aſtantes turbas monitis papalibus implet.
Et ceu dureſcit nactum moderamina ferrum
Mulciberi, coctam dum tēperat vnda bipennem.
Pontificis pariter Piſani voce ſacrata,
Feruent Alphęæ fortes ad bella phalanges.
Inde breui valde numero labente dierum.
Tertia vox Genuam placidos moderata rogatus
Præſulis inuitat, ſpondet ſolatia pugnæ,
Sed longas, nimiaſque moras annalia donec
Tempora prætereant fraudis ſub regmine poſcit,
Piſani didicere patres fraudemque dolumque
Et tandem patuere doli retinacula ſoluens
Nauita, Piſanam ſua vela retorſit ad vrbem.
Tunc demum Piſæ tanto inſonuere dolore
Vt nec magna quidem ſentire tonitrua poſſes
Quicquid tunc habuit nemoroſi Corſica ligni
Aut picis, innumeros ratium defertur ad vſus,

Lu-

Lunenſeſque ſuo priuantur robore ſyluæ.
Arboribus cæſis remanet Curuaria rara,
Antennas, quæ vela ferant, quod geſtet eaſdem,
Arboreum robur celſæ tribuere Mucellæ.
Cæditur omne nemus, cæſum deſcendit ad vndas.
Hoc variæ fiunt diuerſo robore naues,
Gatti, Dromanes, Garabi, celereſque galeæ,
Barcæ, eutrabij, lintres, grandeſque saginæ,
Et plures aliæ variantes nomina naues,
His portantur equi; ſunt quædam victibus aptæ,
Ingentes aliæ poſſunt portare cateruas,
Seruitiis norunt, poſſuntque ſubeſſe minores.
Hæ nunquam metuunt vicinas tangere terras,
Adducunt latices, homines ad littora vectant
Ima galearum iuuenum ſunt apta lacertis,
Harum quamque ſolent centum propellere remi.
Ordine qua bino plano nituntur in vnda,
Et freta findentes fugiunt ſic atque ſequuntur,
Vt celeres capreas, & aues ſuperare volantes
Veloci valeant vndoſa per æquora curſu.
Ligni materies non ſolum congrua claſsi.
Hinc etenim turres, pontes, ſcalæque geruntur,
Cum quibus excelſos inuadant agmina muros.
Hinc quoq; quę magnas mittant in mœnia moles
Eatigitent, rumpantq; domos tormenta parantur.
Hinc balliſta minax, aries, teſtudo peruorut,
Sicque per innumeros lignum diſtenditur vſus.
Nec ceſſant fabri, ferrum conſumitur illux,
Inde rates quod iungat habent, hinc arma reſulgēt,
Thoraces, rigidi gladij, celereſque ſagittæ,
Quod quia diuerſis rebus facit, officijſque
Mille per artifices vario diſtinguitur actu.
Nec vacat officium, depingunt arma colores,
Reſplendent galeæ, clypei, ſellæque relucent,
Impoſitumq; ſuper cum gemmis prænitet aurum.
Interea veniunt quidam de gente remota,
Romaque cum Luca mittit ſolatia pugnæ,
Auxilium bello Genuenſis ſola negauit
Patria, quamque poteſt Piſanos impedit actus,
O ſatis eximio felix Antonia patre.
Nempe tuæ regionis hero generaliter vrbis
Cura datur patriæ, quæ pellat, & arceat hoſtes.
Denique perfectæ naues mittuntur in vndas.
Accipit has Sarnus Græco vocitatus ab amne
Alphæus, cui Piſa vetus nunc lapſa cohæſit,
Ea qua Piſanus qui Piſas condidit iſtas,
Italiæ Fluuio nomen donauit, & Vrbi,
Hinc propria puppes quæque ſtatione ligantur,
Implenturque cibis, & equis, armiſque, viriſque
Et dantur ratibus certiſsima ſigna quibuſque,
Ac vexilliferi per turmas atque cohortes,
Iſtorum virtus populis bene nota Latinis
Credidit ad bellum facili conducere curſu
Agmina, decipiunt mortalia pectora curæ
Quodque putat quiſquam, via perficietur ab ipſo,
Conſilijs hominum quoniam fortuna repugnat,
Atque malis factis alicuius ponere finem
Ante ſuum tempus non vult diuina voluntas
Temporibus ſata quæq; virent, & temporis albent
Articulo, cunctis data ſunt ſua tempora rebus.
Temporis ordo monet, naturæ poſtulat vſus,
Ne niſi maturi rapiantur ab arbore fructus,
Sed Domino qui cuncta poteſt, ſunt ſubdita quęq;
Et quodcunque bonum nutu diſtinguitur eius,

A Cuius amore ſuos cognatos, atque parentes,
Diuitias, patriam Piſani deſeruere.
Iamque dies aderat ſancti celeberrima Sixti,
In qua Piſani de Pœnis Marte ſubactis
Annales recolunt votiua laude triumphos,
Quando per Alphæi fluctus populoſa natabat
Claſsis, & ad fauces limoſi fluminis arctas
Conuenere rates, ſed cum tranſire nequirent
Tentantes aditus alueolis more fluenti
Exornare ſuas eiecis, armiſque Carinas
Cœperunt, poſt hæc ſpatioſa per æquora nautæ
Dirigere viam, terris poſt terga relictis
Cernentes placidam ſinis obtutibus vrbem,
Diuinæ curæ ſua xenia, rura, penatas,
Vxores, patriam, natorum pignora mandant.
Dumq; rates abeunt, plorant in littore matres,
B Plorantum lacrymis bibulæ ſatiantur arenæ,
Pectus ad, vſque parens vitreas deſcendit in vndas,
Et verbis placidis benedicit in æquore natum,
Hæc pro patre rogat, pro fratribus, atque maritis.
Immenſos aliæ fundunt in littore queſtus.
Non aliter Graios fleuiſſe feruntur Achiuæ,
Pergama quando rates Danaæ violenta petebant,
Et non deſiſtunt precibus miſcere querelas,
Aeolia ventus donec progreſſus ab aula
Viſibus abreptos ſpatioſa per æquora vexit.
Stagnea planities a læua parte relicta,
Atque Liburnus erant, dextra Gorgona remanſit,
Monteque cum nigro, vada, ſeu populonica tellus
Effugiunt viſus, dum ventus in æquore perflat
C Corſica ſub velis fuerat Capraria tergo.
Illa, & Planuſio poſitus in parte ſiniſtra,
Dumque fauent venti, Tauro poſt terga relicta
Adueniant Langona rates, liguntque labetes,
Et retinent portum dictum de nomine ſanctæ,
Quam Reparata vocant, muros, templumq; vetuſtū
Erecti lapides, ſcopuloſaque littora monſtrant,
Hoſque ſinus cabre parant, pariterque reſonant
Turrentes aditus, vbi Conſtantinus habebat
Sedes, Rex clarus multum celebratus ab omni
Sardorum populo, bis ſex, geminiſque diebus
Opperiendo ſuos ſibi gens Piſana moratur
Inde ſinum repetunt, quem vulgo fert Caput albū
Scilicet ob nullum trepidantia littora ventum
Iſtic Duribinus Piſanis aſſociatur,
Qui quondam regnum cenſebat Calaritanum,
D Et Conſtantino Saltarus iudice natus
Præualet hic ſeculo, præclaris ſenſibus ille,
More pari Danaos Hecateia ſuſcepit Aulis,
Cum fuerat Phrygios Menelaus ſtatus in hoſtes.
Ciuibus hic præſul multum de pace loquutus
Plurima per paucos incaſſum ſemina fudit,
Sed tamen e multis fructum percepit eorum.
Tunc Paſſatino committunt Alpheroloque
Præuia ſigna maris patres communiter omnes,
Hoſque ſequi nautæ, ſed & obſeruare iubentur
Iuſſa patrum contempta iacent, conuertitur ordo
Quiſquis enim potuit celeri tranſcurrere ligno
Oſtendit ſocijs velis, & remige puppes
Iam geminis lapſis gemina cum nocte diebus
Tertia lux fuerat, non & iam cœperat eſſe
Tertia ſeptembris vicinior illa Kalendis
Non fuerat niſi poſtera quæ ſibi ſorte ſecunda
Expectabatur, nec ea tenebroſior vlla

Circumquaq; tonat, ſed & vndiq; crebra coruſcāt
Fulgura, turbari nautas, reliquoſque videres,
Qui nondum rabidi bene norant æquoris vſum,
Sydera nulla patent oculis, ſoloſque micantes
Nautæ cernebant accenſos puppibus ignes.
Non Laerte ſatus foret in terroribus iſtis
Intrepidus, Circes quamuis ſuperauerit artes,
Si fortuna ducem fluctus duxiſſet in iſtos
Arbitrium cuiuſque fuit miſerabile tempus
in tempeſtatis tranſcurrere ſæua pericla,
Sed Dominus ſolitus proprijs ſuccurrere ſeruis
Iuſtitiæ ſemper qui ſaluat, & auget amantes,
Firmauit Boreæ placidos ſuper æquora flatus,
Qui tota leni portarunt æquore nocte
Naues, mox pulſis tenebris ſubiere micantes
Stellæ, nox abijt, præclari forma diei
Subſequitur, celeri claſſis leuitate cucurrit,
Accreſcente die cœperunt cernere terras
Hiſpanas, ſed eas Baleares eſſe putabant,
Blandenſi donec committitur anchora ripæ.
Has poſtquam tetinent, Latio de littore vecti
Haſtis ſuſpendunt pugnam minitantia ſigna
Atque tegunt fortes clypeis radiantibus artus,
Et ſtringunt rigidos totis conatibus enſes.
Littora tota ſonant ex rauca voce tubarum
Indigenas quoſcunque vident, capiuntq; fugantq;
Hi ſe Chriſticolas, Catalanenſeſque fatentur.
Turbatos voluunt Piſani pectore ſenſus,
Et poſitis armis reſident in littore triſtes.
Inde Pirena ſibi poſtquam cognoſcitur ora,
Mutant conſilium diuerſa pericla timentes,
Quod nec habetur ibi vento tutamen ab omni,
Tranſieratque ſimul vallata caloribus æſtas.
Tunc ex conſulibus Rolandi filius vnus,
Cui genus, & ſenſus, clarum quoque Curia nomen
Et ciuilis amor eum diuitijs tribuerunt.
Mittitur ad comitem, cui Barchinon, atq; Girunda
Subduntur, multaſque regit pro viribus vrbes,
Cui nomen Raymundus erat, qui laudis equeſtris
Fructus innumeros claroſque patrauerat actus.
Hiſpanos cuius terror commouerat hoſtes.
Rolando genitus poſtquam peruenit ad ipſum,
Atque ſalutauit, comitum clariſsime dixit,
Piſanus populus Chriſti virtutibus auctus,
Ecce fauente Deo partes deuenit in iſtas,
Alterius verbis, quod iam tibi forte relatum eſt,
Quod ſi cauſa monet, ſeu ditia caſtra videre
Te iuuat, acceleres Piſanam viſere claſſem,
Et ſociare ſibi belli, ſocium que, ducemque
Agmina noſtra volunt, ſerus & te prouocat hoſtis,
Nam quem non moneat Balearis ſæua tyranni
Fama, repercuſſi quæ fines concutit orbis,
Et Latij populos, cunctoſque perurget Achiuos,
Necdum finierat Conſul, cum plura paranti,
Ille refert grates, faciat quoque proſpera dixit
Omnia veſtra Deus vobis, & in omnibus adſit,
Inque manus veſtras communes præbeat hoſtes
Orbis eſt in ſanctæ fortis nos congreget vinæ,
Vt faciamus ei, quæ ſunt gratiſsima ſemper,
Nam contra nullos ego inſtius arma mouebo,
Hi Chriſti ſeruos multis cruciatibus arcent,
Atque meum latus ſciunt cultore vacare,
Nam quos Blandenſi poſitos in litore muros,
Templa videtis, erant multis radiantia ſignis,
A Quorum ſumma tegunt hederæ, vel frondea vitis
Occulit, aut ficus, ſeu quælibet occupat arbor
Pluribus in templis, monachi cecidere per ipſos,
Atque ſacerdotes, iugulis maculantibus aras,
At reliquos ætate viros, aut arte micantes,
Conſtituere ſuis dura ſeruire catenis.
Vincla, labor, atque fames hos ſæpe necatur,
Aut ſus Machametis quos ponere triſte coegit
In ceruice iugum, quem non dolor excitat iſte?
Quod ſi forte Deus nobis conceſſerit, vt vos
Tanto poſsim finem præbere labori
Militiæ Domini ſolatia quæque paramus.
Colliſtique ſemel ſuperemus viribus hoſtem.
Nuntia dictorum mox charta futura notatur;
Qua ſe militibus Chriſti promittit amicum
B Atque Pyrenææ concedit ſingula terræ
Tunc Ildeprandum donat, multumque precatur,
Vt ſeſe Latijs ſocio coniungat amore.
Altera lux poſtquam ciues conduxit in vnum:
Talibus alloquitur ſocios ſermonibus Azo,
Quem gratæ populus celebrabat munere linguæ,
Quod Domini nutu diſponitur, a ratione
Funditus humana cognoſcitur eſſe remotum.
Vidimus ingentes fluctus, tonitruſque coruſcos
Credidimus ſubitos minitari fulgura ventos.
Mox Domini pietas pacatas reddidit vndas
Æquoreas nobis, vis eſt ea nempe Tonantis.
Nam pro velle ſuo mundanos deſtinat actus,
Arbitrioque pio cauſa dominatur in omni
Hanc pedibus noſtris tribuit contingere terram,
Vt ſocias releuet diuina remiſsio turbas,
C Ergo viri docti dum littore ſtamus in iſto,
Nos augere decet cuneos, felicia dici
Vt vere valeant non caſſo nomine caſtra.
Iamque Pyrenæi Comitis ſolatia vobis
Auxiliante Deo poſſunt non parua parari,
Vos portare ſuos equites rogat ille ducentos
Centum ſe proprijs ſpondet geſtare carinis,
Miſit, & hanc chartam, chartam porrexit & addit;
Iſtuc nos Dominus duxit, non noſtra voluntas,
Qui famulatur ei bene ſperet, & indubitate
Quod vera numquam fraudabitur vtilitate
Præſul abeſt, portumque tenet, qui diſtat ab iſto
Per paſſus ſex mille reor mittamus ad ipſum,
Et ſi dicta placent, tunc perueniamus ad actus.
Hiſque peroratis placuerunt dicta quibuſque
Charta legi comitis petitur, fractoque ſigillo
D Inſpexit Lodoicus eam, legitq; decenter
Lecta placet cunctis, commendant agmina laudes
Sancti Felicis portum gens illa vocabat,
In quo Præſul erat properans legatus ad ipſum
Vadit, ſed Præſul recipit, firmatque loquelas,
Dimittunt blandas poſt hæc cum turbine naues,
Atq; petunt portum, ſanctus quem Præſul habebat
Cuius ad ingreſſum ventus pugnabat iniquus,
Vt portum aduenere rates, & cœtus haberi
Cœpit, & herboſo ſteterat iam concio prato,
Optimus Antiſtes ſanctæ pietatis amator
Talibus Alphæos monuit memoranda loquelis.
Sāguine vos proprio quos Chriſtus ab hoſte re- (demit
Vt veras ſpinas, veteres fugitote ruinas,
En ſunt tres lapſus quibus extat Adam ſuperatus;
Namque Deū perdit, male qui cupit, atq; ſuperbit.
Et male lætatur, cui gloria vana paratur

Na-

Naſcitur hinc odium, diſcordia, liuor, & ira
Iſta mouere queunt hominum præcordia dira.
Non valet eſſe bonus, vitiis qui ſubiacet iſtis,
Vincere namo poteſt, quiſquis ſuperatur ab ipſis
Pectora nam lacerant, ſenſuſq; trahunt velut hoſtes
Diripiunt, capiunt, ipſis vos claudite poſtes
Non Domini genitum pro ſe tormenta tuliſſe.
Aſt homines propter debent homines meminiſſe
Hic minuit noſtros languores, atque reatus,
Tollit & hic pœnas, cunctoſque fugat cruciatus.
Pace Deum debent, & mentis ſimplicitate
Quærere, non odiis homines, aut aſperitate,
Qui pacem portant, cælo poſſunt habitare,
Debetis fratres cum toto cordis amore,
Si nec amatis eos, quos vos modo forte videtis,
De nondum viſis mihi nunquam ſpem facietis,
Horum quiſquis enim præſentes temnit amores,
Qualiter illorum poterit releuare dolores
Pacis amatoris non eſt poſſeſſio parua
Sydera namque tenet, pontumq; beatus & arua,
Poſtquam de Saulo Dominus ſibi fecit amicum,
Sic nemo noſtrum fratrem ducens inimicum,
Vera fit in nobis & non concordia falſa,
Si tuti vultis tranſire per æquora ſalſa,
Magna Dei virtus noſtros vt terreat hoſtes,
Pax ſua poſſideat noſtros cum limite poſtea.
Interea vulgus pelagi terrore ſolutum,
Murmurat, & patrias exoptat turpiter oras,
Inque duces ſtultas tentans agitare querelas
Hoſtibus omiſſis pariter remeare minantur,
His permotus ait Lucenſis talia Fralmus
Gaudet quiſq; Deum cui ſunt cum proſperitate
Omnia, lætatur cui congrua quæque parantur,
Congrua namque reor ſocios, & multiplicare
Subſidioq; viros proprii reperire laboris,
Qui ſocios augere poteſt, bene percutit hoſtes,
Quos ſatis egregios nobis diuina parauit
Gratia, nec noſtrum teneat turbatio quenquam,
Cum bello quiſquã, nec adhuc ſuperauerit hoſtẽ.
Ex quo cœpimus hoc, neq; fit ſuperatus ab hoſte
Vt quid tanta tenet veſtras turbatio mentes:
Pœnitet ignauos cœpti fortaſſis honoris
Cum vos iſtorum præclaras polluit aures,
Hoſque piget veniſſe quidem, qui rura ſolebant,
Vertere, qui curuis incumbere ſemper aratris
Cunctaque conſumunt vertendo tempora glebas
Et modo cum nequeant ſua ſemina tradere ſulcis,
Aut conculcato pedibus procumbere muſto
Nocte, dieque moras iſtas, caſuſque querantur,
Inque domos remeare ſuas fortaſſe minantur.
Hi viles homines, quorum miſerabilis ætas
Præſenti populo nullam gerit vtilitatem.
Semper agant, ſemperq; gemant, agitentq; querelas
Quos mores retinere ſuos, infamia non eſt
Hos bonitas, clarumq; decus ſeiungat ab illis,
Et maneat noſtro concordia ſemper in actu,
Sicque carens odio, qui vult ſeruire Tonanti
Si decies prohibetur iter, decies repetatur,
Et via tentetur crebro dum perficiatur,
Vt tenuit ſemper teneat reuerentia noſtras
Curas, quod gerimus quia totus conſpicit orbis,
Si cito non aderit, quod geſtit noſtra voluntas.
Tactus ob hanc cauſam maneat formidine nemo,
Quod prohibet menſis reddunt, tibi nãq; Kalendæ

A Cum Deus oratur, quod ab ipſo forte rogatur
Tempore non modico cito præſtat luce ſub vna,
His populus dictis auidas vt præbuit aures,
Gaudia ſuccedunt, turbatio, cura, recedunt,
Moxque ſequente dia Domini Raymundus ibidẽ
Barcegarius adueniens, paucique ſuorum
Iungit amicitiam Piſani fœdere gaudens,
Et ſocium factum præſtanti munere donant.
Cumque moras faciunt, morboſa peſte fluente
Multi de populo fatis ſuperantur iniquis,
Hicque Caim moriens mœſtos cum Præſule ciues
Dimiſit, patrias non totus iturus ad oras,
Dumq; premunt lacrymas Peſulani montis alũnus
Cum ſociis centum Guilelmus caſtra ſubintrat,
Armigeris ratibus vectis, turbaq; pedeſtri.
B Quos quaſi viginti duxere per æquora naues.
Aſt Aimericus generoſa ſtirpe creatus,
Quem Narbona colit, Dominum, patremq; ducẽq.
Viginti vitreas fertur duxiſſe per vndas
Naues, & celeri veniſſe per æquora curſu,
Hos quoque Raymundus; cui Balcius extat origo
Qui ſolitos arelas impendare certat honores,
Atque ſecus Rhodanum caſtris reperitur, & aruis
Diues, conſequitur laudatam milite plenas
Ducens ſeptenas vndoſa per æquora puppes
Raymundus ſactiſta potens, & ſtrenuus actu
Militiæ multis, & quiſulgens Arelate,
Cum propriis totidem vitreas venere per vndas,
Tales Ruſilium proceres latæque Biterræ,
Et cum Nemauſis prouincia tota ſequuntur,
C Quanta per Antonias tranſibant agmina terras,
Cum Romam venturus erat terrendo ſenatum
Cæſar, qui domitos Gallos iuga ferre coegit
Tanta Girundenſes veniſſe feruntur in agros.

Explicit liber primus. Incipit ſecundus.

IAmq; graues populis pelagum ſulcare parabant
Claſſes, tot redit de naui caſtra ſubintrans,
Albertus, cui rector erat veniſſe Pirenem
Illæſamque ratem pariter præfatus, equoſque
Vi ſitis oppreſſos, vini potaſſe liquorem,
Exanimeſque ſimul ponti maduiſſe ſub vnda
Non prius ad Baleam peruenit prora minorem
Retulit, & Mauros ad ſe veniſſe rogantes
D Et qua ſint patria, quas & gradiantur ad oras
Bozeam petimus Ianuenſis nauita dixit
Præcipue veſtrum quoniam retinemus amorem
Hanc formidantes illud contingere littus
Cura fuit, factos pro vobis fugimus hoſtes,
Nam nec habere valent noſtras in prælia vires
Offendunt quoſcumq; queunt ſine crimine noſtro
Petuia Sarnigenis ſunt æquora cuncta doloſis
Turbanturque ſuo maris omnia regna furore,
Vidimus hos ſulcare fretum, nos vtq; putamus
Qualibet in veſtra figunt tentoria ripa
Cædere, ſiue volunt, nos aut bona tollere noſtra
Auxilium nobis celeres præbere rogamus,
Scimus eos veniſſe quidem, multumq; timemus
Mox aiunt, vos fertis equos qui forte fremebant,
Ruſtica turba refert, facit hoc irata frequenter
More ſuo fremitus agitans, facienſque tumultus,
Hoſticus inde globus feruens velociter ſinus,
Intrat, & intentus nos perturbare ſagittis

Cogitat, & toto mentitos increpat ore,
Noſtra manus confiſa ſatis non ſegnius arma
ſumpſit, & in ſteriles accenduntur ira furores,
Namque citus veniens ventus dum vela tetendit,
Maioris Baleæ tribuit contingere litus,
Egreſſique virum quendam per rura vagantem,
Vidimus, & quantum locus ille remotus ab vrbe,
Sit, percunctamur, viginti millia dixit.
Hauſimus & laticem, laticis dara copia nobis
Et fuit, inque rates vaſiſque, viriſq. receptus,
Æquora exſpauit Zephyrus, Zephyroq. fauentes
Fleximus aduerſum Sardoas carbaſa ripas.
Sulcantes igitur pelagus venientia vela,
Aſpicimus, dubitare prius, ſed in arma videres
Veloci curſu iuuenum properare cateruam, (ilet,
Quoq. modo properant quos terret aquaticus au-
Ob pluuias operire domos, male recta ſupellex
Imbris ne pereat pro mole cadentis in ædes,
Sic gladios, clypeoſque ſuos ſibi tollere quiſq.
Certat, & intente ſinuatos præparat arcus,
Taliter adueniunt pelagus ſulcando carinæ,
Qualiter incedunt iuncti Delphines in vndis, (tna
Quando natant aliquos nõ dando per æquora ſal-
Noſcimus, accipiunt noſtras referuntq. ſalutes,
Gaudia præcipiti poſita ſuſcepimus ira,
Qui poſtquam didicere viam, quam fecimus ipſi,
Quidue laboris onus paſſi fueramus vbique
Sardiniæ demum ſeſe docuere relictos,
Præualuit boreas Zephyro bis quinque diebus,
Per mare nos vexit, ventoque cucurrimus illo.
Nemo tamen didicit, qua tunc foret inſula parte.
Quoue loco pelagi ſteterit Maiorica poſt nos.
Interea ventus Libycis progreſſus ab oris,
Vela tenens poſſedit aquas ſalientibus vndis.
Atque Pyrenęum noſtile reduxit ad amnem.
Talia dicentem populus circumſtat, & omnes.
Si valeant, qua ſunt, vel ſi patiantur amici
Incolumes, poſtquam vir dictus retulit omnes
Murmure cum læto redeunt in caſtra cateruæ.
Cumque dias geminus bis ſex geminauerat horas,
Aduenere decem Peſulano monte carinæ,
Quæ Piſis fuerant Auguſti tempore miſſæ,
Ad quoſcunque ferunt latos Prouincia fines,
His ineratclarus cum conſule, Guido Dodone,
Ordine Leuita triumphatione peritus,
Illius vt patriæ traiecerent ad prælia gentem.
Aethera carpebat toto molimine Phœbus,
Et ſplendor ſolis nondum tenuauerat vmbras,
Cum data ſigna ſonant iuſſos mouere receſſus.
Iuſſerat Antiſtes ponto dare verbera claſſem,
Et tranſire rates properatis curſibus illuc.
Barchinon excelſis vbi fulget in aera muris.
Iuſſa probant omnes, nec tineris ſcandere paſſu
Naues incipiunt, quos non ſua vota retardant.
Sed velut examen per apertas aduolat auras,
Quando cupit patriam mutare, locumq; domũq.
Sic Piſana manus rapidis aquilonibus vis,
Remige quam celeri dictam properabat ad vrbẽ,
Solis ab occaſu modicum porrectus ad æquor,
Defeſſas ſolito qui frangit, & accipit vndas.
Mons Iudæus, ibi plana diuiſus ab vrbe,
Non curis puppes calidisue tuetur ab auſtris,
Huius ab Hiſpana facie ratis appulit omnis,
Vt terras ſubeunt Lauæ, reliquæque carinæ,

A Littus ad vſque ſuas agmen nauale tenebat
Lubricaris aquas, ripæ cecidiſſe feruntur
Tanta premebat eas magnæ violentia claſſis
Hic vbi mutauit lites concordia pace
Aduenium ſancti celeberrima feſta Mathæi
Tota nocte ſonant tunc tintinnabula cuncta,
Vota vouent omnes precibus votiſque Tonantem
Sollicitant, cuiuſque colunt ſolemnia ſanctum,
Candelas tunc quique ſuas in culpide ponunt.
Aut vbi lux clare populo videatur ab omni.
Tertia lux aderat, cum planum poſſidet æquor
Ventus, quem boream nequeas eurumque notare
His medius fuerat, tundunt ſua pectora nautæ
Totque dies vacuos cum noctibus ire queruntur.
Ergo die medio ſublimis in æthere Titan
De medio curſu terras ſpectabat, & vndas
B Cum Catalanenſi de littore claſſis abibat.
Quos fremitus præbere ſolent ſtridentibus alis
Threiciæ volucres reſonantes cantibus altis
Agmine cum facto repetunt alias regiones.
Non alios Piſana manus clamore ſequente
Exagitando ſuos, & candida vela parando,
Soluendoque rates, ſummis cum vocibus edit.
Quattuor inſignes tunc præceſſere carinæ
Signiferi Francardus erant, rectorque Pyrenea
Ordinẽ conſequitur renouato extera claſſis.
Lux abijt, nox atra ſubit, qua denique lapſa
Vel medis, vel plus media, contraria tetro
Flamina vela dabant, qua cauſa prauius heros
Ad Tramaricis ſua flexit carbaſa litus,
C Inde Terogoniam petit, ac deſerta Salodi.
Hic Zephyrus perſtringit aquas, & fluctuat auſter
Peruia ſed Zephyro plus ſunt ſinuantia ſaxa
Partibus vnda tribus, circumdat pontica rupem
Arbuſtis tegitur breuibus quæ ſpectat ad eurum
Planities altæ rupis de parte leuata
Regis in hac Caroli dicuntur caſtra fuiſſe
Dum duro quondam certamine ſtrauit Iberos
Hic hyemes Franci toleraſſe feruntur, & æſtus
Quando præſtanti ceperunt robore terram
Poſt lapſæ noctis ſpatium, luciſque ſequentis
Tempore conſumpto, qui primus adhæſit in illis
Conſcis ſigna dedit, vigiles quos geſſerat ignes
Ne foret incertus locus hic, dubiuſue carinis
Hic poſtquam cunctis luctas ſua reddita terris
Et latices hauſere viri conſcendere pontum
D Incipiunt, vitreas velis remiſque procellas
Mota ſecat claſſis, iam terra relicta videri
Non clare poterat, cum montibus abdita celſis
Cum & labente die ſubiere crepuſcula noctis
A recto curſu non recta retorſerat aura
Vela, laborantes turbantur in æquore nautæ
Et ſe conclamant inuitos ire Dianam.
Interea noctis tenebris aurora remotis
Clara refulgebat, cum turbida nubila venti
Ducere cœperunt ab ea qua labitur ora
Publica lux mundi moa flectere vela Salodon
Plangentes ſatagunt, tantus vehit impetus ipſos
Huc ſimul ac venere rates iam nocte propinqua
Proſiluere viri latices haurire recentes.
Ecce Morbitæ, pedibus vectantur equinis,
Vt ſolet à neruo dimiſſa venire ſagitta,
Quando ſuum Parthus ſinuat violentus arcum
Qui captos pariter capientes fluminis vndas

Ad

Ad proprios longo duxerunt calle penates,
Sed timor Alphææ gentis de nexibus ipſos
Eripuit, rigidos qui concutiebat Iberos.
Ergo per eucorum, quoniam male contigit illis,
Iuſſio fit reliquis, ne progrediantur inermes.
Dumque morã faciunt, vacuiſq; vagantur in agris
Agmina, murmur erat; Lucenſes denique turbæ
Dum Pelagus tolerare minus, fluctuſq; valerent,
Et nimium vellent ſocus famulantibus vti,
Vnaquaque die populum replere querela.
Vgo Piſanus venerabilis Archiſacerdos
Cum dextra pariter tunc ardua protulit ora,
Qui tali populis ſermone ſilentibus loquit.
Sola Dei bonitas qui cuncta gubernat habetq;
Piſanos ciues tantos animauit ad actus
Expertique ſuos nullos ad bella vocabant.
Nullus ad iſta fuit toleranda venire coactus,
Sponte petebatis nobis, gratiſq; dabamus
Quas ſitis nobis non vilis munera naues.
Et ratibus vecti ſocij veniendo fuiſtis,
Dicite Lucenſes, ſi quis vos forte coegit.
Quippe nec inuiti voluiſtis ad iſta venire
Vnde nec inuitos quiſquam retinere valebit
Piſanos ſolos diſcedere nempe vetamus
Non aliis prohibentur equi, non victus & arma
Accipiant ea quando volunt, ſanique recedant
Securoſque petant ductores, hique dabuntur
Cum quibus Italicos poterunt pertingere fines
Et memoratus herus poſt talia dicta recedit
Taliter incœpit Guido ſupra memoratus,
Cum Deus in cunctis præponi debeat actis
Nec pietas, nec amor pietatis habetur in vllo,
Qui pro mundano tantum contendit honore,
Certe honor mundi, certe ſapientis, quænam
In mundi rebus Domini ſimulauit amorem,
Prætulit atque dedit perituros ſemper honores,
Vnde Dei noſtras vertendo potentia mentes
Contra quem vaſtum toto fuit agmine murmur,
Hunc dignum vobis largitur temporis vſum,
Hebræis populis murmur fuit inſtar ad huius,
Quando repletas memorabant carnibus ollas,
Et condita ſimul, dilectaque grataque multum
Fercula Niliaca quibus vtebantur in oris
Nam cuperent ſæui potius iuga ferre tyranni,
Seruilique magis ſub conditione manere,
Quam prohibere gulæ vitium dapibuſue carere
Ille vetus populus reſidet ſub pectore veſtro
Illius & mores, animoſque viaſque tenetis
Vulnere de tanto qui geſtit habere ſalutem
Pœniteat voluiſſe malum properanter iniquum
Deſipuit, quicumque fuit, ceciditque retrorſum
Magnum nempe ſcelus noſtro commiſit in æuo
Quod teneamus eum quiſquam fortaſſe queretur,
Præter Piſanos quicumque recedere quærit.
Quando libebit eat, ſua tollere non prohibetur
Nulla recedenti ſane violentia fiet.
Ad patrios igitur cum venerit ille penates,
Et medius turbæ claros narrauerit actus,
Hoc de ſe vero poterit ſermone referre,
Quod numquam vidit quos tantum fugerit hoſtes,
Nos mare, nos ventos, pondusque ferremus aquarũ
In Domini factis nec habebimus inferiores
Militiæ ſocios, quos Gallia tota ſequetur,
Iamque fauente Deo venient multo meliores,
A Vna nobiſcum belli ſuperare labores.
Tunc Gulielmus ait Dominus montis Peſulani,
Hos diſcedentes numquam doleatis abire
Pro quocumque viro qui nunc fortaſſe recedit
Quattuor ob pugnam dabimus non deteriores,
Qui pro ſex horum poterunt tolerare labores,
Surgens Henricus poſt hæc Guinithone creatus
Hortatur ciues bellum firmare, priuſquam
Vna cum patribus ſeſe iurare fatetur,
Dicta fides ſequitur, iurant æqualiter omnes
Iam ſerus occaſum Phœbi clariſsima lampas
Candentes vitreo tangebat in æquore flammas
Non ea conſilijs eſt poſtquam tota peracta,
Et Phœbo radiante dies iam clara refulget,
Ecce recedentes equitum peditumque phalanges
B Dimiſsis ratibus proprias certantur ad ædes
Italicæ redeunt, dimittentiſque Salodon,
Immeritis referunt conuitia plurima nautis
Præterea factos habiles ad carbaſa cantus
Et quaſcumque ſoler ſocijs in puppe referre
Nauita ſermones, deridet ruſtica turba.
Interea quod hyems variaret ſæpius auras,
Illeque perpaucis ratibus tutamina portus
Præſtat, & ignotæ non eſt fiducia genti
Barchinon heu petitur, claſſemq; reducere cũctam
Conſtituunt hyemare ſimul, medianturque ibidem.
Feſta dies aderat Domini de nomine ſumpta
Præbebatque leues flatus leuiſsimus auras,
Qua Latiæ puppes vſæ cum remige ventis
Vrbem nauigio celeri tenuere Piſanam.
Poſt vbi Piſanis fuerat iam copia terræ
C Exonerare rates properant, pars maxima claſsis
Siſtitur in terris, trahitur quoque luce ſub illa
Nox quaſcũque ſequens liquidis iouenit in vndis,
Intoleranda feri ponti facit ira ſolutas,
Nec potuit requies prius æquoris eſſe procellis
Quam ſexagenas vis fregit pontis naues,
Hinc turmæ flebant, Præſul Patreſque dolebant,
Et pro poſſe ſuo non tractus ſubueniebant,
Nauibus in ſiccam donec traherentur arenam,
Non alio luctu vidui gemuere Sabini,
Cum ſibi dilectas detraxit Roma puellas
Inter triſtitias autem quas forte ferebat
Alphæus populus, improuiſoſque dolores
Non oblitus erat quicquam de rebus agendis,
Nec potuit claræ mentis poſtponere ſenſus
Ligna legi iuſſit quæ congrua nauibus eſſent,
D Ac tabulas quas dira maris proiecerat vnda
Ingenium docti populi mox iecta rateique,
Nocte, dieque parat complere videlicet illas,
Omnimodis ſatagit, quas fregerat æquoris ira
Atque modis paribus turres tormenta per omnem
Conſtituunt campum Balearũ facturas ruinam,
Terque decem Piſas ſtatuuntur adire biremes,
Per quas incœpto reparentur robora bello
Niſibus vt totis claſſem claroſque replerent
Militiæ numeros notæ per ſecula Piſæ
Tunc quod cara nimis fuerant alimenta Pyrenæ
Se diuiſerunt per plures agmina terras
Pars campum retinet, pars altera venit ad illas,
Quos habuiſſe datur ſupra Prouincia fines,
Mons Peſulane tuas claras peruenit ad arces
Gerardus validus, Dominuſque comeſq; Liuani
Hic quoque bellorum Gualandus ſplendidus actu

Filius

Filius Vgonis Petrus, & Rolandia proles
Batuijque vigor, necnon Viuianus & Abbas
Dogmata militiæ monſtrant incognita Gothis
Multi Nemauſas, plures veniunt Arelaten
Inueniuntque piam, gratamq; per omnia gentem
Piſanas acie magna quæ fouit amore
Hic Holebrandus populos tranſire volebat
Dum ſcapha Rhodanum, ſed equo dū forte ſederet
Oblectauit eum puerorum cernere ludos,
Et eum quæſitum lapidem miſiſſet in illos
Calcar aquum tetigit, qui dans in flumina ſaltum
Lucenſem iuuenem rapidis ſubmerſit in vndis
Non lacrymæ ſuſæque preces valuera cadenti
Mortuus huius equus cum tractus ab amne fuiſſet
Piſant iuuenes equites traxere necatum,
Qui ſocium poſtquam largis fleuere querelis
Antiſtes clerus, populuſque valens Arelatis
Intumulare virum ſummo curauit honore,
At vice qui comitis Piſana præſidet vrbe
Vgo militia cui præbent ſingula laudem
Agmine qui toto vitam ſeruauit honeſtam
Haſtatum ludis, & curſibus vſus equorum,
Ac præponendo vincenti præmia curſus
Piſanos equites tractabat, more Quiritis,
Egregiumque virum Catalaunia tota frequentans
Sardiniæque Comes celſo celebrabat honore
Conſulis Henrici bonitas necnon reliquorum
Iurgia, ſiue ſcelus non impunita relinquens
Iuſtitiæ normam ſeruauit in agmine toto,
Quippe ſibi gnari ſocii dum forte ſauerent
Omnibus æqua dabant placidi moderamina iuris,
Conſtituuntque viros totum vigilare per agmen,
Qui ſeruare queant nocturno tempora nauea
Biſque decem ſeruant Balearica regna catinæ
Paganam rabiem validis quæ viribus vrgent,
Et tuubere feri faciunt fera corda tyranni,
Si bene belligeras penſent noua ſęcula Piſas
Per mare, per terras geminas extendere vires.
Hoc Piſæ faciunt Romā, quod vtramque placeret,
Quarum ſignoa ferus populus dum ſpectat Iberus,
Ingemuit, atque mera viſi conſumitur hoſtis,
Caſtraque cuſtodit Peluſani montis amator
Ille prius patrias remeare refutat ad ædes,
Quam ſciat an ob rem, ſeu fruſtra ſumpſerit arma
Hoc Catalanenſes concuſſit media terras
Tempore Piſani ſolitis nil ſtrictius vſi
Sumptibus inuentos geſtantes vndique victus,
Argenti pretio varia quoque merce parabant,
Vnde Pyrenęos larga bonitate fauebant,
Et ſolabantur inopes mercamine fines,
At Præſul cuſtos ſincerę religionis
Ne ſibi commiſſi cælent vigilanter agebat,
Ergo diem nactus gratum, tempuſque loquendi,
Arboreas dixit poſtquam perceperat eſcas
Lethalis pomi, cum ſumpſit ab hoſte ſaporem
Ille vetus genitor, paradiſi mœnibus illum
Iuſſit abire Deus, cuius ſententia voti,
Hoc exoſa nefas, pepulit damnando ſuperbum,
Omne genus vitiis, vitiu proceſſit ab huius
Scilicet inuadens hoc ordine poſteritatem
Intrat in has tenebras mundanæ genus origo
Primus homo natos, & quos ſibi ſuderat Eua
Liuor agit, fratris ſecit impia dextera fratrem
Qui cadit, ante Deum clamat vox ſanguinis eius

A Soliuagus denſas ſiluas, agroſque, pererrat.
Aſt ſubit aſtrigeras ſedes iuſtiſſimus Enochr
Iuſtus poſt illum Noe cum fecerat arcam
Diluit omne ſolum nimiarum pondus aquarum
Vndæ ceſſarunt octauus prodit ab arca
Tunc ſolus iuſtus, ſunt gentes multiplicatæ
Poſt, Patriarchatum fuit ordo, deinde prophetæ
Et tamen infernas nemo vitauerat ædes,
Vnde Dei pietas hominum fera funera cernens
Vt ſaluaret eos emiſit ab æthere natum,
Et vana forent ea quæ ſacrata canebant
Ora prophetarum cæli rex eſt homo factus
Sic hominum factor ſumens de Virgine carnem
Seruiles habitus hominum portauit ad vſus
B Perque ſuam mortem cum crimine morte necata
Captiuas animas de gurgite traxit auerni.
Hac ſerie Domini ſaluauit gratia gentes
Venit, & in cunctam benedictio poſteritatem.
Cuius Apoſtolico dum præſidet agmine Petrus
Ob fidei ſacræ conſeſſam credulitatem
Eſſe pius meruit cæleſtis clauiger aulæ
Ille tenet claues qui rexit in æquore naues.
Vos in naue ſua mundana per æquora portet
incolumes, puppiſque ſuæ vos eſſe miniſtros
Remigio dignos imploret cunctipotentem
Vt poſſitis eos tutos ductare per æquor
Gurgite quos ſacro ſanctum baptiſma piauit
Ergo docete viros chari pia dogmata fratres
Ac monitis ſanctis a criminibus prohibere
Vt valeatis eos ad cœlica ducere regna
C Deficiat vobis vt numquam cœlica merces
Quam Dominus ſolis conceſſit habere beatis
exemplo Chriſti cuius regit omnia virtus
Captiuos fratres quos barbarus opprimit hoſtis
Liberet a ſæuo fratrum pia cura tyranno
Fratribus, & domino quantum deberis amoris
Præmonuit Petrus cum præceſſore magiſtro
Pro Petro Chriſtus, cunctiſque fidelibus extat
In Cruce confixus, pro quo Petrus in cruce tenſus
Fratribus vnde ſuis ſuccurrere nemo recuſet
Fratres quippe ſuos Iudas: patriarcha nepotem
Abraham dilectum de nexibus eruit hoſtis
Hi quibus eſt licitum feriant mucronibus hoſtem
hos hominum factor ſæuo defendat ab hoſte
Quę modo ſunt ſcripta ſunt pontificaliſ dicta
Hos leuitarum viro nobilis, & bene charus
D Iſta ſatis, melius quærenti, narret Vbertis.

Explicit liber Secundus. Incipit liber Tertius.

QVem colit interea tellus Balearica Regem
Hærare Declus Burabe perterritus iſtis
Confuſuſque in centrum . . conuocat omnes
Cauſas maiores per quos tractare ſolebat
Conſilium quorum plano ſermone requirit
Siue Moabitis optarent tradere terram
An cum Piſanis aliquod coniungere fœdus
Reſpondere viri ſoliti maiora referre
Et qui noſcuntur alijs procedere ſenſu
Turba ſumus, famuliq. tui quodcumque videtur
In ratione tibi conſtantius eximiumque
Hos ſine lite ſequi confeſtim diſce paratos
Reſpice nulla minus populum quæ bella volentē
Sedu-

Sedula velle ſuo tua gens in pace maneret
Hęc nã culpæ grauis dedit horrida ſcãdala nobis
Vndique gauderent Baleari ſubdita regno
Si cum Piſanis nos fœdus habere daretur.
Inque Moabitis nobis fiducia clara
Non bona ſperat, tantum conuicia profert
Quos tolerare gemunt Hiſpanæ gaudia terræ
Reſpice Dertuſæ quid agant, quantaque Dianam
Clade premant, noſtras miſeratus mẽte querelas
Accipe captiuos omnes perquirere ſeruæ
Et melius tracta quia pax, & vita per illos,
Ac regnum pariter tibi concedetur, honorque
Actus non habitis nunquam ledabitur hoſtis
Chriſticolis quoniam qui pro pietate laborant.
Cara magis eſſent captorum corpora fratrum
Quam videatur eis regnorum copia centum.
His habitis verbis regis præcordia diris
Contremuere metu, captiuos protinus omnes
Recipit inquiri ſparſim, veteriſque nouiſque
Tunc de bono rate quos fors, ventus, & vnda
Vexerat inuitos curat tractare decenter
Piſanis etiam chartam pro tempore ſcripſit
In qua Pontificem, patres, populumque ſalutat
Qui quamuis prorſus diuerſum mente retractet
Dicta verba timeo mittens nil ſupplicat hoſtis
Se ſe conſtantem ſine proditione fatetur
Ampuriæ comitem teſtem narrantibus addit
A Ieruſalem dicens peregrino dum petractu
Conſpicuæ famæ motus comes Ampurientis
Illius illæſam ſeruaui fœdere terram:
Nullum quippe virum bello ſeu pace fefelli,
Si Piſana manus mecum vult pacis habere
Fœdera, continuo captiuos reddo meaſque
Dono paratus opes, linquat meam regna ſuaſque
Impenſas reddam pariter, pretiumque laboris.
At ſi forte ſuis armis contendere mauult
Bellandoque meam putat armis vincere gentem
Vbi communi eum ſe defendat ab vrbe
Vrbs nihilum faciunt eius in ea regna labores.
His intellectis chartam Piſana recepit
Et reſpondetur breuibus ſermonibus illis,
Qui tales apices, & talia ſcripta tulerunt
Nil tolerare mali portantes nuncia lex eſt
Communis viris debemus moribus vti
Non poſſunt iungi cum veſtro fœdera rege
Nec fas eſt nobis vllam ſibi reddere pacem
Ni prius in veſtras conduxerit agmina terras
Rex qui cuncta videns iudex cognoſcitur æquus
Illuc decernat iudex pius ille patenter
Internos cunctos hominum qui iudicat actus
Præter eas alias fertur miſiſſe lituras
Quæque ſuis nobis mitiſſima verba reportent
Priuatis etiam multum promittit in illis
Albitione tatum verbis commendat amicis
Atque memor maneat peracti fœderis eius
Quod cum Mugeto genitor retinebat auuſque
Iunxit, & ea multo tenuit iam tempore Petrus,
Rex fuerat Baleæ Mugetus rexque Dianæ,
Inuaſit Sardos rapida præſtantior ira.
His igitur propere violento marte ſubactis
Omnia cum plena tenuit montana tyrannus
Huius Alphæus populus mox concitus actis
Conſcendit celeres ſulcantes æquora naues
Tunc non erubuit quiſquam de nobilitate
A Viribus æquoreas remos vrgere per vndas
Si leuis extiterat, vel tota remanſerat aura
Optatos curſus robur commune replebat.
Qualiter accipitres pauidas pellere columbas,
Et ſicut Libyci poſcunt armenta leones,
Tunc cum longa fames, & viſcera ſerpit eorum,
Sic ſic accelerant, ſic poſcunt bella frementes,
Quos Piſana manus ſæuos ductabat in hoſtes,
Sardineæ poſtquam poterant de littore cerni
Eximias ratibus geſtantia vela phalanges,
Rex cum gente ſua terras fugiendo reliquit.
Heroes igitur ſuſcepta laude triumphi
Victores redeunt fines intrantque paternos
Poſt illum vero Mugetus conentus annum
Perduxit Mauros in regnum Caralitanum,
B Et numero primos excedunt poſteriores
Robora maurorum quo ſcilicet ædificante
Subſidiabantur Sardorum corpora muris,
Quique die tota latices, & ſata ferebat
Impoſitus muro, murum pro caure replebat,
Multi Sardorum quos preſſerat ira tyranni
Tam ſæuæ mortis pœnas habuiſſe putantur,
Hinc Piſanus honor vires animoſque reſumens
Non dubitat vitreas iterum tranſire per vndas
Poſt vbi belligeri terras, campoſque tenebant
Rex fugiſſe datur multis trino marte peremptis
Barbarus abſceſſit, capto cum coniuge nato
Erepti Sardi iugulis, tutique fuerunt,
Indeque tota manent Piſanis ſubdita regna
Sardiniæ docuere ſenes quæcumque tereno
C Quæſitis Sardis non hæc tibi vera negabunt
Hunc regis puerum captus qui dicitur eſſe
Piſæ victrices regi miſere Lemanno,
Huius auum Petri princeps generoſus amabat,
Qui dedit Alphæo quæſitum munus Alanta
Reddidit hic patri chariſſima munera natum
Albicio quare ſucceſſoreſque vocantur
Mugeti fratres ſucceſſoreſque ſuorum,
Ergo quiſquis habes Regum Balearica ſceptra,
Ex hoc affirmat te fratrem ſeminis huius
Albicione iſtus Petrus viget eius origo
Piſanus ornans probitatis imagine ciues
Talia cur memorem, Petrus & Balearicus auctor
Cauſa fuit, ſed nunc ad propoſitum redeamus.
Inſtabant Martis redeuntis tempora menſis,
D Cum fines Eburi miſſæ ſubiere carinæ
Mox auidi de plebe viri prædæque, cibiq;
Intrauere caſas, nec ſcuta, nec arma ferentes,
Dumque Saraceno ſatiant ſua corpora muſto,
Dum paſſas vuas, dum gaudent mandere ficus
Mora per arua loci venientes equites Ebuſini
Incautos homines per deuia rura vagantes
Detruncant gladiis, vario quoq; vulnere perdunt
Hunc Petrus aſcenſus geſtans ſibi credita ſigna
Audaces ſocios in dirum concitat hoſtem
Ante rates certamen adeſt, pugnant Ebuſini
Inuictoſque viros totis conatibus vrgent,
Et non permittunt pedibus contingere littus.
Inſula parua iacet, non longe ſolis ab ortu,
Quæ breuibus ſcopulis Ebuſinam reſpicit vrbem
Ille reuertentes recipit de Marte galeas,
Sed recreante parum iuuenilia membra quiete,
Indubitata viri repetunt ſinu amiſſa portus
Inuentaſque rates capiuntq; fugantq; trahuntque;

Captos

Captos inde viros, Ebuſina plebe vidente
Ad ſocioſque ferunt manibus poſt terga ligatis
Inſula ſtat pelago partes ea reſpicit auſtri
Aduerſum Libycos, cui Frumentaria nomen
Hanc Latii petiere viri properantia & illic
Cœperunt victus placidæ ſolatia prædæ
Perpingueſque boues, quibus & veſci potuiſſent
Ni pia Chriſticolis prohiberent tempora carnes.
Luſtranteſque locum quo gens inamata latebat
Abſtractos cauetis Ebuſum duxere ligatos
Hic tunc Lamberto, necnon Northone iubente
De duodenorum numero qui præmemorantur
Aſcenſus Petrus naues diuiſit & arma .
Solis ab occaſu , cœpit committere pugnam ,
Ex his Senagenis igitur comitantibus illum
Signifer Aſcenſus properans exire carinam
Hoſtiles cuneos multo cum robore poſcit
Tunc Arduinus generoſus Lucunienſis
Exhortans ſocios in prima fronte reſiſtit
Aſt Ebuſitanus iaculatus ſignifer haſtam
Hoſti terga dedit, ſocios fugiendo relinquens.
Nec læſit quemquam iaculum tellure relictum
Lucunienſis eum lanoſa pecarua ſecutus
Hunc cum Bauaro iugulauit protinus enſe.
Ruſus & accedunt equites, acieſque pedeſtris
Altera, quæ furtim poſt grandia ſaxa latebat
Tunc Ertho Conſul ſociis adiutus in hoſtes
Fertur , & obſtantes telo, gladioque repellit
Parte caret portus, pars altera claſſis ad ipſum
Tendit, & accenſis animis inuadere terras
Incipit, & Mauros ardente vigore repoſcens
Præterit, hi aculis ſæuiſque Alphæa repelliunt
Agmina moix acies Latialis turba requirit ,
Pugnanteſque premit ſimul atq; viriliter angit ,
Sic perturbati cuncti fugiunt Ebuſini ,
Quos fera bella gerens victor Lamberte fugaſti ,
Vt fugiunt aquilas celeri leuitate columbæ ,
Et ſicut pauidi fugiunt haſtilia piſces ,
Cumque tuum validis curuares viribus arcum
Per Mauri pectus miſſam tranſire ſagittam,
In faciem iſte cadit per rura fluente cruore
Ducitur in longum tendens a littore collis,
Qua Petrus Aſcenſus Maurorum terga premebat.
Paſſibus haud lenti capit hunc gens barbara collē
Cui pluſquam deceat via longa videtur ad vrbem.
Sed dum Piſanos coitus, & vulnera ſentit
Saucia caſtati tranſcurrit robora montis,
Piſani cunei dum totis viribus inſtant
Innumeros Mauros diuerſo funere ſternunt.
Iam quoq; turba ſequens ad portam venerat arcis
Quam locus ille grauis tepido demōſtrat ab auſtro.
. . loquendam, quem Lucunienſis alumnus
Strauerat adſtantem nudo tranſuerberat enſe
Armiger hic Erthonis fortiter hoſtibus inſtans
Occubuit moriens ſaxi proſtratus in ictu ,
Inde Saraceni poſtquam cum turribus altis
Muros conſcendunt, & grandia ſaxa remittunt
Agmina tuta petunt, quæ ſunt ſita tecta ſub vrbe
Solis ab occaſu qua plebs reſīdebat inermis
Inde viros, pueroſque trahunt, matreſq; nuruſq;
Pannos & veſtes de capita eruta tectis
Ruſticulaque domi tuta ſtatione morantes
Et de captiua modicum, vel nil meditantes
More gregis pecudum , captos ad littora ducunt

A Martius ex toto curſum compleuerat, atque
Aprilis fuerat media iam parte peractus
Cum tepidis zephyris ſæuum voluentibus æquor
Carbaſa conuertunt nautæ quo vota ferebant ,
Quos dum præcipites vires vehit impetus vndæ
Ventos anhelantes Baleæ perduxit ad oras,
Suſpenduntque leues remis ſuper æquora nautæ.
Interea Baleam geminas miſcere galeas
Vberto genitus Lambertus conſul in illis,
Quæ celeres adeunt portum de nomine Picci
Semimatemque vident ſeruantem littora Regem
Qua veniant cauſa muliebri voce rogantem
Aſt equites pediteſque manent ad littus, & arcus
Incaſſum tentos toto conamine flectunt,
Ipſe iubet ceſſare ſuos, & lædere nullum,
B Alphæoſque rogat tutas exire carinas,
Conſul ad hæc, eſt vera fides male credula nobis
Poſſumus vnde minus nudis confidere verbis
Nos damus ecce fidem quā non retinemus inanē,
Quaque data noſtram ſi vult intrare carinam
Rex poterit tua verba loquens, ſanuſq; redire
Iuſtius ille refert eſt Regi credere victis
Cui ſi quem iubeat ſolo ſermone venire
Tutior ire poteſt, cum conſtantiſſima Regum
Singula verba fluant, dictis incredula veſtris
Cernitur eſſe fides, quorum tentauimus arces ,
Si tamen e rebus quidquam vos ſumere noſtris
Vultis, in hoc portu tuta ſtatione manete ,
Quæque dare vobis mox regia cura iubebit .
Illa ſuum, dixit conſul, vocat inſula Regem ,
C Te plures noſtri ſtant ſub moderamine iuris .
Et Balea melior quæ vis conſiſtit earum ,
Veſtra fides nihil eſt, Machamatus ebrius ipſam
Edidit, at noſtram ſanctorum gloria Chriſtus
Vnde ſatis melius noſtris ſe credere poſſet
Simplicibus dictis, queis enim ſanctiſſima mēs eſt
Quam iuramentis valeamus credere veſtris
Rector ad hæc Baleæ, omnis dubitare videris
Et trepidas vano te concutiente timore ,
Sed ne turbentur bona quæ tractanda videntur
Et timor abſiſtat, ſaltem per ſcripta loquamur ,
Vt notum poſtquam fuerit quod poſcitis ipſi
Hoc complere queam, quod geſtit noſtra voluntas
Quatenus eſſe boni ſemper valeamus amici
Conſul ait ſocius ſcriptor quoque longius abſit ,
D Ibimus , & noſtros trutinantes pectore ſenſus
Ambo notis dabimus quodcumque docebit verū-
Mox efferre rates , & in ordine ducere remos (que
Præcepit nautis, validaſque ferire procellas ,
Sicut aues quas penna leuis portare per auras
Conceſſa leuitate ſolet, ſic accelerantes
Ad reliquas certant geminæ remeare carinas ,
Quas poſtquam pelagi ſolitus labor egit in vnum
Intrauere tuos tutos Capraria portus
Inque Polentinos lux euehit altera fines
Heroes Latios, vallis didicere coloni,
Qui fugiendo ſuos ſpoliarunt victibus ædes
Linquentes vacuum gregibus paſcentibus aruum
Hinc Latios iuuenes iuncta Minorica quamuis
Suſcepit prædam ſparſi per rura gerebant ,
Nos contra veniunt equitum peditumq; cateruæ
Inque fugam verſos ad naues vſque tegitant,
Et mittunt lapides in eos denſaſque ſagittas
Quos neque permittunt portu remanere quietos ,

Deiuit

Defuit eſca viris Latijs, paſtumque dederunt
Hæc quas rus habuit vulſæ radicitus herbæ.
Vſque Camœna nequeunt hereos ferre marini.
Dimittunt paleas, ſtatuuntque redire Pitenem.
Nam ſuſpectus erat de proditione tyrannus
Quare mens ad eum redeundi nulla manebat.
Aeolus interea dirum de carcere ventum
Soluit, & immiti nomen fuit Africus illi
Albenets faciens has quas eripuerat vndas
Intumuitq. fretum, turbauerat aura profundum,
Diuiſitque duas tempeſtas ipſa galeas,
Quaſſata in toto fleuerunt agmina campo.
Aſcendit Petrus Nucleriuſ e atitit iſti
Filius Alberti: init Vgo præditus illi,
Qua mare manducans vulgo fuerat vocitata
Cuius præſculptum geſtabat prora draconem,
Portibus aſt alias ſuſceperat inſula puppes
Tempus vt admonuit venti reſidente furore
Pertentant iterum vitreas ſulcare procellas
Iam tranſire fretum communia vota manebant.
Poſt quam orta dies illos ad litora duxit
Narrantes caſus, tantique pericla laboris
Nuntia victrices mittunt felicia Piſæ,
Quæ curſu propero binæ duxere galeæ
Tripudiare quibus lętæ cœpere phalangea
Vnam, ni fallor tecum Marcelline, gubernat
Conſocius Guido, qui presbyter eſt vocitatus.
Rexerat aſt aliam laudato cura baronis,
Ad Catalanenſes poſtquam ratis vtraque ripas
Venerat, & belli narrantur vtrimque paratus,
Venturoſque cito ſocios dixere lituræ.
Romana miſſus venit legatus ab vrbe
Boſo pater ſancta reuerendus religione,
Et Domino Papæ virtutum culmine charus.
Tunc & Apoſtolici poſtquam benedictio cunctis
Dicta fuit populis, tendunt ad ſydera palmas,
Et Dominum cæli pleno cum pectore laudant,
Vt dignetur eis tantum ſaluare Magiſtrum
Militiæ, per quem benedictio cęlica fertur,
Ac coniungit eis ſocios ſancti famulatus.
Non alijs votis patres populuſque Quiritum
Aſpexere ſuos ciuilia iura ferentes
Lata decem tabulis cum ſunt primordia legis
Frigoribus lapſis redeunt ad læta caloris
Tempora, lene fretum placida diſtringitur aura,
Et validæ claſſis pars tarni ducis per vndas
Aduehit, properos tranſcurrens nimbus in auſtros
Atque reſiſtentes ſuperans cum fluctibus auras.
Vrbs igitur Ianuæ celeres mirata paratus
Liuida demiſſo ſpectabat carbaſa vultu.
Maſſiliæ tandem leuibus comitantibus auris
Intrauere ſinus, miſſæ poſt terga Lirino
Bis quadraginta ſulcantes æquora proræ
Iam quas præcipites Rhodani vehit impetus vndas
Scandere feſtinat multo cum robore claſſis
Diuitijs Atelas pollens hanc ſumptibus implet
Vſque Magalonam rapidus quam protulit Eurus
Æolijs boreas tandem procedit ab antris,
Et famulatur ei totus cum nubibus aer.
Arripit vnda rates, ventoque ferente ſecundo
In Catalanenſi conſiſtunt litore puppes.
Fratris frater habet poſitos in colla lacertos
Amplexuque dato dans oſcula iuncta viciſſim
Quid chari faciant vitæ ſolatia quærit

A Gaudia non fuerant nationis tanta Sabinis
Cum præceſſerunt coram genitoribus olim
Natos Romulea geſtantes gente creatos
Vota patrum natos quanta pietate tenebant,
Et nati quantum placidos ſtrinxere parentes
Et quantum fratrum tenuerunt colla lacerti
Viſibus Alphæi carorum lætificati
Ducere robuſto cœperunt gaudia motu.
Cumque ſuo curſu Maius vel Iunius eſſent,
Ecce Dodo Conſul caſtris acceſſit & Atho,
Quos cum tripudio cunctæ videre cohortes
Sedis Apoſtolicæ miſſas a patre ſalutes
Conſtanti cum voce ferunt, ſeriemque laborum,
Quod tardi veniant dicunt ea ordine cauſas.
Tum centum tenuere patres papalia iuſſa
B Boſo pater peragens præcepit ab omnipotentis
Inuictique Dei, qui condidit omnia, parte
Proque pij Petri ſacroſanctos famulatus
Et Domini Papæ Paſchalis in Vrbe Secundi,
Vt Chriſti famulos per quos pia ſigna tulerunt,
Quos baptiſma facit Domini, quoq. regula fratres
Eruat a læuis fratrum pia cura catenis.
Talia cunctorum cœtus turmæque probantes
Intrauere rates pelagum ſulcare paratæ,
Quas tunc quingentas numerarunt ſcripta carinas
Præſul Piſanus quem maxima cura trahebat
Mox ad captiuas acies perducere fratres
Vela dedit pelago primus, tranſitque Salsdon
Hinc ad Dertoſæ fluuium peruenit Iberum
Huius militiæ primus quia ſigna leuauit,
C Piſanoſque duces tantos animauit in actus
Tota ſequendo patrem claſſis comitatur euntem,
Nongentos equites vndoſa per æquora portans
Replet Iberus aquis claſſem ſolatia, pacta
Cum ducibus proceres firmant, firmataq. iurant.
Lapſaque iam fuerat paucorum meta dierum,
Cum dare vela parant ventis aquilonis obortis
Ardua ſed poſtquam ſudantes æquora pulſant
Lenior ingreſſas pontum vehit aura carinas
Nocte quibus tota curſus dedit illa ſecundos
Sol erat incipiens per iter conſcendere cæli,
Quando Colubrarem videruͣt agmina montem
Cum quibus eſt plenus nomen tribuere Colubræ
Accelerant, latet hic cum mox ſaxoſa videtur
Inſula Tyrrhenis, quæ circumcingitur vndis
Spectans Heſperium lapidoſo vertice litus
Hanc Ebuſum memorant vrbi dedit inſula nomé.
D Portus in hoc magnus Magonum vicinia dicit,
Qui valet innumeras ſpatijs ſeruare carinas,
Cernitur Hiſpanæ de partibus eſſe Diauæ
Hinc tenet illa caput, quo fert ſua plauſtra Bootes
Pandis in occiduum dextrum latus inſula ſolem,
Atque latus reliquum ſurgentis ſolis ab axe,
Quiq. nec occaſum, nec prorſus ſpectat ad auſtrũ
Occiduas finem non recte geſſit in oras,
Cunctaque ſaxoſi cingunt campeſtria montes
Geminat innumeras herbas cum fructibus arvũ
Vel ſatis, & dulces fluctant è fontibus hauſtus
Hordea multa gerit, vites quoque terra feraces
Finis ad occiduas qui non bene reſpicit oras
Mille quater paſſus Ebuſina diſtat ab vrbe
Eximij colles plana ſpectacula campi
Intrepidas arces, & mœnis tuta dederunt (cion
Vnde ſinum grandem, gelidã quæ ſpectat ad Ar-

Mmm quæ-

Queque ſuperſtat ei duplex dedit inſula portum
Circumquaque fluunt latices è fontibus orti
Dulcibus herba viret, calami iuncique paluſtres
Celſior a medio porrectus in aera collis
Eximias altis habuit cum turribus arces
Ardua ſed triplices circumdant mœnia muri
Subſiſtunt muris foueæ de monte cauatę
Lata duodenas habuerunt mœnia turres
Arcus ab his quantum poterit portare ſagittam
Turrigeri ſtabant montano robore muri
Difficiles aditus præbebant inuia ſaxa
Hinc quantum forti bis miſſile mittitur arcu
Cernitur exterior deſcriptæ circulus vrbis
Turribus & forti circumdata mœnia muro
Cuius foſſa triplex immunia robora lingit
Foſſa redundat aquis, quas attribuere paludes
Vrbis & in ſummo ſuit arx a partibus auſtri
Mons ſotis æquoreæ pulſatus viribus vndæ
Iuxta quem dederant longos ſinuamina portus,
Altera pars montis, quæ nempe receſſa videtur
Solis ab occaſu, foueas deſcendit ad imas
Inde ſuburbanos deſcendens aſpicit ædes
Sed triplicis foueæ gelida non prorſus ab Arcto
Vſque tenent pontem, pontuſque tuetur & Euro
Mœnia cum grandi poſito ſuper æquora ſaxo
Erectum paries ſaxum ſecernit ab vrbe,
Incipit a portu, protenſus deſinit illic,
Quo mons præruptus ſubiectas ſpectat in vndas
Turriger hinc murus ſummas aſcendit ad arces
Duplex, & triplici cutus munimine foſſæ
Bogaæ flores, & flores gentis Iberæ
Turantur validis Ebuſinam viribus vrbem.
Huius militiæ princeps a Rege ſecundus
Fertur Abulmunzor, fuerat cui tradita terra
Vir fuit ille feroxea prius ab vrbe Gerunda,
Qui poſſet verſus Chriſti baptiſma negando
Vernula fuit Sathanæ, quo non crudelior vllus.

Explicit liber tertius. Incipit quartus.

NOx erat incipiens, præceſſerat Heſperus aſtra
Alphęæ venere rates, Ebuſina iuuentus
Inter conſeptos ſtabat denſiſſima muros,
Buccina repletur flatu, lituique, tubæque
Tota ſonat claſſis, conclamant ciuis, & hoſpes
Sed Latia ſuperat clamor de gente leuatus,
Spicula crebra ferunt, miſſos a mœnibus ignes
Phœbus ab æquoreas poſtquam proceſſerat vnda,
Claruerat que dies populis pugnantibus aptus.
Circumſtant acies, ponuntur in ordine caſtra,
Plurima vallis habet tentoria, plurima collis,
Tranſcurrit campos celeres Piſana iuuentus,
Inuaditque ſuos non pigris greſſibus hoſtes,
Saxa volant ritu pluuiæ de turribus altis,
Tela, ſudeſque ferunt propiores mœnibus hoſtes
Difficiles aditus per dura pericula foſſæ
Piſanæ ſubeunt acies, portiſque ſub ipſis
Non trepidant gladijs duros concidere muros
Ardeſcunt animi pugnantes cominus inſtant
Ictibus aſſiduis clypei galeæque teruntur,
Nec prohibere valet thorax penetrantia tela
Vulnus, & interitus paſſim, ſanguiſque redundãt.
Nox poſtquam veniens feruentia bella diremit

A In ſua Piſani redeunt tentoria feſſi,
Sed remeante die, turmiſque petentibus arma
Machina conſtruitur ſapientum viribus acta
Artificum, turres feriens quæ diſſipat altas
Tunc aries, crateſque ſimul ſunt addita muris
Plena viris etiam per vallum vinea ſerpit,
Qui vario niſu perſtringere robora tentant
Obſita ſtat garabis protectis pontica ripa,
Et quibus armatæ properant ad bella cohortes
Dant animi vires, inadia Mars ſæuit in vnda,
Nec tenet vnda viros, medio ſtant agmina fluctu,
Innumeriſque patent hominum diſcrimina telis
Lis geritur gladijs, pugnæ furit anxius ardor
Turrigeræque petunt muralia robora naues
Bartolos Anfoſſuſque ſimul rapiuntur in vndas,
B Nec vitant ictus, ſed plana per æquora muros
Duriter obſtantes iaculata cuſpide ſternunt.
Huc Opitho virtute potens iam flectit habenas,
Et Maurum pedirem media transfigit in vnda
Altus Parlaſij Petrus, atque Bono generoſus
Guido ſatus iaciunt haſtas mucronibus, inde
Concidunt Mauros, denſantur ab vrbe ſagittæ
Arcitenentiſque ſagas per vrius figit, vtrumque
Et de claſſe viri poſitum ſuper æquora murum
Poſcunt, & celſas inuadunt agmina turres
Tranſiliunt foſſas alij properantius addunt
Ad conſcendendum muri ſuper ardua ſcalas,
Proijciunt lapides iaculantes tela, ſudeſque
De muris Mauri, Piſanaque robora pellunt,
Et inſtant acies, donec ſol feruidus ipſis
C Æſtibus accenſas cogit ſua caſtra ſubire.
Interea currum faciunt ſolitaſque per artes,
Vnaquaque die muros, & mœnia frangunt.
Arripit Alphæos belli violenta cupido,
Et latas intrant pugnantes vndique foſſas,
Tunc demum iuuenes ſubeuntes mœnia quinque
Maurorum cuneos violentis viribus vrgent.
Hi contra iaciunt lapides, qui tela fugaces.
Quatuor ex illis iacti, tranſcurrere ſaltu
Non dubitant aditus, quintuſque remanſit in illis
Pipini natus, ſocij quem deſeruerunt.
Quid faceret? vel cuius opem pugnando rogaret?
Proijciunt lapides in eum de turribus altis.
A ſcapulis murus, contra quem plurimus hoſtis.
Figitur innumeris telis, varijſque ſagitti a
More viri pugnat quindenis natus ab annis,
D In ſe conuerſos ſternitque viriliter hoſtes
Cum tamen illorum nimium petit impetus ipſum
Corruit, & pariter fundit cum ſanguine vitam,
Innumeri ſubeunt membris puerilibus enſes
Mauri lætantur, ſocij ſtant cæde dolentes.
Exercetque ſuos dum gens Piſana labores
Tormentum mirum labentis ſolis ab axe,
quod longo tractu muralia robora pulſat?
Fecit Orſicades, ſimul & teſtudinis artem
Lætus in hac aries murales ſternere curſus
Nititur, & penetrat impulſu præpete muros
Aſt Ebuſitanis non eſt ad prælia diſpar
Ingenium, totas denſo certamina vires,
Cumque ſuas faciunt non æquis viribus artes
Piſanos tentant penitus conſtringere vlnis,
Dum magni lapides, quos ardua machinæ portat
Ingentem certant muris inferre ruinam
Protegitur murus pannis, laniſque tapetis

Et

Et turres habuere ſui muninnius veſtes
Fulcraque collatæ luſerunt ſæpius ictus
Molis, & appoſitæ texerunt cætera crates,
Sicut aues reparant nidos quos deſtruit aura
Cum tremulos venti vis concutit aere ramos,
Sic Ebuſitani muros, ac mœnia cuncta
Sollicití reparare ſtudent, præſentia quorum
Aſſidue vigilis tenuat ſua robora cura.
Fecerat in muro plures teſtudo feneſtras
Cuius Oriciadæ formam conſtruxerat Actus.
Iam quoque caſuram credebant agmina turrim.
Cum ceſſare iubent patres teſtudinis actus.
Electi donec iuuenes mittantur in illam
qui captam teneant ſummis cum viribus vrbem.
Sancte tuum feſtum Victor laudabile multum
Forte celebrabat mundus, Pianes ſuper aſtra
Quando leuata fuit martyr, virgoq. decora
Luce ſub hac curſus medios iam Phœbus agebat
Aeſtus erat grandis tecum rogitaſſe putatur
Cælica turba Deum Piſanus Præſul, & omnis
Firmiter orabat ſancto cum Præſule Clerus,
Quatenus ipſe ſuis pugnantibus auxilietur
Diuinus . . iantos audiſſe rogatus
Creditur, & fuſas lacrymas monuiſſe Tonantem
Deuiat eſſe Dei quiſquis tales negat actus
Et pro poſſe ſuo non laudat cunctipotentem
Exiemplo medium dum carperet æthera Titan
Mota fuit turris grauiter ceciditque patenter,
Intremuit locus, & puluis vicina repleuit
Inconſumpta iacent menſis conuiuia: fertur,
Prorſus introitum Latius ſeu Gallicus hoſpes,
Vgo qui Piſis comitum vice præditus extat
Et Dodo Teperti clarus per prælia natus
Ac Cunithoniades animis decoratus, & actis
Et Catalanenſis quidam bene promptus in armis
A portu pariter per portas ingredientes
Inuadunt Ebuſum, ſternunt, feriuntque feroces
Viribus, & perimunt lætis ſucceſſibus hoſtes,
Qualiter armentum tygres per rura ſequuntur
Quando potenter eas ieiunia longa coercent
Haud ſecus heroum gladijs pagana fugantur
Agmina tunc reliquis ſuccurrunt vndique turmæ
Nulli parcentes, ſæua iugulantur, & ætas
Hinc aditum quendam retinebant Iſmahelitæ
Maurus ibi pugnabat atrox metuendus in armis
Et ſerus acceſſus cunctis prohibere putabat,
Erigit Ildeprandus in hunc ſinitraaius enſem
Cædentem mirum mirando recidit in ictu
Qui per rupturas intrarunt denique muri,
Barbara concidunt fugientum corpora ferro
Tunc percuſſa cadit gladijs Ebuſina iuuentus
Hic caput atque manus, illic ſunt crura pedeſq;
Quaq. pedem faceres hominũ proiecta iacebant
Eruta corporibus morientum millia calcant
Belligeri cunei, ſed qui de cæde ſuperſunt
Aſcendunt medios inter duo robora muros
Altera turba ruens fugit ad ſublimia ſaxa
Quæ ſuprafati ſpectantia diximus æquor
Inde ruunt partim, partim truncantur, & illinc
Rupibus è ſummis ſalſas iaciuntur in vndas
Hic malus eſt ſaltus quem Mauri tunc didicere
Qui non fugerunt, ſaxoſis ictibus, & non
Continuere manus, de muris præcipitati,
Vndique confracti media iacuere platea

A Declinat medios dum Titan in æquore curſus
Pugnanteſq. viros, & feruidus æſtus agebat
Vrbs vbi prima fuit diuino victa vigore
Altera victores veniunt ad mœnia portas
Et ſuperna aditus perfringere marte laborant
Multi ſoni reſonant varijs tambnnibus vſus
Saxa volant, miſſæque pluunt vtrimque ſagittæ
Hortantur proceres pugnantes fortiter alas
Vtraque turba fremit, penetrant ad ſydera voces
Aſcendunt geminas dum pugnat agmina turres
Et ſuperare putant reliquam velocius vrbem
Accurrens Ebuſina cohors violentius hoſtem
Impetit, & ſaxis, telis, ſudibuſque repellit
Perque cohærentes cogit deſcendere ſcalas
B Poſtquam bella viris in nullo commoda præſtant
Mox ſua caſtra mouẽt, & barbara tecta ſubintrant
Sed defunctorum ne corrumpantur odore
Traditur extinctus flammis crepitantibus hoſtis.
Poſtera lux oritur conſurgenteſque cateruæ
Tendunt in reliquam ſtudijs ardentibus vrbem
Nocte dieque ſuas exercent fortiter artes
Lux octaua redit, turres feriendo reclinat
Machina, teſtudo perfringit ſedula muros
Cum nox tranſierat vicinæ proxima luci
Aurora patuere fores Phœbus quæ reddibat
Protinus aſcendunt ſuper altas agmina turres
Barbara turba pauet, celſaſque recurrit ad arces
Alphæus populus defuncta cadauera calcans
Hoſtiles cuneos gladio proſternit, & haſta
Dumq. ſatis properant ſuper ardua ducere caſtrũ
C Mœnia Dominici ſolers quod cura parauit
Telorum nimbi ſumma mittuntur ab arce
Sarnicnlaſque ſuper volitant ingentia . . .
Sed Chriſti pietas, diuinaque gratia quantum
In ſe ſperantes ſemper ſuſtentat, & auget
Humanæ nequeant ad plenum dicere linguæ
Nam Chriſti facto qui noſcitur omnia poſſe
Victoris feſto qui primam vicerat vrbem
Huius in octaua meruit ſuperare ſecundam
Piſanus populus ſemper confiſus in ipſo
Victores tandem captos retinere laborant
Et ſeruare locum; patres deducere caſtra
Circumquaque iubent, perent, aſt obſidionem
Mœnibus incluſis omnes viciuius addunt
Nulla quies cuiquam tenebris vel luce dabatur
Turres tormentis altas, muroſque petebant
D Quæque graues longe dimittit machina moles
Mœnia celſa petens portabat ad vſque feneſtras
Cautes internas ſternendo ſæpius ædes
Vicinuſque malus cui non erat agmine compar
Sublimem tractus crebro feruebat in aulam
Nunc vltra turres lapides portabat, & infra
Et de ſacrilegis faciebat; ſæpe ruinam
Talibus, & reliquus populus Piſanus agebat
Artibus, & duros tentabat vincere caſus
Tum Guidorubeus ſimul, & Catalanicus heros
Incaſſum miſſas non dirrexere ſagittas,
E contra Mauri bellantia ſæpe petebant
Agmina, non parili facientes prælia dextra
Sæuus Abulmunzer ſuper ardua mœnia demum
Aſſiſtens, fractam defleo lumine turrim
Spectabat triſtis, eam ſinuauerat arcum
Villano genitus qui mittens ſpicula contra
Spectantem medio defixit gutture Maurum.

Iuſauit pridem per iura Machaniatis ille
Incolumem cuiquam ſe nũquam reddere terram
Tunc ſibi ſubiecti ſuaſerunt talia ciues,
De iuramento nulla ratione teneri,
De nuper facto fuſi docuere cruores.
Sanus enim non eſt, cui figunt ſpicula guttur
Ergo tui compos citius fac deditionem,
Et te nobiſcum pariter de funere ſetua.
Motus erat princeps dictis, precibuſq. ſuorum.
Mittitot Alphæus ducibus, qui nunciet iſta
forma placet pacti Piſanis protinus illi,
Nil dubitando Viri ſine conditione dederunt
Omnia, ſe pariter mortis terrore remoto,
Tunc pie Laurenti, mundus tua feſta colebat.
Te venerande Deum placido mouiſſe rogatu,
Autumat Eccleſiæ populus, creduntque fideles,
Cum vexilla ſuper poſuerunt agmina turres.
Ter Domino laudes totum cantauerat agmen,
Cornicinumq. dabant voces lituiq. tubæque
Tinnituſque pios reſonantia ſigna tulerunt,
Conſcendũt proceres ſummas properãtius arces,
At commune iubent ſpolium properãter in vnũ,
Accumulare locum, turres, & mœnia cuncta
Certatim ſternunt auidi turreſque coæquant.
Tranſierant bis ſex rapida vertigine menſes,
Et celer actus erat varijs ſudoribus annus
Tempus erat, quo ferre ſoles auguſte racemos,
Cum citius ſolito portarunt agmina muſtum,
Declarantque patres cœptas cum litibus iras,
Quas prædatorum tumidi mouere furores,
Vulgus ab introitu captæ regionis, & ante,
Quam populos quicquam ſuperaret bellicus vrbis,
Collectam paſſim prædam de rure trahebat,
Dumque viri fortes muris tormenta pararent,
Ignaruio vulgus ſtudium fornacis agebat.
O quantus ſtudijs panes venduntur, & illud,
Vnde monetam replent marſupia nummi,
Poſt hæc ex ſpolijs, quæ comportarat in vnum,
Alphæus populus, mouet anxia turba ſuſurros,
Et repetit patres partiri capta recuſat,
Hi quibus interitus lacerat Maiorica mentes,
Neue moram faciant ſpolijs retinentibus illos
Partibus, in tutas prædam poſuere Carinas.
Soluuntur claſſes, freta remis eruta ſpumant
Vela tumẽt Zephyris liquidas rapit aura procellas
Adueniunt Balaam, Latij comitatus, & illi,
Qui propter Balaam cæleſtia ſigna tulerunt,
Eſt ſinus haud modicus Balea de partibus auſtri,
Fortius inſtar habens vbi cornua bina videntur,
Per bis mille decem, quæ ſunt diſtantia paſſus,
Replet vtrumq; latus Libyco de litore raptus,
Pontus, & Arctoas finem diſtendit in oras,
Quod ponit finem ſinus, hic de parte ſiniſtra.
Vrbs antiqua fuit ratis habitata colonis,
Vnde feræ gentes ab Iberis finibus actæ,
Naugio celeri duce præcedente Moaliac
Chriſticolis pulſis plures poſuere penates,
Hic vbi lata ſtetit celſis Maiorica muris,
Inſula diſtat ab hac breuis, vt per millia quinque,
Quæ complexa ſinu læuæ ſtat proxima terræ,
Portus ad hanc latus Rhodum vicinia dicit,
Vrbis ab hac poſſunt ſublimia mœnia cerni,
Ob quam Piſani tantos habuere labores,
Illa dies ictis populis octaua refulſit,

A In qua felicem matrem ſuper aſtra recepit,
Virgo tua partus, de qua Deus eſt homo factus,
Parua venientes, qua congregat inſula puppes.
Luxq. ſequẽs fuit hæc qua Chriſtus morte reſurgẽs
In mundo genitis vitam dedit, atq. ſalutem.
Hac de plebe viri latices haurire volendo,
Nauibus egreſſi per rus gradiuntur inermes;
Aſt equites regionis erant in valle latentes,
Qui peditum plures incautos aggredientes
Truncarunt gladio, quondam cepere, ſuiſq.
Duriter adſtrictos ſecum duxere capiſtris.
Hinc cũ conſulibus proceres triſtantur, & omnes.
Tum Petrus Antiſtes populos hortatur ad iſta.
Tat iſteos aditus properauit veſtra voluntas
Dixit, & oſtendit Balearica mœnia dextra,
B Captus ibi fateor, veſter pius atq; Creator.
Dicitur in membris, quis non pugnabit, vt ipſum
Eruat, ipſa licet mortem ſibi bella minentur,
Vos tamen in bello lethum nolite timere,
Non niſi pro bello vitæ, quia poſcitur auctor,
Atque dator vitæ, cunctis qui præparat vſum,
Et qui pro nobis Crucis eſt in ſtipite fixus,
Cum captis captus nunc permanet, atque ligatus,
Vt det opem vinctis, trahat & de nexibus ipſos,
Qui captũ Dominũ, pugnamue relinquit agẽtam,
Iuſte . . damnatur, digne priuatur honore,
Et manet infamis remotus ab vrbe, foroque
Hoc & Boſo pater, præſul quoq. Carratitanus,
Comparibus verbis, lachrymiſq; fluentibus addũt,
His dictis ſedet in tranſtris feſtina iuuentus.
C Et placidas molitur aquas in carbaſa ventus
Perflat, & amotis ſulcantur nauibus æquor,
Non volucres tanta pennæ leuitate feruntur,
Quanta rates leuitate pacata per æquora vectat,
Miratur Baleæ populus candentia vela,
Et defixa tenens in claſſem totus tyrannus,
Lumina, dat lacrymas magno cogente dolore,
Inde metum reprimens quotquot rexiſſe putatur
Permixti ſexus educit ab vrbe cateruas,
Vt late viſus venientes terreat hoſtes,
Totque licet turmas ſparſas per rura viderent,
Audaces quorum commouerat inſula mentes,
Haud trepidare valẽt, quos ſpes præclara fouebat.
Pinea ſylua fuit, qua lata patebat arena,
A muris Baleæ, ſeu per ſex millia diſtans,
D Ex qua parte ſuo Titan petit æthera curru, (ſum
Crura palus, & Põtus geminum arguit vnda rece-
Ortus, & Occaſus nemoralia rura petenti,
Siccato dant aditum, loca Ramora cõmemoratur.
Siue Foreom quidem, plures dixere Catinos.
Hic vbi plana citæ tenuerunt æquora proræ,
Et ducunt properanter equos, properantius arma
Sumit, & ignotæ luſtrat loca cernua terræ,
Bellator populus, quem iuſtior ira monebat.
Qui ſibi commiſſas aliquas habuere cohortes,
Diſpoſitas ipſas ſectari ſigna iubebant,
Poſt hæc regis eques tatus progreſſus ab vrbe,
Iam caſtris poſitum vidit de collibus agmen,
Quem Piſanorum rapidus comitatus equeſtris,
Ipſum dulcis aquæ fugat, vſque ſecutus arenas,
Qui tonitens Luidis, ſolet in regione vocari.
Nox redit, excubias faciunt vigilantia caſtra
Eximiamq; ſatis fulgentia ſydera noctem,
Reddunt, ſigna Polus demonſtrat nocte ſub illa.

Stella cadens diuiſa comas per mille videris
Diſperſum Baleæ ſignat diuiſio regnum.
Ad Baleam clamat populus, nos fidus ad illam
Crinitum properare monet, properare potente
Eſt ſuperare datum nobis Balearica regna
Syderis in Baleam radios cecidiſſe videns
Lux rediens fuerat, qua ſancti Bartholomæi
Feſta celebrabat læti deuotio mundi:
Purpureus Titan radijs fulgebat, & aura
Nulla fuit, quaſi lac placidi maris vnda iacebat,
Admonet Alpheus ductor, rectorque Pyrenes
Ordinibus factis aliquantum caſtra mouere
Quēq. ſequi ſua ſigna monet, ſit prōptus in armis
Qui cupit alterius dixit conquirere fines.
Paruit haud monitis iſtis auidiſſima belli
Gens, & torrentis modo dicti tranſijt hora
Claſſis, & ad campos vicinos mœnibus vrbis
Plenius egreſſæ fixerunt caſtra cohortes.

Explicit liber quartus. Incipit liber Quintus.

SPectabant acies auidæ certamina Martis
Vnde ſuū quisquis pugnans cōcurrat in hoſtē
Barbaricus campus Mauris, diriſque Nigellis
Denſus erat, clypeos alij tenuere rotundos
Pars adoperta fuit capitis Latialibus armis
Tunc eum Piſanas, quondam piratica cepit
Turba rates, monſtrarque ſuos gens torua vigores
Hinc tunc procedens natus Bellonius Vgo
Mauretuſque ſimul, gyro rapiuntur equeſtri
Primaque Maurorum cuneos ad bella laceſſunt,
Hinc Biſoctoni Piſana gente creati
Heroes comitis ſectantes ſigna Leuanni
Hoſtibus incurrunt medijs, denſaſque cateruas
Sternere non ceſſant, Libycorum more Leonum
Dant quibus introitum Baleares protinus alæ
Et circumfuſo velociter agmine claudunt:
Ac retinere putant, quos ſpes ſatis improba fallit
Ipſa pericla parant, animos vireſque miniſtrant,
His quibus internæ torquent præcordia curæ
Sternunt quique ſuum, perimuntq. ſagaciter hoſtē
Et quacunque ruunt, campus patet amplior ipſis.
Et veluti Rhodij ſternunt perimuntque volucres
Quando relucenti ſcindentes aera penna
Aggrediuntur aues, laniatque parentibus artuis;
Sanguinea pariter miles Piſanus in haſta
Viribus infractis Baleæ terit acriter agmen
Et redit illæſus cunctis mirantibus actum.
Poſt hæc in geminas Baleæ miliſque pedeſque
Diuiditur partes: campos alij tenuere
At iuxta fluctus quidam venere marinos,
Oppoſitumque petunt Piſanum durius agmen
Erectiſque premunt rariſſima cornua ſignis
Alpheæ cedunt ſed lentis paſsibus alæ
Et contra poſito nunquam flectuntur ab hoſte
Ex Arelatenſi numero Guillielmus ad iſta
Prælia Bernardus Mildace Dancte creatum
Sternit, & in ſtratu dimiſſa cuſpide ventre
Aggreditur, Mauri ſocium de cæde reportant.
Tunc vexilla gerens Piſanæ ſignifer vrbis
Valandus, cuneos in campum ducit apertum
Hinc Ildebrandus ſanctæ vexilla Mariæ
Conſul habens, dextra ſæuos incurrit in hoſtes

A Sedis Apoſtolicæ vexillum detulit Atho
Et diras petijt violento milite turmas.
Hos dum Piſani belli feruore ſequuntur
Inter condenſos rapiuntur protinus hoſtes,
Inde Pyreneæ gentis generoſa poteſtas
Clara ſequebatur, cuius vexilla cohortes
Puluerulenta petit galeato milite rura,
Huius ſigna Ducis Gerardi cura Lemanni
Geſtat, & ad læuam procedunt agmina portam,
Quæ patet ad claram ſurgentis lampada ſolis
Ac ſalſæ vicina magis cognoſcitur vndæ,
Hancq; ſenex aciem ſequitur comes Ampurienſis
Cui ſatis exstiterat rector Balearis amicus,
Et ſubijt pugnam vallatus milite forti
Procedunt acies; & vi certantur vtrimque
B Eminus obſtantes decertant Iſmaelitæ
Hi iaciunt lapides, iaculis pars apperit hoſtem
Telorum tegitur tenebroſis nubibus aer,
Hinc diræ veniunt in equos, homineſq; ſagittæ
Mars furit, & magnis reſonat clamoribus æther
Tunc Latiæ turmæ mortis terrore remoto
Incurrunt Mauris, & pugnæ cominus inſtant
Exeritur gladius, ecliatque volatile ferrum,
Terra cruore madens morientium ſubſtat aceruis
Toto mixta ſonant gemitus certamina campo,
Vgo Patiaſij tectis nutritus & ortus
Aurea quæ geſſit quatiens venabula dextra,
Pugnantis contra per pectora miſit Alantis
Ille cadit properante equo, fuſoque cruore
Tartareas flatum citius tranſmittit ad vmbras
C Occurrens Cytharon caſu commotus amici
Vgonis penetrat durata cuſpide ſcutum
Ille quod haſta breuis contingere non valet hoſtē,
Enſe vicem reddit, pugnoque reliquit adempto
Hunc te Perciades Dodo, Bernarduſque ſecuti
Ferratas feriunt minitanti cuſpide portas
Vtque redire parant, duo qui redeuntibus obſiunt,
Occumbunt pariter Barbimas Hiſpanus, & Ander
Guttur in vnius Dodo poſtquam miſerat haſtam,
Cæde cruentatum traxit cum cuſpide pannum,
Sed quod ferre poteſt Bernardi dextera telum
In latus Ander hades, manes ad tartara raptos
Accipiunt, Stygiæque patent properantibus aulæ
Viderat Vrbanæ pulſantis limina portæ
Rex Baleæ, reditum prohibere nequiſſe.
D Quæ tutabantur Balearica robora turmas,
Rebar, & hos homines ait, & iam credo leones
Dux Catalanenſis ſæuum Moldonea poſcens
Primus ait noſtris, quoniam te viribus offers
Integer haud poteris noſtros euadere viſus,
Protinus vrget equum, teneras nec flectat habenas
Thoracem clypeumque viri læuamque papillam
Teloni transfodiens, per dextrum præterit armum,
Ille ſupinus equo ruit, haſtaque ſanguine ictu
Aurea ſed Comitis cuſpis datur altera dextræ,
Quæ vibrata feros proſternat & Iſmaelitas
Gerardus Porion proſtrauit cuſpide vaſta.
Iaque viri pectus vexillum miſit & haſtam,
Dauidis Vmberti penetrauit lancea coſtas
Ildeprandini Danius transfoditur haſta
Rodulpho geniti Garſias ſternitur enſe
Rolandi ſæuum ruit in Darera Recuccus.
Et velut haſta fuit de dorſo pellit equino
Gerarduſque comes rector Dominutq; Leuanni

Dum

Dum furit in Mauros miles per bella probatus
Fraſcinea Lelapbum pugnantem perculit haſta
Atque viri ſcapulas ictu penetrauit eodem
Stratus vtraque ruit tanto deiectus in ictu
Cui ſonipes violentus erat, violentius actus
Puluereum campum cum corpore preſſit herili,
Seque regentis heri fregit labendo lacertum
Rainerius cum Tegrino Raineria proles
In coacervatos ibat promptiſſimus hoſtes
Sternit, & hic Lephaton Tegrinus Alanee creatū
Caietanus ibi Gerardum cuſpidis ictu
Cerbereas Rachium transfixum miſit ad oras
Guiſcardus Hilion lethali vulnere ſternit
Hinc Albertinus claro Bellonime natus
Per fauces medias ingentem fixit Anetem
Atrocem Lauim venientem Guido Butenſis
Excipit, & victum Stygialibus aggregat vmbris
Saucius ipſe tamen grauiter certamine cedit
Ildebrandinus Iulictæ filius haſta
Fundit Ilerdenſem generoſum ſtirpe Gairum
Ingentem Gualandus agens, Gualandica proles
Haſtam, quam validus vibrabat vterque lacertus
Immanem Libyeum duro reſupinat in agro
Terga Rachis penetrat Gualandi frater in ictu
Cuſpidis Albertus, miſſo per pectora ferro
Haſta virum fortem ſtrauit Moliſena Dodonis
Conſulis, huius equum celeri penetrante ſagitta
Gauſmaro genitus fama decoratus equeſtri
Vgo Dianenſem telo penetrauit acuto.
Mortiferum fecit transfixo gutture vulnus
Sicherius frater Gualandi perculit Idam
Hinc Muchatellus ruit Ildebrandia proles
Et fudit Gurion quem Corduba miſit ad arma
Vgonis proles Albertus impulit Ermon
Anticum Libycum Lanfredi dextra peremit
Strauit Ilerdænum Mathildæ filius Vgo
Inde Sapibonides campo deiecit Ariſten
Atque Soffredutius transfodit cuſpide Maulam
Popilienſis equum velocem ruſticus vrgens
Per lumbare Tanes haſtam tranſmiſit acerbam:
Mittit in hunc iaculū magno conamine Nelops
Perque viri corpus lethalis lancea tranſit
Acrior hic Maurum telo transfigit eodem
Treſque necans alios horrēdum mandat ad orcum
Aſt vbi membra viri ſunt euacuata cruore
Felicem moriens tranſmittit ad æthera flatum
Occubuit Garathas Rubei Guidonis in haſta
Indiguitque tui Cliton ſuberanus amoris.
Cui latus Abbetis tranſiecit lancea dextrum
Ceruicemque viri mucrone reſoluit, & agri
Puluere proiectum pedibus ſubmiſit equorum
Extincti ſocius feruenti concitus ira
Te Viuiane petit violentus ob arma Galindus
Et iugulare cupit pro morte libenter amici.
Non fugis audacem venientis militis ictum
Præſentemque virum properantē ſternis in haſta
Conſortemque necis vitæ coniungis amico
Albicione iati clarus Lanfrancus ob arma
Filiis obſtantem Dedum feriendo peremit.
Hinc Arabis fugientis agens cum cuſpide lumbos
Compulit, hunc læua ſellæ de parte labare
Rarus equis, denſiſque pedes de parte marina
Barbaricos cuneos pugnæ ſtridore coarctat
Pugnantemque refert ſummis conatibus hoſtem

A Alphæi pedites Domino præſtante vigorem
Hic plures faciunt enſis ſeu cuſpidis ictus
Ictibus attritæ cum iam tolerare nequirent
Prælia barbaricæ redeunt ad tecta phalanges
Et firmant duro ferratas obice valuas
Mœnibus incluſis diſcurrens vndique Rector
Anxius imperitat maneant ne cardine clauſo
In campum redeant, & prælia dura repoſcant,
Ac repetant duros patrijs pro legibus hoſtes
Et nec deficiant, nec vinci ſe patiantur
Proponens laudis quantum victoria præſtet
Et quantum tribuat victoribus vtilitatis
Quantaq. cū damnis fœdent opprobria victis (ſtas
Quos fugit omne decus, quos deſerit omnis hone
Seruitium, dolor, hinc triſtitia quæque ſequūtur
B Et lachrymans adiurat eos per delubra regni
Ne metuant populos quos lex Machamatis odit
Sed ſic decertent deuincere quatenus ipſos
Et ſub perpetuis valeant retinere catenis.
Qui ſe nec ne tuum cupiunt diſperdere regnum
Hæc ait, & cunctis animos vireſque reducit
Hortantur Proceres regem, prohibentque timere
Atque mori ſpondent potius quam cedere bello,
Signa capit Burabe; reſeratur dextera porta
Proſiliunt turmæ properant ad bella manipli.
Diſpoſitis ſignis Burabe iam ſtabat in agro
Dextras agebat Alas dextræ vexilla cohortis
In læuo cornu rotuo curante Corace
Plena dabant voces humano claſſica flatu
Nec tuba bella mouens nec buccina defuit vlla.
C Cum ſic diſpoſitos ſanctæ videre cohortes
Directis igitur properant in prælia ſignis,
Et dextram pariter ſatagunt inuadere portam.
Denſus, & innumerus tuctat quā barbarus hoſtis
Quæ quoq. Phœbe tuos claros ſpectabat ad ortus
Iam Guilielmus adeſt dominus montis Peſulani
Qui rata ſigna dabat clara comitante caterua
Et velox tantis ſeſe conflictibus offert
Dux Herbonenſis de nomine dictus auito
Fulgentes acies decoratas milite forti
Præcipit ante ſuos properanter ſiſtere vultus
Nominat ille ſuos, largos quoq. ſpondet honores
Quos videt audaces geminato robore firmat
Signiferumque monet nullo trepidare timore
Anteque fraternas promptum contendere turmas
D Iuxta Raymundus pugnam feſtinus adibat
Cui ſedes Arelas, cui Balcia tellus origo
Hic Arelatenſes promptos in prælia firmans
Admonet vt nolint de poſterioribus eſſe
Petrus ad hanc litem Groſſus non ſegnius ibat
Hortatusque ſuos equites poſt cuſpidis ictus
Ne ſint immemores inimicos enſe ferire.

Concurrunt partes, miſcentur vtrimq. manipli
Saxa ruunt, volitant denſiſſima pila per auras
Martia ſigna canunt, ſubeunt ad ſydera voces
Ira, furor mixtos inter ſe concitat hoſtes
Telorum nimbis clypei, galeæque teruntur
Arma ſonant armis micat ictibus horridus enſis
Vulneribus miſſo ſatiatur ſanguine tellus,
Labentumque tegunt extincta cadauera campos
Henricum Milgdss poſcunt Neriuſque, ſed eius
Prædurus clypeus iaculum propellit vtrumque
Hos validos ſequites Dertoiæ finibus ortos
Cum Sigonundiade Guimthone creatus vtroque

Trans-

Transfodiens ambos de tergis ſternit equinis,
Atque ferus Perithon, ſocius necis eſſet eorum
Subſidiatorem Baleæ, quem Corduba miſit
Sed centum ſociis Hiſpana per æquora vectum
Hi faciendo fugam cicius ſicaſſet habenas
Tunc Erithone ſatus Danacn, Gerardus Arontam,
Viribus inſignes proſtrarunt conſul vterque
Diſſecat obſtantes cuneos tunc Baleius heros
Proſternens Arabem perimitq; terendo Coſellum
Beltraminus fratrem ſtrauit Nilgdona Coracis
Vgo de Landa penetrauit cuſpide Tagum
Et tulit enſe caput, poſt hæc iuuenilibus actus
Viribus Vmberti cadit Alcimionius Imon
Sed Petri fratris deiecit dextra Nicalem,
Vrget equum Sacriſta potens Ramundus, & haſtæ
Nelſobem valido percuſſum foditat ictu,
Sonipedemque rapit precii non vilis habendum,
Armigeroque ſuo geminatas tradit habenas.
Tunc Ildepandus conſul dirum Niceronta
Transfodiens ferro per pectus dirigit haſtam
Vexillumque trahit madefactum ſanguine Mauri
Petums Parlaſij bello quem miſerat ora,
Aggreditur Balager grandi retro pellitur ictu
Militis Alphæi Aeula percuſſus ab haſta
Ad ſocios igitur fugiendo retorquet habenas
Transfigit haſta Dodon Puſij vibrata lacertis
Hocius enſe cadit, quem Gelli filius Oddo
Viribus aſſumptis ictu transfuerberat imo
Inſignes equites Peſulani monos ad iſtos
Aduenjunt ictus, Guilielmi ſigna ſequentes
Dalmatius caſtrenſis ibi Molphænida letho
Suppoſitum fecit per acutæ cuſpidis ictum,
Et muti vetuli . . . Sichardus Emonem
Petrus Amunta petens, Bernardus Amunte creatū
Proiicinot, perimuntque ſimul Feoccardia proles
De villis Balei Machumata vaſta Guidelmi
Lancea tranſiens, tum Berengarius Oran
Veruntæ miles perimit ſociatque gehennæ
In Raymunde Midan, cui præbet Eradius ortum
Dertoſane cauas foueas penetrare Vilelmi
Cuſpide cui ſedes fuerat Prainanica tellus
Dua Aimelricus ſpecioſis clarus in armis
Occupat obſtantes feruente vigore catervas,
Cui ferus Alcimio fatis properando ſiniſtris
Occurrit cupiens vlciſci funera nati,
Præuenit hunc Aracis ductor, nec deuiat ictus
Per pectus volat haſta tenax vmbone forato
Occidit, & moriens præmordet dentibus herbam
Fraxinus Henriel te pectoris Atila fixit
In medio, ferrum virtus cuncta retraxit
Et Puſij frater Lambertus Agranta peremit
Minolon ad Eſculea dictus Rainerius ora
Horrendum timnim fiat Ricapecora Carben
Inque Valentinum Glegonem Poarmius haſtam
Per ſcapulas miſit lævam feriendo papillam
Traiectumque virum medio proſtrauit in agro
Pharion Hiſpanus Gninacelli ſternitur ictu
Dum cadit . . . ruit inter loca fugacis
Cuius Saltatus traiecerat ilia virga
Quando duos pariter fiait iaculando nigellos
Gerardi proles Opizo cum pube ſuorum
Inuadens aciem, ſatagit proſternere Mauros
Gaufredus Parthum, Raynerius proterit Afrum
Conſortiſque necis fecit germanus vterque

A Marinialnus hic Bernardus Ilones letho
Donat, transfigens cædeno cuſpide coſtas
Cuſpide Silleti ditus proſternitur Olphes
Grimaldus Alcheon ſternit Maureus Edonem;
Vndique diſcurrens rector Catalanicus hoſtes
Diſſipat & ſocios hortans dante firmans
Ampuriæ fortes equites, & Duſilientes
Subſidiando duci, dant plurima funera Mauris
At Petri Groſſi deiecerat haſta Coracem
Cuius promptus eques multos patrauerat actus
Sed iugulare virum cum iam mucrone paraſſet
Currentes Mauri ſocium de cæde tulerunt
Signifer Alphæus medios violentus in hoſtes
Currit, & exacuens fortes in bello ſodales,
Vt reliquas proſternit aues Regina volucrum,
B Sic ſic hoſtiles tenet inſiſtendo phalanges
Barbarici ſtatim cuncti turbantur, & inde
Conuerſi fugiunt, Piſani terga ſequentes
Vrbanas inter propellunt agmina portas.
Innumeri capiuntur equi, capiuntur & arma,
Et fuſi per rura lacus iacuere cruoris
Altius aſcendens Phœbus contraxerat vmbras
Ad ſua victricea redeunt tentoria turmæ
Bellica per campos Baleæ iam facta patebant
Eaunctoique viros fuſos ſpectare per herbam
Barbaricus populus ſimul & Piſana volebant
Agmina legati veniebant atque redibant
Accipitres veſtes priuataque dona dabantur
His quibus Ampuriæ comes hæc tribuenda mone- (bat
Vendita ſic pietas, tunc multum deuius heros
Regi tranſmittit chartas, recipitque latenter
C Huius ſcripturas quæ reſcribuntur ad ipſum
Pelliſer interea dum fœdera quæreret hoſtis
Quos diuinus amor non præda, nec vlla ſimultas,
Sed Chriſti pietas ad iuſta vocauerat arma
Captiuos omnes ſub conditione volebant
Nazacedeolus certa ſine lege paratus
Reddere non fuerat, nexuque fameque coactos
Carceribus diſtentos attenuando necabant,
Ac Pharaoneos retinens in mente furores,
Quæ ſpondebat heri, cras inficiando vetabat,
Vtque doloſa vident patres colludia Regis
Solantur populum, populus ſolamine gaudet
Dum trutinare nouos nituntur pectore ſenſus
Mox recolitque dies, nam præterit vnus & alter
Caſtraque paulatim mutata propinquius extant,
Mœnibus, ac creber procedit ab vrbe tumultus
D Optime Dalmati, quem tu non lentus adibas,
Nam crebro factæ pugnæ non tardus adeſſe
Cerneris in tantum pugnæ tibi ſuppetit ardor,
Ergo die quadam paucis comitantibus hoſtes
Corde volente petens, ſociis abſiſtere iuſſis
Cum geminis ſolus vadis contendere Mauris,
Viribus ergo tuis proſtratus corruit vnus
Alterius mox dextra tibi penetrabile ſcutum
Transfigit; mediam penetrat quoq; lancea coſtam
Hinc patet, eſt miles non loricatus inermis
Stratus equo pugnare paras, ſed vulnere factus
Debilis innumeros equites ſine lege ruentes
Decidit excipiens, feriens te barbarus enſis
Decapitat, felix tranſmigrat ad æthera flatus.
Talia bellipotens vt concipit aure Villelmus,
Dat lacrymas triſteſque viri de funere queſtus
Profundit, nec ad iſta vacat, ſed clamat ad arma
Vlci.

Vlciſcique necem iugulati currit amici
Heroem centum ſectantur ob arma micantes,
Qui promptos geſtare ſolent ad bella vigores
Accelerat, campumque petit, ſua mœnia Mauri
Iſta meditantes properatis greſsibus intrant
Militis acquirit vindex modo cum nequit eſſe
Gothica turba caput, mutato denique Mauro
Ante diem domini ſemper qua proxima fulget
Lux rediit, qua tempus erat ſine turbine clarum,
Iamque ſui curſus nonam perfecerat horam
Phœbus, cum ſorteaſecedunt ad prælia Mauri
Chriſticolaſque putant ad caſtra requirere tantum
In numero fidorum equitum peditumq; potenti
At cauti pedites currunt lętanter ad arma
Piſani, viſoſque petunt non ſegniter hoſtes
Spicula, tela ſimul lapideſque venire per agros,
Et pluuiæ ritu poteras ſpectare ſagittas.
Pugnæ ſæuit amor, Piſanis robur abundat,
Dumque ferunt ictus, dum totis viribus inſtant
Iſmaelitarum cuneos in mœnia mittunt
Et certant ſummum robur proſternere valli
Calcatos equites ſubeuntes limina portæ
Transfodiunt & equos fortes durantibus haſtis,
Summaque proiiciunt murorum, nec ſecus ipſas
Concutiunt portas, funduntque viriliter hoſtes,
Denique conſpiciunt geminæ fundamina foſſæ
Muantes muros, & detentacula circum
Diſcrepat a viſu quicquid peruenit ad aures
Vrbis, multorum ſubit in præcordia terror.
Diffidunt igitur multi, tremulumque reuoluunt
Ore ſilente caput, tanto pro robore fortes
Ipſi deſperant vrbem ſuperare potentem.
Tres fuerant vrbes, vnum quæ nomen habebant.
Sed diuerſa tamen ſi nomina quæris earum
Nomine diuerſo poteris quamcunque notare
Arabathalgidit murus fabricatus ab ipſa
Incipiens vrbis corpus circumdat, & vndas
Æquoris attingens, mare iuxta voluitur illuc
Quo denſas celſas vrbs Elmodena turres
Diuidit has murus, circumdatur vna duabus
Quas circum decies cubitorum millia cingunt
Hoc numero demptis ter ternis atque duobus
In numero certo turres ſunt forte volenti
Quatuor & decies ſeptem centumque notandæ
Hæ tres vna queunt vrbs famoſiſſima dici.
Eſt commune tribus poſitum Maiorica nomen
Inter quas etiam torrens placidiſsimus iuit
Et per quinque queunt torrentis viſcera pontes
Tranſiri, liquidæ cum plus fluit impetus vndæ
Ezechinq; vocant, qui plenius atfluit amnem
Dicitur Euclamur prædućta canalibus vnda,
Quæ potanda veris dulces dabit omnibus hauſtus
Indigenis populis & ob auctas fortiter artes
Mœnia tuta forent, ſi contemnenda malorum,
Tam ſceleratorum Deus agmina vellet amare
In populi numero non debet fidere quiſquam
Qui Dominum contra ſublimes erigit arces,
Hincque Boabitas rector Balearis ad arma,
Et Getulos Arabes, Parthos, Libycoſq; Medoſque
Nec non Hiſpanos multo conduxerat auro,
Et dedit immenſum non intentata relinquens
Per quæ tota dari patriæ ſolatia poſſent,
Ergo pugnantium tractare viriliter arma,
Qui poterant, ſibi ſexaginta millia, vel plus

A Eſt, equites perhibentur ei ter mille fuiſſe,
Et centena dabat præ grandes machina moles
Mille quater ductus numerus fuit arcitenentum
Figere qui poterant miſſis loca certa ſagittis
Fundibulatorum præ multitudine certus
Non fuerat numerus, ſic nec lapides iacientum.

Explicit liber quintus. Incipit liber ſextus.

NOſcunt tanta Patres cito robora nõ ſuperari
Hortantur ſocios, & contra robora robur
Accelerare parant, naues prius eſſe trahendas
Conſtituunt, & perficiunt hæc iuſſa libenter
Agmina cuncta, ſolum tractæ tenuere carinæ,
B Inde duces Latii vicinius addere caſtra
Feſtinanter iubent, iuſſis paretur eorum
Præſulis hoſpitium Petri de parte marina,
Non humiles, non alta nimis domus affluit vndæ
Sæpius inceptum bellum ſpectare valebat
Signorerus eam ſtridentibus inde Pyrenis]
Ingreſſus tenuit prompta bonitate ſacerdos,
Hinc Vicedonne tuos armis, Gratiane potentes
Hinc quicunque manu pedibuſue paratior eſſet,
Et crebros ictus tecum aſpiciebat Obertus
Iuxta Pontificis tectum tentoria patrum,
Vt citius veniant ad eum, cum ſæpe vocentur
Nobilitatis honor non longe dentius habebat
Hoſpitium fortes ſteterunt a fronte caterua
Piſani populi, qui vitam duxit in armis
C Totam, perpetuos ſolitus tolerare labores
Huic non algor erat, non formidabilis æſtus
Hunc nõ grando ſeros, non nix, imberq; mouebãt
Hoſtes, & muros violentius aggredientem
Hæc erat ingenuis ſpectanda iuuentus & armis
Ingluuiem ventris nimiamque peroſa quietem
Nouerat & breuibus ſubmittere lumina ſomnis
Aſt equitum robuſta manu non ſparſa per agmen,
Sed iuxta læuam fixit tentoria portam
Talis ab æquorea facie porrectus vtramque.
Obſeruat portam populus Catalanicus heros
Illius in medio mar us tutiſſimus erat
Namque vigor Latius dextra læuaque ſedebat
Hoſpitiumque ducis retro vallabat, & ante
Stat poſt Piſanos Cardumæ rector, & illinc
Photima poſt illum qua miſit Gothica tellus
D Agmina quæ prædas potius quam bella gerebant:
Ante duces reliquos ſibi fecit caſtra Guidelmus,
Et dextra vicina magis quam cætera portæ,
Iuxta quem pariter ſua cœpit Balcius heros
Atque Herbonenſis domini poſt iſta ſteterunt
Fulgentes acies, quas iuncta Ruſilienſes
Ampuriæ rector poſt omnes caſtra tenebat,
Et vallatus erat ſola de gente ſuorum
Hi ſiluas & rura petunt, armentaque multa
Direptoſque greges, & quicquid germinat aruum
Ad ſocias acies, conuerſo tramite ducunt
Lignea tecta trahunt, paleas vbi comperiuntur,
Arboreaſque ſimul vulſas cum ſtipite frondes
Gothorum pedites, vel quos Prouincia miſit
Mercibus ablatis diſcurrunt agmine toto,
His venale facit quicquid dabat inſula vulgo
Piſani ſummis arcent conatibus hoſtes,
Hique colendorum patrum præcepta ſecuti
ædi-

Aedificant geminas ſuperantes omnia turrés,
Mœnia de lignis, vulgo caſtella vocantur,
Altum ſurgit opus, ſublimia culmina quarum
Aerias ſubeunt ſummis cum nubibus auras,
Offenduntque ſatis ducentos frigora ventos,
Aſtutuſque magis nil fecit Dædalus arte.
Vimineæ crates ductæ de rure propinquo,
Multaque terga boum lateralia quæque regebant
Suppoſitis igitur poſtquam reſidere paratis,
Impulſi grauiter celeri molimine currunt.
Vt nubes quas forte notus violentior anctas,
Imbribus ad cælum pluuioſo turbine venit,
Quarum tura pedes cælos agitare cacumen,
Sæpius aſpiciens, qua currere quippe videntur.
Adſtantes igitur multi mirantur euntes,
Qui ſimiles numquam potuerunt viribus arces
Sobdere, mox gemina ſubeunt teſtudine muros,
Et dum Martis erat creber, variuſque tumultus,
Sæpe Moabitæ violenti mœnibus vrbis
Egrediebantur, trahit impetus egredientes,
Caſos, & hos potius, quam bellicus inſtruit ordo.
Vtque Robertus eos audaci ſtrenuitate
Motus, vidit, ait pro ſe certantibus auctor
Eſt Deus, & robur pro ſe pugnantibus auget.
Dixerat, & plures ſolus properauit in hoſtes,
Et partitur eos ſimul, & fugientibus inſtans
Inter murales aditum pugnando recluſit.
Corruit huius equus ſouea, proh caſus iniquus!
Protinus è ſella ſe compulit ire regentem,
Hic clypeo, iaculoque prius, mucrone deinceps
Pugnat, & Hectoreo decertans robore conſul,
Suſtinet innumeros damnoſis iactibus ictus,
In ſe collatos, nudo quoque fortiter enſe
Dimicat, & ſolus multorum robora ſentit,
Dumque pluunt lapides, & tela cadunt ſuper illũ,
En læuam ſupra cita figitur haſta papillam.
Neu clypeus, non obſtiterat lorica ruentem
Incarnare virum facilem dimiſerat haſtam,
Accelerant raptumque ferũt de Marte propinqui,
Iam caſtella ſuper defoſſi robora valli,
Implebant latas gemina teſtudine foſſas,
Erigit antennam Balearis in arbore cura,
Caſtellis etiam quæ cernitur eſſe duobus,
Altior in ſummo cuius bellator habebat,
Excelſum tutumque locum velamina paruis,
Plurima, ſublimem ſeptenaq. terga tenebant,
Qualiter excelſæ ſpatioſa per æquora naues,
Sæpius ire ſolent pyratica bella timentes,
Loricam tutam retinet, clypeumq. rotundum,
Et protectus erat criſtata caſſide vertex,
Per triplices funes antennæ callidus vſus,
Veſanum nauium vacuas porrexit in auras,
In qua ſubiectas turres proiicere cautes,
Et lapidare viros, & mittere tela valebat,
Ardet in antennam pugnantum fortiter aſtus,
Atque duos funes cum falce recidit acuta,
Tertius antennam retinebat in aere funis,
Pertimuit Maurus ne falx ſi cęderet illum,
Inultus rueret, vel protraheretur ab vnco.
Ergo velut moles de ſummis eruta ſaxis,
Per funem labens, dedit intra mœnia ſaltum,
Grandia labentis ſenſerunt pondera palmę,
Chriſticolæ gaudent, alacres dant agmina plauſus
Admirata virum per inanes currere ventos

A Nutabant turres Baleæ, murique cadebant
Quos fodiebat ouans toto molimine foſſor
Cui per quemque diem fuluum numiſma dabatur
Hos aries duplex de teſtudinibus actus
Et de caſtellis ictu grauiore petebant.
E quibus artifices mittunt ſuper ardua pontes
Mœnia, cumque volunt, turres inuadere poſſunt
Per quadragenos paſſus, & apertus, & amplus
Introitus fuerat centum ſecere cohortes
Cardinibus Boſo de primis taliter vnus
loquit, & hæc monuit, monitus, & verba notantur
Qui fines patrios, qui deſeruere parentes,
Vxores, natos, & quicquid dulce videtur
Senſibus humanis, vos pro pietate fuiſtis
B Si pietatis amor vos cum mercede vocauit
Cur pietatis honor non contra viſcera fratres
Impietatis habet? Baleæ ſpectate Leonem
Qui male tractat oues, & Chriſti diſſipat agnos,
Spectat ab excelſis muris molimina noſtra
Incaſſum factas turres quoque credit, & arces
Et nos, & pariter ſubſannat cunctipotentem
Agminis auctorem qui ſe ſe prætulit huius.
Vt vos informet, vos Ægyptum ſpoliate.
En Pharaoneis fratres ſeruire catenis
Cernitis, vltrices frangat hæc impia dextræ
Tartara, de pœnis fratreſque trahantur eorum,
Sitque beatus homo qui pro conflictibus iſtis
Occumbet, pœnas nequeat ſentire gehennæ,
C Non aliquis dæmon de crimine ſiue reatu
Audeat ante Deum ſibi conflictum generare.
Gaudia dentur ei quæ fini ſubdita non ſunt,
Quæ ſeruare ſolet, vel quæ præbere beatis
Splendor ſanctorum, pia lux, & gloria Ieſus
Non dubitent hi quos fuerit regina polorum
Cum nato comitata ſuo pugnare Deus, nam
Qui pia cauſa fuit pro qua vos arma tuliſtis
Adiutor fiet vobis, terrebit & hoſtes,
Et conculcabit diuina potentia veſtros.
Hæc ad certamen vos ſpes inuitet euntes,
Signifer & Michael vobis præcedat, agetque
Cum ſocijs hęc bella ſuis. Baptiſta Ioannes,
Et patriarcharum chorus arduus atque Prophetæ
D Ne trepidate duces, vobis in prælia fient
Eccleſiæ Petrus cum Paulo tuta columna
Nec non Matthæus, Lucas, Marcuſque Ioannes
Et reliqui veſtræ facient ſolatia pugnæ.
Auxiliumque dabit vobis certe protomartyr
Cum ſocijs Stephanus, Silueſter cum Nicolao,
Virgineuſque chorus vobis ſuccurret, opemque
Agmina ſancta dabũt, hanc ſpem retinete fidelem,
Dixerat, & lachrymæ fluxere per ora loquentis
Ex oculis, deflent quia cernunt agmina flentem
Quæ votis pariter promittunt prælia totis.
Denique caſtra petunt, cũ iam ſubit equora Titan,
Nox abit, auroræ Phœbus de parte reſurgit.
Bellica ſigna ſonant, toto properantque vigore
Vrbis ad introitum Piſanum robur, & omnes
Gothorum populi, vel quos Prouincia miſit.
Intus Agareni perſtant, valloque ſuperſunt.
Denſa ruinoſas iacit vndique machina moles
Piſanæ bellant acies, aditumque reſiſtunt.
Vrbanas inter ſummis cum viribus ædes
Hoſtiles pellunt pugnantes fortiter alas
Poſt pedites equites veniunt ſed durius inſtant.

Difficilis congreſſus equis, reditus nimis aſper
Cum remeare volunt, miles Balearis vbique
Cogit ad arma ſuos, vires adhibet, reficitque
Alphæi litem telis gladijſque gerentes
Obſtantes cohibent collatis viribus hoſtes
Telorum ſuper hos nimbi, lapideſque ruentes
Aduoluunt, vallique terun in margine ductos
Vertere terga parant, retro flectuntur habenæ
Quos Baleæ faciunt nimium properare vigores
Sed Piſana cohors per plurima vulnera laſſa
In ſua caſtra redit, muri munimina linquens
Turres quam citius Baleares inde phalanges
Lætanter plaudendo petunt, & tympana lætis
Ictibus incipiunt ob gaudia ſumma ferire
In quibus, & furiæ poterant Bacchuſque notari
Tollunt aſtra diem, non præterit ira, dolorque
Vt redit altera lux, certatim mœnia poſcunt
Piſani cunei, quibus hæc ſunt iurgia curæ,
Amplaque dupliciter via fit, tentatur, & intus
Cunctorum parat ire vigor, cum Phœbus agebat
In ſublime ſuam progreſſus ab æquore lucem
Per factos aditus patulam pedes intrat in vrbem,
Inque reſiſtentem turbam non leniter actus
Barbaricis cuneis terrorem mortis agebat.
Aſt equiti nimis arctus erat pro margine trames
Inuitant pedites equites intrare, reductis
Qui conuertuntur contra tentoria frænis
Quos vulnus trepidare facit, ſeu ſuous equorum
Tunc equitum cernens intrinſeca turba pauorem
A fractis muris collapſo robore ceſſat,
Iſta Moabitæ cernunt, animiſque reſumptis
Per cunctas veniunt equites pedireſque plateas
Dat tergum Piſana manus, quæ mœnia dudum
Inuaſiſſe datur, clypeiſque e templo relictis
Diffugiunt plures, remanet Raynerus ibidem
Qui male commentum cognomento vocitatur.
Quem ſocij poſtquam fugientes deſeruere
Inter Agarenos nudo mucrone cucurrit,
At quoties fecere locum, fugiſſe valeret
Si fuga tuta foret; gladio ſteut ille minaci
Et quemcunque ſuper violentia concidit huius
Cerbereos tectus, & tartara nigra petiuit,
Vel ſine lethali diu vixerit ille dolore
Non erit; hinc ſolum iuſſu periere Coracis
Et circumſeptum iaculis fixere cohortes,
Occubuit poſtquam ſibi vulnera mille fuerunt
Exanimique viro poſt vulnera tanta iacenti
Ablatum caput eſt, perijt pia ſydera flatus.
Ira patres populumque tenet, ſocioſque, peremptos
Ægrotoſque ſimul multa pietate requirunt
Agmina nam poſtquam latices, nō vina bibebant
Conciderant morbis, mutatio nempe ciborum
Laxatos ventres in multa pericula traxit.
Inde manus non parua malis oppreſſa cadebat
Innumeris igitur multi cecidere potentum
Qui titulis claris caput in ſublime gerebant
Et plures quibus æqua fletur cum iuuere fama
Iamque viam tumuli pariter cum rure regebant
Nobiliſſimque ſimul poſitas in littore captas
In reliquiſque locis aliquis ſpectare valebat
Inter tot lacrymas natorum ſiue parentum
Tot licet ac tantos ferat inclyta turba dolores
Non tamen a pugna ceſſat, reliquoque labore
Decernunt pugnare patres iterumque reſumptis

A Viribus audaces animant in bella cateruas
Dumque diem domini celebrarent ſecula cūcta
Bertraminus Mauros petijt per prælia clarus
Cuius opes Arelate nitent, & origo parentum
Nobilibus titulis viget illic clara ſuorum.
Hic accinctus erat gladio; fundæque magiſter
Hoſtiles acies lapides iaciendo petiuit
Atque quod egregios fecerat ſæpius actus.
Vtpote qui ſeſe cunctis conflictibus vltro
Obtulerat, cuneos nihilum, modicumne timebat
Aduerſos, hoſtis qui muris ſtabat in altis
Sæpe velut volucer quem grandinis appetit ictus
Poſt frondem foliumue caput velociter abdens
Proiectos lapides vitabat tegmine quoquo.
Hinc Balearis in hunc tectus ſeptemplice tergo
B Intrepidum iuuenum quidem properantius ibat.
Hic igitur clypeum peditis poſt ſe venientis
Accipiens, hoſtemque ſequens in mœnia ſæuos
Prouocat ad bellum Mauros de margine valli
Tūc Parthus, cui prōpta ſatis mens, prōptior arcus
Atque ſagitta fuit, poſtquam contenderat arcum
Transfodit fauces, penetrauit miſſile guttur
Audacem mors atra virum de nobilitate
Tollit, quem ſocij deflent, cælique coronant.
Rore carebat humus Phœbi præſtante calore
Iam matutinis algoribus attenuatis
Cum turmæ dapibus ſumptis bacchique liquore
In Baleæ muros promptus non ſegniter ibant.
Greſſibus atque tubæ pluſquam vicina replerant
Cantibus inque ſuis acies equitum peditumque
C Ordinibus ſteterant haſtis vexilla micabant.
Signiferi ducunt acies, at clamor euntes
Concitat, & patulos inuadunt agmina muros.
Concurrunt hoſtes contra molimine toto
Alphæoſque petunt, & quam robuſtius inſtant
Saxa ruunt, & tela pluunt, & ſpicula, ritu
Grandinis inſtantes populos vtrinque petitos
Concutiunt prorſus ſternuntq. feruntq. premūtq.
Vimineas crates moles lacerare videntur
Vulneribuſque ruunt, alij moriuntur vtrimque
Multi, conſpicitur ſanguis perfuſus vbique.
Iam remeare parant feſſa per bella cateruæ
Difficilemque nimis nequeunt plus ferre laborem
Signifer Alphæus prompto per bella vigore
Diſcurrit reficitque ſuas hortando cohortes
Adueniens ſuper hunc magno cum turbine ſaxum
Veſillum lanians, haſtam læuumque lacertum
D Comminuit, de mortis cum rapuere periclis
Quam celeres ſocij, cura ſubiere medentum
Nempe Boni proles Petrus Gerardus, & Vgo
Ipſum Pæonijs curarunt protinus herbis.
Caſibus hic varijs diſcrimina Martis aguntur
Occumbunt plures, redeunt ſine vulnere nulli
Qualis ab Idæis populus remeabat Achiuus
Mœnibus, & quales fuerant per prælia Troes
Dū bonus incolumes Hector Priamuſq. manebāt.
Protinus a pugna redeunt ſed barbara turba
Funeribus varijs plures habuiſſe querelas
Creditur, & multo plures habuiſſe dolores.
Cura patres Latios nō parua, dolorq. premebāt
Quod bene pugnatum ſibi nullos attulit vſus
Nam perfecta ſuis nec erat victoria dextris,
Hoſtis bella magis quam curam pacis agebat
Et comes Ampuriæ, nec non Catalanicus heros

Ad

Ad patrios remeare lares properando petebant
Cauſa recedendi quænam, vel qualiter eſſet
Nuncia charta ſuis Baleam tranſmiſſa Diana
Illa Moabitam molitum prælia regem
Et vaſtata ſatis narrauerat optima terra
Omnibus inque locis Mauros referebat & ignem
Rura, domos, ſegetes, fructus pariter populatos,
Poſt multum damni quod gens veſana peregit,
Et Tramaricam captam dixere lituræ
Fidus erat comitis qui chartam duxerat iſtam,
Et tantum hæc fuerat alter quam fama tuliſſet,
Nempe Pyrenæam peruenerat hoſtis ad vrbem,
Et ſita Iudæo fixit tentoria colle
Vrgelli comitem, comitem quoque Sardiniæque
Dicunt & reliquos regionis ab vſque Gerunda
Electos equites quibus adſunt prælia lucius
Agmine collecto crudeles Iſmaelitas
Mirando pepuliſſe modo, Domino faciente,
Innumeras acies pauci pugnando fugarunt,
Atque fugam verſis, multi cecidere, venirent
Ad ſupradicti donec deſerta Salodi
Captos conſtat equos plures, prædamq; potentem
Eripuiſſe ferunt equites, pediteſque Pyrenes
Nec Tramaricam captam ceu dixerat ille
Damna quidē fuerant, ſed commoda plura fuerunt
Hanc comitis cauſam qua poſceret ille receſſus
Diximus ad reliquos nos ordo conuocat actus,
At comitem patres miti monuere relatu
Vt deſiſtat ab his communia pacta per ipſum
Intemeratam rogant & iuramenta manere
Ille licet cauſam quam Patres dicere veram
Nouerat, a lucro ſeſe non ſubtrahit, & mox
Pactis reformantur terræ iactura Pyrenæ,
Vt reparata foret dictis ſtatuere ſupremis
Condere tectis patres grauidis hyemalibus apta
Temporibus, tertoque iubent caſtella trahenda
Incrementa parant belli, noua poſtulat hoſtis
Fœdera, fœdetibus non audet credere multum,
Qui ſibi tam ſæuos vi ſubdere nititur hoſtes
Incuſtoditis etiam cuſtodia non eſt
Committenda vitis, iuuenum laudabilis ætas,
Sed non omnis adeſt laudandus ob omnia ſenſus
Florentum iuuenum, quos vinum, fercula, ſomnus
Fallere ſæpe ſolent, nec poſſunt aſſore quæque
Tuta iuuentuti, nimium quæ diligit iſta,
Ergo ſoporifero ſatiati corpora vino
Piſani iuuenes, teſtudine nocte quieſcunt
Hi quibus hoſtis erat, ſomnus depulſus ab ipſis
Noctibus innumeris, Baleares edocet ergo,
Vt Piſana petant nocturno tempore caſtra,
Et properate precor, ſunt in teſtudine dixit,
Quos retinere queo, teneo, vinoque, quiete
Talia dicentem Balearis turba ſequuta
Nocte ſilente fuit, cuius cuſtodia prima
Tranſierat, veniunt milleni caſtra petentes
Armati, piceaſque ferunt cum ſulfure flammas
Permiſtas, aliquis piceum præſenſit odorem,
Admonet vt vigilent, ſed iam vigilare nequibant,
Quos ſomnus facilis titubanti texerat ala
Auſcultant, quid agant hi de teſtudine ſternunt.
Immittuntque focum, nihil eſt niſi ſomnus in illis,
Per tabulas flammis diffuſis tecta cremantur.
Perſentit ſtrepitus ſomno decepta iuuentus
Accrepitante cito ſoluuntur ſomnia flamma,

A Protinus arma viri capiunt, clamare potenter
Incipiunt, vna clamorem fecit & hoſtis
Vocibus & ſummis totum circumtonat agmen.
Vndique concepti mouerunt caſtra tumultus
In Balea muros populus circumfluus ibat
Poſtquam cuncta rogus conſumpſit, robora flāmæ
Perdiderant, Mauri vocitant ſua numina, ſanctos.
Reginamque poli blaſphemant crebro Mariam,
Vt tenebris lapſis produxit ab æquore Phœbus
Luciferos radios, populi feruente querela,
Colloquij patres promptiſſima ſigna dederunt
Omnibus ad cœtum, venit de partibus agmen,
Incipit Azo queri, ſed concio tota querentem
Attendit breuibus narrantem ſingula dictis,
Ignauos quondam, ſeu deſpectos vocitantem,
B Et deſudantes ſacramentum pietatis,
Hæc reliqui Patres vna populus, comiteſque
Vocibus hæc crebris, non biſue ſemelue petebant
Continuo caſtella trahunt retro bina, ſimulque;
Altera bina parant velociter ædificare.
Et mox ligna, rates ſcripſerunt cuncta daturos,
Nec mora, ligna, boues, & mulus, equuſq; tulerunt
Mulus, equus, vel homo, de Regnis attulit hoſtis
Innumerum vimen, vites, maloſque, nuceſque,
Et glaucæ ſalices, ſi quæ poteratis in vllo
Rure recognoſci, vos horum vincla fuiſtis.
Quattuor aereas caſtella videre per auras
Surgere Piſana dudum poteramus ab arce,
Maſſilia quondam Romæ violentis poteſtas,
Cui mare, cui tellus, & plurima regno petebant,
C Vt ſuperaret iam ſane non celſius vllum.
Ædificauit opus Rector Balearis ab ipſis
Nocte dieque ſuos neſcit conuertere viſus
Turribus, & ſimiles operi fecere Latini
Artifices totidem ſubita velociter arte.
Ac duplex aries quos crebro ſtrauerat ictu
Ædificare parant celeri molimine muros,
Inde Dianenſem ſignatam mittit ad vrbem
Rex Baleæ chartam, pontum breuis incipit armis
Scindere, terra breui ſpatio, littuſque perita,
Subſidium, ſocijs ſimul alta Diana fuerunt.
Cœperat & populus tales audire lituras.
Nazaredeolus Balearis Rector & auctor
Regni mille ſuo felicia dona Buchali,
Atque Dianenſi populo non parua ſalutis
Gaudia, velle meo vos quondam promeruiſſem,
Vt quorum tuto ſolatia veſtra rogarem
D Sed tamen illa modo vobis ſolatia poſce,
Quæ nulla regi cognoſco iure neganda.
Aduerſatur eum cunctos communiter hoſtes,
Qui Machamaticum celebrādum numen adorant
Has leges, moreſque vetant retinere paternos
Obſeruare monent ſtat contra dogmata quicquid
Et vitanda docent noſtri præcepta Raſulla,
Captiuoſque petunt quos latus pontus ab vſque
Oceano ſeruire meæ Baleæque patrauit
Cuncta petunt etiam rerum diſcrimine nullo
Captiuis habitis, etenim ſine conditione
Poſcunt, vt regni nulla mihi parte relicta
Vita contentis, regiones ſolus & vrbes,
Quos placet, ingrediar vestris, ſocijſque relictis
Vos modo per noſtras dantem Machamata leges,
Perq; meum vos oro bonum, dandumq; datumq;
Chriſtienſis Baleæ populandum credite nunquam

Conſpicuum regimen, quod veſtro pollet honori,
Nam veſtras replent eius bona plurima terras,
At ſi non vultis noſtras audire querelas,
Nec veſtræ mentes ſola pietate mouentur,
En trado vobis, Baleæ defendite Regnum.
Ne ſubeant hoſtes veſtræ præcordia terræ,
Strauerunt Ebuſum, Baleæ ſpectate quid inſtet,
Per menſes binos iam cuncta pericula paſſa
Belligeros ſtrauere viros ad prælia fortes,
Qui ſuperare queant rari mihi nempe ſuperſunt,
Vires atque viros cupio per bella potentes,
En tenuis muros, quos ſtrauit plurimus hoſtis
Pugnacis Baleæ turres reparantur, & arces,
Confractas reparat turres ſæuiſſimus hoſtis,
Niſibus, & ſummis alias adiungere certat,
Admonant Regem, cuius vos nempe ſub ala,
Tutos non dubito pacis gaudere quiete,
Quas inuitus ago per me deferre querelas,
Suſcipiat Baleæ non temnendos famulatus,
Atque tributa precor, per eum retinere coronam,
Et regimen cupio noſtrum Machamata teſtem,
Et data iura voco, quæ nos tenuemus ab illo,
Vel iuramentis, quæ certius addere poſſum,
Legatis faciam venientibus omnia veſtris,
Vos modo detis opem Baleæ veſtræ regioni,
Vt qui cogit eam citius ſoluetur ab hoſte,
Cognita ſunt poſtquam, quæ narrat epiſtola Regis
Legatos Regi mittuntur ſcripta Buthalis.
Rectori Baleæ, populiſque tuentibus ipſam,
Sub duce tuta ſuo generoſa Diana ſalutem,
Qui Latij veſtras inuaſerunt regiones,
Nos grauat, & certe communia damna putamus,
Si Baleare bonum noſtro tollatur honori,
Quod vos forte volunt dimittere iura paterna,
Inuitis nobis numquam ſcimus faciendum,
Chriſticolæ ſemper ſunt contra dogmata noſtra,
Hos propriæ legi ſi poſſent ſubdere vellent,
Et ſeruire ſuis optarent cuncta tributis,
Gentiles populos ſibi ſubdere quippe laborant,
Nos, & voſque ſimul parili diſcrimine ſeruos,
Quorum quis dubitet, ſi vos violentia vincat,
Nos habeamus opes, nos defendamus honores,
Et regimen Baleæ, qui miſimus omnia Maroch
Scriptis ferenda probo domino noſtro Moabitæ,
Quæ tranſmiſiſtis, qui motus quippe tuorum
Dilectis precibus comitatum mittet equeſtrem,
Quam citius nobis claſſemq. viroſque paramus,
Vt ſiſtamus eos tutos in litore veſtro,
Signaque cum venient factos ſpectabitis ignes
Montibus in veſtris, veſtros attendite montes.
Cymba redit Baleam, verum putat eſſe tyrannus,
Quicquid charta refert, & multum ſperat in illis,
Promiſſis hominum, quæ mortua tergora narrat,
Cymbala pulſantur, & tympana, quæq; per vrbem
Nec tuba, nec lituus deuotis ceſſat ab ictis,
Lætitiæ etenim Baleæ ſunt talia ludus,
Comperit interea, cur gaudia duceret iſta,
Barbaricus populus, magnus Catalanicus heros,
Et vocat in centum proceres, cunctaſq. cohortes,
Ac verbis terret ſi terreri potuiſſent,
Quando Moabitas ea ſummo robore dixit,
In patuloque docet ſugientes ducere bellum,
Nec fore paſcendos niſi conducantur in arctum,
Moreque Parthorum fugiendo ferire ſequentem,
Cum ſolo ſolum gladio contendere dixit, A
Atque graues faciunt ictus, ſi ſuppetit enſis,
Qui non nouit eos, poterit ſatis ergo timere,
At nos qui varijs bellis cognouimus illos,
Si venient, auctore Deo, ruce reperemus,
Sic comes. At Ebusum currentes mittere naues,
Viginti patres communiter accelerabant,
Ac ſex ex illis, quæ præceſſere per altum,
Tranſiuere fretum curſu propero venientes,
Quo ſupereſt pelago de duris inſula ſanis,
Præbuerat portus vrbe deſolata Buthali,
Qui tenet auditu Latias veniſſe carinas,
Et cepiſſe duas ratium, quas duxerat ipſe,
Pectore ſed dubio tandem meliora reuoluens,
Cogitat Alphæos, quam tutos ire, nec vnquam
B Aduentum ſentire ſuum, ſparſoſque per aruum,
Tendere pro præda, tutaue manere quiete,
Vera reuoluentem, nec inanis opinio fallit,
Ergo decem ratibus reliquis conſiſtere iuſſis,
Hic vbi portus erat tutus vicinior vrbi,
Remige quam celeri ſalſos inuadere fluctus,
Præcipit, ac portus, aditusque requirit, & ambit,
Anticipatq. ſinus Latios vbi nouerat eſſe,
A ſomno ſurgunt iſti pugnare parantes,
Marinianus habens triginta ſcilicet ex his,
Quos ſecum duxit, feſtinius ire parabat,
Et pugnaturum fugiturum ſeque putabat,
Cumque decem ratibus robur iuuenile per vndas
Pugnam committit, ſed vulnere Marinianus,
Afficitur, dare vela parant, fugiſſe valeret,
C Impedit hunc velum, quod tunc abeundo retendit
At Mauri ſuper hunc properos fecere tumultus,
Et cepere virum pariter ſocioſq; ratemque
Debilitando prius varijs vulneribus omnes,
Treſque rates alias paucorum nomine tutas
Deuictas tandem ſecum duxere per vndas,
Plures qui fuerant loca per longinqua remotæ,
Ad caſtrum veniunt, quod Rex Norguenius olim
Tradiderat flammis, cum centum Hiſpana carinis
Aequora ſulcabat, ſpolioque ex hoſtibus acto,
Ieruſalem victor ſanctas properabat ad arces,
Illud Piſani retinent villas repetentes,
Carueque viuentes, ſiliquis, & agreſtibus herbis,
Radicibus plures etiam modicisq; ſteterunt
Impenſis, in eo diſcrimina plura ferentes
Sæpeque perpingues his eſca tuiſtis aſelli,
D Hoſque Saracens pugnantes crebro petebant,
Caſtrum tutamen Larijs erat, hoſpitiumque
Interea geminæ de ſex rediere carinæ,
Amiſſis reliquis, prædamq. ratemq. reducunt,
Qua Baleæ rector fertur miſiſſe Dianam,
Sarcina cartarum, quam vir tellure leuare
Vix poſſet, patribus data, legatique fuerunt.
Inter quos pariles ſcripturæ comperiuntur.
Nazaredolus retinens ſua ſigna ſiniſtris
Auſpicijs, caro per cuncta valere Buthali,
Scripta ſibi, populoſque tuo tranſmiſſa recepta
Non dubito legique tuas capiendo figuras,
Quando rates poterant fluctus ſulcare ſecundos,
Te mea prompta fides credebat fluctibus vti,
Nec de te mea ſpes mentem bene nota feſellit.
Cœptum ſtabat iter, nobis dabat inſula portus,
Quæ prior eſt per me ſubitæ ſubiecta ruinæ,
Gratulor audito veſtro ſuper hoſte triumpho,

Acta foret tamquam propria victoria dextra
Non tamen inde mea pleniſſima gaudia menti
Sunt, etenim veſtros narrat mihi fama receſſus
Sæpius, & ſublimi de ſtrue cernere flammas
Promiſſas cupio, ſed eas ſpectare volenti
Si fierent prohibent mihi eum caligine nubes
Illis iratus, citius diſcedite dico.
Non valeo per vos mea grandia vota videre
Diſcedunt totoque patet eum monte cacumen
Proſpicio nuſquam dictus viget ignis in illo
Ignis at ille meus qui tot tot noctibus ardet
In ſublime ſua dat grandia lumina flamma
Credere non poſſum veſtras remanere carinas
Quin veniant, dabit hora locum, quo ſæpe venire
Intrepidus poteris Baleæ ſolatia præſtans
Si qua mei tibi cura ſubit dilecte, fidelis
Non regimen portuſq. meos, nec munera ſperne
Hoc propter ridens mihi quatenus hoſte fugato
Et victo pariter, mecum communia regna
Et commune bonum poſſis conſtanter habere
His etiam lectis quam plurima ſcripta leguntur
Quæque neci miſſos, & eorum nomina narrant
Deſignat etiam quibus ictibus occubuerunt
Et languore, fame gentem, gladioque coactam
Velocis citius paſſuram damna ruinæ.
Interea reliquæ ſeruantes æquora naues
Contempto pactum iuſſu prædamque ſequutæ
Vicinas ponto villas, & caſtra pererrant
His vectus Mauris ſparſos per rura ſequentes
Gaudebant cunei propero cohibere tumultu
Et victos pariter præſtante vigore negare
His inerat Salomon flaua de gente creatus
Cum ratibus geminis Piſanis aſſociatus
Viribus, & membris ingens, ſpecieque decorus
Hic intra quædam validi campeſtria caſtri
Collectis ſpolijs nauem properando petebat
Multus eques, multuſque pedes cōtendit in ipſum
Itque reſiſtentem collatis viribus iuit
Hunc paganorum ſtrauerunt agmina poſtquam
A ſocijs homini caput abſcidere relicto
Vexillumque ſibi vitam pariterque tulerunt.
Hæc noua ſacta volant, dū multas omnis terrent
Appropiantque dies aduentus Omnipotentis
Inuictique Dei de Virgine quando parente
Chriſtus noſtra ſalua carnem naſcendo recepit
Languor in Vrbe grauis Baleari cara, fameſque
Barbaricum populum non leuiter attenuarant
Hinc præter carnes hyemanti cara fuerunt
Omnia militiæ, nec vino carius vllum.
Inſula vaſtatur Baleæ, Rea fœdera poſcit
Fama refert contites Regi de pace loquutos
Venales factos, priuataque dona rogare
Et propter reditum Baleæ naues habituros
Cum quibus ad patrios portus remeare valerent
Si modo Piſani iungi ſibi fœdere nollent.
Alphæis igitur Ducibus, quaſi relligionis
Sermones faciunt, fraternas aſſore curas
Pectoribus referunt captiuos eſſe petendos
Obſidibus ſumptis citiuſque rogant redeundum
Et cunctis coram ſunt talia verba loquuti,
Quod petimus, rex omne facit, vos laudis honorū
Quæritis, & bellum tantum pro laude mouetis
Seu pro diuitijs vos, & Maiorica veſtros
Sat parui pendit tantos illæſa labores,
A Creditis, & clericis, qui vos pugnare iubentes
Agmina conſpiciunt tot iam fluctantia campo
Bella videre volunt, gaudent de ſanguine noſtro
Quorum doctrinam monitus, & iuſſa refutent
Hi qui victores cupiunt ex marte reuerti
Hos igitur nullus iubeat pugnare ſacerdos
Quam cedat mucro neſcit quam lancea pugnat
Incipiat, faciat, qui diligit iſta iubere.
Dicta quidem a factis multum diſtare videtur
Nos qui ſentimus crebroſque rependimus ictus
Arbitrio pugnare decet, non iuſſibus horum
Contra iuſtitiam iuſte committere pugnam
nemo poteſt iuſti, iuſtam cognoſcite cauſam
Sunt pro captiuis qui ſe veniſſe fatentur
Sed pro mundano nimis altercantur honore
B Captiuis habitis aliud linquatur, & vltra
Nec laus orbis honor, nec inanis pompa petantur
Sed vexilla ſuper pateant communia turres.
His habitis maiora quidem quicumque requirit
Aſpicit haud recto Balearica mœnia viſu
Adde Moabitas quos expectare feruntur
Qui quantum gladijs, & quantum cuſpide poſſunt
Quippe viri Martis, docuit vos bellicus vſus.
Si veniant ergo prædam de rure feretis.
Felices ſane nimium ſi caſtra tenere
Vos quoque tutari prompte valeatis ab ipſis
Spes prædæ nec erit, gens qua lege valebit
Viuere, vitalis quando tibi decidet vſus
Indubitanter equis, nobiſque cibaria deſunt
Nec tam prolixa magis eſt ambage morandum
C Dicite quapropter ſi regia fœdera vultis
Et facitis patrias vna rendamus ad ædes,
Siue recuſatis vos, incunctanter abimus
His reſpondentes occurrunt Henricus, & Azo.
Quiſquis ad has partes aliud fortaſſe requirat
Nos pro captiuis ad eas veniſſe fatemur
Non ob eos tantum quos detinet inſula captos
Aſt ob eos etiam quos defenſura fuiſſe
Extirpare malum, domino faciente, putamus
Nec volumus poſt nos tantū remanere barbarum
Non quia Piſani plures teneantur ab eius
Peſtiferis vinclis plures de nomine veſtro,
Perpetuis pœnis hoſtilis turba trucidat
Nobis veſtra fides, ſocialia fœdera ſpondens
Sub iuramento ſeſe coniunxit, & vltra
D Quam iura iuſtis nos obſecrare nequimus
Non tenor hoc faciet iusiurandum reuocari
Velleq. pro noſtra nos non reuocabimus vnquam
Facta ſemel iuſte, ſtat turpe reſoluere ſæpe
Paremus clericis, quia venit ab ordine ſacro
Iuſſio pugnandi, nam iuſſit prælia Papa
Sedis Apoſtolicæ, cuius præcepta ſequuti
Tantum propoſitum nuſquam mutare valemus
Cui diſcedatis non fecimus haud faciemus
Hic neque diſceſſus vobis videatur honeſtus
Si deſunt veſtes, deſuntque cibaria vobis
Vobis, & veſtris quod conuenit omne paramus.
Auditis comitis his verbis conticuerunt
A patribus ſumptus qui largo ſæpe petentes
In proprios vſus communia quæque trahebant.
Gothorum procerum poſtquam ſiluere furores
A pelago redeunt cuſtodia publica proræ
Allatis ſcriptis Baleam, quæ cymba ferebat
Inter quæ fuerat memorati charta Buthalis

Im.

Impenſas multas ſb amico nomine factas
Cõmemoraodo refert, curet perſoluere quicquid
Pro ſe largiri rex obſecraret amicum,
Subſidium reliquum ſi quod iubet ille parari
Immenſos ſumptus feſtinus mittere curet,
Venturum ſeſe mature præmonet ante
Quam geminare queat binaria cornua luna.
At Piſana manus ſolitas non deſerit artes
Quæ ſibi proficiant feſtinans ædificare
Prouidus obſeſſam Narolus legatus in vrbem
Progeditur regi parili ſermone loquutus,
Iuſſio Piſanum rex nullis territa factis
Ad te me iuſſit concordi voce venire
Huc miſſus Patribus ſocijſque fauentibus adſum
Inque meo ſenſu poſuerunt publica facta
Proſpice quod docti debent ad cuncta videre
Et regimen retinere tuum cum pace labora,
Non quia Piſani multum tua fœdera curent
Aut ſine perfectis Baleæ remeare triumphis
Optent, iſta tuæ ſunt conſtantiſsima menti
Verba nec obtuſo memorabis ſingula ſenſu
Quicquid dico notans, tibi iã perpẽde quid inſtet
Es ſapiens habitus, proprio ſic conſule regno
Vt valeas ſaluos tibi conſeruare fideles,
Dixerat, & regis recipit mitiſſima verba
Theſauros cunctos ſpolium promittit, & vrbis
Velleque pro ſancto Petro ſe regna tenere
Et pro Piſanis patulo ſermone fatetur
Hic quæ cito ſeſe ſpondet reſponſa daturum
Inde redit Narolus, Piſanæ verba cohortes
Accipiunt, & amant pacem laudantque, voluntq.
Obſidibus poſt hæc quæſitis pacta ſecundum
Nobilium natis, mutauit verba tyrannus
Nam legis non eſſe ſuæ præbere tributa
Chriſticolis dixit, vel ab his regimen retinere
Firmat & hæc veterum conſulta fuiſſe ſuorum
Albitione ſati veterem miratus amorem
Abſque ſui culpa, vitioque fuiſſe remotum
A ſe ſcire virum cupideque videre precatur
Hic regem quæſitus adit, ſecumque nepotem
Ducit, & alterno regi coniunctus amore
Admonet vt populi Piſani compleat omnem
Ipſe voluntatem, rex ſpondet nec ſine fraude,
Interea Piſana ſuper pia lumina flectens
Aſtripotens rector reſpexit ab æthere caſtra
Et quæ languerunt, mox conualuere cohortes,
Sed requies eſt nulla viris, in luce labores
Nocte repentino feruentia caſtra tumultu
Crebro ſollicitant ſtridentes Iſmaelitæ,
Cumque die quædam nonæ ſuccederet horæ
Oceanique maris peteret confinia Titan,
Stat vice qui comitũ campum petit Inclytus Vgo
Cui Tempexedes comites ſunt atque Recuecus
Inter condenſos cuneos memorabilis heros
Signiferum petit iaculi penetrabile ferrum
Pectore ſubnixum fixit tellure ruentem
Hinc Libycus quidam ruit ictu ſtratus ab eius
Ferrum gleba tenet prætentaque frangitur haſta
At pedes heroem Maurus iaculando requirit
Atque frementis equi transfigit viſcera ferro
Iratus iugulare parat Mauortius Vgo
Barbarũ iuuenẽ, medios quoq. currit in hoſtes.
Debilitatus equus tenera cum conſedit herba
Infremit, & Mauros ardenti lumine ſpectans

A Pugnat, & enſe ferit, ſe circumquaque petentes
Multorumque ſimul conflictus excipit vnus,
Cui dum ſubueniunt Perlaſius, Vgo, Dodoque
Dat properanter equum bene promptus arma Recuecus
Iuſſa Patres renouant hoc nõ prædãtibus addunt
Vt non deſiſtant regionis tecta cremare
Et iugulare viros, ſi quos reperire valerent
Ac ſolidos ſpondent equitis de vertice quinque
Pro iugulo peditis binos dare conſtituentes.
Sic Baleæ regnum gladius populatur, & ignis
Inde viris nummi veniunt Baleæque ruina
Piſanos equites cunctos iugulare ſimulque
Conſtitit in totis circumdare noctibus agmen
B Treſque cruces noctis quibus alternare laborea
Continuos poſſent, & ſe recreare quiete
Sub tribus egregie generoſis diſtribuerunt
Ergo crucis primę curam Gualandus habebat
Gualando genitus, fuit Ildebrande ſecundæ
Tradita cura tibi Ottĩ pulcherrima proles,
Pręſidet extremę Leo clara propago Leonis
Hi loricati ſocijs comitantibus ibant
Murales aditus crebro terrore petentes
Inque die caſtella ſuper ſacienda morati
Ligna trahi crates fieri properando iubebant
Dux Catalanenſis cui plurimus adfuit aſtus
Ad loca ſiue vias per quas iter eſſet ad vrbem
Intentus ſpolijs multo cum milite ſtabat
Inque Saracenos præda iuguliſque potitus
Lethales ſtuduit crebro conferre ruinas.
C Hoc, & idem ſtudium præ cunctis Balcius heroa
Militiæ ducibus clarus bellator agebat,
Qui ſi quem prompto poterat ſuperare vigore
Decapitabat eum, nec ei parcebat ob aurum
Per ſolitos mores gelido mediante decembri
Frigora multa dabant venti, canæque pruinæ
Albebant Baleæ niuibus tum grandine montes
Arctabant Mauros curæ de frigore natæ
Nempe notabantur cum cantibus edere fletus
Quos proferre ſolent vigiles ſuper ardua curæ
Mœnia, Piſani frigus gelidaſque pruinas
Et gentes aliæ lætanti corde ferebant,
Viribus at multis memorantes ſingula patres
Colloquijs crebris bellum properare iubebant
Armataſque rates Ebuſi miſere relictis
Cœperuntque leues pelagus ſulcare carinæ
Sed prius a Balea puppis non magna receſſit
D Quæ veniens Ebuſum fines poſcebat Iberos
In tate iam dicta fuerat clariſsima quædam
In patriam rediens cum paruo fœmina nato
Sulcantem pelagus caſtris vidiſſe morati
Et latuere prius ne conſpicerentur ab vllo
Moxque ſinus adijt caſtello prora propinquos
Ac prodire viri feſtinauere carina
Dum loca ſcrutantes æquaris greſſibus irent
Exiliens Piſana phalanx promptiſſima Mauros
Primitus obſtantes iaculis gladijſque necauit,
Sed ſeruatur ab his cum nato fœmina paruo
Intrantes igitur nauem ſulcare parabant
Pontum cum totis aptabant carbaſa remis.
Cum ſubito videre duas freta ſcindere puppes
Neque cito curſu remis, & fluctibus vſæ
Littora contigerat vicino proxima caſtro.
Interea Petrum Rex aduocat, ille vocatus

Fe-

A Feſtinans ter adit Regem, placideque ſalutat,
Aſtutoque viro cautis ſermonibus inquit,
Vt bene cognoui rector chariſſime verum,
Sub primis verbis, coniungent fœdera tecum
Piſæ, te memorem verborum credo priorum,
Cum quibus acceleres firmam coniũgere pacem,
Dum potes, & citius facias, quodcunq. requirant
Sũ quia Piſanus, nec ob hoc mihi credere ſperne,
Conſilijſque meis ſi tu modo credere vitas,
Adueniet tempus, quo Rex mihi credere velles,
Et dictis parere meis ſi poſſe daretur.
At Petro Baleæ reſpondit talia rector,
Petre volunt omnes theſauros tollere nobis,
Nec quicquam penitus veſtri dimittere ciues,
Diuitijs pauci noſtra ditantur in vrbe
B Aes tam grande dati, non eſt etiam leue paucis
Vltra poſſe meum dare me quid veſtra requirunt
Agmina, quod poſſum largiri quærere curent,
Captiuatorum, ſi reddo ſufficit agmen,
Et cum perpetuo linquant mea fœdere regna,
Vnde viri veſtri ſi non flectantur ad iſta,
Inter nos, & eos fiet pro velle Tonantis,
Sic ait, auditis iſtis diſceſſit vterque,
Cumque dies fluerent, feſtinauere paratus,
Heroes Latij cogendo viriliter hoſtem,
Hi villas, & rura petunt, pars obſidet vrbem
Cædibus, & flammis regnum vaſtantur vbique
Tunc Arelatenſis luſtrans loca ſingula rector,
Caſtra refutabat ſacta ſine ſtrage videre,
Nempe Saracenos truncos ſine vertice plures,
C Aſſiduus fecit, cuius ſine ſanguine ſuſo,
Non rediјt mucro, nec acutæ cuſpidis haſta,
Et ſic Tartarei Regni per inania nigri
Compulit ire via multos inferna petentes,
Cerberus obſtupuit tenebroſæ portitor aulæ,
Latratuſq. dedit ſimul atraq. regna tenentem,
Reddidit vmbrarũ pauidum vox garrula Regem,
Ille ſuo famulo cur latras Cerbere dixit,
Iam iam pande quid eſt, cur ſic mea iura reſoluis
Peſtifero clamore tuo toruoq. latratu,
Infelix cunctos vocem, ſonitumque repone,
Vel dicas citius, quæ gens mea regna ſubintrat,
Quis populos tantos tenebras ſine luce petentes
Sic ſperare facit, pandas quoq. Cerbere cauſam,
Ille ſuo Regi triplici ſic ore locutus.
D O tenebroſe Pater, Piſanæ robora gentis,
Bella tuæ Baleæ feciſſe feruntur in ora,
Si pars exiſtis Regni Maiorica noſtri,
Roma quidem monuit, dimiſit Papa reatus,
Pro captiuatis populo certare volenti,
Plurima damna facit, nos hæc tolerare poteſtas,
Tartara nulla timent monitis eius morientes,
At noſtros Piſana cohors, & Balcius heros,
Tartareis Regnis, & opus tranſmiſit eorum,
Nunc veniunt multi, plures mihi crede futuros,
Cum Latiæ turmæ gladijs populantibus vrbem,
Intrabunt noſtram, tu mox fabricare catenas,
Me ſuadente iube, meruit tua turba ligari,
Ne fugiat pœnas quas iam meruiſſe putatur,
Quæ Baleæ Regem late veniendo ſequetur,
Secum quippe tua feret agmina plurima Regnis.
Dixit, & intremuit furioſus rector Auerni,
Terruit & Manes querulo clamore tyrannus,
Exululant animæ miſera de carne ſolutæ,
Voce frementeDucis mox vallis ad ima recurrunt,
Occupat hinc languor Regem faciente timore,
Ille dolore caput queritur, pectuſque teneri,
Hinc thalamos intrare parans, minuiſſe cruorem
Dicitur, & poſt hæc paucis vixiſſe diebus,
Ante tamen Burabę regimen ceſſiſſe putatur,
Illeq. tunc patris perfundens balſama corpus,
Condidit, & flevit multum poſuiſſe ſepulchro
Cerberus hũc, poſtquã diſceſſit ad antra gehẽnę
Perque tenebroſum duxit Machamatus vrbem,
Supplicibus petitur, concurrunt vndique Manes,
Ad me forte meum conclamat ſeſſor Auerni,
Æacus adſtiterat dextra, læua Rhadamanthus,
Et medias inter dixerunt talia flammas,
In toto genitor cum non eſt agmine compar
Ante duos Baleæ Rex eſt acerrime vultus,
Qui fecit plures homines occumbere ferro,
Compulit & multos Chriſti dimittere legem,
Et quoniam nobis ſocios portauit amnes,
Da ſibi flammifera conſiſtere ſemper in aula,
Condignaſque ſuis meritis mox exhibe pœnas,
Huius æternis de flammis aſſore gentem
Perpetuaſque iube ſocios portare catenas,
Turba ferum Baleæ Regem conuicta querelas,
Præbuit ad varios ſubito diſtracta dolores,
Ille tridente ſuo feruentes concitat ignes,
Bauſtumque facit tectum penetrare fauillas
Atque venenoſa faciens conuiuia carne,
Vos fiduſque meus mecum diſcumbite dixit.
Paruerat iuſſis, veniunt ad prandia Manes,
Ipſorum pedibus lapides præbentur aduſti,
Ea ut eos penitus conſumit flamma ſedentes
Primi feruentes guſtus venere colubri,
Ignea qui viui guſtantum viſcera torquent
Arida conuiuis ſitis eſt, ſanguiſque Draconum,
Felle niger multo tribuit potantibus hauſtum,
Has epulas buſto primis ſectatur adustus,
Innumeruſque fuit, lernęa venena ſimulque
Perfuſum ſupra ſortem tribuere liquorem
Pocula ſuccedunt variis immixta venenis,
Guſtantum poſtquam feruentia viſcera torquent
Spirituum rector nigrorum taliter inquit,
O mea turba meis Balearem diſcite Regem
Sedibus, & quoniam cunctorum viſcera feruent,
Vna Tantaleas vobiſcum tendat ad vndas.
Sed veſtrum ſuper hoc prius exigo cernere ludum
Vt lapidem Baleæ mutum conſiſtere Regem
Conſpiceres, tuletatq. ſuus obliuio ſenſus.
Obſtupuit, quoniam rapiunt terror ſibi mentem,
Conuiuæ tandem poſt talia iuſſa tyranni,
Exiliunt, raptumque trahunt per mœnia Regem,
Tartara dilaniant, vndis glacialibus addunt,
Exuſtum torrem, ſitis eſt algore ſoluta
Mittitur in flammas, dolor eſt, algorq. calorq.
In quibus amnem ſenſerunt viſcera poſtquam
Peſtiferam ſiccata ſitim, properauit ad amnem,
Sed nequit accenſos ob aquam remouere calores.
Nam latices poſtquam voluit contingere labris,
Adſtantem fugiunt vmbram, tunc margine ripæ,
Vt lapis immotus prorſus ſtupefactus inhæret,
Degluit miſerum variarum forma ferarum,
Sicq. ferum Regem tenebroſus diſſipat Orcus.

Expli-

Explicit liber ſeptimus. Incipit liber octauus.

IN ſolio Regni Burabe poſt iſta leuatus,
Non permanſuros citius conſcendit honores,
Vſus enim Regni fuit haud ſibi tempore longo
Cui Piſanorum captiuos turba requirens,
A Duce crudeli non congrua verba recepit.
Iam natalis erat quo Chriſtus Virgine natus,
Obſcurum mundum diuina luce repleuit,
Dumque pij feſti ſummi celebrantur honores,
Luxq. pio populo poſtquam bis quarta refulſit,
Maimonem, ſocioſque datos nouus ire Dianam
Rex iuſſit, fluctus intrauit prora marinos,
Piſani videre ratem citius properantem,
Tunc feſtinanter puppis intrare parantes,
Sumptibus auxerunt præbentes ſingula patres,
Et dum forte viris alimenta darentur, & arma,
Maimo pergit iter, ſed quia trahit impetus illum,
Non ſeruando vias illuc ſua vela relaxat.
Spes erat hunc cito poſſe capi, ſi ſigna viderent,
Qualiacunque ratis, ſed ventus carbaſa perflans,
Luminibus puppem citius ſubſtraxit eorum
Maimo viam fecit, Latij rediere volentes,
In Baleæ Regnum ſtudioſas ponere curas,
Et dum nituntur cœptos ſuperare labores,
Alterutro referunt multi ſi viribus, aut ſi
Ingenijs nequeant ex hoſte tenere triumphum,
Ad proprias remeare domos, vltraque morari,
Seſe poſſe negant pro morbo ſiue calore,
Extinctos memorant (heu) ægritudine plures,
Seu gladio ſocios paucos quoq. viuere dicunt,
Pro Balea pariter deſtructas aſſore Piſas,
Vrbe ſatis ſtultum, ſine re, ſine mente videri,
Ergo rates omnes celeri reparare laborant
Auxilio, captos nec deſeruere paratus.
Interea belli Catalanicus æſtuat heros
Pro ſtudio, magnaque ducem comitante caterua,
Qua locus inſidijs eſt, valle reponitur vna.
Sol fuerat, prima radiarant omnia luce
Sarcula, porta patet, de mœnibus egredientes,
Per loca tuta meant ſolito geſtamine Mauri,
At comes in ſæuos audacter proſilit hoſtes,
Vrbanam iuxta committens prælia portam,
Quæ portum ſpectat, qui Pincus eſt vocitatus,
Vtque Moabitam viridi proſtrauit in herba,
Haſta viri dextrum de muris acta lacertum
Tranſijt, exultant Mauri lethale putantes
Hoc comiti vulnus, poſt hæc properãdo per vrbẽ
Nominis falſa ferunt, comitis de funere ficta,
Hinc reliquæ gaudent ſeruantes mœnia turmæ,
Extinctumq. canunt comitem, iugulare minãtur
Alphæos, ſeu perpetuis macerare catenis,
Ac pœnis varijs alto clamore fatentur,
Haud ſecus Alphæos factos ſine principe clamant,
Suadentes etiam ipſis ſi viuere curent,
Vt properent ad eos ſub deditione venire,
Piſani contra, conuicia veſtra minæque
Nos ſub Rege poli non cogunt vlla timere,
Venimus a patria ſummo ſub principe Chriſto.
Crucis ob auxilium Baleæ ſuperabimus vrbem,
Qui ſeruos Sathanæ grauibus vincire catenis,
Et gladijs noſtris penitus dabit ipſe necandos,
Illæſumq. canes, Comitem ſentote Pyrenum,
A Et veſtræ vicina ſatis forẽ tempora cladis,
Poſt hæc contendunt ad mœnia ducere turres,
Gens diuiſa locis, patrea, diuiſaque bella,
Mox ſolidæ terræ foſſas velociter æquant
Ligna, lapis, vegetes glebæ, proiectaq. moles
In muris Mauri, nec progrediuntur ab vrbe,
Hinc vigor Alphęus turres ad mœnia ducit,
Aſſiſtunt acies, perfringunt agmina muros.
Interea Piſis matronæ, ſiue puellæ,
Deponunt cultus, ac templis ſemper adhęrent,
Vota parant, & thura ferunt celeberrima ſanctis,
Sæpeq. nudatis pedibus ſacra templa petentes,
Profundunt lacrymas, dutę dant oſcula terræ,
Pro charis orant plenum pietate Tonantem,
Victoreſque petunt, ſanoſque videre maritos,
B Volſcorum meriti Præſul Roggerius alti,
Laurigeras Piſas comites ſpoliare volentes,
Territat atq. minas cohibet, prohibetq. rapinam.
Per Latium totum ieiunia ſancta, preceſque
Papa iubet fieri, monet hinc & epiſtola Gallos,
Annuit oranti diuina potentia turbæ,
Et flentum gemitum diuinas commouet aures,
Quadragena dies ſeclis celebranda, quibuſque
Virginis a partu populis feſtiua redibat,
Qua pia cum nato Virgo ſacra templa petiuit,
Infantemq. pium Simeon geſtauit in vlnis,
Non fuerat celebris feſtiuæ proxima luci,
Accendunt Latij ciuilia robora flammis
Noctu, de caſtriſque cremant velociter vnum,
Inuenta nuper Danais prudentibus arte,
Quæ miranda viros ceu nuſquam iuſſa latebat,
C Inde volant turres paſſim, facileſq. fauillæ,
Acta per alterius caſtri ſcintilla ſubintrat.
Crates, quod flammis creſcentibus ocyus ardet,
Et candela velut ſiccis bene proxima lignis.
Siccam materiem tenues conuertit in ignes,
Et ceu paulatim grandis cito candet aceruus,
Sic caſtrum reliquum ſubito candere videres,
Virgine cum ſanctis natum genetrice regente,
Cui propria ſolus replet omnia ſecula luce,
Nox ea lætitia repletur, luce ſecuta,
Præueniunt populos non paruula gaudia ſanctos,
Annua dum redeunt Agathes ſolennia ſanctæ,
De ſub caſtello, quod porta marina peregit,
Per triplices aditus Piſanum robur in vrbem.
Pugnacis Baleæ robuſtis viribus intrat.
D At Latij cunei ſubierunt mœnia rari,
Plurimus intus eques dextra læuaq. potenti,
Subuenit auxilio trepidanti protinus alæ,
Perque ſatis latas agmen Latiale plateas,
Inſequitur, cecidere duo de gente Latina,
Perſiſtunt aditu reliqui, toleranta. ruinas,
Quos iacti lapides, tranſmiſſaſq. tela reportant
Poſt vbi telorum denſi ſuperant iaculatus,
Nec locus eſt gladiis fugiunt velociter extra,
Impoſitum foueæ ſuccedit barbara pontem,
Flamma, ſed Alphæi pauidi ſucceſſibus inſtant,
Et nituntur aquis extinguere cominus ignem,
Ad primos aditus, in quos Prouincia bella
Miſit, inire parant rigidæ certamina pugnæ,
Contemnuntq. ſibi ſocios præferre Latinos
Hos breuibus tectos clypeis Balearica turba
Aſpicit, innumeriſque caput, ſeu crura ſagittis,
Fugit, & è tota pellitur turpiter vrbe.

Præ-

Presbyter Henricus plebanus luce ſub iſta
Lætitiæ didicit præſagia cuncta futuræ.
Talis facta viro vox auribus accipe, dixit,
Aſtra volunt hodie Piſanos vrbe repelli
Cras veſpertinis horis intrabis in vrbem
Plurima paſſa manus, vincens pro velle Tonantis
Hoc, & idem Naroli defuncti ſpiritus inquis
Fratri, ne timeas venient ad prælia ſancti
Innumerique aderunt ſubeuntes mœnia tecum
Telaque non poterunt tibi me comitante vibrare
Vrbem poſſe capi iam deſperauerat agmen.
Per tres ergo vices committere prælia mane
Patres atque duces communi voce iubebant
Nec clarum prorſus, nec erat ſine turbine tempus
Cum peditum cunei pugnam dubitanter adirent
Moliti decies aditus intrare patentes
Eiecti vicibus totidem muriſque repulſi
Prætereunte die committere prælia ſeptem
Qui turrem Baleæ nuper captam retinebant
Ceperunt; adita turris fuit infita primo
Dura recompenſans Bruno qua facta factorum
Innixos ſcopulos muro proceſſerat, & dum
Iam luteum tentabat opus ſubuertere, Maura
Turba petijt, propero quoque tela volatu
Miſſa reſiſtentes clypeum fixere tenacem
Iſtius, & robur dum Maurus cerneret ingens
Protinus aggrediens robuſta cuſpide fixit
Septemplex tegmen, ſed telo protinus eius
Durius affixus de muris concidit altis
Corruit, Vgonis gladio percuſſus, & alter
Maurorum cunei ſuper ardua robora muri
Plenius accedunt, ſeptem ſuperare putantes
Et de præſenti ſuperatos tollere vita
Deſuper adueniens diuinus ſpiritus illic
Accendit ſocios, quorum vox trina ſonantem
Factorem rerum Dominum confiſa rogauit
Hi grauibus clypeis texerunt corpora poſtquam
Obſtantes poſcunt rigidis mucronibus hoſtes
Et faciunt plures collatis viribus ictus
Et multo plures ſæuo ſibi dantur ab hoſte.
Tum Deus Alphæis largitus proſperitatem
Succeſſus pandit lætos optataque vota
Barbaricæ genus mutans cum caſibus omen
Voceque terribili Mauros, gladioque popoſcit
Patuula turba feros cæleſti facta vigore
Bruno Peranſei caput ingens enſe reſoluit
Excepitque feri Beroentis pectore telum
Petrus in Eugubium iaculo fudit, Vgo Tebaldi
Filius Alphænæ caput enſe rotundat acuto
Proterit Arphiponem Pathus Ildeprandia proles
Inde quod Herricus iaculum iacit inguina Lubæ
Perfodit, Vguiccio Germanus ſcilicet huius
Marutia gladio, pedibus proſtrauit ademptis
Machion Vguiccio non ficta propago Verardi
Et velut armentum tygres, ſæuæque Leænæ
Poſcunt, quando fauces ipſas acerrima cogit
Peſtiferoque boum conſcindunt viſcera dente,
Tundentes iaculis ſimul, & mucronibus ipſos
Barbara turba fugit, Latij clamore leuato
Per patulos aditus ſocios intrare precantur
Præueniunt omnes alios Sicheria proles
Raynerius ſocios, & Teperterius heros
Vna Guiſcardus comites, & Grunnius ipſis
Exciterant prope, qui barbara terga ſequuti

A Cedentem turbam iaculis feriendo trucidant
Introitum donec fugientibus edit alumnis
Robuſtas pandens vetus Elmodenia valuas
Ac de parte maris pugnax Eufraxius Vrbem,
Intrat cum nato, ſtat Maura caterua platea
Inque viros properata ruit ſtridentibus armis
Quos poterant terrere ſatis voluitantia ſaxa
Intrepidus cum patre manet Bernardus, & Alcen
Contra ſe poſitum durata cuſpide ſternit
Tunc Ildebrandus, ferias, precor optime fili
Nec cuiquam parcas gladio ſi deficit haſta
Pro patria pugnare decet veneranda vetuſtas
Et noſtri quondam micuere per arma parentes.
Dixit, & Agilion iaculo proſternit, & enſe
Bruſæi feriens caput a ceruice reſoluit.
B Diffugiunt ſtatim reliqui fugientibus inſtans
Cum genitore ſatus pertundit barbara terga
Vndique currentes equites mixti pediteſque
Audaces animi, compreſſis greſſibus intrant
Per ſolitas veluti ſubeunt examina ſedes
Sic vigor Alphęus latam progreſſus in vrbem
Diſperſas fundit iaculis, gladijſque catervas,
Hic expue abiciſſus, pectus transfoſſus, & alter
Viſceribus fuſis alius tellure iacebat
Humanoque nimis terram maduiſſe cruore
Et fluxiſſe putes commotos ſanguine riuos
Sicut cum primo dimiſſo flumina curſu
Expatiat campis quando reuocantur in amnem
Efficiunt riuos plures denſaſque lacunas,
At rabidos poſt quam gladius deleuerat hoſtes
C Mœnia cum tectis retinent, vrbanaque templa
Chriſticolæ, longus quos iam labor attenuarat,
Et ſeruant ipſam ſtudijs vigilantibus vrbem
Ac ſolito belli numquam remouentur ab vſu
Artibus intendunt, peragunt, vincuntque labores
Deſtructis tectis via fit, caſtella trahuntur
Namque Bebolgedit portis ſunt abdita bina
Emodenorum totidem ſunt abdita muris
Denique turritos Latialis machina muros
Sternit adæquatur propero munimine foſſæ
Hæque cadaueribus multis ligniſque replentur,
Barbara gens grandi nimium concuſſa timore
Caſtra Pyrenæi Comitis tremebunda ſubintrat
Ad quodcumque velit cupiens ſe iungere fœdus
Si bellatores indemnes atque ſoluti
D Incolumes etiam cum libertate ſinantur.
Talia dum referunt, cœtum properantur in vnum
Accitus populus, pacis de fœdere tractat.
Fulgebatque dies qua plenus dogmate ſancto
Eccleſiæ Paſtor ſuſcepit iura cathedræ
Clerus adeſt, proceresque ſimul, conſenſio creſcit
Maxima diuiſas pandunt certamina mentes
Pars trahit ad pactum, par diligit altera pugnam
Collaudat clerus partem pugnare volentem.
Sanctus, & Antiſtes cum cardine prælia cenſet
Hiique fauent acies. Contra Catalanicus heros
Ampuriæque ſenex, contendunt atq. Guidelmus
Et ſancti cleri firmas conuertere mentes
Muneribus largis, precibus, pretioque laborant
Hæc pius vt renuit conuicia ſuſtinet ordo
Tunc cum Bernardo verbis Gratianus honeſtis
Verba refert auidis Gothorum congrua dictis
Profundens lachrymas mœſtus cū Cardine Pręſul
Sic genibus fuſis numen cæleſte precantur

Conditor omnipotens cœli, terræquè creator
Cuius perpetuo ſunt condita ſæcula iuſſu
Et quodcumque viget, quodcumq. videtur in illis
Clamantum petimus lugubres intende precatus
Et confidentes in te pater optime ſerua
Eccleſiæque tuæ pro te certare volenti
Auxilio ſuccurre pio, da vincere gentem
Sacrilegam multa ſanctorum cæde madentem
Et pietate ſua cogitantes reſpice ſeruos
Qui te factorem cunctorum ſemper adorant,
Et tu ſancta Dei genitrix regina polorum
Vna cum ſanctis noſtros ſupplete rogatus
Æſtuat interea caſtris Piſana iuuentus
Protinus incipiunt pugnam Brunicardia proles
Promptus Oliuerius vada quem miſiſtis ad arma
Rolanduſque valens Rodulpho patre creatus
Arma petunt Latij, tenuit dua bella Pyrænus
Accedunt muris, & poſcunt Iſmaelitas
Anticipant aditus, & portis cominus inſtant.
Paganæ contra miſcent fera bella phalanges
Tutantes fractos inuicto robore muros
Acrius Alphæi ſubeunt, armiſque coruſcis
Duros irrumpunt aditus virtute coacta.
Hos lapides, & tela petunt, miſſæque ſagittæ
Et quas interior iaciebat machina moles
Tutantur clypeis tectos thoracibus artus,
Et iaculis, miſſis poſcunt mucronibus hoſtes
Immotique loco bellum renouantque feruntque
Mixta manus poſt hos perpeſſa frequentia tela
Ardet in obſtantem properanter currere turbam
Vnde graues miſſi veniunt in ſcuta molares
Hinc de plebe viri conuerſi terga videntur
De fractis muris turpi cecidiſſe ruina,
At qui bella queunt animi tolerare vigore
Obſtantes arcent infracto robore turmas
Quamuis tres fuerant ſocij de marte repulſi
Tum vice qui comitum ſtant; polleos viribus Vgo
Militibus paucis intrat comitantibus vrbem
Impetit & Mauros, & cuſpide turbat acuta
Vt celeres damas pardus per deuia rura
Niſibus herois cum duriter inguina foſſus
Tenderet ad manes immanis viribus Alchas
Accurrunt acies reliquæ, ferroque micanti
Perluſtrant vrbem, multum tamen ante cruoris
Excepit tellus, quam vertere terga coacti
Deiererent, qua tunc ſteterãt pugnando plateam
Vexillum peditum tunc Anſualdica proles
Francardus geſtans hoſtes aliunde petiuit
Aſt Vgonis cum comitantur, & Vguiccionis
Aurihcum valide pagana per agmina vires
Sibyllaque ſtatus, multa comitante caterua
Hique vigoroſi certatim bella volentes
Pugnando Dartana petunt, pugnataque letho
Agmina dant Balcæ, poſcunt velociter arcem
Et quacunque ruunt bellum lethale videres
Interfecta iacent per cuncta cadauera templa
Vulnera corporibus ſtillant, riuique cruoris
Vndique diffuſi Latias tenuere plateas
Pars gladio percuſſa cadit, pars capta tenetur
At reliquam gentem vetus Elmodenia ſeruat
Hinc comes accelerans alia de parte Pyrænus
Iudæos omnes hic ſub ditione receptat
Circuiens properat captã gena ſaucia per vrbem
Ferrea captorum diſſoluens vincula fractum

A Cui fuerant oſtrum, byſſus, ſeu purpura veſtes
Aurum cum gemmis Hiſpanaque pallia prædæ.
Pars reſtabat adhuc, fuerat pars acta laborum
Vallatur populis vrbs Elmodenia cuius
Obſidet aſſidue, cultus gens prouida muros
Vt caſtella trahant Piſani mœnia ſternunt
Vrbeque de capta planant obſtantia quæque
Qui præſunt muris mutantes fœdera poſcunt
Et fore non poterat varijs concordia victis
Angulus hanc habuit quã frangunt agmina turrim
Et ſubeunt aditus pugnantum robore factos
Vi capitur turris, labor eſt immenſus in illa
Creuit, & artificum cito fit molimine maior
Signa ſuperponunt, & clamant mœnia capta.
B Vndique concurrunt, paſſim properatur ad arma,
Tutantur Mauri iaculis, gladijsque feneſtras
A Latijs factas quorum promptiſſimus acri
Dum perſtat pugna, caput, emittitque feneſtra
Tenſus ab Alphæo perſectur crinibus extra
Abſciditurque caput, nil proficiente Kaiullas
Iam patet introitus pubes Alphæa ſubintrat
Læta, fugit moribunda phalanx, repetitq coacta,
Vrbem, quæ regis, ſat paruu'a circuit arcem
Occubuere tamen plures ferro, quibus extra
Latè perfuſus cruor extitit experimento
Circumſtans Piſana manus muralia frangit
Robora cum tectis binaſque ad mœnia turres
Feſtinando trahit formidine barbara turba
C Concutitur, poſcunt vitæ tutamina pauci
Alphæi nec concedunt, nec pacta refutant
Pars ſcalis Ionia ſubit, pars finibus acta
Excelſas ſcandit nec inerti robore turres
Barbara gens faciendo fugam cõſcendit in arcem,
Arx inuicta ſtetit bellis ſuperanda cruentis
Septem procerſas porrexit in aera turres
Sat plus ſublimi quam celſa theatra Quiritum
Pontica vis latè præruptis ſubdita ſaxis
In tuto poſitæ latus vnda proluit arcis
Partibus a reliquis foſſa circundatur alta
Hanc tutabantur fortes per prælia mille
Et Dartana ſuper poſitas duo robora turres
Audaces pariter nitebantur retinere
Monſtrabantque ſuos validos in bella furores
Dum dant aſſaltus crebros dum vulnera miſcent
D Dum perimunt pluros, multos fundendo cruores
Turribus inſiſtens geminis Alphæa iuuentus
Mœnia tutantes duros deterret Iberos
Tormenti iactu muri ſternuntur, & hoſtes
Quas arces pulſat, quatit, & denſiſſima moles
Maura manus murum per quem teſtudo trahẽda
Obſtantem turrem iuuenilibus acta petebat
Viribus in celerem mox compulit ire ruinam
Angulus impulſus turris ruit; improba turba
Protinus inde fugit, ſcala Raymundus in ipſam
Scandit, terque decem Mauros pugnando fugauit
Hinc audax quendam proſternit cuſpide vaſta
Inſiſtens gladio multos perimit feriendo
His reliquos ſequitur lætis ſucceſſibus hoſtes
Diffugiunt alia dimiſſa barbara turri
Agminat præcipiti ſaltu, ſed quinque ſuperſtant
Hi trabe percutiunt pugnantem fortius ille
Præſtat, tunc validi ſaxi confringitur ictu,
Oraque cum medijs moles proiecta reſoluit
Faucibus. Hinc lapſus de muro concidit alto

Bel-

Belligerator obit, cæli de carne ſolutam
Accipiunt animam, ſocij deflentur amores
Notus, & ignotus lacrymas dant, atq. querelas,
Et gemitus pariter mittunt communiter altos.
Accedunt acies, turri ſupponitur ignis,
Perque gradus Vgo ſcalæ faſtigia ſcandit,
Quinque ſuperſtantes aduerſis viribus hoſtes,
Conantem iuuenem multo ſtridore coarctant,
Denique conanti poterat ſuccurrere nemo,
Millenos ictus clypeo, galeaque ferenti,
Longa laboris erant, nimium toleranda pericla,
A prima ſolis ſubit hic certamina luce,
Quæ nonam ſanè durare iubentur in horam,
Accenſis animis tandem quidam ſociorum,
Ingreditur turrim prudenter ſummaque ſcandit,
Et dum quinq; petunt nudis mucronibus ipſum
Vgo ſubit turrim, binique ſubinde ſequuntur,
Primus & hinc gladio mox priuat vertice Maurũ,
Atque rota polita clypeum velociter huius
Accipit, ac binos ſtricto mucrone recidit,
Aſt alios binos bini ſtrauere ſodales,
Ara ſine profuſo numquam ſuperanda cruore
Reſtabat, ſed eam Piſana potentia circum,
Obſeruantq; ſimul, venatri a tepore turba,
Horrendos vrſos ſeruat, cohibetque cauerna.
Rex nouus interea factis perterritus iſtis,
Poſtquam Comera vidit Piſano robore vinci
Viuus vt euadat timidas ſe flectit ad arces,
Expertoſque ſatis promiſſis impleramicos,
Et rate vectus abit, ſeptem comitantibus illum,
Qui Baleare ſolum dudum rexere priores,
Hunc Dodo, qui vigili ſeruauerat æquora cura,
Sulcantem pelagus cupiens ad caſtra reduxit,
Chriſticolas nuper duris macerare catenis,
Compedibus tentus tea ferrea vincla ſubiuit,
Hinc Baleæ populus Regem ſibi fecit Alanta
Hiſpanum, cui us nec erat durabile Regnum,
Qui de Dalmarij lecho perterritus exiens,
Qui capur arripuit, nulli ſe credidit vnquam,
Hæc timidus memorans binos ſibi repperit vtres,
Et vacuas inflans multo ſufflamine pelles,
Intro commiſſis cohibet ſpiramina filis,
Sic Hiſpanus Alas pro naui pellibus vſus,
Per freta longa natat, credas delphina notantam,
Aequore diffugium facit hic ſocioſq; reliquit.
Perfriogunt muros vrbis Piſana, Domoſque
Agmina perfectos aditus, caſtella trahuntur
Artibus ingenijs, augmenta per aera creſcunt,
Artificum ſtudio, cuiuſque laborat, & hoſpes,
Alterutri patti nimiæ, dare damna ruinæ
Saxa, lapis, ceſpes, latę fundamina foſſæ,
Intus iacta replent, muris caſtella propinqua
Conſiſtunt, durus paries Betbece foratur,
Turres alterno conduntur in arce labore,
Fulcra ſuperponunt, pretioſaq. pallia telas,
Quæ tua non faceret multo mercator in auro,
At ſub caſtello poſiti de mœnibus ignes,
Sulphureas mittunt per aperta foramina flammas,
Quas hauſtæ puteis poſcunt, & fontibus vndæ,
Extinctas Latij flammas, torreſque putabant,
Clam vigiles, ſed erant, tunc alta palatia moles,
Et tormenta petunt, certant cum turribus vnci

A Funibus, & tractæ ducuntur ad infima turres
Poſtque dies aliquot furiuæ robora flammæ,
Creuerunt ſubito, fumus quoq; qualis ab Aethna
Progreditur, tetro quando Vulcanus in antro,
Concitat igniferas plenas caligine nubes,
Tunc propere poſcũtur aquæ, ſuper et additur vnda,
Sed proiecta nequit, tectas extinguere flammas,
Caſtellum mox retro trahunt, dum deſinat ignis,
A proprio poſtquam ceſſauit flamma calore,
Ingenioſa cohors caſtella reducit ad arcem,
Percutiens aries impulſu præpete turrim,
Robora celſa quatit, labuntur ad infima cautes.
Interea Sachi, cum binis ceſſit ab arce,
Militibus pueris comitantibus, atque puellis,
Et dedit Alphæis pretium ſine nomine multum,
B At reliqui flammis ſeſe donare minantur,
Quidquid habent pretij, niſi libertate potiti,
Ad quæcumq. velint loca permittuntur abire
Alphæi contra teferunt, vos perdat, & aurum
Cunctipotens veſtrum, qui tam peruerſa putatis
Carius eſt etiam nos tali morte reſolui,
Nobis quam Baleæ pretioſa, vel optima quæque
Gerionæa manus non talia percipit aute,
Tormentis Alphæa cohors circumpetit arcem,
Conſtituitque duos mirando robore pontes,
Mœnibus impoſitum conſtructis robur in vnum
Protinus aſcendit lentè dum ponitur alter,
Dum pugnant Mauri, tantiſque laboribus adſunt
Alphæi properant, procedit Grunius ante,
Oppoſitumque ſibi violentum proterit hoſtem,
C Iuxta quem reliqui mox progrediuntur in arcem
Maurorum quidam ſtatim deſcendere ſcalas
Incipiunt, multi ſeſe præferre periclis
Mortis non dubitant, ne confodiantur inulti,
Sed velut accipitres celeri properare volatu,
Pennarum leuitate ſolent, vbi plurimus anſer
Aere ſuſpenſus fluuialia deſerit arua,
Et proiecuta velut promptos laniata per vngues,
Cum plumis diſtracta iacent, ſic cernere poſſes,
Piſanos properare, & barbara membra iacere,
Inde Pyreneæ regionis rector in arcem,
Aſcendens lætus ſuperatos increpat hoſtes,
Plures enſe cadunt, multi cecidere feneſtris,
Hic certat iugulare mares, trahit ille puellas,
Et facta præda muti ſternuntur, & ædes,
Hinc ignis cæſos, & lignea tecta perurit,
Depopulans agros terræ loca circuit hoſpes.
D Inde viri veniunt, cum natis denique matres,
Inde boues, pecudumq. greges, & multa ſupellex.
Paſcha celebratur, Baiales de nexibus exit,
Cuius dat nato Piſana potentia Regnum
Denique victores felici claſſe parata,
Ad ſua quique meat, hos & de litore ſpectant,
Et miranda canunt Chriſti magnalia gentes
Piſanam tandem Burabe traductus in vrbem,
Præbuit Italiæ ſeſe ſpectabile monſtrum.

Laurentij Veronenſis liber de bello Maioricano explicit

Tunc fuit a Chriſto tecto velamine carnis,
Centenus quintus decimus milleſimus annus.

RICHARDI DE S. GERMANO CHRONICON

Rerum per orbem geſtarum ab exceſſu Guillelmi Siciliæ Regis, Anno ſcilicet Domini M. C. LXXXIX. ad annum vſque M. CC. XLIII.

Quibus Auctor ſe vixiſſe teſtatur ex peruetuſto exemplari ad fidem membranacei codicis Bibliothecæ Caſinenſis apud me in domeſticis monumentis ſeruatum, nunc primum editum publicæ donatur vtilitati.

Incipiunt Chronica de his omnibus, quæ in Regno Siciliæ geſta ſunt, vel vbique per orbem a tempore mortis Regis Guillelmi Secundi vſque ad tempora Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Hieruſalem, & Siciliæ Regis, tractata per Notarium Richardum de ſancto Germano.

A SOlet ætas antiquior, ac prouida priorum auctoritas digna memoriæ quæque per orbem geſta deſcribere relinquenda poſteris ad doctrinam, ac eorum inſtar adhuc prudens ſequentium natio idem agit, ne omiſſa depereant, aut neglecta notitiam effugiant futurorum. Horum ſiquidem æmulator ego Richardus de ſancto Germano Notarius, cui quæ ſeruit hiſtoriographis, muſarum prima obſequitur; de quo metrice ſcriptum reperi, explicat ingenio res geſtas ordine Clio, niſus ſum pro viribus ingenioli mei, quæ vbique terrarum; & præſertim in Regno Siciliæ geſta ſunt, diebus meis viſa, cognita, ſeu fideli relatione percepta veritate ſeruata litteris tradere, & in hoc præſens compilare volumen, vt ex ijs diſcat futura poſteritas varios eſſe temporum curſus, memineritque prudenter bellum in pace timere, ac pacem iterum ſperare poſt bellum. B Quoniam ergo Regni filius ego ſum, qui legerit, non me cauſetur deteſtando ſi Regni geſta ſcribo, diffuſius autem de contingentibus quid de cunctis dicendo: & ſi non proſint ſingula, quæque iuuant, & Dei potius eſt, quam hominis, omnium habere memoriam. Sumens proinde a tempore quo Guillelmus Rex Siciliæ inclytus recolendæ memoriæ obijt, Pontificatus vero Clementis Papæ anno ſecundo, per Chronicam hæc incluſi, quibuſdam præmiſſis in laudem Regis ipſius, & quæ Regni tangunt negotia, ac relatu digna ſunt non omiſſis, in eius nomine, C qui os Zachariæ olim aperuit, os meum aperiat ad loquendum, & linguæ meæ vinculum ſoluat confidenter, ſingula quoque locum teneant ſortita decenter. Explicit prologus.

Tempore quo Rex ille Chriſtianiſſimus, cui nullus in orbe ſecundus, Regni huius moderabatur habenas, qui inter omnes Principes Princeps ſublimis, & abundans in omnibus opibus, erat ſtirpe clarus, fortuna elegans, virtute potens, ſenſu pollens, diuitiis opulentus: erat flos Regum, corona Principum, Quiritum ſpeculum, nobilium decus, amicorum fiducia, hoſtium terror, populi vita, A & virtus, miſerorum inopum peregrinantium ſalus, laborantium fortitudo, legis, & iuſtitiæ cultus tempore ſuo vigebat in Regno, ſua erat quilibet ſorte contentus, vbique pax, vbique ſecuritas, nec latronum metuebat viator inſidias, nec maris nauita offendicula piratarum. Sed licet tot, & tantis eum ditauerit, & dotauerit bonis, per quem Reges regnant, & Principes dominantur, feceritque illum præ cunctis terræ Regibus glorioſum, in hoc tamen ingloriosum illum reddidit, quod eum prolis negatione mulctauit. Concluſit enim vterum conſortis illius, vt non pareret, vel conciperet filium, & ne relinqueret ſui ſuperſtitem ſuper terram. Quapropter conſiderans Rex B ipſe felicitatis ſuæ tempora a Domino accepiſſe, & quod eum abſque liberis ſors fecerat infelicem, cogitauit, vt ſapiens ſapienter placaret Dominum, vt fœcundam redderet, quam ſterilem fecerat, cogitauit de theſauris ſuis ædificare ſibi domum in monte Regali ad honorem glorioſæ Virginis Matris eius, quam ditauit, compſit, & auxit. Ditauit poſſeſſionibus, compſit auri ornatu, auxit & muſiuo opere, lapidumque pretioſorum colore diuerſo, & talem ad finem vſque perduxit, qualem nullus Regum, aut Principum in toto terrarum orbe conſtruxit temporibus noſtris.

Erant ipſi Regi duo familiares præcipui, opere apud ipſum, & ſermone potentes, Gualterius Panormitanus Archiepiſcopus, C & Matthæus Cancellarius Regni ſui, quorum prudentia, & conſilio tota ipſius curia ducebatur. His duobus quaſi duabus columnis firmiſſimis, omnes Regni magnates obſequendo adhæſerant, cum per eos quidquid a curia Regia peterent, facilius impetrarent. Hinc factum eſt, ipſo Cancellario ſuadente, vt Rex ipſe in prædicta Eccleſia beatæ Virginis in diœceſi Panormitana conſtructa, fieri a Romana Eccleſia Archiepiſcopus impetraret, quod idem Archiepiſcopus ad inſtinctum ipſius Cancellarij factum intelligens (nam odio ſe habebant ad inuicem, quamquam ſe in publico diligere viderentur, &

per

per inuidiam detrahentes, libenter vnus alteri in occulto) hanc ſuam iniuriam, & capitis diminutionem patienter portauit ad tempus, Qui tandem proceſſu temporis cum non poſſet, quod factum fuerat per Eccleſiam, reuocare, hoc fidei ſubdolæ procurauit. Erat ipſi Regi amita quædam in palatio Panormitano, quam idem Rex de conſilio iam dicti Archiepiſcopi, Henrico Alemannorum Regi filio Friderici Romanorum Imperatoris in coniugem tradidit. Quo etiam procurante factum eſt, vt ad Regis ipſius mandatum, omnes Regni Comites ſacramentum præſtiterint, quod ſi Regem ipſum abſque liberis mori contingeret, amodo de facto Regni, tanquam fideles ipſi ſuæ amitæ tenerentur, & dicto Regi Alemanniæ viro eius.

Anno M. C. LXXXIX. Accidit autem proceſſu temporis, vt, Rex ipſe, cuius memoriale in ſeculum, ſicut Domino placuit, ſine liberis menſe nouembri decederet, cuius deceſſum a cunctis Regni filijs merito deplorandum defleri hac Rhythmica lamentatione percenſui,

Plange planctu nimio Sicilia
Calabriæ Regio, Apulia
Terraque Laboris, vox mæroris
Intonet & perſonet noſtris oris
Suſpendatur organum omnis oris.
Rex noſter amabilis virtute laudabilis,
Aeuo memorabilis Guilielmus deceſſit.
Hunc oppreſſit mors crudelis, o infelix
Regnum ſine Rege, iam non es ſub lege.
Præſules, & Comites, vos Barones plangite
Planctu lacrymali, planctum quæſo ducite de querela flebili.
Vos Matronæ nobiles, virgines laudabiles
Olim delectabiles, & voce cantabiles,
Modulata eſtote nunc flebiles re turbata
Iacet Regnum deſolatum, diſſolutum & turbatum,
Sicque venientibus cunctis patet hoſtibus,
Eſt ob hoc dolendum, & plangendum omnibus
Omnes Regni filij tempus exterminij
Vobis datum flere, hoc verbum gaudere
Vobis eſt ſublatum, tempus pacis gratum
Eſt abſorptum iam ad ortum & occaſum ſonuit
Rex Guilelmus abijt, non obijt.
Rex ille magnificus, pacificus,
Cuius vita placuit Deo, & hominibus,
Eius ſemper ſpiritus Deo viuat cælitus. Amen.

Poſt huius Regis obitum, quanta inter Regni Comites ſit orta diſſenſio, & turbatio ſubſecuta, ſequens huius libelli lectio declarabit: nam nulli eorum fuit æqua voluntas. Omnes inter ſe cœperunt de maioritate contendere, & ad Regni ſolium aſpirare, & obliti iuriſiurandi, quod fecerant, eorum quilibet contra facere, anhelabat. Factum eſt autem, vt cum ſuis complicibus, ne pars Archiepiſcopi præualeret, Cancellarius obtinuerit in hac parte, & tunc vocatus Panormum Tancredus comes Licij Romana in hac curia dante aſſenſum eſt per ipſum Cancellarium coronatus in Regem.

M. C. XC. Tancredus iſte Ducis Rogerij filius fuerat naturalis, cuius pater Rogerius primus in

A Regno Siciliæ Regis ſortitus eſt nomen, & hac de re, quia hunc tenebat titulum, quod de ſtirpe Regia deſcendiſſet, inter alios Comites eſt electus in Regem. Qui poſtquam aſſumptus eſt, laborauit pro viribus, qualiter Regni fines in pace diſponeret, & ſibi rebelles, ac aduerſarios ſubiugaret. Et primum quidem quinque Saracenorum Regulos, qui ob metum Chriſtianorum ad montana confugerant, de montanis ipſis Panormum redire coegit inuitos, atque vi cæteros Regni comites, ac Barones ad ſuam fidelitatem conuerteret, & mandatum Regales effudit opes, & diu ſeruatas eſt auſus frangere gazas. Hic Richardo Acerrarum comiti, cuius ſoror ſua coniux erat, de qua geminam ſuſceperat prolem, auri talenta plurima expendenda
B tranſmittit, quibus omnes de principatu, & terra Laboris eidem Regi contrarios, flexit ad mandatum ipſius. Tunc & Roffridus Caſinenſis Abbas ipſi Regi iurauit.

Erat ea tempeſtate in Apuliæ finibus Rogerius quidam Andriæ comes, qui ſe non reputabat dicto Rege inferiorem, cum tempore memorati Regis Guillelmi totius Regni Magiſter Iuſtitiarius fuerit, & in Apulia plenum tunc dominium exerceret. Hic telo percuſſus inuidiæ de Tancredi Comitis promotione in Regem, ſibique ſubeſſe dedignans, contra ipſum ſeditione facta turbare ad eum conuerſos pro viribus cœpit, miſitque quam cito ad Henricum Alemanniæ Regem, quod veni-
C ret, vel mitteret, Regnum Siciliæ ſibi iure vxoris pertinens, quod Tancredus comes Licij vſurpauerat, recepturus. Qui abſque moræ periculo quendam Henricum Teſtam Imperij Mareſcalcum, cum multitudine graui mittit in Regnum, & veniens in Apuliam nullo obſtante ad ipſum Andriæ Comitem, primum Caſale quoddã, quod Cornetum dicitur, ad Abbatem Venuſij pertinens pro eo quod Abbas loci ipſius in partem ceſſerat dicti Regis, hoſtiliter inuans cum prædicto Comite, & ſuis dedit in direptionem, & prædam, & quæ potuit dicti Regis parti fauentibus mala irrogans, tandemque cum minorificato exercitu in Alemanniam reuerſus eſt.

Dictus vero Andriæ Comes in Apulia remanens
D firmata Roccha ſanctæ Agathæ, quam tunc ipſe tenebat de ſuis confiſus viribus, ſe in Aſculo recipit contra Regem, quem dictus Acerrarum Comes intus circumpoſita obſidione coarctans, cum flectere illum precibus, & promiſſis non poſſet, vocatum ipſum ad colloquium, quadam die proditorie cepit, & miſerabili morte damnauit.

Eo anno Fridericus Romanorum Imp. cum ingenti Cruceſignatorum exercitu Hieroſolymam petens, ſiniſtrante fortuna, in quodam flumine moritur. Henricus filius eius Italiam ingreditur.

Rex Franciæ, & Rex Angliæ Cruceſignati Hieroſolymam petunt, qui venientes Meſſanam orta inter eos diſcordia partem ciuitatis igne cremarunt, quos dictus Rex Tancredus magnis honorans xeniis, ne ciuitatem Meſſanæ deſtruerent, cum multis precibus impetrauit, qui tandem Hieroſolymam proficiſcentes, ac pro fide Chriſti certanie

tantes ciuitatem Acconitanam, quam infideles tenebant, Chriſti faciente virtute in manu potenti recuperarunt.

M. C. XCI. Clemens Papa Romæ obijt menſe martij, ac Hyacinthus diac. Card. in Cæleſtinum Papam conſecratur.

Rex dictus Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens ſolemni curia apud Thermulas habita in Aprutium vadit, Comitem Raynaldum obſidet, eumque ad ſuam redire fidelitatem coegit, & exinde Brundufium ſe conferens de altero filiorum ſuorum Rogerio ſcilicet cum Iſachio Conſtantinopolitano Imperatore de Vrania filia ſua contraxit, & nuptijs apud Brundufium magnifice celebratis, ibique dicto filio ſuo coronato in Regem Rex dictus cum triumpho, & gloria in Siciliam remeauit, & tunc Roccham Bantræ, & Roccham Guillelmi Roffrido Caſinenſi Abbati aſſignari mãdauit, quarum alteram ſcilicet Roccham Guillelmi ipſe Abbas dedit cuidam nobili Roberto de Apolita, cum quo de ſorore ſua contraxit, quam Herueo filio ipſius nobilis in coniugem tradidit, & reliquam ſcilicet Roccham Bantræ ad opus retinuit monaſterij Caſinenſis ponens in ea cuſtodem quemdam militem Petrum de Aymon conſobrinum ſuum.

Henricus Rex cum Conſtantia conſorte ſua, ad quam Regnum Siciliæ iure ſucceſſorio pertinebat, Romam venit, quem dictus Cæleſtinus Papa apud S. Petrum in Imperatorem, & conſortem ſuam in Imperatricem coronauit. Dato ab ipſo Imperatore Tuſculano Romanis, quam funditus deſtruxerunt.

Tunc Imperator ipſe Regnum intrat menſe martio, Papa prohibente, & contradicente, & per Campaniam venit in Roccham arcis, quam Matthæus Burrellus pro ipſo Rege tenebat a bellatoribus ſuis aggredi faciens, vi cepit eamdem. Quod tanti cauſa timoris fuit, vt qui ſe in Caſino receperant cum rebus ſuis homines ſancti Germani per Nuncios ſuos, quos ad eumdem Imperatorem mittunt fidelitatem iurent. Tunc enim dictus Roffridus Caſinenſis Abbas in monaſterio Caſinenſi grauiter infirmabatur, quem vrgentibus ipſis hominibus ſancti Germani oportuit ipſi Imperatori iurare. Sorella quoque, Atinum, caſtrum Cælij, metus cauſa ipſi Imperatori ſe reddunt, in quibus ipſe ſuos poſuit capellanos, tunc Comes Fundorum, & Comes Moliſij fidelitatem præſtant eidem, & procedens in terram Laboris, Theano Capua, & Aueſſa ſibi dantibus manum, Guillelmũ Caſertæ Comitem recipit, & Auerſam. Et exinde ſuper Neapolim vadens, eam poſita obſidione coarctat, coadſiſtentibus ei dictis comitibus, & Baronibus Principatus, necnõ & Abbate Caſinen. prædicto cum viribus ſuis. In quacum ſe contra eum recepiſſet dictus Acerrarum Comes, pro ſæpe dicto Rege ſatis ſtrenue defendit eandem: tunc Salerni ciuitas ipſi Imperatori ſe reddidit, vbi Imperatricem conſortem ſuam moraturam tranſmittit, & ipſe ciuitatem ipſam Neapolim crebro aggreditur, & impugnat. Cumque nec vi, nec viribus pugnando proficeret, ſuperueniente ægritudine digreſſus eſt abinde, vel inuitus, qui relicta

A Imperatrice conſorte ſua Salerni, & Muſcancervello in caſtello Capuæ conſtituto, ad ſanctum Germanum veniens, cum debilitato exercitu ſuo dictum Caſinenſem Abbatem, toto tunc conuentu ſibi fidelitatem præſtante, ſecum in Alemanniã ducit, Gregorio fratre eius ad maiorem ſecuritatem obſide relicto apud Ducem Spoleti, & quibuſdam de melioribus terræ ſancti Germani captis obſidibus, quos Diopuldo cuidam Theutonico in Rocca arcis relicto, & Corrado de Marlei in Sorella conſtituto cuſtodiendos commiſit. Et ipſe per terram Petri Celani Comitis ſub illius fido ducatu de Regno exiens in Alemanniam remeauit menſe ſeptembri. Tunc is, quem præfatus ſum, Acerrarum Comes de Neapoli exiens cum Neapolitanis, B & alijs vndique collectis militibus, venit Capuam, caſtellum obſidet, in quo Muſcancervellus ſe pro Imperatore receperat, qui cum non haberet victui neceſſaria, cum Comite ipſo componens, tradito ſibi, ac reſignato caſtello ipſo, abijt ſecurus quo voluit. Tunc & Auerſam recipit Theanum, & ſanctum Germanum ad Regis dicti reuocauit fidelitatem, & Caſinum conſcendens, vallum monaſterij, nullo obſtante intrauit. Qui cum blande ſatis alloqueretur Adenulphum Caſertanum decanum Caſinenſem, vt illum ad dicti Regis fidelitatem converteret, & hoc ab eo precibus obtinere, & promiſſis non poſſet, de loco deſcendit, & abijt. Tunc Comitem Moliſij recipit, C & ponens in ſancto Germano, & in ſancto Angelo Theodicio Maſnedam, quantum poteſt pro ſeruitio dicti Regis ſororij ſui elaborat. Tunc Richardus Fundanus Comes pro eo, quod ab Imperatore ipſo Sueſſam emerat, & Theanum, metus cauſa, comitatu relicto, in Campaniam ſeceſſit. Et Comitatus Fundanus cuidam fratri Aligerni Cottonis de Neapoli ab ipſo Rege conceditur. Adenulphus Caſertanus decanus Caſinenſis pro eo, quod in partem non ceſſit ipſius Regis a Cæleſtino Papa excommunicatus eſt, & monaſterium ſuppoſitum interdicto. Salernitani ad captandam Tancredi Regis gratiam, detentam Imperatricem ipſi Regi in Siciliam mittunt. Quam Rex ipſe debito cum honore recipiens, magnis orna- D tam muneribus in Alemanniam ad Imperatorem remittit. Eo anno quidam ſtultus Paganus dominus Caſaluetij Theutonicum quemdam ab Imperatore in Atino relictum dolo interficit, & a dicto Rege apud Atinum, quidam Rogerius de Foretta dirigitur.

M. C. XCII. Dictus Adenulphus Caſinenſis decanus facta compoſitione cum Diopuldo Roccæ Arcis caſtellano, qui ſe pro Imperatore gerebat. Congregato militari, & pedeſtri exercitu in Campaniam quos prece, pretioque conduxerat, de Caſino deſcendens menſe ianuario, vi cepit caſtrum ſancti Petri monaſterij, & bonis propriis ſpoliauit: de ciuitate ſancti Germani vſque ad Eccleſiam omnium ſanctorum occupauit, non tamen abſque ſtrage plurima Campanorum. Et pace tandem hinc inde clamata tota terra ipſi decano ſe reddidit. Et tunc de ſancto Germano nonnulli, qui dicti Regis partem fouebant, in partem alteram ſeceſſerunt, quorum bona omnia a

Theuto-

Theutonicis ſunt direpta. Tunc idẽ decanus cum A præfato Diopuldo terram equitans cum inſignijs monaſterij relictum caſtrũ Plumbareolę occupatis, vi cepit caſtrum Pignatarium, caſtrum S. Angeli Pontem Curuum, Caſtellum nouum, Fracte, & quædam alia caſtra pro iam dicto Rege ſe tenentia.

Illis diebus Richardus Caleni comes, qui erat pro parte Regis Tancredi venit ſupra S. Germanum cum Rogerio de Foreſta Caſtellano Atini ad deuaſtandum. Captus eſt eo anno Gottefridus Caſertanus ab illis de ſancto Augelo, & in captionem ductus, poſtmodum a Malqu. Sorellæ iam dicto caſteliano Atini in cuſtodiam traditus.

Dictus Diopuldus apud Aquinum cum quodã Regis Logotheta congreditur, quem campeſtri B bello fugatum deuicit multis ex ſuis captis, multiſque in lacu ſummerſis, & ea tunc vires creſcunt ipſi Diopuldo, qui cum Coorado caſtellano Sorellæ ſocietate contracta, equitant in terram Sueſſæ, oues, & boues, necnon & miſeros homines capiunt, & eos ad ſe redimendum poſt multa tormenta compellunt. Tunc temporis vocatus ipſe Diopuldus a Guillelmo Caſertæ comite, qui pro Imperatore erat, cum gente ſua Vado fluuium Capuæ tranſiens iuit in terram Laboris, & equitans ſuper Capuam, exeuntem contra ſe Richardum Caleni comitem cepit, & ad Roccham arcis duxit captiuum.

M.c.xciii. Roffridus dictus Caſinenſis Abbas de Alemannia rediens, relicto ibidem obſide C Gregorio germano ſuo, cum nonnullis, quos ſecum duxerat, electis militibus Cominum intrat, Atinum foras deuaſtat, incolatum occupans ſanctæ Mariæ de Atino, & dirui faciens muros Cancelli, & portam eius, vi cepit Gallinarium, & bonis propriis ſpoliauit, rediens vero ad terram monaſterii caſtrum ſancti Angeli, Theodicii ſibi contrarium, quis partes Regis Tancredi fouebat cum Conrado caſtellano Sorellæ, & cum gente ſua licet non profecerit, vehementer impugnat, faciens, quam potuit, in exterioribus vaſtatatem.

Eo anno Rex Angliæ ab Hieroſolymis rediens a Duce Auſtriæ retentus, & captus eſt, & Imperatori traditus. Qui tandem non ſine multæ pecuniæ interuentu dimiſſus eſt.

Bertholdus Comes ex parte Imperatoris in Re- D gnum legatus mittitur qui veniens, cum electis militibus, & bellatoribus de Florentia, ijs ei fauentibus, qui partem Imperatoris fouebant, & conuenientibus ad eundem, Venafrum in feſto beati Martini vi cepit, & ſuis dedit in direptionem, & prædam, Tunc comes Rogerius de Moliſio metus cauſa, quia ſe in partem Regis dederat, in Roccham Magenul ſe recipit. Bertholdus vero coadiiſtentibus ei Muſcanceruello, Diopuldo, & Conrado prædictis, necnon & Abbate Caſinenſe Fundano, & Caſertano comitibus cum viribus ſuis caſtrum Sexti, vbi Landus de Monte longo Comeſtabulus erat cum quibuſdã campanis militibus pro parte Regis Tancredi, vi cepit, ipſoq; caſtro bonis propriis ſpoliato, ipſum Landũ cũ ſociis ſuis captiuum duxit, quorũ libertati poſt multa ſupplicia, pietatis cauſa nõ profuit, niſi redimi profuiſſet, roccam etiam Rauenule aggredi a ſuis bellatoribus faciens, per inſultum cepit. Vaitanum acriter impugnans, vbi quidam erat Rogerius de Theate pro Rege ſtatutus, in nullo profecit. Demum ſuccreſcentibus ei viribus, & ad eum vndique concurrentibus, qui Regis partem oderant, regnum Imperiali nititur ſubijcere ſeruituti. Rex vero Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens exercitum congregat copioſum, volens Bertholdi vires oppoſitis viribus impedire. Cui dictus Bertholdus cum ſuis, ac aliis de regno Imperialem partem fouentibus, vtpote vir magnanimus viriliter ſe opponit, & Rege ipſo ſe cum ſuo exercitu apud Montem Fuſculum conferente, ipſe contra eum vadens, apud Batticanum poſuit caſtra ſua, cupiens cum ipſo Rege habere congreſſum. Id ipſum pars Regis, ad quem vires, vndique confluebant, optabat, Sed conſpiciens Rex ipſe, & in conſilio habens, quod honor ſibi non erat cum Bertholdo congredi, & Bertholdus cernens debiliorem partem ſuam, prælium ſapienter declinauit, vterque, & diſcedente inde Bertholdo, qui Laquedorum hoſpitatus eſt, Rex ipſe mouet a Monte Fuſculo caſtra ſua. Tunc Bertholdus per Capitaniatam rediens in comitatum Moliſij, caſtrum montis Rodonis, quod ſe pro Rege tenebat, circumpoſita obſidione coarctat, ibique die quodam cum illud aggredi faceret a pugnatoribus ſuis lapide manganelli contritus occubuit, eique Muſcanceruellus in Ducem ſucceſsit exercitus, qui tandem caſtrum ipſum obſidione firmata per ſitim capiens, non per vim, quos cepit Incolas, varijs cruciatibus ſine ſpe veniæ interemit.

Rex vero Tancredus tunc caſtrum Sabiniani vi cepit, & quemdam Sarolium capiens ipſius caſtri dominum, qui de Rege ipſo multum fuerat oblocutus, ſuſpendi iuſsit; recepit etiam Roccham ſanctæ Agathæ, quam quidam Robertus de Calagio dicti comitis Andriæ filius contra eum tenebat. Apud Saticiam cepit quemdam Robertum filium Rizardi, & tanquam ſibi rebellem puniuit. Exinde veniens in terram Laboris comitem Caſertæ recipit, & Aueriam. Sanctagathenſis quoque ciuitas, ac Teleſiæ, quæ tota poſtmodum combuſta eſt, venerunt ad mandatum ipſius. Tunc accerſito ad ſe Roberto de Apolita, abſtulit ei Roccam Guillelmi, & quemdam in ea Andream de Theano poſuit caſtellanum, ſicque relictis in pace Apuliæ finibus, & terra Laboris, Rex ipſe in Siciliam remeauit, vbi ordine naturæ præpoſtero Rogerius filius eius, qui coronatus in Regem fuerat, viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus, & frater eius Guillelmus in Regem ſucceſsit eidem. Ipſe quoque Rex doloris punctus aculeo, breui poſt tractum temporis infirmitate correptus obiit.

M.c.xciv. Dictus vero Henricus Imperator parato nauali, & terreſtri exercitu, regnum intrat, illum Roffridus Caſinenſis Abbas magnifice excipit, necnon & Fundanus comes, ac alii omnes Theutonici, & Latini, ſuum præſtolantes aduentum, cum quibus terram Laboris ingrediens, Neapolim recipit Salernum ſibi renitentem vi cepit, ac ſuis dedit in direptionem, & prædam. Tunc dictus Adenulphus Caſinenſis decanus protutationem.

tionem Abbatiæ Venuſij ab Imperatore recepit. Imperator vero Apuliæ fines nullo obſtante ingrediens, omnes Apuliæ recipit ciuitates, ad mandatum, & fidelitatem ſuam conuertens, dicto Caſinenſe Abbate præeunte, cuius fidei puritatem ſatis erat ipſi Imperatori experta, cui certam procuram, auctoritatem, & poteſtatem contulerat, vt venire ad ſuam fidelitatem volentes, per eum veniam mererentur.

Tunc ipſi Abbati caſtrum Malueſi ad opus contulit monaſterij Caſinenſis, & Pharum prætertens nauigio, Meſſanam recipit, totamque Siciliam, & Panormum properans, recipit ciuitatem ipſam, & cunctum palatij diripuit apparatum. Tunc vxor Regis ſoror dicti comitis Acerrarum cum filio ſuo paruulo Guillelmo præfato propter metum Imperatoris, ad locum tutiorem ſe contulit, Panormum deſerens, cum qua facta compoſitione, cum per vim locum, in quo erat, obtinere non poſſet, Imperator ipſe ſecuritate præſtita recipit eam, & filium ad manus ſuas, quos Muſcanceruello cuſtodiæ tradidit, & ex eis fecit ſuæ beneplacitum voluntatis.

Tunc dictus Caſinenſis Abbas conceſſionem ab ipſo Imperatore de Atino recipit, & de rocha Guilelmi, & filium Rogerii de Foreſta in Atino caſtellanum ab ipſo Imperatore recipiens, & mandatum per literas ad Andream de Theano caſtellanum roccæ Guillelmi, vt ſibi roccham ipſam aſsignare deberet dictus Abbas in ſua reuerſus eſt.

Imperator ipſe in die Natalis Domini regens Panormi curiam generalem præfatam Reginam, & filium eius, necnon & alios quamplures Præſules, & comites regni, quibus ipſe perditionis notam imponebat iudicio Petri Celani comitis capi fecit, & ex ipſis quoſdam orbauit, quoſdam incendio, quoſdam ſuſpendio, & quoſdam in Alemanniam exilio deſtinauit.

Tunc Imperatrix Exii ciuitas Marchiæ filium peperit nomine Frideric. menſe decembri in feſto S.Stephani.

M.c.xcv. Roffridus Caſinenſis Abbas tractatu quorumdam de Atino nocturno tempore introductus, Atinum recipit, dictum Rogerium de Foreſta caſtellanum intus arctat, & obſidet, qui cum non haberet victui neceſſaria, recepta de perſona, & rebus ſuis ſecuritate ab Abbate prædicto & compoſitione facta cum eo de caſtro ſancti Petri in fine, quod recepit ab ipſo, & fidelitatem iurauit eidē, caſtrum Atini in manus reſignauit eiuſdem: roccham Guillelmi etiā ab Andrea de Theano recipiens, fidelitate quoque ab eo recepta, & caſtrum Cucurucij conceſsit. Illud tamen de Imperiali mandato cuidam Tancredo, de vero conceſſit, fidelitatis ab eo iuramento recepto.

Hoc anno dictus Caſinenſis Abbas caſtrum Tirelli vi capiens igne cremauit.

M.c.xcvi. Imperator in Alamanniam redit, qui Muſcanceruello Moliſij comitatum concedit, & tunc Rogerium Moliſii comitem, qui ſe ob metum Imperatoris in roccam Mugenul receperat, idem Muſcanceruellus arctat, & obſidet cum quo facta compoſitione, & data ſibi ſecuritate, & ſuis, roccham ipſam recipit, eumque extra regnum abire promiſit, vbi proceſſu temporis mortuus eſt. Dictus Caſinenſis Abbas caſtrum Fractarum receperat, & Caſtellum nouum, caſtrum vero ſancti Angeli Theodici, quorum habitatores mala innumera per ſe fecerant in terram ſancti Benedicti, & per ſeruientes quos ad ſolidos retinuerant, caſtrum combuſſerant Pignatarij, per proditionem obtinuit, & recepit ad fidelitatem ſuam, & monaſterij Caſinenſis, quibus tamen dignas pro meritis pœnas rependit, & ſub prætextu quorumdam verſuum, quos ibidem inuenit, quos hic annectere minime non cenſui, muros ipſius caſtri ſterni ad ſolum fecit, & aggeres illius repleri, Verſus enim tales ſunt.

Peſsimus Alboinus Landulphus ſeruus Aquinus
Petrus Roggerus, Philippus valde Seuerus
Simon, ac Andreas Adenulphus vt alter Egeas
Sunt hi Rectores per quos ſeruantur honores
Hi dictant bella, cædes, immenſa flagella,
Dantes edictum, venerentur ne Benedictum?

Eo tempore dictus Richardus Acerrarum comes regnum exire occulte volens, & a facie fugere Imperatoris, relictis Campania, & Burgentia munitionibus, quas tenebat proditus a quodam albo monacho, cui ſe crediderat, captus a iam dicto Dipuldo eſt, & cuſtodiæ traditus carcerali, Cæſari aſsignandus. Qui de Alemannia Vormacienſem Epiſcopum miſit legatum in regnum, qui Neapolim veniens cum iam dicto Caſinenſe Abbate Latinis etiam aliis, & Theutonicis Imperiale implens mandatum, Neapolis muros, & Capuæ funditus fecit euerti.

M.c.xcvij. Imperator ipſe de Alemannia rediens aſsignatum ſibi a Diopuldo Roccæ arcis caſtellano dictum Acerrarum comitem, cum apud Capuam curiam regeret generalem, trahi ab equo primum per plateas Capuæ & demum verſo deorſum capite ſuſpendi viuum iubet. Quem viuentem poſt biduum, quidam Imperatoris hiſtrio Theutonicus cognomine Follis, vt ipſi Imperatori placeret, ligato ad guttur eius non paruo lapidis pondere, ipſum turpiter exhalare coegit. Tunc Imperator ipſe generalem toti regno collectam impoſuit. Tunc ipſe Diopuldus per Imperatorem comes factus eſt Acerrarum. Tunc etiam Oddo frater ipſius ad expugnandum Roccham ſiccam, in qua ſe Raynaldus, & Landulphus de Aquino frater contra Imperatorem receperāt, ab ipſo Imperatore dirigitur, & ipſe ſe confert in Siciliam Imperator, vbi ad ſe duci Imperatricem iubet, qua in Panormi palatio conſtituta, quidam Guillelmus monachus, qui caſtellanus erat caſtri Ioannis, rebellauit Imperatori, ad quem obſidendum cum ipſe perſonaliter accederet Imperator, ſuperueniente ægritudine, abinde infirmus diſcedens, ſicut Domino placuit, diem clauſit extremum. Et tunc fama diſcurrente per regnum dictus Oddo frater Diopuldi comitis, rupta obſidione Rocchæ ſiccæ diſcedit, & ſe contulit ad Roccham Arcis.

Impe-

Imperatrix Panormi remanens, in veſte lugubri de nece Imperatoris viri ſui, Regnique paci conſulens, & quieti Marculdum Imperij Seneſcalcũ, cum Theutonicis omnibus de Regno excluſit, ipſumque ne a modo Regnum ingredi, abſq; ſuo iuſſu præſumeret, neue remaneret in Regno, coegit. Qui ipſiuscum Imperatricis literis, & ducatu, ad Comitatum Moliſij veniens, qui tũc Marchia vocabatur, & ſibi fauebat, cum illum ſibi Muſcaincceruello mortuo, conceſſerit Imperator, ſub ſecuro Cardinalium conductu, & ſecuritate ſupradicti Petri Cælani comitis, cui propterea Vairanum tradidit, relictis in ipſo Moliſij comitatu Caſtellanis ſuis, & Baiulis ad Anconæ Marchiam ſuo proprietario dominio ſubditam ſe contulit, vbi cum ſuis ſequacibus innumera mala commiſit.

Cæleſtinus Papa obiit, & Lotharius Cardinalis in Papam Innocentium ſubſtitutus eſt illi.

Imperatrix filium ſuum in Marchia apud Heſim ciuitatem relictum ſub ducatu dicti Cælani comitis, & Beraldi Laureti comitis, & Cuperiani, ad ſe duci iubet in Regnum, & de Apulia in Siciliam tráſmeare. Tunc quidã in Calabria Theutonicus, nomine Fridericus, cum nollet Imperatrici fauere, ſe in Malueti caſtro recipiens, quod furto ſubſtulerat cuidam Mauro de Mira ibidem caſtellano ſtatuto pro monaſterio Caſinenſe, iuſſu Imperatricis ipſius, a comite Amphuſo de Rotis cæteriſque Calabriæ nobilibus, in ipſo caſtro obſeſſus eſt, & arctatus. Qui dum aliter euadere ſe non poſſe conſpiceret, dolo cogitauit capere obſidenſes obſeſſus, & vocatos eos die quadam ſemotim ab aliis, cum eis fidem dediſſet, quod redire vellet ad Imperatricis mandatum, captos capitaneos cepit, eoſque de perſonis puniuit, vt voluit.

M. cxcviii. Imperatrix ipſa proceſſu temporis obiit, & prędictũ filium vnicũ Fridericum, & Regni balíũ Innocẽtio Papæ ex teſtamẽto reliquit, d. vero Marcualdus cognito de morte Imperatricis, cõgregato malignorum exercitu, quos prece, pretioue conduxerat, Regnum, non ſine illorum, qui erant de Regno auxilio, & ducatu intrauit, & veniens in comitatum Moliſij, in quo fidei ſuæ reliquiæ ſeruabantur, ad dictum Caſinenſem Abbatem pro pace legatos miſit, per quos etiam ipſum, vt ſibi Regni iuraret Balium, quod ſibi Imperator reliquerat, vt dicebat, requiſiuit. Quia vero a prædicto Abbate obtinere non potuit. Nam primo Regni ipſius Balium dicto Innocentio Papæ iurauerat, qui contra ipſum Marcualdum ad iam dictum Abbatem duos miſerat Cardinales, cum exfortio militum campanorum, ac auxilium terræ ſuæ, eumdemque Marcualdum excommunicationis vinculo innodauerat, & ſequaces illius. Ipſe ſui furoris impatiens, cœpit more Theutonico in terram Monaſterij deſæuire.

M. cxcix. Menſe ianuario. Hic per Vrnaſtrum veniens maledictus, cum maledictis terram Sancti ingreſſus eſt Benedicti, & primó, caſtrum ſancti Petri in fine deſertum ab incolis cauſa metus, nullo obſtante occupans igne cremauit. Caſtrum A ſancti Victoris vi capiens, bonis proprijs ſpoliauit, & mouens exinde caſtra Ceruarium, & Tororium, duo ſcilicet caſtra ab habitatoribus derelicta combuſſit, & ſeptimo intrante ianuarii ante ſanctum Germanum in campis caſtrametatus eſt, & cum ad capiendam terram ipſam daret frequentes inſultus, capere vi tamen non potuit, hominibus ciuitatis, ac militibus Campaniæ, qui in ea conuenerant eo die, reſiſtentibus illi.

Tunc Diopuldus iam dictus, qui ad ipſum venerat Marcualdum, mõtem quemdam, qui Maio dicitur, cum ſuis occupãs, ſua in eo tentoria fixit. Quod tanti cauſa timoris fuit omnibus de terra ipſa, cum ſupereminens eſſet mons ciuitati, & poſſet de ſupernis montibus ab hoſtibus facile oc B cupari, quod idem Abbas nocte conſcendens, occaſione muniendi vallum monaſterij, nonnulli de ciuitate, cum ſupellectili ſua ſe ad vallum contulerint memoratum, Cardinalibus ipſis mane ſequenti ſe recipientibus in ipſo monaſterio cauſa metus, ſicque die ipſo octauo, ſcilicet ianuarij, relictam ab incolis ciuitatem Marcualdus intrauit, bonis proprijs ſpoliauit, & quos in ea inuenit, pœnis addixit variis, & tormentis, quibus pietatis cauſa non profuit, niſi redimi profuiſſet, nec contentus eo, quod terrã occupauerat Monaſterii, ad obſidendum illud, & capiendum, cum in eo, cum multis Campaniæ militibus, & gente ciuitatis non modica ſe concluſerint Cardinales, aſcendere vo C luit. Qui cum per dies aliquot poſita in Viridario obſidione, ipſum monaſterium teneret obſeſſum, & Vallum ipſum per frequentes inſultus hoſtiliter impugnaret, capere per vim illud non potuit, Campanis, & alijs qui erant in Vallo conſtitutis militibus reſiſtentibus illi. Cumque firmata obſidione ad capiendum monaſterium vehementer inſtaret, quod cum per vim non poſſet, credebat fame, ſitiue facile occupare, in die feſto beati Mauri, mutata ſubito ſerenitate aeris, temporis inclementia facta eſt, & tanta inundatio pluuiarum admiſta grandinibus, & imbribus multis, quod hoſtium tentoria ſtrauit ad ſolum, propter quod, qui erant obſeſſi, & iam areſcere cœperant, aquis deficientibus in ciſternis, Deo, & ſancto Mauro debitas gratias retulerunt, & ab obſidione ipſi coacti ſunt recedere obſidentes. Tunc D in deſcenſu montis, caſtrum Plumbareolæ idem Marcualdus igne combuſſit, & rediens in ſancto Germano, ira commotus, intus, & extra ciuitatem domorum, & tuguriorum vaſtitatem fieri mandans, caſtrum ſancti Heliæ affidatum combuſſit. Portas ſancti Germani, & mœnia eiuſdem in pleriſque locis euerti fecit ad ſolum. Illis diebus cum viri nequam, qui erant cum ipſo Marcualdo, facerent in cæteris Eccleſijs, ſicut in alijs terræ domibus ſtationẽ, & ſua in eis ludicra exercerent, ipſi Deo, & Sanctis eius non verebantur iniurias irrogare. Nãm cum de cæteris Altaribus certas extraxiſſent Reliquias, vnus ex prædictis violare Aram Beatæ Virginis attentauit, qui ſtatim aridam ad ſe manum retraxit.

Alter cum Crucifixo, qui eſt in Eccleſia ſancti Germani, primò per lapidis ictum, demum per

vrinæ iniectionem, in ipſum iniurias graues inferret, roſa prius dentibus lingua, areſactus infelix, vitam ſtatim cum morte finiuit, quod tantum ipſi Marcualdo terrorem incuſſit, quod facta compoſitione cum Abbate prædicto, terram exiens monaſterij nono ſtante ſebruarij, habuit malo omine ro anteriore progreſſum.

Eo tempore Richardus de Aquile Fůdanus comes, vt ſaluam faceret terram ſuam, Siſrido fratri comitis Diopuldi filiam ſuam dedit in coniugem.

Tunc ipſe Marcualdus caſtrum Pontis Corui, terram ſancti Angeli, & Caſtellum Nouum ipſi comiti Diopuldo, & ſuis ſeruande commiſit, Diopuldus vero, qui ipſum Marcualdum antecedebat, & prædicebat, vt omnes de Regno ſe ad Marcualdum conuerterent, & Regni Balium intrarent eidem, a Guilielmo Caſertæ comite ceptus eſt, & quandiu vixit, eum tenuit vinculatum, ſed eo mortuo, Guilielmus filius eius accepta filia eius in vxorem, liberum dimiſit illum. Marcualdus vero ad Apuliæ partes ſe conferens, Auellinum obſedit, & cum incolis ciuitatis ſe componens, diſceſſit ab obſidione, & procedens inde Valletam, quoddam Caſale Apuliæ vi cepit, & ſuis dedit in direptionem, & prædam. Tunc Petrus Cælani comes de Marſia venit in terram Laboris. Marcualdus vero de Apulia per capitaniatum rediens in comitatum Moliſij, Iſerniæ ciuitatem, cum exercitum recipere non poſſet, bonis proprijs ſpoliauit, & procedens verſus Terram Laboris, & Teanum oppugnans, capere vi non potuit illam. Deinde Salernum ſe conferens, quæ tunc comiti Diopuldo fauebat, & inde parato nauigio, in Siciliam transfretat, & Panormum properans, facta compoſitione cum comite Gentili de Palear, quem Gualterius Regni Siciliæ Cancellarius cuſtodem Regis, & palatij reliquerat, palatium Panormi recepit ad manus ſuas, & ſic totam poſtea Siciliam ſuis niſus eſt viribus ſubiugare.

Roffridus Caſinenſis Abbas caſtrum ſancti Angeli recuperat contra ipſum Marcualdũ, & in Regis tunc pupilli auxilium dictus Innocentius Papa quemdam dirigit Iacobum Andriæ poſtea comitem conſobrinum ſuum, cum militari exercitu, cum quo vnum miſit de Cardinalibus, quem ipſi conſobrino ſuo, & toti exercitui præfecit, qui ipſum Marcualdum Campeſtri bello deuicit, & fugauit . . . . . R. . . . Cardinalem in Siciliam. . . . .

Diopuldus comes cum aliquibus, cum quibus ipſe remanſerat Marcualdus, quibus adiuuantibus per Regnum mala innumera committebat, præſtito apud Venafrum corporaliter ſacramento de non offendendo amplius terram ſancti Benedicti, propter quod homines ſancti Germani ſibi non cauebant ab eo, ipſe Diopuldus, cum perditorum numero nocturno tempore hoſtiliter terram ſancti Germani intrauit nono die martij, eamque dans in direptionem & prædam, miſeros, quos inuenit in ea homines, multis adiecit periculis, & tormentis, poſtque redimere ſe ſunt coacti. Abbas vero qui erat in ciuitate ipſa, fu-

A git cum Gregorio fratre ſuo, ac in Acinum ſe recepit, & exinde ſe in Marſiam contulit, gentis auxilium à Cælani comite petiturus. Qui cum illud dare denegaret eidem, ad Raynaldum Senebaldum fiducialiter iuit, qui totum argentum ſuum ſibi liberaliter tradidit, cum quo aliquot recinuit ſerulentes, & baliſtarios, cum quibus rediens per montana, intrauit nocturno tempore monaſterium, quo cognito Diopuldus, cum ipſum Abbatem cum magnis crederet viribus rediiſſe, metus cauſa, depopulatam linquens terram ſancti Germani exiuit, & ſecum captiuos quoſdam de terra ipſa, ad Roccam Arcis deduxit.

Eodem anno dictus Abbas roccam Teani ſuper ſanctum Germanum firmauit, & prouidens indemnitati terræ eiuſdem, eam per circuitum

B muris firmauit, & portis, & aggeribus communiuit.

Diopuldus vero iam dicto menſe iunij apud Venafrum cum comite Cælani congreditur, eumque Campeſtri bello fugauit, cepitque tunc Berardum filium ſuum, quem apud Roccam Arcis captiuum duxit.

M. cci. Gualterius Brennenſis comes in odium Theutonicorum in Regnum mittitur ab Innocentio Papa, qui apud Capuam congrediens cum ipſo Diopuldo, vicit, & fugauit eumdem, decimo menſis iunij, & exinde Teanum veniens, vna cum Reynaldo tunc Capuano Archiepiſcopo, filio Cælani comitis. Præſentianum ſe contulit cum eodem, vbi occurrens ei præfatus Caſinenſis Abbas, procedentes, petierunt Venafrum, quam

C ciuitatem idem Diopuldus tenebat, ille prædictus Cælani comes timens cum ipſo Brennenſi comite confœderatus eſt, & tandem ciuitas ipſa, procurantibus ipſo Caſinẽſe Abbate, & Malger Sorello in vigilia B. Ioan. Baptiſtæ igne cremata eſt, Arce ſuperiori ſe pro Diopuldo tenente. Deinde Aquinum ſe conferunt, vbi quidam erat in caſtello caſtellanus nomine Leucus, qui ſe pro Diopuldo tenebat, qui captus in ipſo caſtello eſt, & Aquini ciuitas reddita ad mandatum dicti comitis Gualterij, qui eam Dominis Aquini, per quemdam Finagraoum Domini Raynaldi de Aquino filium naturalem reſtituendam prouidit.

Eodem anno dictus Abbas Caſinenſis caſtel-

D lum Nouum, & Fractas recuperat.

M. ccii. Dictus comes Gualterius, cum iam dicto Caſinenſi Abbate in Apuliam vadit, qui Abbas vna cum Petro Galloze Portuenſi Epiſcopo, legationis officio fungebatur. Cumque ad dictum comitem expugnãdum memoratus Gualterius de Palear Cancellarius, cum comite Manerio fratre ſuo, Diopuldo, & Oddone de Lauiano comitibus, congregatis vndique viribus, ſub prætextu, quod ipſum comitẽ Regis hoſtem dicebat & Regni, cum ipſo campeſtre bellum inierit apud Cannas. Dictus cancellarius cum Diopuldo præfato per ipſum comitem ſexto octobris deuicti ſunt, & fugati, multis ex eis captis, & nonnullis gladio interemptis. Sunt etiam in prima qui ſteterant acie capti, Siſridus frater Diopuldi, dictus Oddo de Lauiano, & Petrus de Cælano qui

qui comes dicebatur Ciuitatenſis, qui autem fuga A media euaſerunt, cancellarius, & comes Manerius frater eius, receperunt ſe in Salpitana ciuitate, quæ fauebat eidem. Diopuldus vero in rocca ſanctæ Agathæ ſe receptauit. Dictus Caſinenſis abbas in Apulia, habita de Diopuldo victoria, legatus in Siciliam vadit, vbi dictus Marcualdus ſuperueniẽte dyſſenteria, miſerabiliter expirauit; fames tunc valida per totum Regnum exorta eſt, Diopuldus ſæpe factus iratus à Finagrana, qui eum . . . . . . diſcordi, à comite Gualterio receſſit, cum gente ſua properat ſuper ſanctum Germanum, vbi idem Finagrana, & quidam ipſius Diopuldi caſtellanus capti ſunt, & gladio perempti.

M. cciii. Diopuldus ipſe a caſtellano S. Agathę B eſt captus vi, poſtea liberatus.

Eo anno Franci cum, Venetis componentes], ciuitatem Iaderæ. . . . . .

Ciuitatem Iaderæ ipſis rebellem Venetis vi ceperunt, & bonis propriis ſpoliarunt, nobiliſſimam Conſtantinopolitanam vrbem aggredientes viriliter, & potenter ſicut Domino placuit, obtinuerunt, & poteſtati Romanæ Eccleſiæ, cui antea non intenderat, ſubiecerunt illam.

M. cciv. Dictus comes Gualterius, cum comite Iacobo Tricaricenſi, & comite Roggerio de Theate confœderatur, ipſe tunc temporis Terraciuam occupat, de Salerno vero ab ipſo Diopuldo, & gente ſua, & ciuibus Salerni, qui tene- C bat eandem, arcte ſatis obſeſſus eſt, & ſagittæ ictu, altero oculorum priuatus, & tandem ipſorum comitum auxilio liberatus eſt, ipſo Diopuldo, & ſuis de Salerno ſatis ignominioſe fugatis.

M. ccv. Dictus comes Gualterius cum ipſum Diopuldum durè ſatis, & dire proſequeretur, ipſum tenens in Sarno obſeſſum, dum ſibi male ab hoſte caueret, ipſe Diopuldus in eum cum ſuis diluculo irruente, captus ab eo eſt, & cuſtodiæ traditus carcerali, vbi modicum poſt diem clauſit extremum. Tunc enim memoratus Cęlani comes, qui ciuitatem intrauerat Aliſæ, & caſtrum ciuitatis viriliter expugnabat, quod ſe ad opus Diopuldi tenebat, audito de captione comitis Gualterii combuſta ciuitate Aliſæ diſceſſit. Dictus vero Diopuldus Salernum cum victoria re- D diens, quia turtim maiorem ipſe tenebat, multos de Salerno cepit, & vt proditores puniuit, vt voluit.

M. cc. vi. Innocentius Papa Romam vocat Diopuldum ad ſe, ipſumque, & ſuos à vinculo excommunicationis abſoluit, & tunc cum ipſius licentia Salernum reuerſus eſt.

M. cc. vii. Hic parato Salerni nauigio, in Siciliam transfretat, Panormum vadit, & tam palatium, quam Regem recipit Fridericum ad manus ſuas, ſed arctatus, & obſeſſus in ipſo palatio a Gualterio de Palear cancellario, captus ab eo eſt, & tandem nocturno tempore fugæ præſidio liberatus, veniensque per mare Salernum, exinde in terram Laboris ſe confert, vbi cum Neapolitanis iniens pugnam, deuicit, & fugauit eoſdem, ſtrage magna facta ex eis, & Giffrido de monte Fuſculo, quem ſibi capitaneum præfecerant, capto, & vinculis mancipato.

A M. ccviii. Menſe ianuario in vigilia Epiphaniæ Roffridus Caſinenſis Abbas ſuperius memoratus, congregatis militibus, & ſeruientibus terræ ſuæ, & Baronum circumpoſitorum, qui ſibi ex gratia libenter obſequebantur, vna cum dominis Aquini, & Malger Sorello, ciuitatem Soræ, precantibus hoc quibuſdam ipſius Abbatis conſanguineis, qui de Sora erant nocturno tempore intrat, eamque ad opus recipit, & fidelitatem Innocentij Papæ, qui in ſuccurſum Abbatis ipſius, mittit Stephanum de Foſſa noua camerarium ſuum cum conſortio militum Campanorum, qui Conradum tunc Soræ comitem ſe in Sorella recipientem, arctat, & obſidet, & male ſibi cauentem B intus Sorellam cepit, qui pro ſua redemptione Roccam Arcis in manus dicti Camerarij reſignauit. Tunc etiam Broccum, & Peſclum Solidum amiſit.

Eo anno Innocentius Papa in vigilia S. Ioannis Baptiſtæ menſe Iunio, venit ad Sanctum Germanum, vbi ab ipſo Abbate Roffrido magnifice receptus eſt tam ipſe, quam fratres ſui domini Cardinales in neceſſarijs omnibus honorifice procurati.

Tunc venientes ad ipſum Petrus de Cælano, & Riccardus Fundanus comites cum eis de ſuccurſu Regis Friderici ſtatuit, & de defenſione Regni, in hunc modum, videlicet vt ipſi comites C ſint magiſtri Capitanei, quibus ſuper iis omnes intendant a Salerno vſque Ceperanum, ſicut a mari vſque ad mare protenditur tractus terræ, ſaluo ſtatuto Regio, quo Cælanus comes, eſt magiſter Iuſtitiarius Apuliæ, ac terræ Laboris, & ſaluo mãdato regio, quod factũ eſt comiti Fundano de ciuitate Neapolitana, vt ſit ſpecialis rector ipſius intelligentes hoc quantum ad propria negotia ciuitatis; ſed quantum ad ſuccurſum Regis, & ad defenſionem, & ad pacem regni, omnes communiter intendent his duobus. Quicumque ordinationem iſtam receperint adinuicem ſibi pacem obſeruent, & ſi quiſquam ab aliquo fuerit offenſus, non ſtatim reoffendat eumdem, ſed apud prędictos comites querelam deponat, qui eam ſecundum rationem, ac regni conſuetudinem faciant D emendari. Qui autem ordinationem iſtam recipere noluerint, vel recuſauerint, tamquam hoſtes publici habeantur, & a cæteris impugnentur. Ducenti milites dirigantur in ſuccurſum Regis vſque ad Kalendas ſeptembris, moraturi per annum ſub illorum expenſis, a quibus fuerint deſtinati. Diſtribuantur autem ſecundum æſtimatorum arbitriũ, quos ad hoc ſpecialiter deputabimus, penſatis debitis ſeruitijs, & facultatibus comitũ, & baronum, ac etiam ciuitatum. Quia vero propter æſtatis feruorem deſcendere in Apuliam perſonaliter non potuimus, ſtatutum iſtud mandabimus exequendum per legatum noſtrum, qui eſt in Apulia, per comitem Iacobum conſobrinum, & mareſcalcum noſtrum, & per alium, quem a noſtro latere dirigemus. In omnibus autem reſeruamus nobis plenam poteſtatem addendi, minuendi, mutandi, & declarandi, prout viderimus expedire.

Tunc eidem Papæ Philippus Rex Alemanniæ patruus dicti Regis a ſuis nunciatur occiſus.

Tunc etiam rogatu Petri cognomine Cõtis decani Caſinenſis, ipſe Papa apud ſanctam Petrum monaſterij, in capella ſancti Nicolai, Aram quandam in honorem beatæ Mariæ Magdalenæ conſecrauit.

Dictus Papa relicta ſub depoſito parte Theſauri ſui non modica in monaſterio dictis comitibus in ſua cum ipſius licentia redeuntibus, ipſe de ſancto Germano diſceſſit, & per Atinum iter faciens, quem dictus Abbas Roffridus tenebat, Soram ſe contulit, indeque in Campaniam reuerſus eſt.

Eo anno comes Fundanus ſupra memoratus auctoritate fretus, & vi comitis Diopuldi, Capuam recipit, a Capuanis vocatus, in odium dicti Cælani comitis, cuius filius Rainaldus ipſius ciuitatis Archiepiſcopus erat.

M c c i x. Fridericus Rex Siciliæ vxorem duxit Conſtantiam ſororem Regis Aragonum. Dictus Cælani comes caſtellum Capuæ recipit a Leone de Andria Caſtellano, hoc filio ipſius dicto Archiepiſcopo procurante, & dictus Fundanus comes, qui Caſtellum ipſum tenebat obſeſſum, metus cauſa Capuam exijt.

Otho dux Saxoniæ ab Innocentio Papa vocatus apud S. Petrum, in Romanum Imperatorem coronatur, non ſine ſtrage magna ſuorum, qui præſtito iuramento de conſeruando Regalibus S. Petri, & de non offendendo Regem Siciliæ Fridericum in Marchiam ſecedens, & in partes Tuſciæ, ibi per annum continuum moram fecit.

Hoc anno menſe maij, penultimo menſis eiuſdem, dictus Roffridus Caſinenſis Abbas apud S. Germanum obijt, cui Petrus dictus Conte, qui antes functus fuerat officio decanatus, electus a fratribus in Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ, & a Papa Innocentio approbatus, in regimine monaſterij ſucceſſit eidem. Huic Rocca Bantræ, quæ vſq. tunc monaſterio ſuberat Caſinenſi, rebellauit. Cui quemdam præfecerat Monachum nepotem ſuum, nomine Seniorectum, qui ſibi ab hominibus Roccæ ipſius non præcauens, cum de Rocca ipſa feciſſet ad villam deſcenſum, hoc ipſis de villa proditorie procurantibus, cum redire in Roccam vellet, non eſt amodo eam intrare permiſſus.

M. c c x. Otho dictus Imperator ſuadente ſibi Diopuldo, & Petro Cælanenſi comite, qui cum ipſo Diopuldo contraxerat, quorum alter Capuam alter vero ſibi Salernum tradidit, ſpreto iuramẽto, quod Romanæ Eccleſiæ fecerat, regnũ intrat per Reatinas partes; ſub illorum ducatu, qui fidelitatẽ ei præſtiterant, per Marſiam, & exinde per Cominum venit, ad quem dictus Caſinenſis Abbas, cui cura erat de terra, & populo, cum ad ingreſſum ipſius Othonis eſſent omnes exterriti, ita quod in ſancto Germano pauci admodum remanſerint qui ad loca tutiora ſua ſupellectilia non tuliſſent, ſuos pro pace legatos miſit, & ipſe etiam exiuit in occurſum eius contra fratrum omnium voluntatem. A quo ſatis benigne receptus, terram monaſterij ſeruauit indemnem.

Tunc idem Otho ſe Capuam confert, vbi receptis a Diſpuldo certis munitionibus, quas ha-

A bebat in Regno, ducem Spoleti efficit illum.

Hic cum gente ipſius Othonis iuit ad debellandum ciuitatem Aquini, in qua Landulfus, Thomas, Pandulfus, & Robertus domini Aquini, qui Regis fidem ſeruabant, ſe receperant, cum gente ſua, & cum non præualeret in eam viribus reſiſtentibus prædictorum, confuſus, & non ſine damno receſſit.

Ciuitas Neapolit in odium Auerſæ ipſi Othoni ſe reddidit: Qui ad inſtinctum Neapolitanorum Auerſam obſidet, quæ facta cum eo compoſitione remanſit indemnis.

Dictus Otho Apuliæ fines ingreditur, certis ſibi colla flectentibus tum voluntarie, tum cauſa

B metus.

Innocentius Papa illum excommunicat, & Eccleſiam Capuanam ſub interdicto ponit, pro eo quod celebrare auſi ſunt ipſo præſente. Excommunicat etiam omnes fautores illius; in octauis B. Martini excommunicat etiam omnes fautores illius.

M. c c x i. Petrus Caſinenſis Abbas menſe ianuario, quinto videlicet Kalen. februarij in monaſterio obijt.

Innocentius Papa in die ſancto Iouis excommunicationem latam in Othonem, ac eius ſequaces confirmat.

Hoc anno Adenulfus cognomine Caſertanus

C in Abbatem Caſinenſem eligitur.

Dictus Otho cum totam fere ſibi Apuliam ſubiugaſſet, audito quod quidam Alemanniæ principes ſibi rebellauerant, mandato Apoſtolico, regnum feſtinus egreditur menſe nouemb. & menſe martio in Alemanniam remeauit.

Eodem menſe Martio Fridericus Rex Siciliæ ab Innocentio Papa vocatus, nauigio vectus a Gaietanis, relictis Panormi vxore, & filio, Gaietam venit. Ad quem dictus Riccardus de Aquila Fundanus comes, & præfati domini de Aquino vadunt. Tunc Rex ipſe ad petitionem hominum Rocchæ Bantræ, qui acceſſerunt ad eum, caſtellanum mittit Ioannem Ruſſum ciuem Gaietanum militem ſuum, & a Gaieta deſcendens per mare

D ad vrbem vadit, vbi a Papa Innocentio, & cæteris Cardinalibus, Senatu, Populoque Romano, ingenti cum honore receptus eſt, ad quem miſſus ex parte Conuentus Stephanus cognomento de Marſia, tunc Camerario Caſinenſis, mandato Papæ Innocentij litteras, & mandatum impetrauit à Rege ad caſtellanum Rocchæ prædictæ, vt eam reſtitueret monaſterio Caſinenſi, & poſt dies paucos ab Vrbe diſcedens cum licentia Papæ, ac Cardinalium ſe nauigio recipit, & Genuam feliciter applicans, inde per Cremonam, & Veronam, inuitis Mediolanenſibus, qui eius impedire tranſitum crediderunt, & tranſalpinauit cum paucis. Hunc dicti Othonis æmuli benigne recipientes, greſſus, & iter eius contra eum in viam rectam, & non in inuium direxerunt. Qualiter igitur Rex ipſe in Imperij acquiſitione profecerit, qualiterue obtinuerit contra eumdem Othonem, locis relinquo proprijs aptius referendum.

M. c c x ij. Menſe, iunij Innocentius Papa vrbem exiens venit Signiam, vbi per æſtatem moram

ram faciens ; menſe ſeptembri remeauit ad vrbem.

Petrus Cælani comes languore correptus obijt.

Hoc anno Chriſtiani Principes, videlicet, Rex Caſtellæ, Rex Nauarræ, & Rex Aragonum cum Miramomelino Saracenorũ Principe prælium ineuntes, Dei fauente virtute, victoriam contra eum obtinuerunt. Quod ad omnium Orientalium gaudium, & exultationem, idem Rex Caſtellæ de tanta Chriſtianis principibus cælitus conceſſa victoria, dicto Innocentio Papæ litteras mittit. Mittit etiam de acceptis Saracenorum ſpolijs eidem honorabilia ænia, tentorium videlicet totum ſericum, & vexillum auro contextum. Quod in Principis Apoſtolorum Baſilica, in laudem nominis Chriſti appenſum eſt.

Menſe madio Adenulſus Caſinenſis electus Rocchæ Bantræ, occaſione mandati Regij, cum parere noluit caſtellanus, arctat, & obſidet, ſed cum Roccham ipſam obtinere non poſſet, data quadam nepte ſua in coniugem filio ipſius caſtellani cum certa pecuniæ quantitate, recuperauit Roccham ipſam monaſterio Caſinenſi.

Innocentius Papa per generales, quas ad orbis Prælatos dirigit litteras, ſanctam ſynodum ad vrbẽ vocat menſe iunio Signiam, vbi propter vrgentem necesſitatem dictum Adenulphum Caſertanum Caſinenſem electum, in Caſinenſem Abbatem promouit. Fredericus Rex auxilio principum, totam Alemanniæ planitiem obtinuit, ſolis ipſi Othoni munitionibus remanentibus.

Hoc anno fames in Apulia exorta eſt.

M. c c x iij. menſe iunij Innocentius Papa vrbem exiens menſe iunio iuit Viterbium vbi per generales, quas vbique terrarum dirigit litteras, omnes Chriſti fideles ad Terræ Sanctæ ſubſidium exhortatur, per quas etiam excommunicationis vinculo innodat corſarios, & piratas, qui capiunt tranſeuntes, ſicque ſubſidium impediunt terræ eiuſdem, & qui ſcienter communicant cum ipſis in aliquo venditionis, vel emptionis contractu. Innouat præterea excommunicationem latam aduerſus eos, qui Saracenis arma, ferrum, lignamina deferunt Galearum, quique cum piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, præcipiens huiuſmodi ſententiam per omnes vrbes maritimas publicari diebus Dominicis, & feſtiuis.

Hoc anno dictus Otho cum Rege Franciæ bellum committens ab ipſo Rege deuictus eſt, & fugatus.

M c c x iiij. Innocentius Papa has mittit litteras ad Soldanum.

Innocentius, &c. nobili viro Sephadino Soldano Damaſci, & Babyloniæ timorem Trini nominis, & amorẽ. Daniele Propheta teſtante didicimus, quod eſt Deus in Cœlo, qui reuelat myſteria, mutat tempora, & transfert Regna, vt vniuerſi cognoſcãt, quod dominus excelſus dominatur in Regno hominis, & cui voluerit dabit illud. Hoc autẽ euidenter oſtendit, quando Ieruſalem, & fines eius tradi permiſit in manus fratris tui, non tam propter eius virtutem, quam propter offenſam Populi Chriſtiani, Deum ipſum ad iracundiam pro-

A uocantis, qui ſecundum Prophetas, cum iraſcitur, non obliuiſcitur miſereri, vnde illum imitari volentes, qui de ſe ipſo ait: *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde*, magnitudinem tuam humiliter obſecramus, quatenus ne propter violentam detentionem prælatæ terræ plus adhuc effundatur humani ſanguinis, quam hactenus eſt effuſus reſtituas eam nobis, vſus conſilio ſaniori, de qua forte detentione plus tibi difficultatis, quam vtilitatis accreſcit, & dimiſſis vtrinque captiuis, quieſcamus a mutuis impugnationum offenſis, ita quod apud te non ſit deterior conditio gentis noſtræ, quam apud nos eſt conditio gentis tuæ. Latores præſentium ad tuam præſentiam deſtinatos, rogamus benigne recipias, dignum eis reſponſum

B. tribuens cum effectu. Datum Laterani 6. Kalen. maij Pontificatus noſtri anno 16.

Item ſcire volens ipſe Papa terras, mores, & vires Agarenorum, contra quos de ipſius mandato Chriſtianorum exercitus parabatur, ſcripſit Patriarchæ Ieroſolymitano, magiſtris domorum Hoſpitalis, & Templi, vt ſuper his eum per ſuas redderent litteras certiorem, qui per quaſdam naues Venetum inde huc tranſmeantes, tam detentores, quam terras, & mores eorum expoſuerunt ei certiſsime in hunc modum.

Saladinus, & Sephadinus duo fratres fuerunt. Mortuo Saladino, qui habuit 12. filios, regnauit Sephadinus, qui occidit omnes nepotes ſuos, præter vnum, qui vocatur Melchiſedech, qui tenet

C terram iſtam cum omnibus ciuitatibus, caſtris, & villis, & alijs munitionibus quæ ſunt plus de ducentis. Sephadinus vero habuit filios 15. de quibus hereditauerunt ſeptem, ſcilicet, Melkekemme, qui primus eſt, & maior natu omnibus. Hic tenet Alexandriam, Babyloniam, Cairum, & totam terram Ægypti in meridie, ac Septentrione, qui poſt mortem patris ſui Sephadini de generali conſtitutione patris, & fratrum, debet eſſe dominus omnium, & totius terræ. Secundus filius eſt nomine Coradinus, qui habet Damaſcum, ſanctam Ieruſalem, & totam terram, quæ fuit Chriſtianorum, præter modicam, quam adhuc tenent Chriſtiani, qui ſunt inter ciuitates, munitiones, & caſtra plus de trecentis. Tertius filius eſt nomine

D Melkaſais, ideſt Grandis, qui tenet terram, quæ dicitur de Iamella cum tota alia Prouincia, quæ ſunt inter munitiones, villas, & caſtra plus de quadringentis. Quartus filius eſt nomine Melkemodam, ideſt magnus dominus, qui tenet Regnum Doasiæ cum omni potentatu ſuo, quæ ſunt plus de quadringentis inter ciuitates, munitiones, & caſtra. Quintus filius eſt nomine. Melkiſalaphar, qui regnat, & tenet terram de Sarco, vbi fuit occiſus Abel à Caim fratre ſuo, in quo regno ſunt octingentæ inter ciuitates, munitiones, & caſtra plana. Sextus filius eſt Machometus, qui tenet Regnum de Baldach, vbi eſt Papa Saracenorum Caliphius, qui colitur, timetur, & adoratur, tamquam Romanus Pontifex in lege eorum, qui non poteſt videri, niſi bis in menſe, quando cum ſuis vadit ad Machometh Deum Saracenorum, & inclinato capite, & oratione facta ſuo more Saracenico, antequam templum exeant, ſplendide comedunt

medunt, & bibunt, & ſic coronatus, reuertitur in domum ſuam cum gente ſua. Iſte Deus Machometh viſitatur quotidie, & adoratur, ſicut viſitatur, & adoratur dominus Crucifixus à populo Chriſtiano. In iſta ciuitate Baldach eſt Papa Caliphius. Ciuitas iſta caput eſt totius legis Agarenorum. Septimus filius eſt nomine Sslaphat. Hic non habet ſpecialem terram, ſed ſemper eſt cum patre ſuo Sephedino. Iſte portat vexillum coram Patre ſuo, quando equitat. Cui vnuſquiſque fratrum ſingulis annis pro certo cenſu dignitatis ſuæ tranſmittit mille Saracenatos, & duos dextrarios bene paratos. Sephedinus quando equitat terram, ac viſitat filios ſuos prælatos, incedit velato capite de vno camiſio rubeo. Cui omnes filij inclinant quater ad terram, & exeunt ei obuiam per ſex milliaria, ac oſculato pede cum ipſe ſit ſuper equum, recipit eos ad oſculum, & ad manum. Qui cum vnoquoque moratur per triduum, ſemel in anno, & ſic a primo vſque ad ſeptimum filios viſitat memoratos, & quolibet anno pro certo tributo mittit in fiſco Patris 20. millia Saracenatos, & ſic a primo vſque ad ſeptimum dat vnicuique filiorum vnum de Anulis ſuis, in quo Imago ſua ſculpitur.

Volunt iſti libenter reddere in manus domini Papæ terram ſanctam, quam tenent ad opus Chriſtianorum, & vt certi ſint, & ſecuri de ſua terra a populo Chriſtiano, ſingulis annis volunt eſſe ſub certo tributo Patriarchæ Ieroſolymitano & dabunt inde cautelam Romanæ Eccleſiæ, de non impedienda amplius Terra Sancta, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuis pedibus ambulauit.

Prædictus vero Sephedinus de more prædeceſſorum ſuorum faciem ſuam non oſtendit omnibus, niſi decies in anno, quando nuncios recipit Piſanorum, Ianuenſium, Venetum, ciuitatum, regum, vel principum Chriſtianorum, aſtantibus centum armatis. Primo die recipit ipſos in prima Sala de Cairo, vbi ſemper eſt ſtatus eius. Tunc recipit litteras à nuncijs, ſed non audit eos; in ſecunda die audit eos in ſecunda Sala aſtantibus ducentis Turchis ſuis bene armatis. In tertio quidem die per Turcimanum ſuum videlicet interpretem dat eiſdem reſponſum, ſecundum quod eſt modus in cauſa. Qui poſt tertium diem non habent amplius ad illum acceſſum.

Habet Sephedinus vxores 15. in lege ſua, quæ ſunt in vno Palatio inſimul dormiunt, comedunt, & bibunt. Si aliqua earum habet ex eo filium, Sephedinus vadit ad eam quando vult, & dormit cum ea videntibus alijs. Illam vero quæ non habet ex eo filium, ad ſe quando vult per Eunuchos ſuos vocari facit in veſperis, & detinet eam per noctem, & diem, & ſic facit de ſingulis. Quando aliqua iſtarum moritur, inducit aliam inter alias.

In ſecretiori Camera vbi ludit, & dormit, nullus habet acceſſum, niſi vnus tantum ſenex, in cuius Cameræ oſtio ſemper exiſtunt armati quinquaginta.

Quinquagenarius eſt Sephedinus, potens multum in armis, ac gente, eloquens valde in lingua ſua, qui præcellit hodie omnes qui viuunt, Paganos, excepto Maximuco, in auro. Tam enim muniuit totam terram ſuam, & filiorum, & exercitus congregat infinitos. Sed in omnibus ipſe cum filijs in prædictum modum cum Romana Eccleſia vult componere pacem.

Octo alij filij Sephedini de Patris conſtitutione ſic viuunt. Duo ex ipſis cuſtodiunt Sepulcrum Domini, ad quos quidquid datur prouenit, & diuidunt inter ſe. Quatuor alij habent redditus de Calice fluuio, qui irrigat totam terram Ægypti. Et iſtis quatuor melius valent iſti redditus de viginti millibus Saracenatis. Duo alij fratres minores ſunt quotidie in conſpectu Dei ſui Machometh, pro caſtitate, quem habent, & totum quod datur ad pedes eius, eſt de ipſis minoribus fratribus. Hæc ſanctiſſime pater, ita eſſe in veritate ſciatis.

Hoc anno Roggerius de Aquila Fundanus comes cepit caſtrum Motulæ, & illud bonis omnibus ſpoliauit.

M.CCXV. Innocentius Papa vrbem exiens, venit Ferentinum in Campania, ad quem Roggerius de Aquila Fundanus comes accedens, Regi Friderico fidelitatis præſtitit iuramentum.

Idem Papa menſe auguſto inquiſitionem de perſona Abbatis Caſinenſis Adenulfi præfati fieri mandat per Nicolaum capellanum ſuum, qui in Tuſculanum eſt aſſumptus, & per magiſtrum Rainerium tunc Notarium, qui in Cardinalem poſtea eſt promotus. Qui de ſtatu monaſterij, & de perſona dicti Abbatis, per monachos ſub iuramento veritatem certius inquirentes, & quæ didicerunt, redigentes in ſcriptis, ipſi ſummo Pontifici retulerunt. Illis autem abeuntibus, idem Abbas prauo vſus conſilio, monaſterium munire curauit militibus, & ſeruientibus, ſuis conſanguineis, & propinquis. Similiter & Roccam Fanulæ, Atinum, Roccam Banteræ, & caſtrum Fractarum, qui tandem a Papa vocatus apud Anagniam vadit ad ipſum. Qui præſtito ſacramento quod monaſterium decaſtellaret, & Roccas prædictas eaſque in manus eorum traderet, quibus ipſe mandabat, correptus ab eo dimiſſus eſt, & rediens ad monaſterium, illud tantum decaſtellauit, reliquis ſibi Caſtellis retentis, & propterea vocatus a Papa, iterum inconſulte vadit ad ipſum. A quo redargutus de fide mentita, cum in eum publice vellet ferre depoſitionis ſententiam, perſuadentibus ſibi nonnullis renunciauit, & ceſſit inuitus. Quem ipſe Papa apud Sarianum mandat cuſtodiri, donec Roccas prædictas reſignari faciat ad mandatum ſuum. Hoc itaque cum innoteſceret in terra monaſterij Miraddo nepos dicti Abbatis conſulens vitæ ſuæ, cum eſſet in ſancto Germano, & multas nonnullis intuliſſet offenſas nocte fugiens, relictis vxore & filijs in Rocca Banteræ, in qua quidam erat monachus conſobrinus ſuus, ſe recepit, cum quo poſtmodum facti Eccleſiæ rebelles, terram ipſius hoſtiliter infeſtabant. Interea iuſſu Apoſtolico de ſubſtitutione Abbatis tractatur in monaſterio, ſed quia non poterant conuentus in vnius electione inueniri concordes, hoc ipſi Papæ per octo de fratribus, quos ad ipſum mittunt, denunciant. Inter quos cum vnus eſſet

corum

eorum notus Pontifici Stephanus cognomento de Marſia, cuius ſuparius feci memoriam, illum, poſtquam per eos ſibi conſtitit de electione diuiſa, de gratia prout placuit in Abbatem conceſsit eiſdem. Hic ad monaſterium rediens a fratribus, & populo cum honore receptus eſt. A

Eo anno Rex Fridericus in rependium collati ſibi cælitus beneficij de victoria aduerſus Othonem dictum Imperatorem apud Aquiſgranum, ſponte ſe crucis charactere inſigniuit.

Dictus Papa Romæ apud Lateranum in Eccleſia Saluatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, ſanctam ſynodum celebrauit, in qua cum fuerint patres circiter quadringenti, de reformatione Eccleſiæ in ſuo ſermone propoſuit, & liberatione potiſsimum Terræ ſanctæ. Interfuerunt autem Regum, & Principum totius orbis nuncii, legatus B quoque Regis Friderici Panormitanus Archiepiſcopus Berardus nomine, & Mediolanenſis quidam pro parte Othonis ad mandatum Eccleſiæ redire volentis. Sed Marchio Montis Ferrati, qui erat pro parte Regis ipſius aduerſarium ſe opponens, quod pro Othone ipſo non deberent audiri, ſex in medium capitula protulit. Primum, quia iuramentum, quod Romanæ Eccleſiæ fecerat, non ſeruauit, vt debuit. Secundum quia propter quæ fuit excommunicatus, adhuc detinet, nec reddidit, vt iurauit. Tertium, quia Epiſcopum quemdam excommunicatum tanquã ipſius fautorem nititur confouere. Quartum, quia legatum Epiſcopum alium capere, & in maioris C iniquitatis cumulum incarcerare præſumpſit. Quintum, quia in contemptum Romanæ Eccleſiæ Regem Fridericum, Regem appellauit presbyterorum. Sextum, quia quoddam monialium monaſterium deſtruxit, & erexit in Arcem. Adiecit etiam, quod cum ipſi Mediolanenſes ſimili eſſent excommunicatione notati, tanquam ipſius Othonis complices, & fautores, & quia eorum ciuitas Paterenos fouebat, nulla prorſus debebant ratione audiri. Quod cum moleſte ſatis ferrent Mediolanenſes ipſi, & vellent Marchioni ipſi in contrarium reſpondere, quia pars vtraque in contumelias prorumpebat, de ſolio ſuo dominus Papa exurgens manu innuit, & egredientibus cæteris, ipſe Eccleſia eſt egreſſus. Sedit autem vſque D tertio ipſe dominus Papa, a feſto beati Martini, vſque ad feſtum ſancti Andreæ, & tunc electionem factam per Principes de Rege Friderico in Imperatorem Romanum, approbans confirmauit, & in ſancta ſynodo lxx. capitula promulgauit: damnauit librum Ioachimi Florenſis Abbatis, quem contra magiſtrum Petrum Lombardum ediderat, de vnitate, & eſſentia Trinitatis.

M.cc xvi. Stephanus Caſinenſis Abbas, facta compoſitione cum Miraddo recipit roccam Bantræ. Adenulphus quondam Abbas a Papa dimittitur, cui ab ipſo conceditur Eccleſia S. Benedicti in Capua, & de gratia Eccleſia S. Angeli in Formis additur illi.

Hoc anno dictus Stephanus Caſinenſis Abbas Romæ apud Lateranum in ſacerdotem per manus Oſtienſis Epiſcopi promouetur.

Diopuldus de Ducatu Spoleti in regnum occulte rediens ſuper aſinum ſedens proditus, & cognitus apud Tyberim captus eſt, & Senatori Vrbis in cuſtodiam traditus, & tandem interuentu pecuniæ liberatus.

Henricus Regis Friderici filius vocatus a patre, Gaietam, Panormo nauigio veniens, in Alemanniam vadit. Menſe iunio Innocentius Papa Vrbem exiens, Peruſium vadit, vbi menſe iulio xvi. Kalend. auguſti languore correptus feliciter capit ſuit, cuius obitum quidam metrice ſic defleuit.

Nox accede, quia ceſsit ſol, lugeat orbis,
In medio lucis lumen obiiſſe ſuum.
Lumen obit mundi, quia deceſsit Pater Innocentius. Iſte Pater Vrbis, & orbis erat.
Nomen vtrumque tenens veſtrum notat hoc, quod habebat,
Quid mundo poſſet reddere, quidue Deo.
Si ſpeciem, ſi mentis opes, ſi munera linguæ
Attendas, cedet lingua, cadetque ſtylus.

Hic honore debito apud Peruſium tumulatus eſt, & Centius Sanctorum Ioannis, & Pauli presbyter Cardinalis in Papam Honorium ſubſtitutus eſt illi. Qui de tanti Patris obitu, & ſua promotione vbique terrarum litteras dirigit generales. Hic menſe ſeptembri de Peruſio ad Vrbem redit, vbi cum multo honore a Romanis omnibus receptus eſt.

Hoc anno fertilitas magna fuit.

Filius Regis Franciæ cum exercitu ſuo intrauit Angliam, & ex ea non modicam partem obtinuit; propter quod per totam Angliam excommunicatus eſt, Papa mandante.

Rex Angliæ obijt, & filius eius coronatur in Regem.

M. cc. xvii. Petrus Altiſiodorenſis comes in Conſtantinopolitanum Imperatorem electus eſt, Romam veniens cum conſorte ſua, ab Honorio Papa apud ſanctum Laurentium extra muros Vrbis, in Imperatorem, & Imperatricem coronantur. Qui regnum intrantes, & ſe Brundiſium conferentes cum honeſto militari exercitu, ibi dominum Ioannem de Columna Cardinalem in Conſtantinopolim legatum venturum expectant, cum quo infauſto ſatis omine nauigio transfretantes, ad portum Durachii peruenerunt. Qui prauo ducti conſilio, Imperatrice eos per mare præeunte ad ciuitatem Bizanceam, obſidere, & expugnare præuiderunt Durachium, & cum viris non proficerent, aut viribus ſuis, ab obſidione ciuitatis ipſius digreſsi ſunt. Qui errantes per deuia, & condenſa ſyluarum a Græcis intercepti ſunt, de quibus nonnulli in ore gladij perierunt, nonnulli vero capti ſunt, & carcerali ſqualore, vna cum ipſo Imperatore conſumpti. Ipſe etiam Cardinalis captus eſt, & detentus.

Hoc anno naualis Friſonum exercitus Gaietam veniens, Hieroſolymam vadit in ſubſidium Terræ ſanctæ. Ianuenſium quoque, Venetum, Piſanorum, & aliorum de diuerſis mundi partibus ſignatorum apud Accon multitudo conuenit. Qui cum Rege, Patriarcha Hieroſolymitano, Magiſtris domuum Hoſpitalis, & Templi conſilium ineuntes, cũ

Hie-

Hieruſalem propter aquarum defectum commode adice non poſſent, verſus Damiatam Saracanorum ciuitatem nobilem, & muniam ſuarum nauium carbaſa direxerunt, quo proſpere applicantes, eo ſauente, qui mari, & ventis imperat, cum fluuius ingens, & turris in eo præcelſa constructa tranſitum ad ciuitatem penitus prohiberent, coacti ſunt ſua figere Tentoria circa litus. Quod illi de Damiata videntes, ſuos mox nuncios dirigunt ad ſoldanum, per quos ſe a Chriſtianis obſeſſos ſignificant, & petunt vt in ſuum ad eos veniat ſuccurſum. Qui ſtatim collectis vndique viribus Damiatam ſe contulit ſine mora quam vicis muniuit, & vicibus, necnon & turrim prædictam, & ne Chriſtiani poſſent in partem alteram nauigio trāſmeare, ſecus amnis ripam acies Baliſtariorum, & Arcariorum innumeras ordinauit. Tunc Chriſtiani de Regis, & aliorum conſilio, & conſenſu, qui præerant exercitui, vt liberior eis pateret ad ciuitatem acceſſus, expugnare turrim primitus prouiderunt, & pretio a Friſonibus vna conducta Cochone, quam propter ignem, quem illi, qui erant in turri, ſæpius iaciebant, corijs morticinis, & alijs neceſſarijs vndique munierunt, viros audaces, & bellicoſos, qui per ſcalam ligneam ſatis artificioſe compoſitam deberent conſcendere turrim ipſam, ordinarunt, & poſuerunt in ea. Quam cum per fluuium ducerent, aliquo non obſtante, hinc Saracenis, hinc Chriſtianis alta voce clamantibus, ſeque viciſsim ferientibus iaculis, & ſagittis, volentes, qui erant in Cochone ſcalam in turris ponere ſummitate, & per illam conſcendere, prout fuerat ordinatum, dum niterentur in aſcendendo viri cordati alter alterum præuenire, mox in partes ſcala confracta loricati milites, proh dolor, ceciderunt, quorum haud dubium eſt in cælum animæ euolarunt, & noſtri tunc imperfecto negotio triſtea ſunt, lætantibus e contrario Saracenis, ad caſtra reuerti, nec inde deſtiterunt a cœptis, quinimmo ad capiendam turrim ipſam vehementius animantur, ad quam cum per aquas accederent nauibus, & ſcalarum ingenijs geminatis, & per terram darent vt poterant frequentes inſultus, diuina dextera faciente, menſe auguſto in feſto beati Bartholomæi Apoſtoli turrem ipſam obtinuerunt, & qui in ea inuenti ſunt, gladijs occubuere noſtrorum, quibuſdam nobilioribus reſeruatis ad vitam, quos Rex Hieroſolymitanus vinctos Accon dirigit in victoriæ ſignum.

M.cc.xviii. Hoc anno menſe martio dominus Ioann. de Columna dudum apud Durachium captus ad preces Papæ liberatur a vinculis, & legatus Conſtantinopolim vadit.

Otho dictus Imperator apud Brunſuich naturali morte defungitur.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus a Brunduſio, cum Iacobo comite Andriæ Romani exercitus Principe in Syriam transfretat. Et tunc nonnulli crucesignati de terra ſancti Benedicti, & aliarum partium a Gaieta nauigio Hieroſolymam petunt & proſpere peruenientes Accon, audito de captione turris vadunt ſine moræ periculo Damiatam.

Diopuldus præfatus de mandato Regis Friderici in Romanum Imperatorem electi a comite Iacobo de ſancto Seuerino genere ſuo capitur.

Conſtantia vxor dicti Regis in Romanum Imperatorem electi vocata a viro ſuo in Alemanniam vadit ad ipſum.

Hoc anno Honorius Papa menſe iunio Vrbem exiens iuit Rheate, ibique moram faciens vſque ad menſem octobrem. inde iuit Viterbium, & tandem Romam reuerſus eſt, ſed cum propter Romanorum moleſtias eſſe Romæ non poſſet, coactus eſt Viterbium remeare.

Chriſti exercitus fluuium tranſmeat Damiatæ, & poſita ciuitati obſidione, cum Soldanus fugiens metus cauſa, relictis tentorijs in partem alteram receſſit, poſt ſtrages plurimas, poſt ſumptus multiplices, poſt labores, & damna innumera menſe nouembri in vigilia beati confeſſoris Leonardi obtinuit tandem faciente Domino Damiatam hoc ipſo Albanenſi Epiſcopo procurante. Ciuitas autem ipſa auro, lapidibus pretioſis, pannis ſericis, rebuſque opimis plena inuenta eſt, de quibus ditatus Chriſti exercitus eſt, & Ægyptij ſpoliati. De Saracenis vero tanta facta eſt ſtrages, quod Chriſtianis ipſis diſplicuit. Tunc Soldanus ipſe furore accenſus, murus Terræ ſanctæ Hieruſalem ſterni ad ſolum fecit, & a Saracenis Incolis deſeri, paucis in ea Chriſticolis remanentibus. Interim Chriſtiani ciuitatem Damiatæ tenent, & poſsident, & ab omni ſpurcitia Paganorum mundantes eandem, conſtruunt in ea Eccleſias ad laudem, & gloriam nominis Ieſu Chriſti. Soldanus vero animo, viribuſque reſumptis Chriſtianos non ceſſat vſque ad aggeres quotidie impugnare, noſtris tamen ſe viriliter tuentibus, & tenentibus contra illos.

Honorius Papa menſe iunio a Viterbio ad Vrbem reuertens vadit, & circa finem ſeptembris Viterbium rediens, exinde Romam reuerſus eſt.

Fridericus Rex vocatus a Papa, venit cum conſorte ſua Conſtantia ad coronam, relicto in Alemannia Henrico filio ſuo; & ambo in Principis Apoſtolorum Baſilica menſe nouembri in feſto beatæ Cæciliæ magnifice ſatis, cum omnium Romanorum gratia, & honore ſunt Imperij Diademate inſigniti. Quorū coronationi dictus Stephanus Caſinenſis Abbas, necnon comes Rogerius de Aquila, comes Iacobus de ſancto Seuerino, comes Richardus de Cælano, & nonnulli de Regno Barones interfuerunt, occurrentes ipſi Imperatori, vt ipſius ſibi gratiam compararent, eidemque dederunt liberaliter dextrarios, quos habebant, quos redeuntibus in Alemanniam Theutonicis, ipſe largitus eſt Imperator.

Tunc etiam Thomas Moliſij comes ad ipſum Imperatorem pro illius gratia obtinenda miſit filium ſuum, ſed cum obtinere eam non poſſet, contra ipſum Imperatorem ſe in Roccam recipit Magenul. comitiſſa vxore ſua in rocca Boiani conſtituta, & relicta cum ſuis.

Tunc ipſe Imperator per manus Oſtienſis Epiſcopi, qui poſtmodum in Papam Gregorium eſt promotus, reſumpſit Crucem, votum publice innouauit, multoſq; qui interérant nobiles, idem

facere

accre animauit. Tunc etiam dictus Abbas Stephanus ad petioné Imp. ſibi roccam Banttæ mandat reſtitui, & Atinum, quæ vſque tunc ex conceſſione Imperatoris Henrici patris tenuerat Eccleſia Caſinenſis.

Imperator ipſe Romæ in ſua coronatione quaſdam edidit ſanctiones pro libertate Eccleſiarum, & Clericorum, confuſione Paterenorum, teſtamentis Peregrinorum, & ſecuritate Agricultorum, & iũe Romanos fines deſerens, & per Campaniam iter habens, venit in Regnum, & apud ſanctum Germanum magnifice à prædicto Abbate receptus, menſam Campſorum, & ius ſanguinis, quod vſqué tunc habuerat conceſſione Imperatoris Henrici in Eccleſia Caſinenſi recipit ab eodem. Sueſſam, Theanum, & Roccam Draconis in demanium reuocat, quas dictus comes Rogerius de Aquila tunc tenebat, & ſe recto tramite Capuam conferens, & regens ibi curiam generalem pro bono ſtatu Regni ſuas aſeiſias promulgauit, quæ ſub viginti capitulis continentur.

M.ccxxi. Tunc Imperatrix Sueſſam vadit.

Soia, quam comes Richardus frater olim Innocentij Papæ tenebat, ipſi Imperatori ſe reddidit.

Rogerius de Aquila comes mandato Imperatoris roccam Arcis arctat, & obſidet, quam Stephanus Cardinalis ſancti Adriani, qui eam tenebat, ipſi Imperatori reſignari mandauit.

Tunc Diopuldus, quem comes Iacobus de ſancto Seuerino Imperatori tradidit, olim de mandato ipſius captus, ad preces Theuronicorum dimiſſus eſt liber, datis tamen à Sifrido fratre ſuo, & reſignatis Imperatori Aliſia, & Caiatia, quas tenebat.

Tunc etiam Thomas de Aquino factus Acerrar. comes Magnus Iuſtitiarius factus eſt Aquilæ, & terræ Laboris.

Boianum Imperatori ſe reddidit, vbi cum Barones comitatus, qui Imperatori manum dederat contra Thomam Cælani, & Moliſij comitem conueniſſent, comes ſuper eos ipſe irruens, in fugam vertit eoſdem. Boianum combuſſit, & de illius Victualibus roccam Boiani muniuit, vxorem ſuam comitiſſam ſecum ducens ad roccam Magenul.

Dictus Acerrar. comes cum imperiali exercitu roccam Boiani adiens, illam arctat, & obſidet. Qui eam per compoſitionem obtinens pro ipſo Imperatore, dictæ roccæ Magenul, in qua dictus comes Thomas ſe receperat, obſidionem parat.

Illis diebus rocca Ianulæ ſuper ſanctum Germanum de nouo firmata diruitur, iuxta edictum Capuæ conſtitutionem de nouis ædificijs diruendis.

Cælanum Imperatori ſe reddidit, quibuſdam in turri Cælani, & in Obinulo ſe ad fidelitatem comitis Moliſij recipientibus, propter quod Cælanenſes Imperatoris gentem in ſuum ſuccurſum vocant, cum qua turrim ipſam aggredientes viriliter, vi eam capere nequiuerunt.

Imperator cæteris de Regno ſibi colla flecten tibus, per Apuliam, & Calabriam iter habens, feliciter in Siciliam transfretat, & Meſſanæ regens curiam generalem, quaſdam ibi ſtatuit aſeiſias obſeruandas, contra luſores taxillorum, & aleatum, nomen Domini blaſphemantes, contra Iudæos, vt in differentia veſtium, & geſtorum a Chriſtianis diſcernantur, contra meretrices, vt cum honeſtis mulieribus ad Balnea non accedant, & vt earum habitatio non ſit intra mœnia ciuitatum, contra ioculatores obloquentes, vt qui in perſonis, aut rebus illos offenderit, pacem non teneatur imperialem infringere.

Hoc anno viceſima a perſonis Eccleſiaſticis, à laicis vero decima pro ſubſidio Terræ ſanctæ per totũ Regnũ colligitur, & per Gualterium de Paleat cancellarium, & per Henricum de Malta comitem Marini Stolij Ammiratum, ipſam Damiatam tranſmittitur, licet tunc temporis amiſſa fuerat, culpis exigentibus, Damiata. Propter quod ipſe cancellarius iram Imperatoris metuens, ſe Venetias contulit, & dictus comes redit in Regnum, qui ab Imperatore captus eſt, & terram, quam tenebat, amiſit, Rex vero, Patriarcha Ieroſolymitanus, Albanenſis Epiſcopus, & cæteri, qui in bello fuerant Chriſtiani, ſub ſecuro Soldani conductu ad Acconitanam redeunt ciuitatem. Hanc igitur tantam, & tam grauem Chriſtianorum iniuriam, & Damiatæ amiſſionem, duxi ego Notarius Richardus huius operis auctor rhythmice deplorandum.

Diro ſatis percuſſus vulnere,
Diro cogor ſingultu lugere
Vah, lamentum, & Carmen dicere
Noſtræ gentis de caſu miſero.
Quæ ſignata Crucis ſignaculo
Crucis hoſti cadit Allophylo
Non ſit pugna enſe, vel baculo,
Sed premente famis periculo.
Quantus dolor, quanta calamitas,
O quis pudor, qualis anxietas,
Quod ſuccubuit Chriſtianitas
Impiorum gaudet impietas.
Ieſu bone ſi fas eſt dicere, cur?
Cur ſic placuit nos deijcere?
Mori malo, quam vltra viuere
Vinci videns debentes vincere.
Quis in tanto dolore poſitus,
Sui diem non optet obitus?
Chriſti victus iacet exercitus,
Vnde pudor, dolor, & gemitus.
Quis non mœret hoc infortunium
Luctus ora concluſit omnium
Roma caput, & mater Vrbium
Omne tibi defecit gaudium.
Per te venit hæc tribulatio.
Mundi plorat quam omnis natio,
Chriſtiana cadis occaſio
Tu fuiſti, ſis releuatio.
In te forma facta Concilij
Cauſam dedit huius exilij,
Agar nobis inſultant filij
Tui ſpernunt vires auxilij.
Damiata, quæ tot laboribus
Tot effuſis empta cruoribus

Chriſtianis olim Principibus
Paruiſti, nunc pares hoſtibus.
De te fama ſonus exterat
Damiata non eſt, quæ fuerat,
In te Chriſti fides floruerat,
Quam Ancillæ nunc ſtirps dedecorat.
Iſmaelita te detitulant,
Aras euertunt, Templa violant,
Quod tibi tot pœnas accumulant
Peccata noſtra ſunt, quæ pullulant.
Vbi nunc decus eſt Eccleſiæ
Chriſtianæ flos, & militiæ
Legatus, Rex, & Dux Bauariæ
Victi cedunt viri perfidiæ:
O quam prauo ducti conſilio
Exierunt Duces in prælio
Damiata tu das exilio,
Quos fouiſti fere biennio.
Maledicta fatorum ſeries,
Quæ fit tanti mali congeries
Cunctos tangit iſta miſeries.
Cunctis datur flendi materies.
Mundus totus, & mundi Principes
Sunt doloris huius participes,
Tuam ergo cauſam, vt vindices,
Te nos Chriſte precamur ſupplices.

Igitur quod dicere nequeo non dolendo, per compoſitionem reddita Damiata Soldano, liberati ſunt vtrimque captiui, & Chriſtiani Principes, qui contra Soldanum inconſulte proceſſerant, liberati, menſe ſeptembri in feſto Natiuitatis B. Virginis.

Tareni noui cuduntur Amalphiæ.

M. ccxxii. Honorius Papa menſe febr. Vrbem exiẽs venit Anagniam, ad quem Imp. vocatus vadit, & apud Verulas cum ipſo Papa conueniens per dies xv. ſolemne inſimul colloquium habuere, ſtatuentes apud Veronam cum alijs orbis Principibus pro ſucceſſu Terræ ſanctæ curiam tenere generalem: & tunc data fide, quod in certo termino tamquam Imperator in Terræ ſanctæ ſubſidium transfretaret, in regnum rediens, Roccam adijt Magenul. quam iuſſit arctius obſideri a Thoma Acerrarum comite, & iis, qui cum eo erant, & ipſe feſtinus in Siciliam reuerſus eſt propter Mirabettum Saracenorum Ducem, qui eam pro viribus infeſtabat.

Honorius Papa Romam reuertitur, quam poſtmodum exiens venit Alatrum.

Romani ſuper Viterbium vadunt.

Imperatrix in Sicilia obijt.

Comes Thomas de Cælano licet ſatis arctatus, nocturno tempore, Roccam exiens Magenul. ſub fido ducatu iter faciens per montana ad caſtrum ſe contulit Caſpium, quod Raynerius de Auerſo totius eius tenebat, à quo acceptis equis, & ſocijs paucis, clanculo intrat Obinulum, & deinde cum ſuis ſupra Cælanum veniens, ſpe ductus eorum, qui aſſiſtebant eidem, & nouerant illius aduentum, imperiales, qui erant intus Cælanum, & turrim pro viribus impugnabant, diluculo aggreſſus eſt, eoſque in fugam vertit, multos cepit, & carceribus deputauit Ciuitatem, & tunc totam Marſiæ equitat, prædatur Ciuitã, Paternũ comburit, & quæ poteſt in Cælano victui neceſſaria congregat. Quo cognito, dictus Acerrarum comes, paucis in obſidione roccæ Magenul relictis, vna cum Stephano Caſinenſi Abbate, & Raynaldo Capuano Archiepiſcopo, contra ipſum comitem ſuper Cælanum vadit, dictus tamen Archiepiſcopus ſubita infirmitate correptus, in via mortuus eſt. Dictus comes Moliſij ab Acerrarum comite arctatus eſt, & Cælanum eſt obſeſſum.

Imperator in Sicilia de Mirabetto triumphat, & de ipſo, & ſuis fecit, quod eorum merebatur exigentia commiſſorum.

Seruientes de Neapoli, & Gaieta loricati, & cum ſcutis ſuper Cælanum vadunt.

Dictus Acerrarum comes in obſidionẽ Roccæ Magenul reuertitur. Tũc comitiſſa cum ſe diutius tenere non poſſet, accepta à præfato Acerrarum comite pro ſe, & ſuis ſecuritate perſonarum, & rerum Roccam Magenul. ipſi comiti ad opus Imperatoris reſtituit, quæ poſtea eſt euerſa.

Hoc anno menſe auguſto Fundana ciuitas pro maiori parte caſu accidente igne cremata eſt, quæ funditus propterea euerſa eſt.

Menſe ſeptembri ſtella Cometes apparuit.

Imperator ſua ſtatuta per Regnum dirigit in ſingulis ciuitatibus, caſtellis, & villis, vt ſingula mercimonia vendi debeant ad denarios nouos Brundufij, caſſatis Tarenis nouis Amalphiæ, iuxta arbitrium ſex bonorum hominum vniuſcuiuſque terræ ad hoc iuratorum, & ſuper hoc generales litteras miſit.

Ioannes Rex Ieroſolymorum, qui poſtmodum de filia ſua cum Imperatore contraxit, veniens de partibus Transmarinis, cum magiſtro domus Hoſpitalis Ieroſolymitani, Romam vadunt ad Honorium Papam, qui tunc grauiter patiebatur in crure.

Imperator de Sicilia in Apuliam venit, inde in terram Laboris, & exinde ad ſanctum Germanum, vbi fieri cum Cardinalibus colloquium ſpectabatur, cum ipſe Papa propter ſuam infirmitatem colloquio intereſſe non poſſet. Tunc tractus à Cardinalibus eſt in Campaniam Imperator, vbi etiam hortatu Regis Ieroſolymitani, & Magiſtri domus Hoſpitalis ſe commiſit ipſe Papa, & apud Ferentinum habens cum Imperatore colloquiũ, promiſit publice, vſque ad biennium in Terræ ſanctæ ſubſidium transfretare, & filium dicti Regis ducere in vxorem iurauit. Qui accepta a Papa licentia, in Regnum rediens, & iter per Soram habẽs, Cælanum vadit, vbi ad ſe comitiſſam Moliſij, quæ adhuc in Rocca Magenul remanſerat, venire faciens, necnon & filium eius, alloqui per eam fecit ipſum comitem, vt Imperatori ſe redderet, ſed cum hoc obtinere non poſſet, muniri optime iubet, & cuſtodiri collem ſancti Flauiani, & ipſe ſe in Apuliam confert, exinde in Siciliam rediturus, relictis tunc in manus Henrici de Morra magiſtri Iuſtitiarii comitiſſa prædicta, & filio eius. Poſt diſceſſum vero Imperatoris, ipſo agente adhuc circa fines Apuliæ, inter Cæſarem, & comitem Moliſii compoſitum eſt, mediante Romana Eccleſia in hunc modum,

Quod

Quod ipſe comes ſecurus cum rebus, & perſonis, qui ipſum ſequi voluerint, regnum exibit, Cælano, Obimolo, & alijs, quæ tenebat pro Cæſare, reſignatis, & comitiſſæ vxori eius comitatus eſt Moliſij reſeruatus ex pacto. Tunc his ita geſtis dictus comes cum ſuis ad vrbem ſe contulit, comitiſſa comitatum Moliſij recipit, Cælanenſibus præcipitur, vt exeuntes de domicilijs cum ſupellectilibus ſuis, facere in clauiutis habitacula deberent. Quibus exeuntibus, Cælanum totum eſt dirutum, & combuſtum, ſola Eccleſia ſancti Ioannis ſuperſtite remanente, ſicque mutato nomine, quæ Cælanum antea vocabatur, eſt Cæſarea poſtmodum appellata. Vnde metrice quidam dixit.

Vires, & nomen Celanum perdit, & omen
Fertur Caſarea, cuſque facta rea.

Serra ſuper Cælanum firmatur, & ex tunc Cælanenſes a finibus proprijs diſceſſerunt, nec eis habitare conceſſum eſt in eiſdem, quare ad loca alia eos oportuit demigrare.

Hoc anno Rex Franciæ obijt, & filius eius coronatur in Regem.

Menſe martio in feſto ſancti Benedicti cælum totum viſum eſt igneum, & pluit eo die terra, & cinis.

In Galeta, Neapoli, Auerſa, & Fogia iuſſu Cæſaris Caſtella firmantur Serniæ, mœnia diruuntur, cuius ciuitatis fere medietas igne comburitur, caſtellum Carpenonis, & alia quamplura de nouo caſtra firmata in comitatu Moliſij, & per loca alia ſecundum ſtatuta Imperialia dudum Capuæ edita euertuntur. Pro implendis ſtatutis Ipſis, quidam Rogerius de Peſcloſanzano executor ab Imperatore dirigitur.

Imperator in Sicilia Saracenos arctat, & obſidet, quorum partem non modicam ſibi ſubiectam ad partes mittit Apuliæ moraturam apud Luceriũ reliquis ſe in montanis tenentibus contra eum. Propter quod Rogerium de Aquila, Thomam de Caſerte, Iacobum de ſancto Seuerino, & filium comitis Tricaricenſis Regni comites vocat ad ſeruitium ſuum in Sicilia. Qui in comitatu, & manu breui euntes ad ipſum, capi eos, & teneri præcepit, & eorum terras per Henricum de Morra magnum Iuſtitiarium recipit ad opus ſuum.

Inquiſitiones fiunt in Regno iuſſu Imperatoris ſub præſtito iuramento, vt dicat quilibet, quid pro decimis, & cui quod pro conredis Imperialibus, & cui quod pro facto Boiani Roccæ Magenul, quæ hoc anno euerſa eſt, & pro Cæſarea dediſſet.

Hoc anno Danorum, & Noruegiæ Reges pater, & filius a quodam principe Alemanniæ capti ſunt, & Henrico Regi filio Imperatoris traditi.

Imperator comitatum Moliſij in demanium reuocat, pro eo, quod comes Moliſij vocatus ab Henrico de Morra magiſter iuſtitiario venire coram eo noluit ad iuſtitiam faciendam. Item pro ſtipendijs militum, & ſeruientium, quos ad debellandos rebelles Saracenos Siciliæ ſtatuerat, certam pecuniæ ſummam per totum Regnum man-

A dat colligi Imperator, & tunc per quemdam iudicem Vrbanum de Theano collectæ fuerunt de terra ſancti Benedicti vnc. auri ccc.

M. cc. xxiiii. Dicti Fundanus, Caſertanus, Auellini, & Tricarici comites in Sicilia ab Imperatore detenti ad interuentum Honorij Papæ dimiſſi ſunt liberi, & Regnum exeunt, ſuis tamen filijs, & nepotibus pro ſe obſidibus datis.

Hoc anno Pandulphus Verracel. Noruicenſis Epiſcopus duo noua palatia, quæ ſunt in curia S. Germani ſuis ſumptibus ad opus mandat conſtrui monaſterij Caſinenſis.

Henricus de Morra iuſſu Imperiali Cælanenſes reuocat vbique diſperſos, vt ad propria redeant, & redeuntes capit, & in Siciliam mittit, quos apud Maltam dirigit Imperator.

B Menſe madio inquiſitiones fiunt, Imperatore mandante, de collectis, & talleis, de rupturis domorum, de arma portantibus, de luſoribus taxillorum.

Menſe iunio ſummitates murorum S. Germani nouiter reparatæ ſolo ſternuntur.

Menſe iulio pro ordinando ſtudio Neapolitano Imperator vbique per Regnum mittit litteras generales.

Hoc anno Imperator Minianum in demanium recipit.

Muri ſancti Germani obtentu magiſtri Petri, & magiſtri Roffredi de ſancto Germano Imperialis curiæ iudicum, integri remanent Imperatore mandante.

C Imperator ipſe pro libertate Eccleſiarum, & clericorũ iuſtitiario terræ Laboris ſuas litteras mittit, in quibus mandat, vt Eccleſias omnes, clericos obedientias, poſſeſſiones, & homines eorum contra libertates, quas habuerant temporibus Regum in collectis, & talleis, datijs, & alijs publicis ſeruitijs admiſceri cum alijs non permittant, & nihil cum laicis participent in eiſdem, niſi probetur, quod tempore Regis Guilielmi ſecundi cum eis in huiuſmodi ſeruitijs contuliſſent.

Menſe ſeptembri pro facto Saracenorum Siciliæ tantundem colligi mandat de terra Caſinenſis Eccleſiæ Imperator quantum collectum fuit in proxime præterito.

Menſe ianuario Marchio Montis Ferrati cum electis nonnullis militibus, quos in Lombardia, D & Tuſcia retinuerat, venit Brundufium, profecturus in Romaniã in ſuccurſum ciuitatis Theſſalonicenſis, quam Commiano tenebat obſeſſam, & relicta gente ſua Brundufij, ipſe ad Imperatorem in Siciliam vadit, conſilium ab eo, & auxilium petiturus. Interea tamen ipſe Commiano obtinet ciuitatem ipſam, diu eam obſidendo, & dictus Marchio nihilominus a Brunduſio in Romaniam transfretat.

M. cc. xxv. Ioannes Hieroſolymitanus Rex de partibus rediens vltramontanis cum vxore ſua prægnante filia Regis Hiſpaniæ, quam duxit ibidem, apud Capuam morari elegit, vbi Imperatore mandante honorifice receptus eſt, ibique menſe aprili filiam peperit vxor eius, cum qua poſtmodum in Apuliam deſcendit, & apud Melphiam Imperatorem de Sicilia venturum expectat.

Tunc Imperator ipſe Barones omnes, & milites infeudatos ad Saracenorum confuſionem in Siciliam vocat, & tunc ipſe in Apuliam venit.

Honorius Papa Vrbem exiens propter ſeditiones, & bella, quæ in ea fiunt ſub Parentio ſenatore, apud Tyburtim ſe contulit, ad quem pro dilatione paſſagij obtinenda Imperator mittit Regem prædictum, & Patriarcham, qui tamen apud Reate accepere reſponſum.

Interea Imperator omnes Regni Prælatos ad ſe in Apuliam vocat, & eos quamquam inuitos, tamdiu ſecum detinuit, donec per ipſos Regem, & Patriarcham ſibi pro certo innotuit, quod a Papa benignum receperant reſponſum ſuper his, ad quæ fuerant miſſi. Quibus ad Cæſarem redeuntibus, ad ſanctum Germanum cum eis ſe contulit Imperator 22. iulij, ibique ad eum miſſi a Papa duo veniunt Cardinales, Pelagius ſcilicet Albanenſis Epiſcopus, ac Gualo tit. S. Martini presbyter Cardinalis, & tunc in ipſa Eccleſia ſancti Germani dictus Imperator capitula hæc ſeruare iurauit, videlicet, quod hinc ad duos annos in augusto complendos perſonaliter tranſfretabit in ſubſidium Terræ ſanctæ, ibique tenebit mille milites per biennium ad ſeruitium ſuum, & ducet ſecum centum chelandros, & tenebit ibi quinquaginta galeas bene armatas. Interim dabit paſſagium duobus millibus militum, & familijs eorumdem in tribus paſſagijs, & pro milite tribus equis. Hæc & alia capitula in eius præſentia lecta præſentibus quibuſdam Alemanniæ Principibus, nonnullis etiam Prælatis, & Regni nobilibus promiſit Imperator ſe publice ſeruaturum excommunicatione adiecta in ſe, & terram ſuam, ſi hæc non ſeruiat obſeruata, & hoc ipſum Rainer. dictus Dux Spoleti iurauit in anima ſua. Actum prædicto menſe Iulij in feſto ſancti Iacobi, & tunc per Cardinales ipſos iam dictus Imperator a iuramento, quod apud Verulas fecerat, denunciatus eſt abſolutus. Et eo celeriter in Apuliam recedente, Cardinales ipſi Reate ſe ad ſummum Pontificem contulerunt.

Tunc Imperator ipſe Principibus Alemanniæ, ducibus, comitibus, & potentatibus Lombardiæ per ſuas mandat literas, vt in futuro Paſcha Reſurrectionis Domini apud Cremonam ad eum conuenire deberent.

Menſe auguſto mutuum ab Imperatore per totum Regnum exigitur, & tunc loco mutui collectę ſunt de terra monaſterij Caſinenſis vnc. m.ccc. per Petrum domin. Ebuli, & Nicolaum de Citris tunc iuſtitiarium terræ Laboris.

Menſe ſeptembri Marchio Montis Ferrati in Romania naturali morte defunctus eſt.

Eodem menſe quinque vacantibus in Regno Eccleſijs quinque dominus Papa Honorius præfecit motu propriæ voluntatis, inſcio, & irrequiſito Imperatore, videlicet quemdam Caſinenſem Monachum Ioannem, cognomento de ſancto Liberatore, Eccleſiæ ſancti Vincentij de Vulturno. Conſanæ priorem quēdā S. Mariæ Nouæ de Vrbe Salernitanæ, Famaguſtanum quondam Epiſcop. Auerſanæ Cantorem Amalphitanum, & Capuanæ Pauenſem q. Epiſc. quos tanquam in ſummi præiu-

A dicium promotos, recipi Imperator in ipſis Eccleſijs non permiſit. Eunte m etiam in Siciliam, tunc ad eum cum literis Apoſtolicis quemdam Caſinenſem monachum Nicolaum de Colle Petri in Abbatem S. Laurentij de Auerſa promotum non admiſit.

Menſe nouembri Imperator ipſe apud Brunduſium Iſabellam filiam dicti Regis Hieroſolymitani magnifice deſponſauit.

Inquiſitiones de facto mutui fiunt per terram monaſterij.

Pax reformata eſt in Vrbe, ſenatoriæ dignitati cedente Parentio, & Angelo de Beneuento ſubſtituto eidem.

B Denarij noui, qui Imperiales vocantur, euduntur Brunduſij, & veteres caſſati ſunt.

Imperator apud Troiam Natale Domini celebrat.

Colonienſis Archiepiſcopus in Alemannia cum quadam conſanguinea ſua interfectus eſt.

Imperator pro facto Prælatorum, quos Papa creauerat, ſuos ad eum nuncios mittit.

Hoc anno Rex Alemanniæ Henricus filius Imperatoris filiam Ducis Auſtriæ ducit vxorem.

Honorius Papa pro facto crucis Prædicatores mittit, & in Germaniam dirigit Portuen. Epiſc. cum literis ſuis, quas ipſis Prædicatoribus ſimili modo concedit.

Hoc anno Rex Franciæ monitus per dominum Romanum Apoſtolicę ſedis legatum contra Albigenſes cum copioſo Francorum exercitu in prouinciam vadit.

C Reges Hiſpani terram Miramomellini occupant.

Honorius Papa indulgentiam Sancti Siſci, quæ ex longitudine temporis ſatis inoleuerat, tanquam falſam caſſauit, & irritam per ſuas literas denunciauit penitus, & inanem, pro eo quod clerici loci eiuſdem dabant accedentibus ad ipſam Eccleſiam remiſſionem peccatorum, facientes eis intelligi, quod ita de peccatis omnibus emundati recederent, ſicut pertica quædam quam oſtendebant eis cortice emundatam.

M. cc. xxvi. menſe ianuario Honorius Papa Oliuerium natione . . . ac Eccleſiam S. Vincentij aſſumptum electum ad Imperatorem i

D Apulia mittit.

Imperator ipſe baronibus, & militibus infeudatis cæteris mandat, vt omnes ſe præparent ad eundum ſecum in Lombardiam, & vt omnes apud Piſcariam, vbi ſexto intrante martii eſſe Imperator ipſe diſponit, debeant conuenire.

Eo tempore Ioannes dictus Rex Hieroſolymitanus diſcors ab Imperatore diſcedit.

Imperator de Apulia veniens in terram Laboris & relicta apud Salernum in caſtello Terracinę Imperatrice ſua, ipſe in Apuliam redit celer, vbi Henricum de Morra magiſtrum iuſtitiarium, capitaneum ſtatuit Regni ſui, & ipſe Piſcariam ſe contulit, ac exinde in ducatum Spoleti perueniens hominibus ducatus ipſius per ſuas præcipit litteras, vt ſecum in Lombardiam debeant proficiſci, quod cum facere ipſi renuerent præter Papæ mandatum cui tenebantur, Imperator ad eos litteras iterat

gra-

grauiores, quas illi de ducatu ad Papam remiſerunt. Quas ipſe Papa moleſte ferens quod, homines Eccleſiæ ſub certa pœna vocabat Cæſar ad expeditionem, ſuas ad eum litteras dirigit, quas ipſe Imperator graues reputãs, reſcribit ei quaſi de paſi, & quia in reſcripto ipſo ſuam voluntatem ſatis Imperator voluit declarare, duxit ipſe Papa ſibi aſperius reſcribendum, propter quod Imperator vt ipſius placaret animum, reſcribit humiliter in omni ſubiectione.

Tunc mittit a Rauenna, vbi Paſcha Domini celebrat, Henrico Alemanniæ Regi filio ſuo, vt ſibi in Lombardiã occurrat. Deinde a Rauenna diſcedens extra Fauentiam, quæ ſibi aduerſa erat, iter habens apud caſtrum ſancti Ioannis in territorio Bononienſi poſuit caſtra ſua, ipſum parte ſui exercitus per ciuitatem Bononiæ præeunte. Exinde vero ſe Imolam contulit, vbi tamdiu moram fecit, donec, ſicut prius fuerat, eam fecit aggeribus communiri, & procedens inde verſus Parmam dirigit iter ſuum.

Tunc Henricus Rex Alemanniæ cum copioſo exercitu ſuo venit vſque Veronam, ſed Lombardis impedientibus, vltra procedere non eſt permiſſus.

Imperator Cremonam vadit, Ibique diebus paucis faciens moram, cum ſe ciuitas Veronenſis cum Mediolano, & alijs ſubſcriptis ciuitatibus ipſi Imperatori contrarijs confœderaſſet, ad Burgum ſancti Dominini ſe contulit, ibique ſibi coadſiſtentibus quibuſdam Prælatis, & Principibus Alemanniæ, ac Proceribus regni ſui, contra ciuitates iſtas ſibi contrarias, videlicet, Mediolanum, Veronam, Placentiam, Vercellum, Laudam, Alexandriam, Teruiſium, Paduam, Vincentiam, Torrinum, Nouariam, Mantuam, Brixiam, Bononiam, & Fauentiam, diffidationis emulgauit edictum, quod cæteris ſibi fauentibus ciuitatibus præcipit obſeruari.

Tunc prædictus Alemanniæ Rex, combuſta ciuitate Tridenti, in Alemanniam redit cum ſuis, & Imperator pater eius per Tuſciæ partes in regnum reuerſus eſt, & in Apuliam veniens, conuocatis ad ſe iuſtitiarijs omnibus regni ſui, ab eis de acceptis omnibus exigit rationes.

Tunc Prælati omnes, quos Papa creauerat, ſcilicet, Brundiſinus, Conſanus, Salernitanus Archiepiſcopi, Auerſanus Epiſcopus, & Abbas ſancti Laurentij de Auerſa in ſuis Eccleſijs recipiuntur.

Rex Franciæ Auinionem obſeſſam cepit, & exinde cum legato Apoſtolicæ ſedis ad expugnandam Toloſam vadit, vbi venenatus, vt dicitur, obijt.

Imperator certum numerum militum dirigit vltra mare.

Nicolaus de Cicala, & Petrus domini Ebuli cedunt officio Iuſtitiariatus, & Roggerius de Galluccio, & Marius Rapiſtr. de Neapoli ſubſtituuntur eiſdem.

Menſe nouembri Reginus, & Tyrienſis Archiepiſcopi cum magiſtro domus Alemannorum, a Cæſare mittuntur ad Papam, pro compoſitione inter ipſum, & Lombardos facienda. Inter quos mediante Papa, facta eſt in hunc modum, quod Imperator generaliter remittit omnibus prædictis ciuitatibus, legatis præſentibus ibidem, & ipſi pro parte ciuitatum iurauerunt pacem inter ſe inuicem obſeruare, & denuo committere cum domino Imperatore dari milites 400. ad ſubſidium Terræ ſanctæ in tranſfretatione ſua.

Imperator menſe decembri cum Imperatrice conſorte ſua in Siciliam tranſfretat, & tunc Stephano Abbati Caſinenſi has indulgentiæ litteras mittit.

Fredericus &c. Stephano venerabili Caſinenſi Abbati fideli ſuo &c.

Fidelitati tuæ præſentibus volumus eſſe notum, quod ad ſupplicationem tuam, quam per iudicem Petrum de ſancto Germano fidelem noſtrum, noſtro culmini porrexiſti, petitiones tuas clementer admiſimus, ſuper eo, videlicet, quod antiqua iura, & rationes, quibus tempore Regis Guillelmi recolendæ memoriæ, tuum monaſteriũ eſt prouiſum, tibi, & ipſi monaſterio conſeruare de noſtra gratia dignaremur, verum, quia de ipſis iuribus, & rationibus non conſtabat, per Petrum de Abulo, & Nicolaum de Cicala iuſtitiarios terræ Laboris inquiſitionem fieri fecimus diligenter. Qua clementer inſpecta, & per iudices curiæ noſtræ diligenti præuiſione diſcuſſa capitula quæ inferius continentur, ſic legitime ſunt probata, videlicet, quod tempore Regis Guillelmi Secundi, dum ipſe Rex cauſa orationis veniſſet ad monaſterium Caſinen. & prædicta precatio pro ipſo domino Rege Petrus de Inſula tunc Caſinenſis Abbas fecit colligi collectam per totam Abbatiam per ordinatos Baiulos ſuos, & ipſe procurauit eum. Item quod cum aliquis condemnabatur, in mercede curiæ Regis, iuſtitiarij faciebant de perſona velle ſuum, terra remanebat Eccleſiæ, & omnia bona ſua recipiebat monaſterium Caſinenſe, & ſi perſona, quæ erat condemnata, volebat ſe redimere, licebat ei vendere de rebus ſuis. Item quod cum Imperator Henricus mandaſſet redemptionem colligi per totum Regnum, Abbas fecit colligi partem contingentem ipſam Abbatiam. Item quod precatio, quæ præſtabatur Regi Guillelmo per Abbatem fiebat & miniſtri Abbatis colligebant per terram monaſterij precationem ipſam, & Baiuli Regis nunquam viſi ſunt ibi ad hoc. Item quod ſi quando aliqua ſeruitia iniungebantur a domino Rege Abbati, vel etiam hominibus Abbatiæ quod expediebatur per Abbatem, monachos, & miniſtros eius. Item quod ſi quæ iniungebantur Abbatiæ, expediebantur per Abbatem, & per homines ſuos. Item quod quando Rex miſit ſtolium in Romaniam, Abbas Caſinenſis dedit milites domino Regi, & pro eis collegit per Abbatem ſolidos, tibi, & monaſterio tuo duximus confirmanda. Quare mandamus fidelitati tuæ, quatenus dictis iuribus, & rationibus per te, & officiatos tuos vti debeas, ſicut per inquiſitionem ipſam legitime ſunt probata. Datum Fogiæ, &c.

Indulſit tunc etiam Imperator ipſi Caſinenſi Abbati, vt homines terræ ſuæ ipſe mitteret ad opus caſtelli Caietæ, ſicut per Pandulſum, & Robertum Dominos Aquini hactenus mittebantur.

Ho-

Honorius Papa Ioanni Regi quondam Ieroſolymitano pro vitæ ſuæ ſuſtentatione terram nom. mittit Eccleſiæ a Viterbio vſque ad montem Flaſconem.

Henricus de Morra magiſter iuſtitiarius auctoritate Imperiali, cōtra Forbannitos, & luſores Taxillorum, & euntes nocturnis horis, poſt tertium campanæ ſonitum ſua ſtatuta edidit in ſancto Germano, ac contra tabernarios etiam; vt ad ſecundum campanæ ſonitum claudant tabernas ſuas. Ita quod ad tertium campanæ ſonitum, nulla earum aperta valeat inueniri, & ſuper his inquirendis certum ſtatuit numerum iuratorum, qui pœnas ſtatutas a tranſgreſſoribus recipiant pro diuerſa criminum qualitate, quod ſi aliquis iuratorum in dolo, ſeu fraude, vel negligentia fuerit deprehenſus, pœnam recipiat, quam recipere deberent prædicti, ſaluo in omnibus mandato, & ordinatione imperiali.

Idem magiſter iuſtitiarius per apertas literas ſuas conceſſit dicto Abbati Stephano, vt ſibi liceret iuxta recordum bonorum hominum ſancti Germani generales nundinas per annum, quo tempore vellet, ordinare in ipſa terra ſancti Germani.

Comes Raimundus filius Raimundi de Bareto ſe cōtra Imperatorem in Introduco recipit, quem Bertholdus frater Raimundi dicti ducis Spoleti congregato Imperiali exercitu, obſidet, & expugnat.

Hoc anno Lacus Marſiæ, qui Fucinus dicitur, vſque adeo obriguit, quod homines in eo deſuper ambulantes, boues trahebant cum trabibus, & alijs lignaminibus neceſſarijs ad coquinam.

M.ccxxvij. menſe ianuario. Careſtia frumenti tanta in vrbe Roma facta eſt, vt rubbus tritici pro 20. ſolidis denariorum ſenatus habere vix poſſet.

Honorius Papa ſuos ad Imperatorem in Siciliam nuncios mittit, vt ſibi, & Romanæ curiæ in victualibus ſubueniret, qui per Henricum de Morra magiſtrum iuſtitiarium hoc fieri mandat.

Menſe martio dictus Honorius Papa obijt 15. Kalen. aprilis, & Hugolinus Oſtienſis Epiſcopus in Papam Gregorium ſubſtitutus eſt illi. Qui per vniuerſum Orbem de ſua promotione, & obitu prædeceſſoris ſui mittit litteras generales.

Menſe iunio dictus Papa vrbem exiens, venit Anagniam, & ſuos tunc ad Imperatorem nuncios dirigit, vt ſibi fodrum faciat ab hominibus regni deferri. Qui Henrico de Morra magiſtro iuſtitiario hoc faciendum delegat.

Imperator ipſe iuſtitiarios omnes regni ſui ad ſe in Siciliam vocat, reddituros ſibi de acceptis omnibus rationem.

Interea per totum regnum pro felici tranſitu ſuo generalem collectā imponit, & tunc collectæ ſunt de terra monaſterij, Vnc. 450. Imperator ipſe de Sicilia in Apuliam venit, qui ad Papam Reginum Archiepiſcopum, & magiſtrum domus Teutonicorum legatos mittit.

Thomas de Aquino Acerrarum comes in Siciliam transfretat.

A Menſe iulio Calenenſes omnes, qui captiui in Sicilia tenebantur, liberi dimittuntur, Imperatore mandante.

Eodem menſe Lantgrauius cum cruceſignatorum exercitu de Alemannia in Apuliam venit, tranſiturus in ſubſidium terræ ſanctæ.

Tunc in Anagnia ducentæ ferme domus, Papa ibidem præſente, combuſtæ ſunt. Fodrum portatur ibidem iuſſu Imperiali, ad quod recipiendum, & aſſignandum quidam de ſancto Germano Guillelmus Falloco nomine, per Imperatorem conſtitutus eſt ibi.

Stephanus Caſinenſis Abbas 21. ſtante iulij in feſto ſanctę Praxedis in Caſino obijt. Cuius obitus tam Papę quam Imperatori per quoſdam de Fratribus nunciatur, a quibus de electione facienda recipiunt in mandatis.

B Imperator cum Imperatrice conſorte ſua menſe Auguſto Hydruntum vadit, vbi relicta Imperatrice, vadit Brunduſium, vbi totus cōuenerat cruceſignatorum exercitus, & vbi omnia vaſcella ad transfretandum fecerat congregari.

Interea de tota Marſia obſides capiuntur. In caſtello Gaietæ caſtellanus, & ſeruientes ponūtur.

Eodem menſe quidam in vrbe vicarium Papæ ſe faciens, Papa inſcio, & abſente, dum fauore fretus Romanorum quorumdam, qui hoc fieri tolerabant, gratia quęſtus, ſtans apud porticum ſancti Petri, & poteſtate vtens Apoſtolica, cruce

C ſignatis omnibus abſolutionis beneficium impendebat, & per Romanos fautores tanti criminis crucem ab eis, quam aſſumpſerant, depoſcebat. Qui a Senatore vrbis captus poſt denunciationem ſibi a Papa factam tunc apud Anagniam exiſtente, captus eſt, & debita perſonæ pœna mulctatus.

Interea pars cruceſignatorum non modica in Apulia ſuperueniente infirmitate, cecidit per mortis occaſum. Imperator tamen cum Lantgrauio, & reliquis cruceſignatis, ſe parat ad tranſitum, ita quod in die Natiuitatis Beatæ Virginis a Brunduſio transfretans venit Hydruntum, & ſpem faciens ijs, quos præmiſerat, de tranſitu ſuo, morari apud Hydruntum ea cauſa neceſſaria voluit, vbi, caſu accidente, dictus Lantgrauius obijt, & & ipſe tunc etiam Imperator, ſicut diſpoſuerat, ſu-

D peruenienti ægritudine, non tranſiuit. Quamobrem Papa motus cōtra eum, apud Anagniam penultimo menſis ſeptembris in feſto Dedicationis Archangeli denūciauit ipſum Imperatorem in latam dudum apud ſanctum Germanum excōmunicationis ſententiam incidiſſe. Imperator de Apulia tunc venit ad Balnea Puzol. Gregorius Papa de Anagnia per Velletrum iter habens, redit ad vrbem. Ad quem ad ſuam excuſationem ſuos dirigit nuncios Imperator, Reginum ſcilicet & Barenſem Archiepiſcopos, Raimundū dictum ducem Spoleti, & comitem Henricum de Malta, quibus non plus credens, quam nuncijs ſuis, de inualitudine Imperatoris, vocatis ad vrbem Prælatis ciſmontanis, & de regno quos potuit, in octauis B. Martini publice excommunicat ipſum, & per totum occidentem litteras ſuper hoc dirigit generales.

Ele-

Electio, licet diuerſa, Abbatis in monaſterio Caſinenſi celebrata eſt, inter quos Landulſus Senebal. vnus de electis, repræſentata Papæ electione, de gratia conceſſus eſt Abbas, ſuum in eum Imperatore dante aſſenſum, & aliorum per Papam electione caſſata.

Tunc Imperator ipſe menſe nouembri venit Sueſſam, & inde Gaietam ſe confert, & de eiſdem greſſibus Capuam redit, vbi ad ſuam excuſationem, ad omnes Orbis principes, & in Alemanniam litteras mittit, quibus ſignificat eis, quod ad tranſitum paratus cum eſſet, ſuperueniente ægritudine, tranſire non potuit, quod cum domino Papæ ipſe per ſuos nuncios intimaret, cum nollet ſuper hoc eius nuncijs fidem dare, contra ſe proceſſerat pro motu propriæ voluntatis. Interim omnes regni ſui comites Capuam conuocat, ibique tenuit curiam generalem, ſtatuens vt ſinguli feudatarij darent de vnoquoque feudo octo vnc. auri, & de ſingulis octo feudis militem vnum in proximo futuro menſe maij, in quo ad Terræ Sanctæ ſubſidium transfretare diſpoſuit. Solemnem vero curiam apud Rauennam ſtatuit menſe martij celebrandam. Tunc prudentem virum magiſtrum Roffridum de Beneuento mittit ad vrbem cum excuſatorijs ſuis, quas idem magiſter publice legi fecit in Capitolio, de voluntate Senatus, Populique Romani.

Menſe decembri Landulſus Senebal. in Abbatem Caſinenſem electus, ad Papam vadit, & in quatuor temporibus Natalis Domini ab eo ſacerdotij munus accepit. Et cum eo quidam Gregorius de Carboncello Caſinenſis monachus in Abbatem Terræ maioris promotus eſt, cum quibus duo ex parte Papæ nuncij veniunt ad Cæſarem Cardinales, magiſter ſcilicet Thomas tituli ſanctæ Sabinæ presbyter, & magiſter Oddo ſancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Cardinales. Et tunc cum eis celebrato Natali apud ſanctum Germanum ad Imperatorem vadit Abbas Caſinenſis prædictus, ipſos præeunte dicto Abbate Terræ maioris, qui à Cæſare prohibitus, ad ſuam tunc Eccleſiam non acceſſit.

M c c x x viij. Menſe ianuario. Denarij noui Brundiſini per Vrſonem Caſtalbum in S. Germano dati ſunt, quorum ſumma fuit 560. vnc. quos magiſter Fridericus, & Fridericus Landus de Malacuccلar. Procuratores ab Abbate relicti, diſtribui particulariter per terram monaſterij præceperunt.

Eodem menſe. Clericorum Focariæ filij, & filiæ iuſſu Imperatoris capiuntur vbique per Regnum.

Dicto Abbati Caſinenſi ab Imperatore in mandatis datur, vt centum ſeruientes bene paratos inueniat cum expenſis, & armis per annum neceſſarijs ad ſeruitium Terræ Sanctæ.

Dictus magiſter Fridericus, & Fr. Berardus de Cælano vocati ad Papam vadunt, quorum alter, ſcilicet Fr. Berardus procurationem recipit ſancti Gregorij in vrbe; alteri vero Farfenſis Eccleſiæ tenuit Abbatiam.

Archiepiſcopus Panormitanus nuncius a Soldano ad Cæſarem rediens, Elephantem vnum, mulos, & pretioſa quædam alia munera ipſi Imperatori detulit ex parte Soldani.

Menſe februario Oderiſius de Auerſa Caſinenſis monachus a Gregorio Papa in Abbatem ſancti Vincentij promotus eſt.

Menſe martio pro centum prædictis ſeruientibus collectæ ſunt de terra monaſterij vnc. 1200.

Eodem menſe Landulſus Caſinenſis Abbas vocatus eſt a Cæſare, vt ad ipſum vadat apud Tarentum. Et quibuſdam de Regno Prælatis iniungitur, vt ſe ad transfretandum debeant præparare.

Imperator apud Barolum Paſcha domini magnifice celebrat in omni gaudio, & exultatione, quia ſicut ex litteris tunc didicerat Thomæ de Aquino Acerrarum comitis ad ſuum ſeruitium in Syria exiſtentis, illis diebus Coradinus Soldanus Damaſci mortuus fuerat. Quamobrem in ſubſidium Terræ Sanctæ dirigit Riccardum de Principatu mareſcalcum ſuum cum quingentis militibus, qui a Brunduſio felici omine transfretauit.

Gregorius Papa celebrato Paſcha apud Lateranum, poſt tertium diem ad ſanctum Petrum ſe contulit, vbi Romani accedentes ad ipſum, cum illum crederent vrbem velle occulte exire, tum propter factum Imperatoris tunc pro facto Viterbij, iniurijs multis, & contumelijs affecerunt ipſum, & ſeditio magna contra eum facta eſt a Popularibus.

Menſe Aprili Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit.

Imperator pro ſubſidio Terræ Sanctæ, ab Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis vbique per regnum certam exigit pecuniæ quantitatem, & tunc de mille ducentis vnc. propter hoc impoſitis terræ monaſterij, remiſit Imperator de gratia vnc. centum.

Gregorius Papa vrbem exiens ſub fido ducatu, vadit Reate menſe aprili.

Eodem menſe Gregorius Papa per ſuas mandat litteras vniuerſis Eccleſiarum Prælatis, & clericis per Regnum Siciliæ conſtitutis, ſub interminatione vltionis canonicæ, ne quis eorum Imperatori, aut Baiulis ſuis dare aliquid pro redemptione, data, vel collecta præſumat.

Imperatrix apud Adriam filium parit, nomine Conradum, qui non multo poſt, ſicut Domino placuit, ibidem in fata conceſſit.

Imperator regni Prælatis, & magnatibus coram ſe apud Barolum congregatis, parato ſibi tribunali ſub diuo propter gentis multitudinem quæ copioſa erat, proponi fecit, & legi ſubſcripta capitula in modum teſtamenti, vt videlicet omnes de regno, tam Prælati, quam domini, & eorum ſubditi, omnes in ea pace, & tranquillitate viuerent, & manerent, qua eſſet, & viuere ſoliti erant tempore Regis Guillelmi ſecundi, relicto tunc regni Ballio Rainaldo duci Spoleti; & ſi deficere Imperatorem contingeret, ſibi in Imperio & regno ſuccedaret Henricus filius eius maior; quod ſi illum abſque liberis mori contingeret, Conradus filius eius minor ſuccederet illi. Quod ſi ambo decederent, filijs non extantibus, filij ipſius ſuperſtites, quos de legitima vxore ſuſcepit, in eodem regno ſuo ſuccedant. Et præcipit,

vt

vt omnes homines Regni ſui, quæ ſtatuit, debeant Iuramento ſeruare; quæ tamen ſic obſeruari mandauit, ſi in præſenti paſſagio humanitus de ipſo aliquid contingeret, niſi aliud teſtamentum ab eo editum compareret. Hæc coram ſe iurari fecit Imperator a duce prædicto, & Henrico de Morro magiſtro Iuſtitiario, & alijs nonnullis de regno. Diſpoſuit etiam, quod nullus de regno pro data vel collecta aliquid daret, niſi pro vtilitatibus regni, ac neceſſitatibus expediret.

Menſe maio Caſale quoddam in Apulia, quod Gaudianum dicitur, Melfienſis diœceſis, ob culpæ meritum, Imperatore mandante deſtruitur.

Domini de Pupplito rebelles facti ſunt Imperatori.

Romani facta in extrinſecis deſtructione Viterbij, & obtento per vim caſtro quodam quod Rapampanum dicitur, ipſis Viterbienſibus ſubdito, læti ad vrbem redeunt; quibus recedentibus Viterbienſes in campis caſtra ponentes, quæ poſſunt mala irrogant circumadiacentibus caſtellis fautoribus Romanorum.

Menſe iunio Imperialis exercitus ſuper dominos de Pupplito vadit, quibus Pupplitum auferunt, & nonnulla alia caſtra.

Gregorius Papa a Reate diſcedens, vadit Spoletum, & exinde Peruſium.

Imperator apud Brundusium ſe conferens, mare intrat, ac apud S. Andream de inſula iuſſis omnia nauigia parata ad tranſitum conuenire, ac exinde Hydrontum nauigans, feliciter vltra mare ad crucis obſequium transfretauit, vbi quid egerit, qualiter in Terræ Sanctæ recuperatione proceſſerit ſequens lectio declarabit.

Gregorius Papa menſe iulio de Peruſio vadit Aſſiſium, vbi Fratrem Franciſcum Minorum fratrum Ordinis inuentorē, propter duo, quæ fecerat miracula in aperto, in cæco videlicet vno, & claudo, quibus viſum, & greſſum reddiderat, canonizauit, & Peruſium rediens, ibi anniuerſarium magnifice celebrat Innocentij Papæ prædeceſſoris ſui.

Eodem menſe iulij Mons Iſclæ ſubuerſus eſt, & operuit in Caſalibus ſub eo degentes fere ſeptingentos homines inter viros, & mulieres.

Menſe Aug. Marius Rapiſtr. ceſſit officio iuſtitiariatus, & Stephanus de Anglone, & Pandulfus de Aquino ſubſtituti ſunt illi de mandato ducis Spoleti, qui de Apulia introductum vadit, & omnes de Regno ſolicitas infeudatos, vt ad eum vadant cum exfortio ſuo, ad dominorum Pupplito rebellium confuſionem, qui ſe contra Imperatorem in Capitiniano receperant. Interea Imperialis exercitus, capit Turrem de Renaria, terram quandam de nouo contra Imperatorem firmatam, quam totam deſtruxerunt. Rainaldus dux Spoleti cum Imperiali gēte dominos Pupplito in Capitiniano obſidet, qui cum ſe non poſſent tenere, accepta ab eo ſecuritate de perſonis & rebus ſuis, ſe apud Reate contulerunt. Tunc dux ipſe Marchiam intrat, ac Bertholdus frater eius circa Nurſiæ prouinciam remanet. Qui caſtrum quoddam, quod Preula dicitur, ſibi rebelle deſtruxit, eiuſque incolas pœnis addixit varijs, &

A tormentis, & Saracenorum traditos poteſtati, quos ſecum de Apulia duxerat, in ipſis cruciatibus exhalare coegit.

Gregorius Papa in ducem ipſum pro eo quod Marchiam intrauerat, ac admonitus ſæpius, vt ipſam exiens, in pace dimitteret, hoc ipſe dux facere noluit, excommunicationis ſententiam promulgauit, eiuſdem excōmunicationis innodans vinculo omnes ſequaces illius. Cumque nec ſic reuocare poſſet eundem, vim vi repellere licitum putans, ad Marchiæ defenſionem, quę Eccleſiæ ſuberat, materiali gladio orſus eſt contra ipſum, qui iam pro parte Marchiam ad opus Imperij cœperat occupare, & tunc Ioannem quondam Ieroſolymitanum Regem, & Ioannem de Columna Cardinalem cum copioſo militari, & pedeſtri exercitu dirigit contra eum. At cum nec ſic dux ipſe deſiſteret ab incœptis, arbitratus eſt ipſe Papa cōtra regni filios acies dirigere bellatorum, vt regni ſtatu, & pacis quiete turbato, quod dux ipſe voluntarius noluit, ſic facere cogeretur inuitus, vt Marchiam dimitteret, quam vſque Maceratam Cæſaris Imperio ſubiugarat. Nam collectis vndique Campaniæ, ac Maritimæ viribus, congregauit exercitum, cui quemdam Pandulfum de Anagnia capellanum ſuum, qui legationis officio fungebatur, & excluſos de regno comites, Thomam de Cælano, & Roggerium de Aquila, præfecit Capitaneos, & ductores.

M. CC XXIX. Hi menſe Iannario 18. per Ceperanum venientes in regnum clauesignati, Inſulam pontis Solarati, quę regni erat oſtium, quam quidam Adenulfus Baſlanus pro Imperatore tenebat, primitus expugnantes, cum ſe tenere non poſſet, per vim ceperunt.

Bartholomæus quoque de Supino, qui caſtrum tenebat S. Ioannis de Incariea, & Riccardus filius domini Roberti de Aquila, qui dominus erat Paſtionæ, metus cauſa, ſponte ad mandatum venerunt Eccleſiæ. Et prætereuns exercitus flumen Teles, verſus Fundos dirigit caſtra ſua, & cum ciuitatem ipſam, quam quidam Ioannes de Poli ciuis vrbis Romæ pro Imperatore tenebat, acriter impugnaret, vi eam obtinere non potuit, ſicque confuſus nec ſine graui damno Ceperanum reuerſus eſt. Venerat tunc temporis ad S. Germanum Nicolaus de Cicala pro parte Imperatoris, & Henricus de Morro magiſter iuſtitiarius ſuperius nominatus, cum regni filijs, Raone de Balbano comite, Landulfo de Aquino, & Stephano de Anglone iuſtitiario, Adenulfo de Aquino filio nobilis viri Thomæ de Aquino Acerrarum comitis, Roggerio de Galluccio, alijſque vndique congregatis, Imperatori fidelibus, ad reſiſtendum hoſtibus prompta voluntate paratis, domini etiam de Aquino Pandulfus, & Robertus Aquinum pro fide Cæſaris laudabiliter muniemnt. Tunc Landulfus Caſinenſis Abbas Caſinum, & Roccam Ianū neceſſarijs omnibus ſufficienter muniuit, & Roccam ipſam dudum iuſſu Imperatoris dirutam à parte S. Germani in mœnibus reparauit. Tunc & homines S. Germani mandato iuſtitiarij ſummitatem murorum S. Germani Cæſaris dudū imperio dirutam repararunt; ſeque inermes, armis neceſſarijs ad reſiſtendum hoſtibus decenter armarunt.

Fa-

Papalis exercitus, qui clauium ſigna gerebat Roccam Arcis, in qua quidam Rao de Aquila erat pro Cæſare Caſtellanus, impugnare prouidit, ſed cum in nullo proficeret, non abſque læſione graui, villa ipſius Roccæ combuſta, Ceperanum reuerſus eſt. Et tunc quidam de exercitu diſcurrentes per terram ſancti Benedicti, villas Riui Vitellati, & Eccleſiam ſancti Petri, & ſancti Pauli de Foreſta, Dei metu poſtpoſito, bonis omnibus ſpoliarunt.

Menſe martio iij. intrante eodem menſe, qui dies erat ſabbati, Papalis exercitus præmiſſa ciuitate Aquini cum prædictis excluſis Comitibus terram intrat ſancti Benedicti, qui caſtrum Pedemontis per vim capientes, licet qui erant in eo, pro viribus reſtitiſſent, quadraginta ſeruientes ad ipſius caſtri cuſtodiam deputarunt. Hi ſequenti Dominica verſus ſanctum Germanum ſuas acies dirigentes, venerunt vſque vbi dicitur monumentum. Et exinde deſcendentes, cum nullus de Imperiali exercitu, hoc magiſt. iuſtitiario prohibente, egrederetur ad illos per Plumbareolum, quæ metus cauſa fuerat ab incolis derelicta, iter habentes, & per caſtrum Pignatarii, quod deſertum ſimiliter fuerat verſus ſanctum Angelum Theodici dirigunt greſſus ſuos, ſed cum nihil proficerent, quia bene munitum erat caſtrum, & illuc Rogerius de Galluccio cum 40. ſeruientibus miſſus a magiſtro iuſtitiario venerat, abinde receſſerunt, & verſus caſtrum Teramum profecti ſunt, quod vi capientes, quanquam ipſius habitatores optime ſe pro fide Cæſaris defendiſſent, bona diripientes eorum, illud incendio tradiderunt, ſicque onerati ſpoliis, in Campaniam ſunt reuerſi. Quibus recedentibus magiſter iuſtitiarius cum Imperiali exercitu exiens de ſancto Germano, vna cum dominis Aquini ſuper caſtrum Pedemontis vadit, illud dare deſtructioni diſponens, niſi Abbatis, & conuentus precibus deſtitiſſet, ſicq. in ſua reuerſi ſunt. Tunc ad ipſum iuſtitiarium viri fideles Cæſaris, vndiq. confluentes, cum eis reſiſtere hoſtibus parabat. Menſe igitur martii xvi. die veneris rediens Papalis exercitus ad caſtrum Pedemõtis, ſequenti die ſe in duas diuidens acies, per montes, & plana milites, & pedites iter habentes, eorum quidam verſus monaſterium, quidam verſus ſanctum Germanum dirigunt greſſus ſuos, quibus cum idem magiſter Iuſtitiarius, cuius inducebant animum diuerſorum conſilia in diuerſum, vellet obſtare, ne per montium aditus, liber pateret hoſtibus ad ſanctum Germanum acceſſus, ipſis per vires oppoſitas obſiſtere præuidit in monte, mittēs ad obſeruandum montium tranſitus quoſdam de nocte milites, & baliſtas, qui aſcēdentes hoſtes pro viribus repellentes, bellum inire cum eis pro fide Cæſaris minime timuerunt, cumque in loco, vbi eſt Eccleſia ſancti Matthæi Seruorum Dei cōflictus fieret, rumor ad ipſum Iuſtitiarium, quod ſui cum hoſtibus dimicarent, ad ſanctum Germanum peruenit, qui mox, licet inconſulte, montem ſubiens, nec metuens mortis occaſum, hoſtium in medio ſe obiecit cum ſuis, quem ſecutus Adenulfus filius Acerrarum comitis memorati & nonnulli milites, & pedites, qui mori pro fide A Cæſaris nõ timebant, hoſtium ictus repellere ſuis ictibus conabantur, ſed cum locus non eſt idoneus ad pugnandum, & viam illam, qua itur ad ſanctam Mariam de Albanero, fugatis Imperialibus de ſupernis, Papalis acies iam occupaſſet, cum ea aduerſo aſcendentibus ipſe Iuſtitiarius obſtare non poſſet, retrocedere, non ſine ſuorum clade coactus eſt, & tūc cum ipſo Adenulfo Acerrarum comitis filio, in brachio vulnerato, & ex ſuis admodum paucis, in vallo Caſinenſis monaſterii ſe recepit, vbi per ipſum Iuſtitiariū Iacobus Sinibaldus cuſtos fuerat inſtitutus, reliquos verſus ſanctum Germanum ad fugam cogentibus illis, qui habuerant de Marte triumphum. Quos ciues ſancti Germani, qui Cæſaris fidem ſeruabant, vnanimiter receptantes, cum ſuis omnibus ſaluos B fecerunt, & ea die, quamquam duros, & duros paterentur inſultus ab hoſtibus, ita quod enſes, ignē, & iacula non timerent, turribus, & mœnibus inſiſtentes, hoſtium viribus non ceſſere. Sic ergo die ipſa, nouercante fortuna, de Imperialibus obtenta victoria, Pandulfus Apoſtolicæ ſedis legatus ab ea parte, quæ dicitur Porta Vetus, cum nonnullis de maioribus exercitus veniens, ſub comminatione depopulationis, & deſtructionis perpetuæ Monaſterii Abbatem præfatum, vt ſibi ad mandatum Papæ monaſterium redderet, & ipſum Iuſtitiarium traderet in manus ſuas, inducere procurauit. Quod cum ſecrete omnino tenueret, dicens quod abſq. graui, & grandi periculo fieri hoc non poſſet, longo C ſuper hoc tractatu habito, quem ego neſcio, Deus ſcit, à legato, & ſuis, pro magiſtro Iuſtitiario, & his, qui ſecum erant, præſtito iuramento. quod ſalui eſſent, ipſi legato patuit monaſterium, Qui ſtatutis in eo militibus, & ſeruientibus vltra centum, cum Abbate, & magiſtro Iuſtitiario mox ad ſanctum Germanum deſcendit. Quos cum homines ſancti Germani, quamquam ſæpius requiſiti, recepiſſent, nō niſi ſcitēt in vero ipſum Iuſtitiarium liberatum, & ſuos, ea nocte in Burgo exteriori eos oportuit pernoctare. Ea vero nocte comes Rao de Balbano, cum nonnullis de exercitu Imperiali, qui ſe in ſancto Germano receperant, & plus de morte, quam de vita ſperabant, metuebant enim, ne à ciuibus hoſtibus traderentur, ab his, qui noctis vigilias cuſtodiebant de ſancto Germano, per poſterulas ciuitatis di D miſſi ſunt liberi, & abierunt in ſua, & nihil de ſuo arneſio amiſerunt. Igitur mane ſequenti Papalis exercitus terram intrat ſancti Germani, Rocca Ianiſe prius reddente legato, cui homines ſancti Germani iurant ad opus Papæ, licet inuiti. Quo audito, & cognito, tremuit omnis terra, quæ ſe non poterat ab hoſte tueri. Tunc magiſter Iuſtitiarius liber dimiſſus eſt, & ſe Capuam contulit. Adenulphus etiam de Aquino Acerrarum comitis filius, necnon & Iacobus Senebaldi prædicti redierunt in ſua.

Poſt dies vero decem, ſe mouēs de ſancto Germano exercitus, facta compoſitione cum ijs, qui erant in palatio Miniani, Minianum recipiunt, quod hæredibus quondam Malgerij Sorelli reſtituunt, & procedentes inde, Præſentianum obtinent, Venafrum, & Sernia per Nuncios ſe ſibi reddunt.

dunt. Pretam quoque per vim obtinent, & Vaitanum, ac totam terram filiorum Pandulfi, vſque Caluum, quot ſunt, recipiunt ad opus Eccleſiæ. Teani necnon ciuitas, & Calenum veniunt ad mandatum Papæ. Tunc per Francoliſium iter habens exercitus, Sueſſam ſe contulit, ſibi pro fide Cæſaris reſiſtentem, quam longa ſatis obſidione arctatam, cum iam ciues inciperent ſitis ſqualore deficere, non curantes arborum, & vitium inciſiones, illuc enim venerat Apoſtolicæ ſedis legatus Pelagius Albanenſis Epiſcopus, ciuitatem recipiunt ad opus Papæ, necnon & caſtellum, quod munire ſeruientibus curauerunt, & procedentes inde, verſus Roccam Draconis dirigunt greſſus ſuos. Quam circumpoſita obſidione, arctantes, villa prius inferiori obtenta, & vna de turribus per vim capta, & poſt diros inſultus, facta cum caſtellano compoſitione, Roccam ipſam obtinuerunt. Tunc Gaietam cum caſtellano caſtelli componentes, caſtellum recipiunt ad manus ſuas. Et tunc per Albanenſem Epiſcopum Gaietanorum ciuitas, quia parere noluit Eccleſiæ, ſupponitur interdicto. Tunc etiam, ipſo legato mandante, dicto Caſinenſi Abbati caſtrum reſtituitur Pedemontis.

Prædicti Aquini Domini Pandulfus, & Robertus ciuitate Aquini relicta, ſe Capuam conferunt ibidem vna cum magiſtro Iuſtitiario, & Nicolao de Cicala, qui erant in ea ad Cæſaris ſeruitium moraturi.

Aquinum ipſis recedentibus venit ad mandatum Eccleſiæ, Pontem curuum, & tota terra monaſterij, Roccam Bantræ, in qua erat quidam caſtellanus Apulus, quidam ipſius legati clericus, Oddo de Mschilone nomine recipit ad opus Papæ data eidem caſtellano quadam pecuniæ quantitate. Tunc quidam Guillielmus de Sora, qui pro Imp. Traiectum tenebat, & Sugium, ea legato reddidit ad opus Eccleſiæ.

Gaietæ ciuitas multis inducta ſuaſionibus, & promiſſis in partem cedit Eccleſiæ, & caſtellum, quod Cæſar in ea fieri fecerat multis laboribus, & expenſis, diruitur, & omnis eius structura in mare proijcitur. Quidam inde Gaietani in fide Cæſaris radicati de ciuitate relicta proprijs abierunt. Tunc Rogerio de Aquila comiti Sugium redditur, & Traiectum.

Illis diebus Guillelmus de Sora, a quodam Taſſuro ciue Capuæ caſtellano Roccæ Guillelmi capitur, & cuſtodiæ traditur carcerali.

Beneuentani qui R. E. ſuberant, audito quod Papali exercitui hic proſpere cederet, in Apuliam diſcurrentes prædam boum, & animalium aliorum magnam ceperant, quibus cum prædictus comes Raone de Balbano in reditu ſe opponeret ab eis deuictus eſt, & fugatus, propterea Magiſtiuſtitiarius collectis vndiq; viribus, & ijs qui Imperatoris fidem ſeruabant ab ea parte, quæ dicitur Porta ſumma, deuaſtat in exterioribus Beneuentum.

Fratres Minores vbiq; per Regnum iuſſu Rayn. Ducis Spoleti expelluntur de Regno, cũ diceretur, quod ipſi ad Prælatos ciuitatum Apoſtolicas tuleſſent literas vt homines inducerent, quod ſe de-

A bent reddere Domino Papæ. Tunc & monachi Caſinenſes de ſuis obedientijs captis omnibus, quæ habebant, expelluntur ipſo Duce mandante, & metus cauſa multi ipſum mutare habitum ſunt coacti. Papalis exercitus conſilio inito verſus Capuam vadit & a parte Anglonæ per triduum moram fecit. Erat enim ciuitas Capua viris munita, & viribus quæ fidem Imperatori integre cõſeruabat: poſt triduum vero inde ſe mouens Papalis exercitus verſus Aylanum dirigit caſtra ſua, quod caſtellum Acerratum comes tenebat, ſed qui erãt intus, cum ſe poſſe defendere deſperarent, nepos ipſius comitis Abbate Caſinenſe partes ſuas interponente apud legatum, caſtrum ipſum recipit ad manus ſuas, indeque procedens exercitus, vadit
B Aliſiam, quæ licet renitteretur, poſt diros inſultus factos in eam per vim obtinet, & ad opus illam recipit Eccleſiæ. Similiter & caſtrum Pedemontis, quod erat comitis memorati, turris tamen caſtri ipſius eſt ad fidem ipſius comitis conſeruata. Tunc & ciuitas Teleſiæ legato ſe reddidit cauſa metus.

Papalis exercitus per terram Ioannis Sanfraymundi, quam ſibi pro parte ſubegit, tranſiens, occurrentibus illis de Beneuento, ſe contulit Beneuentum, & tunc ipſi Beneuentani cũ Papali exercitu, & cum viribus ſuis vicinos aduerſarios vehementer impugnant. Padulem, & Apicem cum ſe tenere non poſſent, recipiunt. Cippalonum comburunt, munitione ſuperſtite remanente. Caſalia
C Montis Fuſculi igne cremant, vbi adueniente rumore, quod Cæſar de Syria in Apuliam venerat, Papalis exercitus cauſa metus cœpit diſſolui. Dominus Ioannes de Columna Cardinalis, & Ioannes Rex quondam Hieroſolymitanus, ac Lombardorum copioſus exercitus Raynaldum Ducem Spoleti, velut hoſtem Eccleſiæ proſequentes, illum exire Marchiam, & in Regnum redire compellunt, & receptantem ſe in Sulmona tenent obſeſſum. Tunc caſtrum Peltorini recipiunt.

Romani ſuper Viterbium vadunt, & ciuitatem, ac caſtrum quondam ad eam pertinens deuaſtantes, quod monaſterium dicitur, ad Vrbem reuerſi ſunt.

Tunc Pelagius legatus prædictus nuncios ad Io-
D annem de Columna Cardinalem, & Ioannem Regem quondam Hieroſolymitanum ſub celeritate tranſmittit, vt ad ſe venire feſtinent. Qui ad vocationem legati, ab obſidione recedentes Ciuitatis Sulmonæ, per vallem Sangri in comitatum Moliſij veniunt, Alfidenam vi capiunt, & caſtellum eius, in quo ſe quidam Vineignerra de Anerſa receperat cum gente ſua, & ipſum, & ſuos duxerunt captiuos. Schintronem recipiunt, villam caſtelli de Sangro comburunt.

Comes Campaniæ cum militari, & pedeſtri exercitu ſuper Soram vadit; illam ad opus Papæ recipit, munitione ſuperiori ſe pro Cæſare tenente, recipit etiam Arpinum, & Fontanam, vallem quoque Soranam, & totam Marſiam. Rex vero quondam Hieroſolymitanus cum Ioanne de Columna Cardinale flumen Vulturni tranſiens, Campanorum exercitui, qui ob metum Imperatoris, de quo fama erat, quod in Apuliam aduenißet, apud

Tele-

Teleſiam repedauerat, ſe coniungit, & inde progrediens totus exercitus, ſupra Caiaciam vadunt.

At Imperator de Syria in Apuliam veniens apud Brunduſium ad expugnandos Lombardos, & Campanorum hoſtiles cunctos, gentem congregat, litteras de felici aduentu ſuo in Siciliam, & Calabriam mittit, fideles ſuos de Capua hortatur, & animat ad fidelitatem ſuam, mittens ad illorum auxilium dictum Thomam de Aquino Acerrarum comitem, & celerem ſuccurſum ſuum promittens eiſdem.

Tunc ad eum vadit Dux præfatus Spoleti cum ſuis, liber exiens de Sulmona, magiſter iuſtitiarius, & alij, qui ſibi fidem ſeruauerant incorruptam.

Illis diebus milites nonnulli ſtrenui Theutonici de Syria venientes ad portum Brunduſij applicuerunt, quorum fretus auxilio Imperator, qualiter cum eis, & Regni fidelibus in recuperatione terræ profecerit; præmiſſo tamen quod in Terra ſancta egerit ipſe, quod ſilentio prætereundum non eſt, ſequens lectio declarabit.

Igitur cum adhuc eſſet in Syria Imperator, hæc in Regnum de ipſo fama peruenit. Quod 15. nouembris proximo præteriti, Ioppen veniens cum Chriſtianorum exercitu ad reædificationem caſtri ipſius intendit, vt facilior fieret in Hieruſalem proceſſus, & dum citius per terram neceſſaria mittere ſufficienter cum ſummariis nequiuiſſet, quilibet pro facultate ſua barcas in portu Acconitano onerauerat, ſed mutato aere, & turbato mari, tanta ſubito tempeſtas inhorruit, vt vaſcella cum victualibus nullatenus ad exercitum ferri poſſent, ac cum Chriſti exercitus in multa anxietate tunc eſſet, fere omne conſilium exercitus deſperarat, murmurantes, & nihil aliud ſupereſſe videbant, quam in Accon redeundum. Qui dum in tali eſſent diſcrimine poſiti, miſericors, & miſerator Dominus, qui facit poſt tempeſtatem tranquillum, & prope eſt omnibus inuocantibus ipſum, ſerenato mox aere, mare tumidum pacauit, tantaq; nauium, & barcarum multitudo venit Ioppen, vt omnis defectus prius habitus in plenitudinē omnium neceſſariorum, & abundantiam mutaretur. Ab illo tempore vlterius tantam fecit Deus aeris temperiem, vt indifferenter, & magna, & minima vaſcella irent, & redirent per mare, ita quod omnis copia neceſſariorum in terra ſemper eſt habita.

Tunc de communi omnium conſilio cœpta ſunt ædificia caſtri Ioppen in foſſatis, & muris erigendis, quod erit memoriale in æuum omni Chriſtianitati, quia per Dei gratiam, ex nimia deuotione ac affectu, quem Imperator, & omnis populus circa idem opus habebat, & laborabat inceſſanter tota die, ante Dominicam caput Quadrageſimæ vſque adeo fuit promotum, quod a principio ſuæ inchoationis nunquam extitit adeo forte, ac bene factum. Interea vero cum hæc ſolicite agerentur, nuncii Soldani, ac Imperatoris indifferenter ibant hinc inde, tractantes de bono pacis, & concordiæ. Soldanus vero idem, & frater eius, qui vocabatur Sarech, cum innumerabili exercitu iuxta Gazeram iacebant ad vnam dietam, & Soldanus Damaſcenus cum ſuo magno exercitu erat apud Neapolim per vnam ſimiliter dietam

A

diſtans ab exercitu Chriſtiano, & dum de reſtitutione tractaretur Terræ ſanctæ, dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt ſapientia Patris, ſua ſolita prouidentia ſic ordinauit, quod Soldanus reſtituit ſanctam Hieruſalem ipſi Imperatori, & Chriſtianis cum omnibus tenimentis ſuis, excepto quod templum Domini debet eſſe in cuſtodia Saracenorum quia diu conſueuerant orare ibidem, & vt liberum introitum, & exitum habeant illuc accedentes orationis cauſa, & Chriſtianis ſimiliter, orationis cauſa ſit expoſitum. villam etiam quæ dicitur ad ſanctum Georgium, & caſalia, quæ ſunt ex vtraque parte viæ, atque Hieruſalem, Bethleem quoque & caſalia, quæ ſunt inter ipſam, ac Hieruſalem reſtituit. Nazareth etiam cum ſuis tenimentis, & cum caſalibus, quæ ſunt inter Accon, & Nazareth reddidit in manus Chriſtianorum. Redditum

B

eſt etiam caſtrum Zorontis cum ſuis tenimentis, pertinentiis, & villis. Necnon ciuitatem Sydonis cum tota planitie, quæ ſibi attinet, reddit, ſed omnes terras, quas Chriſtiani tempore pacis habebant, & in pace tenebant: licebit autem ex pacto Imperatori, ac Chriſtianis reædificare ciuitatem ſanctam Hieruſalem in muris, & turribus, caſtrum Ioppen, & caſtrum Cæſareæ, Montem Fortem, & caſtrum nouum, quod firmari hoc anno inceptum eſt in montanis. Veriſimile enim videtur, quod ſi tunc Imperator cum gratia, ac pace Romanæ Eccleſiæ tranſiſſet, longe melius, & efficacius proſperatum fuiſſet negotium Terræ ſanctæ. Sed quanta in ipſa ſua peregrinatione aduerſa pertulerit ab Eccleſia, cum non ſolum ipſum dominus Papa excommunicauerit, verum etiam

C

quod ipſum excommunicatum ſcirent, & tanquam excommunicatum vitarent eundem Patriarchæ Hieroſolymitano mandauit, magiſtris domorum Hoſpitalis, & Templi, propter quod ſuum in exercitu Chriſtiano iuſsit præconium ſubticeri, & ne Terræ ſanctæ diſſolueretur negotium, ad quod ipſe Imperator pro viribus incumbebat, & intendebat ipſi exercitui ſuper Theutonicos, & Longobardos magiſtrum domus Theutonicorum & ſuper homines Regnorum Hieruſalem, & Cypri, Riccardum Filangerium Mareſcalcum ſuum, ac quemdam Odonem de Monte Peliardo præfecit capitaneos, & ductores, & ob hanc cauſam Soldanus ipſe cum ſciret ipſum Imperatorem taliter

D

ab Eccleſia excommunicatum, vix cum eo componere inductus eſt. Compoſuit tamen ſic, quod vſque ad finem treguarum, pacem ſibi adinuicem obſeruarent. Captiui omnes hinc inde ſuæ libertati reſtituerentur, & ſic receptis ab ipſo Soldano Terra ſancta, & locis prædictis, de conſilio omnium peregrinorum, ipſe in Hieruſalem profectus eſt, vbi eo die, quo ciuitatem ſanctam ingreſſus eſt Imperator, Archiepiſcopus Cæſareæ nuncius Patriarchæ adueniens, ciuitatem ipſam, & ſpecialiter Sepulchrum Domini ſuppoſuit interdicto de mandato Patriarchæ ipſius primitias recuperationis ipſius non benedictione, ſed anathemate proſecutus. Præterea qualiter contra ipſum Imperatorem apud Accon poſtmodum redeuntem prædicti Patriarcha, magiſtri domorum Hoſpitalis, & Templi ſe geſſerunt, vtpote qui con-

tra ipſum inteſtina bella mouerunt in ciuitate prædicta, his qui interfuerunt, luce clarius extitit manifeſtum.

Cæterum quia ad Regni ſubſidium, quod, vt ſuperius diximus, Romana ſic cœperat Eccleſia occupare, neceſſario de Syria redijt Imperator, ſtatim nuncios ſuos miſit ad Papam, quoſdam fratres de domo Theutonicorum, per quos ipſius habere gratiam ſupplicat, & eſſe velle ad ſuum, & Eccleſiæ mandatum exponit.

Papalis exercitus firmata obſidione ſupra Caiatiam machinis, & viribus ſuis illam vehementer impugnant, & licet occupauerint ciuitatem, arcem tamen vi capere nequierunt, his, qui erant in ea ſe pro Cæſare tuentibus contra eos.

Menſe iunio Gregorius Papa prædictus fratrem Franciſcum innocentis vitæ virum, qui inſtitutor ordinis fuit fratrum Minorum apud Peruſium de fratrum ſuorum conſilio duxit ſanctorum catalogo adſcribendum, mandans vbique terrarum diem, quo ſolo carnem & cælo ſpiritum reddidit, 4. ſcilicet non. octobris annis ſingulis ſolemniter excolendum.

Iterum Imperator ipſe moram in Apulia faciens, & congregans ad hoſtium Regni repulſam exercitum copioſum, ſuos pro pace ad Papam legatos miſit, Reginum videlicet, & Barenſem Archiepiſcopos, necnon & magiſtrum domus Theutonicorum. Qui Caiatiam venientes, quæ a Papali exercitu tenebatur obſeſſa, cum literis Albanenſis Epiſcopi, & Cardinalis ſanctæ Praxedis ad Romanam curiam ſunt profecti. Qui cum in nullo profecerint, redierunt. Tunc in Gaieta per Papam poteſtas conſtituitur Ioannes de Iudice ciuis Anagninus ad petitionem Gaietanorum. Tunc etiam Atenulphus de Aquino filius Acerrarum Comitis Atinum recipit Imperatore mandante, & Philippus de Aquino recipit caſtrum Cælij.

Imperator cum Crucelignatorum exercitu contra Clauigeros hoſtes properat in terram Laboris. Tunc dominus Ioannes de Columna Cardinalis ſub ſpecie afferendæ pecuniæ pro ſtipendijs exercitus ad Papam vadit.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus, & Rex quondam Hieroſolymitanus cognito, quod venturus erat Capuam Imperator, rupta obſidione, & combuſta Machina, quæ vulgo dicitur, Trebuchetum, quod multis ſumptibus fecerant, Theanum ſe contulerunt, vbi non abſque timore ſuas acies ponunt a Caiatia diſcedentes.

Tunc Roffridus Archipresbyter ſancti Germani per Albanenſem Epiſcopum, Papa mandante in Theanenſem Epiſcopum eſt aſſumptus.

In Apulia illis diebus quidam Paulus de Logotheta Imperialis iuſtitiarius membratim trucidatus eſt ab his, qui odio Imperatorem habebant.

Imperator cum fortunato Crucelignatorum exercitu venit Capuam menſe ſeptembri, & ab iſta parte Capuæ Saracenorum cuneos ordinauit, ſeque Neapolim contulit, æris & gentis a ciuibus auxilium petiturus.

Tunc ciuitas Sanctagathan. ſponte venit ad mandatum Eccleſiæ, & ſe reddidit Domino Papæ.

A Comes Rogerius de Aquila filium ſuum recipit, quem in Sicilia obſidem tenuerat Imperator.

Pelagius Albanenſis Epiſcopus pro defectu ſolidorum quos habere non poterat, capi iubet theſaurum Eccleſiæ Caſinenſis, ac Eccleſiæ S. Germani per Caluenſem Epiſcopum, cum quo clerici ſancti Germani in certa quantitate pecuniæ conuenerunt, ne theſaurum Eccleſiæ aſportaret.

Imperator a Neapoli Capuam rediens, mouet exinde caſtra ſua, & veniens Caluum, vbi nonnulli de Papali exercitu conuenerant ad defenſam, illam facit vndique impugnari, & tunc captos quoſdam de Campania, ſuſpendi iubet. Et tandem Caluum recipit ad mandatum, & fidelitatem ſuam.

B Indeque non obſtantibus hoſtibus, per Riardum habens tranſitum ad S. Mariam de Fatraria venit indamnia, vbi per triduum moram faciens Vairanum recipit, Aliſiam, & Venafrum, & totam terram filiorum Pandulphi.

Dictus vero Pelagius Albanenſis Epiſcopus, & Rex quondam Hieroſolymitanus per Meſinum iter habentes cum toto exercitu Mintanum venerunt, & in celeri fuga petierunt ſanctum Germanum.

Illis diebus homines ſancti Germani timentes ne Papalis exercitus, aut Imperiali cederet, aut victus ſuccumberet, ſupellectilem ſuam, & quæque pretioſa ad loca tranſtulerunt tutiora. Tunc per biduum in ſancto Germano moram protrahens Papalis exercitus, frumento, vino, & alijs neceſ-

C ſarijs munire Roccam Iani, & Caſinenſe monaſterium cogitabant, ſed accelerante per nuncios ſancti Germani, ad terram ipſam properat Imperator, moxque Papalis exercitus diſſolutus de S. Germano exiens greſſu præpete in Campaniam eſt reuerſus.

Et tunc metus cauſa, qui in Caſino ſtatuti fuerunt, & in Rocca Ianulæ ſeruientes dimiſſis ipſis munitionibus receſſerunt. Sed in Caſino ſe recipiens Albanenſis Epiſcopus redire ad monaſterium milites, & ſeruientes coegit.

Tunc cum ipſo legato Aquini, & Aliſiæ Epiſcopi aſcenderunt Caſinum, & in ſancto Germano per ipſum legatum prohibitum eſt celebrare diuina. Cæteri vero Prælati, qui ceſſerant in partem Eccleſiæ Romam ſe contulerunt.

D Imperator ipſe apud ſanctum Thomam de Strata ſua caſtra ponens tertio non. octobris, villa Pedemontis, quæ dicitur ſanctæ Luciæ ſuis dedit in direptionem, & prædam. Caſtrum Pedemontis dominis Aquini conceſſit.

Tunc Eccleſia ſancti Matthæi Seruorum Dei a Saracenis, qui erant in exercitu Imperiali, bonis eſt proprijs ſpoliata, præ timore paucis, aut nullis remanentibus in eadem.

Tunc etiam vallum Caſinenſis monaſterij eſt mandato Cæſaris hinclnde fortiter impugnatum, ſed pugnatores nec in aliquo profecerunt. Illuc venientes ex parte ciuitatis Sueſſæ iudex Thadæus & alii, ciuitatem ipſam Cæſari reddiderunt, ad quam recipiendam, conceſſo eis priuilegio, quod pro vniuerſitate petierant, continuo dirigit Imperator.

Tunc

Tunc Præſentianum, Rocca Bantræ, Sernia, & Aliſia ad mandatum Cæſaris redierunt. Similiter & tota terra monaſterij, Arpinum quoque, & Fontana. Cumque ad recipiendam Soram dictum Acerranum comitem mitteret Imperator, ipſum Sorani recipere contempſerunt.

Tunc quidam comes Majo de Romania cum nonnullis Græcis militibus de Romania ex parte Commiano ad Imperatorem cum magnis muneribus nuncius venit.

Tunc in Rocca Ianulæ quidam de Calabria caſtellanus conſtituitur. In ſancto Germano per Imperatorem Baiuli ordinantur, Guillelmus de Bantra, & Matthæus Dionyſius in tota terra S. Benedicti. Rainerius Pelegrini, & Bartholomæus de Bantra camerarij ordinantur. In Rocca Bantræ Thomas de Magiſtro caſtellanus ponitur.

Imperator ſuas in Lombardiam, & Tuſciam, & Romandiolam litteras dirigit in hac forma.

Fridericus, &c. Poteſtatibus, Conſulibus, & Conſilio ciuitatum Lombardiæ, fidelibus ſuis, &c. vt de noſtrorum felicitate ſucceſſuum certa vos noua lætificent, veſtris duximus deſiderijs præſentibus intimandum, quod nos de vltramarinis partibus proſpere per Dei gratiam redeuntes, de inimicis noſtris, qui Regnum noſtrum inuaſerant, feliciter triumphauimus, dum audientes nos contra eos in manu valida, & potenti venturos, non expectatis, aut expertis viribus noſtris, in Campaniæ finibus fugæ ſibi præſidium elegerunt. Sicq; Domino cooperante, & nos comitante iuſtitia, qui de Cælo proſpexit, quod ipſi de Regno noſtro nobis abſentibus per anni dimidiū occupauerāt, nos breui dierum ſpatio recuperauimus, & reuocauimus ad demanium & dominiū noſtrum. Volentes igitur Imperij, & Regni noſtri quietem, & pacem cum conſilio veſtro diſponere, ac in Theutoniam è veſtigio properare, fidelitatem veſtram monemus; & hortamur, & firmiter, ac diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus his receptis litteris in equis, & armis decenter armati veſtrum ad nos feſtinetis acceſſum, quoniam nos vniuerſis, & ſingulis pro ſui qualitate ſeruitij curabimus reſpondere. Datum apud S. Germanum 3. non. octob. 3. indictione.

Ciuitas Teani Imperatori ſe reddidit, data optione Epiſcopo remanendi in Regno, & Epiſcopatu ſuo, vel exeundi, ſi vellet.

Demanium curiæ Caſinenſis per dictos Camerarios totum applicatur fiſco Imperiali.

Ad Roccam Ianulæ vinum, & victualia deferuntur.

Quidam Leo Crinitus Gaietam vadens ex parte Imperatoris, vt ſe redderet Imperatori, ab ipſis Gaietanis interfectus eſt.

Imperator mutato caſtellano in Rocca Ianulæ eam Pandulpho, & Roberto dominis Aquini, nec non caſtellum Pontis Curui, & Caſtellum nouum committit. Item ducentos milites mittit in Marſiam, quæ tota redijt ad fidelitatem ſuam, excepta turre de Foce.

Bertoldus frater Ducis Spoleti ſe in Marſiam contulit Imperatore mandante.

Imperator a ſancto Thoma mouens caſtra ſua 14. menſis octob. pluuia ingruente, reuerſus eſt ad ſanctum Germanum, ibique per dies ſeptem moram faciens, inde digreſſus eſt, iter faciens verſus Aquinum, ſuas orbis Principibus dirigens excuſatorias ſuper facto Terræ ſanctæ, ſuper quo ipſum falſo detulerat Patriarcha Hieroſolymitanus ad dominum Papam, quod cum Soldano treugas firmauerit in ignominiam nominis Chriſtiani, ſuper quo teſtimonium inuocat venerabilium Vvintonien. & Ciceſtren. Epiſcoporum, Magiſtrorum domus ſancti Ioannis, & Theutonicorum, Mareſcalci domus Hoſpitalis, & fratris Aymerij, fratrum quoque Prædicatorum, qui treuguis initis interfuerant.

Illis diebus antemurale cecidit portarum monaſterij Caſinenſis.

B Tunc nobiles quidam Romani ad Imperatorem apud Aquinum veniunt ex parte Senatus, Populique Romani, cum quo moram per triduum facientes ad Vrbem reuerſi ſunt.

Tunc etiam iuſſu Imperatoris pro munienda terra ſancti Germani, quod homines terræ ipſius ab Imperatore petierunt, domus nonnullæ hinc inde ex parte Coratiæ, & Vallis funditus diruuntur.

Imperator de Aquino Soram ſe contulit, quam ſuis licet imparem viribus, renitentem, vi cepit 24. ſtante octobris in feſto Apoſtolorum Simonis, & Iudæ, & facta eſt cibus ignis Campania militibus, qui ad ciuitatis ipſius defenſam congregati fuerant in Campaniam fugientibus per Montana, nonnullis ciuium igne, ferroque peremptis.

C Arx tamen Sorellæ ſe ad opus tenet domini Papæ, vnde verſus.

Vi caperis, vi capta peris merito peritura,
Sora ruit, tua damna luis, ſere reditura.

Tunc a Taſſuro caſtellano Roccæ Guillelmi traditus in manus Imperatoris Guillelmus de Sora cum quibuſdam alijs, ſuſpenſus eſt extra Soram.

Imperator menſe nouembri per inſulam filiorum Petri redit Aquinum, vbi diem feſtum celebrat beati Martini.

Magiſter domus Alemannorum a Papa rediens lætos ad Imperatorem rumores defert de compoſitione inter Papam, & ipſum, idemque D. Thomæ de Capua tit. ſanctæ Sabinæ presbytero Cardinali obuiam in Campania vadit, cum quo ad Imperatorem venit Aquinum cum forma concordiæ 4. ſtante menſis nouembris, & eodem die cum ipſo Cardinale ſe contulit apud ſanctum Germanum.

De Romania quidam Græci cum dextrerijs in ſellis, & frænis aureis, & cum pannis ſericis auro textis, & cum innumeris aureis nummis, quæ ipſi Imperatori repræſentant pridie ante exitum menſis nouembris ad ipſum Imperatorem venerunt.

Tunc etiam litteræ factæ ſunt per Imperatorem de remiſſione offenſæ, ſi quam Abbas fecerat, vel monachi Caſinenſes poſt inter ipſum, & Papam ortam diſcordiam. Et literæ aliæ ad homines Abbatiæ, vt ſicut prius Abbati, & monachis Caſinen-

nenſia reſpondeant,& intendant. Terram totam, & loca monaſterij vbicumque per regnum poſita Deo, & B. Benedicto reſtituit.

Dictus Albanenſis Epiſcopus a conſilio, & ſuaſione dictorum Cardinalium, & magiſtri domus Hoſpitalis Theutonicorum, permittente Imperatore, cum Aquinata, & Aliſano Epiſcopis, ac cum Campanis militibus, qui ſe cum Albanenſi Epiſcopo in Caſino receperant, ſalui exeunt, & tunc reddidit ipſis Epiſcopis ſuam gratiam Imperator, & monaſterium, ac tota terra ſua curæ cõmittitur magiſtri domus Alemannorum prædicti, qui quemdam de domo ſua fratrem Leonardum Procuratorem conſtituit nomine ſuo vſque ad reditum ſuum ab vrbe, ad quam ipſe magiſter domus Theutonicorum iterum vadit iuſſu Imperatoris, vna cum Albanenſi Epiſcopo, pro quibuſdam capitulis pro quibus inter ipſum,& dominum papam diſcordia erat.

Tunc in Venafro, Sernia, & Teano pecuniariæ exactiones fiunt, Imperatore mandante. In ſancto Germano, & per totam Abbatiam annona pro equis Imperatoris exigitur a camerarijs ordinatis ab eo ſuperius nominatis, ab vniuerſis clericis terræ S. Benedicti

Magiſter Thomas Cardinalis de S. Germano ſe mouens, vadit Sueſſam, Imperator contendit Capuam, vbi cum ingenti gaudio Natale Domini celebrat. Et tunc multos de Sora, qui captiui tenebantur, ibidem ſuæ reddidit libertati.

M. c c x x x. Menſe ianuario. Imperator per quemdam fratrem Sembostum de domo Theutonicorum, mandat dicto fratri Leonardo procuratori Caſinenſi relicto à magiſtro Domus Theutonicorum, vt de S. Germano, & alia terra monaſterij 40. eligeret homines ad cuſtodiam monaſterij Caſinenſis. Qui iuſſu Imperatoris eos elegit, ſacramento ab eis præſtito ſub hac forma.

Ego talis, iuro ad hæc ſancta Dei Euangelia, quod ab hodie in antea fideliter cuſtodiam,& ſaluum faciam monaſterium Caſinenſe, perſonas monachorum, & aliorum, qui pro parte magiſtri domus Alemannorum in ca fuerint conſtituti, & & res eorum, & monaſterij. Non ero in facto, conſilio vel conſenſu, qualiter in alterius deueniat manus, nec ego illud reddam, quamdiu cuſtodiæ deputatum eſt magiſtri domus Theutonicorum, & ego ibi manſero.

Imperator de Capua ſe mouens, verſus Apuliam apud Melfiam vadit, vbi ad eum vadunt Reginus Archiepiſcopus, & dictus Theutonicorum magiſter a Romana curia redeuntes, qui & iterum miſſi a Cæſare, ad Papam vadunt menſe ianuario.

Primo die februarij Romæ Tiberis fluuius per alluuionem vſque adeo inundauit, quod occupauit de domibus vrbis vſque ad S. Petrum,& vſque ad ſanctum Paulum, quod tanti cauſa timoris Romanis omnibus extitit, vt mox de communi conſilio, metu mortis, dominum Papam ad vrbem de Peruſio reuocarent. Qui rediens, a Senatu Populoque Romano ingenti cum gaudio eſt receptus.

Reginus Archiepiſcopus, & magiſter domus Theutonicorum ab vrbe ad Cæſarem reuertuntur

A quem apud Precicanam inueniunt.

Eodem menſe, quidam magiſter Guillelmus de Capua Imperatoris notarius venit ad Sanctum Germanum cum litteris Imperialibus, vt ſi quis eſſet, vel eſſe vellet in apparatu militari ad ſeruitium Imperatoris, ipſe Imperator immunem eum ab omni ſeruitio faceret, & de armis, & equis ſuis eſſet ad reditum ſuum.

Menſe martio dictus Cardinalis ſanctæ Sabinæ de Sueſſa diſcedens, Gaietam ſe contulit, vbi tunc Epiſcopus venerat Tuſculanus, qui vocauerat ipſum.

Iterum autem prædicti Reginus Archiepiſcopus,& magiſter domus Theutonicorum ad Papam redeunt, & alter eorum ſcilicet magiſter domus B Theutonicorum Gaietam vadit, cum quo dictus Cardinalis redit ad vrbem. Tuſculanus autem tunc venit Pontemcurunm cum dicto fratre Leonardo; Quique a Pontecuruo Ceperanum vadit, per quos tranſitum habens Reginus Archiepiſcopus, ad vrbem profectus eſt, vbi pro compoſitione inter Papam, & Cæſarem facienda, dux Auſtriæ, dux Carinthiæ, & dux Morauiæ venerant, ſimul cum Patriarcha Aquilegienſi, & Salſaburgenſi Archiepiſcopo.

Tunc frater Leonardus in Rocca Draconis caſtellanum ponit Anneum de Riuo Matrico.

Dictus Tuſculanus reuertitur ad vrbem, qui cum tribus alijs Cardinalibus, & cum principibus Alemanniæ ſupradictis, pacis bonum inter Papam, C & Cæſarem electi ſpecialiter tractauerunt.

Quædam Apuliæ Ciuitates, ſcilicet Ciuitate, Alarinum, ſanctus Seuerus, Caſale nouum, & Fogia veniunt ad mandatum Imperatoris. Quæ ſibi antea rebelles extiterant,& redeunt ad mercedem ſuam.

Menſe aprili Duces prædicti cum Regino Archiepiſcopo, ac magiſtro domus Theutonicorum redeuntes a Papa cum tractatu, & forma concordiæ, in Apuliam ad Cæſarem vadunt, vbi cum eo apud Fogiam Paſcha Domini celebrant.

Decimo die menſis eiuſdem, Philippus de Citro Comeſtabilis Capuæ magiſter eſt operis ſancti Germani per Cæſarem inſtitutus, & litteras Imperiales ad homines terræ ipſius, & ad alios D homines de terra monaſterij detulit,& mandatum quatenus ſuper facto munitionis terræ ſancti Germani ſibi intendere, & reſpondere deberent, in faciendis muris vbi opus eſſet turribus, & foſſatis, exceptis hominibus ſancti Angeli Theodici, quod caſtrum muniri præcipit Imperator.

Gregorius Papa in die ſancto Iouis Rainaldum dictum ducem Spoleti excommunicat,& Bertholdum fratrem eius.

Stephanus de Anglone terræ Laboris iuſtitiarius Imperatore mandante vtramque Inſulam filiorum Petri, & Solaracam, Caſtelluccium, & Paſtinam recipit, & cuſtodiri facit ad opus imperatoris, Broccum, & Peſcium Soldulum deſtruit, & comburi fecit illorum cogens incolas ad loca alia demigrare, muros euertens Paſtinæ, nec non turres ipſius, prædictam, Inſulam ſimiliter, tamque ipſam inſulam, quam caſtrum Paſtinæ igne combuſſit.

Dux

Dux Auſtriæ, Limpuldus nomine cum Patriarcha Aquilcienſi, & alijs ſupradictis ab Imperatore de Apulia rediens, & ad Papam vadens cum eis ad Landulphum Caſinenſem Abbatem, & conuentum eiuſdem ex parte Imperatoris literas detulit in hac forma. A

Fridericus, &c. Venerabili Abbati Caſinenſi, & conuentui eiuſdem, &c. Ecce quod ad ſupplicationem dilecti Principis noſtri Ducis Auſtriæ, & Stiriæ, ac venerabilis Magiſtri domus Alemannorum deuoti noſtri, recepimus vos de abundantia pietatis noſtræ in gratiam Maieſtatis noſtræ, omnem offenſam, quam contra noſtram Excellentiam pro præſenti diſcordia inter nos, & D. Papam habita a principio diſſenſionis vſq; in hodiernum diem decimum octauum aprilis tertia indictione, viſi eſtis commiſiſſe, penitus relinquentes. Cæterum ea, quæ vobis prædictus Dux, & Magiſter B Theutonicorum retulerint ex parte Culminis noſtri, indubitanter credatis. Datum Fogiæ, &c.

Eodem menſe aprilis in Græcorum Imperio factum eſt prælium inter Græcos, in quo Commiano captus eſt, & vtroque lumine orbatus.

Menſe madio Alemanniæ Principes a Papa ad Cæſarem redeunt, relicto Regino Archiepiſcopo, cum quo Sabinenſis Epiſcopus, & Thomas ſanctæ Sabinæ Cardinalis pro abſolutione Imperatoris in Regnum veniunt, & præmittentes ad ipſum Imperatorem Magiſtrum domus Alemannorum, qui veniſſe Cardinales annunciat, ipſumque Imperatorem, vt veniat verſus Capuam, accelerare C debeat, Cardinales ipſi cum Regni Prælatis, qui a facie Imperatoris fugerant, & in Regnum ſub ſpe compoſitionis inter Eccleſiam, & ipſum, redierant, cum eiſdem elegerunt apud S. Germanum facere ſtationem.

Tunc Imperatoris iuſſu foſſata, & muri Fogiæ, Caſalis noui, & ſancti Seueri replentur, & ſternuntur ad ſolum. Quod cum ipſis Cardinalibus innoteſceret, qui præuenire Imperatorem voluerant, verſus Capuam properantes, a Teano ad ſanctum Germanum reuerſi, Prælatos omnes, excepto Abbate Caſinenſe, redire Ceperanum iuſſerunt, & ipſi ſe mox cum prædicto Caſinenſe Abbate, qui eos eſt e veſtigio ſecutus, Capuam contulerunt, vbi penultimo madij ad eos veniens Imperator, cum formam non acceptaret concor- D diæ, quia S. Agatham, & Gaietam retinere volebat Eccleſia, recedentes a Capua, Sueſſam ſe contulerunt Cardinales, vbi cum Gaietanis loquentes, quos ſub ſecuro ducatu Abbatis Caſenarii, magiſtri Petri de Vinea, & Philippi de Citro Comeſtabilis Capuæ ad ſe venire fecerant, cum ipſos ad Imperatoris vota flectere nequiuiſſent, ad ſanctum Germanum reuerſi ſunt, vbi cum diu eſſet de concordiæ forma tractatum, nec poſſet, auctore faciente diſcordiæ, conſummari, oportuit iterū magiſtrum domus Theutonicorum ad dominum Papam ſimul cum Regino de Lombardia Epiſcopo laborare, qui ſerio ad Imperatorem venerat pro pace inter ipſum, & Eccleſiam reformanda. Qui cum ſine effectu redirent, conſequenter ad Papam redeunt, & tunc cum eis quidam frater Gualo mittitur de ordine Prædicatorum forma concordiæ acceptata, & ipſe Papa Vrbem exiens venit apud Cryptam Ferratam. Imperator vero de Capua iam venerat ad ſanctum Germanum, vbi dictus fr. Gualo in hora ſerotina allocutus eſt ipſum, & ad verbum illius ſatisfacere Eccleſiæ annuit Imperator, propter quod in ſignum lætitiæ, in ſancto Germano ſunt per omnes Eccleſias ſigna pulſata, & idem fr. Gualo ad Papam, quem apud Anagniam reperit, ſub feſtinantia remeauit. Igitur die martis nono ſtante iulio in feſto ſancti Apollinaris, prædicti Sabinenſis Epiſcopus, & S. Sabinæ Cardinalis in maiori Eccleſia ſancti Germani, præſentibus Patriarcha Aquilcienſi, Salſeburgenſi Archiepiſcopo, Ratiſponen. & Regino Epiſcopis, Carinthiæ, ac Morauiæ Ducibus, Principibus Alemanniæ. Tunc enim Dux Auſtriæ grauiter infirmabatur, aſtantibus quoque ibidem Regni Prælatis, Panormitano, Regino, ac Barenſi Archiepiſcopis, necnon Caſinen. Caſenarii, & ſancti Vincentij de Vulturno Abbatibus, & Prælatis alijs, qui cauſa metus de Regno ſeceſſerunt, Raynaldo dicto Duce Spoleti, & Thoma de Aquino Acerrarum comite, Henrico de Morro magiſtro iuſtitiario, aliiſque Regni iuſtitiarijs, & baronibus, ac plebeis, de ſatisfaciendo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pro his quibus excōmunicatus fuerat, recipiunt ab Imperatore publice iuramentum. Tunc in anima ſua iurante pro eo Thoma de Aquino Acerrarum Comite, & Prælatis, ac Principibus Alemanniæ iurantibus cum eo ſubſcripta capitula. Tunc Salſeburgenſis Archiepiſcopus ad Imperatoris excuſationem longo tenuit ſermone diem, cui dictus ſanctæ Sabinæ Cardinalis luculenta non minus oratione reſpondit.

Priuilegium Principum Alemanniæ.

In nomine Domini, amen. Nos Bertoldus Aquileien. Patriarcha, & . . . Archiepiſcopus Salſeburgen. . . . Epiſcopus Ratiſponen. Limpuldus Auſtriæ, ac Stiriæ . . . Carinthiæ, & Otto Morauiæ, Duces, Dei gratia Principes Imperij, per præſentes notum fieri volumus vniuerſis, quod inter ſacroſanctam Romanam Eccleſiam Matrem noſtram, & dominam, & ſereniſſimum dominum noſtrum Fridericum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem, & Siciliæ Regem conuenit, quod de communi eorum voluntate tractabitur de via inuenienda, qualiter ad ipſum dominum Imperatorem cum honore Eccleſiæ, Gaietana, & ſanctæ Agathæ ciuitates, & omnes cum bonis ſuis de Regno Siciliæ, quos in fide ſua recepit Eccleſia, & in Eccleſiæ deuotione perdurans, reuertantur. Ad quem tractatum datus eſt annus, niſi antea via valeat inueniri, ad quam inueniendam dicta Mater Eccleſia curam, & ſolicitudinem adhibere promiſit, nec vltra terminum, niſi de conſenſu partium prolongabitur, ſed ſi, quod abſit, infra ipſum terminum via inueniri non poſſit, ei tunc per arbitros communiter eligendos procederetur in via, vt dictum eſt eligendā quorum ſint duo ex parte Eccleſiæ, & duo ex parte Imperatoris. Qui ſi concordare non poterunt, quintum eligent, & dicto maioris partis ſtabitur.

Præ-

Præſtitit autem dominus Imperator iuramentum per Thomam de Aquino Acerrarum comitem de mandato ſuo in anima ſua iurantem, quod interim prædictas terras, & homines non offendet, nec permittet offendi a ſuis, & viam, quæ inuenietur per communem tractatum ſanctæ Romanę Eccleſiæ, & eiuſdem domini Imperatoris, vel per arbitros, ipſe Dominus Imperator obſeruabit.

Notum quoque fecimus, quod dominus Imperator remittit omnem offenſam Theutonicis, Lombardis, Tuſcis, & hominibus Siciliæ generaliter, & Gallicis, qui contra eum Romanæ Eccleſiæ adhæſerunt, ac dictum Acerrarum comitem fecit iurare, quod nullo vnquam tempore prædictos offendet, nec permittet offendi pro eo, quod contra eum orta diſcordia, Romanæ Eccleſiæ aſſiſterunt, ſed pacem eis, ac Eccleſiæ obſeruabit. Remittit etiam ipſe dominus Imperator ſententias, conſtitutiones, & banna, ſi qua per eum, vel per alios lata, vel edita ſunt occaſione huiuſmodi contra eos. Promittit etiam, quod terras Eccleſiæ in Ducatu, & Marchia, ſeu alio patrimonio Eccleſiæ non inuadet, nec deuaſtabit per ſe, vel per alios, ſicut in ſcriptis ab ipſo domino Imperatore factis ſuper prædictis omnibus, & bullis aureis impreſſis, ac Typarijs S. Maieſtatis muniris plenarie continetur. Nos etiam nihilominus tactis ſacroſanctis Euangelijs iurauimus procurare bona fide, quod prædictus dominus Imperator prædicta ſeruabit, & contra ea non veniet. Quod ſi fieret, niſi infra tres menſes in Regnum, infra quatuor in Italiam, infra quinque extra Italiam duxerit emendandum, potenter, ac patenter ad requiſitionem Eccleſiæ aſſiſtemus ei contra eumdem dominum Imperatorem, donec ſatisfecerit. Quod ſi per dominum Imperatorē ſteterit, quod arbitros non elegerit, vel arbitros impediuerit, ne procedant, nos Eccleſiæ tenebimur, vt eſt ſcriptum. Si autem Eccleſia arbitros dare noluerit, vel datos impediuerit, ne procedant, nos ex tunc quantum ad hunc articulum non tenebimur iuramento. Ad cuius rei memoriam præſens ſcriptum fieri fecimus, ſigillis noſtris communitum. Actum apud ſanctum Germanum anno 1230. menſe iul. 23. die menſe eiuſdem indict. 3.

Igitur eodem die prædicti Cardinales vice Domini Papæ dederunt domino Imperatori ſub debito præſtiti iuramenti firmiter in mandatis, vt reſtituat quidquid occupatum eſt per ipſum, vel alios miniſtros ſuos in Marchia, vel ducatu, ſeu in alio patrimonio Eccl. & quidquid occupatū eſt per ipſum, vel miniſtros, vel baiulos ſuos de caſtris, ſeu de poſſeſſionibus monaſteriorū, & ſpecialiter monaſt. ſancti Quirici de Introduco Eccleſiarum, Templariorum, Hoſpitaliorum, baronum, & aliorum nobilium de Regno, vel vndecunque, necnon & cæterorum, qui in hoc negotio contra ſe Romanæ Eccleſiæ adhæſerunt, & quod teſtituet Tarentinum Archiepiſcopum, omnes Epiſcopos, & Prælatos, qui ſunt excluſi, ad ſedes, & loca ſua, & ad omnia bona ſua extantia. Item ſub eodem iuramento mandarunt, vt de cætero nullus clericus in ciuili, vel in criminali cauſa conueniatur ſub iudice ſeculari, niſi ſuper feudis ciuiliter conueniatur, & quod nullus talleas, vel collectas imponat Eccleſijs, monaſterijs, clericis, & viris eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum, & quod electiones, poſtulationes, & confirmationes Eccleſiarum, ac monaſteriorum libere fiant in Regno ſecundum ſtatuta concilij generalis.

Die mercurij octauo ſtante iul. in vigilia ſancti Iacobi rediens a domino Papa ad ſanctum Germanum frater Gualo, de auctoritate Apoſtolica reſtitui iuſſit a Cardinalibus in ſancto Germano, ac tota terra monaſterij diuina officia, quæ per Albanenſem Epiſcopum fuerant interdicta, vbique etiam per Regnum mandatum eſt celebrari diuina, illis excluſis, qui in Marchia fuerant cum Raynaldo Duce Spoleti.

Traiectum, ac Sugium cum comitatu Fundano comiti Rogerio de Aquila reſtituitur Imperatore mandante.

Landulpho Caſinenſi Abbati monaſterium libere reſtituitur, & Rocca Ianulæ, quam ſicut in pactum venerat, cuſtodiendam commiſit fratri Leonardo ſæpefato de domo Theutonicorum. Qui eam ſeruandam commiſit Raynerio Pelegrini de ſancto Helia, de quo tanquam de fideli Cæſaris confidebat, recepto ab eo iuramento, vt fideliter illam cuſtodiret, donec Imperator ipſe ſit ab excommunicationis vinculo abſolutus.

Tunc Theanenſis, Aliſanus, Veneſranus Epiſcopi, & prælati alij de Regno excluſi, ad ſedes proprias libere reuertuntur.

Imperator vltimo die menſis iulij de ſancto Germano exiens in hora veſpertina, Aquinum ſe contulit.

Ea die peſtis quædam quę Bruchus dicitur, totam terram monaſterij occupauit, quæ milia omnia, & quidquid viride rodendo deuaſtauit.

Limpuldus Dux Auſtriæ, & Stiriæ die dominico in feſto ſanctorum Nazarij, & Celſi apud ſanctum Germanum naturali morte defecit, cuius oſſa delata ſunt more Theutonico in Theutoniā, & caro apud Caſinum cum honorificentis tumulata.

Menſe auguſto die primo Imperator ad Roccam Arcis ſe contulit. Qui tunc caſtrum Pontis Curui, & Pedemontis, & Caſtellum nouum reſtitui mandat Abbati Caſinenſi a dominis Aquini, qui ea ſeruabant ad opus ſuum.

Eodem menſe litteræ in ſancto Germano venerunt, quas quidam magiſter Ioannes de ciuitate Toleti omnibus per orbem Chriſticolis vulgandas tranſmiſit, quarum tenor talis eſt.

Anno a natiuitate Domini 1229. vſque ad annos 7. menſe ſeptembri ſole exiſtente in Libra, & cauda Draconis ibidem erit admirabilis res rerum mirabilium, & mutationis temporum ſignificata. In menſe illo fiet terræmotus mirabilis, ac deſtruet multa loca per Saturnum, & Martem manentes in ſignis aeris, ac erit infirmitas, & mortalitas valida, oſtendet etiam eadem coniunctio ventum validum denigrantem aera, & obſcurum reddentem, & venenis infectum, & repletum, & in vento voces terribiles corda hominum obſtruentes, & a regionibus arenoſis ſablonem ſubleuans, ac ſupra ciuitates ſitas proximas plagam deducens, & cooperiens eas, ita etiam, quod eas ſuffocabit

Et.

Et primo deſtruet ciuitates Orientales, & nominatim Thetam, Baldach, Capolim, Babyloniam, & omnes ciuitates arenoſis locis ſitas, vel pcorimas, ita quod nulla earum euadet, quin arenis tota cooperiatur. Erit iterum eodem anno priuſquam Planetæ conueniant in Libra, Eclipſis ſolis, quæ totum corpus illius obſcurabit, & hac operatione præcedente luna tota patietur eclipſim. Erit eclipſis ſolis ignei coloris, & deformis, oſtendens maximum futurum bellum cum effuſione ſanguinis prope fluuium in terra Orientis, & ſimiliter in terra Occidentis, & erit dubietas, & ignorantia inter Saracenos, ita quod penitus ſynagogas, Maumerias, & Secreta eorum relinquent. Veruntamen notum ſit omnibus, qui eclipſim ſolis videbitis, cum omnibus veſtris a terra exeatis, & ve hæc firmiora, & certiora tenearis, antequam eclipſis ſolis, & lunæ fiat, erit terræmotus, mortalitas, fames valida, prælia, & cæteſtia fere per totum orbem, & tunc quidam maximus Imperator morietur. Et menſe ſeptembri poſt eclipſim ſolis, & lunæ, mare vltra ſolitum creſcet, ac omnes fere venti flabunt, ita quod nulla nauis in mari euadet, arbores euellent ædificia ſubuertent venti, & terræmotus. Vnde ſi vultis euadere, in planis circumdatis montibus facite coopertura trabium, & terram ſuperponite, qui ſint longe a plagijs, & montanis locis, ac vbi non ſint arbores prope, quibus os caueritis poſſit operiri, & in eis intrate cum familia veſtra, & rebus neceſſarijs per 30. dies, & plus abundanter vobis, & familiæ veſtræ, & hæc ad redemptionem animarum veſtrarum ignorantibus denunciate. In his enim nobiſcum concordes ſunt omnes aſtrologi, & geomantici ſcilicet Hiſpaniæ, Aethiopiæ, & aliarum prouinciarum diuerſarum gentium, Chriſtianorum, Saracenorum, & Hebræorum, & omnes philoſophi hoc affirmant. Et hoc vnum in veritate ſcimus, quod Rex Mathemelinus turrem facit cum fabrica eminentiorem omnibus fabricis, & groſſiorem, & ampliorem, ad inſtar maximi montis, ita quod omnes ſui habent expenſas in ipſa fabrica. Et idem audimus de Rege Siclo, quæ periculoſa videntur, &c.

Sabinenſis Epiſcopus, & Cardinalis ſanctæ Sabinæ die lunæ quinto intrantis auguſti recedentes de ſancto Germano, Cæperanum ſe conferunt, ad quos vadit ipſe Imperator, & exterius caſtrametatus eſt, præcepitque militibus ſuis oſtentationem facere in equis, & armis.

Ipſo menſe auguſto in feſto beati Bartholomæi Apoſtoli fulgur de cælo veniens, campanile Caſinenſe percuſſit, & totam eius ſummitatem proiecit in terram, ſaluis tamen campanis, quæ erant in ea. Interea laborantibus hinc inde Nuncijs ex parte Papæ, & Imperatoris, magiſtro domus Theutonicorum, & Principibus Alemanniæ ſupradictis, pax eſt inter ipſum Papam, & Cæſarem reformata, & quædam Arces Regni traditæ ſunt ſeruandæ magiſtro domus Theutonicorum vſque ad certum tempus pro maiori Eccleſiæ firmitate, & tunc Imperator ipſe in caſtris ante Cæperanum in capella ſanctæ Iuſtæ die mercurij in feſto beati Auguſtini per Sabinenſem eſt

A Epiſcopum ab excommunicationis vinculo abſolutus. Similiter & omnes ſui, ac vltimo menſis Auguſti vadit Anagniam locuturus cum Papa. Interea ſuas per totum Regnum generaliter litteras pro libertatibus monaſteriorum, Eccleſiarum, perſonarum Eccleſiaſticarum, & rerum illarum dirigit in hac forma.

Fridericus, &c. Comitibus, Baronibus, Iuſtitiarijs, Camerarijs, & Baiulis in Regno Siciliæ conſtitutis, &c. fidelitati veſtræ per præſentium ſcripta mandantes præcipimus firmiter, vt nullus veſtrum monaſterijs, Eccleſijs, perſonis eccleſiaſticis, aut rebus eorum talleas, vel collectas præſumat imponere, ſaluis illis ſeruitijs, ad quæ certæ Eccleſiæ, vel perſonæ tenentur nobis ſpecialiter obligatæ. Datum in caſtris ante Cæperanum 24. men-
B ſis auguſti ind. 3.

Mittit etiam ſuos nuncios, & litteras ad omnes ciuitates, & caſtra de Marchia, quæ ſibi fidelitatem fecerant ſub comminatione diffidationis, vt ad fidem redeant Romanæ Eccleſiæ, & mandatum eiuſdem.

Menſe ſeptemb. 1. die menſ. eiuſd. qui fuit dies Dominicus Cæſar inuitatus a Papa, cum eſſet in caſtris in pede Anagniæ magnifice comitatus a Cardinalib. & nobilioribus ciuitatis intrauit Anagniã, & eo die cum Papa ſedit in menſa, & ſolus cum ſolo, magiſtro tamen Theutonicorum præſente, in Papali Camera conſilio longo ſe tenuere diu, ac die luce ſequenti cum gratia Papæ, & Cardina-
C lium ad caſtra reuerſus eſt. Tunc Ioanni de Poli conceſſit Comitatum de Albe propter ciuitatem Fundanam, quam abſtulit ei, & reddidit eam Rogerio de Aquila cum toto Fundano Comitatu. Tunc etiam Abbas ſancti Vincentij, & Prælati, qui Imperatori adhærentes excommunicati fuerant, ad preces Imperatoris a Papa abſoluti ſunt. Imperator a Papa diſcedens die mercurij, applicuit die iouis apud ſanctum Germanum, indeque diſcedens poſt prandium ſub celeritate ſe Capuam contulit, exinde verſus Melphiam profectus. Rex Theſſalonicenſis obijt Melphiæ, & Prælati, & Principes Alemanniæ in ſua recedunt.

Beluacen. Epiſcopus, qui de Gallia venerat in auxilium Eccleſiæ, per Papam dux Spoleti efficitur.

Raynaldus Dux Spoleti vadit Introducum, vbi
D aliquamdiu moram faciens, in Apuliam ad Imperatorem redit.

Menſe nouembri Gregorius Papa reuocatus a Senatore, redit ad Vrbem. Eodem menſe magiſter Guillelmus de ſancto Germano domini Papæ capellanus canonice electus in Archipresbyteratum S. Germani aſſumptus eſt.

In Apulia Imperatoris iuſſu capiuntur Matthæus Marchaſab. magiſter Camerarius, iudex Philippus de Magdalone, iudex Guillelmus de Salerno, notarius Adam, & notarius Ioannes.

Tunc pro correctione, & honeſtate vitæ clericorum generales idem Papa per totum Regnum ad Metropolitas, & eorum ſuffraganeos litteras dirigit in hac forma.

Gregorius, &c. Venerabilibus in Chriſto fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Siciliæ conſtitutis, &c. Si cauendum eſt vobis, ne

ſanguis ſubditorum de veſtris manibus requiratur, clericorum culpas, quæ periculoſæ ſunt, propter officii dignitatem, non debetis relinquere incorrectas. Horum enim quanto eſt gradus altior, tanto grauior caſus exiſtit, & exceſſus ipſorum vehementer in exemplum extenditur, dum in excuſationem illorum dicitur: Sufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius, ſicque per eos facientes delinquere populum, nomen Domini blaſphematur, cum non ſoleant facere, qui ſequuntur, niſi quod eos, qui præcedunt, viderint facientes. Licet autem corrigendi ſint omnes clericorum exceſſus, & mores eorum, & actus in melius reformandi, ſpecialius eſt tamen in eis incontinentiæ vitium exprobrandum, cum non deceat per immundos ſancta tractari, & fœdatos libidine menſæ Domini miniſtrare. Vnde Abimelech ſacerdos Dauid legitur reſpondiſſe, ſe ad manus panes laicos non habere, ſed ſolummodo panem ſanctum, quem mundis pueris, maxime a mulieribus, obtulit manducandum. Vt igitur iudicium de domo Domini prodeat, præſentium vobis auctoritate mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus quatenus vſque ad tres menſes clericorum veſtrorum, tam incontinentiæ vitium, quam exceſſus alios corrigentes, præſertim ſuper cohabitatione mulierum, eis diligenter, & ſolicite corrigere ſtudeatis, taliter circa vos ipſos inuigilare curantes, quod commendatione magis, quam correctione dignum in vobis valeat inueniri, alioquin ſi qui veſtrum, quod non credimus, præcepti noſtri fuerint contemptores, ex tunc infra menſem reſponſuri nobis de contemptu perſonaliter ad ſedem Apoſt. accedere non poſtponant, attentius præcauentes, ne in commiſſo nobis negotio, quæ ſunt noſtra, non quæ Ieſu Chriſti quæratis, ſi propriũ vultis periculum euitare. Cæterum vos Archiepiſcopi contra Prælatos veſtræ prouinciæ, & alios, qui ſunt infecti vitio ſimoniæ cum tales Dominus facto flagello de reſticulis de templo eieciſſe legatur, ac eos, qui vltramontanos ſine commendatitiis litteris Epiſcoporum ſuorum auſi ſunt ad ordines promouere, aut eos, qui dicuntur incontinentiæ vitio laborare inquiratis ſolicite veritatem, & quod inueneritis nobis intra prædictum tempus reſcribere procuretis, vt per veſtram relationem inſtructi, procedamus, prout viderimus expedire. Datum Anagniæ v. Kal. nouembris, Pontificatus noſtri anno IV.

Menſe decembri Imperator apud Precinam Natale Domini celebrat.

M. cc. xxxI. menſe Iannario, ſuas Imperator litteras mittit ad Stephanum de Anglone terræ Laboris iuſtitiarium, vt diligenter inquirat de promiſſis imperiali curiæ factis, & ſi qua poſt tranſfretationem ſuam facta ſunt conceſſionum priuilegia per Raynaldum Ducem Spoleti, ſiue ſuo, ſiue ipſius Ducis ſigillo ſignata, aliquibus perſonis ea Imperiali curiæ vſque ad feſtum Purificationis B. Virginis præcipiat præſentari, alioquin ex tunc in antea nullam habeant firmitatem. Præcipiat etiam omnibus Rauellenſibus, vt vxores, & familias ſuas vſque ad feſtum Pentecoſtes remittant Rauellam ſub pœna perſonarum, & rerum. Inhibeat etiam

A omnibus illis, quibus licentia data fuit ædificandi occaſione ortæ diſcordiæ inter Imperium, & Eccleſiam, ſub pœna prædicta, ne in Terris, aut caſtris ſuis ædificare præſumant. Item mandat generaliter, vniuerſis, qui de feudis ſeruire tenentur, tam Prælatis, quam cæteris alijs, vt ana decem feuda conferant, de quibus comes, vel Baro, qui decem feudis præerit, & pluribus, melior, necnon ditior, qui inter participes, & poſſeſſores inuenietur. Eligi debeat, & taxari, & præparari ſe debeant in duobus equis, ſomotio vno, & armis, ac cæteris proportionaliter, & habeat pro Corredo vnius anni vnc. I. præfixo termino proximi paſſagij menſ. martij in portu Brunduſij præſentandus, vt abinde ſecundam ſuam diſpoſitionem debeat transfretare. Item ad inquirendum ſi qui fuerint B a talleis, & collectis exempti, ſiue potentia, prece, pretio, amore, vel timore cuiuſque. Mittit iudicem Rogerium de Aſculo, & I. comeſtabilem Corneti, vt vniuerſis, & ſingulis prædictorum, collectam imponant.

Menſe februario Imperator verſus Tarentum properat, vbi diſponit curiam regere generalem.

Eodem menſe nonnulli Paterenorum in Vrbe inuenti ſunt, quorum alij ſunt igne cremati, cum inconuertibiles eſſent, alij, donec pœniteant, ſunt ad Caſinenſem Eccleſiam, & apud Cauas directi.

Imperator pro capiendis Paterenis apud Neapolim mittit Regiuum Archiepiſcopum, & Richardum de Principatu Mareſcalcum ſuum, de quibus aliqui ſunt inuenti, & vinculis manci- C pati.

Collecta vbique per Regnum iuſſu Imperiali a iudicibus, & tabellionibus demanij exigitur.

Rex quondam Hieroſolymitanus de Francia rediens, & de partibus vltramontanis venit Peruſium, vbi venturum expectat dominum Papam, cum quo loqui deſiderat, quia non vult ſe conferre ad vrbem.

Menſ. aprilis Magiſter domus Alemannorum de Alemannia ad Imperatorem redit.

Eodem menſe Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit.

In ciuitate Conſtantinopolitana terræmotus magni fuere, per quos Eccleſiarum, & domorum vaſtitas magna fuit.

In Apuliæ finibus, & alijs Regni partibus ad de- D ſtruendam peſtem Brucorum innumeram, generale a Cæſare edictum exijt, vt ſinguli de ſingulis terris, in quibus inualuerat peſtis illa, ſummo mane ante ſolis ortum deberent capere quatuor tumnos de Brucis ipſis, & aſſignare quatuor iuratis de terra qualibet ad comburendum ſub pœna vnius vnc. auri vnicuique. ſi ad hoc negligens fuerit, vel remiſſus, ac hoc ſingulis terris præcipi mandauit ſub pœna 100. vnc. auri ad opus fiſci Imperialis.

Menſe maij dictus Rainaldus dux Spoleti cum non poſſet Imperatori ſufficientem ponere rationem, aut fideiuſſoriam cautionem præſtare, apud Fogiam iuſſu Imperatoris captus eſt, & cuſtodiæ traditus, ac bonorum omnium amiſſione mulctatus; quare Bertholdus frater ipſius ducis

con-

contra Imperatorem in Introduco ſe recepit.

Eodem menſe Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit, ab his de monte Flaſcone iuratoria cautione recepta, ne ſubſidium aliquod illis de Viterbio conferre deberent.

Reginus Archiepiſcopus ab Imperatore nuncius ad Papam vadit, & veniens ad S. Germanum, inquiſitionem facit fieri de infamibus, & ſuſpectis.

Menſe iunij primo die circa meridiem, qui erat dies Dominicus, terræmotus factus eſt ſubito in S. Germano, & per vicina loca, qui die ipſo nonnulla Eccleſiarum Campanilia, ipſas etiam Eccleſias, firmas turres, & domos plurimas in ciuitatibus, & Caſtellis euertit, quodque dictu, & auditu mirabile eſt, terræ fundamentis concuſſis limpidos aquarum fontes de ſancto Germano, in fæcis ſæculentæ colorem mutauit, & talis color aquarum per duas ferme horas durauit, ſaxa dirupit, propter quod homines timentes viuos a terra ſorberi in multa contritione, & luctu pœnitentiam agentes ſuas domino præ timore mortis animas commendabant. Terræmotus iſte intonuit die illo, & hora prędicta a Capua vſque Romam, & terra mota eſt. Et tunc de Coliſeo concuſſus lapis ingens euerſus eſt, & quia durauit vltra menſem terræmotus huiuſmodi, interdum plus, interdum minus, attoniti homines, dimiſſis laribus, & locis proprijs, ne domorum illos ruina contereret, ad agros exibant. Tunc iuſſu Landulfi Caſinenſis Abbatis, fit ad Caſinenſe monaſterium de ſingulis terris ſuis proceſſio generalis, diſcalciatis pedibus in fletu, & planctu.

Ea die qua terræmotus ipſe fuit, Gregorius Papa Vrbem exiens, vadit Reate, ad quem Barenſis Archiepiſcopus, & magiſter domus Alemannorum ex parte Imperatoris vadunt, & Mutinenſis Epiſcopus a Papa ad Imperatorē nuncius deſtinatur.

Rex quondam Hierosolymitanus apud Reate ad Papam vadit, de cuius aſſenſu, vt cum filio Imperatoris Conſtantinopolitani de filia ſua contrahat, & ipſe ſit curator Imperij, donec in minori conſtitutus ætate perueniat ad legitimam. Mare apud Venetias intrans vadit collecto exercitus Conſtantinopolim.

Tunc Imperator domorum Hoſpitalis, & Templi poſſeſſiones, quæ in Regno ſunt, & earum fructus iubet capi ad opus ſuum.

Richardus de Principatu Mareſcalcus domini Imperatoris, ipſo Imperatore mandante, vt in Syriam tranſiret, quos vult de Regno ſibi aſcivit in ſocios.

Conſtitutiones nouæ, quæ Auguſtales dicuntur, apud Melfiam, Auguſto mandante, conduntur. Menſe iunio inquiſitiones fiunt in ſancto Germano, & per totam terram ſancti Benedicti, per Robertum de Buſſo iuſſu magiſtri iuſtitiarij Campangijs, falſarijs, aleatoribus, tabernarijs, homicidis, vitam ſumptuoſam ducentibus, prohibita arma portantibus, & de violentijs mulierum.

Exercitus Imperialis Introducum, in quo Bertholdus ſe contra Imperatorem receperat, obſidet & deuaſtat.

Gregorius Papa requiſitiones ſolidorum a militibus, & ſeruientibus Campaniæ fieri mandat, qui eos in fraudem retinuerunt tempore ortæ diſcordiæ inter Eccleſiam, & Imperium.

Beluacenſis Epiſcopus, cui ducatus Spoleti ab Eccleſia eſt commiſſus, congregato exercitu ſuper Spoletum vadit, illam in exterioribus deuaſtat, nec per hoc Spoletanos ad ſuam habere potuit voluntatem, & ſic inde diſcedens ſupra Mirandam vadit, vbi monetæ, & Bullæ Papalis eſſe falſarij dicebantur.

Exercitus Imperialis ab Introduco diſcedit.

Reatini iuſſu Papæ ſuper Mirandam vadunt.

Menſe Auguſto de mandato Imperiali per totum Regnum ſeta cruda emi prohibentur, ſimiliter ſal, ferrum, & æs emi non niſi a Doana Imperiali mandantur.

Serra ſuper Cælanum firmata iuſſu Imperiali diruitur.

Eodem menſe magiſter domus Alemannorum in Lombardiam vadit.

Conſtitutiones Imperiales Melfiæ publicantur.

Menſe ſeptembri apud ſanctum Germanum, ſicut per totum Regnum pondera, & menſuræ mutantur, ponuntur Rotuli, & Turnini. Tinctorias omnes de regno ad opus fiſci Imperialia recipi præcipit Imperator, & ſuper hoc ſuas mittit litteras generales, quas cum duo Iudæi pro Iudeca ſancti Germani recipiendo detulerint, ipſam Reginus Archiepiſcopus capi prohibuit, mandans ipſis Iudæis, vt ipſam in pacem dimittant monaſterio Caſinenſi.

Menſe octobri Marinus Caracciolus miles Neapolitanus, cum filio Annei de riuo Articio venientes ad ſanctum Germanum cum litteris Imperialibus, & mandato pro reparatione caſtrorum Imperialium, requirebant Caſinenſem Abbatem ex parte Cæſaris, vt homines terræ monaſterij mittere deberet ad muniendum Atinum, caſtrum Cælij, Roccam Bantræ, & Roccam Guillelmi.

Menſe nouembri Romani, comperto quod Imperator in eorum odium Viterbium receperat, & ad ipſius ciuitatis auxilium miſerat quendam Rainaldum de Aquauiua Capitaneum, & de gente ſua cum eo pro tuenda Republica, magnam pecuniæ quantitatem Eccleſijs vrbis in odium Papæ imponunt.

Menſe decembri Imperator apud Rauennam Natale domini magnifice celebrat, & eo die licentiam dedit omnibus de Regno, qui ſecum iuerant, in propria reuertendi.

Nummi aurei, qui Auguſtales vocantur, de mandato Imperatoris in vtraque Sicilia Brundusij, & Meſſanæ cuduntur.

M. ccxxxij. Menſe ianuario. Prænestinus Epiſcopus, & dominus Oddo Cardinalis ex parte Papæ legati ad Imperatorem vadunt, & eo menſe Thomas de Aquino, qui cum Imperatore iuerat ipſo Imperatore mandante, redit in regnum, Regni Capitaneus inſtitutus, qui ad ſanctum Germanum veniens, Taſſucum quendam ciuem Capuæ in Rocca Ianulæ, quam vſque tunc Richardus de Guerra per fratrem Leonardum de domo Theutonicorum ſeruauerat, poſuit Caſtellanum.

Henricus de Morro magiſter iuſtitiarius ad S. Germanum veniens inquiſitiones ibidem factas iuſſu Imperiali per Robertum de Buſſo Baronem de comitatu Moliſij, aperiri iuſſit, & publicari, vnicuique infamatorum exhibens libellum ſuæ infamiæ, & nomina infamantium illos quod cauſa fuit magnæ diſcordiæ inter ipſos, & odij magni fomitem miniſtrauit. Tunc de mandato ipſius Acerrarum comitis, ſex electi ſunt in ſancto Germano, qui iurauerunt dare Philippo de Citro Comeſtabili Capuæ fidele conſilium, & auxilium qualiter munitio terræ ſancti Germani celeriter compleatur. Qui habito conſilio, prouiderunt munitionem ipſam per homines ſancti Germani, & alterius terræ monaſterij in partes debere diſtribui, ſicque factum eſt, & pars operis quibuslibet aſſignata.

Tunc etiam mandato dicti comitis, & magiſtri iuſtitiarij, Baiuli Imperiales, qui Cauarreti vocantur, per D. Hectorem de monte Fuſculo tunc terræ Laboris iuſtitiarium, de ſancto Germano, & tota terra monaſterij amouentur.

Menſe februario in ſancto Germano Conſtitutiones Imperiales, quæ Auguſtales vocantur, publicatæ ſunt, quarum initium eſt: De Mercatoribus, Artificibus, Medicis, aleatoribus damnis, militibus, notarijs.

Poſt mundi machinam prouidentia Diuina firmatum, &c. Harum aliquot Richardus auctor hiſtoriæ ponit, ſed nos remittimus lectorem ad librum Conſtitutionum Regni Siciliæ.

Menſe Martio Imperator per Rauennam Aquilegiam vadit per mare, vbi filium ſuum Henricum Alemanniæ Regem venturum expectat.

Munitio terræ ſancti Germani vt citius fiat per Philippum de Citro, cum conſilio iuratorum terræ eiuſdem, per homines terræ monaſterij diſtribuitur.

Inquiſitiones ab Archiepiſcopis fiunt de Suffraganeis, Epiſcopis, Papa mandante, & ab Epiſcopis de Clericis ſuis, ſi caſte viuunt, & continenter, & vt ceſſent prorſus cohabitatione mulierum.

Domus quædam in Coraria, & valle redimuntur, vt non diruantur, prout ſtatuerat Imperator & datæ ſunt Philippo de Citro, vnc. auri 200. de quibus partem miſit pro ſolidis obſidentium Introducum, & partem reliquam curiæ Imperiali perſoluit.

Soldanus Damaſci pretioſa mittit xenia Imperatori per quoſdam nuncios ſuos in Apuliam venientes.

Menſe aprili Thomas Acerrarum comes, apud ſanctum Vitum de Meſſa Baronum, & militum exercitum congregat, quos Introducum mittit contra Bertholdum fratrem Raynaldi ducis Spoleti, qui ſe in eo contra Imperatorem receperat.

Romani ſupra Viterbium vadunt.

Gregorius Papa de Reate apud Interamnem vadit, & inde vadit Spoletum; qui generales ad Regni Prælatos litteras dirigit, ne quis eorum officialibus Imperatoris, occaſione defendendi Patrimonium Eccleſiæ, ipſos grauare volentibus, re-

A ſpondeant, & intendant.

Landus Reginus Archiepiſcopus in Meſſanenſem eligitur.

Ioannes de Baruch ciuitatem Acconitanam, recipit in odium Imperatoris. Menſe madij Romani de Viterbio ad vrbem redeunt.

Imperator ab Aquilegia per mare redit in Apuliam, ſeque apud Melfiam contulit, ad quem mox magiſter iuſtitiarius, & dictus Acerrarum comes accedunt. Ad Papam nuncius ex parte Imperatoris magiſter Petrus de S. Germano dirigitur.

Eodem menſe Ioannes Baruch cum mareſcalco Imperatoris congrediens in partibus Syriæ, ipſum deuicit in campo, & multos cepit ex ſuis.

Apud Spoletum Gregorius Papa quemdam
B fratrem Antonium de Ordine fratrum Minorum canonizauit, & ſanctorum catalogo mandauit adſcribi.

Menſe iunij quidam Thomas de Pando ciuis Scalen. nouam monetam auri, quæ Auguſtalis dicitur, ad ſanctum Germanum detulit diſtribuendam per totam Abbatiam, & per ſanctum Germanum, vt ipſa moneta vtantur homines in emptionibus, & venditionibus ſuis iuxta valorem ei ab Imperiali prouidentia conſtitutum, vt quilibet nummus aureus recipiatur, & expendatur pro quarta vnc. ſub pœna perſonarum, & rerum
C in Imperialibus litteris, quas idem Thomas detulit, annotata. Figura Auguſtalis erat, habens ab vno latere caput hominis cum media facie, & ab alio Aquilam.

Viterbienſes caſtrum quoddam, quod Vetorchanum dicitur, quod Romani tenebant, proditorie occupant, & euertunt, quibuſdam, qui euaſerant de caſtro ipſo, conferentibus ſe ad vrbem, alijs Viterbium ſecedentibus.

Menſe iulio Gregorius Papa redit Reate, Romani in odium Papæ veniunt vſque ad montem Fortinum, inde Campaniam diſponentes, ad quos tres ex parte Papæ venientes Cardinales, facta cum eis compoſitione per interuentum pecuniæ, Romam reuerſi ſunt.

Roggerius de Aquila Fund. comes obijt, qui habitum ſuſcipiens monachalem, apud Foſſam no-
D uam ſepeliri elegit. Terram ipſius, videlicet, Fundos, Traiectum, & Sugium, recipi ad opus ſuum præcipit Imperator per Hectorem de monte Fuſculo iuſtitiario, & per Philippum de Citro. Giffridus filius comitis ipſius ad Papam ſe contulit, turre Itri ſe tenente pro ipſo, quæ tandem ſtudio Philippi de Citro ad opus Imperatoris recepta eſt.

Imperator pro ſuccurſu ciuitatis Acconitanæ, quam Ioannes de Baruch occupatam tenebat, parte ciuitatis ſe pro Imperatore tenente, exercitum congregat militum, & Baronum.

Menſe auguſto Gregorius Papa in Campaniam redit, & apud Anagniam feſtum celebrat Aſſumptionis B. Virginis.

Imperator congregatum Brunduſij exercitum reuocat, & ipſo mandante quilibet ſunt in ſua reuerſi.

In Sicilia apud Meſſanam contra Imperatorem ſeditio orta eſt, occaſione Richardi de Monte nigro pro Imperatore iuſtitiarij in Sicilia conſtitu-

ti,

ti, quem ciues dicebant contra eorum facere libertatem.

Decretales corriguntur à Gregorio Papa, reſecando ſuperflua, & vtilia retinendo.

Bartholomæus de ſancto Germano domini Papæ Capellanus, Papa mandante, Gaietam vadit pro compoſitione inter Imperatorem, & Gaietanos facienda, vt redeant ad fidelitatem ipſius, quod cum facere non poſſet, apud ſanctum Eraſmum ſeceſſit, & ibi vſque ad mandatum domini Papæ elegit facere ſtationem.

Menſe Septembri Imperator à Melfia venit Fogiam, & generales per totum Regnum litteras dirigit, vt de qualibet ciuitate, vel caſtro duo de melioribus accedant ad ipſum pro vtilitate Regni, & commodo generali, ad quem pro terra ſancti Germani iuit Roffridus de Monte Miles.

B

Fodrum de Regno iuſſu Imperatoris apud Anagniam mittitur ad dominum Papam.

Menſe Octobri in ſancto Germano huiuſmodi ſunt Imperiales Aſciſiæ publicata.

Ciues in terris eorum pro mercibus ſuis, quas intromittent, vel extrahent, nihil ſoluent, niſi quod olim ſoluebant. de pomis, caſtaneis, nucibus, auellanis, & alijs fructibus in iure curiæ ſeruabitur forma antiqua. Ius coriorum pro conzatura dimittitur in forma antiqua. Factum canapis omnino remittitur, vendentibus vinum, ſiue ad minutum, ſiue ad groſſum, nihil requiritur, ſed in eis ſeruabitur forma antiqua. Statera erit in Fundicis, & nihil recipietur pro ea, nec amplius pro cantaro quam Gr. 5. Pro herbatico animalium,

C

venditione equorum, & aliorum animalium ſimiliter ſeruabitur forma antiqua. A piſcatoribus nihil requiritur, niſi ſecundũ formam antiquam. Pro iure menſurarum victualij tam in Sauma, quam in Tuminis ſeruabitur forma antiqua, de iure caſatici remiſſa ſunt Gr. 3. pro vnc. ita quod Mercatoribus, qui erunt pro eis, prouidebitur a cuſtodibus Fundaci in lectis, luminaribus, palea, & lignis, de iure Bucceriorum pro boue, vel vacca remittuntur Gr. 3. pro porco Gr. 3. pro ariete Gr. 2. pro agno Gr. 2. de Tunninis, & Sardellis ſeruabitur forma, de iure lini idem, de iure Cannarum idem de lana Syriæ idem, de bambace, & de arcu coctionis idem.

Eodem menſe Ægidius Verraclus domini Papæ ſubdiaconus, & cappellanus pro facto Gaietæ ad Imperatorem in Apuliam nuncius vadit.

D

Menſe Nouembris de communibus Lombardiæ pro compoſitione cum Imperatore facienda, legati apud Anagniam veniunt ad D. Papam.

Menſe decembri pro facto Lombardorum. Henricus de Morro magiſter Iuſtitiarius ab Imperatore ad Papam nuncius mittitur, cum quo vadunt magiſter Petrus de Vinea, magiſter Petrus de ſancto Germano, & magiſter benedictus de Sernia, vt cum magiſtro iuſtitiario coram Papa pro parte Imperatoris, ius ipſius oſtenderent.

M. c c x x x iij. Menſe Ianuario Henricus de Morro magiſter iuſtitiarius a Papa ad Imperatorem in Apuliam redit, quem ſubſecuti ſunt Landus Meſſanen. Archiepiſcopus cum Regino Epiſcopo nuncij a Papa directi ad Imperatorem. Im-

A

perator omnibus generaliter Prælatis, comitibus, Baronibus, militibus tam feudatis, quam non feudatis mandat vt ad ſe cum toto ſeruitio, quod facere tenentur apud Poliorum, in futuris Kalendis Februarij accedere ſint parati. Tunc iuſſu Imperatoris Lucerium ciuitas Saracenorum, firmatur, Troiæ mœnia diruuntur.

Imperator menſe februarij de Apulia in Calabriam ſe confert.

Magiſter Ioannes de Sancto Germano, Guillelmo eiuſdem Eccleſiæ Archipresbytero ſponte cedente, in Archipresbyterum ſancti Germani aſſumitur.

Caſtella in Trano, Baro, Neapoli, & Brundußij iuſſu Imperatoris firmantur.

Menſe martij ſenator cum nonnullis de maioribus vrbis ad Papam apud Anagniam vadit, quorum inductus precibus, cum quibuſdam ex Cardinalibus ad vrbem redit, vbi cum honore maximo Romanorum receptus eſt, & pars reliqua Cardinalium apud Anagniam remanſit.

Magiſter Thomas Cardinalis de mandato Papæ cum . . . apud Viterbium vadit pro compoſitione inter Romanos, & Viterbienſes facienda.

25. Aprilis in feſto B. Marci Euangeliſtæ, die lunæ circa meridiem aeris ſerenitate mutata, quæ multa erat, tanta ſubito tempeſtas inhorruit, & inundatio facta eſt pluuiarum de ſupernis veniens montibus admixta grandinibus, ad S. Germanum, quod domos nonnullas in valle repleuit alluuio, domorum vtenſilia, oleum, & victualia multa ſecum fluendo deduxit. Saxa etiam de montibus tam grandia mouit, quod ea trahere multa boum paria non valerent.

Rainaldus dictus Dux Spoleti mandato Imperatoris ducitur apud Introducum ſub cuſtodia ab Henrico de Morro magiſtro iuſtitiario, vt idem dux caſtrum ipſum reddi faciat Imperatori à Bertoldo fratre ſuo, qui illud tenebat, quod facere idem Bertoldus ad interuentum Meſſanenſis Archiepiſcopi repromiſit.

Pax inter Romanos, & Viterbienſes reformata eſt.

Imperator Meſſanam intrat, & de quodã Martino Mallone, qui caput fuerat motæ ſeditionis in Populo, & eius complicibus, ſumpſit debitam vltionem, de quibus quoſdam ſuſpendio, & quoſdam incendio condemnauit.

Menſe Maij pro ſeruitio militum 60. & ſeruientibus ducentis, in quibus ab Abbate Caſinen. ſibi ſeruiri debere Imperator debebat, collectæ ſunt de terra monaſterij vnc. 400.

Florentinates ſuper Senas vadunt, poſt prohibitionem Papæ, propter quod eorum ciuitas ſub interdicto poſita eſt, & ipſi excommunicationis ſunt vinculo innodati.

Menſe Iunio de quodam ſancto Virgilio miracula multa in ſcriptis redacta, de Alemannia miſſa ſunt ad D. Papam.

Eodem menſe quidam Fr. I. vili contectus tegmine, tamquam de Ordine Fratrum Minorum, ad S. Germanum veniens, cum cornu quodam conuocabat populum, & alta voce cantabat ter-

tio Alleluia, & omnès reſpondebant Alleluia, & ipſe conſequenter dicebat: Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Patre. Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Fillu. Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Spiritu ſanctu, Alleluia. Glorioſa Domina. Hoc idem alta voce reſpondentibus pueris, qui erant præſentes.

Imperator caſtrum quoddam in Sicilia, quod Ceturbium dicitur ſibi rebelle vi cepit, & deſtruxit, & incolas ad loca compulit alia demigrare.

Menſe iulio Bertoldus Introducum magiſtro iuſtitiario reſignauit, & ipſe cum duce fratre ſuo aſſecuratus abijt extra Regnum, quo voluit

Ciuitas Gaietæ ad mandatum redit Imperatoris, & iuramentum fidelitatis ſibi præſtat, & Conrado filio eius. Ad quam Hector de Monte Fuſculo iuſtitiarius terræ Laboris accedens, iuſſu Imperatoris doanam inſtituit in ea, & Conſulatu priuauit eamdem.

Imperator de Sicilia ſuas ad eumdem iuſtitiarium, & alios iuſtitiarios Regni litteras dirigit ſuper moleſtijs, & iniurijs Prælatorum, vt ipſi ſtatuto die, & loco Prælatos ad ſe conuocent regionum, & audiant eorum clamores; & qui iuſte potetût expedire, expediant, reliqua vero per ſuos nuncios ſibi ſignificent fideliter, & diſtincte, vt de ipſorum correctionibus prouide ipſe diſponat. Item alias ad Caſertanum Epiſcopum litteras mittit, pro inquiſitione facienda hæreticæ prauitatis, vt tam Paterenos, quam eorum fautores, quos inuenerit huius criminis reos, ſub ſuo, & iuſtitiarij terræ Laboris teſtimonio ſibi debeat intimare.

Gregorius Papa Vrbem exiens, venit Anagniam.

Menſe auguſto ad mandatum Hectoris de Mõte Fuſculo iuſtitiarij terræ Laboris apud Theanum Prælati iſti conueniunt in die ab eodem iuſtitiario conſtituto, ſcilicet Caſertanus, Caluenſis, Caſinen. Venafranus, Aliſanus, & Nolanus, ſed nullus eorum ſe moleſtiam, vel iniuriam paſſum fuiſſe ab aliquo officialium conqueſtus eſt.

Eodem menſe mandatum de diruendo burgo Capuæ ad Magiſtrum iuſtitiarium a Cæſare emanauit.

Hector de Monte Fuſculo per Imperatorem a iuſtitiariatu amouetur, & Stephanus de Anglone ſubſtituitur illi.

Iudex Petrus de Teleſia inquiſitionem facit in Abbatia de hominibus demanij Imperialis, quorũ parentes, & aui de terris demanij originem duxerant, & eorum nomina redegit in ſcriptis, vt de illis, quod ſibi beneplacitum fuerit, faciat Imperator.

Menſe ſeptembri Thomas de Aquino Acerrarum comes mandato Imperatoris in Lombardiam vadit ad ciuitatem Cremonæ, quæ fauet Imperatori.

Menſe octobri Cardinales, qui ſe Reate contulerant, reuocati a Papa ad Vrbem redeunt,

Menſe nouembri Greg. Papa de Anagnia redit ad Vrbem.

Imperator diem natalis ſui per totum Regnum ſuum mandat in feſto B. Protom. Stephani magnifice celebrandum, qui menſe decembri fuit ab

A hominibus ſancti Germani ad ipſius Imperatoris honorem magnifice celebratus, ita quod pauperes vltra quingentos manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, pane, vino, & carnibus in platea publica.

Imperator apud Syracuſam ſtatuit in curia generali, vt nulli omnino liceat de filijs, & filiabus Regni matrimonia cum externis, & aduenitijs, vel qui non ſint de Regno, abſque ipſius ſpeciali requiſitione, mandato, ſeu conſenſu curiæ ſuæ contrahere, videlicet, vt nec aliquæ de Regno nubere alienigenis audeant, nec aliqui alienigenarum filias ducere in vxores, pœna appoſita omnium rerum ſuarum.

M. cc. xxxiii. menſe Ianuario, apud Meſſanam ipſe Imperator regens curiam generalem, ſtatuit B in ſeptem Regni partibus per annum generales nundinas celebrandas, mandans vt in ſingulis prouincijs, in quibus erunt nundinæ conſtitutæ, quãdiu nundinæ ipſæ durauerint, nullus mercator, vel miniſterialis alibi cum mercibus, & rebus venalibus, quam in loco nundinarum inueniri præſumat. Primæ nundinæ erunt apud Sulmonam, & durabunt a feſto ſancti Georgij vſque ad feſtum Inuentionis S. Archangelij. Secundæ erunt Capuæ, & durabunt a 22. madij, vſque ad octauam iunij. Tertiæ erunt Luceriæ, & durabunt a feſto B. Ioannis Papæ, vſque ad octo dies. Quartæ erunt apud Barum, & durabunt a feſto B. Mariæ Magdalenæ, vſque ad feſtum ſancti Laurentij. Quintæ erunt Tarenti, & durabunt a feſto ſancti Bartholomæi, vſque ad feſtum natiuitatis beatæ Virginis. Sextæ C erunt Cuſentiæ, & durabunt a feſto beati Matthæi vſque ad feſtum B. Dionyſij. Septimæ erunt Regij, & durabunt a feſto ſancti Lucæ, vſque ad feſtum omnium Sanctorum in Kalend. nouembris. Statuit etiam ipſe Imperator apud Meſſanam bis in anno in certis Regni prouincijs generales curias celebrandas, in quibus licebit quibuslibet contra Magiſtrum iuſtitiarium, iuſtitiarios, & quamcumque aliam perſonam, ſuam querimoniam inſtituere, vt omnes ſuam iuſtitiam aſſequantur, & ibi erit pro parte Imperatoria nuncius ſpecialis, qui omnium querelas in ſcriptis rediget, & eas Imperiali curiæ præſentabit ſub ſuo, & quatuor bonorum virorum eccleſiaſticorum ſigillis ſignatas. Clamores tamen contra eos factos, qui officiales non ſunt, decident iuſtitiarii Regionum: ijs curijs D bis in anno, vt dictum eſt celebrandis intererunt quatuor de qualibet magna ciuitate, de melioribus terræ, bonæ fidei, & bonæ opinionis, & qui non ſint de parte: de alijs vero non magnis, & de caſtellis duo intererunt curijs ipſis. Prælati vero locorum, niſi certam habeant excuſationem, quod intereſſe non poſſint, ſimiliter intererunt eiſdem curijs, & durabit curia per octo dies, in quibus niſi expediri negotia ipſa poterunt, prorogabitur in dies quindecim, Qui autem intererunt loco Prælatorum, qui intereſſe non poterunt, denunciabunt ſi qui ſunt in eorum prouincia Patereni, vel hæretica prauitate infecti, vt ſeueritate debita puniantur. Loca autem, in quibus curiæ ſtatutæ ſunt, ſunt hæc.

In Sicilia apud Platiam, in Calabria, terra Iordani, & Vallis gratæ apud Cuſentiam. In Apulia,

Capi-

A Capitaniſta, & Baſilicata apud Grauinam. In Principatu, terra Laboris, & comitatu Moliſij vſque Soram, apud Salernum. In iuſtitiariatu Aprutij apud Sulmonam. Tempus autem quando congregandæ ſunt curiæ, erit in Kalendis madij, & Kalend. nouembris, in quibus Magiſter iuſtitiarius, iuſtitiarij, Magiſtri camerarij, camerarij, baiuli, & alij officiales curiæ, prælati, comites, barones, ciues, & aliorum locorum habitatores, quilibet in ſua prouincia tempore, & locis præfixis in præſentia legati Imperialis conuenire tenentur ſuper vniuerſis, & ſingulis, quæ conſtitutio continet, proceſſuri.

Menſe februario de Sicilia in Calabriam transfretat Imperator & exinde in Apuliam venit.

Hoc menſe, & menſe ianuario præterito tanta B fuit abundantia pluuiæ, & niuis, quod pro tempeſtate famis multa millia ouium in Apulia morerentur. Silueſtres etiam beſtiæ, & ipſæ volucres præ fame deficerent, & ſe quo verterent, ignorarent, cum vbique terrarum nix eſſet, & ipſa etiam flumina fuerint congelata, & etiam quod oliuæ, & aliæ arbores fructiferæ areſactæ eſſent ex gelu nimio, homines deſperabiliter murmurarent.

Imperator de Apulia venit in terram Laboris, & tunc ab iſta parte Capuæ fieri ſuper montem Caſtellum iubet, quod ipſe manu propria conſignatur.

In Neapoli etiam municionem factam præcipit ampliari. Operi caſtelli de Capua, vt citius fiat, C præponit Nicolaum de Cicala, cui omnes iubet intendere a Miniano vſque Capuam.

In Gaieta pro Imperatore per Hectorem de Monte Fuſculo fere 30. turres cuſtodiuntur.

Menſe madio Imperator per ſanctum Germanum habens tranſitum apud Reate ad Papam vadit, ducens ſecum Conradum filium ſuum, & ſe ad ſeruitium Eccleſiæ exponens contra Romanos.

inquiſitio fit Imperatore mandante de opere ſancti Germani per totam Abbatiam per iudicem Adenulphum de Sueſſa, & iudicem Thomam de Caſerta.

Tunc Imperator apud Reate faciens moram, reuocauit ad opus ſuum quidquid turbationis tempore de Regni pertinentijs occupauerant Reatini, & ipſe cum gente ſua, vna cum magiſtro Raynerio Cardinale Viterbium ſe confert, prædicto D Conrado filio ſuo, & qui cum eo vſque Reate fuerant, redeuntibus in Regnum, Imperatore mandante.

Et tunc apud Raſpampanum, quod Romani cuſtodiebant, obſidionem ponit de Cardinalis conſilio Imperator, vbi per duos menſes faciens moram cum in capiendo caſtro ipſo non proficeret menſe ſept. in Regno reuerſus eſt Imperator.

Illis diebus, dum Imperator eſſet Reate, quidam Gualterus de Aueria credens Imperatori placere, infeſtare cœpit eos, qui in odium Imperatoris Eccleſiæ adhæſerant, propter quod ad Papæ verbum, quia caſtrum ſanctæ Mariæ de Oliueto, quod Rogerius de Galluccio tenebat, qui in partem Eccleſiæ ceſſerat, ipſe Gualterus ceperat, ipſo Imperatore mandante, per magiſtrum iuſtitiarium captus eſt, & cuſtodiæ traditus, quem tamen ad preces Oderiſij Abbatis ſancti Vincentij liberauit. Imperator, in Regnum rediens, caſalia quædam Apuliæ depopulari iubet.

Caſale Caſtellionis ad Caſinenſe monaſterium pertinens recipi mandat, & inhabitari ad opus ſuũ.

Studium, quod Neapoli per Imperatorem ſtatutum fuerat, quod extitit turbatione inter Eccleſiam, & Imperium ſecuta, penitus diſſolutum, per Imperatorem Neapoli reformatur.

Romani ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris a Raſpampano cum ſuis viribus Raſpampanum muniunt victui neceſſarijs, & procedentibus inde ſuper Viterbium vadunt, minus prouide equitantes vſque ad portas ciuitatis, propter quod ipſos in reditu pœnituit equitaſſe, nam intercepti a Theutonicis militibus, & hominibus ciuitatis ipſius, multi ex ipſis in ore gladij ceciderunt, & multi in captionem ſunt ducti, ipſis nihilominus ſtrenue ſe defendentibus contra illos, & nonnullos de nobilioribus Theutonicis trucidantibus, cum eos nollent reſeruare ad vitam.

Hoc anno, quod Henricus Rex contra Imperatorem patrem ſuum ſeditionem in Alemannia feceris, fama fuit.

M. cc. xxxv. menſe ianuar. Imperator generalem collectam toti Regno imponit, & tunc collectæ fuerũt de terra monaſterij vnc. 400. pro adoamento per Stephanum de Anglone iuſtitiarium terræ Laboris, & pro mutuo vnc. 200.

Menſe februario inquiſitiones fiunt per totum Regnum de hominibus demanij, quos in locis ſtatutis transfert.

Imperator cum familijs ſuis, propter quod de ſancto Germano, & de tota terra monaſterij nonnulli qui inuenti ſunt de demanio extitiſſe apud Cumas ire cum ſuis familijs compelluntur.

Menſe martio captiui de Apulia, qui tenebantur apud Canuſium, per interuentum pecuniæ liberantur, vt ea eis quidam digna ſunt pœna mulctari.

Menſe aprili Imperator apud Brecinam Paſcha Domini celebrat, & conſequenter poſt Paſcha iter arripuit in Alemanniam profecturus, ducens ſecum Conradum filium ſuum, quem magiſter domus Theutonicorum ipſo mandante præceſſit ad Papam, & Thomas de Aquino Acerrarum comes magiſter iuſtitiarius, & iuſtitiarij alij de Regno, necnon & Capuanus, Hydrontinus, & Panormitanus Archiepiſcopi, cum nonnullis de Regno vſque Fanum ſecuti ſunt, & de Imperatoris licentia ſunt in Regnum reuerſi.

Turres in Gaieta exceptis quatuor diruuntur mandato Imperatoris. Rocca Ianulæ ſupra ſanctum Germanum firmatur, Stephanus de Anglone cedit officio iuſtitiariatus, & Guillelmus de ſancto Raymundo ſuccedit eidem. Imperator cum Cunrado filio ſuo, & de Regno admodum paucis menſe madio apud Ariminum mare intrat, & in Aquilegiam vadit, exinde in Alemanniam profecturus.

Pax inter Papam, & Romanos reformata eſt, Captiui Romani, qui apud Viterbium tenebantur per Papam liberati ſunt, & qui tenebantur a Romanis, liberi dimittuntur.

Ro-

Robertus de Buſſo a iuſtitiariatu Aprutij amouetur, & Hector Comeſtab. Montis Fuſculi ſubſtitutus eſt illi.

Menſe iunio Panormitanus, & Capuanus Archiepiſcopi, Thomas de Agno Acerrarum comes, & Henricus de Morro magiſt. iuſtitiarius, qui pro Imperatore in Regno remanſerant, ſe Capuam conferentes, ſtatuerunt ibidem, qualiter Rocca Iani ſuper S. Germanum muniri turribus, & muris deberet. Ad quod faciendum quatuor elegerunt de terra ſancti Benedicti, quod homines deputatos ad opus Roccæ ipſius aſſignare ſuis viribus domino Philippo de Citro deberent comeſt. Capuæ magiſtro operis Roccæ prædictæ, & ter in die ipſos requirere quemlibet prædictorũ, quorum nomina hæc ſunt; Iacobus Miles de Ponte Curuo, Raymundus Pelegrini de ſancto Helia, Rogerius de Landenulpho, & Raymundus de Paterno de ſancto Germano, & vt Rocca ipſa citius muniretur, per ipſos dominos in terra fundata certa ſingulis menſibus pecuniæ quantitas eſt ſtatuta, & demum ſe apud Melphiam in Apuliam contulerunt. B

Eodem menſe de felicibus Imperatoris auſpicijs litteræ venerunt in Regnum, quomodo apud Sibidatum a Principibus Imperij magno fuerat cũ honore receptus ipſo menſe, nullo obſtante Alemanniam intrans, Henricum Regem filium ſuum ſedenorem ad mandatum ſuum recepit, quem Duci Bauariæ cuſtodiendum commiſit. Philippus de Citro amotus eſt a magiſtratu operis Roccæ Ianulæ, & Iacobus de Molino ſubſtitutus eſt illi. C

Menſe iul. Imperator filiam Regis Angliæ duxit vxorem quam apud Guarmacum magnifice deſponſauit.

M.cc.xxxvi. menſe ianuario Imperator filium ſuum Henricum ſub fida cuſtodia per marchionem Lanceæ mittit in Regnum, & in Apulia in Rocca quæ dicitur S. Felix ſeruandus traditur. Hoc anno iuſſu Imperatoris Brundusij noui Imperiales cuduntur, & veteres caſſati ſunt. Generalis collecta in Regno ponitur, & tunc pro adornamento Imperiali collectæ ſunt de terra monaſterij Caſin. vnciæ cl.

Menſe iunio in vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli capta eſt Corduba nobiliſſima Saracenorum ciuitas, qua præter Romam, Conſtantinopolim, & Hiſpalim nulla maior in orbe dicitur a Ferrando Chriſtianiſſimo Rege Toleti, & Caſtellæ. D

Menſe iulij in feſto ſanctorum Nazarij, & Celſi, Landulphus Senabaldus Caſin. Abbas feliciter apud Caſinum obijt, cuius obitus per fratrem Iulianum monachum Caſinen. dominis curiæ Imperialis, qui ſunt in Apulia, nunciatur, a quibus eligendi licentiam conuentus accepit.

Eodem menſe Imperiale mandatum ad Vrbem, & generaliter per Tuſciam, & Lombardiam, & per totam Marchiam mittitur, vt iam de Vrbe, quam de ſingulis ipſarum prouinciarum communitatibus in Lombardiam legati vadant, poſtquam illuc Imperatorem ſciuerint veniſſe, &c.

Menſe auguſto Fr. Iulianus, fr. Robertus de Foreſtis, & fr. Ioann. Gazolus de voluntate Henrici de Morro magiſt. iuſtitiarij per Vicedecanum, & conuentum Rectores, terræ monaſterij ſunt electi.

Imperator cum honeſto militum comitatu, relictis Imperatrice vxore ſua, & Conrado filio ſuo in Alemannia, tranſalpinauit, & venit Veronam, quæ ſuo fauebat Imperio; & inde proſpere vſque Cremonam proceſſit in Lombardiam, licet Mediolanenſes cum ſuis viribus ſe ſibi opponerent, ne tranſirent domini curiæ, qui in Regno remanſerant pro parte Imperatoris, cognito de aduentu Imperatoris in Lombardia prohibuerunt Vicedecanum, & conuentum Caſinen. ne in electione Abbatis facienda procederent, legati Vrbis, & totius Lombardiæ, & Tuſciæ ad Imperatorem vadunt. Menſe octobris ex parte Caſinen. conuentus ad eum quoq; duo vadunt, fr. videlicet Simon de Præſentiano, & fr. Amicus, qui tamen, cum aliarum nuncijs ciuitatum vſque Cremonam procedentes & vltra ipſum videre non potuerunt. B

Cum menſe nouembris capta ciuitate Vincentiæ, propere in Alemanniam rediuiſſet, quam ciuitatem igne pro parte cremauit: vnde verſus;

Pro meritis dignis Vincentia decremat ignis.

Subderis Imperio Cæſaris ingenio.

Thomas Acerrarum comes, & Henricus de Morro magiſter Iuſtitiarius vocati ab Imperatore vadunt ad ipſum menſe decembri, ſed ipſum in Lombardia non inuenerunt, cum in Alemanniam vt dictum eſt remeaſſet, ad domandam Ducis Auſtriæ nequitiam, qui rebellauerat contra ipſum. Propterea iidem comes, & magiſt. iuſtitiarius in Alemanniam properarunt. C

Hoc anno Petrus Fraiapane in Vrbe Roma pro parte Imperatoris guerram mouet contra Papam, & Senatorem, & ſeditio facta eſt multa in populo.

M.cc.xxxvii. viii. menſis ianuarij electio Abbatis Caſinen. canonice celebrata eſt de fratre Pandulpho de ſancto Stephano, & quaſi per inſpirationem ab omnibus approbata menſe februa litteræ Imperiales lectæ ſunt in ſancto Germano de captione Vincentiæ, & de noua Imperatoris prole fœminea de noua conſorte ſuſcepta. Inquiſitio fit de opere ſancti Germani per iudicem Adenulphum de Sueſſa menſe martio, fr. Simon de Præſentiano, & fr. Stephanus de Caruaro ad Imperatorem in Alemanniam vadunt cum litteris conuentualibus ad eum, quibus denunciatur electionem canonice celebratam de fr. Pandulpho de S. Stephano in Abbatem Caſinen. D

Eodem menſe Imperatore mandante generalis collecta per totum Regnum exigitur, &c. menſe aprile magiſter domus Theutonicorum, & magiſt. Petrus de Vinea miſſi ab Imperatore ad Papam veniunt pro facto Lombardiæ. Eodem menſe pax in Vrbe reformata eſt, &c.

Menſe madij Acerrarum comes, & magiſter iuſtitiarius ab Imperatore de Alemannia redeunt in Regnum. Pater Simon de Præſentiano, & fr. Stephanus ſimiliter de Alemannia redeunt cum litteris Imperatoris de facto electionis factæ de fr. Rodulpho ad Archiepiſcopos Panormitanorum, & Capuanum, necnon & Rauellenſem Epiſcopum miſſis, per quos certiorari deſiderat de ſufficientia ipſius electi.

Eodem menſe Ioannes de Poli Senator Vrbis factus

factus eſt, & iterum in eius odium ſeditio in Vrbe orta eſt.

Magiſter domus Theutonicorum a Papa ad Imperatorem reuertitur.

Epiſcopus Oſtien. & Thomas Capuanus etiam S. Sabinæ presbyter Card. legati ad Imperatorem vadunt ex parte Papæ.

Menſe iunio dictus fr. Simon per dominũ Guillelmum de ſancto Fraimundo terræ Laboris iuſtitiarium remanente ſecum in Rectoria fr. Ioanne Carolo, & duobus alijs caſſatis Rectoribus, ſcilicet fr. Iuliano, & fr. Roberto de Foreſta Rector Caſinen. inſtitutus eſt, qui fr. Simon apud Auellinum vadens ad dominos curiæ ſupradictos, qui ibidem conuenerant, obtinuit ab eis, vt pro Inquiſitione facienda de perſona Caſinen. electi mittere, quem vellent deberent, qui ad hoc faciendum mirum præiudicium iudicem Thadæum de Sueſſa magnæ Imperialis curiæ iudicem elegerunt. Menſe iulio veniens idem iudex ad S. Germanum de ipſa dato per dictorum dominorum tam de fide, quam ſufficientia, iam dicti Caſinen. electi per ſingulos de caſtris ſingulis ad ſe ſub certo mandato vocatos homines, necnon & de anno, vbi ſe tempore diſcordiæ inter Eccleſiam, & Imperatorem receperat, inquiſitionem facere ſtuduit diligentem, quam in ſcriptis redactam ad eoſdem dominos per magiſtrum Terriſium de Atino remiſit, ad quos, & fr. Ioannes de ſancto Germano, & magiſter Raymundus iudex, & aduocatus Caſinen. vadunt ex parte conuentus, & approbata per ipſos dominos inquiſitione ipſam electionem factam de prædicto fr. Pandulpho, iuxta mandatum Cæſaris acceptarunt.

Eodem menſe Iacobus de Molin. captus a magiſtro iuſtitiario propter arma prohibita, & ſeditionem factam cuſtodiendus traditur in caſtello Neapolitano, & nonnulli alij ſeditioſi capiuntur, & ad caſtra alia in captione mittit.

Hoc anno Ioannes Rex q. Hieroſolymitanus apud Conſtantinopolim naturæ conceſſit de menſe iulio: Romani plebei populus cõmunitates contra Ioannem de Poli Senatorem Vrbis ipſum Senatoriæ dignitati cedere compulerunt, & Ioannem de Centio ſubſtituerunt eidem, propter quod ſeditio, & cædes multa facta eſt populi, cum inde Ioannes de Poli ſe in turri ſua recepit contra Romanos, & Senatorem ſibi ſubſtitutum, & bellum contra eos mouerit inteſtinum, tandemque pax reformata eſt inter eos, in Senatu de conſenſu iam dicti Ioannis de Poli, Ioanne de Centio remanente.

Menſe auguſto pro confirmatione electionis iam dicti patris Pandulphi obtinenda a Papa vadunt fr. Richardus de Babuio, fr. Ioannes de ſancto Germano, fr. Gregorius de ſancto Stephano, fr. Stephanus de Caruaco, & magiſter Raymundus Caira iudex, & aduocatus Caſinen. apud Viterbium, qui quoniam obtinere illam non potuerunt a Papa iam dicto, quia in electione non fuerat rite proceſſum, obtinuerunt ad multam inſtantiam ne monaſterium in deterius vergeret, vt electus ipſe adminiſtraret vſque ad beneplacitum Papæ.

Eodem menſe de mandato Imperatoris de Lucoria apud Rauennam vadunt decem millia Saracenorum in ſubſidium eius, cum ciuitatem ipſam in odium Imperatoris, cuius partem fouebant Fauentini, qui erant ex parte Mediolanen. grauiter infeſtarent, ad cuius etiam defenſam acceſſerat Simon comes Theatinus de mandato Imperiali, cum quingentis militibus.

Menſe ſeptembris Henricus de Morro magiſter iuſtitiarius venit ad S. German. & occaſione inquiſitionis olim factæ ibidem de ſubtractis hominibus tempore Philippi de Citro ab opere munitionis terræ ipſius generaliter pro his qui eos ſubtraxerant, per totam Abbatiam compoſuit cum eis ad maiorem pœnam vitandam in ccc. vnc. auri, cum prædicto vero Philippo de Citro in centum, & ſic vocatus a Cæſare ad ipſum in Lombardiam vadit.

Menſe octobris Imperator cepit Marcariam in Lombardia, & cum collet habita Mantua alloqui Cardinales, ipſi Romam reuerſi ſunt, vbi etiam biduo ante Gregorius papa de Viterbio redierat, & cum honore multo receptus fuerat a Romanis.

Menſe nouembris Ambaſciatores Romani ad Imperatorem in Lombardiam vadunt. Imperator cum fortunato exercitu ſuo cepit Montem Clarum in Epiſcopatu Brixiæ, quod bonis omnibus ſpoliatum comburi iubet, propterea quod Brixienſes in ſuum auxilium Mediolanen. vocauerant, qui in manu valida militum, & peditum congregato exercitu verſus Brixiam in eius auxilium profecti ſunt, contra Imperatorem ſe temere opponentes, quos Imperator ipſe 4. ſtante eodem menſe nouembris cum apud curtem noua ſua tentoria defeciſſent ab ipſius facie fugientes, audacter non minus quam potenter inuadens deuicit in campo, & ex ipſis ſtragem non modicam fecit, & nonnullos cepit, & captiuos Cremonam duxit. Ita quod inter viuos, & mortuos ad decem fere millium numerus computaretur. Tunc etiam Mediolani Poteſtas filius Ducis Veneti captus eſt ſimiliter, & Carrochium cepit, & Cremonam duxit.

Menſe decemb. Lauda ipſi Imperatori ſe reddidit, & ibi Natale Domini cum omni tripudio celebrauit.

M. cc. xxxviii. menſe ianuarii Henricus de Morro magiſter iuſtitiarius de Lombardia redit in Regnum, & tunc generalis collecta per totum Regnum imponitur, & colligitur. Imperator in Alemanniam remeat, & ibi pro facto Lombardiæ exercitum congregat, magiſtrum domus Almãnorum vltra montes dirigit pro ſoldarijs retinendis, &c. menſe aprilis in Lombardiam redit, & apud Veronam filium Conradum ſuum cum Principibus Imperij, & copioſo exercitu præſtolatur. Carrochium captum Romam dirigit Imperator in ſignum victoriæ.

Menſe maio Imperator vocat ad ſe Thomam de Agno Acerrarum comitem, & Henricum de Morro magiſtrum iuſtitiarium, & omnes barones, & milites infeudatos, quorum nonnullis, iuxta ipſius mandatum, euntes ad eius obſequium ciuitatibus quę venerant ad nutum ſuum, poteſtates præfecit, & alijs cuſtodiam captiuorum commiſit.

Menſe Iunio Acerrarum comes cum magiſtro iuſtit. ad Imperatorem in Lombardiam vadit cum militibus Regni decenter paratus in equis, & armis, & cum pecunia de Regno collecta.

Gregorius Papa Vrbem exiens venit Anagniam, &c.

Hoc menſe in Caſino celebratur electio, & quia in eligendo monachi conuenire non poteſſant, vota ſua dederant in Archiepiſcopatum Meſſanen. vt ipſe vnum quem vellet de gremio aſſumeret monaſterij.

Menſe Iulij Conradus Rex filius Imperatoris apud Veronam venit ad patrem cum Principibus & exercitu copioſo, cum quo ſe Cremonam conferens infeliciter in obſidione Brixiæ properauit: apud Veronam etiam magiſtrum domus Theutonicorum infirmum redeuntem de partibus vltramontanis recepit Imperator.

Hoc menſe Fr. Ioannes Capuanus Caſinenſis monachus in Abbatem S. Saluatoris de Teleſia per Papam Gregorium apud Anagniam conſecratus eſt, qui menſe Auguſto infirmitate correptus obijt.

Menſe eodem Auguſto Henricus de Motro magiſter iuſtitiarius de Lombardia redit in Regnum. Panormitanus Archiepiſcopus, Epiſcopus Reginus, iudex Thadæus de Suecia, & magiſter Rogerius Porcaſtrella de Lombardia ab Imperatore ad Papam apud Anagniam nuntij veniunt pro pace inter Eccleſiam, & Imperium reformanda, cum quibus pro parte Eccleſiæ Meſſanen. Archiepiſcopus ad Imperatorem dirigitur Reſponſalis a Papa.

Magiſter domus Alemannorum Salernum ſe confert pro ſanitate recuperanda.

Menſe Septembris Imperatrix de Lombardia venit in Regnum, & apud Adrium elegit iuſſu Imperatoris facere ſtationem.

Menſe Octobris Gregorius Papa de Anagnia rediit ad vrbem, vbi noui conſtituti ſunt Senatores DD. Ioannes de Poli, & . . . .

Imperator veſtata in exterioribus Brixia ab eius obſidione recedit. Conradus filius eius in Alemanniam redit, & licentia data eſt in propria reuertendi, ipſe tamen in Lombardia remanſit.

Henricus naturalis filius Imperatoris in Sardinia duxit vxorem.

Menſe Nouembris Landus Meſſanen. Archiepiſcopus, in quem Conuentus Caſinen. eligendi quem vellet in Abbatem de gremio monaſterij, ſua vota dederunt, fratrem Stephanum de Corban. cum illum idoneum inueniſſet in Abbatem Caſinenſem elegit, quem idem Conuentus pariter acceptauit, & propter hoc ad repræſentandam ipſius electionem domino Imperatori duos ex fratribus, ſcilicet fratrem Robertum de Foreſta, & fratrem Ioannem de Pontecuruo ad eius præſentiam direxerunt, vt ſuum in eum dare dignaretur aſſenſum.

Idem Meſſanenſis Archiepiſcopus cum Berardo Panormitano Archiepiſcopo, & Thoma de Agno Acerrarum comite, & cum Magiſtro Roggerio Porcaſtrella ab Imperatore remiſſus ad Papam Romam venientem pro pace, & forma concordiæ hinc intertractata.

Guido Lorenus Epiſcopus legatus a Papa in Prouinciam mittitur.

Menſe Decembris Imperator Imperatricem vxorem ſuam de regno in Lombardiam reduci iubet ad ſe per Berardum Panormitan. Archiepiſcopum. Meſſanen. Archiepiſcopus, comes Acerrarum. & magiſter Rogerius Boccabella de vrbe a Papa digreſſi ſunt, quorum duo ſcilicet comes, & magiſter Rogerius in Regnum redeunt; Meſſanenſis Archiepiſcopus vero ſe Anagniam confert. Imperator apud Parmam natale Domini celebrat, ibique repræſentatæ ſibi electioni a prædictis fratribus factæ de prædicto Stephano ab Archiepiſcopo Meſſanen. in Abbatem Caſinenſem ſuum dedit aſſenſum: prædictus magiſter Roggerius cum reſponſo Papæ ad Imperatorem redit.

M cc xxxix. Menſe Ianuarij Generalis collecta per Regnum exigitur frater Raim. de Curci, frater Richardus de Babuco electionem fratris Stephani in Abbatem Caſinen. repræſentat domino Papæ Gregorio in vrbe.

Imperiales noui cuduntur Brundiſij.

Menſe Februarij Gregorius Papa electionem fratris Stephani confirmat, eumque per manus Oſtien. Epiſcopi facit in ſacerdotem promoueri in feſto ſancti Barbari, & die altera benedictionis ſibi munus impendi, qui in Caſinen. monaſterio in feſto B. Mathiæ honorifice receptus eſt & cum gloria cathedratus.

Menſe Martij idem Abbas ad Imperatorem in Lombardiam vadit, a quo benigne ſatis receptus eſt, & ibidem fidelitatis ſibi præſtitit ſacramentum qui Abbas antequam diſcederet è monaſterio vicedecanum inſtituit fratrem Richardum de ſeptem fratribus.

Eodem menſe in die ſancto Iouis Gregorius Papa Imperatorem publice excõmunicat, cui excommunicationi, quam iudicabat iniuſtam Imperator non paret, ſed ſuas excuſatorias mittit ad orbis Principes, quomodo Papa perperam contra ſe proceſſit.

Menſe Aprilis monaſterium Caſinen. Imperatore mandante ſeruientibus, & alijs ad cuſtodiam neceſſarijs committitur quibuſdam monachis ex eo excluſis.

Similiter & Pons curuus Taſſurum caſtellanum Roccæ Ianulæ.

Menſe Maio in Marſia apud Talliacotium quidam ſanctus Oddo reuelatur qui miraculis multis claruit.

Eodem menſe Thomas de Agno Acer. comes vocatus ad Imperatorem in Lombardiam vadit. Omnes de Regno, qui ſunt in Romana Curia reuocantur.

Denarij noui dati ſunt per terram ſancti Benedicti, pro quibus datum eſt aurum ad ſummam 170. vnc.

Teanen. Caſinen. Venafranus, Aquinen. Epiſcopi de Regno exeunt Imperatore mandante.

Tertio Iunij circa horam nonam diei veneris Sol Eclipſim paſſus eſt.

Eo-

Eodem menſe a monaſterio Caſinen. ſicut a cæteris alijs de regno Cathedralibus Eccleſijs, nec non & a ſubditis eiuſdem monaſterij cellis, adiutorium pro Imperatore exigitur. Similiter & a clericis Abbatiæ pro beneficijs ſuis. Obedientiales monachi vocati à Taffuro Caſtellano Roccæ Ianulæ, ſicut & ipſi Clerici dare conuenerunt medietatem omnium obedientiarum ſuarum, & exinde reddere Roggerio Landenulpho, & Iacobo Cazolo ad hoc conſtitutis per iuſtitiarium terræ Laboris pro victu ſeruientium, qui deputati ſunt ad cuſtodiam monaſterij, & Pontiſcurui.

Eodem tempore ſubſcripta capitula edita ſunt in Regno, quæ pro parte Imperiali obſeruari iubentur. In primis vt fratres Prædicatores, & Minores, qui ſunt oriundi de terris infidelium Lombardiæ, capellantur de Regno, & ab alijs habeatur cautela quod non offendant Imperatorem. Idem fiat de alijs perſonis Religioſis. Item vt Barones, & milites qui fauerunt aliquando Papæ contra Cæſarem, & præcipue qui ſunt in confinio Regni, inducantur potentes quod vadant ad ſeruitium Curiæ in Lombardiam cum equis, & armis, impotenter ſimiliter a curia Imperiali ſtipendia recepturi: item a Cathedralibus Eccleſijs per ſe exigatur, & imponatur pro Imperiali curia adiutorium ſecundum modum, & potentiam diuitiarum ſuarum. Nihilominus & a canonicis earum diœceſum ſibi ſubditis presbyteris, & clericis ſecundum facultates eorum, idem exigatur ab Abbatibus, monachis nigris, & albis; item quod hi qui ſunt in Romana curia præter excluſos, & ſuſpectos reuertantur in Regnum: ſin autem, bona eorum infiscentur, nec permittant poſt citationem reuerti. Excipiuntur qui ſunt cum Cardinali Thoma, & cum Ioanne de Capua Notario Papæ; item illorum clericorũ qui de Regno non ſunt, bona, & beneficia quæ habeant in Regno, infiſcanda ſunt; item quod nulli permittatur ad Romanam curiam accedere ſine ſpeciali mandato magiſtri iuſtitiarij, & qui acceſſerint, nõ permittantur redire ſine mandato curiæ; item quod ſtatuãtur exploratores ne quis maſculus vel fœmina intrando Regnum portet papales literas contra Cæſarem; item vt qui inuentus fuerit contra Cæſarem illas portantem, vltimo ſupplicio puniatur ſuſpenſus, & ſi portauerit litteras de credentia, cogatur confiteri modum, & tenorem credentiæ. Et ſi confeſſio lædit Principem eodem iudicio puniatur ſiue clericus ſiue laicus fuerit.

Eodem menſe Iunio Sanctagaten. & Caluen. Epiſcopi Romani vadunt, miſſi ab Imperatore ad Cardinales, ſed a Papa repulſi in Regnum ſine effectu redeunt.

Ciuitas Taruiſij per Altерium de Romano & Erolinum de Camino rebellat Imperatori.

Eodem menſe iterum alij, qui remanſerant monachi de Caſinen. monaſterio excluduntur, quatenus ſimul cum primis excluſis morari apud Vallem lucis prouiſum eſt, paucis admodum in monaſterio remanentibus.

Menſe Iulij Rauenna rebellatur Imperatori quam Veneti recipiunt, & tuentur.

Eo menſe homines terræ monaſterij mandandante Imperatore abſenti Caſinen. Abbati, & Ser. in ſuo ſeruicio commoranti per ſuam viam aſſecurant, & membra.

Gregorius Papa de vrbe venit Anagniam.

Imperator de gratia conceſſit dicto Caſinen. Abbati vt tam monaſt. Caſinen. quam omnes monachi, & cellæ eius a generali, quod ab alijs exigitur Eccleſijs regni adiutorio eſſent immunes.

Eodem menſe tertia fit excluſio monachorum de monaſterio Caſinen. quorum quidam apud Vallem lucis, quidam apud S. Petrum monaſterij & quidam moram facere in parentum domibus elegerunt, & in ipſo monaſterio nõ niſi octo tantum monachi ad celebrandum in eo diuina officia remanſerunt, quorum nomina ſunt hæc, frater Raimundus de ſeptem fratribus vicedecanus, fr. Seniorectus, fr. Robertus de Ota, fr. Ioannes Carolus, frater Guillelmus de Pignataro, frater Ioannes de Marotta, & frater Matthæus de Miniano.

Romę Apud Lateranum obijt R . . . . Epiſcopus Venaſtanus.

Eodem menſe Iulij Imperator cum ſuo exercitu cepit in Epiſcopatu Bononien. caſtrum quodam foſſatis, & aquis munitum, quod Plumacium vocabatur, quod totum igne crematum eſt, atque principales eorum, qui intus ſteterunt, ignis cremauit, & fere quingentos, qui euaſerunt ignis incendium, Imperator duxit captiuos.

Romæ cecidit turris Cartellariorum.

Menſe Aug. Rex Nauarræ cum copioſo crucesignatorum exercitu de Marſilia in Terram Sanctam nauigio tranſfretat.

In vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Imperator in Epiſcopatu Bononien. cepit caſtrum Crepacor. quod igne crematum eſt, & nonnulli eorum qui intus ſteterunt, euaſerunt, & pro maiori parte ſunt ducti captiui.

Apud Anagniam Thomas Capuanus ſanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis 10. *Kal.* Septembris obijt vnde verſus.

In feſto, Magni feſtum, Thomas, perit Agni
Donatur Magno caro marcida, ſpiritus Agno.

Eodem menſe Aug. Henricus de Morra magiſter iuſtitiarius vocatus ab Imperatore ad ipſum in Lombardiam per mare vadit, Imperator reuocatus a Ciuitatibus, & magiſtratibus Lombardiæ partem ſuam fauentibus diuertit ab Epiſcopatu, & depopulatione Bononiæ, & ad depopulandum in exterioribus Mediolanum accedit, cui Mediolanẽſes ex ciuitate per octo fere milliaria obuios ſe opponunt. Imperator tamen cum inuadere ipſos non poſſet, aut facere in eos inſultum, moram petrahens in Epiſcopatu Mediolanen. per duos fere menſes Septemb. & oct. & depopulatione facta non modica in extrinſecis, diſceſſit ab inde, & ad deuaſtationem Pontis Placentiæ cum exercitu ſuo accedit.

Menſe Septemb. iuſtitiarij omnes, & Caſtellani de Regno mutantur, & amoto Taffuro de Capua de Rocca Ianulæ Caſtellano, qui etiam curam agebat Montis Caſini, & Pontiſcurui. Subſtitu-

cus illi quidam Guilielmus de Spinoſa in Roccæ Ianulæ Caſtellanus, & in Caſino quidam Iordanus de Calabria ordinatur. Et amoto a iuſtitiariatu terræ Laboris Guilelmo de ſancto Fraimundo Riccardus de monte nigro ſubſtitutus eſt illi. Barones, & milites infeudati de Regno per iuſtitiarios ſingulos, vt ſe in equis, & armis præparent, ſummonentur.

Bononienſes poſt diſceſſum Imperatoris ab Epiſcopatu Bononienſi euntes temere ſuper Murinam, quod Imperatori fauebat, a comite Simone Theat. & Parmenſibus deuicti ſunt in campo, & nonnulli eorum capti ſunt, ac nonnulli gladijs interempti, & nonnulli amne ſubmerſi.

Henricus Rex Galluræ naturalis filius Imperatoris in Marchiam Anconitanam venit, contra quem mittitur a Gregorio Papa Ioannes de Columna Cardinalis, menſe Octob. . . . Præneſtinus Epiſcopus Legatus a Papa ad Principes mittitur Occidentis, qui in ſpecie Peregrini cum vno tantum ſocio per terram vſque Ianuam vadit, & in nauigio tranſfretauit.

Menſe eodem Andreas de Cicala a Porta Roſeti vſque ad fines Regni per Imperatorem Capitaneus conſtituitur. Ingenia quæ Biddæ, dominæ & Maoganelli fiunt Imperatore mandante ad defenſam Roccæ Ianulæ, & Caſini, propter quod, & homines terræ monaſterij ad incidenda ligonamina ipſis machinis opportuna, & boues ad ea deferenda non modice ſunt grauati.

Roffridus Theanen. Epiſcopus apud Cornetum obijt.

Menſe Nouembri Gregorius Papa de Anagnia redit ad vrbē, vbi a Romanis omnibus honorifice receptus eſt, qui in octauis B. Martini ſententiam latam in Imperatorem confirmat, & excommunicat Henricum naturalem filium eius, & omnes ſequaces eorum pro eo quod Marchiam quam iuris eſſe dicebat Eccleſiæ, hoſtiliter eſt ingreſſus.

Menſe Decemb. Imperator apud Piſas Natale Domini celebrat, quidam frater Helias, qui in Eccleſia S. Franciſci apud Aſſiſium magiſter Ordinis Fratrum Minorum extiterat, pro eo quod apud Gregorium Papam delatus a fratribus quod male adminiſtraſſet, eum Papa ab adminiſtratione remouit. In odium Papæ Imperatori adhæſit: vigiles de nocte per Richardum de monte nigro iuſtitiarium in principatu Capuæ ſtatuti ſunt.

M.ccxl. Menſe Ianuario per prædictum Capitaneum generalis collecta exigitur Imperatore mandante, & tunc viſitatores caſtrorum per regnum conſtituuntur, per quos de fidelibus deputati ſunt aliqui, qui caſtra Imperialia viſitent ſemel in hebdomada, & tam de factis Caſtellanorum, quam de numero ſeruientium diligenter inquirant ſimiliter, & defectu eorum.

Menſe Feb. per eundem Capitaneum per totum regnum fit inquiſitio generalis contra Impoſitores, & collectores collectæ Imperialis anni præteriti, vt de ſua malitia pro meritis puniantur. Imperator venit Fulginum vbi magnifice a ciuibus receptus eſt. Appellum, & Coction. venerunt ad ſuum mādatum: recipit tunc etiam Viterbium.

Eodem menſe Februarij Ortam, Ciuitatem Caſtellanam, Cornetum, Sutrum, Montem Flaſconem, & Tuſcanellam . . . . Imperatrix cum Richardo Panormitano Archiepiſcopo in Regnum venit.

Stella cometes apparuit.

Menſe Martij Imperator relicto Capitaneo apud Viterbium comite Simone Theatino cum exercitu ſuo, & in Marchia naturali filio ſuo Henrico Rege Galluræ cum his qui de Regno ſecum in Lombardia fuerant, redit in Regnum, tunc Stephano Caſinen. Abbate ad terram monaſterij redeunte.

Menſe Aprilis Imperator apud Fogiam colloquium celebrat generale. ſpecialis collecta a clericis regni pro beneficijs Eccleſiaſticis exigitur.

B Eodem menſe filius Regis Caſtiliæ ad Imperatorem apud Fogiam venit.

In S. Germano magiſter Ioannes Archipresbyter terræ eiuſdem, & magiſter Petrus frater eius iuſſu Imperatoris per Philippum de Suriento militem Capuanum, & per quemdam iudicem maiorem capti ſunt, & eorum ſunt mobilia infiſcata, immobilia vero omnia annotata. Ciuitas Ferrariæ a ciuitatibus Lombardiæ Imperatori contrarijs, nec non & a Venetis impugnatur, & obſidetur per terram, & aquam, in qua pro Imperatore erat quidam Azolinus. Imperator à ſuis officialibus certam exigit pecuniæ quantitatem.

Menſe Maij Imperator congregato exercitu de Apulia venit Capuam, & ipſo mandante Beneuentum in exterioribus deuaſtatur.

C Menſe iunio Imper. cum exercitu ſuo, quem de Regno collegerat, venit ad ſanctum Germanum, vbi per ſex dies moram pertrahens, e veſtigio per Agnum tranſitum faciens, & ſecum ducens Pandulphum Dominum Agni, apud Inſulam Pontis Salarati potuit caſtra ſua Campaniæ intrare diſponens, quam non intrauit vſus conſilio ſaniori ſed per Soram, & Marchiam direxit in Anconæ Marchiam greſſus ſuos.

Eodem menſe Thomas Moliſij comes apud Spoletum, quod ſe pro Papa tenebat, cum ducentis militibus a Papa dirigitur. Henricus Rex Imperatoris filius tentus in Rocca ſancti Felicis in Apulia in Calabriam cuſtodiendus apud Neocaſtrum iuſſu patris dirigitur, & exinde apud Marcoranum miſſus eſt.

D Menſe Iulio per totum Regnum iuſſu Imperatoris ab his omnibus, quibus per officiales ſuos aliqua fuere commiſſa officia, certa exigitur pecuniæ quantitas. Et tunc quidam de S. Germano per quemdam Octauianum ſimiliter taxati fuerunt in 200. vnc. auri.

Stephanus Caſinen. Abbas mouens de S. Germano ad Imperatorem, qui erat in obſidione Aſculi, in Marchiam vadit.

Eodem menſe iuſſu Capitanei in ſancto Germano certus militum numerus congregatus tunc amoto de Rocca Ianulæ Guillelmo de Spinola caſtellano quidam Ioannes de Trentenar. per Imperatorem eſt ſtatutus in ea Imperator caſtra ſua mouens ab Aſculo proceſſit verſus ciuitatem Firmanam, a quo Stephanus Caſinenſis Abbas cum ipſius licentia diſcedens infirmus ad Eccleſiam ſuam

ſuam S. Liberatoris ſe contulit, vbi donec conualuit moram fecit. Eo menſe captus eſt iuſſu Imperatoris magiſter Raimundus de Caira.

Menſe Auguſti ciuitas Beneuentana obſidetur iuſſu Imperatoris. Ipſe vero ciuitatem Fauentiam arctat, & obſidet.

Menſe Septembris Galeæ Venetiæ diſcurrentes per Regnum in odium Imperatoris, Termulas, Veſtam, & quaſdam alias Apuliæ terras capientes deſtruxerunt, & bonis omnibus Spoliarunt. Apud Brunduſium euntes prædictæ Galeæ nauem quamdam redeuntem ab Ieroſolymis cum non poſſent capere vi, igne cremarunt. Milites qui ſteterant in S. Germano, ad Imperatorem vadunt apud Fauentiam, ex eis quibuſdam in propria recedentibus.

Menſe Octobris Galeæ ipſæ multis onuſtæ ſpolijs in ſua redeunt.

Menſe Nouembris Fratres Prædicatores, & Minores omnes de Regno exeunt Imperatore mandante, duobus tantum relictis, qui ſint de Regno natiui in ſingulis quibuſque illorum domibus ad cuſtodiam earundem.

M. cc xli. Menſe Ianuario per totum Regnum generalis collecta exigitur. Ioannes Columna Cardinalis diſcors factus cum Gregorio Papa in partem cedit Imperatoris, & Lagullam in vrbe, & extra vrbem alia caſtra ſua firmari iubet.

Menſe Februarii Imperatore mandante per totam Regni maritimam iuxta curſum Galeæ armantur.

Menſe Martio milites, & pedites ad defenſam & cuſtodiam maritimæ vbique per Regnum ire iubentur.

Eodem menſe Galeæ prædictæ verſus Piſas vadunt.

Menſe Aprilis ciuitas Beneuentana, quæ Romanæ Eccleſiæ ſuberat, arctata, & neceſſitate compulſa Imperatori ſe reddit, cuius mœnia Imperatoris iuſſu funditus euertuntur, & turres ciuitatis eiuſdem vſque ad ſolarium. Arma hominum ciuitatis ipſius ad opus recipiuntur Imperatoris.

Eodem menſe Fauentia per annum obſeſſa, & arctata ab Imperatore venit ad mandatum ipſius ſaluis perſonis, & rebus hominum ciuitatis eiuſdem, in qua poſtea Imperator ipſe fieri munitionem mandat.

Menſe Maij in feſto inuentionis S. Crucis Galeæ Imperiales cum Galeis Ianuenſium conflictum habentes nonnullos Prælatos occidentales qui erant in eis, habita victoria de Ianuenſibus, ceperunt, & duxerunt apud Piſam captiuos cũ duobus legatis, Præneſtino ſcilicet Epiſcopo, & Oddone S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. de quorum mandato veniebant ad Papam. Inter quos fuerunt Ciſtercienſis, & Clareuallenſis Abbates, nec non Rotomagen. Archiepiſcopus, & alij, quos ignoro. De Galeis quoque Ianuenſium captæ ſunt vltra 20. & nonnulli Ianuenſes in eis, & quam plures ſunt ob metus cauſam in mari ſubmerſi, qui omnes poſtea Imperatore mandante tam Prælati quam alij cum legatis ipſis in Regnum apud Neapolim per mare in captionem ducti ſunt, & in cuſtodiam per Regni Caſtella trãſmiſſi.

A Milites, & pedites nonnulli apud Agnum, & apud S. Germanum conueniunt ad Regni cuſtodiam.

Menſe Iunio Prælati de Regno vocati ab Andrea de Cicala Capitaneo, & magiſtro iuſtitiario apud Melfiam apud eum vadunt, a quibus Theſauri Eccleſiarum ſuarum tam in auro, & argento quam veſtibus ſericis, & lapidibus precioſis in commodato pro Principe exiguntur.

Imperator diſcedens a Fauentia venit Fanum quam circumpoſita obſidione cum flectere ad ſua vota non poſſet, in exterioribus vaſtat, & diſcedens inuadit Spoletum, quod recipit ad mandatum ſuum. Aſiſij ciuitatem ſibi renitentem ſimiliter vaſtat exterius.

B Eodem menſe fama de Tartaris ad Imperatorem peruenit, quod iam deuicto Rege Vngariæ eſſent in foribus Alemanniæ, & ipſe Rex Vngariæ ſignificauit eidem Imperatori per Guacien. Epiſcopum Legatum ſuum, & per litteras ſuas, per quas ſe ipſum, & Regnum ſuum Vngariæ ſuæ promitrit ſubijcere ditioni, dummodo per ipſum Imperatorem ab ipſis Tartaris protectionis ſuæ munimine defendatur, & ob hanc cauſam Imperator metuens Chriſtianitatis excidium, vt componat cum Papa Gregorio, verſus vrbem dirigit feſtinanter greſſus ſuos, & tunc propter hoc generales mittit litteras ad vniuerſos Principes Occidentis, quarum tenor talis eſt. Illuſtri Regi Francorum tamquam fratri ſuo Fridericus, &c. Perfectæ ſolli- C citudinis zelus, quo ſicut Pater Imperij ſtatum eiuſdem diligere cogimur, &c. & tueri propenſius nos inducit non tam manifeſta pericula quam ſuſpecta vereri, &c. per quas litteras Principes ipſos animat, & hortatur ad fidei Chriſtianæ defenſionem, & Eccleſiæ ſanctæ ſuccurſum.

Eodem menſe Imperator veniens apud Interamnen. Ciuitatem ipſam recipit ad mandatum ſuum.

Menſe Iulio Imperator venit Narniam, quam ſibi renitentem inuenit, propter quod facta in exterioribus vaſtitate inde diſceſſit, & verſus Reate concito vadit, quam ſibi ſimiliter reſiſtentem inuenit, & tunc Imperator vocatus a Ioanne de Columna Cardinale feſtinat ad vrbem.

Eodem menſe Andreas de Cicala Capitaneus D iuſſu Imperatoris captiuos legatos, & alios transferri de Neapoli Salernum facit per Richardum de Monte nigro iuſtitiarium terræ Laboris, & ipſe Capitaneus vocatus ad Imperatorem vadit, a quo rediens per totum regnum certum exigit numerum militum, & ſeruientium, & omnes theſauros Eccleſiarum ſuæ iuriſdictionis apud ſanctum Germanum congregari iubet.

Ioannes de Columna Cardinalis diſcors a Papa diſcedit, ſeque confert in Præneſtum, Monticellum, & Pontem Lucanum cõtra Romanos recipit in odium Papæ, ad quem Imperator milites, & ſeruientes de Regno mittit.

Matthæus Ruſſus per Gregorium Papam ſenator efficitur, qui apud Lagullam, quam Ioannes de Columna firmauerat, & tenebat per ſuos obſidionem ponit.

Menſe Auguſto Imperator recipit ciuitatem Tiburti-

buttinam, & exinde verſus vrbem vadit, & tunc Caſtrum quoddam, quod dicitur Mons Albanus, quod erat ſancti Pauli de vrbe vi cepit, & igne conſumpſit: caſtra etiam quædam Farſen. monaſterij occupat, & deuaſtat. Burgum nouem deſertum Imolis igne crematur, & apud Cryptam ferratam ponit caſtra ſua, & in exterioribus vrbem deuaſtat. Et tunc de Gregorio Papa, quod obierit Romæ 21. Auguſti, pro certo accepit, de cuius licentia Cardinales omnes, qui extra vrbem fuerant, pro electione Papæ facienda ad vrbem redeunt.

Eodem menſe iuſſu Imperatoris vaſtatores de Regno apud inſulam Pontis Salarati, & apud ſanctum Ioannem de Incarico, vt intrarent Campaniam congregãtur Cardinales, qui in vrbe ad Papæ electionem conuenerant per ſenatorem, & Romanos apud Septiſolium includuntur, vt ad creandum Papam inuiti procedant.

Matthæus Ruſſus vrbis Senator Languſtani Romanorum obtinuit theſauri omnes Eccleſiarum Regni Capitaneo iuſſu Andreæ de Cicala a porta Roſeti, vſque ad fines Regni capiuntur, ij apud ſanctum Germanum in Eccleſia ſanctæ Mariæ terræ eiuſdem congregantur, & reponuntur, quorum cuſtodiæ deputati ſunt 12. de ditioribus, & melioribus hominibus ipſius terræ, & tunc tabula aurea quæ ante altare B. Benedicti ad ornatum diu ſteterat, & altera tabula argentea Altaris Beatæ Mariæ, & Icona cum ſmaltis quæ ſuper altare fuerat ſancti Benedicti, & omnis alius theſaurus ipſius monaſterij, in auro, argento, pannis ſericis, & lapidibus pretioſis, nec non & aliarum Eccleſiarum terræ monaſterij ad ſanctum Germanum in prædicta Eccleſia ſanctæ Mariæ portatur, & deponitur, cuius theſauri capti ab Eccleſijs Regni pars pretio redimitur, & pars reliqua apud ſanctam Mariam de Crypta ferrata ad Principem deputatur.

Prænestinus Epiſcopus, & Oddo Cardinalis cum magiſtro Ioanne Toletano ſub ducatu Thiboldi de Dragone, apud Tiburtim ducuntur.

Menſe Septembris vaſtatores apud inſulam congregati mandato Cæſaris in propria redeunt.

Imperator relictis apud Tiburim ſub cuſtodia ſuorum, quos ad tuitionem & defenſam ciuitatis ipſius reliquerat, Epiſcopo, & Cardinale prædictis per Campaniam redit in Regnum, & veniens apud inſulam Salataram ciuitatem nouam in fronte Cepetani conſtrui iubet, ad cuius ciuitatis fundationem ſtatuit dominum Richardum de Monte nigro, terræ Laboris iuſtitiarium, & mandat, vt homines arcis ſancti Ioannis de Incarico, inſulæ Pontis Salarati, & Paſtinæ illuc ire ad habitandum cogantur: ſtatuit inſuper, vt ad opus ciuitatis eiuſdem venire debeat certa quantitas hominum de Abbatia Caſinen., Abbatia ſancti Vincentij de Vulturino, comitatu Fund. Comino, & comitatu Moliſij per hebdomadam, & tunc recto tramite per ſanctum Germanum, & Beneuentum in Apuliam vadit, mandans, vt theſauri Eccleſiarum ad ipſum apud Fogiam deferantur.

Menſe Octob. Gottifridus Mediolanen. in Cæleſtinum Papæ eligitur.

A Eodem menſe theſauri Eccleſiarum apud Fogiam per eos de S. Germano, qui eorum fuerant cuſtodiæ deputati, mandante Cæſare deferuntur excepta tabula altaris ſancti Benedicti, & vt redimi debeant a Prælatis ſingulis, & Eccleſijs, quarum erant pro certa pecuniæ quantitate ab Imperatore mandatum, bis diebus iubetur a Cęſare, vt nullus de Regno equos aut arma vendere vel trahere extra Regnum præſumat.

Inquiſitio fit in S. Germano de medicis, qui mederi auſi ſunt, & in tota Abbatia niſi de licentia Imperialis curiæ, & per eam fuerint approbati.

Ciuitas Aconæ rebellat Imperatori.

Menſe Nouembris Cæleſtinus Papa Romæ
B apud ſanctum Petrum obijt, & de Cardinalibus quidam eo inſepulto de Vrbe fugerunt, & contuleruntſe Anagniam.

Menſe Decembris Imperatrix apud Fogiam obijt, & apud Andriam ſepelitur.

M. c c x l ij. Menſe Ianuario generalis collecta per totum Regnum exigitur, de qua tertia pars remittitur ſicut anno præterito. Inquiſitiones fiunt vbique per Regnum contra infideles inuentos tempore turbationis contra, forbannitos, & forindicatos, contra aleatores, prohibita arma portantes, & ſuper multis alijs articulis.

Menſe Februarij Richardus de monte nigro a iuſtitiariatu terræ Laboris amouetur, & Gilulphus de Mannia ſubſtituitur illi turres ciuitatis Barri
C quæ erant in Ciuitat. Imperator dirui iubet. Biſcottũ fieri iubet per loca maritima, & loca alia pro ſodro 150. galearum, & 20. Nauium quas armari mandant ſuper Piſanos, & Venetos ad Romanam curiam magiſter domus Theutonicorum creatum nouiter Archiepiſcopum Barenſen. & magiſtrum Roggeriũ Porcaſtrellum pro pace legatos mittit.

Patriarcha Aquilegenſis pro facto Tartarorum ad eum venit.

Eodem menſe Henricus primogenitus Imperatoris ſentus apud Martoranum naturali morte defungitur, pro cuius exequijs celebrandis Imperator ad omnes Regni Prælatos ſuas dirigit litteras in hac forma. Fridericus, &c. Abbati Caſin. &c. Monaſteria pij fratris Seueri iudicis exuperante
D iudicium Henrici primogeniti noſtri fatum lugere compellimus lacrymarum ab intimis eliciente natura diluuiarum, quas offenſæ dolor, & iuſtitiæ rigor intrinſecus obfirmabat. Mirabuntur forſitan vias Patres Ianuenſes publicis hoſtibus Cæſarem dolore domeſtico potuiſſe conuinci ſubſtitutus eſt tam cuiuſlibet Principis animum quantumuis rigidus noſtro durante imperio qui dum vices ſuas exercet in quemlibet, leges, & Cęſarem non agnoſcit fatemur, quod qui viui Regis ſuperbia prouecti, nequimus ſcimus eiuſdem filij noſtri caſu conuicti ſumus, tamen eorum, nec primi, nec vltimi qui detrimenta pertulerunt tranſgredientium filiorum, & nihilominus illorum funera deplorarunt, luxit namque Dauid triduo primogenitum Abſalonem, & in Pompeij ſui cineres generi fortunam, & animam ſoceri perſequentis, magnificus ille Iulius primus Cæſar primæ pietatis effectum, & lacrymas non negauit

nec

nec dolor acerrimus ex tranſgreſſione conceptus A
eſt efficax parentibus medicina doloris, quod in obitu filiorum natura pungente non deleatur cōtra naturam a filijs licet irreuerenter. &c. offenſi. Nolentes igitur Nos, & non valentes circa prædicti filij noſtri funus omittere, quæ ſunt Patris fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per totam Abbatiam cunctis clericis, & cæteris fidelibus noſtris iniungas, vt eius exequias omni cum deuotiona ſolemniter celebrantes animam eius cum declaratione miſſarū, & alijs eccleſiaſticis Sacramentis diuinæ miſſæ raccōmandent manifeſtis inditijs ordinatis, quod ſicut in gaudiorum noſtrorum tripudijs exultant hilariter, ſic & doloribus noſtris condolere fideliter videantur, &c. B

Menſe Martio Iuſtitiarij remoti a ſuis officijs apud Fogiam ab Imperatore vocantur, & tunc Richardus de monte Fuſcolo, qui fuerat iuſtitiarius capitaniatæ, cogitur reddere rationem, & tam contra ipſum quam contra alios fit inquiſitio Imperatore mandante.

Eodem menſe Thumas de Monte nigro apud Tiburim capitaneus ab Imperatore dirigitur.

Menſe Aprilis Præneſtinus Epiſcopus, & Oddo Cardinalis de Regno apud Tiburim ſub Ducatu Thiboldi de Dragun. mittuntur &c.

Brixien. Epiſcopus, & Bergamen. electus vocati ab Imperatore de Lombardia in Regnum veniunt, apud ſanctum Germanum moram facere elegerunt, expectantes ibidem Imperatoris ad- C
uentum.

Menſe Maij Andreas de Cicala Regni Capitaneus iuſſu Cæſaris congregato exercitu tam militum quam ſeruētium de Regno ſuper Reate vadit quam exterius totam deuaſtat. Dux Spoleti pro parte Imperatoris ſuper Narniam vadit, & quam poteſt facit in exterioribus vaſtitatem. Denarij noui dantur in ſancto Germano.

Romani ſuper Tiburim vadunt, & illam in oliuis, vitibus, & alijs comedibilibus deuaſtant.

Eodem menſe exercitus Imperialis de Marchia vadit ſuper Aſculum, & ipſam ciuitatem obſidet exterius, & deuaſtat.

Mediolanenſes, & Brixienſes cum eorum complicibus, qui ſunt eis aduerſarij, & qui partem fauent Imperatoris hoſtiliter impugnant ca- D
ſtrum quoddam quod Iſeus frater de Epiſcopatu Brixien. vl obtinet, & recipiunt ad mandatum ſuum.

Reginus, & Taurinus de Lombardia Epiſcopi ad Imperatorem in Apuliam vadunt. Homines Denarij vbicumque inuenti per Abbatem Caſinenſem reuocantur, & compelluntur de mandato Principis ire ad habitandum ad ciuitatem nouam.

Menſe Iunio Aſculum ſe reddit, & venit ad mandatum Imperatoris.

Thomas comes Acerrarum Capitaneus, in Syriam transfretat.

Bernardus comes Manupelli iuſſu Principis in Sardiniam vadit.

Patriarcham Aquilegen. qui pro facto Tartarorum ad Imperatorem venerat licentiatus ab eo in ſua recedit. Imperator ipſe de Apulia tunc venit Capuam, & inde per ſanctum Germanum, & per Agnum tranſiens vadit ad ciuitatem nouam, vbi per dies aliquot moram faciens, verſus Soram vadit, & inde procedit in Marchiam vbi apud Auezanum per totum ipſum menſem iunij moratus eſt. Et menſe iulij congregato exercitu copioſo ſuper vrbem vadit, & hoſtilem faciens in exterioribus vaſtationem menſe Auguſto in Regnum reuerſus eſt.

Eo menſe Oddo Card. liberatur, & Epiſcopus Præneſtinus cum magiſtro Ioanne Toletano reducti à Tibure in Roccam Iani, quæ eſt ſuper ſanctum Germanum, ſeruandi traduntur Philippo de ſancto Magno tunc caſtellano, duobus poſtmodum Baronibus ad eorum cuſtodiam deputatis.

Eo menſe Imperator ante receſſum ab obſidione vrbis ſtatuam hominis æream, & vaccam æream ſimiliter, quod diu ſteterant apud ſanctam Mariam de Crypta ferrata, & aquam, quæ ſua foramina artificioſe fundebat, in Regnum, apud Luceriam Apuliæ ciuitatem, vbi Saraceni degebant, portari iubet.

Menſe Septembris Comes Toloſanus apud Melfiam in Apulia ad Imperatorem venit, qui per totam hyemem fuit in Regno. Hoc anno Henricus de Morro magiſter quondam iuſtitiarius in Apulia naturali morte defecit.

M. c c x l i i i. Menſe ianuarij generalis collecta per totum Regnum exigitur.

Menſe Febr. milites omnes qui ſeruire tenentur, iubentur ex parte Cæſaris in equis, & armis bene parari, vt ille debeant in Kal. Apr. primo futur. ad ſeruitium ſuum.

Menſe Aprilis Imperator de Apulia congregato exercitu venit in terram Laboris, ad quem ſubmoniti milites in equis, & armis omnes conuenerunt, nec non & certus numerus de qualibet terra de Regno, qui mēſe maij de Capua mouens & per ſanctum Germanum tranſitum habens, & per Agnum apud Flagellum ſe contulit, vbi faciens aliquandiu moram, inde per Campaniam ſuper flumen Cæperani tranſitum habens ſuper vrbem vadit, vbi turres nonnullas funditus fecit euerti, faciens in alijs etiam quam potuit vaſtitatem, & tunc ad preces Cardinalium ab vrbe diſcedens, eſt reuerſus in Regnum.

Eo menſe Præneſtinus Epiſcopus Imperatore mandante liberatus eſt, apud Anagniam ad Cardinales cum honore remiſſus.

Menſe iunio Sinibaldus titulo ſancti Laurentij in Lucina Cardinalis apud Anagniam in Papam Innocentium creatus eſt, voluntate, & conſenſu omnium Cardinalium, quo audito Imperator qui tunc erat Melfiæ, vbique per Regnum laudes iuſſit domino debitas decantari.

Menſe iulij Imperator ad Papam mittit apud Anagniam Bernardum Panormitanū Archiepiſcopum, magiſtrum Petrum de Vinea, & magiſtrum Thadeum de Sueſſa pro bono pacis, a quo benigne ſatis recepti ſunt, & benignum ad Principem retulerunt reſponſum.]

Eodem menſe diſcurſus Siderum de nocte viſus

viſus eſt in feſto ſancti Iacobi, ita vt vnum contra alterum quaſi hoſtem inſurgerent, inter ſe hoſtiliter dimicarent. Tunc ciuitas Viterbij pertractante magiſtro Raimundo Cardinali venit ad mandatum Eccleſiæ.

Menſe Auguſto comite Simone Theatino pro Imperatore ſe tenente in ea, quo audito Imperator mox ſine moræ periculo, ſe perſonaliter contulit

Menſe Septembris ad ſuccurſum prædicti comitis, & ad recuperationem ciuitatis ipſius, qui congregato exercitu copioſo obſedit eam, & ſtatutis machinis, tam minis, quam viribus direſatis impugnauit eamdem, qui cum in nullo proficeret, recepto, & libero dimiſſo comite prædicto, & ſuis, qui cum eo erant, ab obſidione receſſit, & inde Groſſetum ſe contulit, vbi quaſdam edidit Sanctiones contra iudices, aduocatos, & notarios, quas per totum Regnum publi- A cari præcepit, & tenaciter obſeruari, quarum initium tale eſt, Nihil veterum authoritati detrahitur, &c.

Menſe Septembri &c. Comes Toloſanus de Apulia venit ad S. Germanum, ibique moram protrahens ire verſus Agnum, & poſtea apud S. Vitum ac Melfia ſe contulit, ibique per dies aliquot venationem exercuit.

Menſe Octob. circa feſtum omnium ſanctorum Innocentius Papa vrbem intrat, cum honore ſenatus, populique Romani magno receptus,

B ad quem dictus comes vadit, tractans inter ipſum & Imperatorem bonum pacis.

Hucuſque Richardus notarius de ſancto Germano huius Chronici Auctor ſuas concinnauit narrationes, quæ ſuo tempore contigerunt, quibus nimio in Federicum Secundum Imperatorem Principem ſuum amore ſeductus, aliquando à veritate deflexit.

FINIS.

Ad-

Admonitio ad Lectorem.

LECTOR aduerte in Elogijs Virorum Illuſtrium, quos hoc libro complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab ijs geſta, quæ cum vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, Arcanorum manifeſtationes, reuelationes, illuſtrationes & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſsione diuinitus; demum nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam, quæ a ſola ſuorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integre, atque inuiolate, iuxta declarationem eiuſdem decreti a S. memor. Vrbano Papa Octauo anno 1631. factam ſeruari a me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem ſanctitatis, aut martyrij inducere, ſeu augere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu a me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam ſancte profiteor, quam decet eum, qui ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi.

Ego Ferdinandus Vghellus Abbas, &c.

FLORENTINORVM EPISCOPORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM.

Index Chronicus.

Ann. Chriſt.			
56	1	S. Frontinus, ſeu Frentinus, pag.	14
90	2	S. Romulus.	14
313	3	Felix.	14
361	4	S. Theodorus.	14
376	5	S. Zenobius.	14
407	6	S. Andreas.	26
550	7	S. Mauritius.	26
556	8	N. . . .	27
679	9	Reparatus.	27
724	10	Specioſus.	27
826	11	Aliprandus.	33
853	12	Ardinghus.	33
876	13	Andreas.	35
898	14	Graſulphus.	36
930	15	Raymbaldus.	37
967	16	Sichelmus.	38
989	17	S. Podius.	45
1002	18	Vvido.	57
	19	N. . . .	60
1008	20	Ildeprandus.	60
1025	21	Lambertus.	66
1036	22	Acto 1.	71
1058	23	Gerardus.	83
1062	24	Petrus 1. Ticinenſis.	93
1063	25	Petrus 2.	97
1071	26	Raynerius.	101
1113	27	Gotifredus ex Comitibus Alberti. pag.	116
1143	28	Acto 2.	122
1155	29	Ambroſius.	124
1158	30	Iulius.	127
1161	31	Zenobius 2.	129
1182	32	Bernardus.	132
1189	33	Petrus 3.	234
1205	34	Ioannes 1. Velliternen.	137
1230	35	M. Ardinghus 2.	142
1250	36	Philippus Fontana.	156
1251	37	Ioan. 2. de Mangiadoris.	157
1286	38	Fr. Iacobus Caſtelbonus.	167
1287	39	Andreas Mozzius.	168
1295	40	Franciſcus Monaldeſcus.	171
1302	41	Lotharius della Toſa.	172
1309	42	Antonius Vrſus.	175
1323	43	Franciſcus 1. de Silueſtris.	189
1342	44	Angelus 1. Acciaiolius.	194
1345	45	Franciſcus 2. de Actis.	196
1356	46	Philippus 2. de Antella.	198
1361	47	Petrus 4. Corſinus.	198
1370	48	Angelus 2. de Ricaſolis.	105
1383	49	Angelus 3. Acciaiolius.	207
1387	50	Fr. Bartholomæus Vlarius.	209

Ann. Chriſt.			
1390	51	Fr. Honuphrius Steccutus.	209
1400	52	Alemannus Adimarius.	212
1401	53	Iacobus Paladinus.	214
1410	54	Franciſcus 3. Zabarella	215
1421	1	Americus Corſinus primus Archiep. Florentinus.	216
1435	2	Ioannes 2. Vitelleſcus.	219
1438	3	Ludouicus Scarampus.	221
1439	4	Bartholomæus 2. Zabarella.	222
1446	5	S. Antoninus.	223
1459	6	Orlandus Bonarlus.	2312
1462	7	Ioannes 3 Neronius.	233
1473	8	Fr. Petrus 5. Corſinus	234
1474	9	Raynaldus Vrſinus.	135
1508	10	Coſmus Pazzius.	237
1513	11	Iulius Medices.	232
1524	12	Nicolaus Rodulphus.	243
1532	13	Andreas 3. Bondelmontes.	244
1548	14	Antonius Altonita.	245
1574	15	Alexander Medices.	247
1605	16	Alexander 2. Martius Medices.	248
1630	17	Coſmus 2. Bardius.	249
1632	18	Petrus 6. Nicolinius.	249

BVRGENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An. Chriſt.			
1520	1	Galeottus de Gratianis	256
1522	2	Leonardus Tornabonus.	257
1539	3	Philippus Archinteus.	255
1546	4	Alphonſus Tornabonus.	257
1557	5	Philippus 2. Tornabonus.	257
3560	6	Nicolaus Tornabonus.	258
1598	7	Alexander Burghius.	258
1605	8	Hieronymus Incontrius.	259
1615	9	Ioannes de Gualterijs.	259
1619	10	Philippus 3. de Saluiatis.	259
1534	11	Fr. Zenobius Medices.	260
1638	12	Fr. Dionyſius Buſſottus.	260

COL-

COLLENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
1592	1	Vſimbardus de Vſimbardis.	267
1613	2	Coſmus da Gerardeſcha.	268
1634	3	Thomas Saluiatus.	269
1638	4	Robertus Strozzius.	269
1645	5	Ioan.Baptiſta Bonaccurſius.	269

FESVLANORVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.				
90	1	Romulus.	272	
555	2	Ruſticus.	272	
570	3	S.Letus.	272	
582	4	S.Alexander.	272	
590	5	S.Romanus.	273	
816	6	S.Donatus.	273	
826	7	Graſulphus.	274	
890	8	Zenobius.	274	
904	9	Ernandus.	275	C
966	10	Zenobius 2.	275	
984	11	Petrus.	278	
1000	12	Raymundus.	281	
1017	13	Regembaldus.	281	
1027	14	Iacobus Bauarus.	286	
1039	15	Atinulphus.	303	
1059	16	Tranſmundus.	303	
1079	17	Guillelmus.	304	
1099	18	Gebizus.	304	
1101	19	Ioannes 2.	305	
1114	20	Ioannes 2.	310	
1143	21	Ionathas.	312	
1153	22	Rodulphus	315	
1279	23	Lanfranchus.	319	
1193	24	Raynerius.	320	
1220	25	Ildeprandus.	321	D
1257	26	Maynettus	326	
1282	27	Fr.Philippus.	327	
1297	28	Fr.Angelus.	327	
1301	29	Fr. Bartholomæus.	327	
1301	30	M.Antonius Vrſus.	327	
1309	31	Fr.Conradus a Pinna.	327	
1312	32	M.Tediees de Aliottis	328	
1337	33	Fulginus Carbonus.	328	
1349	34	S.Andreas Corſinu.	329	
1373	35	Nerius Corſinus.	330	
1377	36	Nicolaus.	331	
1383	37	Fr.Antonius 2.Cipollonus.	331	
1390	38	Fr.Antonius 3.Altouita.	331	
1408	39	Fr.Lucas Manzohus.	333	
1411	40	Antonius 4.Caietanus	333	
1411	41	Bindus Ferruecius.	334	
1421	42	Benozzus Federighius.	334	

	An.Chriſt.			
A				
	1450	43	Leonardus Salutatus.	335
	1466	44	Antonius 5.Allius.	335
	1470	45	Fr.Guillelmus 2. Becchius.	336
	1480	46	Ioannes 3.Arcimboldus.	336
	1481	47	Robertus Folchus.	337
	1504	48	Guillelmus 3.Folchus.	337
	1530	49	Braccius Martellus.	338
	1551	50	Petrus Damaianus.	339
	1566	51	Fr.Angelus de Catanis.	339
	1570	52	Franciſcus de Catanis	340
	1596	53	Alexander Martius Medices.	341
	1605	54	Bartholomæus 2.Lanfredinus.	342
	1614	55	Baccius 2.Gherardinius.	342
	1610	56	Thomas Simenes.	343
B	1645	57	Robertus Strozzius.	343

MINIATENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
1624	1	Franciſcus Norius.	350
1632	2	Alexander Strozzius.	351

PISTORIENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

	An.Chriſt.			
C				
	600	1	Reſtaldus.	354
	700	2	Ioannes 1	354
	801	3	Vviltreradus.	354
	826	4	Lambardus.	354
	844	5	Quaſprandus	354
	870	6	Oſchiſius.	354
	916	7	Vvido.	354
	940	8	Ioannes	354
D	963	9	Florentius	354
	985	10	Antonius.	354
	904	11	Arterius.	354
	1012	22	Reſtaldus 2.	354
	1020	13	Ioannes 2.	354
	1050	14	Martinus.	354
	1052	15	Vvido.	354
	1068	16	Leo.	354
	1096	17	Petrus.	357
	1105	18	Ildeprandus Guidius.	357
	1133	19	B. Atto.	359
	1153	20	Treccia.	363
	1181	21	Raynaldus.	366
	1187	22	Bonus.	366
	1200	23	Soffredus.	366
	1220	24	Thomas.	370
	1223	25	Gratiadeus.	370
	1252	26	Guidalaſtes Vergelleſius.	371

An.Chriſt.			
1285	27	Thomas 2.	371
1303	28	Bartholomæus de Sigisbundis.	372
1307	29	Hermannus de Anaſtaſijs.	372
1322	30	Barenzus de Richardis.	373
1349	31	Andreas de Centorijs.	373
1356	32	Fr.Remigius.	374
1367	33	Ioannes Viuentius.	374
1377	34	Fr. Andreas 2. de Boccagnis.	374
1400	35	Matthæus de Diamantibus.	375
1426	36	Fr.Vbertus de Albizis.	375
1436	37	Donatus Medices.	375
1440	35	Nicolaus Pandulphinus.	376
1510	39	Laurentius Puccius.	377
1518	40	Antonius Puccius.	378
1541	41	Robertus Puccius.	380
1546	42	Franciſcus Caligarius.	581
1560	43	Io.Bapt. Ricaiolius.	382
1573	44	Alexander Medices.	383
1574	45	Ludouicus Antinorius.	383
1599	46	Lactantius de Lactantijs	384
1600	67	Alexander 2. Caccia.	385

PISANORVM Archiepiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
45	1	S.Perinus.	401
313	2	Gaudentius.	401
643	3	Alexander.	401
643	4	Opportunus.	401
680	5	Maurianus,	401
	6	Maximus.	401
742	7	Andreas.	401
743	8	Ioannes.	401
820	9	Ioannes 2.	401
821	10	Plato.	401
826	11	Ioannes 3.	402
837	12	Burgius.	402
841	13	Zenobius.	402
844	14	Ioannes 4.	402
860	15	Plato 2.	402
890	16	Ioannes 5.	402
909	17	Ardinghus.	402
911	18	Theodoricus.	402
917	19	Turrichius.	402
918	20	Volighidius	402
920	21	Vlſerius.	402
920	22	Aunrus.	402
924	23	Aſſius.	402
925	24	Ioannes 6.	402
946	25	Henricus.	402
930	26	Zenobius.	402
940	27	Grimoaldus	402
968	28	Albericus.	405
886	29	Raymbertus.	405
1005	30	Petrus	405
1006	31	Vvido	405
1013	32	Lambertus.	405
1015	33	Vvido 2. de Trauella.	406
1019	34	Vgo.	406
1013	35	Aſtius.	407
1044	56	Opizzus.	407
1063	37	Vvido 3.	411
1077	38	Landulphus.	412
1081	39	Gerardus.	417
1088	40	Daibertus primus Archiepiſcopus Piſanus.	422
1103	41	Petrus 2.	427
1120	42	Acto 2.	439
1123	43	Rogerus.	439
1132	44	Vbertus de Lanfranchis.	447
1138	45	Balduinus.	452
1145	46	Villanus Villanius, ſeu de Caietanis.	459
1174	47	Vbaldus Lanfranchus.	476
1209	4	Lotharius Rosarius.	495
1216	49	Aleprandinus.	498
1218	50	M. Vitalis de Caietanis, ſiue de Marrij.	490
1254	51	Fridericus Vicecomes	513
1278	52	Rogerus Duraldus, ſeu Vbaldinus.	526
1295	53	Theodoricus Raynerius.	527
1299	54	Ioannes 7. de Caietanis, ſeu de Prouincialibus.	528
1312	55	Fr.Oddo de Sala.	529
1323	56	Fr.Simeon de Saltereliis.	534
1342	57	Dinus de Radicoſano	544
1349	58	Ioannes 8. Scherlatus.	545
1363	59	Franciſcus de Puccis.	546
1363	60	Franciſcus 2. Moricotius.	547
1378	61	Barnabas de Maleſpinis.	548
1381	62	Lottus Gambacurtus.	548
1394	63	Ioannes 9. Gabrielius.	549
1400	64	Ludouicus Bonitus.	550
1406	65	Alemannus Adimarius.	552
1411	66	Petrus 3. Riccius.	574
1419	67	Iulianus Riccius	575
1461	68	Philippus Medices.	576
1474	69	Franciſcus 3. Saluiatus.	577
1479	70	Raphael Riarius.	578
1499	71	Cæſar Riarius.	579
1518	72	Honuphrius Bartolonus.	580
1556	73	Scipio Rebiba.	581
1560	74	Ioannes 10. Medices.	582
1564	75	Angelus Nicolinus.	585
1567	76	Ioannes 11. Riccius.	586
1574	77	Petrus Iacobus Borbonius.	587
1575	78	Ludouicus 2. Antinorius	588
1577	79	Bartholomæus Iunius	588
1577	80	Matthæus Rinuccinus	589
1582	81	Carolus Antonius a Puteo.	589
1607	82	Saluſtius Taruſius.	592
1613	83	Franciſcus Bonuſnnius.	592
1620	84	Iulianus 2. Medices	593
1636	85	Scipio Elcius.	594

ADIA-

ADIACENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
1128	1	Ardizus.	595
1179	2	Ioanoes	595
	3	Andreas.	595
1322	4	Americus.	595
1322	5	Fr. Vitalis Gracchius	595
1342	6	Fr. Manfredus.	595
1345	7	Fr. Bernardus Eſcarpiti.	595
1348	8	Fr. Philippus de Vrſone.	596
1351	9	Fr. Viocentius Laſſaro.	596
1369	10	Simeon.	596
1401	11	Petrus.	596
1411	12	Maurus.	596
1420	13	Fr. Paulus Albertus.	596
1422	14	Andreas.	596
1429	15	Fr. Lucas de Offredo.	596
1438	16	Valerianus de Calderinis.	596
1438	17	Fr. Raphael Spinola.	596
1457	18	Fr. Deodatus Baccooius.	597
1477	19	Nicolaus.	597
1481	20	Paulus Fregoſus.	597
1498	21	Fr. Philippus Pallauicinus.	597
1539	22	Leonardus Tornabonus.	597
1541	23	Alexaoder Guidiccionius.	598
1548	24	Io. Bapt. de Bernardis.	598
1578	25	Chriſtophorus Guidiccionius.	599
1587	26	Iulius Iuſtinianus.	600
1616	27	Fabianus Iuſtinianus.	600
1627	28	Octauius Riuarola.	600

ALERIENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
1252	1	N.	600
1270	2	Fr. Nicolaus Fortiguerra.	601
1264	3	Fr. Bartholomæus	601
1322	4	Fr. Gherardus Orlandinus.	601
1330	5	Fr. Galgaous.	602
1342	6	Fr. Vvillelmus.	602
1345	7	Fr. Arnoldus.	602
1354	8	Raymundus.	602
1362	9	Ioannes.	602
1362	10	Fr. Blaſius.	602
1366	11	Saluinus.	602
1406	12	Bartholomæus.	602
1411	13	Othobonus de Lomellinis.	602
1412	14	Ambroſius	602
1440	15	Fr. Leo.	602
1455	16	Ioan. Aotonius de Buxijs.	603
1475	17	Ardicinus a Porta.	603
1493	18	Hieronymus Pallauicinus.	604
1503	19	Antonius.	604
1503	20	Fr. Iacobus Petrucius.	604
1517	21	Ionocentius Cibo.	605
1520	22	Franciſcus Pallauicinus.	605
1551	23	Petrus Fraociſcus Pallauicious.	605
1571	24	Alexander Saulius.	605
1591	25	Octauius Belmoſtus.	606
1608	26	Dominicus Riuarola.	606
1609	27	Fr. Ioannes Salus.	607
1611	28	Fr. Io. Franciſcus Myrtus.	607
1642	29	Fr. Decius Iuſtinianus	607
1643	30	Octauius Raggius.	607
1644	31	Auguſtinus Donghus.	607

SAGONENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRON.

An.Chriſt.			
1179	1	N.	608
1298	2	Fr. Fatius.	608
1306	3	Boniſatius	608
1306	4	Fr. Gauinus.	608
1323	5	Fr. Guillelmus.	608
1328	6	Fr. Antonius.	608
1331	7	Fr. Iacobus.	608
1343	8	Paganus.	608
1343	9	Fr. Bernardus de Monteſio.	608
1391	10	Gualterus.	608
1391	11	Petrus Guaſconus.	609
1411	12	Michael Bartolus.	609
1412	13	Ioaones Albertinus.	609
1419	14	Iacobus Rodious.	609
1432	15	Fr. Gabriel	609
1438	16	Valerianus de Calderinis.	609
1438	17	Gregorius de Fliſco.	609
1445	18	Fr. Ioannes 2.	609
1478	19	Dominicus Boerius.	609
1479	20	Laurentius Regina.	609
1481	21	Fr. Vvillelmus.	610
1493	22	Laureonus	610
1510	23	Auguſtinus de Fliſco.	610
1528	24	Imperialis Doria	610
1544	25	Eduardus Cicada.	610
1545	26	Ioannes Maria Buſioonius.	611
1551	27	Ioan. Baptiſta Cicada.	611
1551	28	Hieronymus de Federicis.	612
1562	29	Carolus Grimaldus.	612
1667	30	Hieronymus Leoneus	612
1578	31	Cæſar Cooradus.	612
1585	32	Ioſeph Godonus.	612
1606	33	Petrus Lomellious.	613
1625	34	Sebaſtianus Albanus.	614
1632	35	Io. Stephanus Syrus.	614
1635	36	Benedictus Rezzanius	614
1640	37	Fr. Raphael Pizzurous.	614

SENENSIVM Epiſcoporum. & Archiepiſcoporum,

INDEX CHRON.

An.Chriſt.			
306	1	Lucifer.	620
313	2	Florianus.	620
440	3	Dodus.	621
465	4	Euſebius.	621
520	5	Magnus.	621
565	6	Maurus.	621
597	7	Aymus.	621
612	8	Robertus.	621
628	9	Piritheus.	621
642	10	Antiphtedus.	621
658	11	Andreas.	621
670	12	Guakerouus.	621
674	13	Gerardus.	621
679	14	Vitellianus	621
689	15	Lupus.	621
722	16	Cauſitius.	621
731	17	Adeodatus	621
743	18	Groſſus	623
761	19	Iordanus.	623
792	20	Ioannes 1.	623
795	21	Andreas.	623
800	22	Piritheus 2.	623
826	23	Petrus.	625
830	24	Thomas.	625
841	25	Gerardus.	625
844	26	Concius.	625
864	27	Ambtnſius.	725
900	28	Vbertinus.	625
906	29	Ægidius.	625
913	30	Theodoricus.	625
932	31	Gerardus.	625
	32	Vitellianus 2.	625
963	33	Piſanus.	625
	34	Lucidus.	625
1001	35	Adeodatus	625
1031	36	Leo.	625
1050	37	Ioannes 2.	625
1058	38	Antifredus	626
1059	39	Rofredus.	626
1068	40	Rodulphus.	626
1080	41	Gualfredus.	626
1127	42	Raynerius.	627
1170	43	Gunteronus.	629
1189	44	M. Bonus.	629
1216	45	Bonfilius.	629
1253	46	Fr. Thomas Fuſconis de Berta.	632
1273	47	Bandinus.	636
1282	48	Raynaldus Malauolta.	637
1307	49	Fr. Rogerius.	637
1317	50	DonusDei Malauolta	637
1351	51	Azolinus Malauolta.	638
1370	52	Iacobus Malauolta.	641
1372	53	Fr. Vvillelmus.	642
1377	54	Lucas Bertinus.	643
1384	55	Carolus Minutulus.	644

	An.Chriſt.			
A	1385	56	Franciſcus Mormilius	644
	1396	57	Guillelmus	644
	1407	58	Gabriel Condelmerius.	645
	1409	59	Antonius Caſinus.	646
	1427	60	Carolus 2. Bartolus.	649
	1442	61	Chriſtophorus de S. Marcello.	650
	1444	62	Nerius de Monte Carulo.	650
	1450	63	Æneas Syluius Piccolomineus	651
	1458	1	Antonius Piccolomineus primus Archiepiſcopus Senenſis.	653
	1460	2	Franciſcus Piccolomineus.	658
	1503	3	Ioannes Piccolomineus.	658
	1529	4	Franciſcus Bandinus.	659
	1588	5	Aſcanius Piccolomineus.	660
	1597	6	Franciſcus Maria Taruſius.	661
B	1607	7	Camillus Burgheſius.	662
	1612	8	Metellus Bichius	663
	1615	9	Alexander Petruccius.	664
	1630	10	Aſcanius 2. Piccolomineus.	665

CLVSINORVM Epiſcoporum.

INDEX CHRON.

	462	1	Florentius	667
	676	2	Theodorus.	667
	743	3	Arialdus.	667
		4	Theobaldus	674
C	911	5	Abtiſtisnus.	708
	968	6	Lutius.	709
	996	7	Arialdus.	710
	1050	8	Petrus 1.	728
	1076	9	Lanfranchus.	727
	1126	10	Petrus 2.	727
	1179	11	Leo.	729
	1200	12	Gualfredus.	729
	1210	13	Theobaldus.	729
	1215	14	Hermannus.	729
	1222	15	Gualfredus.	729
	1225	16	Piſanus.	729
	1240	19	Benedictus.	733
	1248	18	Frigerius.	733
	1255	19	Petrus 3.	733
	1260	20	Raynerius	737
	1273	21	Petrus 4.	737
D	1299	22	Fr. Matthæus.	737
	1317	23	Fr. Matthæus 2. Vrſinus.	737
	1327	24	Raynerius 2.	739
	1343	25	Angelus	739
	1348	26	Franciſcus	739
	1353	27	Blaſius.	739
	1357	28	Blaſius 2. Geminellus.	740
	1388	29	Matthæus 3.	740
	1390	30	Aldebrandus Michelozzus.	740
	1404	31	Antonius.	740
	1410	32	Blaſius 3. Hermannus	741
	1418	33	Petrus Paulus Bertini.	742
	1437	34	Alexius de Cæſaris.	842
	1460	35	Ioannes Chiaugius.	744

Fr. Ga-

An.Chriſt.			
1461	36	Fr.Gabriel Piccolomineus.	745
1483	37	Laurentius Mancinus.	747
1497	38	Antonius.	747
1497	39	Synulphus Lotherius.	747
1503	40	Bonifacius Lotherius.	747
1504	41	Nicolaus Bonafides.	747
1533	42	Bartholomæus Ferratinus.	748
1534	43	Gregorius Megalottus.	749
1538	44	Vvido Aſcanius Sfortia.	750
1538	45	Gregorius 2. Andreaſſus.	750
1544	46	Bartholomæus Guidiccionius.	750
1545	47	Ioannes Riccius.	750
1558	48	Filiuccius de Filiuccijs.	750
1558	49	Saluator Pacinus.	751
1581	50	Fr.Maſſeus Bardius.	751
1588	51	Ludouicus Martellius.	752
1602	52	Fauſtus Malarius.	752
1607	53	Horatius Spannochius.	753
1602	54	Alphonſus Petruccius.	754
1633	57	Io.Bapt.Piccolomineus.	754
1637	56	Hippolytus Campionus.	754

GROSSETANORVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
498	1	Vitellianus.	755
556	2	Balbinus.	755
660	3	Theodorus.	755
679	4	Valerianus.	756
826	5	Rupertus.	756
1015	6	Raynerius.	756
1059	7	Gerardus.	756
1068	8	Bodus.	756
	9	Balphus.	756
	10	Gualfredus.	756
1101	11	Ildeprandus.	756
1121	12	N.	756
1133	13	Rolandus.	758
1174	14	Martinus.	758
1187	15	Gualfredus.	758
1220	16	Pepus.	758
1239	17	Actius.	758
1262	18	Hugo.	758
1277	19	Actius 2.	758
1278	20	Fr.Bartholómæus.	758
1290	21	Offreducius.	759
1295	22	Ioannes.	759
1306	23	Fr.Reſtaurus.	759
1328	24	Fr.Philippus.	759
1330	25	Fr.Angelus de Porta ſolis.	759
1334	26	Angelus 2.de Cerretanis.	759
1349	27	Benedictus de Cerretanis.	760
1383	28	Iacobus de Tolomeis.	760
1390	29	Angelus 3.de Malauoltis.	760
1400	30	Antonius de Malauoltis.	760
1407	31	Franciſcus Bellanzes.	761
1417	32	Ioannes Peccius.	761

	An.Chriſt.			
A	1427	33	Antonius Caſinus.	762
	1439	34	Iulianus Cæſarinus.	762
	1445	35	Memmus Agazzarius.	775
	1452	36	Ioannes Agazzarius.	775
	1468	37	Ioannes 2.Ilcius	777
	1489	38	Andreoccius Chinuccius.	777
	1497	39	Raphael Petruccius.	777
	1522	40	Ferdinandus Ponzettus.	778
	1527	41	Dominicus Iacobatius.	779
	1533	42	Marcus Antonius Campegius.	779
	1553	43	Fabius Mignanellus.	779
	1558	44	Iacobus Mignanellus.	780
	1576	45	Claudius Burgheſius.	780
	1591	46	Clemens Poſitus.	781
B	1606	47	Iulius Sanſedonius.	782
	1611	48	Franciſcus Piccolomineus.	782
	1622	49	Hieronymus Tantuccius	782
	1637	50	Aſcanius Turraminus.	782

POPVLONIENSIVM, & MASSÆ Epiſcoporum.

INDEX CHRON.

	An.Chriſt.			
C	573	1	S.Cerbonus.	784
	680	2	Serenus.	785
	756	3	Ancaurus.	785
	826	4	Guripertus.	785
	853	5	Odalpertus.	785
	766	6	Paulus.	785
	1015	7	Henricus.	785
	1056	8	VV.	785
	1061	9	Tegrinus.	703
	1075	10	Guillelmus.	785
	1099	11	Ioannes.	785
	1104	12	Laurentius.	786
	1106	13	Rolandus.	787
	1189	14	Ioannes 2.	789
D	1211	15	Marzuccus Caietanus.	789
	1231	16	G.	791
	1232	17	Ildeprandus.	791
	1250	18	Rogerius.	791
	1268	19	Philippus.	794
	1290	20	Rolandus 2. Vgurgerius.	794
	1307	21	Landus.	795
	1310	22	Chriſtophorus de Mellonis.	795
	1318	23	Petrus.	795
	1320	24	Ioannes 2.	795
	1332	25	Fr.Galganus.	796
	1348	26	Vvido.	796
	1361	27	Antonius de Riparia.	796
	1380	28	Petrus.	796
	1386	29	Andreas de Guidis.	796
	1391	30	Ioannes 3.Gabriellius.	796
	1394	31	Nicolaus Beruzus.	796
	1404	32	Bartholomæus Ghinius.	797
	1425	33	Antonius Caſinus.	797

Fr.

An.Chriſt.			
1430	34	Fr.Antonius.	798
1435	35	Richardus del Frate.	799
1439	36	Petrus de Vrſo.	799
1467	37	Leonardus Datus.	800
1472	38	Fr.Bartholomæus 2.Roboreus.	802
1474	39	Fr.Ioannes 4. Landeronus.	802
1483	40	Hieronymus de Comitibus.	802
1500	41	Ventura Benaſſai.	802
1511	42	Alphonſus Petruccius.	803
1517	43	Ioan.Hieronymus Peruſcus.	803
1524	44	Franciſcus Peruſcus.	803
1529	45	Paulus Cæſius.	803
1530	46	Hieronymus Landeronus.	803
1547	47	Alexander Farneſius.	804
1547	48	Bernardinus Maffeus.	804
1549	49	Michael de Silua.	805
1556	50	Franciſcus Franchinus.	806
1560	51	Ventura 2. Buſalinus.	806
1570	52	Antonius de Angelis.	807
1579	53	Albertus Bolognettus	807
1583	54	Vincentius Caſalius	808
1587	55	Achilles Sergardius.	810
1601	56	Alexander Petruccius	811
1615	57	Fabius Piccolomineus.	812
1629	58	Ioannes Bapt. Malaſpina.	812

A

An.Chriſt.			
1380	29	Petrus de Blandebellis.	834
1386	30	Antonius.	833
1390	31	Thomas Marius.	834
1397	32	Valentinus.	834
1402	33	Petrus 2.	834
1414	34	Fr.Antonius del Fede.	834
1434	35	Ioachimus Suhare.	835
1439	36	Apollonius Maſſainus.	835
1467	37	Thomas ed Teſta.	841
1470	38	Andreoccius Ghinuccius.	841
1489	39	Hieronymus Scottus.	842
1492	40	Ardellus Piccolomineus.	842
1510	41	Alphonſus Petruccius.	843
1517	42	Lactantius Petruccius	843
1517	43	Dominicus Collecta.	843
1520	44	Raphael Petruccius.	843
1529	45	Hercules Gonzaga.	844
1532	46	Ferdinandus Farneſius.	845
1535	47	Caruagial Simoncellus.	845
1596	48	Metellus Bichius.	845
1606	49	Octauius Saracenus.	846
1624	50	Scipio Tancredus.	845
1637	51	Chriſtophorus Tholomeus	847
1638	52	Æneas Spanazius.	848
1645	53	Marcellus Ceruinus.	848

B

SVANENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

C

An.Chriſt.			
	1	Taddinus.	814
680	2	Mauritius.	814
788	3	P.	814
826	4	Sebaſtianus.	814
853	5	Tranſmundus.	814
860	6	Raynerius.	814
871	7	Stephanus.	814
963	8	Piſanus.	814
1015	9	Ioannes	814
1059	10	Ioannes 2.	814
1083	11	Dauid.	814
1088	12	Berardus.	814
1110	13	Montanus.	814
1133	14	Iditus.	814
1179	15	Paulinus.	814
1221	16	Galerinus.	815
1269	17	Theodinus.	818
1270	18	Dauid.	822
1283	19	Marcus.	823
1298	20	Landus.	829
1298	21	Monaldus Monaldeſchus.	829
1302	22	Zampus.	820
1312	23	Tranſmundus Monaldeſcus	830
1330	24	Fr.Alemannus de Donatis.	830
1342	25	Nicolaus.	830
1362	26	Paulus.	833
1367	27	Fr.Nicolaus.	833
1369	28	Robertus de Verde.	834

D

ARETINORVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRON.

De quibus egimus in primo noſtro Tomo tamquam Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiectis. pag. 448.

An.Chriſt.			
	1	S.Satyrus.	450
346	2	S.Donatus.	455
366	3	Gelaſius.	455
371	4	Donatianus.	455
372	5	Seuerianus.	456
375	6	Florentius.	456
377	7	Maximus.	456
380	8	Euſebius.	456
381	9	S.Gaudentius.	456
382	10	Decentius.	456
422	11	Laurentius.	456
444	12	Euſebius 2	456
447	13	Gallus.	456
501	14	Benedictus	456
520	15	Olibrius.	456
550	16	Vndicianus.	456
563	17	Caſſianus.	456
580	38	Datus.	456
590	19	Dulcſius.	456
599	20	Innocentius.	456
617	21	Maioranus	457
630	22	Seruandus.	457
654	23	Cyprianus.	457
657	14	Bonhomo	457

Vitel-

An. Chriſt.

An. Chriſt.	N.	Nomen	Pag.
676	25	Vitellianus.	457
679	26	Cyprianus.	457
685	27	Alphsnus.	457
707	28	Deodatus.	457
708	29	Abreus.	457
735	30	Lupertianus:	457
741	31	Stabilis.	459
751	32	Commimundus.	459
755	33	Eluetus.	459
826	34	Aripertus.	459
833	35	Petrus 2.	460
876	36	Ioannes.	461
901	37	Petrus 3.	461
922	38	Theodoricus.	461
955	39	Guillelmus.	462
963	40	Euerardus.	462
972	41	Alpertus.	462
987	42	Elimpertus.	462
1013	43	Albertus.	463
1036	44	Theodoldus.	463
1037	45	Aymus.	464
1056	46	Arnoldus.	464
1071	47	Conſtan:inus.	465
1087	48	Blimpertus.	466
1095	49	Gregorius.	466
1108	50	Regius Viſdominus.	466
1109	51	Gualterius	466
1116	52	Vvido Buccatorta.	466
1130	53	Biutarius.	467
1138	54	Maurus.	467
1144	55	Hieronymus.	467
1188	56	Conſtantinus.	467
1188	57	Franciſcus.	467
1196	58	Amadeus.	469
1206	59	Gregorius 2.	471
1225	60	Martinus.	471
1229	61	Theobaldus 2.	469
1237	62	Marcellinus Pete.	469
1249	63	Guillelmus Vbertinus.	470
1291	64	Ildeprandinus Guidius.	471
1313	65	Vvido Tarlatus.	472
1336	66	Boius Vbertinus.	474
1365	67	Iacobus de Milnibus.	475
1370	68	Ioannes Albergottus,	575
1390	69	Antonius Archeoneus	476
1391	70	Angelus de Ricaſolis.	476
1403	71	Petrus 3. Riccius.	476
1411	72	Capponus Capponius	476
1414	73	Franciſcus Bellaromnus.	476
1434	74	Robertus de Atinis.	475
1456	75	Philippus Medices.	479
1461	76	Laurentius Acciaiolius.	479
1473	77	Gentilis de Becchis.	479
1497	78	Coſmus Patius.	480
1508	79	Raphael Riarius	481
1511	80	Hieronymus Sanſonius.	481
1519	81	Octauius Maria Sfortia.	481
1525	82	Franciſcus Minerbettus.	481
1538	83	Bernardettus Minerbettus.	482
1574	84	Fr. Stephanus Bonuccius	482
1589	85	Petrus Viiimbardus.	383
1612	86	Antonius Riccius.	484
1638	87	Thomas Saluiatus.	484

CORTONENSIVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRONICVS.

De quibus in primo noſtro tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ ſedi immediate ſubiectis egimus. pag. 661.

An. Chriſt.	N.	Nomen	Pag.
1326	1	Rayneriu s Vbertinus.	668
1348	2	Gorus.	668
1364	3	Fr. Benedictus Vallatus.	668
1382	4	Iulianus de Minibaldeſijs.	668
1388	5	Laurentius.	668
1390	6	Lucas Caſalius.	668
1391	7	Vbaldinus de Vbaldinis.	668
1393	8	Fr. Bartholomæus.	666
1404	9	Fr. Enoc de Concolsrijs.	669
1426	10	Fr. Matthæus de Teſtis.	669
1439	11	Chriſtophorus ea Marchionibus Peralltæ.	669
1440	12	Fr. Bartholomæus de Vbertinis, ſeu Lopaccius.	669
1455	13	Fr. Martinus Saluinus,	670
1486	14	Chriſtophorus 2. Borbonius.	670
1502	15	Raynerius de Guicciardinis.	470
1504	16	Franciſcus Soderinus.	670
1505	17	Guillelmus Capponius.	670
1516	18	Ioannes Seminius.	679
1521	19	Siluius Paſſerinus.	671
1528	20	Leonardus Bonafides.	671
1538	21	Io. Baptiſta de Ricaſolis.	672
1560	22	Matthæus Corc nus.	672
1562	23	Hieronymus Gaddus.	872
1572	24	Franciſcus Prægnianus.	673
1577	25	Fr. Conſtantinus Veltronus.	673
1585	26	Ioannes de Albertis.	673
1597	27	Coſmus Angelus Piſanus.	
1602	28	Philippus Bardius.	673
1622	29	Coſmus 2. Minerbettus.	673
1628	30	Laurentius della Robbia	674
1634	31	Ludouicus Sertillarius.	674

LVCENSIVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRON.

De quibus egimus in primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ ſedi immediate ſubiectis. pag. 838.

An. Chriſt.	N.	Nomen	Pag.
46	1	S. Paulinus.	842
69	2	S. Valerius.	842
324	3	S. Theodorus.	843
359	4	Paulinus 2.	844
465	5	Felix.	844

An. Chriſt.			
	6	Obſequeotius,	844
	7	Geminianus,	844
560	8	Frigidianous	844
588	9	Valerianous,	845
	10	Paternus,	
	11	Piſanus,	
	12	Vindicius	
	13	Probious	
	14	Maximus,	
	15	Aurelisous.	
	16	Nurmoſus.	
	17	Decentius.	
	18	Aucotius.	
	19	Abundantius,	
	20	Laureotius,	
649	21	Lætus.	846
680	22	Eleutherius,	846
685	23	Felix.	846
700	24	Balſarius.	846
720	25	Fabemperianus,	846
754	26	Vvalpraodus,	846
781	27	B.Ioanoes	846
800	28	Iacobus.	848
816	29	Petruss.	848
851	30	Ambroſius,	848
852	31	Hieremias.	848
869	32	Gherardus	848
896	33	Petrus 2.	851
934	34	Iacobus 2.	856
935	35	Cooradus.	856
967	36	Aghimus.	857
968	37	Adolangus.	857
981	38	Vvido,	857
982	39	Theudigrimus,	857
987	40	Itallredus.	837
990	41	Gherardus	857
1005	42	Rodilandus.	857
1014	43	Grimizzus.	857
1023	44	Ioannes,	857
1056	45	Anſelmus.	857
1073	46	S.Aoſelmus 2,	868
1089	47	Goufredus.	872
1098	48	Rogerius.	872
1112	49	Rodulphus.	875
1118	50	Beoedictus.	875
1128	51	Vbertus.	877
1140	52	Otho,	878
1146	53	Gregorius.	878
1164	54	Plebanus.	878
1166	55	Henricus.	878
1171	56	Laodus.	878
1175	57	Guilielmus.	878
1195	58	Vvido 2.	878
1201	59	Robertus.	879
1225	60	M. R.	879
1227	61	Opizo.	879
1236	62	Guercius.	880
1257	63	Henricus 2.	881
1271	64	Paganellus.	881
1272	65	Fr.Petrus Angelelius.	881
1275	66	Pagnellus 2.	881
1300	67	Fr.Henricus 3.	881
1330	68	Fr.Gullelmus 2.	882
1349	69	Berengarius,	882
1368	70	Guillelmus 3.	882
1374	71	Paulus Gabriellius.	882
1381	72	Antonius de Riparia.	882
1383	73	Fr.Ioannes Salutius.	882
1394	74	Nicolaus de Guiniſijs.	882
1436	75	Ludouicus de Maurmis.	884
1441	76	Balthaſſar Mannus.	884
1448	77	Stephanus de Trentis.	884
1477	78	Iacobus Amaonstus,	885
1479	79	Nicolaus Sandonnini.	885
1495	80	Felinus Sanderus.	887
1503	81	Galeottus Franciottus	888
1508	82	Sixtus Gara de Ruuere,	888
1517	83	Franciſcus Sfortis.	889
1546	84	Bartholomæus Guldiccionus,	889
1549	85	Alexander Guidiccioonius.	890
1600	86	Alexaoder 2.Guidiccionius.	890
1637	87	M.Antooius Card.Fraociottus,	892
1646	88	N.Arnaldus.	

MONTISILCINENSIS Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRON.

De quibus in primo noſtro Tomo, ut de Epiſcopis ſanctæ Sedi immediate ſubiectis egimus, pag. 1067.

An. Chriſt.			
1461	1	Iosones Chinugius.	1068
1470	2	Thomas de Teſta Piccolomin.	1068
1483	3	Auguſtinus Patritius.	1068
1496	4	Fraociscus Piccolomioeus	1068
1498	5	Hieronymus Piccolomineus.	1068
1510	6	Hieron. 2. Piccolomineus.	1068
1535	7	Alexander Piccolomineus.	1069
1554	8	Franciſcus Maria Piccolomin.	1069
1600	9	Camillus Burgheſius	1069
1607	10	Marius Coſſus.	1069
1619	11	Hippolytus Burgheſius.	1070
1637	12	Scipio Taoeredus.	1070
1641	13	Alaxander 2.Sergardus	1070

MONTISPOLITIANI Epiſcoporum in Hetruria

INDEX CHRONICVS.

De quibus in noſtro primo Tomo, ut de Epiſcopis ſanctæ Sedi immediate ſubiectis egimus. pag. 1074.

Ann. Chriſt.			
1561	1	Ioannes Card.Riccius.	1075

Spi,

An.Chriſt.			
1462	2	Spinellus Bencius.	1077
1597	3	Sinulphus Bencius.	1078
1600	4	Saluſtius Taruſius.	1078
1607	5	Robertus Vbaldinus.	1079
1622	6	Alaxander Stupha.	1079
1640	7	Talentus de Talentis.	1079

PIENTINORVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRONICVS.

*De quibus in noſtro primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ Sedis immediate ſubiectis egimus. pag. *90.*

An.Chriſt.			
1462	1	Ioannes Chinugius.	*95
1470	2	Thomas de Teſtá.	*95
1483	3	Auguſtinus Patritius.	*95
1496	4	Franciſcus Piccolomineus.	*96
1498	5	Hieronymus Piccolomineus.	*96
1510	6	Hieronymus 2. Piccolomineus.	*96
1528	7	Alexander Piccolomineus.	*96
1554	8	Franciſcus Maria Piccolomineus.	*97
1599	9	Gioius Dragomanus.	*97
1631	10	Scipio e Comitibus Ilcii.	*97
1636	11	Hippolytus Burgheſius.	*97
1637	12	Ioannes Spennatius.	*98

VOLATERRANENSIVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRONICVS.

*De quibus in noſtro primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ Sedis immediate ſubiectis egimus. pag. *331.*

Ann.Chriſt.			
	1	S.Romulus.	*331
	2	S.Iuſtus.	*332
502	3	Elpidius.	*333
652	4	Geminianus.	333
980	5	Mortuarius.	*333
682	6	Vido.	*333
698	7	Petrus	*333
706	8	Ganginus.	*333
315	9	Gippius.	*333
735	10	Albinus.	*333
800	11	Petrus 2.	*333
838	12	Andreas.	*333
	13	Gughinus.	*334
	14	Alparius.	*334
	15	Aldebradus.	*344
	16	Petrus.	*334
	17	Ganginus.	*334
880	18	Alboinus.	*334
929	19	Adelprandus.	*334
945	20	Buoſſus.	*334
971	21	Petrus. 2.	*334
985	22	Benedictus.	*336
987	23	Petrus 2.	*338
1002	24	Benedictus 2.	*338
1026	25	Vvido.	*342
1034	26	Gaufredus.	*342
1035	27	&umancius.	*343
1061	28	Vvido 2.	*343
1066	29	Hermannus.	*343
B 1077	30	N..	
1081	31	Opilio.	*348
1098	32	Rogerius.	*348
1119	33	Euchariſtus.	*348
1119	34	Rogerius 2.	*348
1130	35	Creicentius.	*351
1139	36	Oldimarius Adimarius	*851
1150	37	Galganus 1.	*852
1174	38	Vgo de Saladinis.	*852
1184	39	Ildeprandus Pannochieſcus.	*853
1213	40	Paganus.	*362
1244	41	Galganus 2.	*362
1251	42	Raynerius.	*363
1261	43	Albertus Scolarius.	*364
1273	44	Raynerius 2. Vbertinus.	*365
C 1300	45	Rogerius 3.	*366
1301	46	Raynerius Belfortius.	*367
1321	47	Raynucius Allegrettus.	*369
1348	48	Philippus de Belfortis.	*370
1359	49	Almericus Chiati.	*373
1361	50	Petrus 3. Corſinius.	*373
1363	51	Andreas de S.Hieronymo.	*773
1374	52	Lucius de Cellio.	*374
1378	53	Simon Paganus.	*374
1384	54	Fr.Honuphrius Steccutus.	*374
1390	55	Fr.Antonius Cipollonus.	*374
1396	56	Ioannes Riccius.	*374
1409	57	Ludouicus Aliottus.	*375
1411	58	Iacobus Scolarius.	*375
1411	59	Stephanus Aleottus.	*375
1435	60	Robertus Adimarius.	*375
D 1440	61	Robertus 2. Caualcantes.	*375
1450	62	Ioannes Neronius.	*376
1461	63	Vgolinus de Iunijs.	*376
1470	94	Antonius de Allijs.	*377
1478	65	Franciſcus Soderinus.	*377
1509	66	Iulianus Soderinus.	*378
1514	67	Franciſcus Roboreus.	*378
1530	68	Ioannes Saluiatus.	*378
1532	69	Io.Matthæus Sertorius.	*378
1545	70	Benedictus Nerlius.	*379
1565	71	Alexander Strozza.	*379
1568	72	Ludouicus Antinorus.	*379
1574	73	Marcus Saracenus.	*379
1574	74	Vvido Seruidius.	*380
1598	75	Lucas Alemannus.	*381
1617	76	Bernardus Inghiramius.	*381
1634	77	Nicolaus Secchettus.	*383

FINIS.

INDEX NOMINVM

OMNIVM EPISCOPORVM SINGVLARVM CIVITATVM,

Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ continentur ordine Alphabetico diſpoſitus.

A

Achilles Scrgardius Maſſæ,	810.55.d
Actius Florentinus.	122.27.b
Actius Piſauus.	402.23.c
Actius Piſanus.	407.35.d
Actius Groſſetanus.	758.17.b
Actius Groſſetanus.	758.19.c
Adeodatus Senenſis.	621.17.c
Adeodatus Senenſis.	625.35.c
Ægidius Senenſis.	625.29.b
Æneas Syluius Piccolomineus Senen,	651.63.b
Æneas Spannatius Suanen.	848.52.a
albericus Piſanus.	405.28.c
albertus Bolognetus Maſſæ.	807.53.b
aldeprandus Michelozzius Cluſin.	740.30.c
aldellus Piccolomineus Suanen.	842.40.c
alemannus Adimarus Florentinus.	212.51.b
alemannus Adimarus Piſanus.	553.65.c
alemannus de Donatis Suanen.	830.24.d
aleprandinus Piſanus.	498.49.d
alexander Medices Florentinus.	245.15.c
alexander Martius Medices Florentin,	247.16.b
alexander Burghius Burgen.	258.7.c
alexander Feſulanus.	272.4.d
alexander Martius Medices Feſulan,	341.53.d
alexander Strozzis Miniaten.	351.2.b
alexander Medices Piſtorien.	383.44.a
alexander Caccia Piſtorien.	385.49.a
alexander Piſanus.	401.3.c
alexander Guidiccionius Adiacen.	598.22.b
alexander Saulius Alerien.	605.24.c
alexander Petruccius Senen.	664.9.d
alexander Farneſius Maſſæ.	804.47.b
alexander Petruccius Maſſæ.	811.56.b
aleaius de Cæſaris Cluſin.	742.34.d
aliprandus Florentin.	33.12.c
alphonſus Tornabonus Burgen.	257.4.d
alphonſus Petruccius Cluſin.	754.54.b
alphonſus Petruccius Maſſæ.	803.42.a
alphonſus Petruccius Suanen.	843.41.b
ambroſius Florentin.	224.28.c
ambroſius Alerien.	602.14.d
ambroſius Senen.	625.27.b
americus Corſinus Florentin.	216.1.d
americus Adiacen.	595.4.d
ancaurus Maſſæ.	785.3.a
A S.Andreas Florentinus.	26.6.c
andreas Florentin.	35.12.b
andreas Mozzius Florent.	168.38.c
andreas Bondelmontius Florent,	243.13.d
S.Andreas Corſinius Feſulan.	329.34.b
andreas de Centorijs Piſtorien.	373.31.d
andreas de Boccagnis Piſtorien.	374.34.c
andreas Piſanus	401.7.d
andreas Adiacen.	595.3.c
andreas Adiacen.	596.13.c
andreas Senen.	621.11.b
andreas Senen.	623.21.c
andreas de Guidis Maſſæ.	796.29.c
andreoccius Chinuccius Groſſetan,	777.38.c
andreoccius Chinuccius Suanen.	841.38.c
B angelus Acciaiolius Florent.	194.43.d
angelus de Ricaſolis Florent.	205.47.c
angelus Acciaiolius Florent.	207.48.d
angelus Feſulan.	327.28.a
angelus de Cataneis Feſulan.	339.51.d
angelus Nicolinus Piſan.	585.75.b
angelus Cluſin.	739.25.c
angelus Groſſetan.	759.25.b
angelus de Cerretanis Groſſetan.	759.26.d
angelus de Malauoltis Groſſetan.	760.29.c
antifredus Senen,	621.10.b
antifredus Senen,	626.38.b
S.Antoninus Florentin.	223.5.c
antonius Vrſus Florentin.	175.41.b
antonius Altouita Florent.	244.14.c
C antonius Cipollonus Feſulan.	331.37.c
antonius Caietanus Feſulan.	333.40.d
antonius Allius Feſulan.	335.44.b
antonius Piſtorien.	354.10.c
antonius Puccius Piſtorien.	378.40.b
antonius Alerien.	604.19.d
antonius Sagonen.	608.6.c
antonius Caſinus Senen.	646.959.d
antonius Piccolomineus Senen,	653.1.c
antonius Cluſin.	740.31.d
antonius Cluſin.	747.38.b
antonius de Malauoltis Groſſetan.	760.30.d
antonius Caſinus Groſſetan.	762.33.b
antonius de Riparia Maſſæ.	796.27.b
antonius Caſinius Maſſæ.	797.33.c
antonius Maſſæ.	797.34.a
antonius de Anglis Maſſæ.	807.52.a
antonius Suanen.	834.30.b

Anto·

Antonius del Fede Suanenſis. 834.34.d A
apollonius Maſſainus Suanen. 835.36.d
ardiçinus a Porta Alerien. 603.17.c
M.Ardinghus Florent. 33.13.c
Ardinghus Piſanus. 402.17b
ardizus Adiacen. 595.1,c
arialdus Cluſinus. 667.3.d
arialdus Cluſinus. 710.7.b
arnaldus Alerien, 602.7.b
aſcanius Piccolomineus Senen, 660.5.d
aſcanius Piccolomineus Senen. 665.10.b
aſcanius Turraminus Groſſetan, 782.50.d
aſterius Piſtorien. 334.11.c
atho Florentin. 71.21.a
atho Piſan, 439.42.c
atinulphus Feſulan. 303.15.b B
B.Atto Piſtotien. 359.19.a
auguſtinus Donghus Alorien. 607.31.b
auguſtinus de Fliſco Sagonen. 610.23.a
auntus Piſan. 402.22.c
azolinus de Malauoltis Senen, 638.51.b
aymus Senen. 621.7.h

B

BAccius Gherardinus Feſulan, 342.55.c
Balbinus Groſſetan. 755.2.d
balduinus Piſan. 452.45.b
bandinus Senen, 636.47.b
barenzus de Richardis Piſtorien. 373.30.a
barnabas de Malespinis Piſan. 548.61.b C
bartholomæus Vlarius Florent. 209.49.b
bartholomæus Zabarella Florent. 222.4.d
bartholomæus Lanfredinus Feſulan. 342.54.b
bartholomæus de Sigisbundis Piſtor. 372.28.d
bartholomæus Iunius Piſan. 588.79.d
bartholomæus Alerien, 601.3.c
bartholomæus Alerien, 602.12.b
bartholomæus Ferrarinus Cluſin. 748.42.d
bartholomæus Guidiccionus Cluſin. 750.46.c
bartholomæus Groſſetan. 758.20.c
bartholomæus Chinius Maſſæ. 797.32.a
bartholomæus Roboreus Maſſæ. 802.38.a
baulphus Groſſetan, 756.9.c
benedictus Rezzanius Sagonen. 614.36.a
benedictus Cluſin. 733.17.a D
benedictus de Cerretanis Groſſetan, 760.27.a
benozzius Federighius Feſulan. 334.42.d
berardus Suanen. 814.12.d
bernardinus Maffeius Maſſæ. 804.48.b
bernardus Florent. 132.31.a
bernardus Adiacen. 595.7.d
bernardus Sagonen. 608.9.d
bindus Ferruccius Feſulan, 334.41.b
biurgus Piſan, 402.12.a
blaſius Alerien. 602.10.b
blaſius Cluſinus, 739.27.d
blaſius Geminellus Cluſin, 740.28.a
blaſius Hermannus Cluſin, 741.32.b
bodus Groſſetan. 756.8.b
bonfilius Senen. 629.45.d
bonifacius Sagonen. 608.3.b
bonifacius Cluſin. 747.40.c
bonus Piſtorien, 366.23.b

C

CÆſar Riarius Piſan. 579.71.c
Cæſar Conradus Sagonen, 612.31.b
Camillus Burgheſius Senen. 662.7.d
Carolus Antonius a Puteo Piſan. 589.81.d
carolus Grimaldus Sagonen. 612.29.a
carolus Minurulus Senen. 644.55.b
carolus Bartolus Senen. 649.60.d
caruagial Simoncellus Suanen. 845.47.b
cauſirius Senen. 621,16.c
cerbonus Maſſæ. 784.1.d
chriſtianus Cluſinus. 708.5.b
chriſtophorus Guidiccionus Adiacen. 599.24.d
chriſtophorus Senen. 650.61.b
chriſtophorus de Mellonis Maſſæ. 795.22.b
chriſtophorus de Ptolemæis Suanen. 847.51.a
claudius Burgheſius Groſſetan. 780.45.c
clemens Politus Groſſetan. 781.46.b
concius Senen. 625.26.b
conradus a Pinna, ſeu de Gualfreduccis Feſulanus. 327. 31.d
coſmus Pazzius Florentin. 235.10.d
coſmus Bardus Florent. 248.17.b
coſmus Gerardeſcus Collen, 268.2.c

D

DAibertus Piſanus, 422.40.d
Dauid Suanen. 814.11.d
Dauid Suanen. 822.48.a
Decius Inſtinianus Alerien. 607.29.a
Deodatus Bacconius Adiacen. 597.17.a
Dinus Piſanus. 544.57.b
Dionyſius Buſſottus Burgen. 260.12.c
Dodus Senen. 621.3.a
Dominicus Riuarola Alerien. 606.26.c
Dominicus Boerius Sagonen. 609.19.d
Dominicus Iacobatius Groſſetan. 779.42.a
Dominicus Colleſta Suanen. 843.43.c
Donatus Feſulan. 273.6.c
Donatus Medices Piſtorien. 375.37.d
Donusdei de Malauoltis Senen. 637.50.d

E

EDuardus Cicada Sagonen, 610.25.b
Ernandus Feſulanus. 275.9.c
Euſebius Senenſis. 621.4.a

F

FAbianus Iuſtinianus Adiacen. 600.26.a
Fabius Mignanellus Groſſetan. 779.43.d
fabius Piccolomineus Maſſæ. 812.57.b
fatius Sagonen. 608.2.b
fauſtus Malarius Cluſinus. 752.52.d
S.Felix Florent. 14.3.b
ferdinandus Ponzettus Groſſetan. 778.40.c
ferdinandus Farneſius Suanen. 845.46.b
florentius Piſtorien. 334.9.b
florentius Cluſinus. 667.1.c
florianus Senenſis 620.2.c
filiuccius de Filiuccijs Cluſinus 750.48.d

Fran-

viſus eſt in feſto ſancti Iacobi, ita vt vnum contra alterum quaſi hoſtem inſurgerent, inter ſe hoſtiliter dimicarent. Tunc ciuitas Viterbij pertractante magiſtro Raimundo Cardinali venit ad mandatum Eccleſiæ.

Menſe Auguſto comite Simone Theatino pro Imperatore ſe tenente in ea, quo audito Imperator mox ſine moræ periculo, ſe perſonaliter contulit

Menſe Septembris ad ſuccurſum prædicti comitis, & ad recuperationem ciuitatis ipſius, qui congregato exercitu copioſo obſedit eam, & (B) ſtatutis machinis, tam minis, quam viribus directis impugnauit eamdem, qui cum in nullo proficeret, recepto, & libero dimiſſo comite prædicto, & ſuis, qui cum eo erant, ab obſidione receſſit, & inde Groſſetum ſe contulit, vbi quaſdam edidit Sanctiones contra iudices, aduocatos, & notarios, quas per totum Regnum publi- (A) cari præcepit, & tenaciter obſeruari, quarum initium tale eſt, Nihil veterum authoritati detrahitur, &c.

Menſe Septembri &c. Comes Toloſanus de Apulia venit ad S. Germanum, ibique moram protrahens ire verſus Agnum, & poſtea apud S. Vitum ac Melfia ſe contulit, ibique per dies aliquot venationem exercuit.

Menſe Octob. circa feſtum omnium ſanctorum Innocentius Papa vrbem intrat, cum honore ſenatus, populique Romani magno receptus, (B) ad quem dictus comes vadit, tractans inter ipſum & Imperatorem bonum pacis.

Hucuſque Richardus notarius de ſancto Germano huius Chronici Auctor ſuas concinnauit narrationes, quæ ſuo tempore contigerunt, quibus nimio in Federicum Secundum Imperatorem Principem ſuum amore ſeductus, aliquando à veritate deflexit.

F I N I S.

Admonitio ad Lectorem.

LECTOR aduerte in Elogijs Virorum Illuſtrium, quos hoc libro complexus ſum, nonnulla me obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: perſtringo nonnunquam aliqua ab ijs geſta, quæ cum vires humanas ſuperent, miracula videri poſſunt: præſagia futurorum, Arcanorum manifeſtationes, reuelationes, illuſtrationes & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi: beneficia item in miſeros mortales eorum interceſsione diuinitus; demum nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam, quæ a ſola ſuorum auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integre, atque inuiolate, iuxta declarationem eiuſdem decreti a S. memor. Vrbano Papa Octauo anno 1631. factam ſeruari a me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem ſanctitatis, aut martyrij inducere, ſeu augere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu a me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam ſancte profiteor, quam decet eum, qui ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi.

Ego Ferdinandus Vghellus Abbas, &c.

FLORENTINORVM EPISCOPORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM.

Index Chronicus.

Ann. Chriſt.				
				A
56	1	S. Frontinus, ſeu Frentinus, pag.	14	
90	2	S.Romulus.	14	
313	3	Felix.	14	
361	4	S. Theodorus.	14	
376	5	S, Zenobius.	14	
407	6	S.Andreas.	26	
550	7	S.Mauritius.	26	
556	8	N. . . .	27	
679	9	Reparatus.	27	
724	10	Specioſus.	27	
826	11	Aliprandus.	33	
853	12	Ardinghus.	33	
876	13	Andreas.	35	B
898	14	Graſulphus.	36	
930	15	Raymbaldus.	37	
967	16	Sichelmus.	38	
989	17	S. Podius.	45	
1002	18	Vvido.	57	
	19	N. . . .	60	
1008	20	Ildeprandus.	60	
1025	21	Lambertus.	66	
1036	22	Atto 1.	78	
1058	23	Gerardus.	83	
1062	24	Petrus 1. Ticinenſis.	93	
1063	25	Petrus 2.	97	
1071	26	Raynerius.	101	C
1113	27	Gottifredus ex Comitibus Alberti. pag.	116	
1143	28	Atto 2.	122	
1155	29	Ambroſius.	124	
1158	30	Iulius.	127	
1161	31	Zenobius 2.	129	
1182	32	Bernardus.	132	
1189	33	Petrus 3.	234	
1205	34	Ioannes 1. Velliternen.	137	
1230	35	M.Ardioghus 2.	142	
1250	36	Philippus Fontana.	156	
1251	37	Ioan.2.de Mangiadoris.	157	
1286	38	Fr.Iacobus Caſtelbonus.	167	D
1287	39	Andreas Mozzius.	168	
1295	40	Franciſcus Monaldeſcus.	171	
1302	41	Lotharius della Toſa.	172	
1309	42	Antonius Vrſus.	175	
1323	43	Franciſcus 1.de Silueſtris.	189	
1342	44	Angelus 1. Acciaiolius.	194	
1345	45	Franciſcus 2.de Actis.	196	
1356	46	Philippus 2.de Antella.	198	
1361	47	Petrus 4. Corſinus.	198	
1370	48	Angelus 2. de Ricaſolis.	105	
1383	49	Angelus 3.Acciaiolius.	207	
1387	50	Fr. Bartholomæus Vlarius.	209	

Ann. Chriſt.			
1390	51	Fr.Honuphrius Steccutus.	209
1400	52	Alemannus Adimarius.	212
1401	53	Iacobus Paladinus.	214
1410	54	Franciſcus 3.Zabarella	215
1411	1	Americus Corſinus primus Archiep. Florentinus.	216
1435	2	Ioannes 2.Vitelleſcus.	219
1438	3	Ludouicus Scarampus.	221
1439	4	Bartholomæus 2.Zabarella.	222
1446	5	S.Antoninus.	223
1459	6	Orlandus Bonarlus.	2312
1462	7	Ioannes 3 Neronius.	233
1473	8	Fr.Petrus 5.Corſinus	234
1474	9	Raynaldus Vrſinus.	135
1508	10	Coſmus Pazzius.	237
1513	11	Iulius Medices.	232
1524	12	Nicolaus Rodulphus.	243
1532	13	Andreas 3. Bondelmontes.	244
1548	14	Antonius Altouita.	245
1574	15	Alexander Medices.	247
1605	16	Alexander 2.Martius Medices.	248
1630	17	Coſmus 2.Bardius.	249
1632	18	Petrus 6.Nicolinius.	249

BVRGENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An. Chriſt.			
1520	1	Galeottus de Gratianis	256
1522	2	Leonardus Tornabonus.	257
1539	3	Philippus Archintus.	255
1546	4	Alphonſus Tornabonus.	257
1557	5	Philippus 2.Tornabonus.	257
1560	6	Nicolaus Tornabonus.	258
1598	7	Alexander Burghius.	258
1605	8	Hieronymus Incontrius.	259
1615	9	Ioannes de Gualterijs.	259
1619	10	Philippus 3.de Saluiatis.	259
1534	11	Fr.Zenobius Medices.	260
1638	12	Fr.Dionyſius Buſſottus.	260

COLLENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

	An.Chriſt.			
	1592	1	Vſimbardus de Vſimbardis.	267
	1613	2	Coſmus de Gerardeſcha.	268
	1634	3	Thomas Saluiatus.	269
	1638	4	Robertus Strozzius.	269
	1645	5	Ioan.Baptiſta Bonaccurſius.	269

FESVLANORVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

	An.Chriſt.			
	90	1	Romulus.	272
	555	2	Ruſticus.	272
	570	3	S.Letus.	272
	582	4	S.Alexander.	272
	590	5	S.Romanus.	273
	816	6	S.Donatus.	273
	826	7	Graſulphus.	274
	890	8	Zenobius.	274
C	904	9	Ernandus.	275
	966	10	Zenobius 2.	275
	984	11	Petrus.	278
	1000	12	Raymundus.	281
	1017	13	Regembaldus.	281
	1027	14	Iacobus Bauarus.	286
	1039	15	Atinulphus.	303
	1059	16	Teuſmundus.	303
	1079	17	Guillelmus.	304
	1099	18	Gebizus.	304
	1101	19	Ioannes 2.	305
	1114	20	Ioannes 2.	310
	1143	21	Ionathas.	312
	1153	22	Rodulphus	315
	1279	23	Lanfranchus.	319
	1193	24	Raynerius.	320
D	1220	25	Ildeprandus.	321
	1257	26	Maynettus	326
	1282	27	Fr.Philippus.	327
	1297	28	Fr.Angelus.	327
	1301	29	Fr. Bartholomæus.	327
	1301	30	M.Antonius Vrſus.	327
	1309	31	Fr.Conradus a Pinna.	329
	1312	32	M.Tedices de Aliottis	328
	1337	33	Fulginus Carbonus.	328
	1349	34	S.Andreas Corſinu.	329
	1373	35	Nerius Corſinus.	330
	1377	36	Nicolaus.	331
	1383	37	Fr.Antonius 2.Cipollonus.	331
	1390	38	Fr.Antonius 3.Altouita.	331
	1408	39	Fr.Lucas Manzolius.	333
	1411	40	Antonius 4.Caietanus	333
	1411	41	Bindus Ferruccius.	334
	1421	42	Benozzus Federighius.	334
A	An.Chriſt.			
	1450	43	Leonardus Salutatus.	335
	1466	44	Antonius 5.Allius.	335
	1470	45	Fr.Guillelmus 2. Becchius.	336
	1480	46	Ioannes 3.Arcimboldus.	336
	1481	47	Robertus Folchus.	337
	1504	48	Guillelmus 3.Folchius.	337
	1530	49	Braccius Martellus.	338
	1551	50	Petrus Damaianus.	339
	1566	51	Fr.Angelus de Catanis.	339
	1570	52	Franciſcus de Catanis	340
	1596	53	Alexander Martius Medices.	341
	1605	54	Bartholomæus 2.Lanfredinus.	342
	1614	55	Baccius 2.Gherardinius.	342
	1610	56	Thomas Simenes.	343
B	1645	57	Robertus Strozzius.	343

MINIATENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

	An.Chriſt.			
	1624	1	Franciſcus Notius.	350
	1632	2	Alexander Strozzius.	351

C PISTORIENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

	An.Chriſt.			
	600	1	Reſtaldus.	354
	700	2	Ioannes i	354
	801	3	Vviltretradus.	354
	826	4	Lambardus.	354
	844	5	Quiſprandus	354
	870	6	Oſchiſius.	354
	916	7	Vvido.	354
	940	8	Ioannes	354
D	963	9	Florentius	354
	985	10	Antonius.	354
	904	11	Atterius.	354
	1012	22	Reſtaldus 2.	354
	1020	13	Ioannes 2.	354
	1050	14	Martinus.	354
	1052	15	Vvido.	354
	1068	16	Leo.	354
	1096	17	Petrus.	357
	1105	18	Ildeprandus Guidius.	357
	1133	19	B. Atto.	359
	1153	20	Treccia.	363
	1181	21	Raynaldus.	366
	1187	22	Bonus.	366
	1200	23	Soffiedus.	366
	1220	24	Thomas.	370
	1223	25	Gratiadeus.	370
	1252	26	Guidalaſtes Vergelleſius.	371

An.Chriſt.			
1285	27	Thomas 2.	372
1303	28	Bartholomæus de Sigisbundis.	372
1307	29	Hermannus de Anaſtaſijs.	372
1322	30	Baienzus de Richardis.	373
1349	31	Andreas de Centorijs.	373
1356	32	Fr.Remigius.	374
1367	33	Ioannes Viuentius.	374
1377	34	Fr. Andreas 2. de Boccagnis.	374
1400	35	Matthæus de Diamantibus.	375
1426	36	Fr.Vbertus de Albizis.	375
1436	37	Donatus Medices.	375
1440	38	Nicolaus Pandulphinus.	376
1510	39	Laurentius Puccius.	377
1518	40	Antonius Puccius.	378
1541	41	Robertus Puccius.	380
1546	42	Franciſcus Caligarius.	581
1560	43	Io.Bapt. Ricaſolius.	382
1573	44	Alexander Medices.	383
1574	45	Ludouicus Antinorius.	383
1599	46	Lactantius de Lactantijs	384
1600	67	Alexander 2. Caccia.	385

PISANORVM Archiepiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
45	1	S.Perinus.	401
313	2	Gaudentius.	401
643	3	Alexander.	401
643	4	Opportunus.	401
680	5	Maurianus,	401
	6	Maximus.	401
742	7	Andreas.	401
743	8	Ioannes.	401
820	9	Ioannes 2.	401
821	10	Plato.	401
826	11	Ioannes 3.	402
837	12	Burgius.	402
841	13	Zenobius.	402
844	14	Ioannes 4.	402
860	15	Plato 2.	402
890	16	Ioannes 5.	402
909	17	Ardinghus.	402
911	18	Theodoricus.	402
917	19	Turrichius.	402
918	20	Volighidius	402
920	21	Vlſerius.	402
980	22	Auntus.	402
924	23	Aſtius.	402
925	24	Ioannes 6.	402
946	25	Henricus.	402
930	26	Zenobius.	402
940	27	Grimoaldus	402
968	28	Albericus.	405
886	29	Raymbertus.	405
1005	30	Petrus	405
1006	31	Vvido	405
1013	32	Lambertus.	405

An.Chriſt.			
1015	33	Vvido 2.de Trauella.	406
1019	34	Vgo.	406
1013	35	Aſtius.	407
1044	36	Opizzus.	407
1063	37	Vvido 3.	411
1077	38	Landulphus.	412
1081	39	Gerardus.	417
1088	40	Daibertus primus Archiepiſcopus Piſanus.	422
1103	41	Petrus 2.	427
1120	42	Acto 2.	439
1123	43	Rogerus.	439
1132	44	Vbertus de Lanfranchis.	447
1138	45	Balduinus.	452
1145	46	Villanus Villanius, ſeu de Caietanis.	459
1174	47	Vbaldus Lanfranchus.	476
1209	4	Lotharius Roſanus.	495
1216	49	Aleprandinus.	498
1218	50	M. Vitalis de Caietanis, ſiue de Marrij.	490
1254	51	Fridericus Vicecomes	513
1278	52	Rogerius Duraldus, ſeu Vbaldinus.	526
1295	53	Theodoricus Raynerius.	527
1299	54	Ioannes 7.de Caietanis, ſeu de Prouincialibus.	528
1312	55	Fr.Oddo de Sala.	529
1323	56	Fr.Simeon de Salterellis.	534
1342	57	Dinus de Radicotano	544
1349	58	Ioannes 8.Scherlattus.	545
1363	59	Franciſcus de Puccis.	546
1363	60	Franciſcus 2. Moricottus.	547
1378	61	Barnabas de Maleſpinis.	548
1381	62	Lottus Gambacurtus.	548
1394	63	Ioannes 9.Gabrielius.	549
1400	64	Ludouicus Bonitus.	550
1406	65	Alemannus Adimarius.	552
1411	66	Petrus 3.Riccius.	574
1419	67	Iulianus Riccius	575
1461	68	Philippus Medices.	576
1474	69	Franciſcus 3. Saluiatus.	577
1479	70	Raphael Riarius.	578
1499	71	Cæſar Riarius.	579
1518	72	Honuphrius Bartolonus.	580
1556	73	Scipio Rebiba.	581
1560	74	Ioannes 10. Medices.	582
1564	75	Angelus Nicolinus.	585
1567	76	Ioannes 11.Riccius.	586
1574	77	Petrus Iacobus Borbonius.	587
1575	78	Ludouicus 2. Antinorius	588
1577	79	Bartholomæus Innius	588
1577	80	Matthæus Rinuccinus	589
1582	81	Carolus Antoninus a Puteo.	589
1607	82	Saluſtius Taruſius.	592
1613	83	Franciſcus Bonuannius.	592
1620	84	Iulianus 2. Medices	593
1636	85	Scipio Elcius.	594

ADIA-

A D I A C E N S I V M Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.				
1128	1	Ardizus.	595	
1179	2	Ioannes	595	
	3	Andreas.	595	
1322	4	Americus.	595	
1322	5	Fr.Vitalis Grecchius	595	
1342	6	Fr.Manfredus.	595	
1345	7	Fr. Bernardus Eſcarpiti.	595	
1348	8	Fr.Philippus de Vrſone.	596	
1351	9	Fr. Vincentius Laſſaro.	596	B
1369	10	Simeon.	596	
1401	11	Petrus.	596	
1411	12	Manrus.	596	
1420	13	Fr.Paulus Albertus.	596	
1422	14	Andreas.	596	
1429	15	Fr.Lucas de Offredo.	596	
1438	16	Valerianus de Calderinis.	596	
1438	17	Fr.Raphael Spinola.	596	
1457	18	Fr.Deodatus Baceonius.	597	
1477	19	Nicolaus.	597	
1481	20	Paulus Fregoſus.	597	
1498	21	Fr.Philippus Pallauicinus.	597	
1539	22	Leonardus Tornabonus.	597	
1541	23	Alexander Guidiccionius.	598	
1548	24	Io.Bapt.de Bernardis.	598	C
1578	25	Chriſtophorus Guidiccionius.	599	
1587	26	Iulius Iuſtinianus.	600	
1616	27	Fabianus Iuſtinianus.	600	
1627	28	Octauius Riuarola.	600	

A L E R I E N S I V M Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.				
1252	1	N.	600	D
1270	2	Fr. Nicolaus Fortiguerra.	601	
1264	3	Fr.Bartholomæus	601	
1322	4	Fr.Gherardus Orlandinus.	601	
1330	5	Fr.Galganus.	602	
1342	6	Fr.Vvillelmus.	602	
1345	7	Fr. Arnoldus.	602	
1354	8	Raymundus.	602	
1362	9	Ioannes.	602	
1362	10	Fr.Blaſius.	602	
1366	11	Saluinus.	602	
1406	12	Bartholomæus.	602	
1411	13	Othobonus de Lomellinis.	602	
1412	14	Ambroſius	602	
1440	15	Fr.Leo.	602	
1455	16	Ioan.Antonius de Buxijs.	603	
1475	17	Ardicinus a Porta.	603	
1493	18	Hieronymus Pallauicinus.	604	
1503	19	Antonius.	604	

An.Chriſt.				
1503	20	Fr.Iacobus Pertucius.	604	A
1517	21	Innocentius Cibo.	605	
1520	22	Franciſcus Pallauicinus.	605	
1551	23	Petrus Franciſcus Pallauicinus.	605	
1571	24	Alexander Saulius.	605	
1591	25	Octauius Belmoſtus.	606	
1608	26	Dominicus Riuarola.	606	
1609	27	Fr.Ioannes Salus.	607	
1611	28	Fr.Io.Franciſcus Myrtus.	607	
1642	29	Fr.Decius Iuſtinianus	607	
1643	30	Octauius Raggius.	607	
1644	31	Auguſtinus Donghus.	607	

S A G O N E N S I V M Epiſcoporum.

INDEX CHRON.

An.Chriſt.				
1179	1	N.	608	B
1298	2	Fr.Farius.	608	
1306	3	Bonifatius	608	
1306	4	Fr.Gauinus.	608	
1323	5	Fr.Guillelmus.	608	
1328	6	Fr.Antonius.	608	
1331	7	Fr.Iacobus.	608	
1343	8	Paganus.	608	C
1343	9	Fr. Bernardus de Monteſio.	608	
1391	10	Gualterus.	608	
1391	11	Petrus Guaſconus.	609	
1411	12	Michael Barrolus.	609	
1412	13	Ioannes Albertinus.	609	
1419	14	Iacobus Rodinus.	609	
1432	15	Fr.Gabriel	609	
1438	16	Valerianus de Calderinis.	609	
1438	17	Gregorius de Fliſco.	609	
1445	18	Fr.Ioannes 2.	609	
1478	19	Dominicus Boerius.	609	
1479	20	Laurentius Regina.	609	
1481	21	Fr.Vvillelmus.	610	
1493	22	Laurentius	610	
1510	23	Auguſtinus de Fliſco.	610	D
1528	24	Imperialis Doria	610	
1544	25	Eduardus Cicada.	610	
1545	26	Ioannes Maria Buſinonius.	611	
1551	27	Ioan.Baptiſta Cicadá.	611	
1551	28	Hieronymus de Federicis.	612	
1562	29	Carolus Grimaldus.	612	
1667	30	Hieronymus Leonerus	612	
1578	31	Cæſar Contradus.	612	
1585	32	Ioſeph Godonus.	612	
1606	33	Petrus Lomellinus.	613	
1625	34	Sebaſtianus Albanus.	614	
1632	35	Io.Stephanus Sytus.	614	
1635	36	Benedictus Rezzanius	614	
1640	37	Fr.Raphael Pizzurnus.	614	

SENENSIVM Epiſcoporum. & Archiepiſcoporum,

INDEX CHRON.

An.Chriſt.			
306	1	Lucifer.	620
313	2	Florianus.	620
440	3	Dodus.	621
465	4	Euſebius.	621
520	5	Magnus.	621
565	6	Maurus.	621
597	7	Aymus.	621
612	8	Robertus.	621
628	9	Piritheus.	621
642	10	Antiphredus.	621
658	11	Andreas.	621
670	12	Gualterottus.	621
674	13	Gerardus.	621
679	14	Vitellianus	621
689	15	Lupus.	621
722	16	Cauſirius.	621
731	17	Adeodatus	621
743	18	Groſſus	623
761	19	Iordanus.	623
792	20	Ioannes 1.	623
795	21	Andreas.	623
800	22	Piritheus 2.	623
826	23	Petrus.	625
830	24	Thomas.	625
841	25	Gerardus.	625
844	26	Concius.	625
864	27	Ambroſius.	725
900	28	Vbertinus.	625
906	29	Ægidius.	625
913	30	Theodoricus.	625
932	31	Getardus.	625
	32	Vitellianus 2.	625
963	33	Piſanus.	625
	34	Lucidus.	625
1001	35	Adeodatus	625
1031	36	Leo.	625
1050	37	Ioannes 2.	625
1058	38	Anſifredus	626
1059	39	Roſfredus.	626
1068	40	Rodulphus.	626
1080	41	Gualfredus.	626
1127	42	Raynerius.	627
1170	43	Gunteronus.	629
1189	44	M. Bonus.	629
1216	45	Bonfilius.	629
1253	46	Fr.Thomas Fuſconis de Berta.	632
1273	47	Bandinus.	636
1282	48	Raynaldus Malauolta.	637
1307	49	Fr.Rogerius.	637
1317	50	DonusDei Malauolta	637
1351	51	Azolinus Malauolta.	638
1370	52	Iacobus Malauolta.	641
1371	53	Fr.Vvillelmus.	642
1377	54	Lucas Bertinus.	643
1384	55	Carolus Minutulus.	644
1385	56	Franciſcus Mormilius	644
1396	57	Guillelmus	644
1407	58	Gabriel Condulmerius.	645
1409	59	Antonius Caſinus.	646
1427	60	Carolus 2. Bartolus.	649
1442	61	Chriſtophorus de S.Marcello.	650
1444	62	Nerius de Monte Carulo.	650
1450	63	Æneas Sylnius Piccolomineus	651
1458	1	Antonius Piccolomineus primus Archiepiſcopus Senenſis.	653
1460	2	Franciſcus Piccolomineus.	658
1503	3	Ioannes Piccolomineus.	658
1529	4	Franciſcus Bandinus.	659
1588	5	Aſcanius Piccolomineus.	660
1597	6	Franciſcus Maria Taruſius.	661
1607	7	Camillus Burgheſius.	662
1612	8	Metellus Bichius	663
1615	9	Alexander Petrucciur.	664
1630	10	Aſcanius 2.Piccolomineus.	665

CLVSINORVM Epiſcoporum.

INDEX CHRON.

462	1	Florentius	667
676	2	Theodorus.	667
743	3	Arnaldus.	667
	4	Theobaldus	674
911	5	Ahriſtianus.	708
968	6	Lutius.	709
996	7	Arialdus.	710
1050	8	Petrus 1.	721
1076	9	Lanfranchus.	727
1126	10	Petrus 2.	727
1179	11	Leo.	729
1200	12	Gualfredus.	729
1210	13	Theobaldus.	729
1215	14	Hermannus.	729
1222	15	Gualfredus.	729
1225	16	Piſanus.	729
1240	19	Benedictus.	733
1248	18	Frigerius.	733
1255	19	Petrus 3.	733
1260	20	Raynerius	737
1273	21	Petrus 4.	737
1299	22	Fr.Matthæus.	737
1317	23	Fr. Matthæus 2. Vrſinus.	737
1327	24	Raynerius 2.	739
1343	25	Angelus	739
1348	26	Franciſcus	739
1353	27	Blaſius.	739
1357	28	Blaſius 2.Geminellus.	740
1388	29	Matthæus 3.	740
1390	30	Aldebrandus Michelozzus.	740
1404	31	Antonius.	740
1410	32	Blaſius 3.Hermannus	741
1418	33	Petrus Paulus Bertini.	742
1437	34	Aleſius de Cæſaris.	842
1460	35	Ioannes Chitugius.	744

Fr. Ga-

An.Chriſt.			
1461	36	Fr.Gabriel Piccolomineus.	745
1483	37	Laurentius Mancinus.	747
1497	38	Antonius.	747
1497	39	Synulphus Lotherius.	747
1503	40	Bonifacius Lotherius.	747
1504	41	Nicolaus Bonafides.	747
1533	42	Bartholomæus Ferratinus.	748
1534	43	Gregorius Magalottus.	749
1538	44	Vvido Aſcanius Sfortia.	750
1538	45	Gregorius 2.Andreaſſus.	750
1544	46	Bartholomæus Guidiccionius.	750
1545	47	Ioannes Riccius.	750
1558	48	Filiuccius de Filiuccijs.	750
1558	49	Saluator Pacinus.	751
1581	50	Fr.Maſſeus Bardius.	751
1588	51	Ludouicus Martellius.	752
1602	52	Fauſtus Malarius.	752
1607	53	Horatius Spannochius.	753
1602	54	Alphonſus Petruccius.	754
1633	57	Io.Bapt.Piccolomineus.	754
1637	56	Hippolytus Campionus.	754

GROSSETANORVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
498	1	Vitellianus.	755
596	2	Balbinus.	755
660	3	Theodorus.	755
679	4	Valerianus.	756
826	5	Rupertus.	756
1015	6	Raynerius.	756
1059	7	Gerardus.	756
1068	8	Bodus.	756
	9	Balphus.	756
	10	Gualfredus.	756
1101	11	Ildeprandus.	756
1121	12	N..	756
1133	13	Roilandus.	758
1174	14	Martinus.	758
1187	15	Gualfredus.	758
1220	16	Pepus.	758
1239	17	Actius.	758
1262	18	Hugo.	758
1277	19	Actius 2.	758
1278	20	Fr.Bartholomæus.	758
1290	21	Offreducius.	759
1295	22	Ioannes.	759
1306	23	Fr.Reſtaurus.	759
1328	24	Fr.Philippus.	759
1330	25	Fr.Angelus de Porta ſolis.	759
1334	26	Angelus 2.de Cerretanis.	759
1349	27	Benedictus de Cerretanis.	760
1383	28	Iacobus de Tolomeis.	760
1390	29	Angelus 3.de Malauoltis.	760
1400	30	Antonius de Malauoltis.	760
1407	31	Franciſcus Bellantes.	761
1417	32	Ioannes Peccius.	761

A

An.Chriſt.			
1427	33	Antonius Caſinus.	761
1439	34	Iulianus Cæſarinus.	761
1445	35	Memmus Agazzarius.	775
1452	36	Ioannes Agazzarius.	775
1468	37	Ioannes 2.Ilcius	777
1489	38	Andreoccius Chinuccius.	777
1497	39	Raphael Petruccius.	777
1522	40	Ferdinandus Ponzettus.	778
1527	41	Dominicus Iacobatius.	779
1533	42	Marcus Antonius Campegius.	779
1553	43	Fabius Mignanellus.	779
1558	44	Iacobus Mignanellus.	780
1576	45	Claudius Burgheſius.	780
1591	46	Clemens Politus.	781
1606	47	Iulius Sanſedonius.	782
1611	48	Franciſcus Piccolomineus.	782
1622	49	Hieronymus Tantuccius	782
1637	50	Aſcanius Turraminus.	782

B

POPVLONIENSIVM, & MASSÆ Epiſcoporum.

INDEX CHRON.

C

An.Chriſt.			
573	1	S.Cerbonus.	784
680	2	Serenus.	785
756	3	Ancaurus.	785
826	4	Guripertus.	785
853	5	Odalpertus.	785
766	6	Paulus.	785
1015	7	Henricus.	785
1056	8	VV.	785
1061	9	Tegrinus.	703
1075	10	Guillelmus.	785
1099	11	Ioannes.	785
1104	12	Laurentius.	786
1106	13	Rotlandus.	787
1189	14	Ioannes 2.	789
1211	15	Marzuccus Caietanus.	789
1231	16	G.	791
1232	17	Ildeprandus.	791
1250	18	Rogerius.	791
1268	19	Philippus.	794
1290	20	Rotlandus 2.Vgurgerius.	794
1307	21	Landus.	795
1310	22	Chriſtophorus de Mellonis.	795
1318	23	Petrus.	795
1320	24	Ioannes 2.	795
1332	25	Fr.Galganus.	796
1348	26	Vvido.	796
1361	27	Antonius de Riparia.	796
1380	28	Petrus.	796
1386	29	Andreas de Guidis.	796
1391	30	Ioannes 3.Gabriellius.	796
1394	31	Nicolaus Berutus.	796
1404	32	Bartholomæus Ghinius.	797
1425	33	Antonius Caſinus.	797

D

Fr.

An.Chriſt.			
1430	34	Fr.Antonius.	798
1435	35	Richardus del Frate.	799
1439	36	Petrus de Vrſo.	799
1467	37	Leonardus Datus.	800
1472	38	Fr.Bartholomæus 2.Roboteus.	802
1474	39	Fr.Ioannes 4. Ianderonus.	802
1483	40	Hieronymus de Comitibus.	802
1500	41	Ventura Benaſſai.	802
1511	42	Alphonſus Petruccius.	803
1517	43	Ioan.Hieronymus Peruſcus.	803
1524	44	Franciſcus Peruſcus.	803
1529	45	Paulus Cæſius.	803
1530	46	Hieronymus Ianderonus.	803
1547	47	Alexander Farneſius.	804
1547	48	Bernardinus Maffeus.	804
1549	49	Michael de Silua.	805
1556	50	Franciſcus Franchinus.	806
1560	51	Ventura 2. Buſalnus.	806
1570	52	Antonius de Angelis.	807
1579	53	Albertus Bolognettus	807
1583	54	Vincentius Caſalius	808
1587	55	Achilles Sergardius.	810
1601	56	Alexandes Petruccius	811
1615	57	Fabius Piccolomineus.	812
1629	58	Ioannes Bapt. Maleſpina.	812

SVANENSIVM Epiſcoporum.

INDEX CHRONICVS.

An.Chriſt.			
	1	Taddinus.	814
680	2	Maurilius.	814
788	3	P.	814
826	4	Sebaſtianus.	814
853	5	Tranſmundus.	814
860	6	Raynerius.	814
871	7	Stephanus.	814
963	8	Piſanus.	814
1015	9	Ioannes	814
1059	10	Ioannes 2.	814
1083	11	Dauid.	814
1088	12	Berardus.	814
1110	13	Montanus.	814
1133	14	Idittus.	814
1179	15	Paulinus.	814
1221	16	Galerinus.	815
1269	17	Theodinus.	818
1270	18	Dauid.	822
1283	19	Marcus.	823
1798	20	Landus.	829
1198	21	Munaldus Monaldeſchus.	829
1302	22	Zampus.	820
1312	23	Tranſmundus Monaldeſcus	830
1330	24	Fr.Alemannus de Donatis.	830
1342	25	Nicolaus.	830
1362	26	Paulus.	833
1367	27	Fr.Nicolaus.	833
1369	28	Robertus de Verde.	834
1380	29	Petrus de Blandebellis.	834
1386	30	Antonius.	833
1390	31	Thomas Marius.	834
1397	32	Valentinus.	834
1402	33	Petrus 2.	834
1414	34	Fr.Antonius del Fede.	834
1434	35	Ioachimus Suhare.	835
1439	36	Apollonius Maſſainus.	835
1467	37	Thomas ed Teſta.	841
1470	38	Andreoccius Ghinuccius.	841
1489	39	Hieronymus Scottus.	842
1492	40	Ardellus Piccolomineus.	842
1510	41	Alphonſus Petruccius.	843
1517	42	Lactantius Petruccius	843
1517	43	Dominicus Collecta.	843
1520	44	Raphael Petruccius.	843
1529	45	Hercules Gonzaga.	844
1532	46	Ferdinandus Farneſius.	845
1535	47	Caruagial Simoncellus.	845
1596	48	Metellus Bichius.	845
1606	49	Octauius Saracenus.	846
1624	50	Scipio Tancredus.	845
1637	51	Chriſtophorus Tholomeus	847
1638	52	Æneas Spanazius.	848
1645	53	Marcellus Ceruinus.	848

ARETINORVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRON.

De quibus egimus in primo noſtro Tomo tamquam Apoſtolicæ Sedi immediate ſubiectis. pag. 448.

An.Chriſt.			
	1	S.Saturus.	450
346	2	S.Donatus.	455
366	3	Gelaſius.	455
371	4	Donatianus.	455
372	5	Seuerianus.	456
375	6	Florentius.	456
377	7	Maximus.	456
380	8	Euſebius.	456
381	9	S.Gaudentius.	456
382	10	Decentius.	456
422	11	Laurentius.	456
444	12	Euſebius 2	456
447	13	Gallus.	456
501	14	Benedictus	456
520	15	Olibrius.	456
550	16	Vndicianus.	456
563	17	Caſſianus.	456
580	18	Datus.	456
590	19	Dulciſſus.	456
599	20	Innocentius.	456
617	21	Maioranus	457
630	22	Seruandus.	457
654	23	Cyprianus.	457
657	14	Bonhomo	457

Vitel-

An.Chriſt.			
676	25	Vitellianus.	457
679	26	Cyprianus.	457
685	27	Alphanus.	457
707	28	Deodatus.	457
708	29	Abreus.	457
735	30	Lupertianus:	457
741	31	Stabilis.	459
751	32	Commimundus.	459
755	33	Eluetus.	459
826	34	Aripertus.	459
833	35	Petrus 2.	460
876	36	Ioannes.	461
901	37	Petrus 3.	461
922	38	Theodoricus.	461
955	39	Guillelmus.	462
963	40	Eueratdus.	462
972	41	Alpertus.	462
987	42	Elimpertus.	462
1013	43	Albertus.	463
1036	44	Theodoldus.	463
1037	45	Aymus.	464
1056	46	Arnoldus.	464
1071	47	Conſtantinus.	465
1087	48	Elimpertus.	466
1095	49	Gregorius.	466
1108	50	Regius Viſdominus.	466
1109	51	Gualterius	466
1116	52	Vvido Buccatorta.	466
1130	53	Biuiarius.	467
1138	54	Maurus.	467
1144	55	Hieronymus.	467
1188	56	Conſtantinus.	467
1188	57	Franciſcus.	467
1196	58	Amadeus.	469
1206	59	Gregorius 2.	471
1225	60	Martinus.	471
1229	61	Theobaldus 2.	469
1237	62	Marcellinus Pete.	469
1249	63	Guillelmus Vbertinus.	470
1291	64	Ildeprandinus Guidius.	471
1313	65	Vvido Tarlatus.	472
1336	66	Boius Vbertinus.	474
1365	67	Iacobus de Militibus.	475
1370	68	Ioannes Albergottus,	575
1390	69	Antonius Archeoneus	476
1391	70	Angelus de Ricaſolis.	476
1403	71	Petrus 3. Riccius.	476
1411	72	Capponus Capponius	476
1414	73	Franciſcus Bellarminus.	476
1434	74	Robertus de Aſinis.	475
1456	75	Philippus Medices.	479
1461	76	Laurentius Acciaiolius.	479
1473	77	Gentilis de Becchis.	479
1497	78	Coſmus Patius.	480
1508	79	Raphael Riarius	481
1511	80	Hieronymus Sanſonius.	481
1519	81	Octauius Maria Sfortia.	481
1525	82	Franciſcus Minerbettus.	481
1538	83	Bernardettus Minerbettus.	482
1574	84	Fr. Stephanus Bonuccius	482
1589	85	Petrus Vſimbardus.	383
1612	86	Antonius Riccius.	484
1638	87	Thomas Saluiatus.	484

CORTONENSIVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRONICVS.

De quibus in primo noſtro tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ ſedi immediate ſubiectis egimus. pag. 661.

An.Chriſt.			
1326	1	Raynerius Vbertinus.	668
1348	2	Gotus.	668
1364	3	Fr. Benedictus Vallatus.	668
1382	4	Iulianus de Minibaldeſijs.	668
1388	5	Laurentius.	668
1390	6	Lucas Caſalius.	668
1391	7	Vbaldinus de Vbaldinis.	668
1393	8	Fr. Bartholomæus.	666
1404	9	Fr. Enoc de Coneolarijs.	669
1426	10	Fr. Matthæus de Teſtis.	669
1439	11	Chriſtophorus ex Marchionibus Petrallæ.	669
1440	12	Fr. Bartholomæus de Vbertinis, ſeu Lopaccius.	669
1455	13	Fr. Martinus Saluinus.	670
1486	14	Chriſtophorus 2. Borbonius.	670
1502	15	Raynerius de Guicciardinis.	470
1504	16	Franciſcus Soderinus.	670
1505	17	Guillelmus Capponius.	670
1516	18	Ioannes Seminius.	679
1521	19	Siluius Paſſerinus.	671
1528	20	Leonardus Bonafides.	671
1538	21	Io. Baptiſta de Ricaſolis.	672
1560	22	Matthæus Corcinus.	672
1562	23	Hieronymus Gaddus.	872
1572	24	Franciſcus Prægnianus.	673
1577	25	Fr. Conſtantinus Veltronus.	673
1585	26	Ioannes de Albertis.	673
1597	27	Coſmus Angelus Piſanus.	
1602	28	Philippus Bardius.	673
1622	29	Coſmus 2. Minerbettus.	673
1628	30	Laurentius della Robbia	674
1634	31	Ludouicus Serriſtarius.	674

L V C E N S I V M Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRON.

De quibus egimus in primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ ſedi immediate ſubiectis. pag. 838.

An.Chriſt.			
46	1	S. Paulinus.	841
69	2	S. Valerius.	842
324	3	S. Theodorus.	843
359	4	Paulinus 2.	844
465	5	Felix.	844

An.Chriſt.			
	6	Obſequentius,	844
	7	Geminianus,	844
560	8	Frigidianus	844
588	9	Valerianus,	845
	10	Paterous.	
	11	Piſanus.	
	12	Vindicius	
	13	Probinus	
	14	Maximus,	
	15	Aurelianus.	
	16	Nurmoſus.	
	17	Decentius.	
	18	Aucutius.	
	19	Abuodanſius,	
	20	Laureotius,	
649	21	Lætus.	846
680	22	Eleutherius,	846
685	23	Felix.	846
700	24	Balſarius.	846
720	25	Fabemperianus,	846
754	26	Vvalprandus.	846
781	27	B.Ioannes	846
800	28	Iacobus.	848
816	29	Petruss.	848
851	30	Ambroſius,	848
852	31	Hieremias.	848
869	32	Gherardus	848
896	33	Petrus 2.	851
934	34	Iacobus 2.	856
935	35	Conradus.	856
967	36	Aghinus.	857
968	37	Adolangus.	857
981	38	Vvido.	857
982	39	Theudigrimus.	857
987	40	Italfredus.	837
990	41	Gherardus	857
1005	42	Rodilandus.	857
1014	43	Grimizzus.	857
1023	44	Ioannes,	857
1056	45	Anſelmus.	857
1073	46	S.Anſelmus 2,	868
1089	47	Gonfredus.	872
1098	48	Rogeriu.	872
1112	49	Rodulphus.	875
1118	50	Benedictus.	875
1128	51	Vbertus.	877
1140	52	Otho,	878
1146	53	Gregorius.	878
1164	54	Plebanus.	878
1166	55	Henricus.	878
1171	56	Laodus.	878
1175	57	Guillelmus.	878
1195	58	Vvido 2.	878
1205	59	Robertus.	879
1225	60	M.R.	879
1227	61	Opizo.	879
1236	62	Guercius.	880
1257	63	Henricus 2.	881
1271	64	Paganellus.	881
1272	65	Fr.Petrus Angelellus.	881
1275	66	Paganellus 2.	881
1360	67	Fr.Henricus 3.	881
1330	68	Fr.Guillelmus 2.	882
An.Chriſt.			
1349	69	Berengarius,	882
1368	70	Guillelmus 3.	882
1374	71	Paulus Gabrielſius.	882
1381	72	Antonius de Riparia.	882
1383	73	Fr.Ioannes Salutini.	882
1394	74	Nicolaus de Guiniſijs.	882
1436	75	Ludouicus de Maurinis.	884
1441	76	Balthaſſar Mannus.	884
1448	77	Stephanus de Trentis.	884
1477	78	Iacobus Amannatus.	885
1479	79	Nicolaus Sandonnini.	885
1495	80	Felinus Sandeus.	887
1503	81	Galeotius Franciottus	888
1508	82	Sixtus Gara de Ruuere,	888
1517	83	Franciſcus ſfortia.	889
1546	84	Bartholomæus Guidiccionus.	889
1549	85	Alexander Guidiccionius.	890
1600	86	Alexander 2.Guidiccionius.	890
1637	87	M.Antonius Card.Franciottus.	892
1646	88	N.Arialdus,	

MONTISILCINENSIS Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRON.

De quibus in primo noſtro Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ Sedi immediate ſubiectis egimus, pag. 1067.

An.Chriſt.			
1461	1	Ioannes Chiuugius.	1068
1470	2	Thomas de Teſta Piccolomin.	1068
1483	3	Auguſtinus Patritius.	1068
1496	4	Franciſcus Piccolomineus	1068
1498	5	Hieronymus Piccolomineus.	1068
1510	6	Hieron.2.Piccolomineus.	1068
1535	7	Alexander Piccolomineus.	1069
1554	8	Franciſcus Maria Piccolomin.	1069
1600	9	Camillus Burgheſius	1069
1607	10	Marius Coſius.	1069
1619	11	Hippolytus Burgheſius.	1070
1637	12	Scipio Tancredus.	1070
1641	13	Alexander 2.Seigardus	1070

MONTISPOLITIANI Epiſcoporum in Hetruria

INDEX CHRONICVS.

De quibus in noſtro primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ Sedi immediate ſubiectis egimus. pag. 1074.

Ann.Chriſt.			
1561	1	Ioannes Card.Riccius.	1075

Spi.

An.Chriſt.			
1462	2	Spinellus Beneius.	1077
1597	3	Sinulphus Beneius.	1078
1600	4	Saluſtius Tsruſius.	1078
1607	5	Robertus Vbaldinus.	1079
1622	6	Alaxander Stupha.	1079
1640	7	Talentus de Talentis.	1079

PIENTINORVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRONICVS.

*De quibus in noſtro primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ Sedis immediate ſubiectis egimus. pag. *90.*

An.Chriſt.			
1462	1	Ioannes Chinugius.	*95
1470	2	Thomas de Teſtá.	*95
1483	3	Auguſtinus Patritius.	*95
1496	4	Franciſeus Piccolomineus.	*96
1498	5	Hieronymus Piccolomineus.	*96
1510	6	Hieronymus 2.Piccolomineus.	*96
1528	7	Alexander Piccolomineus.	*96
1554	8	Francifeus Maria Piccolomineus.	*97
1599	9	Gioiss Drsgomanus.	*97
1631	10	Scipio e Comitibus Ilcii.	*97
1636	11	Hippolytus Burgheſius.	*97
1637	12	Ioannes Spennatius.	*98

VOLATERRANENSIVM Epiſcoporum in Hetruria.

INDEX CHRONICVS.

De quibus in noſtro primo Tomo, vt de Epiſcopis ſanctæ Sedis immediate ſubiectis egimus. pag. 331.*

	Ann.Chriſt.			
		1	S.Romulus.	*331
		2	S.Iuſtus.	*332
	502	3	Elpidius.	*333
	652	4	Geminianus.	333
	980	5	Mortuarius.	*333
	682	6	Vido.	*333
	698	7	Petrus.	*333
	706	8	Ganginus.	*333
	315	9	Gippius.	*333
	735	10	Albinus.	*333
	800	11	Petrus 2.	*333
	838	12	Andreas.	*333
		13	Guaghinus.	*334
		14	Alpartus.	*334
		15	Aldebradus.	*344
		16	Petrus.	*334
		17	Ganginus.	*334
	880	18	Alboinus.	*334
	929	19	Adelprandus.	*334
	945	20	Buoſſus.	*334
	971	21	Petrus. 2.	*334
	985	22	Benedictus.	*336
	987	23	Petrus 2.	*338
	1002	24	Benedictus 2.	*338
	1026	25	Vvido.	*342
	1034	26	Gaufredus.	*342
	1035	27	&umancius.	*343
	1061	28	Vvido 2.	*343
	1066	29	Hermannus.	*343
B	1077	30	N..	
	1081	31	Opilio.	*348
	1098	32	Rogerius.	*348
	1119	33	Euchariſtus.	*348
	1119	34	Rogerius 2.	*348
	1130	35	Creicentius.	*351
	1139	36	Oldimarius Adimarius	*851
	1150	37	Galganus 1.	*852
	1174	38	Vgo de Saladinis.	*852
	1184	39	Ildeprandus Pannochieſcus.	*853
	1213	40	Paganus.	*362
	1244	41	Galganus 2.	*362
	1251	42	Raynerius.	*363
	1261	43	Albertus Scolaries.	*364
	1273	44	Raynerius 2.Vbertinus.	*365
C	1300	45	Rogerius 3.	*366
	1301	46	Raynerius Belfortius.	*367
	1321	47	Raynucius Allegrettus.	*369
	1348	48	Philippus de Belfortis.	*370
	1359	49	Almerteus Chiati.	*373
	1361	50	Petrus 3.Corfinius.	*373
	1363	51	Andreas de S.Hieronymo.	*773
	1374	52	Lucius de Callio.	*374
	1378	53	Simon Paganus.	*374
	1384	54	Fr.Honuphrius Stecchutus.	*374
	1390	55	Fr.Antonius Cipollonus.	*374
	1396	56	Ioannes Riccius.	*374
	1409	57	Ludouicus Aliottus.	*375
	1411	58	Iacobus Scolarius.	*375
	1411	59	Stephanus Aleottus.	*375
	1435	60	Robertus Adimarius.	*375
D	1440	61	Robertus 2.Caualcantes.	*373
	1450	62	Ioannes Neronius.	*376
	1461	63	Vgolinus de Iunijs.	*376
	1470	94	Antonius de Allijs.	*377
	1478	65	Franciſcus Soderinus.	*379
	1509	66	Iulianus Soderinus.	*378
	1514	67	Franciſcus Roboreus.	*378
	1530	68	Ioannes Saluiatus.	*378
	1532	69	Io.Matthæus Sertorius.	*378
	1545	70	Benedictus Nerlius.	*379
	1565	71	Alexander Strozza.	*379
	1508	72	Ludouicus Antinorus.	*379
	1574	73	Marcus Saracenus.	*379
	1574	74	Vvido Seruidius.	*380
	1598	75	Lucas Alemannus.	*381
	1617	76	Bernardus Inghiramius.	*381
	1634	77	Nicolaus Sacchettus.	*383

FINIS.

INDEX NOMINVM OMNIVM EPISCOPORVM SINGVLARVM CIVITATVM,

Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ continentur ordine Alphabetico diſpoſitus.

A

AChilles Sergardius Maſſæ, 810.55.d
Actius Florentinus. 122.27.b
Actius Piſanus. 402.23.c
Actius Piſanus. 407.35.d
Actius Groſſetanus. 758.17.b
Actius Groſſetanus. 758.19.c
Adeodatus Senenſis. 621.17.c
Adeodatus Senenſis. 625.35.c
Ægidius Senenſis. 625.29.b
Æneas Syluius Piccolomineus Senen. 651.63.b
Æneas Spannatius Suanen. 848.52.a
albericus Piſanus. 405.28.c
albertus Bolognettus Maſſæ. 807.53.b
aldeprandus Michelozzius Cluſin. 740.30.c
aldellus Piccolomineus Suanen. 842.40.c
alemannus Adimarus Florentinus. 212.51.b
alemannus Adimarus Piſanus. 553.65.c
alemannus de Donatis Suanen. 830.24.d
aleprandinus Piſanus. 498.49.d
alexander Medices Florentinus. 245.15.c
alexander Martius Medices Florentin. 247.16.b
alexander Burghius Burgen. 258.7.c
alexander Feſulanus. 272.4.d
alexander Martius Medices Feſulan. 341.53.d
alexander Strozza Miniaten. 351.2.b
alexander Medices Piſtorien. 383.44.a
alexander Caccia Piſtorien. 385.49.a
alexander Piſanus. 401.3.c
alexander Guidiccionius Adiacen. 598.22.b
alexander Saulius Alerien. 605.24.c
alexander Petruccius Senen. 664.9.d
alexander Farneſius Maſſæ. 804.47.b
alexander Petruccius Maſſæ. 811.56.b
alexius de Cæſaris Cluſin. 742.34.d
aliprandus Florentin. 33.12.c
alphonſus Tornabonus Burgen. 257.4.d
alphonſus Petruccius Cluſin. 754.54.b
alphonſus Petruccius Maſſæ. 803.42.a
alphonſus Petruccius Suanen. 843.41.b
ambroſius Florentin. 124.28.c
ambroſius Alerien. 602.14.d
ambroſius Senen. 625.27.b
americus Corſinius Florentin. 216.1.d
americus Adiacen. 595.4.d
ancaurus Maſſæ. 785.3.a
A S. Andreas Florentinus. 26.6.c
andreas Florentin. 35.12.b
andreas Mozzius Florent. 168.38.c
andreas Bondelmontius Florent. 243.13.d
S. Andreas Corſinius Feſulan. 329.34.b
andreas de Centorijs Piſtorien. 373.31.d
andreas de Boccagnis Piſtorien. 374.34.c
andreas Piſanus 401.7.d
andreas Adiacen. 595.3.c
andreas Adiacen. 596.13.c
andreas Senen. 621.11.b
andreas Senen. 623.21.c
andreas de Guidis Maſſæ. 796.29.c
andreoccius Chinuccius Groſſetan. 777.38.c
andreoccius Chinuccius Suanen. 841.38.c
B angelus Acciaiolius Florent. 194.43.d
angelus de Ricaſolis Florent. 205.47.c
angelus Acciaiolius Florent. 207.48.d
angelus Feſulan. 327.28.a
angelus de Cataneis Feſulan. 339.51.d
angelus Nicolinus Piſan. 585.75.b
angelus Cluſin. 739.25.c
angelus Groſſetan. 759.25.b
angelus de Cerretanis Groſſetan. 759.26.d
angelus de Malauoltis Groſſetan. 760.29.c
anſifredus Senen. 621.10.b
anſifredus Senen. 626.38.b
S. Antoninus Florentin. 223.5.c
antonius Vrſus Florentin. 175.41.b
antonius Altobita Florent. 244.14.c
C antonius Cipollonus Feſulan. 331.37.c
antonius Caietanus Feſulan. 333.40.d
antonius Allius Feſulan. 335.44.b
antonius Piſtorien. 354.10.c
antonius Puccius Piſtorien. 378.40.b
antonius Alerien. 604.19.d
antonius Sagonen. 608.6.c
antonius Caſinus Senen. 646.59.d
antonius Piccolomineus Senen. 653.1.c
antonius Cluſin. 740.31.d
antonius Cluſin. 747.38.b
antonius de Malauoltis Groſſetan. 760.30.d
antonius Caſinus Groſſetan. 762.33.b
antonius de Riparia Maſſæ. 796.27.b
antonius Caſinius Maſſæ. 797.33.c
antonius Maſſæ. 797.34.a
antonius de Anglis Maſſæ. 807.52.a
antonius Suanen. 834.30.b

Anto.

Antonins del Fede Suanenſis. 834.34.d A
apollonius Maſſainus Suanen, 835.36.d
ardiçinus a Porta Alerien, 603.17.c
M.Ardinghus Florent. 33.13.c
Ardinghus Piſanus. 402.17 b
ardizus Adiacen. 595.1,e
ariſldus Cluſinus. 667.3.d
arialdus Cluſinus. 710.7.b
arnaldus Alerien, 602.7.b
aſcanius Piccolomineus Senen, 660.5.d
aſcanius Piccolomineus Senen. 665.10.b
aſcanius Turtsminus Groſſetan, 782.50.d
aſterius Piſtorien. 334.11.c
atho Florentin. 71.21.a
atho Piſan, 439.42.c
atinulphus Feſulan. 303.15.b B
B.Atto Piſtorien. 359.19.a
auguſtinus Donghus Alorien. 607.31.b
auguſtinus de Fliſco Sagonen. 610.23.a
auntus Piſan. 402.22.c
azolinus de Malauolris Senen, 638.51.b
aymus Senen. 621.7.h

B

BAccius Gherardinus Feſulan, 342.55.e
Balbinus Groſſetan. 755.2.d
balduinus Piſan, 452.45.b
bandinus Senen, 636.47.b
barenzus de Richardis Piſtorien. 373.30.a
barnabas de Malcſpinis Piſan. 548.61.b C
bartholomæus Vlarius Florent. 209.49.b
bartholomæus Zabarella Florent. 222.4.d
bartholomæus Lanfredinius Feſulan. 342.54.b
bartholomæus de Sigisbundis Piſtor. 372.28.d
bartholomæus Iunius Piſan. 588.79.d
bartholomæus Aſrien, 601.3.c
bartholomæus Alerien, 602.12.b
bartholomæus Ferratinus Cluſin. 748.42.d
bartholomæus Guidiccionus Cluſin. 750.46.c
bartholomæus Groſſetan. 758.20.c
bartholomæus Chinius Maſſæ. 797.32.a
bartholomæus Roborcus Maſſæ. 802.38.a
baulphus Groſſetan, 756.9.c
benedictus Rezzanius Sagonen. 614.36.a
benedictus Cluſin. 733.17.a D
benedictus de Cerretanis Groſſetan, 760.27.a
benozzius Federighius Feſulan. 334.42.d
berardus Suanen. 814.12.d
bernardinus Maffeius Maſſæ. 804.48.b
bernardus Florent. 132.31.a
bernardus Adiacen. 595.7.d
bernardus Sagonen. 608.9.d
bindus Ferruccius Feſulan, 334.41.b
biurgus Piſan, 402.12.a
blaſius Alerien. 602.10.b
blaſius Cluſinus, 739.27.d
blaſius Geminellus Cluſin, 740.28.a
blaſius Hermannus Cluſin, 741.32.b
bodus Groſſetan. 756.8.b
bonfilius Senen. 629.45.d
boniſacius Sagonen. 608.3.b
boniſacius Cluſin. 747.40.c
bonus Piſtorien, 366.23.b

C

CÆſar Riarius Piſan. 579.71.c
Cæſar Contradus Sagonen, 612.32.b
Camillus Burgheſius Senen. 662.7.d
Carolus Antonius a Puteo Piſan. 589.81.d
carolus Grimaldus Sagonen. 612.29.a
carolus Minutulus Senen. 644.55.b
carolus Bartolus Senen. 649.60.d
carusgial Simoncellus Suanen. 845.47.b
cauſinius Senen. 621.16.c
cerbonus Maſſæ. 784.1.d
chriſtianus Cluſinus. 708.5.b
chriſtophorus Guidiccionus Adiacen. 599.24.d
chriſtophorus Senen. 650.61.b
chriſtophorus de Mellonis Maſſæ. 795.22.b
chriſtophorus de Ptolemæis Suanen. 847.51.a
claudius Burgheſius Groſſetan. 780.45.c
clemens Politus Groſſetan. 781.46.b
concius Senen. 625.26.b
conradus a Pinus, ſeu de Gualfreduccis Feſulanus. 327. 31.d
coſmus Pazzius Florentin. 235.10.d
coſmus Bardus Florent. 248.17.b
coſmus Gerardeſcus Collen, 268.2.c

D

DAibertus Piſanus, 422.40.d
D.Dauid Suanen. 814.11.d
Dauid Suanen. 822.18.a
Decius Inſtimanus Alerien. 607.29.a
Deodatus Bacconius Adiacen. 597.17.a
Dinus Piſanus. 544.57.b
Dionyſius Buſſotius Burgen. 260.12.c
Dodus Senen. 621.3.a
Dominicus Riustola Alerien. 606.26.c
Dominicus Boetius Sagonen. 609.19.d
Dominicus Iacobatius Groſſetan. 779.41.a
Dominicus Colleſta Suanen. 843.43.c
Donatus Feſulan. 273.6.c
Donatus Medices Piſtorien. 375.37.d
Donusdei de Malauoltis Senen. 637.50.d

E

EDuardus Cicada Sagonen, 610.25.b
Ernandus Feſulanus. 275.9.c
Euſebius Senenſis. 621.4.a

F

FAbianus Iuſtinianus Adiacen. 600.26.a
Fabius Mignanellus Groſſetan. 779.43.d
fabius Piccolomineus Maſſæ. 812.57.b
farius Sagonen. 608.11.b
fauſtus Malarius Cluſinus. 752.52.d
S.Felix Florent. 14.3.b
ferdinandus Ponzettus Groſſetan. 778.40.c
ferdinandus Farneſius Suanen. 845.46.b
florentius Piſtorien. 334.9.b
florentius Cluſinus. 667.1.c
florianus Senenſis 620.2.c
filioccius de Filiuccijs Cluſinus 750.48.d

Fran-

Franciſcus Monaldeſcus Florènt. 171.39.b
A franciſcus de Silueſtris Florent. 189.42.b
franciſcus de Actis Florent. 190.44.b
franciſcus Zabarella Florent. 215.53.b
franciſcus Cataneus Feſulan. 340.52.d
franciſcus Norius Miniaten. 350.1.c
franciſcus Galigarius Piſtorien. 381.42.c
franciſcus Piſanus. 546.59.c
franciſcus Moncottus Piſan. 547.60.c
franciſcus Saluiatus Piſanus. 577.69.d
franciſcus Bunciannius Piſanus. 592.83.d
franciſcus Pallauicinus Alerien. 605.22.a
franciſcus Mormilius Senen. 644.56.c
franciſcus Piccolomineus Senenſis 658.2 a
franciſcus Bandinus Senen. 659.4.a
B franciſcus Maria Tsuriſius Senen. 661.6.e
franciſcus Cluſinus. 739.26.c
franciſcus Bellantes Groſſetan. 701.31.b
franciſcus Piccolomineus Groſſetan. 782.48.c
franciſcus Peruſcus Maſſæ. 803.44.c
franciſcus Franchinus Maſſæ. 806.50.b
fridericus Vicecomes Piſan. 513.51.c
frigerius Cluſin. 733.18.a
S. Frontinus, ſiue Frentinus Florent. 14.1.a
fulignus Carbonus Feſulan. 328.33.c
fuluius Paſſerinus Piſtorien. 384.48.d

G

Gabriel Sagonen. 609.15.c
C Gabriel Condulmerius Senen. 645.58.c
gabriel Piccolomineus Cluſin. 745.36.a
galeottus de Grauanis Burgen. 256.1.d
galerinus Suanen. 814.16.d
galganus Alerien. 602.5.a
galganus Maſſæ. 796.25.a
gaudentius Piſan. 402.2.c
gauinus, ſiue Guarinus Sagonen. 608.4.c
gaulfridus Groſſetan. 756.10.c
gualfredus Groſſetan. 758.15.a
gebizius Feſulan. 304.18.a
gerardus Florent. 83.22.d
gerardus Piſan. 417.39 a
gerardus Orlandinus Alerien. 601.4.d
gerardus Senen. 621.13.c
gerardus Senen. 625.25.b
D gerardus Senen. 625.31.c
gerardus Groſſetan. 756.7.b
godifredus de Contalbertis Florent. 116.26.d
graſulphus Florent. 36.13.a
gratiadeo Piſtorien. 370.25.c
gratianus Piſtorien. 366.21.a
gregorius de Fliſco Sagonen. 609.17.d
gregorius Magalottus Cluſinus. 749.43.b
gregorius Andreaſius Cluſin. 750.45.b
grimoaldus Piſanus. 402.27 d
groſſus Senen. 623.18.b
gruſulphus Feſulanus. 27.7.b
gualfredus Senen. 626.41 d
gualfredus Cluſin. 729.12 e
gualfredus Cluſin. 729.15.d
gualteranus Senen. 621.12.c
gualterius Sagonen. 608.10.d
guidalaſtes Vergeleſius Piſtorien. 371.26.b

guilielmus Feſulan. 304.17 c
guilielmus Bechius Feſulan. 336.45.c
guilielmus Folchus Feſulan. 337.48 c
guilielmus Senen. 644.37 d
guilielmus Maſſæ. 785.10 c
gunteronus Senen. 629.43.a
guripertus Maſſæ 785.45 a

H

Henricus Piſanus. 402.25 c
Henricus Maſſæ. 785.7.b
hercules Gonzaga Suanen. 844.45. b
hermannus de Anaſtaſijs Piſtorien. 372.29.d
hermannus Cluſin. 729.14.c
hieronymus Incontrus Burgen. 256.8 c
hieronymus Pallauicinus Alerien. 604.18 d
hieronymus Butinonius Sagonen. 612.28 a
hieronymus Leonius Sagonen. 612.30,b
hieronymus Tantuccius Groſſetan. 782. 49 d
hieronymus de Comitibus Maſſæ. 802.40.d
hieronymus Ianderonus Maſſæ. 803.46 d
hieronymus Scottus Suanen. 842.39 b
hildeprandus Maſſæ. 791.17.b
hippolytus Campionius Cluſin. 754.56.d
honuphrius Sieccutus Florent. 209.50 d
honuphrius Bartolinus Piſan. 580.72 b
horatius Spannochius Cluſinus. 753.53 b
hugo Groſſetanus 758.18 c

I

Iacobus Caſtellanus Florentinus. 167.27.b
Iacobus Palladinus Florent. 214.52 d
iacobus Bauarus Feſulan. 286.14.d
iacobus Altouita Feſulan. 331.3 .d
iacobus Petruccius Alerien. 604.20 d
iacobus Sagonen. 608.7.c
iacobus Rodinus Sagonen. 609.14.c
iacobus de Malauoltis Senen. 641.52 c
iacobus de Ptolemæis Groſſetan. 760.28.c
idittus Suanen. 814.14 d
ildeprandus Florentin. 60.19 c
ildeprandus Feſulan. 321.25 d
ildeprandus Piſtorien. 358.18 d
ildeprandus Groſſetan. 756.11.c
imperialis Doria Sagonen. 610.24 a
innocentius Cibo Alerien. 605.21 a
ioachimus Suanen. 835.35 b
ioannes Florentin. 137.33 a
ioannes de Mangiadoris Florent. 157.36.d
ioannes Vitelleſchus Florentin. 219. 2 b
ioannes Neronius Florent. 232.7 d
ioannes de Gualterijs Burgen. 259.9 e
ioannes Baptiſta Bonaccurſius Collen. 269.5 d
ioannes Feſulan. 305.19 a
ioannes Feſulan. 310.20 c
ioannes Arcimboldus Feſulan. 336.46 d
ioannes Piſtorien. 354.2 a
ioannes Piſtorien. 354.8 b
ioannes Piſtorien. 354.13 d
ioannes de Vincentijs Piſtorien. 374.33 d
ioannes Baptiſta Ricaſolius Piſtorien. 382.43 b
ioannes Piſanus 401.8 d

ioanaes

joannes Piſanus 401.9.d
joannes Piſanus 402.11.a
joannes Piſanus 402.14.a
joannes Piſanus, 402.16.b
joannes Piſanus 402.24.c
joannes de Prouincialibus Piſanus, 528.54.b
joannes Scherlattus Piſanus 545.58.b
joannes Gabriellius Piſanus, 549.63.c
joannes Medices Piſanus. 582.74.b
joannes Riccius Piſanus. 586.76.c
joannes Adiacen. 595.2.c
joannes Baptiſta de Bernardis Adiacen. 598.23.d
joannes Alerien, 602.9.b
joannes Antonius de Buxijs Alerien. 603.6.b
joannes Scalus Alerien. 607.27.a
joann. Franciſcus Myrtus Alerien. 607.28.a
joannes Albertinus Sagonen. 609.13.b
joannes Sagonen. 609.18.d
joannes Maria Burinonius Sagonen. 611.26.a
joannes Bapt. Cicada Sagonen. 611.27.b
joan. Stephanus Syrius Sagonen. 614.35.a
joan. Senen. 623.20.b
joann. Senen. 625.27.d
joan. Piccolomineus Senen. 658.3.c
joan. Chinugius Cluſin. 744.35.a
joannes Riccius Cluſin. 744.35.a
jo. Bapt. Piccolomineus Cluſin. 754.55.b
joannes Groſſetan. 759.22.a
joannes Peccius Groſſetan. 761.32.d
joannes Agazzarius Groſſetan. 775.36.d
joann. de Elcijs Groſſetan. 777.37.a
joann. Maſſæ. 785.11.c
joann. Maſſæ. 789.14.a
joan. Maſſæ. 795.24.b
joan. Gabriellius Maſſę. 796.30.c
joan. de landeronis Maſſæ. 802.39.c
joan. Hieron. Peruſcus Maſſæ. 803.43.b
joan. Bapt. de Maleſpinis Maſſæ. 812.58.d
joann. Suanen. 814.9.d
joan. Suanen. 814.10.d
jonathas Feſulanus. 312.21.d
jordanus Senen. 623.19.b
joſephus Godonus Sagonen. 612.32.d
julianus Riccius Piſanus. 575.67.c
julianus Medices Piſanus. 593.84.b
julianus Cætannus Groſſetan. 762.34.d
julius Florentinus. 127.29.a
julius Medices Florent. 237.11.b
julius Iuſtinianus Adiacen. 600.25.a
julius Sanſedonius Groſſetan. 782.47.b

L.

LActantius de Lactantijs Piſtorien. 384.46.a
Lactantius Petruccius Suanen. 843.42.b
Lætus Feſulanus. 272.3.c
Lambardus Piſtorien. 354.4.a
Lambertus Florent. 66.20.c
Lambertus Piſan. 405.32.d
Lando Maſſæ. 795.21.b
Landulphus Piſan. 412.38.b
landus Suanen. 829.20.d
lanfranchus Feſulan. 319.23.a
lanfranchus Cluſin. 727.9.a

A laurentius Robbia Feſulanus. 343.57.a
laurentius Puccius Piſtorienſis. 377.39.c
laurentius Regina Sagonenſis. 609.20.d
laurentius Sagonenſis. 610.32.a
laurentius Mancinus Cluſinus. 747.17.a
laurentius Maſſæ. 786.12.d
leo Piſtorienſis. 354.16.d
leo Alerienſis. 602.15.d
leo Senenſis. 625.36.d
leo Senenſis. 729.11.c
leonardus Tornabonus Burgenſis. 257.2.b
leonardus Salutatus Feſulanus. 335.43.b
leonardus Tornabonus Adiacenſis. 597.21.d
leonardus Datus Maſſæ. 800.37.b
lotharius della Toſa Florentinus. 172.40.d
B lotharius Roſarius Piſanus. 495.48.b
lottus Gambacurta Piſanus. 548.62.d
lucas Manzolius Feſulanus. 333.39.b
lucas Adiacenſis. 596.14.d
lucas Bertinus Senenſis. 643.54.b
lucidus Senenſis. 625.34.c
lucifer Senenſis. 620.1.b
ludouicus Scarampius Florentinus. 221.3.b
ludouicus Antinorius Piſtorien. 383.45.d
ludouicus Bonitus Piſanus. 550.64.d
ludouicus Antinorius Piſanus. 588.78.b
ludouicus Martellius Cluſinus. 752.51.b
lupus Senenſis. 621.15.c
lutus Cluſinus. 709.6.c

C M

MAgnus Senenſis. 621.5.b
Manfredus Adiacenſis. 595.6.d
Marcellus Ceruinus Suanenſis. 848.53.b
Marcus Antonius Vrſus Feſulanus. 327.30.c
M. Tedices de Aliottis Feſulanus. 328.32.b
M. Vitalis de Martijs Piſanus. 500.50.a
M. Bonus Senenſis. 629.44.c
marcus Antonius Campegius Groſſet. 779.42.c
marcus Suanenſis. 823.19.c
martinus Piſtorienſis. 354.14.d
martinus Groſſetanus. 658.14.a
marzuccus de Caietanis Maſſæ. 789.15.c
matthæus Rinuccinus Piſanus. 589.80.b
matthæus Cluſinus. 737.22.d
D matthæus Vrſinus Cluſinus. 738.23.c
matthæus Cluſinus. 740.29.b
matthæus Bardius Cluſinus. 751.50.d
maurianus Piſanus. 401.3.d
S. Mauritius Florentinus. 26.7.d
mauritius Suanenſis. 814.2.c
maurus Senenſis. 621.6.b
maximus Piſanus. 401.6.d
maynettus Feſulanus. 326.26.b
memmius Agazzarius Groſſetanus. 775.35.d
metellus Bichius Senenſis. 663.8.b
metellus Bichius Suanenſis. 845.48.d
michael Bartolus Sagonenſis. 609.12.b
michael de Sylua Maſſæ. 805.49.d
monaldus Monaldeſcus Suanenſis. 829.21.d
montanus Suanenſis. 814.13.d

N

NErius Corſinius Feſulanus. 330. 35 d
Nerius Senenſis. 650. 62 c
Nicolaus Rodulphus Florentinus. 242. 12 b
nicolaus Tornabonus Bugenſ. 258. 6 a
nicolaus Feſulanus. 331. 36 a
nicolaus Pandulphinus Piſtorien. 376. 38 c
nicolaus Adiacenſis. 597. 18 a
nicolaus Forteguerra Alerienſis. 601. 2 e
nicolaus Bonafides Cluſinus. 747. 41 d
nicolaus Berutus Maſſæ. 796. 31 d
nicolaus Suanenſis. 830. 25 d

O

OCtauius Albiorius Piſtorienſ. 384. 47 d
Octauius Riuarola Adiacenſis. 600. 27 a
Octauius Belmoſtus Alerienſis. 606. 25 a
octauius Ragius Alerienſis. 607. 30 a
octauius Saracenus Suanenſis. 646. 49 b
odalpertus Maſſæ. 785. 5. a
oddo de Sala Piſanus. 529. 55 b
offreduccius Groſſetanus. 759. 21 a
opizzus Piſanus. 407. 36 d
opportunus Piſanus. 401. 4 e
orlandus Bonaclius Floren. 231. 6 d
oſchiſius Piſtorienſis 354. 6 b
othubonus de Lomellinis Alerien. 602. 13 c

P

PAganus Sagonenſis. 608. 8 d
Paulinus Suanenſis. 814. 15 d
Paulus Albertius Adiacenſis. 596. 12 e
paulus Fregoſius Adiacenſis. 197. 19 a
paulus Maſſæ. 785. 6 a
paulus Cælius Maſſæ. 803. 45 c
paulus Suanenſis. 833. 26 d
pepus Groſſetanus. 758. 16 b
S. Perinus Piſanus. 401. 1 a
perithcus Senenſis. 621. 9 b
peritheus Senenſis. 623. 22 c.
petrus Florentinus. 93. 23 d
petrus Florentinus. 97. 24 e
petrus Florentinus. 134. 32 d
petrus Orſinus Florentinus. 198. 46 b
petrus Riarius Florentinus. 233. 8 d
petrus Nicolitius Florentinus. 249. 18 b
petrus Feſulanus. 278. 11 e
petrus Camaianus Feſulanus. 339. 50 b
petrus Piſtorienſis. 357. 17 b
petrus Piſanus. 405. 30 e
petrus Piſanus. 427. 41 d
petrus Riccius Piſanus. 574. 66 e
petrus Iacobus Borbonius Piſanus. 587. 77 d
petrus Adiacenſis. 596. 11 b
petrus Franciſcus Pallauicinus Alerien. 605. 23 a
petrus Galleonus Sagonenſis. 609. 11 a
petrus Lomellinus Sagonenſis. 613. 33 a
petrus Senenſis. 625. 23 a
petrus Cluſinus. 721. 8 b
petrus Cluſinus. 727. 10 d
petrus Cluſinus. 733. 19 b
Petrus Cluſinus. 737. 21. b
petrus Paulus Bertinus Cluſin. 742. 3.. b
petrus Maſſæ. 796. 28. c
petrus de Vrſo Maſſæ. 799. 36. d
petrus de Blandebellis Suanen. 834. 29. a
petrus Suanen. 834. 33. c
philippus Fontana Florent. 156. 35. b
philippus Antellenſis Florent. 198. 45. b
philippus Archintus Burgen. 257. 3. c
philippus Tornabonus Burgen. 257. 5. d
philippus Salulatus Burgen. 259. 10. d
philippus Feſulanus. 327. 27. a
philippus Medices Piſanus. 576. 68. c
philippus Adiacen. 596. 8. a
philippus Pallauicinus Adiacen. 597. 20. c
philippus Groſſetanus. 759. 24. b
philippus Maſſæ. 794. 19. d
piſanus Senenſis. 625. 33. c
piſanus Cluſinus. 729. 16. d
piſanus Suanen. 814. 8. c
plato Piſanus. 401. 10. d
plato Piſanus. 402. 15. b
S. Podius Florent. 45. 16. b

Q

QVaiprandus Piſtorienſis. 354. 5. b

R

RAdulphus, ſeu Rodulphus Senen. 626. 40. c
Raimbaldus Florent. 37. 14. d
Raphael Galeoctus Piſan. 578. 70. d
Raphael Spinula Adiacen. 596. 16. d
Raphael Pizzurnus Sagonen. 614. 37. a
Raphael Petruccius Groſſetan. 777. 39. d
Raphael Petruccius Suanen. 843. 44. c
Raupertus Groſſetan. 756. 5. a
Raymbertus Piſanus. 405. 29. c
Raymundus Feſulanus. 281. 12. b
Raymundus Alerien. 602. 8. b
Raynaldus Vrſinus Florent. 234. 9. d
Raynaldus de Comitibus Guidis Piſtor. 366. 22. b
Raynaldus Malauolta Senen. 637. 48. a
Raynerius Florent. 101. 25. a
Raynerius Feſulanus. 320. 24. d
Raynerius Senen. 627. 42. c
Raynerius Cluſinus. 737. 20. b
Raynerius Cluſinus. 739. 24. a
Raynerius Groſſetanus. 756. 6. b
Raynerius Suanen. 814. 6. c
Regembaldus Feſulanus. 281. 13. c
Remigius Piſtorien. 374. 32. b
Reparatus Florent. 27. 7. a
Reſtaldus Piſtorien. 354. 1. a
Reſtaldus Piſtorien. 354. 12. c
Reſtaurus Groſſetan. 759. 23. a
Richardus Maſſæ. 799. 35. a
Robertus Strozzius Collen. 269. 4. c
Robertus Folchus Feſulanus. 337. 47. b
Robertus Strozzius Feſulanus. 343. 58. d
Robertus Puccius Piſtorien. 380. 41. d
Robertus Senen. 621. 8. b
Robertus de Verde Suanen. 833. 28. d

Rodulphus Feſulanus. 315.22 d
Roſredus Senenſis. 626.39 c
Rogerius Piſanus. 439.43. d
Rogerius Duraldus Piſanus. 526.52. c
Rogerius Senenſis. 637.49 c
Rogerius Maſſæ. 791.18 b
S. Romanus Feſulanus. 273.5 b
S. Romulus Florentinus. 14.2 a
Romulus Feſulanus. 272.1 a
Rolandus Groſſetanus. 758.13 a
Rolandus Maſſæ. 787.13 c
Rolandus Vgurgerius Maſſæ. 794.20 d
Ruſticus Feſulanus. 272.2 c

S

Saluator Parinius Cluſinus. 751.49 b
Saluinus Alerienſis. 602.11 b
Saluſtius Taruſius Piſanus. 592.82 b
ſcipio Piſanus. 581.73 c
ſcipio ex comitibus Elcijs Piſanus. 594.85 d
ſcipio Tancredus Suanenſis. 846.50 c
ſebaſtianus Albanus Sagonenſis. 614.34. a
ſebaſtianus Suanenſis. 814.4 c
Serenus Maſſæ. 785.2 a
Sichelmus Florentinus. 38.15 a
Simon Salterellus Piſanus. 534.56 d
Simon Adiacenſis. 596.10 a
ſoffredus ſeu Offredus Piſtorien. 366.24 b
ſpecioſus Florentinus. 27.8 a
ſtephanus Suanenſis. 814 c
ſynolphus Cluſinus. 747.39 c

T

Thaddinus Suanenſis. 814.1 b
Tegrinus Maſſæ. 785.9 c
Theobaldus Cluſinus. 674.4 d
Theobaldus Cluſinus. 729.13 c
Theodinus Suanenſis. 818.17 b
Theodoricus Piſanus. 402.18 b
Theodoricus Rainerius Piſanus. 527.53 d
Theodoricus Senenſis. 625.30 c
S. Theodorus Florent. 14.4 b
Theodorus Groſſetanus. 756.3 a
Theodorus Cluſinus. 667.2 c
Thomas Florentinus. 28.9 c
Thomas Saluiatus Collenſis. 269.3 b
Thomas Cimenes Feſulanus. 343.56 b
Thomas Piſtorienſis. 370.24 c
Thomas Piſtorienſis. 371.27 d
Thomas Senenſis. 625.24 b
Thomas de Berta Senenſis. 632.46 a
Thomas Suanenſis. 834.31 b
Thomas de Teſta Suanenſis. 841.37 b
Turrichius Piſanus. 402.19 b
Tranſmundus Feſulanus. 303.16 c
Tranſmundus Suanenſis. 814.5 c
Tranſmundus Monaldeſcus Suanen. 830.23 b
Treccia Piſtorienſis. 365.20 d

V

Valentinus Suanenſis. 834.32 c
Valerianus de Calderinis Adiacen. 596.15 d
Valerianus de Calderinis Sagonen. 609.16 c
Valerianus Groſſetanus. 756.4 a
Vbaldus Lanfranchus Piſanus. 478.47 b
Vbertinus de Albizzis Piſtorien. 375.36 b
Vbertinus Senenſis. 625.28 b
Vbertus Rubeus de Lanfranchis Piſan. 447.44 d
Ventura Benaſſai Maſſæ. 802.41 d
Ventura Buſalinus Maſſę. 806.51 d
Vgo Piſanus. 406.34 b
Villanus Villanius Piſanus. 459.46 c
Vincentius Saſſaro Adiacen. 596.9 a
Vincentius Caſalius Maſſæ. 808.54 c
Vitalis Grachius Adiacen. 595.5 d
Vitellianus Senenſis. 621.14 c
Vitellianus Senenſis. 625.32 c
Vitellianus Groſſetanus. 755.1 d
Vlſerius Piſanus. 402.21 c
Volighidius Piſanus. 402.20 b
Vſimbardus Vſimbardus Collen. 267.1 d
Vvido Florentinus. 56.17 d
Vvido Piſtorienſis. 354.7 b
Vvido Piſtorienſis. 354.15 d
Vvido Piſanus. 405.31 c
Vvido Piſanus. 406.33 a
Vvido Piſanus. 421.37 a
Vvido Sfortia Cluſinus. 750.44 a
Vvido Maſſæ. 796.26 b
Vvillelmus Alerienſis. 602.6 a
Vvillelmus Sagonenſis. 608.5 c
Vvillelmus Sagonenſis. 610.21 a
Vvillelmus Senenſis. 642.53 d
Vviltretradus Piſtorienſis. 354.3 a

Z

Zacarpus Rauennas. 829.22 d
S. Zenobius Florentinus. 14.5 d
Zenobius Florentinus. 129.30 c
Zenobius Medices Burgenſis. 260.11 c
S. Zenobius Feſulanus. 274.8 b
Zenobius Feſulanus. 275.10 c
Zenobius Piſanus. 402.13 a
Zenobius Piſanus. 402.26 d

FINIS.

INDEX COGNOMINVM OMNIVM EPISCOPORVM

SINGVLARVM CIVITATVM,

Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ continentur ordine Alphabetico deſcriptus.

A

Acciaiolius Angelus Florent. 194.d
Acciaiolius Angelus Florent. 207.d
Adimarius Alemannus Florentin. 212.b
Adimarius Alemannus Piſanus. 553.c
Agazzarius Ioannes Groſſetan. 775.d
Agazzarius Menmius Groſſetan. 775.d
Albanus Sebaſtianus Sagonen. 614.a
Albertinus Ioannes Sagonen. 609.b
Albertinus Paulus Adiacen. 596.c
Albioſius Octauius Piſtorien. 384.d
Albizzius Vbertinus Piſtorien. 375.b
Aleotsis M.Tedices Feſulanus. 328.b
Allius Antonius Feſulan. 335.d
Altouita Antonius Florent. 244.c
Altouita Iacobus Feſulan. 331.d
Anaſtaſijs Hermannus Piſtorien. 372.d
Andreaſsius Gregorius Cluſin. 750.b
Angelis Antonius Maſſæ. 807.a
Antellenſis Philippus Florent. 190.b
Antinorius Ludouicus Piſtorien. 383.d
Antinorius Ludouicus Piſanus. 588.b
Arcimboldus Ioannes Feſulan. 336.d
Archintus Philippus Burgen. 257.c
Aſtis Franciſcus Florentinus. 196.b

B

Acconius Deodatus Adiacen. 597.a
Bandinus Franciſcus Senen. 659.a
Bardius Coſmus Florentin. 248.b
Bardius Matthæus Cluſin. 751.d
Bartolinus Honuphrius Piſan. 580.b
Bartholus Carolus Senen. 649.d
Bartholus Michael Sagonen. 609.b
Bonarus Iacobus Feſulan. 286.d
Becchius Guillelmus Feſulan. 336.c
Bellantes Franciſcus Groſſetan. 761.b
Belmoſius Octauius Adiacen. 606.a
Benaſſas Ventura Maſſæ. 802.d
Bernardis Io.Bapt.Adiacen. 598.d
Berta Thomas Senen. 632.a
Bertinus Lucas Senen. 643.b
Bertinus Petrus Paulus Cluſin. 742.b
Berutus Nicolaus Maſſæ. 796.d
Bichius Metellus Senen. 663.b
Bichius Metellus Suanen. 845.d
Blandobellis Petrus Suanen. 834.c
Boccapnis Andreas Piſtorien. 374.c
Boerius Dominicus Sagonen. 609.d
Bolognettus Albertus Maſſæ. 807.b
Bonaccurſius Io.Bapt.Collen. 269.d
Bonafides Nicolaus Cluſin. 747.d
Bonarlius-Orlandus Florent. 231.d
Bonciannius Franciſcus Piſan. 592.d
Bondelmontius Andreas Florent. 243.d
Bonettus Ludouicus Piſan. 550.d
Borbonius Petrus Iacobus Piſan. 587.d
Bufalinus Ventura Maſſæ. 806.d
Burgheſius Camillus Senen. 662.d
Burgheſius Alexander Burgen. 258.c
Buſſottus Dionyſius Burgen. 260.c
Butinorius Hieronymus Sagonen. 612.a
Ioan.Maria Sagonen. 611.b
Buxijs Ioannes Antonius Alerienſis. 603.b

C

Accia Alexander Piſtorien. 385.a
Caſarinus Iulianus Groſſetan. 762.d
Caſaris Alexius Cluſin. 742.d
Caſius Paulus Maſſæ. 803.c
Caetanus Antonius Feſulan. 333.d
Caietanis Marzucchus Maſſæ. 789.c
Caldermis Valerianus Adiacen. 596.d
Valerianus Sagon. 609.c
Camianus Petrus Feſulan. 339.b
Campegius Marcus Antonius Groſſet. 479.c
Campionius Hippolytus Cluſin. 754.d
Carbonius Fulgnus Feſulan. 328.c
Caſalius Vincentius Maſſæ. 808.c
Caſinus Antonius Groſſetan. 762.b
Antonius Senen. 646.d
Antonius Maſſæ. 797.c
Caſtellanus Iacobus Florent. 197.b
Cataneus Angelus Feſulan. 339.d
Cataneus Franciſcus Feſulan. 340.d
Centoris Andreas Piſtorien. 373.d
Cerretanis Angelus Groſsetan. 759.d
Benedictus Groſsetan. 760.a
Certinus Marcellus Suanen. 848.b
Chinius Bartholomæus Maſſæ. 797.a
Chinuccius Andreoccius Groſsetan. 777.c
Andreoccius Suanen. 841.a

Chiuc-

Chiurugius Ioannes Cluſin. 744.a
cibo Innocentius Alerien. 605.a
Cicada Eduardus Sagonen. 610.b
Ioan. Bapt. Sagonen. 611.b
Cimenes Thomas Feſulan. 343.b
Cipollonus Antonius Feſulanus. 331.c
collecta Dominicus Suanen. 843.c
comitibus Hieron. Maſſæ. 802.d
condolmerius Gabriel Senen. 645.c
contalbertis Godifredus Florent. 119.d
Contradus Caſar Sagonen. 612.b
Corſinius Americus Florent. 216.d
Andreas Feſulan. 329.b
Nerius Feſulan. 330.d
Petrus Florent. 198.b

D

Datus Leonardus Maſsæ. 800.b
Delfede Antonius Suanen. 834.d
Donatis Alemannus Suanen. 830.d
Donghus Auguſtinus Alerien. 607.b
Doria Imperialis Sagonen. 610.a
Duraldus Rogerius Piſan. 526.c

E

Eleijs Ioannes Groſſetanus. 777.a
Eleijs Scipio Piſanus. 594.d

F

Farneſius Alexander Maſsæ. 804.b
Ferdinandus Suanen. 845.b
Federighius Benozzius Feſul. 334.d
Ferratinus Bartholomæus Cluſin. 748.d
Ferruccius Bindus Feſulan. 334.b
Filiuccijs Filiuccius Cluſin. 750.b
Fliſco Auguſtinus Sagonen. 610.d
Gregorius Sagonen. 609.d
Folchus Guillelmus Feſulan. 337.c
Robertus Feſulan. 337.b
Fontana Philippus Florent. 156.b
Forteguerra Nicolaus Alerien. 601.c
Franchinus Franciſcus Maſsæ. 806.b
Fregoſius Paulus Adiacen. 197.a

G

Gabrielius Ioannes Piſan. 549.c
Ioannes Maſsæ. 796.c
Galeonus Petrus Sagonen. 609.a
Galeottus Raphael Piſan. 578.d
galigarius Franciſcus Piſtorien. 381.c
gambacurta Lottus Piſan. 548.d
geminellus Blaſius Cluſin. 740.a
gerardeſcus Coſmus Collen. 268.c
gherardinus Baccius Feſulan. 342.c
godonus Ioſephus Sagonen. 612.d
gonzaga Hercules Suanen. 844.b
grachius Vitalis Adiacen. 595.d
grattanis Galeottus Burgen. 256.d
grimaldus Carolus Sagonen. 612.a

A Gualterijs Ioannes Burgen. 259.c
guidiccionius Alexander Adiacen. 598.b
Bartholomæus Cluſin. 750.c
Chriſtophorus Adiacen. 599.d
guidis Andreas Maſsæ. 796.c
Raynaldus Piſtorienſis. 366.b

H

Hermannus Blaſius Cluſinus. 741.b

I

Iacobatius Dominicus Groſsetanus. 779.a
Ianderonus Hieronymus Maſsæ. 803.d
B Ioannes Maſsæ. 802.c
Incontrus Hieronymus Burgen. 259.c
Iunius Bartholomæus Piſan. 588.d
Iuſtinianus Iulius Adiacen. 600.a
Decius Alerien. 607.a
Fabianus Adiacen. 600.a

L

Lactantijs Lactantius Piſtorienſis. 384.a
Lanfranchus Vbaldus Piſan. 478.b
Vbertus Piſanus. 447.d
Lanfredinus Bartholomæus Feſulan. 342.d
Laſſaro Vincentius Adiacen. 596.a
Leonius Hieron. Sagonen. 612.b
C Lomellinis Othobonus Alerien. 602.c
Petrus Sagonen. 613.a

M

Maffeus Bernardinus Maſſæ. 804.b
Magalottus Gregorius Cluſin. 749.b
Malarius Fauſtus Cluſin. 752.d
Malauoltis Angelus Groſſetan. 760.c
Antonius Groſſetan. 760.d
Azzolinus Senen. 638.b
Donusdes Senen. 637.d
Raynaldus Senen. 637.a
Iacobus Senen. 641.c
Maleſpinis Barnabas Piſan. 548.b
D Ioan. Bapt. Maſſæ. 812.d
Mancinus Laurentius Cluſin. 747.a
Mangiadoris Ioannes Florent. 157.d
Manzolius Lucas Feſulan. 333.b
Martellius Braccius Feſulan. 338.b
Ludouicus Cluſin. 752.b
Martijs M. Vitalis Piſan. 500.a
Maſsanus Apollonius Suanen. 835.d
Medices Alexander Florent. 245.c
Medices Alexander Martius Florent. 247.b
Alexander Martius Feſulan. 341.d
Alexander Piſtorien. 383.a
Donatus Piſtorien. 375.d
Ioannes Piſanus. 582.b
Iulius Florentin. 237.b
Iulianus Piſan. 593.b
Philippus Piſanus. 576.c
Zenobius Burgenſis. 260.b

Mellinis Chriſtophorus Maſſæ. 795.b A
Michelozzius Aldeprandus Cluſin. 740.c
Mignanellus Falius Groſſetan. 779.d
Minutulus Carolus Senen. 644.b
Monaldeſcus Franciſcus Florent. 371.b
Monaldus Suanen. 829.d
Transmundus Suanen. 830.b
Moricottus Franciſcus Piſan. 547.c
Mormilius Franciſcus Senen. 641.c
Mozzelus Andreas Florent. 168.a
Myrtus Ioannes Franciſcus Alerienſis. 607.a

N

Neronius Ioannes Florentinus. 232.d
Nicolinus Angelus Piſan. 585.b B
Petrus Florentin. 249.b
Norius Franciſcus Miniatenſis. 350.c

O

ORlandinus Gerardius Alerienſis. 601.d

P

Palladinus Iacobus Florentinus. 214.d
Pallauicinus Franciſcus Alerienſis. 605.a
Hieronymus Alerien. 604.d
Petrus Franciſcus Alerienſis. 605.a
Philippus Adiacen. 597.c
pandulphinus Nicolaus Piſtorien. 376.c C
paſſerinus Fi.luius Piſtorien. 384.d
pazzius Coſmus Florent. 235.d
peccius Ioannes Groſſetan. 701.d
peruſcus Ioann. Hieronym. Maſſæ. 803.b
Franciſcus Maſſæ. 803.c
petruccius Alexander Senen. 664.d
Alexander Maſſæ. 811.b
Alphonſus Cluſin. 754.b
Alphonſus Maſſæ. 803.a
Alphonſus Suanen. 843.b
Iacobus Alerien. 604.d
Lactantius Suanen. 843.b
Raphael Groſſetan. 777.d
Raphael Suanen. 843.d
Piccolomineus Aeneas Senen. 651.b
piccolomineus Aldellus Suanen. 842.c D
Antonius Senen. 653.c
Aſcanius Senen. 660.d
Aſcanius Senen. 665.b
Fabius Maſſæ. 812.b
Franciſcus Senen. 658.a
Franciſcus Groſſetan. 782.c
Gabriel Cluſinus. 745.a
Ioannes Senen. 658.c
Ioan. Bapt. Cluſin. 754.b
pinna Conradus Feſulan. 327.d
pizzurnus Raphael Sagonen. 614.a
politus Clemens Groſſetan. 781.b
ponzettus Ferdinandus Groſſetan. 778.c
porta Ardicinus Alerien. 603.c
prouincialibus Ioannes Piſan. 528.b
ptolemais Chriſtophorus Suanen. 847.a
Iacobus Groſſetan. 760.c
puccius Antonius Piſtorien. 378.b
Laurentius Piſtorien. 377.c
Robertus Piſtorien. 380.d
puteo Carolus Antonius Piſanus. 589.d

R

RAgius Octauius Alerienſis. 607.a
Raynerius Theodericus Piſanus. 527.d
Regina Laurentius Sagonen. 609.d
Rezzanius Benedictus Sagonen. 614.a
Riarius Caſar Piſanus. 579.c
Petrus Florent. 232.d
Ricaſolis Angelus Florent. 205.c
Ioan. Bapt. Piſtorien. 382.b
Riccius Ioannes Piſan. 586.c
Ioannes Cluſin. 750.d
Iulianus Piſan. 375.c
Petrus Piſan. 574.a
Richardis Barenzus Piſtorien. 373.a
Rinuccinus Matthæus Piſan. 589.b
Riparia Antonius Maſſæ. 796.b
Rinarola Dominicus Alerien. 606.c
Octauius Adiacen. 600.a
Robbia Laurentius Feſulan. 343.c
Roboreus Bartholomæus Maſſæ. 802.a
Rodinus Iacobus Sagonen. 609.c
Rodulphus Nicolaus Florent. 242.b
Roſarius Lotharius Piſanus. 495.b

S

SAla Oddo Piſanus. 529.b
Salterellus Simon Piſan. 534.d
ſaluiatus Franciſcus Piſan. 577.d
Leonardus Feſulan. 335.b
Philippus Burgen. 259.d
Thomas Collen. 269.b
ſanſedonius Iulius Groſſetan. 282.b
ſarmenus Octauius Suanen. 246.b
ſaulius Alexander Alerien. 605.b
ſcalus Ioannes Alerien. 607.a
ſcarampius Ludouicus Florent. 281.b
ſcherlattus Ioannes Piſan. 545.b
ſcottus Hieron. Suanen. 842.b
ſigiſbundis Bartholomæus Piſtorien. 372.d
ſiluestres Franciſcus Florentin. 189.d
ſimoncellus Caruagial Suanen. 845.b
ſpannochius Horatius Cluſin. 753.b
ſpinula Raphael Adiacen. 596.d
Steccutus Honuphrius Florent. 209.d
ſtrozza Alexander Miniaten. 351.b
ſtrozzius Robertus Collen. 269.c
Robertus Feſulan. 343.d
ſyrius Ioan. Stephanus Sagonen. 614.a

T

TAncredus Scipio Suanenſis. 846.c
Tantuccius Hieronymus Groſſetanus. 782.d
Taruſius Saluſtius Piſan. 592.b
Tauriſius Franciſcus Senen. 661.c

Teſta

Teſta Thomas Suanen. 841.b
Tornabonus Alphonſus Burgen. 257.d
Leonardus Purgenſis. 257.b
Leonardus Adiacen. 597.d
Nicolaus Burgenſis. 258.a
Philippus Burgenſis. 257.b
Toſa Lotharius Florent. 172.d
Turraminus Aſcanius Groſſetanus. 782.d

V

Verde Robertus Suanenſis. 833.d
Vergeleſius Guidalaſtes Piſterienſis. 371.b
Vgurgerius Rotlandus Maſſa. 794.d
Vincentius Fridericus Piſanus. 513.c
Villanius Villanus Piſanus. 459.c
Vincentius Ioannes Piſtorienſis. 374.b
Vitelleſcus Ioannes Florentinus. 219.b
Vlarius Bartholomaeus Florentinus. 209.b
Vrſinus Raynaldus Florent. 234.d
Vrſo Petrus Maſſa. 799.d
Vrſus Antonius Florentinus. 175.b
Marcus Antonius Feſulanus. 327.c
Vſimbardus Vſimbardus Collenſis. 267.d

Z

Zabarella Bartholomaeus Florentinus. 222.d
Franciſcus Florentinus. 215.b

F I N I S.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, ET MATERIARVM,

De quibus in hoc Tertio Tomo, & Opere fit mentio.

A

ABBATIA de Septimo, cui ita nuncupata. fol. 54.c

Abbatia S. Andreæ Florentiæ attributa Petro Primicerio. 66.c

Abbatiæ S. Mariæ Florentiæ fundatio ab Othone Secundo Imperatore, & Vvilla Comitiſſ. 46.b, & 47.b

Abbatia Boni Solatij ædificatio. 42.b

Ibidem in Hugone Comite miraculum. 42.c. & 43.c.d

Abbatiæ S. Andreæ inueſtituram accipit Berta Abbatiſſa ab Ardingo Florentino Epiſc. 33.d

Abbatiæ S. Petri conſtituantur acquiſita, & donata. 121.d

Abbatiæ ſancti Bartholomæi de Feſulis priuilegium. 314.a

Abbatiæ S. Michaelis de Piſis vnitæ ordini Equitum S. Stephani ab Innocentio Papa Tertio confirmantur priuilegia. 495.d

Abbatiæ SS. Vincentij, & Anaſtaſij iuriſdictio, & ditio in Maritima. 818.c

Abbati SS. Vincentij, & Anaſtaſij trium Fontium promittitur ſolutio cenſus pro locis maritimis Orbetelli, Inſulæ Lilij, & Anſedoniæ. 824.b

Abbati SS. Vincentij, & Anaſtaſij a Bonifacio Papa Octauo reſtituuntur iura Anſedoniæ, & Portus Herculis, priuata Margharita Suanæ Domina. 826.c

Abbas Montis Caſini iurat homagium Tancredo Regi coronato. 406.b

Abbatiæ Venuſinæ bona deuaſtantur ab exercitu Henrici. 956.c

Abbati Caſinenſi aſſignantur a Tancredo Rege Rocha Gulielmi, & Rocha Bantræ. 957.b

Abbas Caſinenſis Gulielmus oppida Rochæ Gulielmi, & Rochæ Bantræ tradit Roberto de Apolita eius cognato. 957.b

Abbas Caſinenſis, & Proceres Regni coguntur ad iurandam fidelitatem Henrico Imp. 957.c

Abbas Caſinenſis e Germania Caſinum remeat relicto fratre obſide: bellica facinora plura pro Imperatore contra Regios committit. 959.c

Abbas Caſinenſis Apuliam Imperatori recuperat, eius nomine veniam populis impertitur. 961.a

Abbas Caſinenſis ob benemerita recipit plura oppida ab Henrico Imp. 961.b. & 962.a

Abbas Caſinenſis legatione Apoſtolica fungitur cum Card. legato. 966.d

Abbatis Caſinenſis contentioſa electio, & depoſitio. 974.c.d

A Abbas cibos delicatos nauſeans ad appetentiam etiam vilium perbelle reductus. 544.d

Abſolutio Piſanorum ab excommunicatione, & Archiepiſcopatus eiſdem reſtitutio. 524.d

Abſolutio ab excommunicatione impertita Federico Imperatori. 1012.c

Abulmunozor Gerundenſis a fide apoſtata. 917.c & 920.d

Academia Piſana erigitur, itemque inſtauratur. 395.b

Academia Senenſis a Carolo Quarto priuilegio munitur. 638.d

Academia Neapolitana a Federico Imperatore fundata, vide Studium.

Academiæ Piſanæ Henricus Septimus Imperator B beneficus. 534.b

Accurſius Gloſſator Bononiæ. 166.c

Acceſſus tutus datus accuſatoribus Epiſc. Florentini ad ſedem Apoſtolicam. 117.c

Acerrarum Comes Neapolim tuetur ab obſidione Henrici Imperatoris. 957.d

Acerrarum Comes Campaniam, & terram Laboris Regi recuperat. 957.d

Acerrarum Comes proditorie captus, miſere ſuſpenditur. 962. b.d

Accon ciuitas Syriæ a Chriſtianis recuperata. 957.a

Acconam petunt Chriſtiani amiſſa Damiata. 980.b

Adenulphus Caſertanus decanus Caſinenſis a Papa excommunicatus, quia non parebat Regi. 658.c

C Adenulphus decanus Caſinenſis collecto milite expugnat plura oppida. 959.a

Adiacenſis ciuitas antiqua in Corſica exciſa, noua excitatur. 595.b

Adiacenſi Epiſcopo ſcribit Pontifex, vt inſtruendis populis Corſicę a piratis exagitatis inuigilet. 595.d

Adrianus Papa Imperij coronam tradit Romę Federico, & Romani cum eo certant in portico S. Petri, & vincuntur ab eo. 866.b

Æneæ Troiano auxilia dantur a Tuſcis. 885.d 886.a

Africæ ciuitates capiunt Ianuenſes, & Piſani. 859.d, 860. a,b.

Africa cum Almeida ciuitate capta a Ianuenſibus, & Piſanis efficitur tributaria Timino Rege dimiſſo. 885.a

Africæ ciuitas Sabilia capta. 863.d

Africa capta ab Italis populis. 897.c

Agareni a Franchis Bato eiecti. 858.d

Agr-

Aginulphi caſtrum cauſa belli inter Piſanos, & Lucenſes. 865.d
Aginulfi caſtrum capitur. 880.a
aggreſſus acerrimus ſtrenuorum virorum in vrbem Ebuſinam. 910.b
ala Hiſpanus eligitur Rex a Saracenis Maioricæ, fugam mari arripit duobus confuſis viribus pro nauigio. 951.c
Albigenſes hæretici. 986.b
Albigenſium hæreſis expellitur Senis. 630.a
Albegna capta a Piſanis. 872.a. 877.a
Albertorum gens Abbatiam de Septimo Florentiæ ædificat. 45.b
aldibrandeſca gente Suanæ domina Gregorius Papa Septimus prognatus. 813.e
Alexandri Medices cædes. 7.d
alexander Papa Secundus confirmat donationes factas monaſterio monialium de Florentia. 99.d
alexandro Martio Medices Archiepiſcopo Florentino reformatorum ordines plures Florentiam inducti. 247.c
alexander Martius Medices Archiepiſcopus Florentinus Magnorum Ducum ſponſalia, itemque funere eorundem celebrat. 247.d
S. Alexander Epiſcopus Feſulanus præfocatur in flumine pro defenſione iurium ſui Epiſcopatus 272.d
alexandri Papæ Tertij plures epiſtolæ pro tollendo ſchiſmate, & ſeruanda diſciplina ad canonicos Piſanos directæ. 469.b, vſq. ad 474
alexandri Papæ Tertij Monachatus excutitur. 476.d
alexander Papa Quintus eligitur Pontifex in Concilio Piſano. 555.c
aleria ciuitas Corſicæ exciſa reſtituitur. 600.c
aleriam confluentibus ad habitandum, vt populo repleatur, Pontifex concedit indulgentias. 601.a
alexandria Ægypti obſeſſa a Gulielmo Rege Siciliæ. 844.a
alexander Papa Tertius conſecrat maiorem Eccleſiam Senenſem. 629.b
alexander Papa Tertius decimas, & oblationes diſtribuit particulari bulla extinguendæ litis gratia, quæ inter Epiſcopum, & capitulum canonicorum Cluſinæ Eccleſiæ vertebatur. 725.c
alexandro Petruccio Maſſenſi Epiſcopo excitatur celeberrimum monumentum ob benemerita erga canonicos, quorum numerum auxerat, & Eccleſiam, palatiumque inſtaurauerat. 811.e
alexandria obſeſſa, & capta ab Aymerico Rege Hieroſolymitano. 875.c. & 876.c
alexander Papa Quartus Piſanos in gratiam recipit. 890.b
alexander Saulius optimi Epiſcopi vitam ducit. 605.c.d
alphonſo Regi Caſtellæ in Imperatorem electo ab vna tantum parte electorum Piſani adhærent. 514.c.d
alphonſus Rex Caſtellæ agnitus a Piſanis pro Imperatore concedit diplomata conuentionum eorum oratoribus. 516.a
alphonſus Cardinalis Petrucius coniurat in Leonem Papam Decimum. 843.b
Alienatio bonorum donatorum Eccleſiæ Abbatiæ S. Mariæ de Florentia nominatim prohibetur. 48.d, 51.b, 53.c
alienationis rei Eccleſiaſticæ licentia quomodo antiquitus concederetur. 153.b.c
almira vrbs capta ab exercitu Gulielmi Regis. 867.e
allocutio Azonis Piſanorum ducis ad exercitum. 902.b
allocutio Præſulis Pirenæorum in portu S. Felicis. 902.d
allocutiones Vvidonis Archiepiſcopi Piſani, & Gulielmi Montis Peſſulani Domini ad milites belli Balearici. 907.b, 908.a
altare lapideum primum a B. Petro Apoſtolo erigitur in littore Piſanorum. 861.d
alta qui cognoſcit tegat ſilentio. 704.b
altouitæ familiæ antiquitus, & nobilitas. 332.b
altouita Archiepiſcopus Florentinus cum ab Eccleſia magno populi concurſu recipitur. 244.c
amalphitanus Ducatus a Piſanis captus. 265.b
ambaſciatores Piſanorum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum de ineundo fœdere. 868.b
ambroſiana Eccleſia Florentiæ dedicata. 19.a
americus Rex Hieroſolymitanus grates Piſanis reddit. 875.c
americus Rex Hieroſolymitanus Balbenſem ciuitatem, ac alias capit. 877.a
americus Narbonenſis in fœdere pro bello Maioricenſi. 853.a
americus Hieroſolymitanus Rex exemptiones, ac domos concedit Piſanis in Terra ſancta, & Ægypto. 474.d
americus Veſpuccius Americam deregit. 235.a
amiatini monaſterij fundatio a Rege Rachi. 670.b
amiatino monaſterio ſecuritas, & quies reddita. 727.a
amicitiæ, & fœdera inita inter plures ciuitates a Lucenſibus, Ianuenſibus, & Piſanis cauſa belli gerendi. 824.c
amicitiæ, & pacta Piſanorum cum Imperatore Conſtantinopolitano. 800.b
ampuricenſis comes cum ſuis in pugna aduerſus Saracenos. 928.b
annales rerum Piſanorum ex codice Caroli Strozzæ. 861.b
ancona obſeſſa a cancellario Federici Imperatoris liberatur ab exercitu Imperatoris Conſtantini. 888.b
anconam petit Federicus Imp. 1034.c
andreas Bondelmontius Archiepiſcopus Florentinus Eccleſiam a penſionibus preſſam liberat, & ædes Archiepiſcopales ædificat. 244.a
S. Andreas Corſinus inuitus, & latens ad Epiſcopatum prouehitur, eius vitæ compendium, mors, & tumulus adſeruatur. 329.a.d
andreas Caſalius Bononienſis, ſeu miro fortunæ ludo creditus mortuus, ſeu alter eius perſonam ſimulans ad triremes damnatur. 809.d
anaſtaſiæ Virginis, & martyris corpus Piſis delatum. 422.d
anaſtaſij Papæ priuilegium Piſanis conceſſum. 460.a

Angelus Acciaiolius Epiſcopus Florentinus prudentiſſimus inter tredecim Reipublicæ reformatores. 195.a

angelus Acciaiolius ſponte cedit epiſcopatui Florentino varijs ciuium perſecutionibus exagitatus. 206.d

angelus Card. Acciaiolius Ladislaum Regem coronat; pacem Romæ componit. 208.d

angelus Politianus Florentiæ obijt, & tumulatur. 235.a

Fr. Angelus de Cataneis Diacetius, ex Epiſcopo Feſulano iterum monachus. 340.a

angliæ Rex rediens ab Hieroſolymitano bello, Imperatori captiuus traditur, ac plurimo auro redimitur. 959.a

angliam Franchi bello petunt, ac deuaſtant, ideo excommunicantur. 976.b

animæ purgatorij qualiter viſæ a presbytero Piſano. 457.c

S. Anſanus inter primos, qui Chriſtianam fidem Senenſibus prædicarunt. 618.d

anſedonia de iuribus Abbatiæ SS. Vincentij, & Anaſtaſij de Vrbe. 832.a

S. Antoninus eligitur Archiepiſcopus Florentinus. 223.c

S. Antonini ſcripta pulchro elogio commendantur a Pio II. item vita, & acta. 124.a

S. Antonini corpus transfertur, & tumulus erigitur. 124.c.d

S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus pauperrimus deceſſit. 224.b

antonius Card. Puccius, magnus miniſter Clem. Papæ VII. obſes datur Imperialibus. 578.d

antonius Epiſcopus Cluſinus deponitur, quia adhæret Gregorio Papæ XII. 740.d

antiochiæ, & Aſcalonæ Principes concedunt Piſanis domos, & fundos pro protectione in Orientem. 463.d

antiochiæ expugnatio. 627.b

antiochiæ lancea, quæ latus D.N. Ieſu Chriſti perforauit, inuenitur. 851.c

antiochia Saladino Soldano pacto ſe dedit. 888.d

antiochia terræmotu deijcitur. 877.c

antonia ciuitas obſeſſa fame laborat, & a legato Conſtantinopolitano liberatur. 883.c

antipapa Paſchalis celebrat in Eccleſia ſancti Petri Romæ. 874.c

antiqua monumenta ciuitatis Senarum. 617.b

antichriſtum natum eſſe aſſerens Rayncrius Epiſcopus Florentinus a Paſchali II. reprehenditur. 101.a

anulus datur Abbatiſſæ S. Petri a recens electo Epiſcopo Florentino. 173.a

SS. Annunciatæ imaginis miracula, & templi eiuſdem chorographica deſcriptio. 155.b

SS. Annunciatæ templum Florentiæ quando conſtrui cœperit. 155.a

anulus pronubus B. Virginis quomodo Cluſium delatus. 745.d

anulus pronubus B. Virginis Cluſinis furto ſublatus. 745.c

anulus pronubus furto Cluſinis ablatus, Peruſinis, qui eum receperant, adiudicatus. 745.c.746.b

anulorum vſus, & ritus. 746.c

SS. Apoſtolis vſque ad tempora Caroli Magni dicata fuit Eccleſia Florentiæ. 33.b

apparitio ſanctiſſimæ Triadis in Amiatina regione. 660.b

apollonius Maximus vir clarus efficit, vt Orbetellum, Anſedonia, & alia oppida concedantur ab Abbate Trium Fontium, Reipublicæ Senenſi. 815.d

apparatus naualis pro bello Ianuenſium, & Piſanorum. 872.b

apulia a Baronibus Regi Tancredo ablata. 866.c

apulia recuperata a Gulielmo Rege. 866.d

apulia ad deuotionem, & obedientiam Henrici Imperatoris tranſit. 961.a

aquarum ingentes pluuiæ euenere poſt captam vrbem a Federico. 875.a

aquini Comites a partibus Federici Imperatoris. 1003.d

aquinis dominis ciuitas Aquinum reddita a Gualterio comite. 966.d

arborea capta, & deuaſtata per Iudicem Turritanum. 870.d

arborea capta a iudicibus Sardiniæ. 871.b

archiepiſcopo viuente, Piſani fautores Antipapæ alterum elegere. 874.a

archiepiſcopatus Magdeburgenſis erigitur a Ioanne Papa Nono in concilio Rauennaten. 45.b

archiepiſcopo Florentino tradita facultas legitimandi, doctorandi, ac equites creandi. 237.c

archiepiſcopatus Piſani erectio. 424.b. & 434.a

archiepiſcopo Piſano Corſicæ Eccleſiæ auferuntur, & commutantur pro bono pacis inter Ianuenſes, & Piſanos. 452.c

archiepiſcopus Piſanus orator pro gratiarum actione. 525.d

archiepiſcopatu Senenſi dimiſſo Taruſius redit ad Oratorij congregationem. 662.b

ardinghi Epiſc. Florentini patria quæ fuerit diſcutitur. 141.d

ardinghus Epiſcopus Florentinus mittitur legatus a Gregorio Papa ad Federicum Imperatorem. 452.d

arelatenſes ſe pios oſtendunt claſſi Piſanorum. 909.a

armamentorum apparatus varij pro bello contra Saracenos. 899.c

ad Armenum Regem legatio Apoſtolica mittitur. 548.b

arx munitiſsima vrbis Maioricæ a Saracenis defenſa acerrime, tandem expugnatur a Chriſtianis. 930.c

aſcanius Piccolomineus Archiepiſcopus Senarum plura ſcripſit. 661.b

aſtiuenſis Marcus canonicus præficitur a Pontifice Epiſcopatui Suanenſi irritis declaratis aliorum electionibus. 823.c

aſcianum caſtrum inuaditur a Cucenſibus. 875.d

capitur. 876.d

aſilias aſtrologus, & aſtronomus. 886.a

aſiliæ leges Federici Imperatoris promulgantur pro Neapolitano, & Siciliæ Regnis. 979.b & 980.a

aſtrologicæ prædictiones. 1010.d

Verificantur. 1023.b

Auri

Auri talenta tranſmiſit Tancredus procerib. Regni Siciliæ pro habendo fidelitatis iuramento. 956.a
auri, & argenti, ac veſtium ingens copia capta a Chriſtianis in bello Maioricenſi. 855.a
auxilia pro bello Balearico Romani, & Ianuenſes Piſanis mittunt. 899.e
auxilia pollicita Saracenis a Rege Butali. 640.d
auxilia Piſanorum miſſa Federico Imperatori contra Romanos. 872.c
auxilia miſſa in prouinciam a Piſanis varijs nauigijs. 872.b
aua Magdeburgenſis fundatrix monaſterij S. Benedicti Senenſis. 620.a
azoni Piſano proficiſcenti ad bellum Balearicum Papa dat vexillum, & inſignia. 898.c

B

Babyloniæ Rex Chriſtianus Piſanos hortatur pro auxilijs Chriſtianæ fidei. 874.a
Baleare bellum carminibus celebratur a Laurentio Veronenſi. 897
Balearico bello auxilium Piſanis Ianuenſes dedere. 899.e
B.Balduinus Archiepiſcopus Piſanus P.Cardin.ex ord.Ciſtercien. purgatorij flammis cruciatur. 456.c.d
B.Balduini Archiepiſcopi Piſani hiſtoria, & reuelatio. 456.d.vſque a
Balduinus comes Gothfredo ſuccedit in Regno Hieroſolymitano: vrbes plures expugnat. 895.d
balduinus comes Flandriæ ductor exercitus Chriſtianorum ad bellum ſacrum. 851.d
baliū Regni ſe iurare procurat Marcualdus. 965.b
balnei Card. laudes, & genus laudatum. 302.e
baptiſmalis Eccleſiæ in diœceſi Feſulana inſtitutio. 317.b.& 319.b
baruba ſuffectus Rex Saracenorum fugam cum theſauro tentat, capitur a Chriſtianis. 855.b
barbacanæ lignis oppletæ. 855.e
barchinonam a ventis delata claſſis fœderatorum ab bellum Maioricenſe. 833.a
barchinona auxilia denegat Ianuenſibus, & Lucenſibus contra Piſanos. 879.c
barchinonam petit claſſis Chriſtianorum pro bello Balearico. 905.d
bariola Cerana vidit filium, fratrem, & nepotem Romanos Pontifices. 645.b
baronij ſcriptum de ſepulchro Marchionis Vgonis erroneum demonſtratur. 60.a
barones occupant Apuliam Gulielmo Rege pro mortuo habito. 800.c
barones Regni a Federico in Siciliam euocati detinentur, eorum terras recipit. 933.c
Fr.Bartholomæus Amerinus Nicolai IV. Vrbis vicarius. 758.d
Fr.Bartholomæus Amerinus Epiſcopus Groſſetanus Conſtantinopolim mittitur a Nicolao III. pro vnione Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ. 758
baruba Rex captiuus ductus a Piſanis. 952.d
baruch Ancoanam ciuitatem capit, & Mareſcallum Imperatoris in Syriam proficiſcitur. 1018.a
baſilienſis concilij decreto Epiſcopus Groſſetanus ex Epiſcopatu detruſus. 762.c
A baucius Heros in bello Balearico. 930.d
boſo Card. legatus in bello Fœderatorum pro Balearibus. 833.b
boſo Card. legatus alloquitur milites aggredientes Maioricam. 932.b
boſo certantibus indulgentias impertitur ſi moriantur in bello contra infideles. 932.d
beatricis matris comitiſſæ Mathildæ obitus, & monumentum in Piſana maiori Eccleſia. 413.d 863.e
bellum Maioricenſe. 428.d
belli ſacri Hieroſolymitani expeditio. 426.a
bella inter Ianuenſes, & Piſanos pro iure metropolitano Corſicæ. 439.c. & 441. b.e
belli Vngarici contra Turcos miſerabilis finis. 755.a
B belli Hieroſolymitani, & Maioricenſis per Piſanos triumphaliter geſti hiſtoria. 851.a
belli ſacri Hieroſolymitani Duces Chriſtiani exercitus. 851.d
bello Maioricenſi peracto ſpolia opima diuiduntur. 856.b
bello Maioricenſi peracto Chriſtiani cum ſpolijs reduces triumphant. 856.b
bellum Piſanorum cum Lucenſibus, Ianuenſibus, Saracenis, & Mugero. 859.b.c
bellum Piſani faciunt Rogerio Regi Siciliæ. 860.d
bellum Piſanorum, & Ianuenſium. 863.c.868.d magnum. 885.a
C bellum ob caſtrū inter Piſanos, & Lucenſes. 865.d & 866.a
belli inducias Federicus Imperator procurat inter Piſanos, & Ianuenſes. 869.b
bellum inter Piſanos, & Ianuenſes pro Sardinia. 871.c
bellum nauale paratur in Prouincia a Ianuenſibus, & Piſanis. 872.b
bellum ad Rhodanum Piſanorum, & Ianuenſium 872.e
bellum Piſis paratur a Federico Imperatore contra Romanos, & Regem Siciliæ, & Apuliæ. 874.a
bellum inter Lucenſes, & Piſanos ad Aſcianum caſtrum. 875.d. 876.d
bella, & certamina plura in Hetruria cauſata a Chriſtiano Maguntino legato Imperatoris. 881.c.d. & 882. b
D bellum Piſanis contra Regem Siciliæ proſpere ceſſit, captis Neapoli, & alijs vrbibus. 885.e
bellum Baleare dum cogitant relinquere Piſani, Lucenſis Fralmus ſua allocutione deliberare ſuadet ad proſequendum viriliter. 903.e
bellum Balearicum de ordine Papæ inſtruitur. 940.d
bello nomine Pontificis geſto præficitur Ioannes Hieroſolymitanus Rex. 997.e
bellum geſtū ab exercitu Pontificio Gregorij Papæ, & Imperiali Federici. 994.c.d.& 995.a.d
beluacen. Epiſc. cum auxiliis è Gallia ad Papam efficitur Dux Spoleti. 1012.e
bellicus apparatus Piſanorum pro Balearibus demandatur duodecim nobilibus. 897.d
bellicus conflictus proſpere ſuccedit Carolo Andegauenſi contra Conradum. 896.a

Bulla Vrbani Papæ II.conceſſionis Inſulæ Corſicę Epiſcopis Piſanis. 423.a A
bulla Archiepiſcopatus Piſani. 424.a. Vrbani Papæ Secundi.
bulla Gelaſij Papæ II. conceſſa monachia monaſterij inſulæ montis Chriſti. 438.a
bulla Honorii Papæ Tertij confirmationis iuris metropolitici Piſani Archiepiſcopi cum receſſione cauſæ. 441.a
bulla Innocentij II.priuilegij conceſſi Vberto Archiepiſcopo Piſano. 449.d
bulla Innocentij Papæ II. conceſſionis Primatus Sardiniæ, & Corſicæ Archiep.Piſanis. 452
bulla Anaſtaſij Papæ IV.conceſſionis confirmationis priuilegiorum canonicis Piſanis. 460.a
bulla Adriani Papæ conceſſa Leoni Archipresb. Piſano. 462.d E
bullæ Alexand. PP. III. ad Piſanos contra Federicum Imp. 468.a. vſque ad 474.a
bulla Innoc. Papæ Tertij confirmationis priuilegiorum conceſſorum a Cæleſtino Papa Tertio Piſanis. 478.c
bulla, vide priuilegium,& confirmatio.
bulla Innocentij Papæ Tertij confirmationis Archiepiſcopatus Piſani. 478.c
bulla Cæleſtini Papæ Tertii confirmationis donat. factæ Piſanis a Contado, & a Regibus Hieroſolymitanis. 490.a
bulla Innocentii Papæ Tertij confirmationis, & conceſſionis priuilegiorum Abbatiæ S. Michaelis de Piſis. 495.d C
bulla Alexandri Papæ IV.priuilegiorum prioris, & frat.hoſpitalis Spiritus ſancti Piſarum. 521.b
bulla Greg.X. Papæ reſtitutionis Archiepiſcopatus Piſan. 524.c
bulla Pij Papæ Secundi conceſſ. priuil. canonicis Piſanis. 582.c
bulla Pij Papæ Secundi erectionis Archiepiſcopatus Senenſis. 656.b
bulla Bonifacij Papæ Octaui priuationis Comitiſſæ Suanæ ob alienationem feudorum Abbatiæ SS.Vincentij, & Anaſtaſij. 826.b
bulla Gregorij Papæ Septimi conceſſionis priuilegiorum monaſterio de Septimo. 107.c
bulla Leonis Papæ X. confirmationis priuil.Archiepiſcopi Florentini. 237.c D
burgum S.Petri conſtituitur a Piſanis. 892.d
burgum S.Sepulchri an fuerit antiqua Biturgia, eius antiquitas, & origo. 249.d.& 250.a.b
burgum S.Sepulchri erigitur in ciuitatem Cathedralem a Leone X. 250.b
burgi S. Sepulchri Epiſcopatui nouiter erecto datur in dotem Abbatia Camaldulen.commendata Galeotto Gratiano primo Epiſc. 250.b & 256.d

C

CAdalus Antipapa, olim Epiſcopus Parmenſis contra Gregorium VII. 1002.c
cadauer Epiſcopi Senenſis ſequeſtratur a creditoribus, a patre redimitur. 642.d
cadauer Raphaelis Card.Petruccij male habitum. 809.c
caietam retinere prætendunt pro Eccleſia, qui agunt de pace inter Gregorium Papam, & Federicum Imperatorem 1007.c A
caietanæ turres cuſtodiuntur pro Imperatore. 1023. c
calix ſanguine aſperſus Florentiæ reperitur poſt ſacrificium peractum a ſene qui illum neglexerat perluere, & abſtergere purificatore. 145.d
califa dicitur Saracenorum Summus Sacerdos. 973.a
callistus II.Papa Cluniaci eligitur. 556.c
callari in Sardinia caſtrum ædificatur a Piſanis. 889.d
callari iudex ſpondet fidelitatem Piſanis. 886.c
camaldulenſe monaſterium ſanctimonialium recipitur ſub protectione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ a Paſchali PP.II. 182.c E
camaldulenſi monaſterio ſanctimonialium ab Henrico IV.Imperatore, & alijs conceduntur priuilegia. 182. c.d
camaldulenſis Abbas Piſanus ſeruat iura Abbatiæ Montis Chriſti. 478.a
campania, & terra Laboris varie tentata a milite, & exercitu Henrici Imperatoris. 959. d
canonici Cathedralium omnes ſub regulari inſtituto prius viuebant. 90.d
canonicis Florentinis ad hoc vt regulariter viuant Rayneriius Epiſcopus donat plebem S.Stephani in pane. 109.a
canonicis Florentinis Epiſcopus plura largitur. 143. b
canes,& equos qui primus ex Cardinalibus aluerit ex redditibus eccleſiaſticis. 221.d C
canonici Cathedralium prius in communi viuebant, & in vno dormitorio dormiebant ſimul. 142.d
canonicorum Florentinæ Cathedralis conſtitutiones confirmantur a Gregorio Papa IX. 142.b & 144.d.
canonicis Feſulanis Epiſc.multa donat ad hoc, vt in communi vitam ducant. 275.d
canonicorum conten.us quomodo ſupplerius in conceſſione facta alteri Eccleſiæ. 323.d
canonici Piſani regularis inſtituti in communi viuebant, & vt melius diuino cultui vacent, ditantur donationibus ab Epiſcopo 402.d.403.e & 406.b
canonicis Piſanis plura conceduntur ab Anaſtaſio Papa, & præcipue electio canonicorum. 461.b D
canonicum fieri mandat etiam vltra numerum Innocentius Papa IV, Albertum de ſedes Apoſtolica bene meritum. 512. b
canonicorum Piſanorum veſtes rubeæ. 582.d
canonicorum antiquus habitus. 634. b
canonicorum abſentia ab Eccleſia ad tres menſes permiſſi. 635.a
canonici inſeruientes Pontifici, ſeu Cardinalibus eximuntur a ſeruitio Eccleſiæ. 635.b.c
canonizatio S.Franciſci. 973.c.1001.b
canonizatio S.Antonij de Padua apud Spoletum. 1016.b
capraria inſula combuſta a Ianuenſibus. 868.d
capitulis canonicorum Cathedralium Italiæ fuit ſublata facultas eligendi Epiſcopos. 185.a
capituli canonicorum Senen. ſtatuta confirmantur

tur ab Alexandro Papa IV. 634.d
Capitula pacis tractandæ inter Papam Greg.& Federicum Imp. 1009.a.b
capponia gens feudum a Maſſenſi Epiſcopo recipit. 795.d
captiuos Chriſtianos offert pro pace Rex Saracenorum. 943.b
captiui Chriſtiani liberantur expugnata Maiorica. 854.d
captiui Piſani libertatem recipiunt. 865.d
captiui Piſani a Lucenſibus in bello ab eis geſto Ianuam mittuntur. 876.a
captiuos Chriſtianos liberare ſuadent Beleari Regi 911.b
capua recepta a Fundano Comite in odium Celani comitis. 969.b
capua, & aliæ vrbes terræ Laboris captæ ab Henrico Imp. 957.d
capuanus princeps Rogerius, & alii barones Regni aduerſus Guilelmum Regem. 866.c
cardinales appellati fuere aliquando quidam ex canonicis Cathedralium. 440.b
cardinalis legatus, ne iuſtitia violaretur, reſtituit equum ſibi dono datum in itinere egeno Epiſcopo Florentino, qui pro lite poſtea ad eum venerat. 222.a
cardinales militiæ dediti parum feliciter dies ſuos clauſere, 220.a, & 222.d
cardinalatum ſibi augurana ex ſpontanea Pontificis voluntate illum ad Archiepiſcopatum Florentinum promouentis Orlandus Bonarlius ſecuta Cardinalium promotione mœrore obijt 232.b
cardinalis Carpenſis in ſucceſſione Epiſcopatus imparem ſe aſſerit probitati Marcelli Epiſcopi. 338.b
cardinalis Pandulphinus ita ſenex creatus fuit Cardinalis, vt propterea tumuli honor appellatus fuerit. 376.b
cardinales captiui ad Piſanam ciuitatem a Federico ducuntur. 95.b
cardinalis q. cœpit alere equos, & canes ex redditibus eccleſiaſticis. 221.d
cardinales duo, & Prælati proficiſcentes ad concilium iuſſu Federici Imperatoris detinentur. 519.c
cardinalis Bonettus ſuæ familię reſtitutus pro Brancacio prius apud Ciacconum. 553.a
cardinalis Fregoſius cardinalatu, & aliis eccleſiaſticis bonis alias cautus reſtituitur. 597.a
cardinalatum renunciat Ardicinus della Porta, & monachus efficitur. 604.a.b
cardinales Federicus Imp. audire recuſat poſt captam Mantuam. 1028.b
cardinales pro creatione Papæ apud ſeptiſolium incluſi violenter. 1037.b
cardinalis Caſinus vir egregius, ex qua patria oriundus. 647.& 648.a.b
carrochium Mediolani captum a Federico Imperatore Romam mittitur in ſignum victoriæ. 1028.d
carolus Magnus reſtituit ciuitatem Florentinam. 7.c. 28.c
carolus Magnus plures Eccleſias ædificat. 33.b
carolus Antonius Puteus Archiepiſcopus Piſanus, vir ſummis virtutibus præditus. 589.d
carolus IV. Imp. Senenſem academiam priuilegio donat. 638.d
carracciolus pro reparatione, & ædificatione munimentorum montis Caſini. 1616.c
carolus Magnus Imperator donaria, & bonam voluntatem impertitur Piſanis poſt victoriam Terræ ſanctæ. 885.b
Carolus Andegauenſis frater Regis Franciæ efficitur Senator Vrbis. 894.b
carolus Andegauenſis coronatur a Pontifice Rex Siciliæ. 894.a.b
carolus Andegauenſis maximo exercitu deuicit Manfredum Regem. 894.b
carolus Rex Siciliæ contra Piſanos. 896.b
carolus V. Imperator Florentinam vrbem ingreditur, honorificentiſſime excipitur, aduentus monumentum apponitur. 242.c
carmina luctus Piſanorum ob bellum male adminiſtratum cum Lucenſibus. 876.d
carthago capta a Piſanis. 889.d
careſtia magna. 866.b
carſanenſes, & Valderchienſes recedere faciunt Ianuenſes a Piſanis pecunia ab eis recepta. 879.b. 876.b
caſinenſibus monachis Piſis monaſterium conceditur. 439.b
caſinenſis Abbas plura caſtra diruit. 962.a
caſinenſis monaſterii, & bonorum deuaſtatio facta a Marcualdo Theutonico. 964.a
caſinenſe monaſterium obſeſſum liberatur. 964.c
caſſarum capitur, & vexillum a Piſanis ibi ponitur. 855.d
caſſaro incluſa ingens copia nobilium Saracenorum, eorum pretioſa ſupellex 855.d
caſtrum deſtruitur. 856.a
caſtra capta, & diruta in bello Lucenſium, & Piſanorum. 865.d. & 866.a
caſtra, & loca capta a Piſanis vſque ad Vulterram. 869.c
caſtra Lucenſium capta a Piſanis. 892.d. 893.b 894.a
catharina Riccia monialis inſignis ſanctitatis. 576.a
catalanenſes ad expugnandos Saracenorum portus Maioricæ cum Piſanis. 930.c
catalanorum receſſus ob falſum nuncium inuaſionis Cataloniæ a Mauris. 634.d
cataloniæ comes vulneratus. 945.c
cataloniæ littus reliquit claſſis Chriſtiana proficiſcens ad bellum Baleare. 906.b
catania terræmotu tota ſubuertitur in vigilia ſanctæ Agathæ. 876.c
ceſalonia, & Lucata expugnata a Piſanis, quia impedimento erat itineri Hieroſolymitano. 851.a
cæleſtinus Papa III. confirmat Piſanis conceſſiones Regum Hieroſolymitanorum. 490.a
cæleſtini Papæ electio. 957.a. 1037 d
cælum ardere viſum. 851.c
cæleſtini Papæ obitus. 963.b
celani comes Petrus recipit Marcualdum feneſcalcum. 963.a

celani

celani comes filium Imp. ſeruat,ac in Siciliam du cit. 963.a.b A
celanum diruitur Cæſareæ nomen ei tribuitur, & gentéa profugæ ad inhabitandum in tenouatione conuocantur. 983.a. 984.a
certamen acerrimum Balearicum contra Regem Batubam. 926.d
certamen ſub vrbe Maiorica. 931.& 932.a.
certamen tenouatum pro expugnatione Maioricæ magnis conatibus tandem proſpero victoriæ euentu ſuccedit. 946.a.d
cerberea fabula in medium reducitur in magna occiſione Saracenorum. 943.c
cæſarea capta a Piſanis. 885.b
chriſtiana fides Senenſibus prædicatur. 608.a
chriſtophori Landuccii viri ſanctimonia clari obitus. 657.c B
chriſtianorum certamina pro bello ſacro. 851.c
chriſtianorum virtus in oppugnatione Maioricæ. 853.d
a chriſtianorum ſinguli aliquid proficuum faciunt in bello Maioricenſi. 854.a
chriſtianis comburuntur turres Saracenorum. 854.b
chriſtiana efficitur proles Regis Saracenorum Maioricæ Piſis. 855.a
chriſtianorum vaſa ſacra,& cruces repertæ poſt expugnationem Caſſari. 856.a
chriſtianorum captiuorum triginta millia capita liberata Maioricenſi victoria a Saracenis. 864.c
chriſtiani Reges Hieroſolymæ, & Babyloniæ petunt auxilia contra Saracenos a Piſanis. 875.c C
chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus Imperatoris legatus componere curat diſcordias inter Piſanos, & Ianuenſes, ac Lucenſes. 800.b
chriſtianus legatus Piſanis infenſus eo quia recuſant conſignare captos in bello, ideoque Sardiniæ priuilegio eos exuit. 800.b
chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus tractando pacem fraudulenter retinet captos legatos Florentinorum, & Piſanorum. 881.b.887.c
chriſtinæ Lotharingiæ Magnæ Hetruriæ Ducillæ pietas. 247.c
chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus plurima bella,& diſſidia excitat inter Florentinos, Lucenſes,ac Piſanos. 881.c.887.c
chriſtianus Moguntinus caſtra Piſanorum tentat. 881.d D
chriſtianus Moguntinus plurima bella nomine Federici Imperatoris, & mala Hetruriæ infert. 883.b.
chronicon Piſarum e monumentis Abbatis Conſtantini Caietani. 889.a
chronici Piſani fragmentum ex incerto. 858.c
chronicon,ſeu geſta Piſanorum, ex m.s. Viuiani Epiſcopi. 852.a
chronicon,ſeu annales Piſanorum, ex m.s.Caroli Strozzæ. 861.b
chronicon breue Piſanum ex m.s. Vghelli. 884.c
chronicon Richardi de S. Germano de rebus Regum Siciliæ, & Federici Imp.ex m.s.Caſinenſi. 953.a
chemera deficit a Federico Imp. 868.a
iſtercienſes acciti ad Vrbem Florentinam ab Epiſcopo illis donatur monaſterium de Septimo. 149.b.c
ciſtercienſibus datur confirmatio Apoſtolica conceſſionis monaſterii de Septimo, & aliarum donationum. 149.d.& 150.a
ciſtercienſis ordinis primus Cardinalis. 456.b 452.b
ciſtercienſis ordo in monaſterio Amiatino introductus. 729.d. Reliqua vide ordo Ciſtercienſis.
ciuitates captæ a Piſanis Rogerio Siciliæ Regi. 865.b
ciuitas vetus Romani Pontificis obſeſſa a Federico Imp.auxiliantibus Piſanis. 874.b
ciuitatum plurium amicitias Ianuenſes, & Piſani ad inuicem hoſtes procurant pro adhærentia. 879.c.d
ciuitas Maioricenſis nomen Regno indidit. 931.& 932.a.d
clades maxima ad Rocham Caſtilionis Vallis Serchiæ. 892.b
claſsis fœderatorum ad bellum Maioricenſe impeditur a Venetis. 833.a
claſsis Piſana reſtituta, & claſsis Barchinonenſium in die Natali D.N. Ieſu Chriſti iterum ſe mirabiliter excuſſa procella ſe iungunt. 853.b
claſsis fœderatorum ad inſulam Ebuiſam delata vnius menſis obſidione excisis Saracenis eam capit. 853.b
claſsis fœderatorum appulſa ad inſulam Maioricenſem. 853.b
claſsis Piſana ad littora Cataloniæ. 901.c
claſsium Piſanorum, & Ianuenſium conflictus. 858.b
clerus Florentinus armatur ab Epiſcopo ad defenſionem Vrbis contra Henricum Imperatorem. 176.a
clericis Florentinis ſcribit Paulus Papa Secundus ad eos reuocandos ad priſtinum cultum ſacrorum. 115.a
cleri Piſani deſcriptio, & habitus eccleſiaſticus. 393.b
clerici,& presbyteri cruciatæ inſeruientes gaudent exemptionibus, ac ſub immediata protectione S.Sedis Apoſt. exiſtunt. 542.d
clerici exprobrantur a Saracenis, quod iubeant contra eos bella,& arma tractare. 940.a
clerici oblatis Saracenorum conditionibus in bello oppugnant. 948.d
clerici pro feudis coram iudice laico quando conueniri. 1009.d
clericali diſciplinæ reſtituendæ litteras dat Gregorius Papa ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos. 1013.b.c
clerici a Federico Imp.iniuſte ad collectas vexantur. 1054.a
clerus ad bellum Maioricenſe magnis animis feſtinat. 854.c
cleri preces in bello. 919.a.b
clemens Septimus ante Pontificatum Epiſcopus Florentinus. 237.b
clemens Papa Tertius Piſis eligitur Pontifex. 889.c
clementis Papæ obitus. 957.a

cluiuæ

confirmatio Athonis Epiſcopi Florentini donationum ſactarum monaſterio S. Miniati. 76. a
confirmatio omnium donationum factarum monaſterio ſanctimonialium S. Petri de Florentia anno 1073. a Raynerio Epiſcopo Florentino. 101. c
confirmatio,& receptio in protectionem ſedis Apoſtolicæ conceſſa a Gregorio papa Septimo canonicis S. Ioannis Florentiæ. 104. b
confirmatio, & largitio priuilegiorum conceſſorum a Paſchali papa Secundo monaſterio ſanctæ Mariæ de Florentia. 115.e
confirmatio largitionum factarum monaſt. ſancti Thomæ de Capraria. 118. e
confirmatio Ambroſij Epiſcopi Florentini donationum factarum Abbatiæ ſancti Petri Maioris. 124. d
confirmatio donatorum Abbatiæ ſancti Saluij. 126. c
confirmatio largitionum conceſſa monaſterio S. Mariæ Bonitolatij de Florentia a Cæleſtino papa Tertio. 136.b
concordiam reſpuit Rex Franciæ, & Aleſander papa cum Federico Imperatore, & Antipapa. 869. c
coniuratio in Mediceos a Franciſco Saluiato, Iacobo Pactio, & alijs Florentinis. 577.d
conradus Imperator confirmat donationes factas & ampliat largitiones monaſterio ſancti Miniati. 80. a
conradus Imperator, precibus trium ſanctorum virorum concedit priuilegium confirmationis bonorum Balduino Archiepiſc. Piſano. 454.b
conradino adhærent Piſani contra Carolum Andegauenſem. 524.e
conradus filius Federici Imperatoris antequam in Germaniam iter arriperet, miſſus a patre ad Gregorium papam. 1022.e
conradus Rex Italiæ. 859.c
conradi Imperatoris honore caſtra 45. ſeſe dedere Piſanis. 885.c
conradus Secundus Rex Siciliæ ad vrbem Piſam aduenìens deſpicitur a communi Caſtri Franchi. 894. d
conradus cum Federico Duce Auſtriæ in bello capti,& alii iugulatur. 890.b
conſilia doloſa ad impediendam victoriam Maioricenſem diſſipantur. 854.d
conſulatus Piſanorum. 866.d
conſul Piſanorum captus. 873.c
conradi Imperatoris donatio facta Eccleſiæ Fetulanæ. 286.d
conſecratio Piſani templi. 434.e
conſecratio primarii templi Florentini Archiepiſcoporum Cathedralis. 241. d
conſecratio diuinitus facta a S. Clemente papa eccleſiæ S. Petri Piſarum. 391.d
conſecrationes Eccleſiarum monaſterij Montis Amiati ab Epiſcopo Cluſino recuſatæ decernuntur a Pont. & Imp. 716. a. & 717.a
conſtantinopolis a Gallis expugnata. 490.c
conſtantinopoli plura Piſanis conceduntur a legatis Apoſtolicis. a 490.d. vſque ad 494
conſtantinopolitani Imperij amiſſio cauſata ab infelice exitu belli Vngarici. 775 a
conſtantinopolitana Vrbs capta a Franchis, & Venetis reſtituitur Romani Pontificis obedientiæ 967.b
conſtantinopolitanus Imperator coronatus apud S. Laurentium extra muros in itinere, & obſidione captus. 926.c
conſtantinopolitani Imperij cura delata Regi Hieroſolymitano. 1015.c
conſtantinopolitanus Imperator auxilia præſtat Baronibus contra Rogerium Regem. 866.d
conſtantinopolitanus Imperator Piſanis ſcholas,& pallia reſtituit, ac pacta firmat cum eis. 800.a
conſtantinopolitani Imperatoris legatus cum multa pecunia obſeſſus. 883.c
conſtantinopolis a Palæologo recuperatur de Venetis, ac Piſanis. 889.d
conſtantinus Saſſaritanus ad bellum Balearicum. 900. c
conſtitutiones Magalottæ contra exules. 749. c
conſtitutiones, & reformationes Eccleſiæ Senen. confirmantur. 656.b
SS. Corporis Chriſti ſacramentum decenter ferebatur in bello Vngarico. 774.a
corſinus Cardinalis legationem Apoſtolicam optime obit, priuilegio ab Imperatore donatur, & efficitur Princeps Imperii. 192. b.d
corſinus Cardinalis adhæret Antipapæ Clementi Septimo, ideo ab Vrbano Sexto Cardinalatu priuatur. 300.d
corſinæ familiæ viri illuſtres. 204.d
corſicæ primatus aufertur a Piſanis. 396.c
corſica, & Sardinia quomodo a Romano Pontifice conceſſæ fuerint Piſanis. 398.d. 441.b
corſicæ inſulæ cura demandata fuit a Greg. Septimo Landulpho Epiſcopo Piſano, vt iura, & redditus pro ſede Apoſtolica exigeret ab illis, qui eaculo eius dominio renuebant. 412.b
corſicæ Inſulæ Regnum Piſanis ſub cenſu tribuitur ab Vrbano papa Secundo. 423.a
corſicæ defectio a S. Sede Apoſt. 434.e
corſicæ iuriſdictio Archiepiſcopo Piſano ſuſpenſa in Epiſcopos ſuffraganeos in concilio cognoſcitur. 440.e.d
corſicæ ius Metropoliticum Honorius papa Secundus cauſa cognita reſtituit Archiepiſcopo Piſano. 441.a
corſica cur Piſanis a ſede Apoſt. data. 441. b
corſica inſula fidem Chriſti recepit ab ipſis primis Apoſtolorum temporibus. 608.a
corſica obedientiam præſtat Archiepiſcopis Piſanis. 856.d
cordubam Ferdinandus Rex Toleti, & Caſtellæ capit capulſis Saracenis. 1025.d
corona Regia Saraceni Regis capta a Piſanis poſt eorum victorias tribuitur Imperatori. 863. b 884. d
coronatio Iudicis Arboreæ facta a Federico Imperatore. 871. a
corona Regis Mugeti Saracenorum. 884.d
coſmus Medices Alexandro interempto ſuffectus in dominio, e Duce Reipub. Florentinæ. 7.d
coſmus Medices ſubegit Senenſem Rempublicam anno 1536. 7.d

Coſmus

Coſmus Medices PaterPatriæ dictus poſt obitum, tumulatus in æde ſacra Diui Laurentii. 232.d
cruciatæ bulla Ioannis PP.XXII. 537.a
cruce ſignati, & eorum hæredes ad quæ teneantur ex acquiſitis. 541.a
cruciatæ prædicandæ Papa legatos, & prædicatores mittit. 926.b
cruciata tempore paſcharis colligebatur. 897.d
cruce ſignabantur proficiſcentes ad bellum Baleare contra Saracenos. 897.d
S. Crux Hieroſolymis capta occupatur a Saladino Rege Ægypti. 888.a
cruces tres datæ tribus Ducibus cruciatæ tripartiti exercitus. 942.b
SS.Crucifixi indulgentiæ. 541.a, ad 542
SS.Crucifixo dum miles infert iniurias, mire ab ira Dei plectitur. 965.a
cornubiæ comes Richardus Regis Angliæ frater ab vna electorum parte Imperator Romanorum electus. 514.d
curiarum celebratio bis in anno a Federico Imperatore in Regno inſtituitur. 1022.d
curiis celebratis Federicus eius conſtitutiones, ſeu leges aſcitias nuncupatas publicari mandat. 1017.b
cuſtodia arcta Saracenorum trigintamillium Chriſtianorum captiua detinentur. 94?.c
cuſtodes turrium Saracenorum profligati. 952.c
cuſtodiam ſanctiſſimi Sepulcbri Hieroſolymitani Saraceni Ægyptij affectant retinere. 926.b,c 973.b
cuſtodia Templi Hieroſolymitani magiſtro domus hoſpitalis demandata a Federico. 1000.c

D

Daibertus Epiſcopus Piſanus ductor exercitus, & copiarum Chriſtianorum pro liberatione Hieruſalem. 851.a
Daibertus Epiſcopus Piſanus capta ciuitate Hieroſolymitana efficitur illius patriarcha. 851.a
Dalmatia vrbs in Africa capta a Piſanis, & Ianuenſibus. 860.b
Damiatam petit legatus Apoſtolicus cum exercitu Cruceſignatorum. 977.d
Damiata aggreditur, & oppugnatur a Friſonibus, & reliquo exercitu Chriſtianorum. 977.b
Damiata expugnata a Chriſtianis. 889.d, 980.b
Damiata a Saracenis iterum recuperata. 980.c
Damiatam Chriſtianis ablatam carmine lugubri deflet Richardus de S.Germano in chronicis. 980.c
Damna illata a Piſanis aduerſus Ianuen. 873.c
Damna plurima in mare ſibi inuicem inferunt Ianuenſes, & Piſani. 883.a,d
Damna per Saracenos Maioricæ Chriſtianis illata vt deinceps caueantur, & vindicentur bello Balearico proſpicitur. 897.d
damnis paſſis Chriſtianorum animi excitantur contra Saracenos. 898.a
Dantes, ſeu aliquid erogantes pro cruciata indulgentias conſequuntur. 540.a
Datus per errorem in albo Cardinalium adſcriptus ab auctore in additionibus Ciacconianis expungendus. 217.d
Dantes Poeta caput exulum Florentinorum procurat obſidionem ab Henrico contra Florentiam. 175.b
Dantis poetæ obitus, item tumulus. 184.c
B.Dauid Abbas ord. Ciſtercien. diſcipulus S. Bernardi. 179.c
B.Dauid Abbas Ciſtercienſis excutitur an fuerit patria Florentinus. 130.d
Dauid Epiſcopus Saxonenſis vir clarus, & ſanctus 822.b
Datia exempta in ædificatione caſtri a ſubditis. 870.a
Debita prædeceſſoris Epiſcopi, quomodo Papa ſolui mandet per ſucceſſorem. 325.a
Decretales litteræ per ſummos Pontifices pluribus Epiſcopis Florentinis diriguntur. 13.a.c
Decretales a Gregorio Papa Nono correctæ, & compilatæ. 1019.a
Decretorum compilatio Laborantis Cardinalis. 131.d
Decimæ Feſulanæ ad libellum datæ, ſeu inueſtitæ. 306.d
Decimæ eccleſiaſticæ pro Cruciata colligebantur. 538.c
Decimæ, & oblationes, quomodo diuidendæ inter Epiſcopum Cluſinum, & ſuæ Cathedralis capitulum. 725.b
Decimæ nonnullorum locorum Amiatino monaſterio attribuuntur ab Epiſcopo Cluſino. 227.a,d
Decimæ vere decimæ a laicis, a clericis vero vigeſimæ, exiguntur pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 980.b
Deditio Saracenorum in Regno Maioricæ Chriſtianis. 921.b
Denarium Kalendis ſingulis operi Eccleſiæ dabatur. 870.a
Depopulationes factæ a Piſanis contra Lucenſes, Florentinos, & Guelphos vſque ad Lacum Montis Cucoli. 892.c
Depopulationes Theutonicorum, & Piſanorum iunctim contra Lucenſes. 892.d
Depopulationes factæ ab exercitu Federici Ducis Auſtriæ in territorio Lucenſi. 895.b
Depoſitum factum Romæ ad ſummam librarum trigintamillium pro obſeruatione pacis a Piſanis mandatorum ſummi Pontificis. 894.c.d
Deprædationes inuicem ſibi in nauigijs, & galeis factæ a Ianuenſibus, & Piſanis pluribus vicibus 872.a, & 875.d
Dermones nuncupatum genus nauigij. 870.b
Deus nemini adimit viam correctionis ad meliorem frugem. 689.a
Deus non creauit homines ad hoc vt perirent. 686.c
Deum velle omnes homines ſaluos fieri ex ſententia Theologica, quomodo in prædeſtinatione dictum hoc interpretetur. 695.d
Deus prædeſtinat bonos ad bonum, non malos ad malum. 696.d
Diabolus ex imprecatione matris puerum inuadit. 22.d
Dies ſancto Sixto ſacra, Piſanis de Africanis victoriam

ctoriam attulit. 900.b

Diopuldus locumtenens Imperatoris cum decano Caſinenſi plura prelia committit in Campania, oppida capit, & Regulos. 959.a.962.d

Diopuldus cum Marcualdo Theutonico in ſeditionem Regni conſpirat. 964.d

Diopuldus matrimonio iungit eius fratri ſororem Richardi de Aquila Fundorum comitis. 965.a

Diopuldus amicitias parat pro ſeditione, ac à comite Acerrarum capitur. 965.b,c

Diopuldus diripit S. Germanum fugat Abbatem Caſinenſem. 965.d

Diopuldus Locumtenens certamen init cum comite Celani, ac filium capit. 966.b

Diopuldus vincitur a Gualterio Bremenſi. 966.b,c. & iterum commiſſo bello apud Cannas. 966,d. denique capitur. 967.b

Diopuldus abſoluitur ab excommunicatione poſt quam Innocentius ad Vrbem eum acciuerat. 967.d

Diopuldus in Sicilia Regem, & palatium, & Panormitanam vrbem capit, poſtea ipſe victus detinetur. 967.c.d

Diopuldus fuga liberatur, poſtea Neapolitanos vicit. 967.d

Diopuldus efficitur Dux Spoleti ab Othone Imperatore. 970.a

Diopuldus captus Senatori Vrbis traditur. 967.a

Diruta plurima caſtra de ordine Federici Imperat. 983.c

Diſceſſus Piſanorum ad bellum Balearicum. 926.b

diſpoſitio cohortium Saracenorum, & aciei inſtructio ad bellum propulſandum. 926.b

Diſcipuli qui ex Antiochia cum pio Petro Piſanum ad littus, deinde Romam venere. 862.d

Diuino cultui reſtituendo Epiſcopus Piſanus donat canonicis ſuæ Eccleſiæ plura. 403.d

Dolor Piſanorum minus proſperi euentus belli carmine exprimitur. 876.d

Dolor, & eiulatus maximus Piſanarum mulierum in profectione ſuorum ad bellum. 898.d

Donationis inſtrumentum Specioſi Epiſc. Eccleſiæ Florentinæ de anno 724. 27.b

Donationis inſtrumentum Caroli Magni Imperatoris factæ monaſterio S. Bartholomæi de Florentia. 29.c

Donationes factæ canonicis Florentinis Othone Imperatore regnante. 38.d

Item aliæ donationes. 45.e

Donationes factæ pluribus locis pijs ab Vgone Hetruriæ Marchione. 48.vſque ad 57

Donatio facta a Bonifacio Comite Abbatiæ ſanctæ Mariæ de Florentia. 59.e

Donationes Ildeprandi Epiſcopi Florentini factæ Eccleſiæ, & monaſterio S. Miniati. 62.d. & 64

Donatio caſtelli S. Petri facta ab Athone Epiſcopo canonicis Florentinis. 81.b

Donationes Vbertorum Abbatiæ S. Saluij de Florentia. 86.a & 87.d

Donatio Tetbergę matronæ facta canonicis Florentinis ſub regulari inſtituto viuentibus. 86.a & 87.d

A Doctoratus gradus in iure ab Epiſcopo nomine Pontificis delatus Franciſco Barberino. 197.c

S. Dominicus Florentiam inuiſit. 132.a

Donatio Gerardi comitis facta canonicis Florentinis. 106.b

Donationes plures antiquæ factæ canonicis Florentinæ Eccleſiæ. 45.c

Donatio facta monaſterio de Septimo Florentiæ ab Ardingo Epiſcopo. 154.a

Donatio facta ab Antonio Vrſo Abbatiæ de Septimo. 175.d

Donationis confirmatio facta olim a Zenobio Epiſcopo Feſulano canonicis ſuæ Eccleſiæ a Petro Epiſcopo ſucceſſore in dicta Eccl. 278.d

Donatio ab Othone Imperatore facta de Abbatia ſancti Saluatoris de Lima Feſulanæ Eccleſiæ, confirmatione Imperiali munitur. 280.b

B Donatio Regembaldi Epiſcopi Feſulani facta canonicis pro cultu diuino. 281.d

Donationis confirmatio facta Eccleſiæ S. Gaudentij in alpibus. 292.d

Donatio Comitiſſæ Mathildæ facta Eccleſiæ, & Epiſcopis Piſanis. 415.a

Donatio Archiepiſcopi Piſani, pro augumento cultus Diuini facta canonicis Piſanis. 446.a

Donatio oppidorum facta capitulo canonicorum Piſanæ Eccleſiæ a Lanfrancho Cardinali. 448.b

Donatio Ludouici Pii Imp. facta monaſterio ſancti Anthymi. 462.d

S. Donati Epiſcopi Feſulani electio, vita, mors, & tumulus. 273.c, & 274.a,b

C Donatio pro monaſterio S. Eugenij Senenſis. 622,a

Donusdei Maluolta Epiſcopus Senenſis plura opera pia perfecit. 638.a,b

Donatio Raynerij Epiſcopi Senenſis monaſterio S. Frigidiani Lucenſi. 627.d

Donatio Conradi Imperatoris monaſterio Amiatino. 719.b

Donatio caſtri de le Tre Caſe facta a D. Iulita filia comitis Coſentini, & eius viro Eccleſiæ Cathedrali Populoniæ. 785.b

Donatio, vide inſtrumentum Donationis, & largitio.

Dubii euentus belli apud animos minus læta, & proſpera certamina efficiunt. 933.d

D Duces exercitus Chriſtianorum pro bello ſacro ſinguli recenſentur. 851.d

Duces, & vexilliferi belli Piſanorum aduerſus Lucenſes. 882.c

Duces exercitus Eccleſiaſtici Greg. Papæ pro recuperatione Marchiæ, & ea liberanda a Duce Spoleti. 994.b,c

Duces Auſtriæ, Carinthiæ cum Aquileienſi Patriarcha, & alij Romam petunt pro componenda diſcordia inter Eccleſiam, & Federicum Imp. 1106.b

Dux Auſtriæ rebellat ab Imperatore Federico. 1026.b

Dux Spoletanus Raynaldus deficit in redditione rationis, ideo a Federico cuſtodiæ traditur. 1014.d

Duribiuus Calaritanus. 900.c

E

EBuſinæ Vrbis oppugnatio, & expugnatio. 926.d
Ebuſina vrbs, & inſula eodem nomine nuncupantur. 916.d
Eccleſiæ S. Felicitatis Florentiæ conſecratio, & fundatio. 94.b
Eccleſia S. Fedriani Florentinæ vrbis tribuitur Abbatiæ de Septimo. 139.b
Eccleſiaſtici pro reſtauratione muri ciuitatis a Ioanne Papa XXII. in Florentina ciuitate contributionibus obnoxii declarantur. 189.a
Eccleſiaſticæ ditioni plura recuperat Antonius Puccius. 378.c
Eccleſiæ obnoxiæ, & iuriſdictioni Piſani Archiepiſcopi ſubiectæ ad ingentem numerum aſcendunt. 397.d
Eccleſia Piſana ædificatur ex ſpoliis Saracenorum. 411.b,d
Eccleſia Piſana ab Henrico IV. Imp. recipitur in protectionem. 432.d
Eccleſia Piſana conſecratur a Gelaſio II. Pontif. 454.c.d
Eccleſiaſtici ciuilibus ſeditionibus inuolui non debent. 456.d
Eccleſia S. Antonij Senarum a S. Donato conſecrata. 620.d
Eccleſia Romana agnoſcitur in matrem a Piſanis. 890.b
Eccleſiæ Piſanæ attribuitur magna portio ſpoliorum, & rerum repertarum in præda Saracenorum poſt Maioricenſem victoriam. 856.b
Eccleſia S. Petri ad Littus Piſanum conſecrata a Sancto Clemente Papa, qui in conſecratione e naribus ſanguinem emiſit, & guttæ viſuntur. 862.a
Eccleſia maior Piſana ædificari cœpta ex ſpolijs, & theſauro Saracenorum. 805.b. & 896.c
Eccleſiaſticus exercitus Caietam obſidet. 1001.a
Eccleſiarum bona, ſupellectilia, & theſauri ſubripiuntur a Federico Imperatore a ſuis Prælatis. 1033.a
Eccleſiarum theſauri aſportantur, & congeruntur apud S. Germanum. 1035.b
Eccleſiarum theſauri ablati partim redempti, partim ad Cryptam Ferratam a Federico aſportantur. 1037.c
Eccleſiarum theſauri apud Fogiam collecti a Federico. 1038.a
Edicta facta in Regno poſtquam iterum fuerat excommunicatus a Greg. Papa Federicus Imp. 1031.b
Electio Pandulphi Abbatis Caſinenſis a Papa non approbatur. 1027.d
Electio Italorum Epiſcoporum a Ioanne XXII. ſublata. 759.b
Electio ſeditioſa parochi S. Apollinaris Florentiæ ab Epiſcopo compeſcitur. 140.b
Electio Epiſcopi Florentini demandata Cardinali Vbaldino. 158.b
Electionis Epiſc. facultas Italiæ capitulis ſublata ob contentiones, & diſſidia illis durantibus. 185.a
Electiones plurium Epiſcoporum Feſulanorum a Papa abrogantur, & nullæ dicuntur. 326.d
Electio Epiſcopi Piſtorienſis niſi fiat a Capitulo intra octo dies a Pontifice demandatur Epiſcopo Mutinenſi. 371.a
Electiones plures Epiſcoporum Suanenſium irritatæ. 823.c
Electio Alex. Papæ V. facta a Conc. Piſano. 555.a
Electio Æneæ Siluij Piccolominei in Epiſcopum Senenſem, poſt quem ad Pontificatum Pius II. dictus. 651.b
Eluiſa inſula capta a Chriſtianis Saracenis expulſis. 853.b
Æneæ Siluij Pij Papæ II. egregia plura facta recenſentur. 652.c
Æneas Siluius laurea corona ab Imperatore donatus. 652.d
Epiſcopus Piſanus expetitus in bello Balearico pro auxilio exercitus Chriſtiani. 902.d
Epiſcopis, & Prælatis electis a Papa Federicus Imperator denegat poſſeſſionem. 985.d
Epiſcopi electi a Papa tandem ad poſſeſſionem admittuntur. 987.d
Epiſcopi a proprijs Eccleſiis exules ad eas reuocantur per capitula, & conuentiones pacis inter Federicum, & Eccleſiam. 1010.b
Elogium D. Petri ex Pandectis antiquis. 888.b.c
Fr. Elias generalatu Minorum depoſitus contra Gregorium Papam cum Federico hoſte. 133.d
Epiſcopis Florentinis Lambertus Imperator donat terras. 36.b
Epiſcoporum proprium munus eſt, non ſolum prædicare, ſed & fructificare, & eleemoſynas diſtribuere pauperibus. 98.b
Epiſcopus Florentinus, qui plura auxilia receperat ab Abb. S. Saluis dat diploma proteſtationis, non prætenſurum in poſterum vigore alicuius conſuetudinis. 123.d
Epiſcopatus Florentini miniſterium ſede vacante quo ad bona temporalia certis familijs attributum fuit. 141.b
Epiſcoporum electio vide electio.
Epiſcopus Florentinus diſpergit in pauperes nedum ſua, ſed & collecta pro cruciata. 186.d
Epiſcopus Florentinus cogitur a Bonifacio Papa dimittere pinguem Eccleſiam pro modica. 210.a
Epiſcopatus Burgi ſancti Sepulchri erectionis bulla. 250.c
Epiſcopus Feſulanus carnalibus intentus, & bona Eccleſiæ diſſipans coercetur epiſtola Honorij Papæ Tertij. 321.b
Epiſcopatui Piſtorienſi præficitur Hermannus Fulginas. 372.d
Epiſcopus ad monachatum redit. 374.a
Epiſcoporum Patrum, ac Cardinalium ſeries, qui Concilio Piſano electionis Alexandri Papæ V. interfuere. 555.a
Epiſcopatus Senenſis nouæ, & veteris manſiones. 619.d
Epiſcopus Senenſis impie obtruncatur ad altare ſacra faciens. 636.c
Epiſcopus magna lætitia exceptus plura debita contraxit, mox defunctus, cadauer eius a creditoribus ſequeſtratur. 642.d

Epiſco-

Epiſcopus Cluſinus donat decimas ſuarum rerum monaſterio montis Amiati. 708.c
Epiſcopus epulum celebrans prima die Quadrageſimæ ita Dei miraculoſe ſtatim apoplexia plectitur. 721.b
Epiſcopi Hetruriæ Principis titulo a Federico Imperatore donati. 798.c
Epiſcopus ſanctæ Mariæ de Podio dux exercitus pro bello ſacro. 851.d
Epiſcopi Pireneorū exhortatio ad milites proficiſcentes ad bellum Baleare. 905.a
Epiſtola Abbatis monaſterij mōtis Amiati, in qua recenſentur priuilegia ſui monaſterij. 782.d
Epiſtola Athonis Epiſcopi Florentini ſcripta pro confirmatione domus Canonicalis Florentinæ 71.b
Epiſtola Gregorij Papæ IX. ſcripta Epiſcopo Florentino ſuper extirpatione hæreſis. 146.c
Epiſtolæ Innocentij Papæ IV. ad Florentinos pro pace inter Guelfos, & Ghibellinos. 163.a
Epiſtolæ Innocentij Papę Quarti ad Epiſcopum Florentinum contra Federicum Imperatorem, & ſequaces. 159.a.c
Epiſtola Gregorij Papæ Feſulano Clero data, eo quod non acquieſcebat iudicio ſedis Apoſtolicę de eorum Epiſcopo. 303.d
Equitum ſancti Stephani Ordo militiæ Piſis fundata. 400.c
Erectio in Cathedralē ciuitatem oppidum S. Miniati. 344.d
Erectio Archiepiſcopatus Senenſis. 653.d
Erectio Cathedralis, & Epiſcopatus Collenſis. 263.a
Ætatis 17. annorum Honuphrius præficitur Archiepiſcopatui Piſano. 580. b.c. adiuncto ei ſuffraganeo. 581.b
Ætruriæ marchionem, & dominum è domo comitiſſæ Mathildæ ſe nuncupat dux Spoletanus. 465.c.d
Ætruriæ ſeptimę Italiæ prouinciæ fines. 2.a
Ætruriæ imperium inter fluuios Tiberim, & Macram a Gallis redactum. 2.a.b
Eugenius Papa Quartus Florentię moratur, & Eccleſiam per ſe adminiſtrat, beneficia plura clero & ciuitati confert. 218.b
Eugenius Papa Quartus conſecrat Eccleſiam Metropolitanam Florentinam. 220.d
Eugenius Papa Quartus ſcribit litteras commendatitias Reipublicæ Senenſi pro Alexio Cæſareo ad Epiſcopatum Cluſinum aſſumptum. 741.b
Eugenius Papa Quartus Græcis profectis ad Concilium Florentinum ſumptus ſubminiſtrat. 773.a
Eugenius Papa Quartus duos Cardinales Græcos creauit poſt vnionem Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ in Concilio Florentino. 773.b
Eugenius Papa Quartus mittit B. Io. a Capeſtrano, & Cardinalem Cęſarinum ad bellum Vngaricum contra Turcas. 773.c
Eugenio Papa pax firmata inter Romanos, & Piſanos. 886.d
Eugenius Papa Tertius genere Piſanus. 889.c
Eugenius Papa Tertius electus Papa ad patriam Piſam aduocatur. 896.c
Euſtatius ductor copiarum in bello ſacro. 851.d
Exactiones continuæ Federici Imperatoris in Regno Neapolitano. 1005. b. 1014.c. 1024.c
Exactiones vide pecuniarum extorſiones.
Exactores collectarum Federici Imperatoris tandem & ipſi collectantur, & per ſpecialem ſuper eis impoſitam exactionem pecunias dare coguntur. 1044.c
Excommunicantur Piſani eo quod adhęrent Conradino contra Carolum Andegauenſem. 524.c
Excommunicandum cenſet diuus Bernardus licet bonum Calaritanum Iudicem, qui in alio deliquit. 459.b
Excommunicationem intrepide publicat magno animo contra Rempublicam Florentinam de ordine Pontificis, Vicarius Florentinus. 685.d
Excommunicatione ſoluūtur Piſani, qua innodati fuerant propter adhęrentiam Manfredo Regis, & pro malis illatis Lucenſibus. 894.c
Excommunicatio lata a Papa contra ducem Spoleti, qui Marchiam inuaſerat. 994.a
Excommunicatur Raynaldus dux Spoleti, & frater per Gregorium Papam. 1006.d
Excommunicātur deferentes arma, & contrahentes negotia cum Saracenis. 971.d
Excommunicatos vide apud ſingula nomina excommunicatorum.
Excuſationes Federici Imperatoris ab eo factæ ob nōtransfretationem ad bellum ſacrum reijciuntur a Papa. 990.d
Excuſat ſe Federicus apud Principes. 991.b
Exemptio Monaſterij montis Caſini per Federicum Imperatorem conceſſa. 1032.a
Exemptio monaſterij de Saxo Laterone conceſſa ab Eugenio Papa Tertio. 728.c
Exercitus Conradi Secundi Regis Siciliæ è Germania in Italiam ducitur a Federico Auſtriæ duce. 895.a
Exercitus Regis Conradi caſtrum ad mare ſuperat, ac diruit. 896.a
Exercitus Chriſtianorum pro ſubſidio Terræ ſanctæ apud Damiatam appulit. 977.d
Exercitus Cruceſignatorum pro transfretatione in Terram ſanctam apud Brunduſium. 990.b
Exercitus Gregorij Papæ aduerſus Imperatorem in terra Laboris progreſſus, & acquiſitiones. 995.a. vſque ad d.
Expeditionem in Oriente Ioannes XXII. Papa procurat pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 537.a
Expugnationem vrbis Maioricę acri certamine præcedenti completam egregijs factis. 97.2.d
Expulſio Regularium è toto Regno facta per Federicum Imperatorem. 1035.b

F

FAbricæ Eccleſiæ Piſanæ qui ciues ſedulo incubuerint. 866.b
Fama acquiſita pro victorijs a Piſanis, & conceſſio iuris Metropolitici Piſanæ Eccleſiæ inuidiam illis excitat. 856.d
Fames, & caritas frumenti magna. 883.c
Fames magna in Apulia. 971.c

Fames magna Romæ ex frugum carentia. 989.c
Fanum, & Aſiſium Federico Imperatori reſiſtunt. 1036.a
Faventia à Federico Imperatore obſeſſa per annum tandem eidem ſeſe dedidit. 1035.e
Federicus Imperator audito Tartarorum progreſſu eum Eccleſiæ componere ſtatuit. 1036.b
Federicus Imperator apud Vrbem plura loca capit, & vaſtat. 1037.a
Federicus à Tibure recedit apud inſulam Pontis Salearis novam civitatem conſtruit. 1037.d
Federicus Imperator in Syria pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 999.c
Federicus recedit ab Vrbe hortantibus Cardinalibus. 1040.d
Federicus Imperator iterum à Gregorio Papa excommunicatur. 1030.c
B Federicus Imperator evitatur à Chriſtianis apud Hieroſolymam. 999.d 1000.c
Federicus vetitus Cruceſignatis adverſus Saracenos contra Papam. 999.a. & 1000.c
Federicus Imperator facta pace cum ſuis abſolvitur a Pontifice, & ad Concilium admittitur. 1012.e
Federicus Imperator apud Barolum curiam generalem congregat diſponit de ſucceſſione Regni. 992.d
Federicus vxorem ducit Conſtantiam ſororem Regis Aragonum. 969.d
Federicus Imperat. excommunicatur a Gregorio Papa eo, quod iuxta iuramentum & promiſſa non transfretavit cum exercitu ad ſubſidium Terræ ſanctæ. 990.d
C Federicus convocat, & retinet Prælatos Regni do nec Papa concedat, quæ petit Rex Hieroſolymitanus. 983.b
Federicus Imp. abſolvitur ab excommunicatione reiterato iuramento de transfretando in Terram ſanctam. 985.c
Federicus Imp. in congreſſu apud Ferentinum promittit transfretare per biennium ad ſubſidium Terræ ſanctæ. 982.c
Federicus promittit ducere in vxorem filiam Regis Hieruſalem. 982.c.d
Federicus Imperator apud Æſium in Piceno naſcitur. 961.c
D Federicus electus Imperator approbatur in Concilio Lateranenſi. 975.d
Federicus Imperator Romam veniens evocatus cum coniuge coronatur ab Honorio Papa. 978.d
Federicus Imp. Crucem ſuſcepit, & iurat transfretare ad ſubſidium Terræ ſanctæ in manibus Oſtienſis Epiſcopi. 978.c.d
Federicus Rex ad Vrbem venit vocatus ab Innocentio Papa honorificentiſſime excipitur. 970.d
Federicus Rex in Germaniam proficiſcitur vocatus contra Othonem. 970.d
Federicus Alemanniam occupat contra Othonem. 970.d
Federicus Rex ſponte ſe Cruce inſignivit. 975.a
Federicus appellatus Rex presbyterorum. 975.c
Federicus Imperator leges, & Aſſiſias promulgat
A Regnum petit, oppida plura deditione, ac vi recepit. 979.a.d
Federico reſiſtit Moliſij comes. 981. d. & 9 2.6
Federicus Imp. ordinat Archiepiſcopum Piſanum, & eijcit è ſede Villanum verum Archiepiſcopum. 469.a
Federici Imperat. privilegia Eccleſiæ Piſanæ. 481. & 483.a
Federico Æneobarbo Piſani adhærent, proinde a Pontifice excommunicantur. 598. & 519.c
Federicus Secundus confirmat Monachis Ciſtercien. Abbatiam montis Amiati. 751.c
Federicus Imp. in Italiam civitates Imperij convocat, coronatur ab Adriano Papa. 866.c
Federicus Spoleto victo in Alemanniam redijt. 866.e
Federico Imperatori adhærere noluere Piſani contra voluntatem Imperatoris Conſtantinopolitani. 860.c
Federicus Imp. ducit Romam Antipapam Paſchalem. 874.c
Federicus Imperator pro auxilijs contra Romanos reſiſtentes mittit ad civitatem Piſanam nuncios. 874.e
Federicus Imp. gratias agit Piſanis pro auxilijs traditis contra Romanos. 874.d
Federicus Imp. dat inveſtituram Sardiniæ conſuli Piſano. 886.c
Federicus dux Auſtriæ avunculus Conradi Secundi Regis Siciliæ, & doctor exercitus. 895.a
Federicus Imp. Hieroſolymam petens cum exercitu Cruceſignatorum in flumine extinguitur. 956.d
Fœdus Piſanorum cum Rogerio Siciliæ Rege. 861.a
Fœdus initum a Ianuenſibus, & Lucenſibus contra Piſanos. 873.d
Fœdus inter Venetos, & Piſanos contra Ianuenſes. 891.b
Feudatarij Regni intimantur ad præſtationem homagij, & transfretationem a Federico Imperatore. 1014.a
S. Felicis portum tenet Epiſcopus Pareocotum ibi naves Piſanorum, ac legatos excipit. 922.d
Ferdinandus Cardinalis Ponzetus ab exercitu Imperiali ſub Borbonio alino impoſitus per Vrbem ductus pluriſma bona magno ſtudio acquiſita amittit. 778.d
Ferraria obſidetur a Venetis, & civitatibus Lombardiæ. 1034.b
Feſulis deſtruitur a Florentinis, vt cives Florentiam migrent. 271.a
Feſulis primus Epiſcopus datur ſanctus Romulus. 272.a.b
Feſulanis in ruinis plura palatia, & Cœnobia. 271.b.c
Feſulanæ civitatis deſcriptio. 270.b. Eius antiquitas. 270.d 271.b
Feſulanæ civitatis plures SS. Epiſcopi. 272. c.d & 273.c.d
Feſulanæ Eccleſiæ a Vidone Rege plura bona impertiuntur. 274.c
Feſulanæ civitatis excidio vna tantum Cathedralis ſupereſt. 283.a

feſulanus Epiſcopus fauet primitiuæ origini Ordinis Vallisumbroſæ. 283. b
feſulanæ cathedralis tranſlatio. 282. c
feſulani canonici vide canonici, & officium diurnum.
feſulano Epiſcopatui confirmantur donata, & largita a Paſchale Secundo. 305. b
feſulanæ Eccleſiæ confirmantur monaſteria, & bona ab Innocentio II. & Cæleſtino II. 310. & 312. d & Anaſtaſio Quarto. 315. d
Feſulana Cathedralis transferri tentatur in agrum figlinenſem, Florentinis renitentibus. 371. c
feſulano Epiſcopo attribuitur pro reſidentia Eccleſia S. Marci in campo Florentino. 323. d & 324. a
feſulanus Epiſcopus ius dicit ſuis apud Eccleſiam S. Mariæ in campo Florentino. 326. b
feſulanus ager militibus viritim diuiſus. 7. a
feſulanus, & Florentinus populus in vnum coeunt. 7. c
fidelitatem iurant proceres Regni Tancredo Regi auro pellecti. 956. a
filij Soldani Saracenorum apud Machomettum pro caſtitate. 974. a
filius Rolandi Conſul Piſanus ad Raimundum comitem Barchinonenſem. 901. c
finis belli Maioricenſis. 952. d
florentia ſubijcitur interdicto a Gregorio Papa quia ciues contra Senas iuerant. 1020. d
florentia in Hetruria paret magnis Ducibus, eorum ſedes, & metropolis. 6. a
florentia ex ruinis Feſulanis ædificata, eius deſcriptio. 6. a
florentia ex Feſulanis ruinis creſcit. 62. a b
florentia vnde dicta. 6. b 7. b
florentiæ conditorum opinio diſcutitur. 6. c 7. a
florentia Romanorum colonia. 6. c
florentiæ ad inſtar Vrbis templa, & Capitolium ædificantur. 7. b
florentiæ inſignia. 7. b
florentia a Totila fere deſtructa. 7. b
florentia a Carolo magno reſtituta. 7. c
florentia excuſſo iugo Germanorum Imperatorum, Vexillifero, & Dictatore in Reipublicę formam regi cœpta. 7. c
florentia pluribus ciuitatibus Hetruriæ deuictis imperare cœpit. 7. d
florentia ſub ducibus Mediceis anno 1530. 7. d
florentinæ Vrbis hiſtorias qui fuſe deſcripſerint. 8. a
florentinæ vrbis Epigrammata. 8. c d
florentinorum Laus a Bonifacio VIII. prolata. 8. a
florentia inſignibus viris, & familijs nobilibus referta. 9. a
florentia multos viros elegantia verborum inſignes protulit. 9. b
florentia plurimorum illuſtriſſimorum virorum patria. 9. a b c
florentia patria 5. ſummorum Pontt. & plurium ſanctorum, & Religionum fundatorum. 9. c d
florentia quando Chriſtianam fidem ſuſceperit a D. Petro. 9. d
florentiæ primus Chriſtianæ fidei prædicator qui 10. a
A florentinorum Antiſtitum ſeries ante Conſtantinum deſideratur. 10. b
florentiæ ciuitatem S. Miniatus, & alij SS. martyrum illuſtrarunt. 10. b
florentinæ ciuitatis primus Epiſcopus quis. 10. b c
florentinæ Cathedralis nobilis deſcriptio. 11. a b
florentina Eccleſia in Archiepiſcopalem erigitur a Martino V. 11. c
florentinæ Eccleſiæ canonicorum, & dignitatum numerus. 11. d
florentinæ Ciuitatis collegiatorum & monaſteriorum, & Eccleſiarum numerus, & deſcriptio. 12. b c d
florentinæ ciuitatis patroni. 13. d
florentini Epiſcopi aliquando ſancti Ioannis appellati. 13. d
B florentini Epiſcopatus redditus, & fructus. 13. d
florentina Eccleſia ditata à Principibus intuitu S. Zenobii. 17. d
florentinis S. Zenobius oſtendit ex viſionibus S. Ambroſium. 18. b c
florentia a Gothis exciditur, & eius Epiſcopus S. Mauritius martyrio coronatur. 26. d
florentia anathemate percutitur à Gregorio X. Paſtore ad 12. annos viduatur, & inde receſsit dictus Gregorius ob non ſeruatam formam conuentam inter Guelfos, & Gibellinos. 166.
florentini conſtitutionem faciunt ne, ciuis Florentinus Epiſcopus eligeretur. 171. c.
florentini Canonici eligunt ſibi Epiſcopum ſpreta reſeruatione Ioannis XXII. 1184. d
florentina ciuitas à Martino V. ſublimatur ad Ar-
C chiepiſcopalem Metropolim. 216. d
florentini inſtant Pontifici pro obtinendo Archiepiſcopo de eorum gente. 215. c
florentini concilij acta, & tractatus per manus Iuliani Cardinalis Cæſarini. 773. a
florentini fœdus ineunt ad 40. annos cum Piſanis. 879. c
florentini qui exulare mandant Epiſcopum Feſulanum, in expenſis, & alijs mulctantur ab Honorio Papa Tertio. 322. a
florentini infenſi Epiſcopo Feſulano coercentur a Pontifice. 325. d
S. Florę comes vocatus à Bonifacio Papa Octauo hoſtis Eccleſiæ. 828. c
fluuius Arnus glacie durus ſicco pede pertranſitur per dies duodecim. 875. b
D fluminum nomina confluentium circa vrbem Piſanam. 898. d
fortia facta in pugna a varijs ducibus Chriſtianis. 927. d & 928. a d
franchi tolerant pondus diei & æſtus apud Taraconen. & Salodunum. 906. c
franchi Græcos Beneuento eijciunt. 859. a
fr. Minorita cornu ad laudes excitat. 1021 a
S. Franciſci canonizatio. 993. c 1000. b
franciſci Cathaneo Diaceſij Feſulani opera, & laudes.
franciſcus Braccioliinus Poeta. 352. d
Franciſcus Cardinalis de Apris Tudertinus Epiſcopus Florentinus Auenionenſi in ciuitate conſtruit Celeſtinis monaſterium. 196. b
franciſco Barberino ab Epiſcopo Florentino attri-

ni donantur ne dum ſua, ſed etiam colle-
cta pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 137.a
franciſci Barberini ſtudia, opera, obitus, ac tumu-
lus. 197.a.b
franciſci Moricotti, ſeu Pucci Archiepiſcopi Piſa-
ni diſcutitur exiſtentiæ tempus. 546.d
franciſcus Saluiatus coniurat in Mediceos. 577.d
franciſcus Saluiatus Archiepiſcopus Piſanus è fe-
neſtra ſuſpenditur. 578.b
franciſcus Bandineus Archiepiſcopus Senenſis
Vrbis gubernator egregius. 669.b
fregoſius Cardinalis priuatur Cardinalatu, & Epi-
ſcopatu, poſtea reſtituitur ad vtrumque.
597.a
fratribus Minoribus ſancti Franciſci conceditur
locus ædificationi Eccleſiæ a Suanenſi Epiſco-
po, quæ etiam ab eo conſecratur anno 1227.
b.d. Item coadiuuantur a Dauide Epiſcopo
823.a
fraudes Chriſtiani Archiepiſcopi Moguntini Imp.
legati contra Florentinos, & Piſanos ſpecie
pacis. 881.c
frigus maximum poſt aquarum pluuias ingentes
capta Vrbe a Federico Imp. 875.a
fuga Aleæ Regis. 951.c
fulginij Federicus Imp. recipit deditionem plu-
rium Vrbium. 1033.d
fundorum comes Richardus de Aquila coniugia
ſororis timore facit. 965.a
fundana ciuitas incendio cremata. 982.b
futhecchium, S. Crux, & Caſtelfrancum ſeſe dant
iuri Piſanorum. 893.d
funalia octo continuo ardent ante ſanctiſſimum
Sacramentum. 620.a

G

GAbriel Codulmerius, qui fuit Eugenius
Quartus in ætate iuuenili Epiſcopus Se-
nenſis. 646.d
Galeæ 2. Piſanorum a fortuna, & tempeſtate
demerſæ. 872.c
Galeæ Piſanorum ad Vrbem per Tiberim. 874.d
Galeæ ſeu triremes Piſanorum a Ianuenſibus ca-
ptæ. 875.d
Galeæ Federici, & Piſanorum congrediuntur cum
galeis Ianuenſium, quas vincunt & Prælatos, &
Apoſtolicos legatos captiuos ducunt. 1035.d
Galeæ duodecim Piſanorum deperditæ. 886.d
Galearum, ſeu triremium velocitas in mari. 899.b
Galliarum Reges quæ auxilia præſtitere pro bel-
lo Baleanco. 904.a.b.c.
Gallum Archiepiſcopum electum Calaritanum
opera Archiepiſcopi Piſani confirmatur a Pon-
tifice Ioanne XXII. 526.a
Gaudia Chriſtianorum, & captiuorum poſt vi-
ctoriam Maioricenſem. 854.d
Gazza familia de Epiſcopatu Senenſi benemerita
deletur de nobilitate quia Epiſ. occidit. 636.c,d
Gelaſius Secundus concedit vexillum, & plura
priuilegia Piſanis. 434.a,b
Gelaſius Secundus in Galliam proficiſcens Piſis ex-
cipitur hoſpitio honorificentiſſimo. 433.d
Gelaſius Secundus Piſanã Eccleſiam conſecrabat
A in Metropolitanam Sardiniæ, & Corſicæ con-
ſtituit. 856.b. 889.b
Gelaſius Papa Secundus Maſſiliam venit, Cluniaci
exacto Pontificatus anno obijt. 856.c
Geraldinus poeta de Italiæ Laudibus canit in Ap-
pendice.
Guelfos, & Ghibellinos ad pacem a Greg. X. in-
ductos. 165.c
Sancti Gherardi de Vbertis inclytæ virtutes. 85.b
Gherardus Orlandinus Epiſcopus Aleriensis fauce
Federico, & Antipapæ intruſus in Archiepi-
ſcopatu Piſano priuatur, miſere obijt. 602.a
Gherardus de Vallorchia fidelis Piſanis. 879.b
Gaudentes in agros ſeſe colligit Chriſtianorum
exercitus fœderatorum. 904.c
B S.Germani oppidum varie vexatur a Regijs, &
Imperialibus. 959.a
Sancti Germani munitio celeriter fieri procura-
tur. 1017.b
Sancti Germani murorum deiectio, item reſtitu-
tio ac Palatiorum ædificatio. 984.a,b
Sanctum Germanum in prædam a Diopuldo mi-
litibus datur. 965.d
S. Germanum Rocca, & aggeribus ab Abbate
Caſinenſi munitur. 966.b
Geſta ſingula belli aduerſus Federicum Impera-
torem a legato Gregorij Papæ. 999. vſque
ad 1002.
Ghibellina pars ſancti Miniatis arcem cuſtodien-
dam tradit Piſanis. 894.a
C Ghibellum obſeſſum. 851.b
Gorgoniæ Inſulæ conceſſio facta a Leone nono
Epiſcopo Piſano. 408.c
Gorgonas ad Inſulas ſecedit Archiepiſcopus Pi-
ſanus, qui obedire renuit Paſchali Antipapæ.
871.b.
Gothidius Gothiſus comes plura bona donat pri-
mo Monaſterio ſanctimonialium Camaldulen-
ſi. 111.b
Gothfredi Ducis, & Marchionis obitus. 859.d
Gothorum gens populabunda in bello Balea-
rum. 930.c
Gothos Gallos, & Græcos vexatos armis Sa-
racenorum. 897.a
Grando maxima. 867.a
Grando, & tempeſtas maxima. 1020.c
Gratia Dei ſaluatur homo non ſuo merito. 689.b
D Gratianus Decreti compilator Monachus Cluſi-
nus. 728.a
Gratiani compilatoris decretorum memoria Bo-
noniæ. 728.b
Græcorum, & Latinorum vnio facta in Concilio
Florentino. 222.b
Græci a Francis Italia eiecti. 859.a
Græci de Romania ad Federicum Imperatorem
cum muneribus. 1003.a 1004.d
Gregorius VIII. Piſis deceſſit. 494.d
Gregorio Duodecimo, & Benedicto de Luna
Pontificatus abdicatur a Patribus Concilij
Piſani. 555.b
Gregorius XII. renuens contra promiſſa dimitte-
re Pontificatum a Card. deſeritur. 555.a
Gregorius XII. Senis commoratur pro tollendo
ſchiſmate. 644.d

A Gregorius Quintus recepit in protectionem ſedis Apoſtolicæ, & eximit ab ordinario monaſterium Amiatinum. 701.d
Gregorius Papa VIII. Piſis moritur. 889.c
Gregorius IX. mittit Piſanos contra Florentinos & Lucenſes. 889.d.
Gregorij Papæ electio. 989.a
Gregorius Papa inhibet dari collectas Imperatori. 992.c
Gregorius Papa confirmat ſententiam excommunicationis latam in Federicum, & filium eius Henricum, quia Marcam occupari curabat Romanæ Eccleſiæ. 1033.c
Gregorius Papa ad vrbem Peruſinam. 993.b
B Gregorius Papa ad interamnam indeSpoletum iubet Prælatis Regni, ne Baronibus aliquid tribuant pro defenſione Patrimonij Eccl. 1017.d
Gregorij Papæ obitus. 1037.a
Groſſetanus Epiſcopus antea Roſſellanus. 755.c,d
Groſſetum arx munitiſſima Hetruriæ nunc ſedes Epiſcopalis Reipublicæ Senenſi ſeſe dedit gubernandum. 755.d
Groſſetano Epiſcopo, ſeu Roſſellano S. Gregorius Magnus commendat Populonienſem Eccleſiam Sacerdotibus deſtitutam. 755.d
Groſſetanus Epiſcopus quando relicto nomine Roſſellani Groſſetanum induerit. 758.a
Groſſeti leges contra Notarios, Iudices, & Aduocatos Federicus promulgat. 142.b
Gualfredi Epiſcopi Senenſis opera. 626.d
C Gualterius Brennenſis comes miſſus ab Innocentio Papa in Regnum vincit Diopuldum. 966.c
Gualterius comes Brennenſis capitur a Diopuldo apud Sarnum. 967.c
Gualterius de Palear Cancellarius vincit Diopuldum. 667.d
Gubernatori Vrbis manus truncatur enſe a Duce Cæſario. 749.c
Guido impius capitur in Inſula Eluiſa. 853.c
Guido Cremonenſis poſtea Paſchalis Antipapa. 871.b
Guido comes Senenſis contra Piſanos. 879.c
Guido Nouellus Vicarius Regius in Tuſcia. 893.b
Guidiæ familiæ Balneæ Abbatiſſæ illæ memoria 283.b 298.d
S. Guilhelmi fratribus conceditur monaſterium S. Quirici Matlæ. 792.d
D Guilielmus Peſulani montis cum Piſanis ad occupationem Maioricæ. 853.a
Guilhelmus Siciliæ Rex mortuus creditus amittit Regnum. 866.c
Guilielmus Rex recuperata ſanitate Regnum Siciliæ recuperat, certat in Apulia aduerſus Barones. 866.c
Guilhelmus Rex vicit Barones, Apuliam recuperat. 866.d
Guilhelmus Siciliæ Rex ob amicitiam Piſanorum, cum Federico Imperatore Piſanos repertos in ſuo Regno capit, & ſpoliat. 864.c
Guilhelmus Rex Siciliæ Claſſem mittit in Aegyptū ad obſidendam Alexandriam. 884.a
Guilhelmus montis Peſſulani Dominus milites adloquitur. 908.a
Guilhelmi Secundi Regis Siciliæ encomia, & laudes, 953.d. & 954.a
A Guilhelmus Siciliæ Rex omnibus felicitatibus repletus tantum prole caret. 954.b
guilielmus Siciliæ Rex ædificat monaſterium montis Regalis pro impetranda prole. 954.b
guilielmi Regis familiares prædicti negocia adminiſtrant, ſed occulto ſimultates inter ſe exercent. 954.c
guilielmus Siciliæ Rex procurat iuramentum a comitibus Regni de habendo in Regem eius amit. Henricum, Regem ſi ipſe abſque filijs mori contigerit. 955.a
guilielmi Siciliæ Regis obitus carmine Richardi deſcribitur. 955.b
guilielmus filius Tancredi ſuccedit in Regno. 960.d
B guilielmus filius Tancredi cum matre in poteſtate Henrici Imperatoris. 961.b
guilielmus cum proceribus Regni captus ab Henrico dira cum ſuis patitur. 961.c

H

Helias Papæ Capellanus Piſanos reconciliat. 894.c
Henrici Quarti Imperatoris priuilegium Piſanis conceſſum. 418.d.
Idem cōcedit priuilegium canonicis Piſanis. 420 d. aliud. 431.d
Henricus Septimus aliorum Impp. priuilegium Piſanis conceſſum confirmat. 530.d
C Idem Imp. veneni ſuſpicione extinctus apud Bōconuētum Piſis tumulatur ab Oddone Archiepiſcopo. 333.c.d
Henricus Quartus cum ingenti exercitu Italiam aggreditur. 852.a 864.a
Idem Sutrii recipitur a Paſchali II. 852.a
Idem Romæ recipitur ad Diui Petri limina 852.a
Idem Paſchalem Secundum per ſummam malitiam capit. 852.b
Henricus Alemanniæ Rex excitatur ad bellum contra Tancredum a Rogerio Adriæ comite. 956.c
Henricus VI. & Conſtantia eius vxor Imperij corona exornantur a Cœleſtino Papa. 957.c
Idem Regnum ingreditur, populos ad fidelitatis homagium coegit. 957.c
D Idem dum Germaniam petit Regnum fere amiſit. 958.b
Eiuſdem vxor prope Salernum capta, a Tancredo honorificentiſſime in Siciliam recepta, ad virum in Germaniam remittitur. 956.c
Idem valido exercitu Neapolim expugnat. 960.d
Eidem vnicus naſcitur filius Fridericus apud Aeſium. 961.c
Idem in Sicilia diem ſuum obijt. 962.d
Henricus Friderici filius in Germania regnat. 976.a
Idem in Germania contra patrem ſeditionem excitat. 1024.b
Idem iuſſu patris cuſtoditur. 1025.b
Henricus Friderici Imperatoris nothus Rex Sardiniæ efficitur. 1029.c
Idem apud Neocaſtrum, & Marſuranam detinetur. 1034.c

1034.c. moritur. 1038.

Hæredes Crucesignatorum ad quem teneantur. 541.a

Hæreſis quæ Floſentiæ graſſari cœperat, extinguitur. 147.b

Hæretici Albigenſes iuſſu Apoſtolici legati a Rege Franciæ adoriuntur. 986.c

Eremitanus Ordo Cong. S. Saluatoris de Ilıceto Senis excitatur. 620.d

Herculis Card. Gonzagæ tumulus. 844.c

Hetruriæ ſeptimæ Italiæ Prouinciæ fines. 2.a

Hetruſci intra duo flumina Tiberim, & Macram coacti ſunt a Gallis imperare. 2.a

Hetrusiæ tres ſedes Metropolitanæ. 1.b.

Hetruria ſub dominio Magni Ducis. 1.b

Hetruria a ſacrificijs dicta. 2.a

Hetruriæ laudes. 2.

Hetruria munificentiſſimis templis abundat. 3.a

Hetruria ab Euſtatij iniurijs vindicatur. 3.a

Hetruria in 12. Ducatus Lucumenos appellatos antiquitus diuiſa. 3.b

Hetruriæ ciuitates, quæ Magno Duci parent. 4.a

Hieroſolymitana expeditio a Raynerio Epiſcopo Florentino mirum in modum apud ſuos adiuta. 113.b

Hieroſolymitana mœnia primus miles conſcendit è Pazziorum nobili familia. 113.c

Hieroſolymitani Reges Latini plura Piſanis contulerunt priuilegia, quæ a Cœleſtino Tertio confirmata fuerunt. 490.a

Hieroſolymitanis Regibus Piſani pluries auxilio, & ſubſidio fuerunt. 356.b

Hieroſolyma, & Maioricarum ciuitas a Piſanis captę. 851.a

Hieroſolymitanus Patriarcha primus effectus eſt Daibertus Archiepiſcopus Piſanus, qui ſuppetias in Terram ſanctam tulerat. 851.a 860.c

Hieruſalem capta an. 1000. 851.b, 860.b 885.b

Hieruſalem a Piſanis cœpta reædificari. 851.b

Hieroſolymitana expeditio belli ſacri iuſſu Vrbani Secundi peracta. 863.d

Hieruſalem cum alijs ciuitatibus a Saladino capitur. 888.d

Hieroſolymitani muri deiecti a Saracenis. 978.b

Hieroſolymitanus Rex, domuſque hoſpitalis magiſter Romam petunt. 982.c

Hieroſolymitano Regi vitæ ſubſidia liberaliter contulit Honorius Tertius. 984.a

Hieroſolymitana expeditio Friderici Secũdi Imp. inanis. 999.a, b

Hieroſolymitani Patriarchæ relatio ad Chriſtianos Principes, de inani Friderici expeditione. 1004.a

Hieroſolymitani Regis ad vrbem Peruſinam aduentus. 1014.c. item Reatinam. 1015.c

Hieroſolymitanus Rex aſſenſu Papæ nuptui tradit filiam ſuam Conſtantinopolitani Imp. filio fit curator Imperij. 1025.b

Hiſpani Saraceni Piſas deſtruunt. 863.a

Hiſtoria belli Maioricenſis a Piſanis facta. 428. vſque ad 432.

Hiſtorici antiqui relati in Chronica, ſeu Piſanorum Annalibus. 861.d

Hiſtoriæ vtilitas. 956.a. poſterorũ doctrina. 853.a

Hiſtoria rerum geſtarum a Federico Secundo Imp. in Syria per Richardum de ſancto Germano conſcripta. 999.b

Honorij Papæ Tertij ſpecioſæ litteræ. 321. & 322.a.d

Eiuſdem epiſtolæ pro expeditione Terræ ſanctæ Seneoſibus datæ. 630.c

Idem Fridericum Secundum Imperatorem coronat. 889.d

Idem eligitur in Papam apud Peruſiam. 976.b

Idem Viterbium perijt ob Romanorum inſolentiam. 978.a. inde Vrbem Veterem. ibidem.

Eiuſdem obitus. 989.c

Homo nihil a ſe agere poteſt, niſi a Deo datum ſit. 694.d

Homini quod confertur, Dei gratia confertur. 698.b

Homines quomodo vult Deus ſaluos fieri. 698.c

Homines plurimi in Sicilia a terræmotu oppreſſi. 876.c

Hoſtilitates reciprocæ inter Ianuenſes, & Piſanos. 857.d

Hugo Piſanus Archiepiſcopus Nicoſienſis diſquiſitio de aduentu S. Petri in Antiochia. 861.c

B. Humilianæ Florentinæ obitus. 156.a

Humiliatis fratribus locus Florentiæ conceditur. 157.a 159.d

I

IAnuenſes Piſanis bellum inferunt cur. 434.b

Ianuenſium, & Piſanorum expeditio in Africa, & victoria. 421.d

Ianuenſes Piſanos adorti dum Eccleſia Metropolitana conſecraretur cum viginti duobus triremibus, victi & fugati recedunt. 439.a

Ianuenſes Piſanis infenſi ob ius Metropolit. Corſicæ. 857.a

Ianuenſes a ſapientibus moderantur. 857.a

Ianuenſes Piſanos mercatores capiunt, & nauigia. 857.b

Ianuenſes Piſanorum nuntios deſpiciunt. 857.c

Ianuenſes nauali prælio victi a Piſanis. 858.b. 864.d

Ianuenſes pluries a Piſanis fugati. 859.d

Ianuenſes dum Piſanos è Sardinia expellere conantur, ab inſula ab ipſis expelluntur. 863.b

Ianuenſes ęgre ferunt delatum Piſanis Metropolitanæ ſedis honorem. 864.d

Ianuenſes Piſanos adoriuntur dum Paſchalis Secundus Papa Piſanorum Eccleſiam conſecrabat, a Piſanis fugantur. 884.d

Ianuenſium ſpes occupandæ Sardiniæ. 871.b

Ianuenſes Piſanorum naues, & conſules capiunt. 877.b

Ianuenſes in Sardinia cum triremibus aduerſus Piſanos. 883.c

Ianuenſes cum Piſanis pro Sardinia certant. 886.c

Ianuenſes ad Baleare bellum vocantur. 897.d

Iacobus Altouita Epiſcopus Feſulanus vir inſignis pluribus legationibus clarus. 331.d & 332.d

S. Iacobi Apoſtoli reliquia Piſtorium defertur. 361.d

Iberi profligati a Carolo Magno. 906.c

Ilde-

Ildenus Conſul Piſanorum excepit iuramentum a iudicibus Sardiniæ. 885.b
Ilua inſula fœcunda metallis 885.d
Ildeprandus iudex & conſul Piſanorum. 856.d
Imperatoriæ dignitatis Richardi Anglorum, & Alphonſi Hiſpanorum Regum diſſidioſa electio. 523.d
Imperator Græcorum Piſas legatos mittit. 863.d
Imperat. Conſtantinopolitani claſſis, a Siculi Regis claſſe deuicta. 867.c
Imperatori dono mittitur aurea corona Regni Africæ capti. 885.b
Imp. Henrici in Siciliæ Regnum ſucceſſio 959.d
Imperatrix defuncto viro Henrico Theutonicos è Regno Siciliæ expulit. 965.a
Imperatrix Conſtantia Federici II. mater obijt, regno relicto, & cura filij Innocentio Papæ. 963.c
Imperatricis Federici vxoris obitus. 981.d
Immunitas Eccleſiæ, & clericorum iuſſu Frederici Imp. ſeruari iubetur. 684.c. 1012.a
Incontinentia clericorum coercetur a Greg. Papa 1013.b
Indulgentiæ Eugenij Tertij pro reliquiis S. Iacobi Piſtorien. 363.b
Indulgentia conceſſa a Papa proficiſcentibus ad bellum pro redemptione captiuorum. 943.b
Indulgentiæ Piſanis templis conceſſæ. 435.a
Indulgentiæ Cruciatæ. 541.a
Indulgentia in conſecratione Eccleſiæ Iliceti. 631.c
Inferiæ mortuorum apud antiquos. 390. vſque ad 393.
Ingilbertus de Marchia Imp. in Italia miniſter. 865.a
Illuſtriores fiunt boni ex malis. 702.d
Innocentius Secundus cum Lothario Salernum petijt. 862.a
Innocentius Secundus confirmat Feſulanis Epiſcopis bona. 310.c
Idem Piſis Concilium celebrat. 865.a
Innocentio, & Lothario Imp. inſenſus Rogerius Rex 865.b
Idem Innocentius profugus a Piſanis recipitur. 896 c
Interamna Federico Imp. ſe tradit. 1036.c
Innocentius Quartus Piſano populo litteras minaces dirigit. 508.d
Idem mandat Piſanis prouideri contra Federicum Imperatorem. 512.b
Eiuſdem minaces litteræ ad Maſſanum populum 791.d
Innocentij Tertij Papæ electio. 1040.d
Innocentius Tertius contra Marcualdum bellum mouet. 965.c.d
Idem Caſinum ſe conferre in auxilium Federici Regis. 968.c.d
Idem Concilium vniuerſale conuocat. 971.b
Idem litteras mittit ad Soldanum. 975.d
Idem Peruſij obiit, eius laudes. 976.a
Inquiſitio contra exactores collectarum. 1033.d
Inquiſitio contra medicos iuſſu Federici Imperatoris. 1038.a
Inquiſitiones pro arcendo delicta. 1015.d. publicantur. 1017.a
Inquiſitiones contra Clericos iuſſu Papæ fiunt. 1017.d
Inquiſitiones iuſſu Federici Imp. contra vexantes prælatos Eccleſiæ. 1021.c
Inquiſitio pro confirmanda Abbatis Caſinenſis electione. 1027.a
Inſula Pianoſa capta a Ianuenſibus. 8 2.a
Inſulæ Boreales Piſanis in feudum conceſſæ. 435.c
Inueſtitura Orbetelli Reipublicæ Senenſi facta. 836.b
Inueſtitura per traditionem vexilli, & ſpatæ. 868.d
Inueſtitura Abbatiſſæ Bertæ de monaſterio S. Andreæ Florentiæ. 33.d
Inueſtituræ antiquæ formula. 51.c. 53.c. 61.c. 415.d. 736.b
Inueſtitura commiſſæ Mathildi Epiſcopo Maſſano. 793.d
S. Ioannis Gualberti Abbatis obitus. 103.d
Ioannes quondam Papa XXIII. iterum Cardinalis creatur a Martino V. 217.c
Ioannes Neronius Archiepiſcopus Florentinus exul obiit, & cur. 223.a
Ioannes Picus Mirandulanus Florentiæ obijt, eius tumulus. 235.a
Io. Baptiſta Ricaſolus Epiſcopus Piſtorienſis exercitus Pontificij præfectus in Pannonia. 382.b
Ioannes Card. S. Praxedis Apoſtolicæ ſedis legatus in Oriente. 492.b
Ioannis Vigeſimi ſecundi Papæ litteræ pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 537.a
S. Ioannis Baptiſtæ brachium Senenſi Eccleſiæ dono datur a Pio Secundo. 651.c
Ioannes XXII. electionem Epiſcoporum capitulis ademit. 759.b
Ioannes de Columna aduerſus Henricum Federici imp. filium arma mouet. 1035.b
Idem ad imperatorem deficit, eiuſdemque milites Præneſte recepit. 1036.d
Iordanus Vicarius Tuſciæ pro Rege Tancredo. 891.c
Iotti picturæ inſtauratoris monumentum. 194.c
Iuris dicundi facultas ſuis ſubditis in aliena diœceſi a Pontifice Feſulano Epiſcopo tradita. 326.b
Iubilei monumentum Senis. 637.b
Iudices laici a ſancto Zenobio Epiſcopo Florentino corripiuntur. 17.c
Iudicia Dei incomprehenſibilia. 691.c
Iudicia Dei in prædeſtinatione periculum eſt quærere. 701.c
Iudicia Dei dementiam, & furorem permittunt. 857.b
Iudex Calaritanus expulſus è Sardinia. 870.b
Iudex Turritanus contra Arborenſes. 870.d
Iudex Arboreæ coronatur a Federico imperatore. 871.a
Iudex Arboreæ pro ære promiſſo a Ianuenſibus carceratur. 871.c
Iudices Sardiniæ periculis ſe exponunt pro Piſanis. 89.a
Iulianus Cardinalis Cæſarinus vir inſignis legatus

Baſilienſis concilij. 763. a
A
Iul ianus Cardinalis contra Prælatos Baſilienſes à vero abeuntes inuehitur. 767. a
idem Conſtantinopolitanum Imp. Ioannem Ferrariam ducit pro vnione firmanda inter Latinam, & Græcam Eccleſiam. 763. a
idem legatus in Pannoniam cum crucesignatis in bello contra Turcos martyr occubuit. 763. c
Eiuſdem vita Hetruſco ſermone conſcripta a Veſpaſiano Florentino. 764. c
Eiuſdem ſtudia, & ſubſidia in pauperes ſcholares 764. d
idem renuit pontificatum ſibi a Baſilienſi concilio oblatum. 765. b
Eiuſdem ieiunia, orationes, & pia opera. 765. vſque ad 770.
idem funus Coſmi Medicei comitatur. 770. c
B
idem Græcos ad Florentinum concilium deducit. 773. a
idem antiquis patribus comparandus ob eius eximiam pietatem. 775.
Iulianus Dux Cæſarinus Vrbis gubernatoris manum præſcindit. 749. c
Iuliani Medices Archiepiſcopi Piſani pia opera. 593. d
iuramenta iudicum Callaritani, & Turritani Piſanis præſtita. 871. d
Iuramentum Piſanorum Paſchali antipapæ factũ. 874. a
iuramẽta proficiſcentiũ ad bellũ exiguntur. 908. a
C
iuramentum præſtandum militibus Montem Caſinum cuſtodientibus iuſſu Federici Imperatoris. 1005. c

K

Kalendis ſingulis denarium offerebant Piſani operæ Maioris Eccleſiæ. 870. c

L

Laborans Cardinalis Hetruſcus decretorum collector. 131. b c
Laberynthi Cluſini fabula aſſeritur. 666. a
Lacus Marſiæ mentio. 989. c
Lactantius ſenator Vrbis vir egregius fit Epiſcopus Piſtorienſis. 583. b
D
Lambertus Imp. nonnulla bona donat Epiſcopatui Florentino. 31. c
Lambertus Epiſcopus Florentinus abdicato Epiſcopatu Monachus efficitur. 71. a
Lambertus Craſſus Piſanorum conſul. 870. c
Lambertus filius Regis Maioricæ efficitur Chriſtianus, & canonicus Piſanus. 885. b
Landulphus Archiepiſcopus Piſanus ad ſacrum bellum proficiſcitur. 464. a
Landulphus & Raynaldus de Aquino apud rocham ſiccam ſe recipiunt. 962. d
Lanfranchi Card. Piſani genus, & nomen diſcutitur. 449. b legatus Italis. 451. b
Lancia D. N. Ieſu Chriſti Antiochiæ inuenta. 851. c
Lapi iureconſulti familia, & obitus. 544. a
Laro Conſul Piſanorum captus a Ianuenſibus in itinere. 877. b
Latinę gentis robur in bello Balearico exprimitur 924. b
Laudocis expugnata. 851. b
Laurentius Medices à coniuratis ſaluatur. 577. d
Laurentij Veronenſis libri ſeptem de bello Balearico. 897. c
S. Laurentij templum a diuo Ambroſio Florentiæ ædificatum a magnis Hetruriæ Ducibus Bibliotheca, & ſacellis nobilitatur. 12. b c
Laurentius Archiepiſcopus Amalphitanus vitæ S. Zenobij Epiſcopi Florentini ſcriptor. 16.
Eiuſdem electio, & obitus. 24. c
legis ſalicæ mentio. 31. c
legis Ripuariæ mentio. 524.
leges promulgatæ a Federico Imp. pro Eccleſiaſtica immunitate. 979. a
legatorum Apoſtolicorum in oriente plures litteræ ad fauorem Piſanorum factæ. 490.
legationes Cardinalis Adimarij optime obitæ. 555. d
Legatio Caroli Bartoli ad Senenſes ciues ad lites componendas. 650. a
legationes ab Aenea Siluio obitæ. 652. d
legatio Ioann. Piccolominei, & Cæſarini Cardd. ad Carolum Quintum poſt Tunetanam expugnationem. 658. d
legationes egregie obitæ a Iuliano Card. Cęſarino 773. & 775. a
legatus Apoſtolicus ad bellum Maioricenſe. 853. b
legatus & Piſanus Archiepiſcopus poſt victoriam Maioricenſem ad propria reuertuntur. 856. d
legati Piſanorum Conſtantinopolim pro pace. 806. a
legati Imperat. Conſtantinopolitani ad Piſanos. 800. a
legatio Piſanorum a Rege Maioricæ honorificentiſſime excepta. 883. b 888. a
legatus Benedicti papæ Piſis pro expulſione Saracenorum e Sardinia. 884. c
legati Piſanorum ad Paſchalem papam pro bello Balearico. 897. c
legatus Apoſtolicus Boſo papalem benedictionem militibus donat. 915. c
legatus Imp. Henrici Epiſcopus Vormacienſis Neapolitanos deuicit. 962. c
legatus Apoſtolicus Damiatam capit. 978. b
legati papæ Cardd. Pelagius, & Guala abſoluunt Federicum Imperatorem. 985. c
legati papæ ad Abbatem Caſinenſem a Marcualdo Theutonico obſeſſi. 964. b
legati papæ ad Federicum. 991. c
legatus papæ Pelagius Card. pro bello Neapolitano. 997. b
legatum Vrbis & aliarum ciuitatum in Longobardiam vocat Federicus Imp. 1025. d
legatus papæ in peregrini habitu eludit Federicum Imper. 1033. c
legati alijque prælati captiui deducuntur pro Federico Imp. 1035. d
legati Federici ad Vrbem pro pace. 1040. d
legati Apoſtolici paupertas. 132. a
lentini in Sicilia deſtruitur. 879. a
leonardus Aretinus nobilis hiſtoricus obijt. 323. a
leo

leo X. Florentiæ ſolemni pompa ingreditur. 241. c
leo XI. ante pontificatum Archiepiſcopus Florentinus. 245. e eius acta. 346. c
liberalitas Epiſcopi Florentini. 186. c
liburnus captus, & combuſtus a Carolo Andegauenſi. 896. b
liburnus Archiepiſcopi Piſani locus. 455. b
libri M.S. donantur ab Epiſcopo Theobaldo Cluſino, monaſterio ſancti Amiati. 674. d
limpuldus Dux Auſtriæ moritur apud Caſinum. 1010. c
lignorum vſus pro machinis bellicis. 899. b
lites inter Archiepiſcopum & capitulum Piſanum. 501. b
lilij Inſula & aliqua maritima caſtra dantur ſub annuo cenſu comitibus de Suana ab Abbate Triumfontium. 820. b
litteræ Adriani Quarti canonicis Piſanis datæ. 462. d & 463. b
litteræ minaces Honorij Tertij ad Archiepiſcopum Piſanum. 504. c
litteræ Gregorij Noni ad Piſanos de primatu Sardiniæ. 507. c
litteræ antiquæ Apoſtolicæ prouiſionis Epiſcopatuum, & traditionis pallij. 545. c
litteræ capituli Cluſini de repentino interitu Epiſcopi ſui. 741. c
litteræ exhortatoriæ Calliſti Secundi Papæ, primo Epiſcopo Groſſetano pro iuribus Abbatiæ Alboren. 756. d
litteræ Innocentij papæ ad Soldanum Saphaldinum, 971. d
litteræ Regis Baleararum Inſularum. 936. c
litteræ Papæ & Imp. Federici. 987. a
litteræ Federici ad Abbatem Caſinenſem. 988. b
litteræ excuſationis Federici ad Romanos. 991. b
litteræ eiuſdem Federici ad conſules. 1003. b
Eiuſdem litteræ pro Abbate Caſinenſi. 1007 a
Eiuſdem ad fauorem Eccleſiaſticæ immunitatis. 1012. a
litteræ Gregorij Papæ ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos pro reſtituenda clericali diſciplina. 1012. d
litteræ Federici ad Chriſtianos Reges de bello Tartaris inferendo. 1036. c
litteræ lugubres Federici Imp. de obitu filij ſui Henrici. 1036. d
litteras dabant ad vniuerſos Chriſtianos principes nouiter electi Pontifices. 989. d
logotheta Regius apud Aquinum capitur a Diopuldo locumtenente Imp. 959. b
longa ætas inter beneficia Dei habenda. 700. a
lombardia bello adorta à Federico Imp. 868. a eidem ſubijcitur. 868.
lombardiæ ciuitates ad compoſitionem cum Federico reducuntur. 987. d
lombardię ciuitates captæ à Federico Imperatore. 1026. b
lombardiæ legati ad Gregorium papam pro componendis rebus cum Federico Imp. 1019. d
lotharius Archiepiſcopus Piſanus legatus Apoſtolicus eligitur Patriarcha Hieroſolymitanus. 495. c
A lotharius Imper. confirmat priuilegia monaſterij montis Amiati. 705. a
lotharius Imp. doloſe agit cum Piſanis. 861. a
lucata, & Cephalonia Vrbes expugnatæ a Piſanis. 851. a
lucenſes Epiſcopi Piſani caſtra occupant. 508. d
lucenſes bellum excitant contra Piſanos. 428.
lucenſium & Piſanorum bellum. 866. a
lucani victi a Piſanis. 871. d
lucani Piſanos deuincunt. 876. a
lucanorum, & Florentinorum certamina. 891. b
lucenſes ſub protectione Apoſtolicæ ſedis. 894. c
luca inuadit crucesignatorum exercitum apud Brundiſium. 990. c
ludouicus Bauarus Imp. Barezzum Piſtorienſem Epiſcopum deturbat. 393. b
B ludouici Pij Imp. donatio. 623. d
Eiuſdem confirmatio priuilegiorum monaſterij montis Amiati. 672. b
ludi pro militia exercenda a Romanis inuenti in vſum inde reuocati. 909. b

M

Maffeæ gentis origo, & honores. 804. c
Magni Ducis Hetruriæ titulum a Pio V. Coſmo Mediceo Hetruſcorum maximo Principi datur. 7. d
Maioricenſis expeditio a Piſanis habita. 852. b
Maiorica Vrbs expugnatur. 854. b
Margaritæ Comitiſſę Suanæ matrimonium cum comite S. Floræ. 824.
C Malauolta Raynaldus Epiſcopus Senenſis anteriorem partem templi ædificat. 637. d
SS. Mamiliani & ſociorum corpora Piſis transferuntur. 435. d Hiſt. 437. a
Fr. Manſuetus Ord. Minorum reconciliat Piſanos dominio papæ. 890. b
S. Marci papæ caput in Cœnobio montis Amiati transfertur. 718. d
Marchiæ loca a Federico Imp. capta Eccleſiæ reſtituuntur 3. 1012. a
Mariæ Nouellæ monaſterium Florentię a Dominicanis ædificatur. 138. 170. a
Martellæ familiæ Florentinæ nobilitas. 338. b
Maſſæ maritimæ antiquitas. 783. b
Maſſa creuit ex ruinis antiquæ Vetuloniæ. 783. b
Maſſa non ſemel exciſa. 785. b
D Maſſa patria S. Bernardini Senenſis. 784. c
Maſſę populus monitus ab Innocentio Quarto, vt Eccleſiæ Cathedrali debita exſoluat. 791. c
Maſſanæ Eccleſię conſecratio. 808. d
Maſſenſis Eccleſia canonicorum numero, ſacrate ſupellectile, & Epiſcopali palatio exornatur ab Alexandro Petruccio Epiſcopo. 811. c
Martis templum Florentiæ in cathedralem conſecratur. 10. d
Marſilij Ficini obitus, & tumulus. 235. b
S. Martialis vnus ex 72. Chriſti diſcipulis in Galliã ad Euangelium diſſeminandum proficiſcitur. 261. b Baculo mortuum excitat. 262. d
Mathilda comitiſſa recipit ſub protectione moniales Camaldulenſes. 112. c
Eadem comitiſſa confirmat donationem factam

Baſilienſis concilij. 763. a A
Iul ianus Cardinalis contra Prælatos Baſilienſes à vero abeuntes inuehitur. 767. a
idem Conſtantinopolitanum Imp. Ioannem Ferrariam ducit pro vnione firmanda inter Latinam, & Græcam Eccleſiam. 763. a
idem legatus in Pannoniam cum crucesignatis to bello contra Turcos martyr occubuit. 763. c
Eiuſdem vita Hetruſco ſermone conſcripta a Veſpaſiano Florentino. 764. c
Eiuſdem ſtudia, & ſubſidia in pauperes ſcholares 764. d
idem tenuit pontificatum ſibi a Baſilienſi concilio oblatum. 765. b
Eiuſdem ieiunia, orationes, & pia opera. 765. vſque ad 770.
idem funus Coſmi Medicei comitatur. 770. c B
idem Græcos ad Florentinum concilium deducit. 773. a
idem antiquis patribus comparandus ob eius eximiam pietatem. 775.
Iulianus Dux Cæſarinus Vrbis gubernatoris munus præſendit. 749. c
Iuliani Medices Archiepiſcopi Piſani pia opera. 593. d
iuramenta iudicum Callaritani, & Turritani Piſanis præſtita. 871. d
iuramentum Piſanorum Paſchali antipapæ factũ. 874. a
iuramẽta proficiſcentiũ ad bellũ exiguntur. 908. a
iuramentum præſtandum militibus Montem Caſinum cuſtodientibus iuſſu Federici Imperatoris. 1005. c C

K

KAlendis ſingulis denarium offerebant Piſani operæ Maioris Eccleſiæ. 870. c

L

LAborans Cardinalis Hetruſcus decretorum collector. 131. b c
Laberynthi Cluſini fabula aſſeritur. 666. a
Lacus Matiſæ mentio. 989. c
Lactantius ſenator Vrbis vir egregius fit Epiſcopus Piſtorienſis. 583. b D
Lambertus Imp. nonnulla bona donat Epiſcopatui Florentino. 31. c
Lambertus Epiſcopus Florentinus abdicato Epiſcopatu Monachus efficitur. 71. a
Lambertus Craſſus Piſanorum conſul. 870. c
Lambertus filius Regis Maioricæ efficitur Chriſtianus, & canonicus Piſanus. 885. b
Landulphus Archiepiſcopus Piſanus ad ſacrum bellum proficiſcitur. 464. a
Landulphus & Raynaldus de Aquino apud roccham ſiccam ſe recipiunt. 962. d
Lanfranchi Card. Piſani genus, & nomen dicitur. 449. b legatus Italiæ. 451. b
Lancia D. N. Ieſu Chriſti Antiochiæ inuenta 851. c
Lapi iureconſulti familia, & obitus. 544. a
Laro Conſul Piſanorum captus a Ianuenſibus in itinere. 877. b
Latinę gentis robur in bello Balearico exprimitur 924. b
Laudocia expugnata. 851. b
Laurentius Medices à coniuratis ſalutatur. 577. d
Laurentij Veronenſis libri ſeptem de bello Baleario. 897. c
S. Laurentij templum a diuo Ambroſio Florentiæ ædificatum a magnis Hetruriæ Ducibus Bibliotheca, & ſacellis nobilitatur. 12. b c
Laurentius Archiepiſcopus Amalphitanus vitæ S. Zenobij Epiſcopi Florentini ſcriptor. 16.
Eiuſdem electio, & obitus. 24. c
legis ſalicæ mentio. 31. c
legis Rituariæ mentio. 524.
leges promulgatæ a Federico Imp. pro Eccleſiaſtica immunitate. 979. a
legatorum Apoſtolicorum in oriente plures litteræ ad fauorem Piſanorum factæ. 490.
legationes Cardinalis Adimarij optime obitæ. 555. d
Legatio Caroli Bartoli ad Senenſes ciues ad lites componendas. 650. a
legationes ab Aenea Siluio obitæ. 652. d
legatio Ioann. Piccolominei, & Cæſarini Cardd. ad Carolum Quintum poſt Tunetanam expugnationem. 658. d
legationes egregie obitæ a Iuliano Card. Cæſarino 773. a 775. a
legatus Apoſtolicus ad bellum Maioricenſe. 853. b
legatus & Piſanus Archiepiſcopus poſt victoriam Maioricenſem ad propria reuertuntur. 856. d
legati Piſanorum Conſtantinopolim pro pace. 806. a
legati Imperat. Conſtantinopolitani ad Piſanos. 800. a
legatio Piſanorum a Rege Maioricæ honorificentiſſime excepta. 883. b 888. a
legatus Benedicti papæ Piſis pro expulſione Saracenorum e Sardinia. 884. c
legati Piſanorum ad Paſchalem papam pro bello Baleario. 897. c
legatus Apoſtolicus Boſo papalem benedictionem militibus donat. 915. c
legatus Imp. Henrici Epiſcopus Vormanctienſis Neapolitanos denicit. 962. c
legatus Apoſtolicus Damiatam capit. 978. b
legati papæ Cardd. Pelagius, & Guala abſoluunt Federicum Imperatorem. 985. c
legati papæ ad Abbatem Caſinenſem a Marcualdo Theutonico obſeſſi. 964. b
legati papæ ad Federicum. 991. c
legatus papæ Pelagius Card. pro bello Neapolitano. 997. b
legatum Vrbis & aliarum ciuitatum in Longobardiam vocat Federicus Imp. 1025. d
legatus papæ in peregrini habitu eludit Federicum Imper. 1033. c
legati aliique prælati captiui deducuntur pro Federico Imp. 1035. d
legati Federici ad Vrbem pro pace. 1040. d
legati Apoſtolici paupertas. 122. a
lentina in Sicilia deſtruitur. 879. a
leonardus Aretinus nobilis hiſtoricus obijt. 323. a

leo

leo X. Florentiæ ſolemni pompa ingreditur. 241. c
leo XI. ante pontificatum Archiepiſcopus Florentinus. 245. c eius acta. 346. c
liberalitas Epiſcopi Florentini. 186. c
liburnus captus, & combuſtus a Carolo Andegauenſi. 896. b
liburnus Archiepiſcopi Piſani locus. 455. b
libri M.S. donantur ab Epiſcopo Theobaldo Cluſino, monaſterio ſancti Amiati. 674. d
limpuldus Dux Auſtriæ moritur apud Caſinum. 1010. e
lignorum vſus pro machinis bellicis. 899. b
lites inter Archiepiſcopum & capitulum Piſanum. 501. b
lilij Inſula & aliqua maritima caſtra dantur ſub annuo cenſu comitibus de Suana ab Abbate Triumfontium. 820. b
litteræ Adriani Quarti canonicis Piſanis datæ. 462. d & 463. b
litteræ minaces Honorij Tertij ad Archiepiſcopum Piſanum. 504. c
litteræ Gregorij Noni ad Piſanos de primatu Sardiniæ. 507. c
litteræ antiquæ Apoſtolicæ prouiſionis Epiſcopatuum, & traditionis pallij. 545. c
litteræ capituli Cluſini de repentino interitu Epiſcopi ſui. 741. e
litteræ exhortatoriæ Calliſti Secundi Papæ, primo Epiſcopo Groſſetano pro iuribus Abbatiæ Alboren. 756. d
litteræ Innocentij papæ ad Soldanum Saphaldinum, 971. d
litteræ Regis Balearium Inſulum. 936. c
litteræ Papæ & Imp. Federici. 987. a
litteræ Federici ad Abbatem Caſinenſem. 988. b
litteræ excuſationis Federici ad Romanos. 991. b
litteræ eiuſdem Federici ad conſules. 1003. b
Eiuſdem litteræ pro Abbate Caſinenſi. 1007. a
Eiuſdem ad fauorem Eccleſiaſticæ immunitatis. 1012. a
litteræ Gregorij Papæ ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos pro reſtituenda clericali diſciplina. 1012. d
litteræ Federici ad Chriſtianos Reges de bello Tartaris inferendo. 1036. c
litteræ lugubres Federici Imp. de obitu filij ſui Henrici. 1036. d
litteras dabant ad vniuerſos Chriſtianos principes nomine electi Pontifices. 989. d
logotheta Regius apud Aquinum capitur a Diopuldo locumtenente Imp. 959. b
longa ætas inter beneficia Dei habenda. 700. a
lombardia bello adorta à Federico Imp. 868. a eidem ſubijcitur. 868.
lombardiæ ciuitates ad compoſitionem cum Federico reducuntur. 987. d
lombardię ciuitates raptæ à Federico Imperatore. 1026. b
lombardiæ legati ad Gregorium papam pro componendis rebus cum Federico Imp. 1019. d
lotharius Archiepiſcopus Piſanus legatus Apoſtolicus eligitur Patriarcha Hieroſolymitanus. 495. c
A lotharius Imper. confirmat priuilegia monaſterij montis Amiati. 705. a
lotharius Imp. doloſe agit cum Piſanis. 861. a
lucata, & Cephalonia Vrbes expugnatæ a Piſanis. 851. a
lucenſes Epiſcopi Piſani caſtra occupant. 508. d
lucenſes bellum excitant contra Piſanos. 428.
lucenſium & Piſanorum bellum. 866. a
lucani victi a Piſanis. 871. d
lucani Piſanos deuincunt. 876. a
lucanorum, & Florentinorum certamina. 801. b
lucenſes ſub protectione Apoſtolicæ ſedis. 894. c
luca mandat cruceſignatorum exercitum apud Brundiſium. 990. c
ludouicus Bauarus Imp. Barezzum Piſtorienſem Epiſcopum deturbat. 393. b
B ludouici Pij Imp. donatio. 623. d
Eiuſdem confirmatio priuilegiorum monaſterij montis Amiati. 672. b
ludi pro militia exercenda a Romanis inuenti in vſum inde reuocati. 909. b

M

MAffeæ gentis origo, & honores. 804. c
Magni Ducis Hetruriæ titulum a Pio V. Coſmo Mediceo Hetruſcorum maximo Principi datur. 7. d
Maioricenſis expeditio a Piſanis habita. 852. b
Maiorica Vrbs expugnatur. 854. b
Margaritæ Comitiſſę Suanæ matrimonium cum comite S. Floræ. 824.
C Malauolta Raynaldus Epiſcopus Senenſis anteriorem partem templi ædificat. 637. d
SS. Mamiliani & ſociorum corpora Piſis transferuntur. 435. d Hiſt. 437. a
Fr. Manſuetus Ord. Minorum reconciliat Piſanos dominio papæ. 890. b
S. Marci papæ caput in Cœnobio montis Amiati transfertur. 718. d
Marchiæ loca a Federico Imp. capta Eccleſiæ reſtituuntur. 1012. a
Mariæ Nouellæ monaſterium Florentię a Dominicanis ædificatur. 138. 170. a
Martellæ familiæ Florentinæ nobilitas. 338. b
Maſſæ maritimæ antiquitas. 783. b
Maſſa creuit ex ruinis antiquæ Vetuloniæ. 783. b
Maſſa non ſemel excita. 785. b
D Maſſa patria S. Bernardini Senenſis. 784. c
Maſſę populus monitus ab Innocentio Quarto, vt Eccleſiæ Cathedrali debita exſoluat. 791. c
Maſſanæ Eccleſię conſecratio. 808. d
Maſſenſis Eccleſia canonicorum numero, ſacraque ſupellectile, & Epiſcopali palatio exornatur ab Alexandro Petruccio Epiſcopo. 811. c
Martis templum Florentiæ in cathedralem conſecratur. 10. d
Marſilij Ficini obitus, & tumulus. 235. b
S. Martialis vnus ex 72. Chriſti diſcipulis in Galliã ad Euangelium diſſeminandum proficiſcitur. 261. b Baculo mortuum excitat. 262. d
Mathalda comitiſſa recipit ſub protectione moniales Camaldulenſes. 112. c
Eadem comitiſſa confirmat donationem factam

canonicia S. Reparatæ Florentiæ. 114.b c
Eiuſdem priuilegium Ordinis Vallis Vmbroſæ. 307.a
Eadem concedit Cœnobio S. Saluatoris Eccleſiam S. Mariæ de ponte, 357.b
Eadem in Pari obſidione concedit priuilegium Eccleſiæ Piſtorienſi. 358.b
Eiuſdem donatio Eccleſiæ Piſanæ. 415.a
Eiuſdem obitus. 486.c
matrimonia cum exteris celebrari prohibita a Federico Secundo Imp. 1022.a
mediceorum inſignium, & actorum varia 576.b
mediolanum obſeſſum, & captum a Federico Imperatore 868.a
mediolanum, & aliæ Vrbes deficiunt a Federico Imperat. 868.a
mediolanum iterum captum a Federico Imperatore. 868.d
mercatum Iannuenſium celebre. 872.a
meſſana ex parte incenſa ab exercitu Regum Galliæ, & Angliæ, a Tancredo liberatur, & periculo eximitur. 956.d
mignanelli Card. legationes, ac geſta egregia. 780.a
militiæ inſignia pro bello Balearico Romæ traduntur a Paſchali Papa Secundo. 898.b
militari cingulo plures milites in armis egregii a Piſanis exornantur. 892.d
milites templi Piſanis auxilium præbent. 890.d
S. Miniati martyrium Florentiæ. 10.b
S. Miniati baſilica reſtituta ab Ildebrando Epiſcopo Florentino. 62.b
S. Miniati oppidi vetus deſcriptio, & donatio. 344.d
S. Miniati oppidum erigitur in ciuitatem cathedralem a Gregorio Decimo quinto precibus Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ Magnæ Hetruriæ Duciſſæ. 344.d
S. Miniati oppidum reſtituitur a Piſanis. 888.c
S. Miniati pars Ghibellina Piſanis amica, cum eis fœdus init. 894.a
miramolinus Rex Saracenorum victus a Chriſtianis Regibus. 971.a
miſeria captiuorum Chriſtianorum ad bellum contra Saracenos excitat Italos. 897.c
monaſteria inſignia, & ordinum capita Florentiæ. 13.a
monaſterio S. Bartholomæi de Florentia plura bona donantur. 29.c
monaſterio S. Saluatoris de Septimo conceditur exemptio ab Epiſcopo Florentino. 89.b
monaſterii S. Felicitatis Florentiæ diploma reſtaurationis. 91.d
monaſterio S. Petri Maioris de Florentia, Petrus Epiſcopus multa bona confirmat. 98.b
monaſterium S. Saluatoris de Septimo ſub protectione ſedis Apoſtolicæ recipitur. 107.a
monaſterium primum ſanctimonialium Ord. Camaldulenſium apud locum Luci Florentinæ diœceſis excitatur. 111.a
monaſterium de Petra Plana alias ſancti Ambroſij Florentiæ ſub Apoſtolicæ ſedis protectione recipitur. 120.d
Eiuſdem monaſterij confirmantur immunitates ab Archiepiſcopo Mediolanenſi conceſſæ. 135.d
monaſterium ſancti Petri Maioris de Florentia ſub protectione ſedis Apoſtolicæ recipitur. 135.a
monaſterium Septiminianum Ciſtercien. Monachis traditur. 149.b
monaſterio ſancti Michaelis de Furcule Piſtorienſis diœceſis conceditur Monachis Vallis Vmbroſanis. 355.a
monaſterium ſancti Michaelis Piſarum recipitur ſub protectione Apoſtolicæ ſedis. 412.d
monaſterio inſulæ montis Chriſti priuilegium concedit Gelaſius Secundus. 438.a
monaſterium S. Silueſtri Piſis Caſinenſibus Monachis datur. 439.b
monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini ab Epiſcopo Nicoſienſi in ditione Piſana fundatur. 524.a
monaſterium ſancti Saluatoris de monte Amiato fundatur a Rachi Longobardorum Rege. 670.b
Eiuſdem donationes confirmantur ab Imp. 705.a vſque. 720.
monaſterium de Saxo montis Lateronis Cluſinæ diœc. ſub protectione Apoſtolicæ ſedis recipitur. 728.d
monaſterium ſancti Quirici, & Saluatoris de monte Amiato ſub protectione Apoſtolicæ ſedis recipitur. 787.d
monaſterij Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij ad Aquas Saluias de Vrbe, abbatia trium Fontium, ipsa, Anſidoniæ, Orbetelli, cæteraque oppida maritima eidem a Leone Tertio, & Carolo Magno conceduntur. 819. vſque 822.
monaſterium montis Caſini ſubijciuntur interdicto. 958.b
monaſterium montis Regalis in Archiepiſcopatum erigitur in Sicilia. 954.c eiuſdem fundatio, & donatio ibidem.
monaſterium Boniſolatij Ciſtercienſibus attribuitur ab Epiſcopo Florentino. 177.d
monaſterium ſancti Saluatoris de Iliceto plures ſanctitate inſignes viros protulit. 620.d
monaſterij Cartuſiani Senenſis fundatio. 637.d
moneta Piſanorum cuſa poſt armorum exitus contra Lucenſes. 892. d. & 893.a
monumenta marchionis Hetruriæ Vgonis. 58.c 59.a.b
monumenta Piſana de certa Saracenorum proſtratione. 411.b
mons Toſili a Piſanis acquiritur. 891.d
mors Chriſtianis contra infideles certantibus non eſt timenda. 922.b
mors Regis Balearum. 944.b
mortuos ſuſcitat ſanctus Zenobius. 21.b
monumenta Senenſia antiqua. 617.b
monumenta, & Cardinalium inſignia qui Senis cum Gregorio Duodecimo commorati ſunt. 648.b
monumenta largitionum, & ſanctorum reliquiarum a Pio Secundo Eccleſiæ Senenſi conceſſarum. 666.b
monumenta antiqua ſanctæ Muſtiolæ Cluſinæ ciuitatis.

uitatis. 674.a
monumentum tranſlationis corporis S. Zenobij Florentini Epiſcopi. 25.a
monumentum Vgonis marchionis Hetruriæ. 59.a
monumen. S. Felicitatis Florentiæ. 93.b
monumentum Card. Rotomagenſis. 155.c
monumen. Eccleſiæ ſancti Gregorii Florentiæ. 165.d
monumen. Florentiæ Martino Quinto erigitur 217.b
monumen. Florentiæ Henrici Septimi imperatoris. 175.b
monumen. Card. Vitelleſchi. 220.c
monumen. Concilii Florentini vnionis Græcorum. 221.b
monumen. Leonis X. Florentiæ. 241.c
monumen. indulgentiæ Eccleſiæ Annunciatæ Florentiæ. 24.d
monumen. Caroli V. Florentiæ. 242.c
monumen. Andreæ Bundelmontij Archiepiſcopi Florentini. 244.a
monumen. loculi ſancti Alexandri Epiſcopi Feſulani. 273.b
monumen. Guilielmi Epiſcopi Feſulani. 304.c
monumen. Epiſcopi Piſtorienſis. 372.b
monumen. Card. Puccii. 380.c
monumen. Leonis XI. Papæ. 383.d
monumenta antiqua Piſana. 389. vſque ad 392.
monumen. primi lapidis Eccleſiæ Piſanæ. 411.b
monumen. comitiſſæ Beatricis. 414.a
monumen. tranſlationis corporum ſanctorum marciliani, & ſociorum fratrum Piſis factæ. 587.b
monumen. antiqua Senenſia. 617.b 620.d
monumen. fundationis Cœnobij a Ioanne Epiſc. Senenſi factæ. 626.a
monumen. Alexandri Papæ Tertii Senis. 629.b
monumen. celebrationis Concilii Senis. 648.c
monumen. erectionis Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis. 651.c
monumen. antiquæ Cluſinæ ciuitatis. 666.b
monumen. conſecrationis Eccleſiæ ſancti Franciſci Senis. 743.c
monumen. Maffei Bardi Epiſcopi Cluſini. 751.a
monumen. fundationis Eccleſiæ Ioannis Epiſcopi Maſſæ. 789.a
monumen. conſecrationis Cœmeterij Maſſæ. 794.d
mozzia familia Florentiæ ædificat templum Diuo Gregorio. 165.d
mugettus Rex Saracenorum in Sardinia victus. 863.b
idem victus a conſule Piſanorum. 884.b
idem Sardiniam cepit, ciuitatem ædificat, vincitur a Piſanis. 884.d 923.b.c
mulierum cohabitatio cum Clericis interdicta. 1013.c
muri ciuitatis Florentiæ benedicti ab Epiſcopis. 327.b

N

Narbonæ dominus pro bello Baleatico. 904.b
A Narnia, & Reate Federico Imperatori infenſæ. 1036.c
Natalitius feſtus Federici Imperatoris celebrari iuſſus. 1021.d
Naues centum viginti mittuntur a Piſanis pro recuperatione Hieruſalem. 85.a
Nauium Piſanorum ingens numerus pro expeditione Maioricenſis belli. 852.c
Naues fœderatorum ad Maioricenſe bellum proficiſcentes naufragia patiuntur. 853.b
Naualis apparatus Piſanorum contra Ianuenſes 857.d
Naualis conflictus Piſanorum, & Ianuenſium. 858.b
Naualis ſtolus imp. Conſtantinop. 867.c
B Naualis apparatus pro Federico imp. a Piſanis factus. 870.b
Naues quinque Piſanorum a Ianuenſibus captæ. 872.a
Naufragium duodecim galearum Piſanorum. 872.c
Naues 10. Ianuenſium combuſtę, & captæ a Piſanis. 877.c
Nazaredech Maioricæ Rex Chriſtianos in vinculis inhumaniter premit. 852.c
Negropons ciuitas capta, & deſtructa a Claſſe Regia Guilielmi Siciliæ. 867.c
Neapolis cum pluribus ciuitatibus capitur a Piſanis. 883.c
Neapolis obſidetur ab Henrico imp. 957.d
Neapolitana, & Capuana mœnia diruuntur ab
C Epiſcopo Vormantienſi imp. legato. 962.c
Neapolitana ciuitas traditur Othoni Imperatori. 970.a
Neapolitanum ſtudium a Federico imperatore ordinatur. 984.b
Nicolaus Secundus fuit Epiſcopus Florentinus. 83.d
Idem nunquam Florentinum Epiſcopatum dimiſit. 93.d
Nicolai Forteguerrę Cardinalis egregia facta. 352.d
Nicolaus Antipapa Piſis cum Bauaro proficiſcitur. 533.b
Nicolinus Angelus Card. Archiepiſcopus Piſanus egregia facta peragit. 626.b
Nicolaus Bonafides Epiſcopus Cluſinus Bononię
D gubernator a Gallis capitur. 748.c
Nigrorum, & Blancorum factiones Piſtorij ortæ. 352.d
SS. Nicomedis Gamalielis, & Abdiæ ſancta corpora Piſis ſepulta. 581.b
Nicea a Chriſtianis capta. 851.c
Nobiles duodecim Piſani pro bello Balearico. 897.c
Nocturnus campanæ pulſus antiquitus ad mala arcenda inuentus. 989.a
Nomina duodecim Piſanorum a Lucenſibus captorum 876.a
Nomina legatorũ Florentinorũ, & Piſanorum in vinculis detentorum a Maguntino Archiepiſc. Cæſaris legato. 881.c
Nomina antianorum Piſanorum in triumpho de Lucenſibus habito. 893.b

Nu-

Numiſms Philippi Medicei Archiepiſcopi Piſani. A
577.a
Nuncij Piſanorum Conſtantinopolim miſſi.
868.e
Nundinæ in pluribus locis inſtitutæ a Federico imperatore 1022.b
Nuptiæ Rogerij Tancredi filij,& Vraniæ Conſtantinop. imp. filiæ. 957.b
Nuptiæ Federici imp. cum filia Regis Hieruſalem.
986.a
Nuptiæ imp. cum filia Regis Angliæ. 1025.e

O

OBertus fortiſſimus continuo in armis vitam duxit. 930.e B
Obijſſe creditur Rex Guilielmus, Regnum occupatur. 966.d
Obitus trium Pontificum Romanorum Florentiæ.
84.a
Obitus exterorum prælatorum,& tumulus ad Florentinum Concilium profectorum. 218.e.d
Obitus pietatis plenus Ioannis Cardinalis Medicei. 584.d
Obitus, & hymnus ſanctæ Catharinæ Senenſis.
645.d
Obitus Paſchalis Papæ, Secundi. 856.b
Obitus Gelaſij Papæ apud Cluniacum. 856.c
obitus Alexandri Papæ IV. 891.e
obitus Clementis Papæ V. 896.b
obitus virorum fortium in bello Balearico. C
924.e.d
obitus Guilielmi Regis diſſenſiones maximas parit in Regno Siciliæ. 955.d
obitus Federici imp. in flumine. 956.d
obitus Rogerii Regis ante patrem Tancredum.
960.d
obitus Cœleſtini Papæ. 962.b
obitus Regis Franciæ. 985.b
obitus Corradini Soldani. 992 b
obitus Hieroſolymitani Regis in Vrbe Conſtantinopolitana. 1027.e
obitus Thomæ Capuani Cardinalis ſanctæ Sabinæ. 1032.c
obitus Cœleſtini Papæ. 1038.b
obizis Iacobus non adſcribitur inter Archiepiſc. Piſanos. 574.d
oblatæ conditiones pacis a Rege. 913.a.b D
oblationum diuiſio. 725.b
obligationis antiquæ formulæ inſtit. 499.a
obſeſſus Federicus Theutonicus in caſtro Maluenti obſeſſores capit ac iugulat. 963.b
obſides Pontificis Clementis ſeptimi ab imperialibus ad furcam deducuntur. 381.a
obſides Pontificis eripiuntur è manibus imperialium. 381.a
obſides dare, & conditiones adimplere non curat Rex Saracenus pro pace petita. 941.e
obſidio ciuitatis Antoniæ facta a Chriſtiano Moguntino ſoluitur a legato Conſtantinopolitano.
883.e
obſidio caſtri Coronis. 893.e
obſidio Aſculana. 956.e
obſidio Neapolitana infirmato Henrico imperat. A ſoluitur. 958.a
obſidio Caſinenſis monaſterij miraculoſe liberatur. 964.c
obſidio Celani ab Acerrarum comite contra Moliſium. 982.a
obſidio Aſculana facta a Friderico imp. 1032.d
obſidio Beneuentana, & Fauentina. 1035.a
obſidionem Vrbis Federicus relinquit. 1040.b
octauius Card. Vbaldinus condit ſtatuta pro regimine capituli Senenſis, quæ confirmant ab Alexand. IV. 632.d
ode Richardi de S. Germano in qua Damiatæ expugnatio a Soldano Ægypti deſcribitur.
980.e
oddoni de Sala Archiepiſcopo Piſano clerus obtinet confirmationem priuilegiorum ſuæ Eccleſiæ ab Henrico Septimo Imp. 529.c B
oddo Archiepiſcopus Piſanus magni animi vir exulat a Patria, & obijt. 534.b
oddo Taliacotij reuelatur. 1030.d
officium diuinum, vt decore ſoluat, & cultus reſtituatur Eccleſiæ Feſulanus Epiſcopus Zenobius donat medietatem ſanctæ Mariæ Primeranæ.275.d 276.b
officium diuinum in Eccleſia media nocte Card. Iulianus Cæſarinus recitabat. 765.c
onerariarum nauium variæ ſpecies. 899.a
opera pia, & eruditiones Archiepiſcopi Putei.
590.d
opera quæ fecit ipſe Card. Ponzettus. 778.e
C opes ingentes combuſtæ iniuria cuſtodum in oppugnatione Caſſari. 856.a
opes & vaſa ſacra Chriſtianis ablata in expugnatione Caſſari inueniunt,& Saracenis auferuntur
856.a
oppida expugnata ab exercitu Pontificio. 997. & 998.a.d
oppida recuperantur in terra Laboris & alibi a Friderico. 1002.a.d
oppoſitiones factæ legatis Othonis Imp. in Concilio. 975.c
oppugnatur turribus & igne vrbs Maiorica a Chriſtianis. 854.d
oratio expoſita pro Saracenis pacem petentibus a Chriſtianis. 940.a
oratores Piſanorum a Friderico Imp. recipiunt vexillum, & ſpatam. 668.c
D oratores Friderici Imp. ad Gregorium Papam.
989.d
oratores Friderici Imperat. ad Papam pro pace.
1001.a.e
orbitellum a Carolo Magno Abbatiæ trium Fontium vrbis conceditur. 814.a
orbitellanus Clerus paret Commendatario Abb. trium Fontium. 814.a
orbitelli, Anſidoniæ, montis Argentarij,& aliorum locorum inueſtitura ad tertiam generationem facta ab Abbate trium Fontium. 831.a
orbitellum Coranorum Reſpublica fuit. 814.b
orbitellum, & alia oppida feudalia Abbatiæ trium Fontium quomodo peruenit in Reipublicæ Senenſis, & Regis Hiſpaniarum dominio. 835.d. 839.d
orbitelli, & aliorum locorum cenſum annuum

buin-

quindecim librarum auri Senen. 839.b
Ordo Ciſterciēſis quando primum Florentiæ receptus. 130.d
Ordo Seruorum à 7. ciuibus Florentinis Florentiæ fundatur. 146.a
Ordinis Seruorum fundatores diem extremum obeunt. 166.b
Ordo Oliuetanus Florentiæ primum introducitur. 206.c
Ordo Valliſumbroſæ vide Valliſumbroſæ.
Ordo Auguſtinianæ congregationis S. Saluatoris de Iliceto. 721.a
Ordo ſedendi in concilio Florentino inter Græcos, & Latinos. 772.c
Ordo naualis profectionis ad bellum Baleare. 906.b
Ordo acierum in bello Balearico. 929.a b
Ordo acierum pro expugnatione Maioricæ. 930.b c
Ordinum fundatores Senenſes. 619.c
Orientalia iura Piſanorum confirmata. 493.b
Orientali ditione Piſani exuuntur. 536.d
Orientalis expeditio carminibus ſcripta à Gualfredo Epiſcopo Senenſi. 626.d
Orientis expeditio retardatur ab odijs Francorum & Gallorum Regum. 536.c
Origo ciuitatis Senenſis. 616.b
Orlandinus Epiſcopus Alerien. fauet Antipapæ. 601.d
C Orlandus Bonarlius Archiepiſcopus Florentinus ex ambitu Cardinalatus mœrore obijt. 231.d
Oſtenta & portenta ante bellum ſacrum pro recuperatione Hieruſalem. 851.b
Oſtenta portentoſa ex pluuia cineris. 983.d
Oſtenta armatorum in aere. 1041.a
Oſtentum auditum dum glacie Arnus fluuius firmabatur. 875.b
Oſtienſis Epiſcopus recipit iuramentum Friderici illumque cruce ſignat pro expeditione terræ ſanctæ. 978.d
Otho Imperator vocat ſe Apoſtolorũ ſeruum. 57.c confirmat donationes Abbatiæ S. Mariæ ciuitatis Floren. factas ab Vgone. 58.a
Otho Imp. Eccleſiæ Feſulanę donat Abbatiam S. Saluatoris de Sina. 280.b
D Otho Imp. excommunicatus ab Archiepiſcopo Piſano. 494.d
Otho Quartus Imperator recepit Piſtorienſes in protectionem. 366.c d
Othonis Imperat. priuilegium monaſterij montis Amiati Cluſini. 709.c
Otho Imperat. Regnum] inuadit vocatus a Diopuldo. 969.d
Otho Imp. excommunicatus ab Innocentio cum fautoribus. 970.b
Otho rebellantibus in Germania mox Apuliam relinquit. 970.c
Othonis Imp. obitur. 977.d
Othones Imperatores. 759.b

P

Pace rupta inter Guelphos, & Gibellinos Florentiæ Gregorius Pontifex inde receſſit. 165.d
A Pacem quærunt a Piſanis Ianuenſes per Fridericum Imp. 868.b
pacis compoſitio inter Florentinos, & Aretinos. 328.b
pacis remedia in Ianuenſes & Piſanos ab Innocentio II. capta. 451.d
pacis tractatio à Piſanis cum Ianuenſibus irrita. 857.d
pacis conditiones inter Moliſium, & Imperatorem. 983.a
pallium pro equo factum a Piſanis. 892.d
pandulpho Petruccio Senarum domino Iulius II. ſcribit. 748.a
panormum in Sicilia a Piſanis capitur. 896.c
B panormitanus Archiepiſcopus ægre fert erectionem in Archiepiſcopalem Eccleſiam montis Realis. 954.c
panormum captum a Piſanis. 885.a
papa hortatur Piſanos & Chriſtianos pro recuperatione Hieruſalem. 888.d
papa legatum mittit ad bellum Baleare cum Apoſtolica benedictione. 915.c
parlamentum cancellarij Friderici Imperatoris Archiepiſcopi Colonienſis Antipapæ, & Piſanorum pro inferendo bello, in Siciliam ac Romanos. 874.a
parſon Iudex Turritanus Arboream inuadit. 870.d
C paraſon Iudex Sardiniam, & aurum offert Friderico, & Ianuenſibus, ſi ei auxilium præſtent. 870.d
paſchalis Secundus Eccleſiam Feſulanam recipit in protectionem, & confirmat ei donata. 305.b item Anaſtaſius IV. 315.d
paſchalis papa II. capitur & carceratur ab Henrico Quarto. 852.b
paſchalis papa II. pacem facit vt eripiat Cardinales, & Romanos ciues ab ira Henrici. 852.b
paſchalis papæ II. obitus. 856.b
paſchalis Antipapa Lucæ electus opera cancellarij Friderici Imper. 870.b
paſchalis Antipapa Piſis deſpectus ab Archiepiſcopo. 871.b
D paſchalis Antipapa ordinat, & conſecrat Benincaſam pſeudoelectum Archiepiſcopum Piſanum. 874.a
paſchalis Antipapa pro Catholico iuratur. 874.a
paſchalis papa hortatur pro profectione ad bellum ſacrum. 897.c
paſchalis papa auxilia mittit pro bello Balearico. 916.b c
Paſſarinus, & Alpherolus duces claſſis naualis pro bello Balearico. 900.d
patareni in Vrbe capiuntur morte multantur, & vbique contra eos fit inquiſitio. 1014.b c
paulus Tertius excipitur à Peceijs. 380.a
pauperes in feſtiuitatibus aluntur. 1032.a
pax inter papam, & Romanos reformata. 1024.d
pax compoſita inter Cæſarem, & Vngarorum Regem per Ardicinum della Porta. 605.d
pax inter Piſanos, & Rogerium Regem. 865.
pax expetitur a Piſanis à Rege Siciliæ. 874.d
pax inter Piſanos, Ianuenſes, & Lucenſes facta. 877.a

pax inter Regem Siciliæ, & Piſanos. 877. a
pax inter Regem Maioricæ, & Piſanos. 865. b 888. a
pax peracta a Pontifice inter Piſanos, Venetos ac Ianuenſes. 891. a
pax compoſita inter Gregorium papam, & Fridericum Imp. 1011. d
peccatores præſciti ſunt in malo antequam eſſent in mundo. 693. b
pelagianus error de prædeſtinatione. 689. b
perſonarum acceptator Deus non eſt. 692. c
perufini Annulum pronubum B. Virginis ſuum faciunt. 746. a
perufia a Rachi Rege oppugnatur. 668. b
peſtis ingens tempore Franciſci Card. de Aptia Epiſcopi Florentini 90. hominum millia ibi abſumit. 196. d
petrarchæ Poetæ obitus, & tumulus. 207. b
petri Card. Riarij profuſa liberalitas. 234. a
petri Card. Capotij memoria in Epiſcopis Mallanis. 793. a
petri Victorij viri eruditiſſimi obitus. 246. d
petri Camaiani legationes Apoſtolicæ. 339. c
B. Petri Gambacurtæ obitus. 544. d
S. Petri prædicatio in pluribus locis. 862. c
S. Petri vitæ Elogium. 862. a
S. Petri ſepulchrum vbi. 862. d
S. Petri inuocatio ante bellum. 910. b c
S. Petri dominio Maioricam promittit Balearicus Rex Saracenorum, ſed in promiſſione deficit. 941. c
petrus de Fraiapane Pontifici & Senatori bellum infert. 1026. d
S. Petrus Damiani legatus mittitur pro componenda diſcordia ſuper electione ſimoniaca Petri Epiſcopi Florentini. 94. d
petri Ignei Hiſtoria ſcripta a Victore papa Secundo. 95. d
S. Petrus martyr pro extirpatione hæreſis Florentiæ ortæ, Veſillum crucis Rubeorum familiæ dedit. 147. b
S. Petrus Piſis celebrat. 395. c
S. Petri Eccleſia Romæ capta a Friderico, & Antipapa Paſchali. 874. c
petrus ab Hiſtorico Vrbenctano factus Epiſcopus Cluſinus delendus è catalogo. 739. b
petrus Archiepiſcopus Piſanus in claſſe ad bellum Baleare. 853. b
petrus Albithonis Piſanus rõuentum cœpium pro impedienda victoria Chriſtianorum in Inſula Maiorica diremit. 854. c
S. Petrus Apoſtolus erigit altare lapideum primum in Italia. 862. a
S. Petrus in itinere Romano, antequam ad Vrbem accederet, in littore Piſano ad fauces Arni moram tenuiſſe per hyemem ſcribitur. 862. d
petrus Epiſcopus Piſanus cruce ſignat proficiſcentes ad bellum Baleare. 897. d
petrus Altiſiodorenſis Conſtantinopolitanus Imperator coronatur. 976. d
S. Philippi brachium Florentiam delatum. 837. a
philippus Rex Alemanniæ occiſus a ſuis. 968. d
pipini Regnum quando cœperat eſſe. ibid. b
pipinus Rex Italiæ. 858. d
piſana monumenta nuper reperti. 389. d
piſarum deſcriptio, antiquitas, & de conditoribus diſceptatio. 387. a b
piſani Iulio Cæſari Imp. addicti. 389. b
piſa a Pelope Tantali filio condita. 886. a
piſana res per conſules aucta. 870. c
piſa auxilia mittit Æneæ. 886. a
piſanis Sardinia conceditur a Pontifice pro recuperatione a Saracenis. 394. b
piſani excipiunt Romanos Pontifices, & defendunt. 395. a
piſani ab ipſo S. Petri tempore fidem Chriſti excipiunt, & primum Præſulem. 395. c
piſani ſentiunt iram diuinam eo quod adhæſerunt Imp. Friderico. 395. b
piſani a Ianuenſibus victi. 395. b
piſani templi deſcriptio. 396. d 399. b c d
piſani campi deſcriptio. 397. c
piſani ab Epiſcopo excitantur ad bellum contra Saracenos pro Sardiniæ recuperatione. 405. d
piſani in auxilium Friderici Imp. in obſidione Mediolanenſi. 868. a
piſani eijciunt Ianuenſes a Sardinia. 406. a
piſanis conceditur priuilegium ab Henrico IV. Imp. 412. d
piſani Regis Maioricæ filium Chriſtianum effectum reſtituunt. 432. c
piſani cum Ianuenſibus feliciter pugnant. 434. b
piſanis conceduntur bona, & dona ab Aſcalonitæ principe. 464. d
piſani conſules plura concedunt Eccleſiæ, & canonicis. 460. a
piſanis canonicis plures dat litteras Felix 3. 469. b
piſani primatus facultas declarata ab Innocentio Tertio. 480. c
piſani interdicuntur. 509. b d
piſani abſoluuntur ab Alexandro IV. 583. d
piſani capiunt Cardinales, & legatos venientes ad concilium. 519. c
piſani iterum excommunicantur, & Archiepiſcopali honore priuatur, poſtea reſtituuntur. 534. d
piſani tuentur partes Henrici VII. Imp. quibus contulit plurima priuilegia. 533. c d
piſani ad bellum Maioricenſe ſe accingunt. 852. c
piſani honorificentiſſime excepti a Barchinonenſibus. 852. c
piſas ducitur Barabas Saracenorum Rex captiuus. 855.
piſani iuſſu Innocentij papæ aduerſus Rogerium plures ciuitates apud Amalphim capiunt. 865.
piſani pro Innocentio papa, & Lothario Imperatore. 865. b
piſani magna incommoda cum lætitia ſubeunt in bello contra Lucenſes. 866. a
piſani capti, & ſpoliati à Guillelmo Rege ob amicitiam Friderici Imp. 869. c
piſani iurant obedire Paſchali Antipapæ. 874. b
piſani capti à Lucenſibus in bello. 876. a
piſani fœdus ineunt contra Lucenſes cum Carſanianis. 876. a
piſani expugnant Minaricam. 854. c
piſani ad Ianuenſes mittunt nuncios ad componenda negotia, ſed deſpiciuntur. 857. c
Piſani a Chriſtiano Archiepiſcopo Moguntino legato

legato Imp. priuantur priuilegijs, quia captiuos tradere recuſant. 800.b.c
piſani recepti [illegible] gratiam a Chriſtiano Maguntino. 800.d
piſani pacem cum Romanis, & alijs firmant. 883.d
piſani adiuuant Fridericum Imperatorem ad ſubiugandam Romam. 887.a
piſani clades, ac difficultates plurimas, & viciſſitudines fortiter ſuſtinent. 939.a
piſanorum naues Barchinonem delatæ. 852.d
piſanorum egregia facta dum publice viuunt. 394.b
piſanorum expeditio cum 300. nauibus pro recuperatione Maioricæ a Saracenis. 428.c
piſanorum ductor pro ſacro bello Hieroſolymitano Daibertus Epiſcopus. 851.a
piſanorum geſta triumphalia. 851.a
piſanorum, & Ianuenſium certamina pro caſtello Caſtri. 890.c.d
piſanus populus proficiſcitur ad liberationem Hieruſalem. 851.a
piſa in ciuitatem Archiepiſcopalem a Gelaſio erigitur. 395.b.396.b
piſæ patria plurium virorum illuſtrium. 400.c.d
piſæ interdictæ ob retentionem nonnullorum locorum Epiſcopatus Lucenſis. 504.e
piſæ captæ a Saracenis, & Hiſpanis. 859.b 862.d
piſæ Romana Colonia. 389.a
piſis rerum ingens numerus. 393.b
piſa a Pelope Tantali filio condita. 886.a
piſtorii ciuitas contra Piſanos. 879.c
piſtorii antiquitas & deſcriptio. 351.d
piſtorienſes ſibi nomen Romuli omnes in baptiſmate imponunt in memoriam S. Romuli eorum primi Epiſcopi. 353.a
piſtorienſes in ſocietatem cum Piſanis. 893.c
piſtorienſes primi qui paruerunt ciuitati, & Reipub. Florentinæ ex Hetruſcis ob inteſtinas diſcordias. 352.e
piſtorienſis cathedralis habet plurima ſacerdotia, & dignitates de iure pat. 353.d
piſtorienſis Epiſcopus, & bona recipiũtur ſub protectione ſedis Apoſtolicæ, & confirmantur conceſſa ab alijs Pontificibus dictæ Eccleſiæ ab Honorio Papa. 368.c
piſtorium in partes ſæpe diuiſum. 352.e
Piſtorium virorum illuſtrium patria. 352.d
piuliani comites Eccleſiæ Suanenſi infeſti. 835.a
pius Secundus Epiſ. Senenſis, mox Card. & paulo poſt Papa. 651.b
pius Tertius Pij Secundi ex ſorore nepos adoptatus in familiam. 658.
planuſia capta, & deſtructa a Ianuenſibus. 887.d
plumarium caſtrum apud Bononiam a Friderico Imp. incendio deflagratur. 1032.c
plumbinum ædificatum, ſub promontorio excilæ Populoniæ. 783.d
pluuiæ ingentes, & glacies, famem hominibus, & pecudibus inducunt. 1023.b
pontificum ſummorum tria corpora Florentiæ degunt, videlicet Victoris Secundi, Stephani Noni & Nicolai Secundi. 84.a
ponitemulum expugnatum. 890.a
populoniæ, & Maſſæ Epiſcopus idem. 784.a
populonia a Longobardis deſtructa. 584.a
portus de Salo excepit claſſem fœderatorum ad bellum Maioricenſe. 853.a
S. Potiti corpus tres ciuitates habere contendunt. 422.b
prædiſtinatio explicatur. 977.a
prædeſtinatio non admittit voluntatem mali in Deo. 684.d
prædeſtinatio Dei non eſt cauſa perditionis peccatoris. 685.d
prædeſtinatio eſt ad bonum, non ad malum. 696.e
prædeſtinationis auctoritates ex Prophetis. 678.a
prædicatio ſecundum auditorum qualitatem facienda. 704.c
prædictiones aſtrologicæ verificantur. 1015.b 1020.c 1035.b
prælij initium cum Saracenis ad inſulam Maioricenſem proſpere ſuccedit. 853.e
prælio adeſſe recuſat comes Barchinonenſis. 855.c
præſciti an poſſint eſſe prædeſtinati ad bonũ. 697.c
pretioſa plurima peracto bello Eccleſiæ Piſanæ attribuuntur. 856.b
prætores in terris, & oppidis quis primus inſtituit 137.b
primatus Sardiniæ circa viſitationem non exercendam ab Archiepiſcopo Piſano abſque licentia ſedis Apoſtolicæ. 508.b
priuilegia Archiepiſcopi Florentini legitimandi, doctorandi, aliaq. faciendi ampliſſima conceſſa a Leone Decimo, & Carolo Quarto Imperatore. 237.c
priuilegia Ord. Vallis vmbroſæ. 284.a 286.a
priuilegia plurium Imperatorum Piſanæ Eccleſiæ confirmata ab Henrico VII. 529.d
priuilegia a Lothario, & Arnulpho Impp. Amiatino monaſterio conceſſa. 706.a
priuilegium confirmationis bonorum Feſulano Epiſcopatui Innocentij Secundi. 310.d
priuilegium Abbatię ſancti Bartholomæi Feſulani Innocentij Secundi. 314.a
priuilegium Innocentij Secundi Epiſcopatus Piſtorienſi. 356.a
priuilegium Othonis Quarti Imp. Piſtorienſibus ciuibus. 366.c
priuilegium conceſſum canonicis Piſanis a comitiſſa Mathilda. 426.d
priuilegium Anaſtaſij Papæ conceſſum canonicis Piſanis. 460.a
priuilegium Friderici Imp. Eccleſiæ Piſanę conceſſum. 481.b 483.a
priuilegium a Leone Nono conceſſum Amiatino monaſterio. 721.d
ad Procitum inſulam appulere triremes Piſanorum pro Imperatore. 885.e
prodigia ante bellum ſacrum Hieroſolymitanum. 851.c
S. Proſper pluribus de prædeſtinatione reſcripſit. 698.c
prouiſionis Epiſcopatus poſt ſublatam electionem. 190.a
pucciorum Cardinalium egregia geſta. 377. vſq. ad 382.

A puer monſtruoſus cum barba natus in comitatu Bononienſi. 867.a
pugna Piſanorum, & Ianuenſium ad Rhodanum. 877.b
pugna Piſanorum, & Lucenſium. 878.a.c
pugnatur pro obtinenda ciuitate Maiorica. 931.a & 932.b
pugnæ Saracenorum, & Piſanorum in Sardinia, 915.b.d
purgatorij flammis cruciatur B. Balduinus Archiepiſcopus Piſanus quia cauſa fuit belli inter Piſanos, & Lucenſes. 456.c
purificationis B. M. feſtum victoriam dat Chriſtianis ad inſulam Maioricam. 854.d
puteaſamilia plures Iuriſconſultos, & Præſules edidit. 590.b
B

Q

QVadrageſimæ ingreſſum ſumptuoſis conuiuijs celebrans Epiſcopus Cluſinus ab ira Dei plectitur paralyſi. 721.b
Quales ciuitates ex vna quaque partium fœdera ſimul iunxerint pro bello inter Lucenſes, Ianuenſes, & Piſanos. 879.c.d
Qualitas pœnarum Infernalium Regis Saracenorum. 944.c
Quantitas Saracenorum maxima Chriſtianorum, & Saracenorum a terræmotu extincta. 877.d
Quanto tempore bellum, & obſidionem paſſa ſit Maioricenſis inſula. 864.b
C quatuor annorum obſidio facta a Friderico Imp. contra Mediolanum. 868.d
quatuor Piſanorum triremes captæ a Ianuenſibus ad fauces Arni. 875.d
quæ teneantur adimplere ſubeuntes Cruciatam. 542.a vſque ad 543.c
quæ Saracenis Chriſtiani abſtulerunt in oppugnatione Maioricæ. 857.d
querelæ Piſanorum de opprobrio belli cum Lucenſibus. 876.d
querelæ Piſanorum apud Fridericum Imperatorem de Chriſtiano Archiepiſcopo Moguntino eius legato. 883.a
querelæ, fletus, & preces Piſanarum mulierum, & gentium in diſceſſu ſuorum ad bellum Balearicum.
D querelæ Hieroſolymitani Patriarchæ de conceſſis inducijs in Terra ſancta Soldano a Friderico Imperat. 1004.a
queritur Fridericus Imp. quod Alexander Pontifex pacem recuſet cum Antipapa. 869.c
queruntur Piſani de coronatione iudicis Arboreæ cum Imp. Friderico. 871.b
quæſierunt barones occupare Regnum Guilielmi Regis, qui credebatur ex trimeſtri infirmitate mortuus. 866.c
quæſtio nominis, & generis Franciſci Archiepiſcopi Piſani. 546.d
quæſtio de validitate concilij Piſani inter plures. 556.a
quæſtio de perſona Andreæ Caſalis. 800.a
In quæſtionibus concilij Florentini Græcis reſpondet Iulianus Card. Cæſarinus. 772.d
A quinam populi Tuſciæ auxilia præſtiterint Æneæ Troiano. 886.a
quinque naues Piſanorum Ianuenſes capiunt in Prouincia. 872.a
quinque naues magnæ Ianuenſium comburuntur a Piſanis. 872.a

R

RAbani Moguntini tractatus de prædeſtinatione. 676.a
Rabani altera epiſtola de prædeſtinatione. 696.d
Rachiſio Regi Longobardorum Saluator ex abiete apparet in Amiatino monte. 667.d
Rachiſius Rex monachus cum vxore efficitur, ac Regno cedit ſponte. 668.c
B Radicoſani caſtrum pro medietate donatur ab Abbate Amiatino Eugenio Tertio ſummo Pontifici. 733.a
Raymundo comiti ſancti Ægidij commendatur lancea D. N. Ieſu Chriſti. 851.c
Raymundus comes Barchinonenſis. 901.c
Raymundus comes amicitiam firmat, & auxilia præſtat pro bello Balearico. 904.a
Raymundus Præſul Arelatenſis ad bellum Balearc. 926.d
Raymundus comes S. Ægidii ſignifer exercitus Chriſtianorum. 851.c
Raymundus Barchinonen. Palatinus, & Epiſc. in bello Maioricenſi. 852.d
Raynaldus Spoleti dux pro Imp. Federico Regnum adminiſtrat. 993.d
C Raymundus Archiepiſcopus Colonien. Piſas primo, deinde pro habendo fidelitatis iuramento per Tuſciam profectus. 869.d
Raynaldus cancellarius Friderici in parlamento Piſano. 874.a
Raynerij Sciottæ obitus. 868.b
Raynerius Epiſcopus Senenſis liberat Epiſcopum Piſanum captiuum. 606.d. Idem donat monaſterio S. Frigidiani. 627.d
Raynerius Caietanus Piſanus conſul cum Lamberto Craſſo. 870.c
Raphael Riarius bis ob coniurationem in Mediceos vitæ periculum ſubit. 579.a
Raphael Card. Petruccius iohians dominio Senenſi etiam mortuus eſt odio habitus. 843.
D Raphaelis Card. Petrucci cadauer Senas delatum, & a populo quaſi lapidibus obrutum. 778.a
Rationem reddere coguntur officiales Friderici pro extorta pecunia. 1039.b
Rauenna ab Imperatore Friderico ad Venetos deficit. 1038.d
Recuperatio Aſciani Piſanis infeliciter ſuccedit. 876.d
Reditus Friderici Imp. a Syria. 999.c
Reges Angliæ, & Galliæ ad Bellum Hieroſolymitanum. 956.d
Reges Danorum, & Noruegiæ capti traduntur Henrico filio Friderici. 983.d
Regia proles Maioricæ Piſis profecta Chriſtiana efficitur. 855.a
Regia inſignia, vaſa, veſtes, poſt victoriam in diuiſione Piſanæ Eccleſiæ cedunt. 556.b

Reginæ Maioricæ tumulus. 432. c A
Regis Mortac [?] ſoror cum filijs capta a Chriſtianis 855. a
Regulares Regno expulſi. 997. b
Regnum Siciliæ delatum Tancredo a pluribus proceribus. 955. d
Relatio rerum Saracenorum. 972. b
Reliquię ſanctorum in Eccleſia S. Saluatoris monaſterij Amiatini. 718. b
Remigius Epiſcopus Piſtorienſis, e monacho Epiſcopus ad monachatum redit. 374. b
S. Reparatæ templum Florentini excitant ob acceptam victoriam contra Radagaſum. 10. d
Reſponſio data Saracenis pacem petentibus. 940. d
Rex Theſſalonicenſis Melphiæ obijt. 1012. c
Rex Tancredus recuperata Campania, & reſtituta Sedi Apoſtolicæ pace in Siciliam reuerſus moritur. 960. d B
Rex Siciliæ Guilielmus II. 954. a
Rex Cypri pro Piſanis. 890. d
Rex Balearicus litteras dat pro componenda pace. 911. e
Rex Balearicus amicitiam Piſanorum expoſcit. 939. d
Rex Sardiniæ Saracenus a Piſanis captus. 406. a
Rex Galliæ tenuit concordiam cum Alexandro papa, & victore Antipapa. 869. e
Rex Galliæ humaniter Piſanos alloquitur, ſecum ducit Alexandrum papam. 869. e
Rex Babylonis plura donat Piſanis. 875. c C
Rex Sardiniæ captus a Romanis, & Piſanis. 884. d 951. e
Rex Hieruſalem captus a Saladino. 888. d
Richardi de S. Germano Chronicon. 953. a
Richardus Marcſcalcus in Syriam. 1015. d
Richardus Fundi comes Sueſſam ab Imperatore emit. 958. e
Richardus Celanicomes apud S. Germanum pro Rege. 959. a
Riuarolæ Cardinalis animi celſitudo, & legatio. 606. d
Riuiera Ianuenſis deprędata a Piſanis. 872. b
Rhodani bellum nauale Ianuenſium, & Piſanorum. 872. c
Rhodanum flumen abſorbit equum, & Holebrandum Lucenſem. 909. b D
Robertus equo lapſus fortia ſuſtinens fortiter vulneratur. 931. c
Roccha de Ceruaria a Piſanis obſeſſa pecunia liberatur. 879. b
Rodulphus bis Archiepiſcopatum Florentinum recuſauit. 243. a b
Rogerio Regi Siciliæ bellum inferunt a Piſanis. 860. b
Rogerius Siciliæ Rex coronatur. 957. b
Rogerius Adriæ comes ſeditiones, & bella excitat in Trancredum. 956. e
Rogerius Adriæ comes obſeſſus, & per inſidias captus morte damnatur. 56. b
Rolando prępoſito Florentino Gregorius papa VI. ſcribit, & in remunerationem concedit Eccleſiam S. Dominici canonicis Florentinis. 84. c
S. Romulus a S. Petro miſſus ad prædicandum Euangelium in Hetruriam. 14. a
S. Romulus quomodo dicatur Epiſcopus Feſulanus, & Brixien. 272. b
Romani Pontifices easdes Piſani excipiunt. 395. a
Romanos ſe ſubſeribebant inueſtituris factis a Pontif. 735. & 737. a
Romani pacem firmant cum Piſanis, & Eugenio papa. 866. b
Romani certant in porticu S. Petri cum Friderico. 866. c
Romani arma conſerunt cum Friderico Imper. 873. e
Romani apud Tuſculum victi a Friderico Imperatore. 874. e
Romani obſidibus datis Friderico ceſſere. 874. d
Romani legati Piſis pro pace firmanda. 883. d
Romani contra Viterbium. 1012. c
Romaniæ depopulatio a Claſſe nauali Guilielmi Regis Siciliæ. 867. c
Romani mittunt auxilia Piſanis pro bello Balearico. 899. e
Romanorum Riuiera excurſa a Piſanis. 873. c
Romanorum plurimi reſiſtunt Friderico Imper. 874. c
Romanorum nobilium plura antiqua cognomina. 735. c
Rubeæ cappæ, & mozzettæ permittuntur canonicis Piſanis. 583. e
Ruſſellanus Epiſcopus núnc Groſſetanus dicitur. 755. b

S

Saladinus Rex Ægypti Hieruſalem, & alias vrbes Chriſtianorum capit. 888. e
Salernum expugnatur ab Henrico Imperatore. 957. d
Salerno fugantur Diopuldus, & ſui. 968. b
Salibenius Senenſis primus qui Antiochiæ mœnia aſcendit, & cepit, & Patriarcha efficitur. 627. b
Salomon Flauus dum populabundus cum prędа ad naues reuertitur a Saracenis truncatur. 939. e
S. Salui corporis translatio Florentiæ, & monaſterij ædificatio. 85. d
S. Salui monaſterio tribuitur parochialis Eccleſia ab Epiſcopo Florentino. 127. d
ſalutis noſtræ initium Deo miſerante habemus. 690. d
ſanctiones, & leges Federici contra iudices, & notarios. 1041. b
ſaraceni fortiter reſiſtunt in aggreſſione vrbis Maioricæ. 853. d
ſaraceni Piſam capiunt. 859. b
ſaraceni a Piſanis victi. 863. a
ſaraceni capiunt, & detruncant plures Piſanorum e naufragio ſuperſtitum. 873. a
ſaraceni in mari capti a Piſanis. 873. d
ſaraceni Chriſtum negare cogunt captiuos. 897. b
ſaraceni deuaſtant Italiæ littora Sicula, & regiones Græcorum. 897. b
ſaraceni eligunt nouum Regem Alam Hiſpanum. 951.

ſaraceni profligati in Sicilia à Friderico. 983.b
ſaraceni e Sardinia, Panormo, & Carthagine eiecti a Piſanis. 394.b
ſaraceni pro Friderico Imperatore contra Rauennam. 1028.
ſaracenorum ſtrages in expugnatione Maioricæ. 854.b
ſaracenorum Regis, & comitis Barchinonenſis conſilia ſublata. 853.c
ſaracenorum millia profligata, & in ſeruitutem adducta. 854.d
ſaracenorum ciuitates, & gentes ad ducenta milliaterræmotus ſubuertit, & extinxit. 877.d
ſaracenorum ſpolia, & vexillum miſſa a Regibus Chriſtianis papæ Innocentio vt in Baſilica S. ſuſpendatur. 971.a
Ad Sardiniam appulit claſſis maritima Piſanorum profecta ad bellum Maioricenſe. 852.c
ſardinia victa a Piſanis, & Ianuenſibus. 863.a
ſardinia a Friderico datur per inueſtituram Piſanis. 871.c
ſardinia ſub tributo Piſanorum. 851.c
ſardinia occupata a Rege Saracenorum recuperatur a Piſanis, & Romanis capto Rege. 884.a
ſardiniam Saraceni infeſtant cum littoribus Romanis, & Piſanis. 884.a
ſardiniæ recuperatio, & conceſſio Piſanis. 394.b
ſardiniæ, & Corſicæ conceſſio Piſanis facta a Pontificibus ſub cenſu, & reſeruatione arcium. 399.a
ſcarampus Card. æmulus Vitelleſchi in re militari inſignis. 221.d
ſchiſma inter canonicos Piſanos, & Archiepiſcopum contra Alexandrum Tertium. 461.
ſchiſmate tollendo laborat Adimarus Cardinalis 554.d
ſeditio Romanorum contra Gregorium papam. 992.b
ſeditio Sicula contra Imperatorem. 1018.d
ſeditiones in Vrbe ſub Parentio Senatore papam fugant. 985.a
ſeditiones in Vrbe ſedatæ ſuffecto Angelo Benincaſa Parentio ſenatori. 986.d
ſenator Vrbis Carolus Andegauẽſis efficitur. 894.b
ſenator Vrbis reuocat ex Anagnia Pontificem. 1020.b
ſenator Ioannes de Polo ſeditione Romanorum deponitur, & eligitur Ioannes de Centio. 1027.c
ſenator efficitur Mathæus Ruffus. 1036.d
ſenatus renouatus in Vrbe Eugenio papa. 866.b
ſenæ Colonia Romanorum vnde dicta. 616.b
ſenenſis ciuitatis conditor, & vnde diſcutitur. 615.a
ſenenſis ciuitas ſub Imperio Rom. 617.c
ſenenſis ciuitas caruit Epiſcopo diu, quia factio, ſi ciues illum occiderunt. 636.c
ſenenſis ciuitas pluribus templis, & picturis referta. 619.b
ſenenſis Epiſcopatus in Archiepiſcopatum erigitur à Pio II. 653.d
ſenenſis coniuratio Petrucci. 777.d
ſenenſis Reſpublica rebellum, & alia loca occupat. 835.d
ſenenſibus Chriſtiana fides à quibus prædicata. 618.d
ſenenſem fabricam inſtituit Thomas Fuſconus Romanus dictæ ciuitatis Epiſcopus. 632.b
ſenenſes antiqui Siluanum celebrant. 617.b
ſenenſes illuſtres viri. 618.b
ſenenſes deuotiſsimi Deiparæ Virginis 619.a
ſenenſes hortatu Epiſcopi voto ſe Virgini dicant. 532.b
ſenenſes libertati Eccleſiæ obnoxij a Pontifice, & Epiſcopo coercentur. 632.b c
ſenenſes nolunt recipere Epiſcopos, qui de ſuis non ſint. 633.b c
ſenenſes interdicti quia poſſeſſionem Epiſcopo Maſſienſi denegant. 799.d
ſenenſi populo ſcribit Eugenius Quartus ſuper prouiſione Eccleſiæ Maſſenſis. 799.b
ſententia inter Archiepiſcopum, & capitulum Piſanum. 501. & vſque 504.
ſententia Imperialis Henrici pro conſeruatione iurium Monaſterij montis Amiati contra Epiſcopum Cluſinum. 716.a
ſepulchra antiqua reperta in territorio Cluſino. 667.a
ſepulchrum Vgonis Marchionis Hetruriæ reſellitur ad vſum viridarij fuiſſe aptatum. 59.a
ſibilla in Africa capta a Ianuenſibus, & Piſanis. 860.c
ſicilia occupatur ab Henrico Imperatore Guillelmus paruulus Rex cum matre in eius poteſtate traditus. 961.b
ſiculus triumphus Imperatoris Federici. 982.a
ſilueſtre genus Cingulanæ monumentum. 193.b
ſimoniaca electio Petri Ticinenſis Epiſcopi Florentini. 94.d
ſimonia Petri Epiſcopi Florentini probatur per tranſitum per pyram ardentem. 95.c
ſimonia conuictus Epiſcopus Florentinus deponitur & monachum induit. 95.d
ſimonis Saltcrelli Archiepiſcopi Piſani laudes. 534.d
ſinus Archiepiſcopus ne Antipapæ & Federico pareat Florentiam aufugit. 535.b
ſynodus Florentię congregata ab Epiſcopo Silſtro. 190.d
S. Sixti Eccleſia ædificata ex ſpolijs Saracenorum. 860.b
ſobrietatis remedium ad appetitum. 544.d
ſocietatis Ieſu collegium Romæ inchoatur. 659.c
ſofridi Cardinalis Epiſcopi Piſtorienſis legationes, munera, & diuerſitas perſonarum ſub vno nomine. 367.d
ſoldani nepotes occiſi ab eo. 972.c
ſoldanus faciem detegit, quando recipit nuncios Chriſtianorum. 973 c
ſoldanus mittit Elephantem & munera Frederico Imperatori. 992.a obijt. 992.b
ſolis Eclipſis maxima. 859.b
ſpoletanus Dux Guelfus concedit priuilegium canonicis Piſanis. 965.c
ſpoletanus dux obſidet Imp. Hẽrici detinet. 958.b
ſpoletanus Dux pro Federico Narniam vaſtat. 1039.c

ſpoleti dux congregat exercitum Imperiale contra Raymundum. 117.d
ſpoletini ducat a hominea recuſant obedire Friderico abſque mandato Pontificis. 986.d
ſpoletum aggreditur a Belluacenſi. Epiſc. 1016.a
ſpoletum capitur a Friderico. 1036.a
ſpoliorum antiqua collectio pro ſubſidio Regni Siciliæ. 372.a
ſtatuæ æneæ ablatæ è Crypta ferrata a Friderico Imperatore. 1039.d
ſtellæ de Cælo pluere viſæ ſunt. 851.c
ſtephanus fortiſſimus ductor ad bellum ſacrum. 851.d
ſtrotię familiæ debetur ſella, & ſignum equi Archiepiſcopi prima vice ciuitatem Florentinam ingredientis. 236.a.e
ſtudia egentium Iuuenum Iulianus Card. Cæſarinus promouet. 770.
ſtudii Florentini priuilegia conceſſa a Carolo. IV. Imperatore. 202.d
ſtudii Florentini, & doctorandi facultas data Archiepiſcopo Florentino a Leone X. 237.
ſtudiorum cauſa canonici cathedralium etiam antiquitus abeſſe poterant. 145.a
ſuana olim Hetruriæ principatum tenuit mox ſere iacet. 470.b
ſuana patria Gregorij VII. Pontif. Max. 813.d
ſuanæ ciuitatis deſcriptio. 813.a
ſubſidia miſſa in Terram ſanctam a Friderico. 991.b
ſuda vrbs Maioricæ a Chriſtianis expugnatur. 855.b
ſuſpenditur Sarolius Sabinæ Dominus malè obloquens de Rege. 960.c

T

TAlionis pœnam luerunt falſi accuſatores Epiſcopi Piſtorienſis. 375.a
Tancredus ductor exercitus Chriſtiani ad bellum ſacrum. 851.d
Tancredus vicecomes tradit caſtrum Aſciani Lucenſibus. 896.d
Tancredus comes Licij aſſentiente curia Romana vocatus Panormum coronatur Rex Siciliæ a cancellario. 955.d
Tancredus poſt coronationem plura facit pro retinendo Regno pacifice. 956.a
Tancredus Rex redimit excidium Meſſanæ ciuitatis. 956.d
Tancredus Rex habitis curijs in Apulia apud Thermulas Raynaldum ad obedientiam cogit. 957.a
Tancredus Rex Brunduſij celebrat nuptias Rogerii filii,& Conſtantinopolitani Imperatoris filię Conſtantię. 957.a
Tancredus Rex honorificentiſſime excipit Conſtantiam Imperatricem captiuam, & vltro ad Imperatorem in Germaniam remittit. 659.e
Tancredus Rex cum exercitu Siculo aduerſus Bertholdum congredi renuit. 960.b
Tancredus Rex obiit mœrore. 960.d
Taruſium rebellat a Federico Imp. 1034.d
Tartari Vagatiam inuadunt. 1039.d
A Tartaris fidem Chriſti prædicat Epiſcopus Sagonenſis. 608.c
Taruſii Cardinalis vita inculpate peracta. 667.a
Templum primarium Piſanum miræ ſtructuræ ex ſpolijs Saracenorum ædificatum. 296. d. & 397.a
Templa plura inſignia in ciuitate Senenſi. 619.d
Tempeſtates variæ perpeſſę a Chriſtianis proficiſcentibus cum nauali claſſe ad bellum Baleare. 906.b.d & 907.c.d
Tempeſtatibus, & ventorum vi iactatus Æneas Syluius. 657.c
Tempeſtas maris ſedata Diuina ope. 901.b
Terrę ſanctæ expeditionem ſuis litteris excitat Ioannes Papa XXII. 537.a
B Terræ ſanctæ expeditionem adiuuant Senenſes. 627.b
Terræ ſanctæ recuperationi plurimum coadiuuant Piſani, ob quæ plura priuilegia a ſede Apoſtolica obtinent. 487.a
Terræ ſanctæ ſubſidium Innocentius Papa per ſuas litteras hortatur. 971.c
Terrę ſanctæ reſtitutio Chriſtianis offertur a Saracenis. 973.c
Terræ ſanctæ ſubſidio Imperator transfretare promittit. 981.c
Terræmotus magni apud Conſtantinopolim. 1014.c
Terræmotus magni in Vrbe, & in Campania apud ſanctum Germanum. 1015.a.b
C Terramotus ingens in Sicilia deſtruit penitus ciuitatem Catanensem, & alias vrbes, ac portum Meſſanæ exiccauit. 876.c 887.a
Terræmotus ſubuertit ciuitatem Tripolitanam, & Eccleſiam S. Mariæ. 877.c
Terræmotus ducenta Saracenorum millia extinxit 877.b
Terræmotus maximus. 883.a.c. & 887.b
Terraconam appulit naualis claſſis Chriſtianorum, pro bello Baleari co. 906.c
Terraconam prope Salador, locus vbi a Carolo Rege profligati fuere Iberi. 906.c
Tertius Ordo ſancti Franciſci Florentiæ introductus. 134.d
Theſſalonica expugnata. 984.d
Theſaurariæ Eccleſiæ Florentinæ fundatio. 169.a
D Theſauri magni Saracenorum apud Maioricam inuenti. 857.d
Theſauri Saracenorum reperti cum nobilib. apud Caſſarum. 855.d
Theutonici milites in bello Piſanorum, & Lucenſium. 892.c.d
Tiberis inundatio Papam ad Vrbem reuocat. 1005.d
Tibur capitur a Federico Imperatore. 1037.a
Tiburtinus ager a Romanis deuaſtatur. 1039.c
Timinus Rex Maioricæ capit caſtrum Ioannis. 885.a
Timinus Rex captus a Piſanis cum Almaida Saracenorum vrbe, & Regno, efficitur tributarius. 885.a
Tyri defenſione magna claſſe occurrunt Piſani, ideoque a Conrado priuilegio donantur. 487.c
Toletanus Aſtrologus vaticinatur multa ſimilia ac

de anno 1230. 1011.a
Thomas Fulconus Epiſcopus Senenſis fabricæ, & bonorum operum inſtitutor. 632.b
Tornaboni Florentini plures in Epiſcopatu Burgenſi. 257.c.d
Tortona capta, & diruta a Federico Imperatore. 866.c

Tumuli diuerſorum.

Tumulus antiquus Raynerii Epiſcopi Florentini. 116.d
Tum. antiquus Vitalis Archiepiſc. Piſani. 513.a
Tum. Antonii Card. Caſini. 647.c
Tum. Bindi Petroni Senenſis. 638.c
Tum. Gutteroni Epiſcopi Senenſis. 629.c
Tum. Boni Epiſcopi Senenſis. 629.d
Tum. ſibi factus a Pio Tertio ante Pontificatum dum eſſet Cardinalis. 658.c
Tum. Franciſci Bandini. 659.d
Tum. Germanici Bandini Archiepiſcopi Senenſis. 659.d
Tum. Alexandri Piccolominei. 660.c
Tum. Cardd. Baronij, & Taruſij. 662.c
Tum. Metelli Card. Bichi. 664.a
Tum. Herculis Card. Gonzagæ. 844.c
Tum. Achillis Sergaddi Epiſcopi Maſſæ. 810.d
Tum Vincentii Catalii Epiſcopi Maſſæ. 809.b
Tum. Alberti Card. Bolognetti. 807.c
Tum. Franciſci Franchini Maſſæ Epiſcopi. 806.b
Tum. Bernardini Card. Maffeii. 805.c
Tum. Ioannis Velliterni Epiſcopi Florent. 140.d
Tum Andreæ Mozzii Epiſcopi Florentini. 169.d
Tum. Dantis Poetæ. 184.b
Tum. Franciſci de Silueſtris Epiſcopi Florentini. 193.b
Tum. Iotti Pictoris. 194.b
Tum. Franciſci de Aptis Cardinalis Tudertini. 196.c
Tum. Franciſci Barberini Poetæ, ac Philoſophi. 197.c
Tum. Franciſci Antellæ Epiſcopi Florent. 198.d
Tum. Petri Card. Corſini. 201.b
Tum. Octaui Corſini Archiepiſcopi Tharſenſis. 205.a
Tum. Boccacij Poetæ. 207.a
Tum. Franciſci Petrarchæ Poetæ, & philoſophi. 207.b
Tum. Card. Acciaioli. 208.c
Tum. Card. Bartholomæi Vlarii. 209.b.c
Tum. Fr. Honophrii Viſdomini Epiſcopi Florentini. 211.d
Tum. Card. Franciſci Zabarellæ. 215.c
Tum. Epiſcopi Caurienſis oratoris Regis Caſtellæ. 218.c
Tum. Ioannis Card. Oxonienſis Angli. 218.d
Tum. Card. Ioannis Vitelleſchi. 220.b
Tum. S. Antonini Archiepiſcopi Florentini. 224.d
Tum. Coſmi Medicei. 232.d
Tum. Diotaleuii Neronis. 233.b
Tum. Petri Card. Riarij. 234.b
Tum. Io. Pici Mirandulani. 235.b
Tum. Marſilii Ficini. 235.b
Tum. Antonii Altouiti Archiepiſcopi Florentini. 244.d.
Tum. A. Martii Medices Archiepiſcopi Florentini. 247.d
A Tum. Gaſparis Burgi Epiſcopi Burgi ſancti Sepulchri. 252.d
Tum. Coſmi Gherardeſchi Epiſcopi Collenſis. 266.d
Tum. Fulginei Carboni Epiſcopi Feſulani. 328.d
Tum. Sancti Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani. 330.a
Tum. Fr. Lucæ Manzoli Epiſcopi Feſulani. 333.d
Tum. Bindi Ferraccii Epiſcopi Feſulani. 334.c
Tum. Benotti de Federicis Epiſc. Feſulani. 335.a
Tum. Leonardi Salnati Epiſc. Feſulani. 335.c
Tum. Fr. Guilielmi Bechij Epiſc. Feſulani. 336.c
Tum. Braccii Martelli Epiſcopi Feſulani. 338.c
Tum. Fr. Angeli Catanei Diaceti Epiſcopi Feſulani.
B Tum. Baccii Gherardini Epiſcopi Feſulani. 342.d
Tum. Thomæ Cimenes Epiſc. Feſulani. 343.c
Tum. Guidalaſtes Vergellettij Epiſcopi Piſtorienſis. 371.c
Tum. Andreæ Centoris Epiſc. Piſtorienſis. 374.a
Tum. Fr. Andreæ Boccagni Epiſcopi Piſtorienſis. 374.d
Tum. Donati Medices Epiſc. Piſtorienſis. 376.a
Tum. Laurentii Card. Puccii. 379.c
Tum. Roberti Puccij Card. 381.b
Tum. Io. Baptiſtæ Ricaſoli Epiſcopi Piſtorienſis. 382.c
Tum. Alexandri Cacciæ. 386.a
Tum. Beatricis matris comitiſſæ Mathildæ. 403.b
Tum. Piſanorum occiſorum in bello ſacro. 432.b
C Tum. Rogerii Vbaldini Archiepiſcopi Piſani. 526.d. & 527.a
Tum. Henrici Septimi Imp. 533.d
Tum. Io. Scarlatti Epiſcopi Piſani. 546.b
Tum. Franciſci Card. Moricotti. 547.d
Tum. Barnabæ Maleſpinæ Archiepiſcopi Piſani. 548.b
Tum. Io. Gabrielis Pontremulenſis Archiepiſc. Piſani. 549.d
Tum. Ludouici Cardinalis Benetti Archiepiſcopi Piſani. 552.c
Tum. Petri Riccij Archiepiſcopi Piſani. 574.d
Tum. Alexandri Cardinalis Adimari Archiepiſcopi Piſani. 554.a
Tum. Iuliani Ricci Archiepiſcopi Piſani. 579.d
D Tum. Cæſaris Riarii Archiepiſcopi Piſani. 579.d
Tum. Mariæ Saluiatæ. 584.b
Tum. Cardinalis Angeli Niccolini Archiepiſcopi Piſani. 586.a
Tum. Matthæi Rinuccini Archiepiſcopi Piſani. 590.c
Tum. Caroli Antonij Putei Archiepiſcopi Piſani 591.d
Tum. Iuliani Medices Archiepiſc. Piſani. 594.b
Tum. Alexandri Guidiccioni Epiſcopi Adiacenſis 598.b
Tum. Io. Antonii de Bucis Epiſcopi Alerienſis. 603.b
Tum. Cardinalis Ardicini de la Porta Epiſcopi Alerienſis. 604.c
Tum. Cardinalis Octauii Belmuſti Epiſcopi Alerienſis. 606.b
Tum. Eduardi Cicadæ Epiſc. Sagonenſis. 610.c

Tum.

Tum. Cardinalis Io. Baptiſtæ Cicadæ Epiſcopi Sagonenſis, 611.d
Tum. Cæſaris Contardi Epiſc. Sagonenſis. 612.c
Tum. Donus Dei de Maluolus Epiſc. Senens. 638.a
Tum. Cardinalis Caſini. 647.c
Tum. Caroli Bartoli Epiſcopi Senenſis. 657.a
Tum. Gratiani decretorum collectoris. 728.b
Tum. Matthæi Vrſini Epiſc. Cluſini.
Tum. Gabrielis Piccolominei Epiſcopi Cluſini. 746.d
Tum. Gregorii Magalotti Epiſc. Cluſini. 750.a
Tum. Horatii Spannochii Epiſcopi Cluſini. 753.c
Tum. Angeli Certetani Epiſcopi Groſſetani. 759.d
Tum. Franciſci Bellantes Epiſcopi Groſſetani. 761.a
Tum. Ioannis Peccii Epiſcopi Groſſetani. 761.a
Tum. Raphaelis Cardinalis Petruccii Epiſc. Groſſetani. 778.b
Tum. Cardinalis Ferdinandi Ponzetti Epiſcopi Groſſetani 778.d
Tum. Claudii Burgheſii Epiſc. Groſſetani. 780.d
Tum. Clementis Polli Epiſc. Groſſetani. 781.d
Tum. Antoniorum Cattanorum Epiſcoporum Melſanenſium. 797.d 798.c
Tum. Iuliani, & Gregorii Dati. 801.a.b
Tum. Reginæ Maioricæ. 432.c
Tractatus varii diuerſorum pro componenda pace inter Eccleſiam, & Federicum Imp. 1008.a.c
Tranſlatio corporum Sanctorum Ephiſii, & Potiti. 421.d
Tranſlatio Sanctorum Corporum Senenſi in ciuitate. 626.b.c
Tridentum comburitur ab Henrico filio Federici Imperatoris. 987.c
Turremes Piſanorum in auxilium Contadi Regis Siciliæ. 895.c
Triumphus nauium, & Galeatum Guilelmi Regis Sic iliæ. 867.c
Triumphalia Piſanorum. 851.a
Tudertinus Epiſcopus Rodulphus ſupplendus in ferie Tudertinorum Epiſcoporum adminiſtrat Epiſcopatum Florentinum. 100.d
Turris Piſani templi mira. 397.c
Turrium numerus magnus apud vrbem Piſarum. 393.b
Turris Saracenorum a duobus militibus Chriſtianis expugnata. 835.b
Turris Damiatæ expugnatur. 977.c
Turris incenſa a Saracenis dormientibus cuſtodibus. 936.d
Turres ingentes fabricatæ a Piſanis pro expugnatione Maioricæ. 931.a
Turres Piſis comburuntur. 867.b
Turris caſtellanorum in Vrbe corruit. 1032.c
Turritanæ inuaſiones vindicantur a Sardis. 871.c
Tuſculanum certamen Romanis minus proſpere ſuccedit eum Friderico Imp. 874.c
Tuſcia inueſtitur in Concilio Piſano Ingilberto de Marchis. 865.a
Tuſciæ ciuitatibus Piſas ſupereminere voluit Federicus Imperator. 868.c
Tuſcia opera Piſanorum iurat fidelitatem Federico Imperatori, & eius legato. 869.d
Tuſciæ ciuitatum Rectores apud Cancellarium Federici. 870.c

A

V

Vada caſtrum a Piſanis ædificatum. 870.a
Valderchianſca pecunia recepta a Ianuenſibus, & Lucanis recedunt a Piſanis. 879.b
Valletchii cum Piſanis contra Lucenſes. 876.b
Vallis vmbroſæ Ordinis origo in diœceſi Feſulana, 283.b
Vallis vmbroſæ ordo ſub protectione ſedis Apoſtolicæ ab initio. 283.d
Vallis vmbroſæ ordinis priuilegia Imperialia, & Apoſtolica. 284 a & 286.a
Vallis vmbroſæ ordini Mathilda comitiſſa concedit priuilegia. 307. item 308.c
Vana gloria cui paratur, male lætatur. 902.d
Varii euentus certaminis minus proſperi exercitus Chriſtianorum. 973.b.d
Vbaldina gens præbet fundum pro ædificatione Abbatiæ Boni ſolacii. 44.c
Vbaldus Lanfranchus Archiepiſcopus Piſanus plures labores tulit pro ſua Eccleſia, & primatu. 480.d
Vbaldus Archiepiſcopus Piſanus exulat pro tuitione ſedis Apoſtolicæ. 494.d Eius egregia geſta, ibidem.
Vbaldo Archiepiſcopo Piſano traditur vexillum a Papa, & eſſicitur vexillifer exercitus pro recuperatione Hieruſalem, 888.d
Venefrum captum, Aquinum dominis Aquinis reſtitutum per Gualterium. 966.a
Veneti ac Franchi Iaderam recuperant; Conſtantinopolim obedientiæ Romani Pontificis reſtituunt. 967.b
Veneti Ducis filius poteſtas Mediolani captus a Federico Imp. 1028.c
Venetorum Galleæ infeſtæ Federico eius Vrbes & Nauigia capiunt. 1035.b
Veneti ſociant ſe Piſanis contra Ianuenſes. 890.b
Veneris portus excipit claſſem nauium Piſanorum. 857.d
Verona eligitur pro curia a Papa, & Imperatore vt facilius terræ ſanctæ ſubſidio incumbi poſſit. 981.c
Verius contra bella molientes cauſa excidij caſtri. 962.d
Vexillum datur a papa Piſanis proficiſcentibus ad bellum Maioricenſe. 864.c
Vexillum, & ſpatam tradit Federicus Imperator ciuibus Piſanis in ſignum inueſtituræ ſuper omnes ciuitates Tuſciæ. 468.c
Vexillum datum a Federico conſuli Piſanorum pro ſigno inueſtituræ Sardiniæ. 871.c
Vexillum S. Petri miſſum a Benedicto papa pro inueſtitura Sardiniæ Piſanis. 884.c
Vexillum ſedis Apoſtolicæ, & alia vexilla delata in bello Balearico. 924.a
Vexillibus Piſanis donantur a Pontifice, quæ viuunt. 434.b
Vexillum Piſanorum in Caſſaro ponitur. 855.d
Vgo conſul Piſanorum inueſtitur de Sardinia. 671.c

B

C

D

Vgonis

Vgonis Marchionis tumulo cadauer ex viſione decenter repoſitus. 58. c
Vgolinus comes cum filijs ab Archiepiſcopo Piſano in turri incluſus fame necatur. 526. d
Vgo Vicecomes moritur. 860. b
Vgo de monte magno cum Piſanis. 876. b
Vgo Archiepiſcopus Piſanus concione habita firmat animos multum. 907. b
Vgonis marchionis donationes factæ Abbatiæ S. Marci de Florentia. 50. a & 52. a
Vgonis marchionis Hetruriæ obitus, defertur corpus Florentiam. 57. a
Vguccioni conſuli Piſanorum a Federico Imp. traditur Vexillum pro inueſtitura Sardiniæ. 886. c
Viaregium captum, & dirutum ex conuentione. 884. b
Victor Secundus papa Florentiæ habet concilium, & ibi decedit. 84. a
Vicedomini Epiſcopi qui fuerint olim. 141. b
Vicarius Imperij Carolus Andegauenſis factus a Pontifice. 525. a
Vicecomitum Piſanorum illuſtria facta. 526. b
Victor Antipapa Lucæ obijt. 870. b
Victor Antipapa cum Federico in Alemannia. 869. c
Victoria penes Vngaros cauſa exeidij. 775. a
Victoria Piſanorum de Ianuenſibus in Prouincia. 972. c
Victoria Piſanis parum proſperè ſuccedit. 872. d
Victoria Piſanorum de Lucenſibus. 878. b d
Vicarij Regis Siciliæ in Tuſcia. 892. c 893. c
Victoria Caroli Andegauenſis contra Conradum Regem. 896. b
Victoriæ Piſanorum cedunt plurima caſtra. 893. d
Victa Ebuſina Vrbs a Piſanis. 920. c
Victa Maiorica ingreſſus ciuitatis militibus patet. 929. c
Victoria Maioricenſis completur poſt plurima certamina. 952. c
Vicarium Papę ſe faciens in Vrbe multa extorquet a cruce ſignatis. 990. c
Victoriæ exercitus papæ in terra Laboris. 996. c d
Vicentia capta, & cremata ab Imperatore. 1026. b
Victoria Inſulæ Maioricæ completa expugnatione Caſtri. 855. d
Vido Rex donat Eccleſiæ Feſulanæ plura bona. 284. d
S. Vvido Gerardeſchus obijt Piſis. 435. d
Villanus Archiepiſcopus Piſanus adhęret Alexandro papæ Tertio, ſecedit in Inſulam Gorgonam & illi ſufficitur a Federico Imperatore Benincaſa intruſus. 461. d
Villani Archiepiſc. Piſani Card. exequitur. 477. a
Villanus Archiepiſcopus Piſanus obedire renuit Paſchali Antipapæ. 871. b
Villanus Archiepiſcopus Piſanus deponitur ab Antipapa ſecedit ad Gorgonas inſulas. 887. a
Villa S. Giliæ capta a Ianuenſibus durante pace cum Piſanis. 890. d
Vvilielmi fortia facta. 928. d
S. Virginis aram violans miles areſacta manu recedit. 964. d
S. Viridianæ Virginis obitus. 137. d
Virtutum fundamentum pudicitia eſt. 16. b
Virorum fortium certamina, & obitus varij in bello Balearico. 925. a d
Viterbium ducitur Paſchalis Antipapa a Cancellario Federici. 871. b
Viterbium petit Romanorum exercitus. 992. b & 996. c d
Viterbienſis ager deuaſtatur a Romanis, & e contra a Viterbienſibus idem fit contra Romanos, & eorum amicos. 993. a
Viterbio defendẽdo a Romanis Rainaldus Aquauiua mittitur a Federico Imp. 1016. c
Viterbium petit Federicus Imperator poſt ſuſceptas eius partes. 1034. b
Viterbium Eccleſiæ ſe ſe tradit. 1041. a
Viturclanum Viterbienſes diruunt. 1018. c
Vitelleſcus Cardinalis vir inſignis armis domuit tyrannos. 219. c
Vitelleſcus Card. miſere obijt. 220. a
Vitelleſcus Cardinalis vocatur Pater Patriæ a ſenatu Romano. 220. c
Vnio Græcæ, & Latinę Eccleſiæ in concilio Florentino. 773. a
Vrbani Papæ Tertij priuilegium Eccleſiæ Piſanæ conceſſum. 485. a
Vrbinatium Præſul dum ad poſſeſſionem proficiſcitur flumine abſorptus. 544. b
Vrbeuetanus Hiſtoricus correctus. 739. b
Vrbano Secundo Pontifice ſuſceptum bellum a Piſanis pro recuperatione Hieruſalem. 851. b
Vrbem veterem adoritur Rainaldus Cancellarius Federici. 887. a
Vrbes varię fœderatæ cum Mediolano contra Federicum Imperatorem. 987. c
Vrbes captæ ante, & poſt bellum Hieroſolimitanum. 863. d
Vrni caſtrum traditur Piſanis. 865. d
Vtribus inflatis pro naui vtitur Hala electus Rex Maioricæ profuga. 951. a
Vngaricum bellum contra Turchas adminiſtratur infelici exitu morte Regis, ac Cardinalis Cæſarini legati Apoſtolici. 774. a d

X

XEnodochium S. Spiritus Piſani fundant pro pœna, & pœnitentia ab Alexandro papa IV. eis inflicta quia adhæſerunt Federico Imperatori contra Eccleſiam. 519. d
Xenodochium S. Spiritus Piſanum priuilegio decoratur ab Alexandro papa Quarto. 519. a & 521. b
Xenodochium celebre in ciuitate Senenſi. 620. a

Y

YSchia capta, & deuaſtata. 865. b

Z

S. Zenobij Epiſcopi Florentini vita ex vetuſto codice Laurentij Amalphitani. 15. a d
S. Zenobius diuinitus electus. 17. a
S. Zenobij obitus contemporaneus SS. Ambroſij & Auguſtini. 25. b & 26. b

APPENDIX

Ex additionibus, & correctionibus ad Tertium Tomum eiuſdem FERDINANDI VGHELLI.

FLORENTIN.

Pag. ante primam ſignaturam, *lege* Index Alphabeticus ARCHIEPISCOPATVVM, ET EPISCOPATVVM, *pro* Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.

Pag. 8. l. 44. *lege* duoa, *pro* duo, & *pro* quatum vna, *lege* quorum vous, & l. 55. *lege* alterum, *pro* alteram.

Pag. 33. l. 26. poſt illa verba moonmenta *adde* & ibidem legitur in tabella hæc peruetuſta inſcriptio.

805

VIIIV. Die VI. Aprilis.
In reſurrectione domini Karolus
Francorum Rex
a Roma reuertens ngreſſus Florentiam
cum magno gaudio & tripudio ſuſceptus
ciuium copiam torqueis
aureis decorauit & in Pentecoſtem fundauit
Eccleſiam ſanctorum Apoſtolorum
in altari incluſa eſt lamina plumbea in
qua deſcripta apparet
præfata fundatio & conſecratio facta per
Archiepiſcopum Turpinum teſtibus
Rolando, & Vliuerio.

Pag. 38. l. 12. *lege* donabatur, *pro* donabantur.

Pag. 93. l. 36. *lege* ad priſtinam viuendi, *pro* ad priſtinam : viuendi, & *dele* illa duo puncta.

Pag. 94. l. 30. poſt illa verba Florentini, *adde* iſta alia verba, *venit de Papia Florentiam*. eadem pag. l. 41. *lege* ſaniorem *pro* ſaniorem.

Pag. 113. l. 23. *lege* ſanctam, *pro* anctam.

Pag. 156. l. 16. *lege*, Turri, *pro* Tarſi.

Pag. 172. l. 34. *lege* Mortui, *pro* mooreui. eadem pag. l. 43. *lege* extorres, *pro* exorres.

Pag. 187. l. 6. *lege* Combrella, *pro* Combrallę.

Pag. 193. l. 58 *lege* portam, *pro* porta.

Pag. 194. l. 40. *lege* Lælius, *pro* Cœlius.

Pag. 215. l. 7. *lege* Ioaooes, *pro* Ioannem.

Pag. 223. l. 16. *lege* Architectonicæ, *pro* Architectonicæ.

pag. 225. l. 21. *lege* defuncti, *pro* defuocto, & l. 31. *lege* laudatus, *pro* laudamus.

pag. 248. l. 24. *lege* morbum, *pro* moabum.

BVRGENSES.

pag. 249. l. 32. *lege* collocatam, *pro* collocatum.

pag 250. l. 12. *lege* diuinitus, *pro* diuinitua. l. 55. *lege* temporalis, *pro* temporis, & l. 61. *lege* adſcendentes, *pro* adſcedentes.

pag. 251. l. 54. *lege* mentæ, *pro* meoris.

A pag. 257. l. *lege* æque, *pro* æques, l. 17. *lege* 1539. pro 1636. & l. 31. *lege* ſenio, *pro* ſenis.

FESVLAN.

pag. 270. l. 4. *lege* quæ, *pro* qua.

pag. 304. l. 33. *lege* Tranſmuodus, *pro* Iacobua, eadem pag. l. 27. poſt illa verba, decima tertia, *adde* a capite lineæ. Idem Tranſmundus anno 1070. Eccleſiam Abbatiæ S. Gaudentij conſecrauit, eidemque plura bona attribuit cataque habuit, quæ ab Atenulpho, & Iacobo ſuis prædeceſſoribus dono data fuerant, eo monumentum ex eodem tabulario deſumptum.

B *In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.*

Tranſmundus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, Vuidoni Abbati Eccleſiæ S. Gaudentij ſuiſque ſucceſſoribus monachis ibidem ordinandis, omnibuſque communiter iuxta ſancta regula S. Benedicti victuris in perpetuum. Quoniam omnipotentis dignatia ſuo gratuita munere ad hoc noſtram humilitatem dignata eſt prouehere quatenus per nos Feſulanam diœceſim adminiſtraret, indeficiens rationabili omnium ducimus ſpeciali regminis noſtræ curæ commiſſæ Feſulanæ Eccleſiæ cang·uenti prouiſione impendere ingiter, ſic namque doctoris gentium imitari valebimus facile documentum pro viribus noſtris, qui bonum impartiri omnibus iu-
C *bet opus ad domeſticos fidei maxime, cum pro naſtris viribus diuino cultui loci dicatis digna prouidemus obſequia, vt indefeſſa laudatio in eis celebretur per omnia ſecula. Sed quia lapidei parietes non ad hoc ſunt conſtituti, vt Deo poſſint dignas promere laudes, congruum perpetuo videtur ad diuini operis perfectionem monachorum circa venerabilia loca ordinare ſedulam frequentationem, qui niſi terrenis temporalis ſubſtantiæ ſtipendijs idoneis vix poſſunt exiſtere cultibus diuinis, cum ipſe mundi conditor ſecundum humanam vnitatem ſibi namque dignatus eſt perferre ſitim, & eſuriem. Ad gloriam itaque illius, per quem viuimus & ſumus, pretioſiſſimi confeſſoris Chriſti Gaudentij Baſilicam, veſtro quidem hortamine pulchra ſpecie in-*
D *ſtauratam proprijs manibus reddidimus dedicatam, quam nudam ſine dote dimittere indignum valde indicauimus Epiſcopali ſoliditate, cui præcipue competit pia ſolicitudine ſubuenire. Adſiſtentium ergo fratrum hortatu proprio quoque conſilio roborati præſente populo ab noſtram quoque deuotionem, denique propter totius populi ſalutem a nobis conſecrato altari prædiorum quæ a noſtris prædeceſſoribus ſcilicet Iacobo & a domino Atenulpho bonæ memoriæ Epiſcopis data ſunt, & nos modo donamus, terram de S. Ditalo, quæ de vna parte eſt terra filij Vuidonis, de alia parte via publica de tertia parte ſeuæ, de quarta parte muſca inſuper vinea quæ eſt poſita in mõte Gaudentij, quæ de vna par-*

te decurrit ei via publica, de alia via eſt amembrata cum terra S. Gaudentij, de tertia parte foſſa de caſtello, de quarta parte eſt ortinus riuus. Praeterea liberum eundem venerabilem locum Epiſcopali ſanctione perſiſtere iubemus. Nec liceat alicui magnæ paruæque perſonæ ibidem aggregatos monachos de honeſtate, & placitando infeſtare vel debitum tributum ab eis exigere ſeu aliqua occaſione res ſibi conceſſas, ſiue concedendas inuadere, ſubtrahere diminuere ſicque immunis prædictus locus ab omni penſione ſub S. Gaudentij tuitione: nullique ſubijciatur dominio niſi Feſulani Epiſcopi, ſi quis auſus fuerit confringere hoc noſtrum præceptum, deſcendant ſuper eum omnes illę maledictiones niſi admonitus ſatisfecerit; quas in Deuteronomio ſanctus deſcripſit Moyſes, atque interficiat eum Dominus ſpiritu oris ſui, ſicut Dathan, & Abiron, quos viuos terra deglutiuit. Et ſi quis obſeruauerit, omnes orationes, quæ in ſupradicto libro ſcriptæ ſunt, ſuper eum veniant. Amen. Hoc factum eſt anno ab Incarnatione Domini 70. *poſt mille, indictione* 8. *feliciter.*

pag. 328. l. 35. *lege* ſedit, *pro* ſedi.

pag. 332. l. 30. *lege* ipſiuſque *pro* ipſuſque.

pag. 336. l. 20. *lege* ſectetarium, *pro* ſecretarius.

pag. 342. l. 24. poſt illa verba *illuſtris*, *adde* Paulo V. regnante diuerſarum prouinciarum.

PISTORIENSES.

pag. 376. l. 34. *lege* Abbatia, *pro* Abbaris.

pag. 278. l. 18. *lege* Laurentius, *pro* Robertus.

pag. 379. l. 17. *lege* fioit, *pro* fuit.

PISANI.

Pag. 397. l. 18. *lege* collationibus, *pro* collectionibus.

Pag. 406. l. 13. poſt illa verba *Lanuenſes expulerunt*, ibidem *dele* illa verba 34. VGO, & loco eorum *adde* Vvidovero, eadem pagina l. 20. poſt illa verba pepererunt, *adde* Vvido tandem poſt multos pro ſua Eccleſia exantlatos labores ex hoc ſæculo migrauit eodem anno 1019. ea vulnere quod acceperat ab inimicis ſuis, ſepultuſque fuit apud Caſtrum Citorium ſuæ diœceſis: poſt cuius exceſſum Piſana Eccleſia per annos fere viginti ſine paſtore fuit. Idem refert Vberti Archiepiſcopi Piſani monumentum, quod inter noſtra domeſtica documenta repertum ex ſæpe citato Vaticano Codice deſumpta, hic exhibemus ad rerum antiquarum veritatem poſteris mandandam: ſic enim ſe habet,

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.

NOs Vbertus Dei gratia Piſanorum Archiepiſcopus atque Conſul, recordationem facimus de iure plebium Piſanorum, & contractatas, vt eas olim noſtri anteceſſores habuerunt, & poſſederunt, & qualiter ab eis alienatæ fuerint, ſicut in ſcriptis inuenimus; & ab antiquioribus audiuimus. Tempore igitur Guidonis Epiſcopi noſtri prædeceſſoris filij quondam Teuchi de Tranalla, noſtra ciuitas à Paganis deſtructa permanſit Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo decimoquinto, abeunte Epiſcopo ſupradicta noſtra ciuitas fere per annos viginti abſque paſtore extitit; ſicque Lucen. Epiſcopatus rogatu Canonicorum noſtrorum, Clericos plebium noſtrorum ordinans, Eccleſias dedicans, noſtras

A *plebes cum Comitatus parte ſui cum ciuibus atque ſequacibus fraudulenter ſubtraxit, ſibique retinuit, nomina earum plebium, de Epiſcopatu ad Comitatum pandamus, quo iure proprietate prædeceſſoris noſtri animæ, & corporis retinuerunt. Fuit enim terminus inter nos & Florentinos qui Petrafitta vocatur, vbi in lapide marmoreo, qui adhuc extat, iſtæ litteræ habentur, & adhuc vigent: Titus Flaminius, & Titus Quintus Conſules Piſæ Milliario trigeſimo ſecundo hic poſuerunt fines ſuæ ciuitatis; ab hinc finis eſt noſtri Epiſcopatus & comitatus plebium. Ergo nomina ſunt hæc: prima Emappolis, quæ, corrupto nomine, nunc Empolis dicitur, cum ſuis, confinibus; quam Guido Comes Decimi q. ſubtraxit tempore Gerardi Florentini Epiſcopi. Secunda Burgius geneſi, quam Corradus Lucenſis Epi-*
B *cepus pignoris loco pro quinquaginta libris ſubripuit anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, quam ad hoc Epiſcopus noſter prædeceſſor paratus fuit ante terminum conſtitutum recolligere, debitumque perſoluere; ipſe vero minime recipere voluit. Taliter quidem poſteſſa eſt tertia fabrica. Quarta Coian. Quinta Corraten. Sexta Barbinaſia. Septima Muſian. Octaua Lauianenſis. Nona S. Geruaſius, Decima Padulenſis. Vndecima Planenſis. Duodecima Trianenſis. Tertiadecima Milianenſis. Quartadecima Tripallenſis. Quintadecima Gellenſis. Sextadecima Aquenſis. Septimadecima Sibillianenſis. Ex alia parte inter nos, & Lucenſes terminus eſt vbi dicitur Porta beltrade; vbi noſtri Epiſcopatus, & Comitatus finis imponitur; ex qua parte Guido Lucenſis Epiſcopus quandam plebem, quæ dicitur Ceruaria, nobis itidem violenter rapuit ſibique re-*
C *tinuit. Et ex ea parte inter alias tres nobis quas Lucenſes fraudulenter inuaſerunt. Prima quidem dicitur S. Felicitas: Secunda Camaiora: Tertia Litio. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexto, ſimiliter inter nos & Vulterranenſes terminus eſt qui Crufera dicitur, vbi maximus lapis fixus eſt; ibi finis eſt noſtri Epiſcopatus & Comitatus; ex ea parte Teclmas. Vulterranenſis Epiſcopus ſeptem plebes iniurioſe ſubtraxit. Prima, quæ dicitur Fabrica: Secunda, Pecciolenſis: Tertia, Pinienſis; Quarta Pauanſis: Quinta Patrienſis. Sexta Riualſenſis: Septima Geianenſis, quæ ſupraſcripta eſt; & ſunt nomina plebium quas nobis Lucenſes, & alij ſupraſcripti Epiſcopi rapaciter & doloſe ſubripuerunt, anno Domini milleſimo quinquageſimo quarto, iam poſt deſtructam Ciuitatem ab Agarenis ab inſidiatoribus ſuis extracta frangenorum rupta eſt, & pontes fracti*
D *ſunt: Nobilitas ſupradicti Epiſcopi Guidonis fere poſt quinque annos plebes de Epiſcopatu ſuo viſitas eaſque circa Piſanum montem: ſunt quoque apud plebem, quæ Computum nuncupatur exiſtente poſtea per inſultum ab æmulatoribus ſuis vulnere percuſſus eſt, & ſic fugam petijt. Voluit recuperare apud Monaſterium, quod Sextus dicitur, ſanctitas Venerabilis Gualfredi quondam Eracanſi cum Vxore eius Ellruda, & filij ſuis nobiliſſimis Piſanis ciuibus ædificauit cum ſeptem alijs cœnobijs, ſed minime recuperare, abijt apud caſtrum quod Cintoria vocatur, ibi ex vulnere mortuus eſt, & ſepulchrum eius adhuc ibi manet; & poſt obitum eius ſupradictus Corradus Lucenſis Epiſcopus tempeſtiue per vim abſtulit. Et alius terminus eſt ab exitu riui qui Contenſa dicitur, ab hinc vſque ad portam Beltrade, ibi finitus eſt antiquitus noſter Epiſcopatus & Comitatus anno milleſimo decimo nono; vnde noſtri prædeceſſores*

ſeret. Epiſcopi & Conſules, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & regimini querimoniam fecerunt; vnde adhuc quamplures teſtes Clericorum, Laicorum, Procerum, & Militum viuentes habemus; etiam querimonia facta eſt ſupremis Pontificibus Victori, Nicolao, Alexandro, Gregorio Secundo, Vrbano, & Innocentio Secundo.

Eadem pag. eademque linea, poſt hoc monumentum, *dele* Cœterum optimi Epiſcopi ſtudio, & loco eorum *adde* Cœterum optimi Vvidonis Epiſc. morte ſequuta à Ioanne XIX. etc.

pag. 407. l. 47. poſt illa verba *madio ind. 5. dele* ſub Hugone Præſule, loco eorum *adde* ſede Piſana vacante, & l. 50. *dele* haud diu Hugo ſuperſtes fuit. Deinde 34. VGO poſt diuturnum interregnum Piſanæ Eccleſiæ gubernaculis admotus eſt circa ann. 1038. qui haud diu poſtea ſuperſtes fuit.

pag. eadem l. 52. *lege* ann. 1041. *pro* 1031.

pag. 459. l. 23. poſt illa verba Villanus Villanius, *adde* ſeu de Caietania peruetuſtæ, ac nobiliſſimæ familiæ Piſanæ, ciuis.

pag. 494. l. 44. *lege* ſuppetias, *pro* ſuppetitias.

pag. 518. l. 49. *lege* Prælatorum, *pro* Prælatarum.

pag. 528. l. 12. poſt illa verba 54. Ioannes de Prouincialibus, *adde* ſeu de Caieranis nobilibus.

pag. 535. l. 58. *lege* Archiepiſcopus. *pro* Archiepiſcopatus.

pag. 547. l. 18. *lege* ab auunculo, *pro* à patruo, ibidem l. 22. *lege* auunculus, *pro* Patruus.

pag. 551. l. 9. *lege* Scalenſes, *pro* Salenſes.

pag. 573. l. 44. *lege* en, *pro* &.


pag. 582. l. 2. *lege* Hiſpanæ, *pro* Hiſpaniæ.

pag. 585. l. 24. *dele* Licianenſis, *pro* Liuonenſis.

ADIACENSES.

pag. 599. l. 64. *dele* anno 15 7. *adde* anno 1582. die 18. Nouemb. poſt cuius obitum Gregorius XIII. ad nouam Cathedralem à fundamentis erigendam Epiſcopatus redditus ad tempus attribuit, & pro Epiſcopo Apoſtolicum Vicarium Ioſeph Mascbardum Sarzanenſem dedit, ille ipſe qui, vt erat vir doctiſsimus, de probationibus ſcripſit, & à Sixto V. huius Eccleſiæ Præſul deſignatus ann. 1587. Romæ defunctus eſt, antequam conſecraretur.

pag. 66. linea prima *dele* quod diximus, deinde *adde* à capite lineæ vnà cum inſignibus Iuſtinianæ familiæ.



25. IVLIVS Iuſtinianus poſt Guidiccionem, Adiacenſem Epiſcopatum iniit ann. 1587. die 28. menſis Septembris. Is ex dominis Inſulæ Chia

A Petri & Mariæ ſororis Card. Vincentij Iuſtiniani filius, Balthaſaris Venuſini Epiſcopi, Scipionis, Cornelij, Herculis, & Hippolyti germanus frater, eorum videlicet, qui à Solimanno Turcarum Imp. poſt ſubactam eam Inſulam ann. 1566. Conſtantinopolim cum decem & octo alijs Iuſtinianæ familiæ ſpectatæ virtutis adoleſcentibus in ſeruitutem abductis, cum fidem Chriſti abnegare renuiſſent, verberibus, & flagellis laniati, vitam pro Chriſto fortiter cōſummarunt, de quibus Boſius in hiſt. Milit. Hieroſolymit. p. 3. lib. 36. & Spondanus in Annalibus Eccl. tom. 3. ann. 1566. num. 8. *Cum vnus & viginti* (ait) *Iuſtinianæ familiæ pueri ex alacrioribus, & magis viuidis Conſtantinopolim abducti, inter Solimanni ephebos enutriendi tenti fuiſſent, & circumciſi; nullus tamen eorum in tenere*

B *illa ætate induci potuit ad fidem abnegandam. Vnde virgis duriſsime cæſi, pæne omnes interierunt, quorum vnus ſub morte aſtrictus digitum attollere in ſignum abiuratæ fidei, e contra ita digitos ad pugnum ſtrinxit, vt neque viuo, neque mortuo manus amplius aperiri potuerit.*

Sed de ijs quatuor Iulij fratribus ita cecinit Octauianus Saulius Toga, & Sago vir eximius lib. 2. ſelectionibus de Iuſtiniana familia loquens.

Ante alios celebres diuino numine Diui
Scipio, & Hippolytus, Cornelius, Hercule iuncto,
(Quos cernis fratres) fera poſt tormenta, cruentum
Martyrium paſſi, immanis quo Thracia tellus
Sæuijt in mites agitata furore fideles.

Cæterum Iulius vna cum Parentibus cæteriſq.

C ſuperſtitibus fratribus è patrio ſolo apud Theodoſiam vrbem (vulgo Caffam vocant) a Solimanno relegatus, pauloque poſt ab eatum liber factus Romæ ſub auunculi Card. diſciplina adoleuit, omniumque virtutum genere imbutus, ex Abbate ſeculari, a Sixto V. ad Epiſcopatum euocatus, eam vrbem humili comitatu ingreſſus eſt die 12. maij 1588. ita pietatem coluit, vt inter eius æui optimos Præſules recenſeretur: nec deſunt qui ſcribunt, & viuum, & mortuum ſigna dediſse præcipuę beatitatis inſignia. Gregem ſibi commiſſum pauit, & verbo, & exemplo ad ſtuporem, clerum Eccleſiaſticis diſciplinis erudiuit, populum ad pietatem enutriuit, cuius eximię in pauperes liberalitatis, æterna apud poſteros erit memoria. Religioſos viros præcipue ſocietatis Ieſus Patres ad pieta-

D tem, & eruditionem natos fouit quam qui maxime, euocauitque ad eam vrbem proprijs in ædibus ad clerum populumque erudiendum, Collegiumque deſtinarat, quod ſucceſſor Fabianus deinde fundauit. Franciſcanos ſodales ſtrictioris obſeruantiæ amplexus locum dedit extra vrbē ad cœnobium ædificādum. Cathedralem Eccleſiam pretioſis indumentis, alijſque ex auro, & argento donarijs nobilitauit: mēſæ Epiſcopalis redditus liberaliſsime diſperſit in pauperes, & in Clericos Seminarij alumnos velut pater: ſynodis, quas ſæpe coegit, prauorum hominum mores legibus ſanctioribus compeſcuit, & luſtratione ſuæ diœceſis aſſidua Eccleſiam ſuam, Inſulæ totius Corſicæ ſpectabilem reddidit. Præfuit nouem, & viginti annis vtiliſſime, & ſumma cum ſui nominis laude. Liburni in Hetruriæ nobili portu deceſsit, dum

Romam peteret anno ſalutis 1616. die 28. aprilis ibique ad tempus in maiori Eccleſia tumulatus, adunius ob probitatis & ſanctimoniæ famã toto cõcurrente populo, vbi iacuit quatuor omnino ann. translatus deinde anno 1620. opera Fabiani ſucceſſoris in ſua cathedrali, adhuc non ſine diuinæ gratiæ dono integrũ, & in carne cadauer, de quo inter cæteros extant Octauiani Saulii eodem lib. 2. ſelectioribus carmina.

Iulius hos ſequitur caput Adiacenſis Ouilis,
Inter perdurос traxit qui luſtra labores,
Inſignis pietate, & ſeruantiſſimus æqui.

In eius corporis tranſlatione Patres Societatis Ieſu ſequentem inſcriptionem, eo in loco vbi Iulij cubiculum fuerat, nunc Collegij Eccleſia appoſuere.

Viator ſuſtine
gradum, dolorem, lacrymas,
& vide diuini amoris, artes vbi olim
Iulius Iuſtinianus, ibi nunc habitat
Ieſus.
Decertat cum amore amor in Ieſu
Iulius videns, & in Iulio
Ieſus habitauit.
Pro Iulio in Cælum diſcedente
hic habitat Ieſus.

26 FABIANVS deinde Iuſtinianus Ianuenſis, defuncto Iulio creatus eſt Epiſcopus Adiacenſis a Paulo Quinto anno 1616. die 5. menſis iulii. Is ex eadem Iuſtiniana familia Ianuæ natus vir apprime doctus, & ſumma bonitate, & prudentia præditus, Romæ inter Patres Oratorii ſancti Philippi Nerii adſcitus a Paulo eiuſdem nominis Pontifice pro Adiacenſi Eccleſia inter multos ſelectus, vt deceſſoris digniſſimi memoriam moribus, doctrina, & exemplo ſolaretur, id etiam petente Benedicto Card. Iuſtiniano, qui hominem ex intimo nouerat. Hic cum ad huius Eccleſiæ gubernationem vocaretur, honorem ſibi oblatum primum humillime deprecatus, obedientia deinde coactus inuitus ſuſcepiſſet, deceſſoris ſui ſpirantia adhuc ſectatus veſtigia, Patres Societatis Ieſu in vrbem Adiacenſem inducens locum ad Collegium eligendum a Iulio deſignatum conceſſit, vt eorum doctrina, & bonitate clerus, cæteriq. ciues erudirentur, impellerenturq. ad virtutes, vbi vnanimi conſenſu eum gaudio receptus eſt. Nil ille habuit ſanctius, quã quod labore cõtinuo, & diligentia paſtorali vetuſta, tum ex ſuggeſtu docendo, tum clerum ad Eccleſiaſt. diſciplinas alliciẽdo, ſynodi frequentia, & diœceſis luſtratione, cæteriſque Chriſtianis imbuerentur moribus. Fecit quod docuit, perſuitq. aſſidua vigilantia pater pauperũ, cleri lumẽ annos vndecim laudabiliter, & vtiliter, vt poſteris ſucceſſoribus boni Paſtoris exemplar futurus ſit. Obiit anno 1627. ætatis ſuæ 49. relinquens poſt ſe, & bonitatis adhuc ſpirantia exempla, & ingenii ſui perplura monumenta: *Commentaria* ſcilicet *in ſacram Scripturam, eiuſque vſu atque precibus, Tobias explanationibus hiſtoricis, & documentis moralibus explanatus: Index vniuerſalis Alphabeticus in quacunque materia: Conſtitutiones Eccleſiaſtica ex ſelectiorib. canonica diuinaq. legis monumẽtis.* Quæ extant typis excuſa Romæ in celebri Valicellana bibliotheca quã ipſe dum ibidem Deo ſeruiturus maneret, non ſine labore diſtinxit in pluteos.

ALERIENSES.

Pag. 603. l. 4. *lege*, 1475. *pro*, 1455.

pag. 607. l. 12. poſt illa verba Alerienſis, de Decio Iuſtiniano *adde*, Natus eſt Decius Meſſanæ in Sicilia an. 1580. patre Anſelmo, & Hieronyma Iuſtinianis ex condominis Chiæ inſulæ a Solimãno Turcarum Imp. ab ea inſula extorribus; Ordinẽ Prædicatorum amplexus eſt in conuentu ſancti Dominici Meſſanæ. quinto decimo ſuę ætatis anno, ex Io. Baptiſta Decii nomen accepit, in omni optimarum virtutum genere excelluit, idcirco per varias ordinis præfecturas excurrens omnibus carus fuit. A Paulo quinto nec ipſo cogitante Alerienſis declaratus Antiſtes anno 1612. Egregiè auxit, & illuſtrauit cultu diuino eam Eccleſiam, vir vt eximie doctus, ac prudens & præcipua bonitate, ac vitæ ſanctimonia clarus erat, eloquentia conſpicuus tanta, vt qui aſſidue in cathedrali concionatorem audirent, alterũ Chriſtianæ fidei in ea inſula fundatorem appellarent. Pauperes fouit, ita vt ipſe pauperrimus appareret, in eos enim redditus ſuos diſperſit liberaliſſime, clerum ad Eccleſiaſticas diſciplinas allexit exemplo magis quam verbo, die noctuque ad diuinas laudes canendas aſſiſtens, Sacrarium Eccleſiamq. cathedralem auxit indumẽtis precioſis & illuſtrauit liberaliſsime. Ad grauiſsimas ſimultates, quæ in ea inſula nimium familiares ſunt, non ſolum delendas, verum ad animos in mutuum amorem demulcendos impiger fuit. Alia plura laudabiliter operatus eſt, Iulii, & Fabiani Adiacentium Epiſcoporum exemplo, quæ recenſentur inter varia monumenta, quæ extant apud Abbatem Michaelem Iuſtinianum olim eiuſdem Decii affinẽ, & generalẽ Vicarium virũ doctum, & eruditũ amicũ noſtrum, qui Iuſtinianæ ſuæ, inſulæq. Chiæ hiſtoriam molitur. Deceſſit vt vixerat ſanctiſſime die 21. nouemb. 1642. ſepelitur in ſacello ſancti Michaelis Archangeli a ſe conſtructo, & annuo cenſu dotato apud Eccleſiam ſancti Anſelmi Campilaurei, quæ pro cathedrali habetur, non ſine populorum dolore, & lachrymis, cuius memoria apud poſteros in benedictione erit.

SAGONENSES.

Pag. 609. l. p. *lege*, Gualconus, *pro*, Galeonus.

pag. 610. l. 3. poſt illa verba deceſſit autem 1493. *adde*. Hic ille eſt Laurentius Sagonenſis Epiſcopus, ad quem extat Ode de Laudibus Italiæ Antonii Geraldini Amerini Poetæ laureati, & Protonotarii Apoſtolici Hiſpaniarum Regis a ſecretis, nepos Angeli Epiſcopi Sueſſani, & Caminenſis viri clariſsimi, frater Alexandri Epiſ. Vulturarienſis, & primi inſulæ ſancti Dominici Antiſtitis, quorum egregia monumenta extant m. ſ. apud Honophrium Geraldinum de Catenacciis I.V.D. Amerinũ qui ſcripſit, ſed nõ edidit, de dignitatibus Eccleſiaſticis tractatus aliquot erudite ad Io. Coſmũ S. Stephani equitem

A tem Vmbriæ, & Priorem, Sereniſsimi Magni Ducis Hetruriæ Domus magnum Præfectum virum nobilitate generis, prudentia, & bonitate eximium, ſed ode in Laudibus Italiæ Antonij ad Laurentium noſtrum Sagonenſem Epiſcopum in lib. 1. Lyricorum ode 15. eſt huiuſmodi eruditiſsima.

Suſpirat tenues ruſticus hortulos,
Et fumoſa nigris tecta palilibus,
Vna luce moratus
Inter delicias toga.
Sic Romana petens mœnia barbarus,
Seu ſit Sarmaticum natus ad Euxinum:
Seu ſit verna niualis
Ryphæo genitus iugo:
B *Feſtinat tumulos acer in aſperos,*
Et præceps patrias prorui̇t ad niues:
Qui mox alpibus hæret
Humanas negligens opes.
Quid mirum eſt igitur frater Laurenti
Si deſiderio non minus intimo
Annis pluribus abſens
Natalis moueor Soli
Mæorum ſiluis id Maro prætulit
Eois opibus ditius aſſerens
Pulchro Gange vel hermo
Bactris prorſus, & Indicis
At qua Nilus agros fertiles irrigat,
Et qua ſe Tanais lubricus exerit,
Vel qua littora veneus,
Vſque a Gadibus alluit.
C *Non vidi peragrans quicquam pulchrius:*
Non vſquam inuenio, quod mage luceat:
Seu fœlicia Cœli,
Seu terra numeres bona.
Nam cœlum tenero lumine blandiens
Orbi purpureum temperat Aetherem.
Quem nec congelat arctos:
Diſſoluit neque Syrius.
Hinc ſe temperies ſuauior inſerens
Per mentem hominum latius influit.
Clarique ætheris hauſtus
Illuſtrant animos virum.
Hic ver florigeris flatibus intepet,
Hic lætas varijs meſſibus arbores
D *Pomis bis grauat annus:*
Binis horrea meſſibus.
Glauca flaua Ceres æmula Palladi
Certat muneribus vincere Liberum.
Et natura repertis
Prudens vincitur artibus.
Nam quid per medios mœnia gurgites
Aeternis referam condita molibus?
Summis rupibus vrbes
Mirando celebres ſitu?
Quid fontes memorem? ſtagna, lacus, ſinus:
Et conſtructa nouis æquora portubus?
Quid deducta remotis
Narrem flumina ſedibus?
Vix ædes populis; vix locus ædibus:
Vix ſunt reddita naualia claſſibus.
Stant armenta per agros.
Nec ſyluæ capiunt greges.
Hinc bellatorum equus plurimus exilit,

A *Hinc cultus, & opes largius effluunt*
Hinc eruiſa metalla
Laſſant artificum manus
Armis Heſperia eſt vndique nobilis.
Hæc terras alias armat, & inſtruit.
Hæc ſe viribus effert
Altis ingenijs potens.
Quid quæ tota ſuis aurea turribus
Munitur gemini margine littoris?
Apenninus, & arce
Natiuum imperium notat?
Nimirum ergo plagis ſi caput omnibus
Si princeps regio gentibus Italia eſt
Sidat iura ſubactis
Tellus regibus Auſonis.
B *Nec mirum, quæ amor me patriæ grauis*
Affectu renouat ſæpe ſolubili.
O gens cognita diuis.
O tellus ſuperum parens.

SENENSES.

Pag. 609. l. 20. *dele*, ſeſeque in Hetruria, loco eorum *lege*, neque Hetruriam.
pag. 617. l. 10. *lege*, Panem, *pro*, pana.
pag. 627. l. 53. *lege*, Sergardius, *pro*, Sergandius.
pag. 625. l. 25. *lege*, ſecundus, *pro*, tertius, eadem pagina l. 45. poſt illa verba, vniendam deduxit,: *adde*, Auæ vero donationis monumentum eſt huiuſmodi, ex origine deſumptum in Archiuio eiuſdem monaſterij.

IN NOMINE DOMINI AETERNI.

C *ANno ab Incarnatione eius 1001. regnante Domino noſtro Othone, gratia Dei Imperatore Augusto, filio item Othonis glorioſiſsimi Imperatoris, nepote item Othonis Sereniſſimi Imperatoris anno imperij eius in Italia quinto pridie nonas februarij indictione decima quarta, quoniam dignum eſt ad maiorem Dei gloriam conditum hominem, nō ſolum corporeum terminum cogitare vitæ, ſed cum quo fructu operum, hinc exeat in æternum victurus ſedulè pertractare. Debet quiſque agere, quo ſeliciter in beatos Regno & eſſe valeat, & viuere. Qua propter ego in Dei nomine Aua filia bonæ mem. Zenouij, qui fuit comes, relicta, bonæ memoriæ Ildebrandi filio, bonæ mem. Ialfredi, qui fuit vir meus, & modo velamen ſanctæ Religionis induta ſum, & in domo permaneo prædicti viri mei, & in Mundeo* D *Zegrini, Beuzij germanis filijs, & Mundoldis meis permanere viſa ſum per miſericordiam Dei, & per eorum conſenſum, vna inſimul in proprijs rebus noſtris a fundamentis ædificare fecimus ſanctam Aulam in honorem Domini, & Saluatoris I.CH. & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, B. Io. Euang. & beati Benedicti, & etiam ipſa ſancta Aula poſita in loco, quod dicitur Inſula prope Burgo nouo iuxta lacum, modo vero recogitantes de Dei magna miſericordia, & retributione æterna, S. Monaſterium ibi conſtituimus, & confirmamus, & donamus, atque offerimus, & tradimus ad ipſum ſanctum & venerabile Monaſterium per hunc ſcriptum, datis, de rebus noſtris proprijs I. Eccleſia ſancti Chriſtophori monaſteris, quæ eſt poſita prope ipſo Burgo cum omni pertinentia, & adiacentia ſua, vna cum Caſia, & Caſinis, & rebus maſſaricis, qui ſunt quadraginta, & duo. Quinque ex ipſis ſortis, & rebus ſunt in loco Traſqua, vna regitur per Ioanne, alia per Stephano, tertia per Ioanne, quarta per Martino, quinta per Silueſtro, &*

Petro,

Petro, & ipſo Domicato pro vna ſorte quæ regitur per prædicto Stephano, ſeptima in Gerna, quæ regitur per Petro, & Martino, octaua, nona, & decima in Norellito, vna regitur per Petro, alia per Sutlico, & tertia ſimiliter vndecima Domicato, qui regitur per Martino, duodecima, decima tertia in monte Rotundo, vna regitur per Gioiolo, alia per Dominico, decima quarta in Sutlico regitur per Vrſo. decima quinta, decima ſexta in valle Maiore, vna regitur per Petro, alia per Ioanne, decima ſeptima in Lipedito, regitur per Andolpho decima octaua in Caſale, regitur per Ioanne, & Stephano, decima nona in Gemano, regitur per Leo. Vigeſima in Alli, regitur per Leo. 21. & 22. in ipſo loco Alli, vna regitur per Azzo presbytero, alia per Leo, 23. & 24. in Albarito, vna regitur per Azzo, alia per Petro, 25. in Domicato, in ipſo loco Albarito, 26. & 27. & 28. in cap. vna regitur per Martino, alia per Petro, tertia Ab. 29. 30. & 31. in ipſo loco Inſula prope ipſo monaſterio 32. & 33. vna regitur per Petro presbytero, alia per Leo, 34. 35. & 30. in Coranano, vna quæ recta fuit per Oddo, alia per Ioanni clericis, 37. in Caſali regitur per Ioanni 38. in Cetinato longo, recta fuit per Gerardo 39. per in Agreſto. regitur per Alducio, 40. in Setlicle, regitur per Paſquali, & Bonatto, 41. in ſorra Caua, regitur per Martino 42. in Ribatta, recta fuit per Martino. Simulque damus, & offerimus omnes decimationes de noſtris Domicatis, in curte de Strone, quos modo habemus, vel in antea nos, vel noſtri Hæredes habuerimus. Similiter etiam donamus, & offerimus atque tradimus, ad ipſum ſanctum, & vniuerſalem locum id ſunt inter ſeruis, & ancillis otto. Nomina eorum Vrſo, & Baroncello, Nerizo, & Ermingadda germanis filij Bozzi, Martino filij Amiezæ, Sigizo, & Amiza, filij Mizæ, cum filijs, & filiabus, qui de eis nati fuerint in perpetuum cum omni conquiſito, & peculiare, quod nunc habent, & in antea habere potuerint. Similiter etiam promiſimus per Dei timorem, & remedium animæ noſtræ, & omnium parentum noſtrorum, & pro deſiderio vitæ æternæ, ſtabilitatem, ſecuritatem, ac defenſionem, ad ipſum ſanctum, & venerabile Monaſterium, & omnibus ſeruis Dei, ibi Deo ſeruientibus præſentibus, & futuris per hoc ſcriptum dotis, & cartulam noſtræ conſtitutionis, & promiſſionis deponimus, polucemur, & promittimus. Et vero ordine, vel ſtatu ab hac die in antea, non habeamus licentiam, nec poteſtatem, neque nos quatenus ana, Tegrino, & Berizo, neque noſtri filij, & hæredes neque qui de filijs noſtris nati fuerint in perpetuum prænominatam Eccleſiam, & Monaſterium, atque locum illum, aliæ Eccleſiæ, vel monaſterio, per quodlibet ingenium ſubijcere, vel delegare, neque bona illius mobilia, & immobilia per nos ſiue per noſtros neq. per ſummiſſam perſonam, tollere ſubtrahare, minuere, irremiſſibiliter mutare, tractare, diſtringere, vel occupare, aut in vſum ſecularem conuertere. Similiter non habeamus licentiam, neque poteſt. Abb. vel fratres, qui ibidem pro tempore ordinati fuerint, vel ibi habitauerint, neque per nos, neque per noſtros, neque per ſummiſſam perſonam lædere, damnare, vel per aſſaltum, aut inſidiam, vel incurtionem moleſtare, vel exinde expellere, vel ſtudioſe dehoneſtare. Quod ſi fortè factum fuerit damnum aliquod de rebus tam de mobilibus quam immobilibus in ipſo monaſterio, & cognitum fuerit ſine mora, vt citius potuerimus, ipſum damnum intra 30.

A diebus emendare debeamus. Si autem per noſtros homines, ſine noſtro conſenſu damnum factum fuerit, & ille qui damnum fecerit apud nos, aut in noſtra virtute, vel diſtrictione ſteterit in ſupradicto termino, ipſum damnum emendare debeat, ſi abbas vel monachi recipere voluerint. Tamen ſi res aliqua de ipſo S. loco ab aliquo ablata, vel inuaſa fuerint nulla negligentia habeamus ab ijs in quibus monaſterij poteſtas fuerit, ſed reſtituantur, & reuocentur ad vtilitatem fratrum. Remota tamen ab ipſo ſancto Monaſterio vxorum, & filiarum noſtrarum, ac pro hærede noſtrarum, atq. omnium fœminarum ſublata denominatione. Nam poteſt atq. domin. in ordinan. abb. qui a fratribus fuerit electus, decernimus, ac ſtatuimus, atq. firmamus poſſe vnquã venire, niſi in ijs qui de nobis maſculini ſexus

B legitimi nati fuerint vſque in ſempiternum, niſi pro irrecuperabile, & optata vtilitate, ac defenſione monaſterij & manifeſtum ſacri loci profectum, ita tamen ſi notitia, & conſenſu, vel etiam petitionem, & ſubſcriptione monachorum fuerit roboratum. In ord. autem Abb. illud ante omnia obſeruare ſtatuimus, & cenſemus, vt nullus ibi Abbas, niſi canon. & regulariter ordinetur. Quod ſi forte interuentu pecuniæ, aut per ſimoniacam hæreſim promotus fuerit, mox ſine mora deijciatur, & aliter qui dignus eſt ordinetur & qui conſentiens in hoc per conſcientiam fuerit quam infra conſtituemus pœnæ ſubdatur. Similiter pro Dei timore promiſimus, vt ipſum monaſterium, & omnia eius bona, tam præſentia, quam futura, & ipſos fratres qui ibidem Deo ſeruierint, cum recta & bona fide debeamus ſuſtentare, & defendere, vel adiuuare. Et ibi noſtra corpora, & hæredũ, ac prohæredũ noſtrorũ ex mandan. quatenus noſtris ſepelire, & admitor. o in præd. S. lo. o, ſtatuim. iuſtitiam, et S. Religionis ſtabilitat. in omni tempore reddere, ac retinere. Quatenus ibi abbas cum monachis ſemper regulariter viuant, & pro animabus noſtris omniumq. parentum noſtrorum, atq. omnium Chriſtianorum aſſidue intercedant, vt ſit remedium noſtrarum animarum, & parentum noſtrorum omniumq. Chriſtianorum viuorum, ac Defunctorum. Vt diurna, & nocturna officia, Miſſa, & orationes, pſalmi, & hymni, luminaria, & incenſes, largitates bonæ, & hoſpitales, atq. Eleemoſynæ, & lectiones, & Dei ſeruitium, & obſeruatio Regula ſancti Benedicti ſit nobis, & præceſſoribus noſtris, atque poſteris, omnibuſq. Chriſtianis ad

D ſalutem, & defenſionem animarum, ac corporum, vſq. in finem ſeculi, & poſt finem ſeculi vitam æternam accipere a Domino mereamur. Hæc igitur omnia, quæ huius conſtitutionis, & dotis, vel promiſſionis noſtræ cartula continet tam a nobis, quam a noſtris hæredibus & prohæredibus ſicut ſupraſcriptum eſt in perpetuum ſeruandam firmamus. Si quis vero tam de nobis, quã de filijs, & poſteris noſtris, & qui de nobis nati fuerint vſq. in perpetuum hanc noſtræ promiſſionis, & dotis paginam no obſeruarit, & eam ſtudioſè infringere, vel corrumpere præſumpſerit, & de hoc ſtatuta remouere, vel diſtollere tentauerit, & ſicut ſupra legitur non emẽdauerit, tunc a S. Dei Eccleſia ſit excommunicatus, & ſeparatus, & anathematizatus, & omnem poteſtatem, & denominationem Monaſterij perdat, & ad ipſos deueniat, qui in fide permaſerint, & inſuper compoſiturus & daturus eſſe debeat, ipſi S. Eccleſiæ, & Monaſt. D.S.N.I.C. & ad ipſum abbatem, & fratres qui ibidem pro tempore fuerint, vel eorum aduocatoribus; aut

cui

cui ipſi conceſſerint, pœna de optimo auro libras centum, & hoc ipſum ſcriptum omni tempore firmum, & inuiolatum permaneat ſemper. Actum intus caſtello noſtro de Stagia, territorio Volaterrenſe.

Signum † manus eiuſdem Aua veſte S. Religionis induta, quæ hoc ſcriptum dotis, & promiſsionis ſicut ſupra legitur ſcribere rogauit.

Signum † manus ſupradictorum Thegrimi, & Berozzi Germanis, qui hoc ſcriptum dotis, & promiſsionis in omnibus, vt ſupra legitur conſenſere, & ſcribere rogauere.

Signum † manuum Curradi, & Theuzi filio Renzi, & Theuderichi filio b.m. Eriberti rogati teſtes.

Ego Erbertus iudex D. Imp. aſſenſi matre, & filijs rog.

Ego Berardus not. ſcriptum interfui, & poſt traditionem compleui.

pag. 636. l. 14. *dele* annorum, *adde* curriculo.

pag. 645. l. 4. *lega* Anna *pro* Aroua.

pag. 649. l. 47. *lege* Epiſcopatu, *pro* Epiſcopatus.

pag. 653. l. 17. *lege* Modonellæ, *pro* Mutinellæ.

pag. 660. l. 35. *lege* Diœphebus, *pro* Diæphus.

CLVSINI.

pag. 529. l. 34. *lege* Lateranum, *pro* Lacuranum; eadem pag. l. 51. *lege* obijt, *pro* obiuit.

pag. 739. l. 11. *lege* grauis, *pro* grauus.

pag. 749. l. 2. *adde*, ſequens Epitaphium ſpectatur in Eccleſia Cathedrali Ameriæ in Sacello S. Bartholomæi iuriſpatronatu familiæ Ferratinæ.

D. O. M.

Bartholomæo Ferratino Vaticanæ Baſilicæ Canonico
eius fabricæ Præfecto Cluſinorum Pontifici
Iulij II. Pont. Max. ſacrarij P. Cancellariæ Apoſtolicæ
Regenti Prouinciæ Galliæ Ciſpadanæ
& Prouinciæ Vmbriæ Vicelegato beatiſs. Clementis VII.
domus Præpoſito.
ſanctiſs. & ſapientiſs. viro. Baldus Epiſcopus
Amerinus Simon Petrus fratres Ferratinorum
patruo benemerito P.

pag. 751. l. 13. *lege* licibus, *pro* ilicibus, l. 21. *lege* Malleus, *pro* Mattheo.

pag. 752. l. 4. *lege* Malleus, *pro* Matthæus.

POPVLON. ET MASSAN.

pag. 795. l. 52. *lege* Corſicæque, *pro* Caſicæque.

pag. 596. l. 42. *lege* Epiſcopatum Aſsiij, *pra* Epiſcopatum Aſsij.

pag. 800. l. 30. *lege* Proſper, *pro* Proſperi.

SVANEN.

pag. 813. *lege* Montalcinenſis, *pra* Monticinenſis.

pag. 822. l. 47. *lege* Dandinorum, *pro* Bandinorum. l. 50. *lege* Dandinum, *pro* Bandinum.

pag. 823. l. 33. *lege* Dauid, *pro* Danieli.

pag. 833. l. 51. poſt illa verba 26. Paulus *adde* de Baccetijs Hetruſcus, vt ex eius literis ad Rempub. Senenſem notatur. Eiuſdem forte gentis fuit ſæpe, & ſæpius à me, non ſine honore laudatus Abbas ille Nicolaus Baccetius Florentinus, meus olim in humanioribus litteris perhumanus præceptor, & ob ſimilitudinem ſtudiorum, genijque mei coniunctiſsimus, qui anno iam elapſo, octuagenario maior, non ſine eruditorum hominum luctu in patria defunctus apud ſuos iacet humatus, relinquens poſt ſe viuaciſsimi ingenij ſui

A monumenta, quæ extant M.S. in Cœnobio S. Mariæ Magdalenæ de Ciſtello Ord. Ciſtercienſis, ſcilicet, *De iure Hiſtorico Diſſertatio, decem ſcriptorum qui in Italia centum annorum ſpatio Latina eloquentia floruerunt, Elogia X. Cenſura literaria ad aliquot illuſtrium Auctorum obſcuriora loca. De bello Semifontano commentarium. De riſu Abrahæ excuſſoria contemplatio. Adamus ſoporatus, Parœneſis ad priſtinum decorem monaſticum. Armata Pallas ſiue de diuinæ, ac ſcholaſticæ laudibus oratio. Oratio in funere Alexandri Ateſtini Principis S.R.E. Cardinalis. Supplex libellus pro Monaſterio Ciſtelli ad Vrbanũ VIII. Pont. Max. Oratio habita in turbulentis Comitijs. La pianella lezione ludrico ſeria recitata nell' Accademia degli Suogliati. Præfatio in Florentinam Hiſtoriam ad*
B *Ferdinandum Secundum magnum Hetruriæ ducem. Porro Epitome Hiſtoriæ Florentinæ ab vrbe condita complectitur decem libros abſolutos: vndecimus eſt imperfectus, & mancus. In qua Hiſtoria deeſt temporis ſpatium trecentorum annorum, Auctor enim peruenit vſque ad annum noſtræ ſalutis 1339. quo tempore callida pactione Lucenſium vrbem Florentinis licitari voluit Maſtinus Scaliger. Epiſtolæ, & orationes multæ,* Hic ego ne ingrati animi vitio apud pleroſque laborare videar, ſilentio præterire non potui, quantis eius ſuauiſſimæ memoriæ adſtrictus ſim beneficijs, cũ ille ornatiſsimus ſenex, & præceptor, qualecumque Opus hoc meum laborioſiſsimum proſequendum non modo excitauerit verbis, verum pulcherrimis documentis,
C præceptiſq; tua eruditione digniſsimis, non ſemel per Epiſtolas me curſantem impulerit, Teſtis erit inter cæteras clariſsimi præceptoris literas, quæ extant apud me, vna quam hic recenſebo, ante quintum ab eius morte annum data, in qua doctiſsimi ſenis, & præceptoris humaniſsimi in diſcipulum beneuolentia, non ad laudem ingenij explicatur. Sic enim ad me ſcripſit Baccetius.

FERDINANDO VGHELLO
Abbati.

Nicolaus Baccetius Abbas S. P. D.

D *Non is ego ſum, Ferdinande Vghelle, Abb. digniſs. qui cenſorium ſupercilium intempeſtiue indutus, in tuam modo, quæ apud pleroſque iam olim inclaruit, eruditionem velim incurrere: non eſt, inquam, tanta ſuperbia victa; tibi plurimum defero, te ſuſpicis, te amo, deque te ſemper is meus ſenſus erit, quem, ne tu ipſe quidem, vtcumque coneris volucri mente fortaſſe præcipias. Quia tamen tuis litteris elapſis diebus mihi ſignificaſti (qua tua eſt humanitas) tibi præ manibus eſſe Opus illud egregium* DE EPISCOPIS ITALIAE, *propediem edendum, quodque ſummis laboribus iam olim commolitus es, putaui faciundum, vt amico amicè ea ſuggererem, quæ vel obſeruata ſcribenti aliquam lucem afferrent; vel ſi contigiſſet, irrito inanique conatu ad te deferri (quod tua diligentia, ſolertiaque penſata, facilè euenturum, animus præſagiebat) ſaltem iiſdem amoris in te mei atque obſeruatiæ certiſſime admonereris. Et primò quidem,* TITVLVS *placet, quia breuis, quia dilucidus quia plenus, quia plauſibilis. Quo autẽ pollicetur præclara magis, ac intentiori*

de-

deinde ſtudio præſtanda erunt: ne Corinthiacis Puellis gentium opus videatur ſimillimũ, quæ cum pectendæ co mæ, ornandoque capiti omnem operam collocarent, ex inde incenſa deinde, pauperequee cultu tota frigebant. Sed nec iam hederæ ſpecioſior proſtans, cautis prudentibuſque ſatis commendat Cauponam. & in pumilionibus plerumque effuſe videmus, barbato, iuſtoque vultui puerilia atque a natura propemodum decurtata mem bra ſubeſſe. Itaque cum operi titulum præfigunt ſcriptores, ipſi ſibi legem indicunt, ea deinceps ex fide narrandi, quæ frons operis ſancte præferre videtur. Igitur cum de Epiſcopis Italiæ opus inſcribis, VGHELLE, ſimul etiam ſpondere videris, te omnium Italicarum Eccleſiarum publicas tabulas perſcrutaturum priuatarumque familiarum, vbi opus fuerit, Diaria, Ephemeridaſque rerum geſtarum reuoluturum, quo minus diligentiam tuam quicquam poſſis eludere. Etenim cum plures, honeſtiſſimæq; familiæ in Italia per eam dignitatem hactenus incluruerint, vt magna ab ijs initurus gratia es, quorum affinium cum laude memineris, ſic, ſi vel vnum qualicunque præuaricatione omiſeris, tu varios ſermones incurres, tamquam qui minus par tanto operi manus admoueris, vel ſupina quandoque negligentia laboraueris, vel te liuida inuidia torſeris quo minus ab affectu liber omnes eiuſmodi dignitate inſignitos iaceres in commentarios. Vide proinde quanta diligentia, quantoque labore opus eſt, vt ſcriptione ipſa adimpleas, quod titulus munificentiſſime adpromittit. Deinde hæc tua narratio, nec iuſta completaque Hiſtoria futura eſt, nec ſimplices æmulabitur Annales, nec ſicciaeti commentarij frontem implebit, nec vna elogiorum pompa turgeſcet, ſed vnum quid ex ijs omnibus efloreſcere oportebit, ſi a doctis omnibus haud inſulſi ſcriptoris laudem es relaturus. Completa quippe Hiſtoria Rhetorum pigmenta non reſpuit, narrationem dilatat, concionibus modo rectis, modo obliquis res, quæ in conſultationem cadunt, perurget, explicat conſilia, cauſas gerendarum rerum diligenter explorat, cumque vituperatione laudem commiſcet, ac proinde oratoris modo perſonam ſuſtinet, modo non abſimilis futurus Poetis, vbi vel terreſtres acies explicandæ ſunt, aut maritimum bellum adornandum. Quæ omnia an iſtius narrationis tuæ anguſtiæ poſſe capere videantur, te ipſum iudicem volo, qui in tantarum rerum tranſcurſu, ſatis habiturus es, ſi vna temporum præteritorum monimenta ad ipſius veritatis, poſteritatiſque tribunal ſincerè deducas. Sed nec Annalium ratio in tuam iſtam narrationem ſatis quadrabit. Etenim cum Epiſcoporum ſeriem perſequaris, vix ſemel & iterum eueniet, vt ſinguli anni nobili argumento ditati tibi ſcribenti decurrant. Itaque cum in vacua nomina incideris (incides autem perſæpe, quod non omnes pari rerum geſtarum gloria condecorantur). ita huiuſce tuæ narrationis contextus erit, vt neceſſario a ratione Annalium volens, nolens ſis abiturus. Iam commentariorum ſtylo ſi intempeſtiue vtaris, orationem nudam, ſiccam, ieiunam, macilentamque protuleris, videberiſque alijs potius ſcribendi materiam ſubminiſtraſſe, quam ipſe rerum præteritarum Hiſtoriam perſcri- A *pſiſſe. Demum elogiorum ex vna laude cothurnata maieſtas minus te deceat: niſi cum titulo operis velis ipſi pugnare. Etenim haud vnam tantum ille laudationem, vt elogia faciunt, videtur intexere, qui de Epiſcopis Italicis Hiſtoriam ſcribere profitetur. Quanti igitur laboris opus futurum eſt, vt cum hiſtoricis modo concinne, copioſeque narres, ad Annalium modo ſuccinctam ſobrietatem orationem caſtiges: commentariorum ſimplicitate, breui atque ampliſſima quæque conuoluas, atque elogiaſtæ ſimillimus dilaudes, ſed non ſordeſcas. Nec interim prolixus Hiſtoricus ſis, nec ieiunus Annalium commolitor, nec in commentarijs ſcribendarum rerum fugaciſſimus indigitator; nec elogiorum continenti, effuſaque laude marceſcas? Hoc ſi aſ-* B *ſequare, nobile illud naturæ opus, quod in Apibus vix ſatis miramur, videberis æmulatus. Quid illæ? ſparſæ, palatæque, tepente Vere, prædabundæ per campos in flores irrumpunt, vitatiſque florum vitijs, quæ ſua cuique radix ingenerauerat, ſolum collectam dulcedinem in fauos compellunt: ita tu omnium Hiſtoriæ partium maculis elutis, eximiam vndiquaque abſoluti ſcriptoris laudem a doctis omnibus conſequeris. Mereperis Tragicus, & Comicorum omnium, extrema linea Roſcius, adeo in ſua quiſque Arte perfecti fuiſſe dicuntur, vt populum, ſpectatoreſque ad miraculum admiratione ſuſpenderent: ij, quas a populo cumulatiſſimas laudes non tuliſſent, ſi non in vna tantũ referenda perſona, ſed in omnibus ſuſtinendis excelluiſſent? Atque hæ tibi* C *partes (FERDINANDE VGHELLE) implendæ erunt, vt plenior Doctorũ vrna iuſtæ laudationis in te vertat fauorem. Quod, ipſum caue ne ita a me dictum accipias, quaſi qui a ſpe tantæ conſequendæ laudis te velim deijcere. Amanter indigitaui anguſtias, vt ex difficultate, præclariſſimi ingenij tui vires exacuerentur. Nullibi enim Nauclerus cautius ratem impellit, quam vbi ſe ſenſerit prope ſyrtes, ſcopuloſque curſum tenere. Tenebis autem tu feliciſſime Portum, quẽ tuis honeſtiſſimis laboribus deſtinaſti, ſi conſtanter perges facere, quod facis, ſi non a temetipſo degeneraueris, ſi iſtam excellentem mentis tuæ aciem hebeſcere non patieris, ſi editionem operis, quo monumenta poſteritatis inueniuntur, celerius maturaueris; ſi denique præceptoris olim tui, & amiciſſimi ſenis, hoc eſt mei, adhortamenta non aſ-* D *pernabere.*

Vale Florentiæ, anno a Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo die ſeptima Octobris.

Finis Tertij Tomi.

Ad ſecundum Tomum pag. 318. l. 3. *dele* 85. Antonius Scappinellus, & *lege* 85. Comes Paulus Coccapanius Mutinenſis Archipresbyter inſignis Eccleſiæ Carpenſis, cuius amicus Ducis Mutinæ à ſecretis Antonius Scappinellus, Regienſis Epiſcopus creatus, ſuffectus eſt Alexandro. pag. 1147. l. 5. *lege* Paulus Coccapanius *pro* Antonius Scappinellus.

FINIS.

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſs Ttt Vvv Xxx Yyy Zzz
Aaaa Bbbb Cccc Dddd.

Omnes ſunt duerniones, præter ✠ quæ eſt ternio.